NOVA
COLLECTIO
CONCILIORUM,
SEU
SUPPLEMENTUM
AD COLLECTIONEM PHIL. LABBEI.

Veterum Conciliorum reliquiæ, tam Græcè quam Latinè.
Collatio Carthaginensis, cum actis nonnullis ad eam spectantibus.
Concilium Diospolitanum in causâ Pelagii; Canones Africani in diversis Conciliis habiti; & Commonitorium S. Cyrilli Alexandr. datum Possidonio Romam misso in causâ Nestorii, Gr. Lat.
Commonitorium Papæ Cælestini datum Legatis euntibus ad Synodum Ephesinam, nunc primùm in lucem editum.
Concilii Ephesini I. antiqua Versio, nondum addita collectionibus Conciliorum; & ejusdem Synodi actio sexta, ex versione hactenus nusquam emissâ Marii Mercatoris.
Epistolæ & Tractatus varii ad causam Nestorianam pertinentes.
Synodicon adversùs Tragœdiam Irenæi.
Concilii Chalcedonensis antiqua Versio, restituta ex auctoritate veterum Exemplarium; & Acta ejusdem Synodi, è Cod. Vaticano nunc primùm edita.
Codex Encyclius, sive collectio Epistolarum Synodalium ad Imp. Leonem scriptarum pro defensione Concilii Chalcedonensis, collata & restituta ad Cod. MSS. pervetustos.
Acta Concilii V. Constantinopolitani, cum ejusdem Canonibus Græcè & Latinè nunc primùm editis; & Constitutum Papæ Vigilii pro damnatione trium Capitulorum, è Cod. Colbertino evulgatum.

Hæc omnia, vel nunc primùm in lucem edita ex MSS. Codicibus, vel emendata & suppleta ad fidem vetustissimorum Exemplarium, Præfationibus, Dissertationibus, variis Lectionibus, & Notis ad Historiam Ecclesiasticam pernecessariis illustravit STEPHANUS BALUZIUS, Tutelensis.




PARISIIS,
E Typographiâ FRANC. MUGUET.
Prostat apud Societatem Bibliopolarum Parisiensium.

M. DCC. VII.
CUM REGIS PRIVILEGIO.

Apud

Joannem & Michaelem Guignard, viâ Jacobæâ, ſub Imagine D. Joannis.
Petrum Auboüyn, ad Ripam Auguſtinianorum, ſub ſigno Crucis aureæ.
Ludovicum Guerin, viâ Jacobæâ, ſub Imagine D. Thomæ Aquinatis.
Henricum Charpentier, in Areâ Majore Palatii, ſub ſigno Boni Carpentarii.
Michaelem David, ad Ripam Auguſtinianorum, ad inſigne Providentiæ.
Hilarium Foucault, viâ Jacobæâ.
Carolum Osmont, viâ Jacobæâ, ſub Scuto Franciæ.
Carolum Robustel, viâ Jacobæâ, ſub Arbore Palmâ.
Michaelem Clousier, ad Ripam, *vulgò Malaquais*, ſub ſigno Caritatis.
Petrum Ribou, ad Ripam Auguſtinianorum, ſub Imagine D. Ludovici.
Gabrielem Martin, viâ Jacobæâ, ad inſigne Stellæ.
Nicolaum Simart, viâ Jacobæâ, ſub Delphino.



SANCTISSIMIS

PATRIBVS

ECCLESIÆ

GALLICANÆ.



ERISSIMVM illud esse quod in actis synodi Chalcedonensis dixisse legitur Eusebius Episcopus Ancyranus, maximam nimirum utilitatem capi ex lectione & confirmatione sanctorum Conciliorum, quòd illinc habeamus tutelam catholicæ nostræ fidei, & vos scitis, PATRES, *& universus orbis Chri-*

To. IV. Concil. pag. 181.

stianus agnoscit. Hinc enim satis intelligimus plurimi à vobis omnibus, ut par est, fieri Conciliorum ac Synodorum auctoritatem quòd magna cura in conventibus publicis & in synodis vestris diœcesanis greges vobis commissos monetis ut ad illos fidei morumque nostrorum purissimos fontes accedant. quod certè non faceretis, nisi vobis omnino persuasum esset id fore utilissimum universis. His ego permotus, PATRES, *incitatus præterea exemplo summi viri rerumque in primis istarum peritissimi Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis, cui me contubernalem fuisse apud vos glorior, quia id mihi honorificentissimum esse puto, ab ineunte ferme ætate animum ad hæc studia appuli, tum ut his pulcherrimis rebus memet assuefacerem, tum etiam præcipuè ut discerem quid mihi sequendum in hac vita foret, quid vitandum. Fuit autem hæc studiorum meorum felicitas ut præter Concilia hactenus vulgata per typographos, multa repererim dignissima quæ in publicam lucem prodirent, nondum visa seu animadversa ab ijs qui hactenus in se susceperunt curam edendorum Conciliorum. Itaque cùm intelligerem magnam hinc utilitatem accessuram Ecclesiæ universæ, maximam porrò me gratiam initurum ab ijs qui harum rerum studio ducuntur, si collectionem illam meam publicis usibus consecrarem, constitui primum illius tomum nunc emittere sub auspicijs vestris,* PATRES, *in eam spem adductus ut existimem vos consilium hoc meum probaturos & vestro favore prosecuturos. Qui enim eandem Ecclesiam quam veteres illi sanctissimi Episcopi suis præceptis & institutionibus olim informarunt nutu divino regitis ac gubernatis, non potestis labores*

eorum non fovere qui has institutiones, hæc præcepta revocant in lucem & rursum proponunt populo Christiano, præsertim cùm gloria patrum decessorumque vestrorum in vos necessariò redundare videatur. Cogitate, PATRES, *quanti momenti visæ sint antiquitus collectiones Conciliorum, cùm ab ipsis ferme religionis nostræ initiis viri sanctissimi simul & doctissimi in eam curam incubuerint, & qui post eos vixere, diligentissimè excoluerint hanc partem ecclesiasticæ eruditionis. In tomo quem vobis offero videbitis, inter cetera, quid Episcopi Gallicani egerint in veteri illa controversia de Paschate quæ universam commovit Ecclesiam, quid Hilarius Pictaviensis in synodo Seleuciensi, quid universa Ecclesia adversùs Arrianos, Nestorianos, Eutychianos, & ceteras hujusmodi pestes. Videbitis præterea compressos Donatistarum furores, mirabilem & stupendum Episcoporum Ecclesiæ catholicæ consensum adversùs Timotheum Ælurum parricidam & invasorem magnæ sedis Alexandriæ, & quæ variè in causa trium capitulorum acta dictaque sunt sub imperio Iustiniani Augusti. Sunt ista videlicet nobilissima pars historiæ ecclesiasticæ, utpote antiquissima, & quæ formam dederunt sequentibus seculis. His quoque nunc utimur adversùs hostes Ecclesiæ catholicæ, hinc tela sumimus & arma ad retundendos eorum conatus; & sic certa victoria est, certus de adversariis Ecclesiæ triumphus. Quoniam verò quod statutum est in Conciliis & sanctorum patrum congregationibus, quæ spiritus sancti præsentiam testantur, perpetuam debet obtinere firmitatem, ut ad Pelagium & Anatolium urbis Romæ Diaconos olim scribebat Ferrandus Diaconus*

EPISTOLA.

Ecclesiæ Carthaginensis, revocate, PATRES, veterem disciplinam, quæ volebat ut nulli sacerdotum fas esset suos canones ignorare, eorumque jubete observationem. Sic facilè retinebitis dignitatem & auctoritatem sacerdotij vestri & canonum potiemini gratia servatorum, sic sua reverentia constabit hominibus ecclesiasticis; sic salva erit bona disciplina etiam inter laicos, & concordia in omnibus ordinibus, quam Christus dominibus & magister noster ex hoc mundo discedens nobis tantopere commendavit. Interim hoc meæ erga vos observantiæ testimonium accipite, PATRES, & mei memores estote in sanctis orationibus vestris. Opto autem vos semper in Domino bene valere.

Lutetiæ Parisiorum Kal. Octobr. MDCLXXXIII.

STEPH. BALUZIUS.



PRÆFATIO.



LURES fuisse antiquitus collectores Conciliorum, & inter hos etiam magna illa catholicæ Ecclesiæ lumina Athanasium Episcopum Alexandrinum & Hilarium Pictaviensem, & observatum est jamdiu à viris eruditissimis & notius quàm ut oporteat me in his exponendis diutiùs immorari. Itaque omissis illis qui ante inventam artem typographicam in hoc studiorum genere se cum laude exercuerunt, quos alij commemorarunt, statui eorum inire memoriam qui superiore seculo nostroque eam partem ecclesiasticæ eruditionis excoluerunt; atque id eò lubentiùs facio quòd pulcherrimum illud consilium edendi in publicum collectionem Conciliorum captum esse primò videam ab uno conterraneorum meorum. Iacobus enim Merlinus, ortus è vico sancti Victurniani in diœcesi Lemovicensi, Doctor Theologus, & Ecclesiæ Parisiensis Pœnitentiarius, cùm intelligeret nihil adversùs hæreticorum conatus præstantius esse armis quibus dudum orthodoxi patres, ut ipse ait, incircumcisorum errores contriverunt, sacrosanctorum scilicet Conciliorum orthodoxorumque Pontificum institutis, in unum ea referre volumen animo destinavit; & anno superioris seculi vigesimo quarto publicavit. Et primò quidem Isidori collectionem vulgavit totam integram in prima parte voluminis; dein in altera dedit Concilium Constantinopolitanum sub Mena Patriarcha, Concilium sextum, Constantiense, & Basileense.

II. Post annos ab ea editione quatuordecim, id est, anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo octavo, Petrus Crabbus Franciscanus, vir diligentissimus, conquisitis veterum Conciliorum exemplaribus plusquam quinquaginta, novam eorum editionem dedit multò ampliorem ea quam Merlinus emiserat. Nam præter varias synodos & epistolas sparsim additas, primus edidit gesta Concilij Chalcedonensis ex recensione Rustici S. R. E. Diaconi, Liberati Carthaginensis Ecclesiæ Diaconi breviarium de causa Nestorianorum & Eutychianorum, Concilium Lateranense ab Innocentio III. celebratum, appendicem valde locupletem Concilij Constantiensis, epistolas & responsiones synodales XVII. Concilij Basileensis, gesta Concilii Florentini ex interpretatione Bartholomæi Abrami Cretensis, & vitas Pontificum Romanorum. Anno postea MDLI. idem Crabbus nova editione donavit collectionem suam Conciliorum in tres tomos distributam, in eaque nonnulla addidit quæ non extabant in prima, nimirum Concilium Nicænum secundum ex versione Latina G. Long. quæ paucis antè annis prodierat in Germania, quam verò Labbeus putavit esse antiquam, appendicem Concilij Basileensis, in qua habetur etiam Ioannis Patriarchæ Antiocheni opusculum de superioritate Concilij supra Papam, Concilium Lateranense sub Iulio II. & Leone X. celebra-

rum, Concilium Senonense Antonij Cardinalis Pratensis, Concilia Coloniensia Hermanni & Adolphi Archiepiscoporum, Moguntinum Sebastian Archiepiscopi, Trevirense Ioannis Archiepiscopi, quædam acta Tridentini, ariorum Episcoporum constitutiones synodales, & quædam alia quæ singillatim recensere non est operæ pretium.

III. Anno dein MDLXVII. Laurentius Surius Carthusianus liam collectionem Conciliorum emisit in locis admodum multis emendatam collatione veterum exemplarium; in qua non solùm ea retinuit quæ prolata à Crabbo fuerant, sed etiam, præter cetera levioris momenti, addidit libros octo constitutionum apostolicarum, codicem encyclium, Concilium quintum, Concilium Lateranense sub Papa Martino, & Concilium Tridentinum integrum. Surii editionem imitata est Veneta anni MDLXXXV. in qua nihil ferè novi reperitur præter historiam Concilij Nicæni à Gelasio Cyziceno compositam, acta Concilij Ephesini Latinè ex editione Theodori Peltani, & Concilia Mediolanensia sancti Caroli Borromæi.

IV. Superiorum editorum diligentiam supergressi sunt Romani anno MDCVIII. quo vulgata est Romæ collectio Græco-Latina Conciliorum generalium. Illi enim plurima, præcipuè verò Græca, ediderunt quæ hactenus latuerant, ac præterea comparatione veterum codicum meliora fecerunt ea quæ jam prodierant. Si tamen fas est viros doctissimos reprehendere, non dubitaverim affirmare illos ultra progressos esse quàm oportuit, dum & in locis propemodum innumeris textum veterum interpretationum Latinarum mutarunt, annotationes interpretum sustulerunt aut eorum qui veteres versiones recensuerant, & ordinem mutarunt quem veteres illi dederant suis lucubrationibus. quod ostendimus in præfationibus nostris ad Concilium Chalcedonense & ad codicem encyclium. Editoribus itaque Romanis debemus quòd hodie non habemus veteres illas versiones quales ab auctoribus suis datæ fuere, cùm, omissis vetustis editionibus, Binius & qui post eum secuti sunt Romanam ubique expresserint. Nam decennio post eam emissam Severinus Binius Canonicus Coloniensis retractans editionem Conciliorum quam anno MDCVI. pervulgaverat, Romanam in primis sequi se professus est in edendis Conciliis generalibus; ac nihilo minùs multa addidit quæ nondum prodierant in lucem, multùm adjutus à viris doctis illius ætatis, ut ipse testatur in præfatione sua. Et hæc quidem editio optima visa est, eaque per multum temporis usi sunt istarum literarum studiosi, adeo ut etiam curatores editionis regiæ professi sint Binianam se sequi voluisse, utpote locupletissimam, & integram typis mandare. Quia tamen illa innumeris propemodum mendis scatebat, consuluerunt vetera exemplaria, ut aiunt, & multa loca eorum auxilio sanaverunt. Addiderunt autem plurima, præcipuè verò ex voluminibus antiquorum Galliæ Conciliorum à viro doctissimo Iacobo Sirmondo publicatis & ex aliis nonnullis ejusdem lucubrationibus, in hoc reprehendendi quòd errores lapsusque ejus retinuerunt & errata quæ ille monuerat esse corrigenda. Exempli causa, Sirmondus in erratis tomi primi admonuit in canone quarto Concilii Valentini reponenda esse hæc verba, *si in ipsos se dixerint*; quæ, tametsi necessaria, ab editionis regiæ curatoribus & in postrema Parisiensi omissa sunt quia non extabant in textu Sirmondi. Idem in tomo tertio admonuit in fine epistolæ Nicolai primi ad universos Episcopos, in qua continentur capitula seu decreta Romanæ synodi, addendum esse: *Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.* Hæc rursum omissa sunt in regia Conciliorum editione & in postrema Parisiensi. Sufficiunt enim hæc exempla. Addiderunt quoque nonnulla alia hinc inde collecta, veluti Concilia Angliæ, epistolas sanctorum Leonis & Gregorii Pontificum Romanorum, dissertationes illustrissimi

simi viri Petri de Marca de confirmatione quintæ synodi & de primatibus ad Concilium Claromontanum, & Concilium Florentinum Horatii Iustiniani.

V. Tandem cùm anno MDCLX. typographi Parisienses cepissent consilium de nova Conciliorum omnium editione vulganda, illudque communicassent cum R. P. Philippo Labbeo Theologo Societatis Iesu, ejusque propterea opem & auxilium implorassent, iste pulcherrimam illam curam in se suscepit; & statim se operi accingens, paulò pòst emisit historicam synopsim futuræ amplissimæ Conciliorum editionis. Et jam priores octo tomos ediderat & noni ac decimi initium, tum duodecimum & alios consequentes, quum nobis ereptus est initio anni MDCLXVII. ut ad meliorem vitam transferretur; & R. P. Gabriel Cossartius in ejus laborem succedere jussus, reliqua perficiens, finem operi imposuit anno MDCLXXII. & statim emisit. Editio quidem illa, quod negari non potest, est omnium quæ usque ad hanc diem prodierunt amplissima; sed, seu magnitudine laboris, seu mutatione operarum, seu denique morte ejus qui primus huic operi incubuit, tam multa illic menda commissa sunt ut dolendum sit majorem diligentiam non fuisse adhibitam in hac editione. Præterea multa inserta huic collectioni sunt quæ ad Concilia non pertinent; ut sunt tractatus scriptoris anonymi de unico baptismo editus à Nicolao Rigaltio, epistola Vitalis & Constantii ad Capreolum Episcopum Carthaginensem cum istius responsoria, commonitorium Marii Mercatoris super nomine Cælestii, epistola Trifolii ad Faustum Senatorem, epistolæ quædam Hincmari Archiepiscopi Remensis, Rhabani Moguntini opuscula duo, cenotaphium Ioannæ Papissæ eversum, & alia multa. Adde quòd integer Mendozæ commentarius ad Concilium Illiberitanum, qui justum volumen efficit, insertus etiam est huic collectioni, ac præterea R. P. Ludovici Cellotii commentarius in Concilium Duziacense. Quæ omnia omitti poterant absque ullo rei synodicæ detrimento.

VI. Præter collectiones illas generales Conciliorum, unaquæque natio voluit habere corpus suarum synodorum suarumque constitutionum. Primi omnium Hispani hanc cogitationem superiore seculo susceperunt; quo exeunte Garsias Loaisa, qui postea fuit Archiepiscopus Toleranus, emisit collectionem Conciliorum Hispaniæ, usus, ut videtur, codicibus quos ad Gregorium XIII. miserat Gaspar Quiroga Episcopus tum Conchensis, postea verò etiam Archiepiscopus Toletanus & S. R. E. Cardinalis. Hic enim cupiens rem huic summo Pontifici gratam facere, qui tum incumbebat emendando Decreto Gratiani, vetera Concilia, præcipuè verò Hispanica, conquisivit in antiquis Hispaniæ bibliothecis, eorumque exemplaria ad eum misit descripta in duobus codicibus. Hos quoque nos vidimus, huc ad nos missos ex Hispania ab excellentissimo doctissimoque viro Gaspare Mendoza Marchione de Mondexar & Comite de Tendilla, in cujus instructissima bibliotheca nunc habentur. Hinc didici virum doctissimum Ioannem Baptistam Perezium, tum quidem Episcopi Conchensis domesticum & familiarem, postea verò Canonicum Toleranum & Episcopum Segobricensem, eam provinciam suscepisse ac præterea addidisse chronologiam Conciliorum & Regum Hispaniæ qua usum quoque constat Loaisam. Vt autem ista omnia manifesta sint omnibus istarum literarum studiosis, apponam in calce istius præfationis epistolam Episcopi Conchensis ad Gregorium XIII. & præfationem Perezii ad codicem secundò missum, acceptam utramque ex codicibus excellentissimi & eruditissimi Marchionis. Valde autem puto illos fuisse olim in bibliotheca Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, cùm in ejus catalogo edito mentionem fieri videam eorundem codicum, Cardinalis Quirogæ, & Ioannis Baptistæ

Perezii. Sic enim illic legitur : *Concilia XX. Hispaniensia suprà notata ex vetustis codicibus descripta, missa fuere ad Gregorium XIII. Papam à Gaspare Quiroga tunc Episcopo Conchensi, nunc Archiepiscopo Toletano & Cardinali amplissimo, Ioanne Baptista Perezio Canonico Toletano viro erudito collectore, cujus item sunt chronologiæ.* Verba sunt haud dubiè Antonii Augustini, itemque sequentia in fine alterius codicis scripta: *Hæc item omnia labore & studio Ioannis Baptistæ Perezii Valentini Canonici Toletani.* Ex præfatione porrò Perezii, si quis eam conferre voluerit cum codice Conciliorum Hispaniæ, facilè agnoscet Loaisam multùm profecisse ex labore ejus ad Concilia Hispaniensia. Eodem tempore quo Hispanicorum Conciliorum corpus in Hispania parabatur, de Gallicanis quoque cogitabat vir celeberrimus Petrus Pithœus, magnum Galliæ nostræ ornamentum; eoque mortuo, eandem curam in se suscepit contubernalis ejus, alterum literarum apud nos columen, Nicolaus Faber, qui postea Ludovici XIII. Regis præceptor fuit & institutor. Verùm cùm neuter executus esset quod animis conceperant, tandem vir eruditissimus Iacobus Sirmondus perfecit, & Concilia antiqua Galliæ in tres tomos distributa vulgavit anno MDCXXIX. quorum frequens est usus in universa Ecclesia. His magnis exemplis provocatus Henricus Spelmannus Anglus, cùm in hoc genere studiorum excelleret, Britannicarum insularum Concilia in unum collegit; eorumque partem ipse vivens in publicum emisit anno MDCXXXIX. partem suis moriens edendam reliquit; eaque anno demum MDCLXIV. prodiit.

VII. Inter cetera bonorum meorum, illud quoque præcipuum mihi evenit ut per annos sex continuos & integros fruerer consuetudine viri istarum literarum sine controversia principis Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis. Effecit ergo consuetudo illa mea cum summo viro ut qui antea pro mediocritate virium mearum hæc studia tractaveram, tamquam pleno mari vectus, magnam citò accessionem ad eadem studia mea factam agnoverim, valde nimirum adjutus bonitate ejus, qui mihi manum amantissimè supponebat. Itaque qui antea schedulas consectabar, ut Hieronymi verbo utar, tum majore animo ac majore diligentia illis incumbebam, sanè ut genio meo indulgerem, sed etiam quia id optimo viro placere intelligebam. Collegi ergo tum plurima Concilia nondum edita, quorum aliquam partem deprehendi in schedis quas vir illustrissimus describi jusserat ex tabulariis Ecclesiarum & monasteriorum Hispaniæ Tarraconensis. Eo deinde mortuo, cùm in iisdem studiis persisterem, ac postea accessissem ad curandam bibliothecam illustrissimi & excellentissimi viri Ioannis Baptistæ Colberti, qui immatura literisque exitiosa morte sublatus est dum hæc præfatio excuditur, primùm quidem ex ea multos habui veteres codices in quibus reperta sunt plurima Concilia hactenus inedita; deinde inclinatione ejus in literas & earum professores usus sum ad profectum studiorum meorum & ad utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, ejusque ope & præsidio multa nactus sum quorum absque eo nunquam factus fuissem compos. His igitur adminiculis magnam Conciliorum multitudinem collegi quæ hactenus ignota fuerant, quædam nota quidem, sed nondum visa, nonnulla etiam edita, sed nondum addita collectionibus Conciliorum. Neque tamen his contentus, aggressus sum emendationem & collationem magnorum Conciliorum ad codices antiquos; eaque & multò meliora feci, & quædam magni momenti, nondum animadversa, in illis deprehendi quæ scio placitura esse hominibus eruditis. Quanti autem & quàm diuturni laboris hæc res fuerit, quanti tædii, illi soli possunt intelligere qui veterum scripta edita conferunt cum antiquis exemplaribus manu scriptis ut ea reddant emendatiora. Intelligeret Erasmus, si viveret, qui curam emendandorum hoc modo veterum

librorum sic commendat ut rem divinam & immortalem vocare non vereatur. Præstat autem ejus verba referre. *Herculanum mehercule facinus*, inquit, *ac regio quodam animo dignum, rem tam divinam, quasi funditus collapsam, orbi restituere, latentia pervestigare, eruere retrusa, revocare extincta, sarcire mutila, emendare tot modis depravata, præcipuè vulgarium istorum excusorum vitio, quibus unius etiam aureoli lucellum antiquius est quàm vel universa res literaria. Adde iis quòd quantumlibet exaggeres eorum laudem qui res publicas sua virtute vel tuentur vel etiam augent, in re certè prophana, tum angustis circumscripta spatiis versantur. At qui literas collapsas vindicat, nam id penè difficilius quàm genuisse, primùm rem sacram molitur & immortalem, tum non unius alicujus provinciæ, sed omnium ubique gentium, omnium seculorum negotium agit.* *Erasm. Chiliad. 2. centur. 1. Adag. 1.*

VIII. Itaque in hoc primo tomo edidi eas veterum Conciliorum reliquias quas nancisci potui in libris editis & in codicibus antiquis. Præterea cùm editiones collationis Carthaginensis inter catholicos & Donatistas essent depravatissimæ, rem admodum utilem me facturum existimavi si eam emendarem & illustrarem. Istud verò ita effeci ut non putem pœnitendum mihi esse operæ in hoc collocatæ. Postea edidi antiquam versionem Concilii Ephesini, à doctissimo viro Antonio Contio olim quidem editam, sed mutilam & innumeris propemodum mendis scatentem, ac nondum additam collectionibus Conciliorum. Sequitur synodicon adversùs Tragœdiam Irenæi, editum in Belgio à viro plurimæ lectionis Christiano Lupo Augustiniano; cujus commentarios omisi, tum quia sunt admodum prolixi & inutiles, tum quia sufficere arbitratus sum breves quasdam notas in calce paginarum. Gesta Concilii Chalcedonensis, codicem encyclium, & Concilium V. emendavi ope plurimorum veterum exemplarium & antiquarum editionum. Concilii autem quinti gestis subjunxi canones quindecim ejusdem synodi quos ex vetustissimo codice Græco bibliothecæ Cæsareæ, qui fuit olim Augerii Busbekii, edidit vir clarissimus Petrus Lambecius ejusdem bibliothecæ præfectus in libro VIII. pag. 435. quibus adjunxi Latinam interpretationem viri doctissimi amici mei. Auctoritatem autem iisdem canonibus conciliat, præter cetera, numerus Episcoporum CLXV. positus in titulo, qui etiam notatus reperitur in fine gestorum synodi in antiquis editionibus, cum quibus levi discrimine consentit codex Ecclesiæ Bellovacensis.

IX. Præter operam à me navatam in recensendis & castigandis antiquis illis Conciliis, edidi Græcè & Latinè commonitorium quod sanctus Cyrillus Episcopus Alexandrinus dedit Possidonio Diacono quum eum Romam ad Cælestinum Papam mitteret in causa Nestorii; quod est magni momenti, cùm hinc colligamus initia causæ ejusdem Nestorii & quomodo ea relata est summo Pontifici à Cyrillo Alexandrino secundæ sedis Episcopo. Edidi etiam commonitorium quod postea idem Cælestinus dedit Legatis euntibus ad orientem, id est, ad primam synodum Ephesinam, repertum primò in veteri codice bibliothecæ Colbertinæ, dein in Vaticano recentiore. Scriptus enim fuit Nicolai V. pontificatu; ut ad me scripsit vir doctissimus & eminentissimus Cardinalis Hieronymus Casanata, cujus amori in has literas nostras quantum debeam annotabitur infrà suis locis. Gestis præterea Ephesini Concilii adjunxi actionem sextam ex interpretatione nondum edita Marii Mercatoris, quam inveni in codice Ecclesiæ Bellovacensis, cujus verò aliud exemplum ex Vaticano ad me misit idem Cardinalis. Ex codicibus Græcis bibliothecæ regiæ accepi subscriptiones quorundam ex iis qui decepti fuerant à Quartodecimanis, quæ nondum prodierant. Multa quin etiam magni momenti addidi in gestis Concilii V. ad hunc usque diem non visa, & quæ ma-

ximam lucem afferunt insignibus aliquot difficultatibus quæ viros doctissimos exercuerunt; in quibus postremum locum situ, non dignitate, occupat constitutum Papæ Vigilii pro damnatione trium capitulorum, editum aliquanto post absolutam quintam synodum.

X. In gestis etiam Concilii Chalcedonensis nonnulla sparsim addidi non contemnenda, præcipuè verò ea quæ cùm jam ferme perventum esset ad finem operis, missa ad me sunt ab eminentissimo Cardinale quem paulò antè nominavi, edita propterea in loco non suo, id est, post gesta Concilii V. & post constitutum Papæ Vigilii.

XI. Præterea cùm viderem multa antiqua Concilia, quorum memoria celebris est in libris veterum scriptorum, aut prorsus omissa aut nimis jejunè commemorata fuisse à collectoribus Conciliorum, dedi operam ut aliorum indiligentiam meo labore resarcirem, eademque Concilia in mea collectione posui. Nam si tanta cum cura colligimus minutissima quæque posteriorum Conciliorum fragmenta, ex quibus aut nulla aut certè admodum exigua utilitas emergit, indignum videri debet antiqua ista à nobis negligi, ex quorum lectione animus excitatur ad studium veræ fidei & ad amorem veteris disciplinæ. Et quamquam inter illa quæ nos descripsimus nonnulla sint orthodoxæ fidei contraria, utpote ab hæreticis composita, aspernanda tamen non sunt neque rejicienda, cùm ex his quæ sanctissimi illi Episcopi suo judicio condemnarunt facilè intelligamus quid sequi debeamus, quid cavere. Adde quòd illa pertinent ad illustrandam historiam ecclesiasticam, cujus non minimam partem constituunt deliria hæreticorum.

XII. In recensendis Conciliis veteribus & ad vetera exemplaria castigandis hunc ordinem secuti sumus ut ubique faceremus mentionem codicum ex quibus acceptæ sunt variæ lectiones. Videbamus enim parum emolumenti hactenus emersisse ex variis lectionibus quas alii posuerunt in margine; quia neque illic adnotatum est eas esse petitas ex codicibus antiquis, neque ullo modo distinguuntur à conjecturis doctorum virorum. Quoniam verò conjecturæ non habent eam auctoritatem quam habent lectiones veterum librorum, operæ pretium semper est illas distinguere ab opinationibus hominum eruditorum; ut hinc admoniti studiosi bonarum literarum sciant quid veteres libri habeant, quid datum sit conjecturis. Interdum enim lectiones quæ quibusdam videntur non esse bonæ, postea ostenduntur esse omnium optimæ.

XIII. Abstinuimus à referendis quibusdam falsis Conciliis quæ fidem apud nonnullos invenerunt. Datum sanè est antiquitati ut quarundam veterum synodorum gesta & decreta ederentur in corpore Conciliorum; ne qui illarum mentionem legendo reperirent in scriptis veterum, conqueri possent de negligentia editorum. Primi omnium Hispani, illi præcipuè qui primatum Ecclesiæ Toletanæ confirmare nitebantur, acta veterum synodorum nobis protulerunt quorum nulla mentio apud antiquos, & quæ si propiùs spectes, facilè animadvertas non posse esse vera. Istiusmodi est appendix Concilii primi Toletani, edita primùm ab Ambrosio Morale, deinde verò à Garsia Loaisa; adversùs quam meritò, ut ego quidem arbitror, insurrexit vir clarissimus Paschasius Quesnellus. Indidem prodiit epistola Turibii Episcopi Asturicensis ad Idatium & Ceponium, & decretum Gundemari Regis de dignitate Ecclesiæ Toletanæ. Hæc omnia edidit, ut antea dixi, Ambrosius Morales ex codice monasterii sancti Æmiliani cucullati in diœcesi Calagurritana, scripto, ut ipse ait, pro Rege Hispaniarum Alfonso, qui Toletum expugnavit anno MLXXXV. ac postea valde intentus fuit ad augendam dignitatem ejusdem Ecclesiæ. Immo Ioannes Baptista Perezius suspicio-

nem facit de falsitate duorum Conciliorum Toletanorum, ejus nimirum quod sub Gundemaro Rege celebratum dicitur, & alterius quod sub Recaredo; ut patet ex secunda præfatione ejus ad Concilia Romam missa. Sed Ambrosius quidem & qui hæc duo Concilia Toletana ediderunt, extra culpam sunt, quia sua descripserunt ex veteribus libris. At miræ impudentiæ oportet fuisse Laurentium Ramirez de Prado, qui inter Adversaria Luitprando per summam audaciam tributa edidit acta & decreta duorum Conciliorum apud Toletum & Valentiam habitorum circa annum DXL. ut hinc etiam probari posset Episcopos Toletanos primum semper locum in Conciliis habuisse super Bracarenses. Contrà Bernardus Brito Lusitanus ineunte hoc seculo protulit gesta Concilii cujusdam Bracarensis habiti anno CCCCXI. in quibus Pancratianus antistes Bracarensis vocatur Episcopus primæ sedis; atque id quidem effecit cum tanta felicitate ut tandem Concilium illud relatum à Labbeo fuerit in novissimam collectionem Conciliorum, To. II pag. 1507. ubi vocatur Concilium Bracarense primum, & ubi antiqua illa Concilia Bracarensia, quæ hactenus primum & secundum dicta fuerant, secundum & tertium vocantur, quia videlicet posteriora sunt antiquissimo illo quod in hunc orbem terrarum delatum est beneficio Britonis. Nos sanè noluimus inserere Concilia edita in Adversariis Luitprandi, quia constat illa esse falsissima & hoc primùm seculo nata.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO GREGORIO XIII. Pontifici maximo Gaspar Quiroga Episcopus Conchensis, post humillima pedum oscula, S. P. D.

GRATA sanctitati vestræ fuisse ea Concilia quæ ex vetustis codicibus descripta ad beatitudinem vestram anno superiore misi ex iis litteris intellexi quas ad me illustrissimus Cardinalis Vastavillanus sanctitatis vestræ mandato scripsit. Quantam verò id mihi voluptatem attulerit, non puto pluribus verbis à me commemorandum. Illud affirmare possum pro mea perpetua erga sanctitatem vestram observantia & devotione, nihil me libentiùs potuisse audire quàm præstitum à me sanctitati vestræ qualecunque pro mea tenuitate obsequium benigno accipi animo. Cùm verò postea cognoverim jubere sanctitatem vestram ut aliquot præterea Concilia Hispaniensia, quorum in eo quem misi libro fiebat mentio, describenda quoque ex regia bibliotheca curarem, feci id quàm potui diligenter & studiosè. Neque illa modò Concilia quæ à me petebantur, sed & alia Hispaniensia, quæ hactenus nancisci potui, nondum typis mandata simul mitto, ratus sanctitati vestræ, quæ tanto antiquitatis ecclesiasticæ illustrandæ studio ducitur, non ingratam fore accessionem. In his Conciliis describendis & cum vetustis codicibus comparandis non minùs quàm anno superiore diligentem & (ut puto) fidelem operam præstitit Ioannes Baptista Perezius, qui in mea est fide & clientela, dignus, meo judicio, ea sanctitatis vestræ liberalitate quam in se expertus gratissimo prædicat animo. De mea verò & meorum opera nihil est quod beatitudini vestræ de novo offeram, cui jam diu me meaque omnia ac debeo & sponte devovi. Illud tantùm à beatitudine vestra supplex peto, ut hoc meum erga se studium & devotionem benignè clementerque accipiat, atque apostolica benedictione prosequatur. Deus optimus maximus sanctitatem vestram Ecclesiæ suæ catholicæ quàm diutissimè felicissimèque præesse velit. Madriti Idibus Novembris 1576.

S. V.

Humillimus servus
Episcopus Conchensis.

AD LECTOREM

IOANNES BAPTISTA PEREZIVS.

QVOD superiori anno feci in iis Conciliis quæ jussu Reverendissimi Mæcenatis mei Gasparis Quirogæ Episcopi Conchensis & generalis per Hispaniam Inquisitoris ex vetustis codicibus descripsi ad sanctissimum Dominum nostrum mittenda, idem mihi puto hoc libro faciendum, ut horum quoque quæ nunc mittuntur rationem lectoribus reddam. Priore quidem qui missus est libro sex tantùm Concilia Hispaniensia nondum impressa descripseram, nempe Emeritense, & Toletana quinque posteriora à XIII. *ad* XVII. *atque in ceteris vel fragmenta addita, vel loca multa ex codicibus manuscriptis emendata. Hoc autem posteriore libro novem Concilia vetera Hispaniensia continentur sub Gotthorum [imperio] habita ante Sarracenorum irruptionem, magna ex parte descripta ex vetusto codice Conciliorum Gotthico qui olim in sancti Æmiliani monasterio fuit, nunc autem in regiam sancti Laurentii bibliothecam est translatus. Nonnulla ex his Conciliis, fateor, pusilla sunt & breviculа; sed propter temporum historiam & ecclesiasticam disciplinam magno in pretio habenda, hoc præsertim tempore quo Doctores catholici & Ecclesiæ dogmata & mores tam studiosè ex antiquitatis fontibus repetunt. His adjunximus & quædam alia Concilia Hispaniensia Sarracenorum incursione posteriora, bonam partem ex Ecclesia Toletana descripta, quòd ad idem genus pertinebant, & nunc maximè Toletana Concilia expeti audiebamus. De singulis autem Conciliis vel certè illorum aliquibus non puto esse inutile pauca præfari.*

Toletanum sub Gundemaro Rege non modò extat in hoc codice sancti Æmiliani, sed etiam in aliis libris Alveldensi & Soriensi ejusdem bibliothecæ regiæ. Hoc Concilium magni fit à nostris, præsertim ab iis qui Ecclesiæ Toletanæ primatum hoc Concilio stabilitum putant. Ego verò sic existimo, alia quidem argumenta pro eo primatu meritò afferri posse, ut caput primum & sextum Concilii Toletani duodecimi, & præsertim aliquorum Pontificum rescripta Hispaniæ excidio & Toleto ex Mauris recepto posteriora, quorum plura exempla legi; sed hoc Concilio quod in manibus est nihil minùs quàm ea res agitur. Concilii enim summa hæc est. Hispania Gotthorum tempore in sex erat provincias divisa. quod partim ex Isidori libro XIIII. *etymologiarum & Sexto Rufo atque Aurelio Victore colligitur, sed præsertim ex ipsis Conciliis eo tempore habitis, & ex episcopatuum divisione sub Rege Vvamba facta, quæ etiam nunc extat. In singulis provinciis singuli erant Metropolitani, in Bætica Hispalensis, in Lusitania Emeritensis, in Gallicia Bracharensis, in Tarraconensi ipse Metropolitanus Tarraconensis, Toletanus verò in provincia Carthaginensi, cujus pars erat regio Carpetana, Narbonensis denique in Gallia Gotthica. Sic enim Narbonensis provincia appellabatur; & quia nostratibus Gotthis suberat, ad Hispaniensia Concilia solebat convenire. Cùm itaque nonnulli Episcopi provinciæ Carthaginensis se ab obedientia Metropolitani Toletani paulatim subducerent, id tantùm hoc Concilio præcipitur, ut sicut ceteræ provinciæ Hispaniæ singulos agnoscunt Metropolitanos, ita provincia Carthaginensis Toletanum agnoscat Metropolitanum sive Primatem. Nam pro eodem utrumque nomen usurpat. Toletanus enim Episcopus est Metropolitanus totius provinciæ Carthaginensis, non modò regionis Carpetanæ. quod aliqui decepti subscriptione Euphemii Toletani Archiepiscopi in Concilio Toletano existimant. Quamquam & hic illud admonendus est lector, subscriptionem Euphemii, quæ hoc loco ex Concilio tertio Toletano citatur, depravatam ibi esse in*

impressis. Legitur enim Euphemius pro Capitaneis , *cùm ex veteribus libris sit reponendum* Euphemius provinciæ Carpetanæ *Vt verò ad hoc Concilium redeam , cùm ad eandem synodum pertineat & Regis decretum & Episcoporum constitutio , bipartita tamen Episcoporum est subscriptio. Id hoc consilio factum puto , quòd priore loco subscribunt aliarum provinciarum tum Metropolitani tum minores Episcopi , à quibus communi consensu definitum fuit Toletanum debere præesse toti provinciæ Carthaginensi; posteriore verò loco subscribunt Episcopi tantùm provinciæ Carthaginensis , qui obedientiam Toletano spondent , atque , ut iidem loquuntur , honorificentiam dignitatis deferre huic Ecclesiæ pollicentur. In cujus rei confirmationem ibidem mox producuntur tres libelli ac postulationes , vel jam olim factæ , vel paulò post id Concilium oblatæ à Presbyteris , ut apparet , Mentesanis , qui petunt Emilianum sive Emilanem electum à se Episcopum Mentesanum à Metropolitano Toletano consecrari. Nam pertinuisse istos Episcopos posterioris subscriptionis ad provinciam Carthaginensem Toletano subjectam facilè cognoscit quivis ex Conciliis Toletanis quinto , nono , & undecimo ; quæ non fuerunt nationalia ex multis Metropolitanis congregata , ut multa alia Toletana , sed mera provincialia ex solis Episcopis Toletano subjectis. Illud tamen addam , dici ibidem hanc synodum habitam apud sanctissimum Ecclesiæ Toletanæ antistitem ; cujus quoniam neque nomen hoc loco proditur , neque ipse Concilio subscribit , (fortasse quòd de ejus dignitate ageretur) si quis tamen scire cupiat , sciat esse Aurasium. Is enim Ecclesiæ Toletanæ præfuit temporibus Vviterici & Gundemari Regum & exordiis Sisebuti. quod scriptum reliquit Ildefonsus Archiepiscopus Toletanus libello de viris illustribus nondum typis publicato. Illud porrò mihi magis est dubium , cur hoc Concilium Toletanum sub Gundemaro & alterum Toletanum anno duodecimo Recaredi hic etiam à nobis descriptum non sint relata in numerum ceterorum Toletanorum , cùm ex ordine temporum quartum & quintum inscribi debuissent. qui numerus sequentibus Conciliis constanter tribui solet. Neque verò additum nostra ætate numerum Conciliis Toletanis affirmare quisquam potest , cùm Gotthos eodem numero usos ex capite* IX. *Concilii* XIII. *Toletani discamus ; ubi quod nobis est duodecimum , planè etiam vocatur duodecimum. Neque rursus ignorata fuisse hæc duo Concilia à posterioribus Gotthis in tam recenti memoria fit verisimile. Itaque mihi nondum causa liquet , nisi fortè horum duorum brevitas & exiguitas impedivit quò minùs in majorum Conciliorum numerum referrentur.*

Cæsaraugustana Concilia duo inscripta à nobis sunt nomine secundi & tertii ex ordine alterius primi vulgo impressi , ex quibus etiam tertium in libro est Alveldensi & nullas habet subscriptiones ; in secundo verò subscribunt Episcopi sine nomine suorum episcopatuum , sed quarum Ecclesiarum plerique fuerint cognosces ex Concilio Barcinonensi secundo , septem pòst annis celebrato.

Barcino & Osca notiores urbes sunt quàm ut exponi debeant.

Egara fortasse quibusdam erit obscurior. Fuit autem Egara oppidum Hispaniæ Tarraconensis Gotthorum tempore Episcopo insignitum , qui Tarraconensi Metropolitano suberat ; cujus episcopatus Barcinonensi & Gerundensi conterminus erat , ut apparet ex ea episcopatuum divisione quæ sub Rege Vvamba Toleti facta in veteribus Hispaniæ codicibus extat. Hujus episcopatus nomen propter loci ignorantiam variè est in libris Conciliorum impressis depravatum ; in quibus legitur Agragensis secundo Concilio Toletano, & Gerabricensis octavo Toletano , ubi constanter legitur in manuscriptis Egarensis. Neque verò potuerunt typographi adeo tollere Egarensis Ecclesiæ nomen quin illud integrum sit relictum in duobus Conciliis impressis , Tarraconensi scilicet & tertio Toletano. Quin & apud Ptolomæum hujus oppidi mentionem fieri puto , ubi Erga scribitur , & in quibusdam exemplaribus Eraga , vitiato utrobique nomine ex syllabarum metathesi pro Egara. Porrò illud etiam in hoc Concilio Egarensi admonendum , subscribere quidem

Episcopos sine nominibus Ecclesiarum, sed multorum Ecclesias posse intelligi ex Concilio Toletano sub Gundemaro, quod quadriennio antè fuerat habitum.

Narbonense Concilium ex eodem codice sancti Æmiliani descripsimus, & his Hispaniensibus addidimus, quod ibi quoque inter Hispaniensia erat situm. Nam Gotthorum tempore, ut diximus, Narbonensis Gallia ad Hispaniam pertinuit, una ex sex Hispaniæ provinciis numerata, & Narbonensis Metropolitanus cum Episcopis sibi subditis Conciliis Toletanis intererat & subscribebat.

Legem illam Chintilæ Regis, quam quorundam sermonibus acceperamus Concilium Toletanum sub Chintila existimatam, ex ipso codice agnovimus nullum Concilium novum esse, sed confirmationem tantùm quinti Concilii Toletani sub Chintila habiti; quæ tamen in uno tantùm sancti Æmiliani libro est inventa.

Concilium autem Toletanum decimumoctavum sub Vvittiza Rege, cujus Rodericus Archiepiscopus Toletanus in historia meminit, diligenter à nobis quæsitum, nusquam repertum est præter aliquot versuum summam, quæ penè cum Roderici verbis consentit. Neque verò magni momenti Concilium fuisse illud puto, cùm Alfonsus tertius Ovetensis Rex, vel illius potiùs jussu, chronico edito Sebastianus Salmaticensis Episcopus ante septingentos annos scriptum reliquerit Vvittizam improbum Regem Concilia dissolvisse, canones ecclesiasticos obserasse, omnemque religionis ordinem depravasse, permisso etiam Presbyteris conjugio; quod scelus, ut idem auctor ait, Sarracenico bello Deus est ultus.

Hæc quidem de singulis Conciliis dicta sint. De omnibus autem in genere illud admonendum, bona nos fide hæc Concilia ex ipso vetusto libro descripsisse, relictis etiam ejus ætatis solœcismis & barbarismis. Neque verò minora linguæ Latinæ vitia præ se ferunt in his codicibus vetustissimis reliqua Concilia Hispaniensia quæ jam diu feruntur impressa; sed illa vel typographi vel viri docti qui publicarunt expolire plerunque mutatione unius literæ vel syllabæ voluerunt, & id quidem meritò, ne levis grammaticæ syntaxeos perversio delicatis lectoribus incuteret horrorem. Nos integra omnia reliquimus.

Ad extremum, quoniam non modò Concilia hic à nobis descripta, sed cetera Hispaniensia extant tam in libris manuscriptis quàm impressis præpostero sæpe ordine collocata, visum est semel omnium Hispaniæ Conciliorum quæ ad Sarracenorum usque ingressum fuerunt chronologiam describere: quæ, ni fallor, certò à nobis constituta tum ex Gotthicis Conciliorum codicibus, tum ex temporibus Regum Gotthorum inter se comparatis, multorum recentiorum auctorum errata convincet, qui impressis libris usi hujusmodi Concilia non suo loco disposuerunt. Quin etiam ut Conciliorum maxima concordia cum Regum temporibus appareret, (nam est semper verum vero consonum) addidimus catalogum Regum Gotthorum à duobus auctoribus acceptum qui ipsorum Gotthorum tempore vixerunt. Nam priores Reges usque ad Suintbilanem nobis scriptos reliquit Isidorus libello de Gotthis, Suevis, & Vvandalis nondum typis mandato. Posteriores sumpsimus ex Vulsæ Episcopi perbrevi sed aureo chronico, quod in quodam libro bibliothecæ regiæ & aliis vetustis exstat; de cujus in scribendo fide nihil est quòd dubitemus, cùm & tempora ab illo notata tam exactè cum Conciliis quadrent, & posteriorum Regum menses & dies ita minutatim definiat ut vixisse sub Hispaniæ excidium videatur.

ELENCHVS

ELENCHVS

EORVM QVÆ IN HOC TOMO PRIMO novæ collectionis Conciliorum continentur.


Elenchus.

Elenchus.

HÆC PRÆSENS COLLECTIO complectitur annos CCCCXXX. nimirum ab anno Christi CXXV. usque ad annum DLIV. imperii Justiniani Augusti XXVII.

HOCCE OPERE

NOVA



NOVA COLLECTIO CONCILIORUM.

PRÆFATIO.



RIMUM ac præcipuum Chriſtiani hominis officium eſt rectè de Deo credere & bene vivere. Ad utrumque valde conducit ea noſſe quæ de fide & moribus olim conſtituta ſunt ab Epiſcopis in unum collectis cum ſpiritu ſancto, cujus præſentiam teſtatur congregatio ſacerdotum. Quare optimè placuit ſapientiſſimis & ſanctiſſimis viris majoribus noſtris ut ſacroſancta Conciliorum decreta in unum codicem referrentur, ex quo quilibet Chriſtianus certas accipere regulas poſſet & bene credendi & bene vivendi. Verùm poſtea, quoniam ſancitum fuerat ut conventus epiſcopales agerentur ſingulis annis in unaquaque provincia, emergenteſque hæreſes neceſſitatem etiam perſæpe impoſuerunt convocandi ſynodos œcumenicas & generales, multitudine actorum & canonum factum eſt ut in uno codice omnia comprehendi non poſſent. Itaque præter illum codicem canonum Eccleſiæ univerſæ, magna Concilia unum volumen per ſe ipſa fecere, & unaquæque provincia, ſicut ſuas ſynodos propria auctoritate celebrabat, ſic ſuarum privatim regularum codicem habere voluit.

Hinc factum ut tametsi una fides & una disciplina, quantum fieri potest, esse debeat per universas provincias quæ Christi nomine censentur, diversarum tamen Ecclesiarum variæ paulatim consuetudines, quæ fidei catholicæ non adversantur, introductæ sint: quas quia publicæ utilitatis interfuit omnibus notas esse, unus homo inventus est olim, Isidorus nimirum Episcopus Hispalensis, qui de re publica sollicitus, laudabili diligentia celebriora Concilia in oriente, Africa, Gallia, & Hispania habita simul colligeret, additis insuper aliquot synodis in Romana urbe celebratis. Eam collectionem aliquot posteriorum temporum Conciliis usque ad Basileense auctam primus post artem typographicam inventam vulgavit in hac urbe Parisiorum clarissimus & doctissimus conterraneus meus Iacobus Merlinus Doctor Theologus Parisiensis, cui propterea Christianus orbis debet primam editionem Conciliorum. Et quia facile est inventis addere, eam alii subinde locupletarunt, donec ad illam voluminum multitudinem perventum est quam hodie conspicimus. Nondum tamen finis. Etenim ego vestigia ejusdem conterranei mei felciter assecutus, multò plura in hoc genere collegi quàm hactenus ab uno aut tentatum aut factum sit. Ea nunc damus, Deo propitio.

ANNO CHRISTI 125.

CONCILIVM SICVLVM

Habitum circa annum Christi CXXV.

CVRA & negotium apostolicis viris semper fuit, *inquit Hilarius in fragmentis*, constanti & publica perfectæ fidei prædicatione conatus omnes ablatrantis hæresis comprimere & exposita evangeliorum veritate perversitatem doctrinæ errantis extinguere, ne audientium mentes quadam labe contaminans contagium vitii adhærentis infligeret. *Itaque prima semper veterum Conciliorum cura fuit adversùs emergentes hæreses, ne quid sancta religio caperet detrimenti. Rarò ob disciplinam constituendam conveniebant, quia sancta tum erat omnium de Deo rectè sentientium vita, nullus pravis moribus locus. At frequentes erant controversiæ de fidei capitibus. Itaque frequentes oportuit esse Episcoporum conventus, in quibus & hæreticorum audacia reprimeretur, & quæ vera essent dogmata demonstrarentur. Cùm ergo tempore Alexandri Romani Pontificis Heracleon quidam ex schola Valentini in Sicilia docere cœpisset pravam ac nefariam doctrinam de baptismo, convenientes Episcopi, inter quos fuere Eustachius Lilybæorum & Panormeorum Theodorus, eum audivere in synodo, ac deinde universas assertiones ejus miserunt ad eundem Alexandrum, rogantes ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Ita gestam esse rem docet vetus auctor de hæresibus à Sirmondo editus lib. 1. cap.* XVI. Sextadecima hæresis Heracleonitarum, ab Heracleone adinventa est; quæ baptizatum hominem, sive justum, sive peccatorem, loco sancti computari docebat; nihilque obesse baptizatis peccata memorabat, dicens: Sicut non in se recipit natura ignis gelu, ita baptizatus non in se recipit peccatum. Sicut enim ignis resolvit aspectu suo nives, quantæcunque juxta sint, sic semel baptizatus non recipit peccatorum reatum, etiam quantavis fuerint operibus ejus peccata permixta. Hic in partibus Siciliæ inchoavit docere. Contra hunc susceperunt Episcopi Siculorum, Eustachius Lilybæorum, & Panormenorum Theodorus. Quique omnium qui per Siciliam erant Episcoporum synodum exorantes, gestis eum audire decreverunt; & universas assertiones ejus dirigentes ad sanctum Alexandrum Vrbis Episcopum, rogaverunt ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander ad singula quæque capita hydri singulos gladios Dei verbi de vagina divinæ legis eiciens, librum contra Heracleonem ordinans, ferventissimum in ingenio Sabinianum Presbyterum destinavit, qui & scriptis Episcopi & assertione sua ita eum confutaret ut nocte media navis præsidio fugeret, & ultra ubinam devenisset penitùs nullus sciret.

ANNO CHRISTI 152.

CONCILIVM PERGAMENSE

Habitum circa annum Christi CLII.

COncilii istius notitiam debemus uni Primasio, seu quisquis auctor fuit libri de hæresibus quem sub nomine Prædestinati Sirmondus edidit: qui loquens de Colorbasianis hæreticis, ait illorum errorem à Theodoto Pergamensi Episcopo in Mysia mediterranea, ut opinor, anathematizatum fuisse in synodo septem Episcoporum. Quod contigisse oportuit circa annum centesimum quinquagesimum secundum ab incarnatione Domini, quòd eo tempore maximè vigeret illa hæresis, & Tertullianus Colarbasum ponat post Heracleonem, de quo suprà actum est. Hæc sunt verba illius auctoris: Quintadecima hæresis Colorbasiana, à Colorbasio adinventa, vitam omnem hominum in septem stellis esse positam adfirmabat, & has esse septem

Anno Christi 160. Ecclesias & septem candelabra aurea conabatur adstruere. Hunc sanctus Theodotus de Pergamo Episcopus, habita synodo septem Episcoporum, anathematizavir, docens septem Ecclesias in septiformi spiritu consecratas. Vna forma est, inquit, cùm in forma quam primus homo amiserat revocatur. Secunda, cùm immaculatus qui erat, peccator efficitur. Tertia, cùm ex terra corpus mortuum suscitabatur, Quarta, cùm anima de inferni claustris eruitur. Quinta, quòd anima paradisi habitatione lætatur, quousque corpus suum incorruptibile recipiat. Sexta, quod filios Deo facit qui erant filii Adæ. Septima, quòd facit hominem regni cœlorum esse participem. Has esse sancti Spiritus formas in septem Ecclesiis, in septem oculis, & in septem candelabris aureis conlocatas. *Hactenus vetus ille auctor. Ceterùm quod iste hæresiarcha vocatur C. Bassus apud Philastrium, error hauddubiè fuit librarii: qui cùm* Colorbasius *videret scriptum, sciretque vulgatissimum tum Bassorum nomen, putavit legendum esse* C. Bassus. *Quod fraudi fuit illustrissimo Cardinali Baronio. Nam & apud Tertullianum, in libro de præscriptionibus, non Colorbasius vocatur, sed Celarbasius. Quod propius accedit ad nomen Bassi.* Anno Christi 171.

CONCILIVM ORIENTALE
Habitum circa annum Christi clx.

I*Stud etiam Concilium debemus diligentia auctoris qui scripsit librum de hæresibus à Sirmondo editum: qui quum lib.* 1. *cap.* xxiii. *differeret de hæresi Cerdonianorum, quæ à Cerdone cepit exordium, pravamque eorum doctrinam recitatis Augustini verbis ex libro de hæresibus retulisset, demum addit contra illum suscepisse sanctum Apollonium Episcopum Corinthiorum, eumque omni cum synodo orientali damnavisse, affert que loca ex scriptura sacra quibus usus est Apollonius ut eorum insaniam refelleret. Deinde addit:* Hæc autem & his similia, hac de causa condemnatis hæreticis, rationabili sermone videbantur satisfacere sacerdotes, sive ut à præcipitio revocarent, sive ut se ostenderent sectas damnare, non homines.

CONCILIVM HIERAPOLITANVM
Habitum circa annum Christi clxxiii.

A*Vctor libelli synodici narrat sanctam synodum Hierapoli Asiæ civitate celebratam ab Apollinario urbis illius Episcopo aliisque viginti sex Episcopis ejusdem provinciæ abdicasse & extirpasse Montanum & Maximillam pseudoprophetas, simulque cum illis damnavisse Theodotum coriarium. Meminit illius & aliarum synodorum per ea tempora celebratarum in Asia idem Apollinaris in libro secundo adversùs Cataphrygas apud Eusebium lib.* v. *hist. eccles. cap.* xvi. Nam cùm fideles qui in Asia erant, *inquit,* sœpius & in plurimis Asiæ locis ejus rei causa convenissent, novamque illam doctrinam examinassent, & prophanam atque impiam judicassent, damnata hæresi isti ab Ecclesia & fidelium communione expulsi sunt. *Deinde addit Montanum & Maximillam, ab insano, ut fama est, spiritu incitatos, laqueo sibi gulam fregisse, atque ita instar proditoris Iudæ vitam finiisse. Scio virum doctissimum Henricum Valesium in annotationibus ad Eusebium pag.* 98. *contendere Asterium Vrbanum, qui paulò post illic commemoratur, auctorem esse istorum trium adversùs Cataphrygas librorum, non autem Apollinarem, eoque nomine traducere Rufinum & Christophorsonum, qui de Apollinare interpretati sunt. Verum hæc clarissimi viri sententia revincitur auctoritate ipsius Eusebii, qui libro* iv. *cap.* xxvii. *recensens lucubrationes ejusdem Apollinaris, inter eas numerat libros quos scripsit contra Cataphrygarum hæresin; idemque infra lib.* v. *cap.* xix. *refert fragmentum epistolæ Serapionis Episcopi Antiocheni, in qua detestans novam Montani prophetiam, ait eam ab Apollinari Hierapolitanæ urbis in Asia Episcopo* fuisse *damnatam, mittereque se ejusdem Apollinaris γεάμματα, id est libros, non verè litteras, ut malè hic verterunt interpretes. Revincitur etiam auctoritate ejusdem libelli synodici, in quo quæ de miserabili morte Montani & Maximillæ scribuntur apud Eusebium, ad Apollinarem referuntur.* Qui blasphemè, *inquit auctor libelli,* utpote à dæmone obsessi, sicut idem pater (*Apollinaris Hierapolitanus*) dicit, vitam commutarunt. *Obscurus porrò, ut hoc quoque dicam, est locus ille. Quid enim est blasphemè mori? Itaque vox βλασφήμως, qua usus est auctor, vertenda fuit* probrosè, *quia suspendium est probrosi & infamis leti genus. Denique sanctus Hieronymus in libro de viris illustribus de hoc ipso Apollinari agens; docet eum libros scripsisse* adversùm Cataphrygas, qui tunc primùm cum Priscilla & Maximilla insaniebant. *Quamquam Hieronymus alibi libros istos tribuere videtur Apollonio cuidam viro disertissimo, qui floruit sub Commodo Severoque Principibus.*

CONCILIVM LVGDVNENSE
Habitum circa annum Christi cxcvii.

P*Arva hujus synodi mentio extat in vulgatis editionibus Conciliorum, quod aut non animadverterint editores extare apud Eusebium fragmenta epistolæ synodicæ ad Victorem Papam scripta, vel existimaverint epistolam Irenæi Episcopi Lugdunensis ad eundem Papam, cujus sunt hæc fragmenta, non esse scriptionem publicam, sed privati hominis. Verùm nuper vir doctissimus Henricus Valesius in annotationibus ad librum quintum historiæ ecclesiasticæ Eusebii cap.* xxiv. *adnotavit fragmenta illa verè esse ex epistola synodica Episcoporum Galliæ, argumento sumpto ex capite* xxiii. *ejusdem libri, in quo Eusebius enumerans epistolas synodicas tum scriptas occasione controversiæ de Paschate, ita scribit:* Epistola

ANNO CHRISTI 197.

quoque Ecclesiarum Galliæ exstat, quibus præerat Irenæus. *Assentior enim eidem viro clarissimo, qui epistolam illam putat non esse diversam ab ea quam Eusebius in capite sequenti tradit ab Irenao scriptam esse ad Victorem ex persona fratrum, id est, Episcoporum Gallia, existimans proinde referri illam debuisse inter Concilia Gallia*: ut olim monui, *inquit*, Iacobum Sirmondum virum doctissimum. *Itaque visum est referri hoc loco debere hac fragmenta epistola synodica, prout extant apud Eusebium.*

ANNO CHRISTI 197.

INTERPR. RVFINO.

Denique extant ipsorum littera, quibus asperius objurgant Victorem, velut inutiliter Ecclesia commodis consulentem. Nam & Irenaus cum ceteris quibus praerat Galliarum Episcopis scribens, confirmat quidem ut in dominica die resurrectionis Domini mysterium celebretur, Victorem tamen arguit quòd non rectè fecerit, abscidere à corporis unitate tot & tantas Ecclesias Dei qua morem sibi antiquitus traditum custodirent. Sed & de multis aliis commonet per hac verba. Non solùm, *inquit*, de die Paschæ agitur controversia, sed & de ipsa specio jejuniorum. Quidam enim putant una tantùm die observari debere jejunium, alii duabus, alii verò pluribus; nonnulli autem etiam quadraginta, ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuant. Quæ varietas observantiæ non nunc primùm neque nostris temporibus cœpit, sed multò ante nos, ex illis, ut opinor, qui non simpliciter quod ab initio traditum est tenentes, in alium morem vel per negligentiam vel per imperitiam postmodum decidere. Et tamen nihilominus omnes isti, etiam cùm in observantia variarent, inter semetipsos & nobiscum pacifici fuerunt semper & sunt, nec dissonantia jejunii fidei consonantiam rupit. *Post hac inserit etiam historiam quandam, qua pro sui opportunitate nec à nobis debet omitti. Denique ait.* Et illi omnes ante Soterem Presbyteri qui Ecclesiæ cui tu nunc præes sacerdotium tenuerunt, Anicetum dico & Pium Higinumque & Telesphorum & Sixtum, neque ipsi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant. Et tamen cùm ipsi ita non observarent, pacem semper habuerunt cum illis Ecclesiis quæ hunc observantiæ morem tenebant, cùm utique & ipsis contrarium videretur quòd non cum ipsis etiam ceteri similiter observarent. Nunquam tamen ob hoc repulsi sunt aliqui ab Ecclesiæ societate, aut venientes ab illis partibus non sunt suscepti. immo potiùs & omnes Presbyteri qui fuerunt ante te, omnibus semper qui non

Φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναί, πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ βίκτορος. ἐν οἷς καὶ ὁ εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἡγεῖτο κατὰ τὴν γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστείλας, παρίσταται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον· τῷ γε μὴν βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας ἐκκλησίας θεοῦ ἀρχαίου ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ. καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τάδε ἐπιλέγων. οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν. τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων, τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων· καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε, καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους. καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι. τούτοις καὶ ἱστορίαν προστίθησιν ἣν οἰκείως παραθήσομαι, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον. καὶ οἱ πρὸ σωτῆρος πρεσβύτεροι οἱ προστάντες τῆς ἐκκλησίας ἧς σὺ νῦν ἀφηγῇ, ἀνίκητον λέγομεν καὶ πίον, ὑγῖνον τελεσφόρον καὶ ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον· καὶ οὐδὲν ἔλαττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες, εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν ἐν αἷς ἐτηρεῖτο ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς. καί τοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν, τοῖς μὴ τηροῦσι. καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες· ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν. καὶ τοῦ μακαρίου πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ ῥώμῃ ἐπὶ ἀνικήτου· καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλή-

INTERP. VALESIO.

Exstant etiamnum eorum littera, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Ireneus in epistola quam scripsit nomine fratrum quibus praerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum. Victorem tamen decenter admonet ne integras Dei Ecclesias morem sibi à majoribus traditum custodientes à communione abscindat. Et post multa alia in eam sententiam dicta, his etiam utitur verbis. Neque enim de die solùm controversia est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam enim existimant unico die sibi esse jejunandum, alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hæc in observando jejunio varietas non nostra primùm ætate nata est, sed longè antea apud majores nostros cœpit: qui negligentiùs, ut verisimile est, præsidentes, ex simplicitate & imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen & omnes isti pacem inter se retinuerunt, & nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei commendat. *Narrationem deinde subjungit, quam hic opportunè inseram. Est autem hujusmodi.* Sed & Presbyteri illi qui ante Soterem Ecclesiam cui tu nunc præes gubernarunt, Anicetum dico & Pium & Hyginum cum Telesphoro & Xysto, neque ipsi unquam observarunt, neque his qui cum ipsis erant ut id observarent permiserunt. Ipsi tamen cùm hoc minimè observarent, pacem nihilominus colebant cum iis qui ad se venissent ex Ecclesiis in quibus id observabatur. Atqui observantia inter eos qui minimè observabant tantò magis contraria videbatur. Nec ulli unquam ob ejusmodi consuetudinem rejecti sunt. Verùm illi ipsi qui te præcesserunt Presbyteri, quamvis id minimè observarent, Ecclesiarum Presbyteris qui id observabant eucharistiam transmiserunt. Et cùm beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset contro-

Anno Christi 197.

ita observabant Presbyteris Ecclesiarum eucharistiam solemniter transmittebant. Beatus autem Polycarpus cùm ad urbem Romam venisset sub Aniceto, cùmque de aliis nonnullis parum quid habuissent inter se, statim tamen coissent in pace, de hac quæstione ita egerunt ut noo unusquisque sententiam suam obstinata contentione defenderet. Neque enim aut Anicetus Polycarpo suadere poterat ut non observaret ea quæ noverat Ioannem discipulum Domini nostri vel ceteros Apostolos, cum quibus semper fuerat, observasse; neque rursum Polycarpus Anicetum persuasit ea deserere quæ ille dicebat à se majorum more servari. Cùmque hæc ita inter se habuissent, communicarunt sibi invicem, ita ut cederet Anicetus Polycarpo etiam sacerdotali ministerio, honoris duntaxat contemplatione, perfunfungi. Et ita ab invicem plena fide, pace iotegra, & firma caritate discedunt, ot omnes Ecclesiæ, sive quæ ita de Pascha sive qoæ non ita observarent, inter se tamen concordiam custodirent.

λοις, εὐθὺς εἰρήνευσαν· περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλονεικήσαντες πρὸς ἑαυτούς. οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων.

versia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt, de hoc capite non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere unquam poterat ut observare desineret, quippe qui cum Ioanne Domini nostri discipulo & cum reliquis Apostolis, quibuscum familiariter vixerat, cum morem perpetuò observasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere conatus est ut observaret, cùm Anicetus eorum qui ante se fuerant Presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quæ cùm ita se haberent, communicarunt sibi invicem, & Anicetus in Ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit: tandemque cum pace à se invicem discesserunt, tam iis qui observabant, quàm illis qui minimè observabant, pacem communionemque totius Ecclesiæ retinentibus.

Meminit illius epistolæ Hieronymus in libro de viris illustribus. Feruntur, inquit, ejus (id est, Irenæi) & aliæ ad Victorem Episcopum Romanum de quæstione Paschatis epistolæ, in quibus commonet eum non facilè debere unitatem collegii scindere.

CONCILIVM EPHESINVM
Habitum circa annum CXCVII.

Concilii istius memoria extat in tomis Conciliorum, ex Eusebio & libello synodico. Sed miror prætermissum fuisse insigne fragmentum epistolæ ad Victorem Papam & ad Ecclesiam Romanam tum scriptæ à Polycrate Episcopo Ephesino, quam Hieronymus in libro de viris illustribus docet fuisse synodicam. Sic ergo habet fragmentum illud apud Eusebium.

INTERP. RVFINO.

Euseb. lib. 5. c. 24.

Nos ergo intemeratum Paschæ colimus diem, neque addentes neque auferentes aliquid. Etenim magna quædam luminaria apud Asiam dormierunt, summi & electi viri, quos Dominus suscitabit in adventu suo, cùm venier de cœlis in gloria, & requiret omnes sanctos suos: in quibus est Philippus Evangelista, qui dormivit apud Hierapolim, sed & duæ filiæ ejus, quæ virgines senuerunt, & alia ejus filia spiritu sancto repleta, quæ apud Ephesum dormivit; necnon & Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificale petalum gessit, martyr & doctor Ecclesiæ, qui & ipse apud Ephesum dormivit. Polycarpus quoque apud Smyrnam & Episcopus & martyr. Similiter & Thraseas

Ἡμεῖς οὖν ἀραδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν· μήτε προστιθέντες, μήτε ἀφαιρούμενοι. καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται· ἅτινα ἀναστήσεται τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους· Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι· καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσών· ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας

INTERP. VALESIO.

Nos igitur verum ac genninum agimus diem, oec addentes quicquam, nec detrahentes. Etenim in Asia magna quædam lumina exstincta sunt, quæ illo adventus dominici die resurrectura sunt, cùm Dominus è cælo veniet plenus majestate & gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus è duodecim Apostolis, qui mortuus est Hierapoli, & duæ ejus filiæ quæ virgines consenuerunt, alia qooque ejusdem filia, quæ spiritu sancto afflata vixit, & Ephesi requiescit. Præterea Ioannes, qui in sinu Domini recubuit, qui etiam sacerdos fuit, & laminam gestavit, martyr denique & doctor exstitit. Hic, inquam, Ioannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam Episcopos & martyr fuit, itemque Thraseas

Anno Christi 197.

Episcopus apud Eumeniam, sed apud Smyrnam martyrio consummatus. Quid autem dicam etiam Sagarem nihilominus sacerdotem & martyrem, qui apud Laodiciam requiescit in pace. Sed & Papyrium, & Macarium, & Melitonem propter regnum Dei eunuchum & spiritu sancto repletum, qui jacet in civitate Sardensium, expectans adventum Domini de cœlis ut resurgat à mortuis. Isti ergo omnes diem Paschæ in quartadecima die mensis observaverunt secundùm evangeliom, nihil omnino extrinsecus agentes, sed fidei regulam per omnia conservantes. Sed & ego omnium vestrum minimus Polycrates secundùm traditionem parentum meorum observo, eorum duntaxat quos & ab initio secutus sum. Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt Episcopi, ego octavus; qui omnes ita observaverunt hunc diem ut conveniret cum illo quo fermentum Iudæorum populus aufert. Vnde, fratres carissimi, sexaginta & quinque annos ætatis gerens in nomine Domini, multorum quoque orbis terræ Episcoporum notitiam plenissimè habens, & sanctis scripturis intendens, non perturbabor ex his quæ ad terrorem proferuntur; quia & majores mei dixerunt: Obtemperare oportet Deo magis quàm hominibus. *Et post pauca, de his qui secum aderant Episcopis ista subjungit.* Poteram autem etiam præsentium Episcoporum facere mentionem; quos ipsi petistis ut evocarem, sicut & feci: quorum nomina si scribam, nimià multitudo est: qui omnes scientes parvitatem meam, consensu suo confirmant quæ scribimus, certi quòd non inaniter canos attulimus, sed in disciplina Christi semper conversati sumus.

καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ εὐμενίας, ὃς ἐν σμύρνῃ κεκοίμηται. τί δὲ δεῖ λέγειν σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν λαοδικείᾳ κεκοίμηται; ἔτι δὲ καὶ παπίριον τὸν μακάριον, καὶ μελίτωνα τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν πολυκράτης κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν, ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε τὴν ζύμην. ἐγὼ οὖν ἀδελφοὶ ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν κυρίῳ· καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς· καὶ πᾶσαν ἁγίαν γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. τούτοις ἐπιφέρει περὶ πάντων γράφων τῶν συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, τάδε λέγων· ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν. οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον, συνευδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ· εἰδότες ὅτι εἰκῇ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλὰ ἐν κυρίῳ ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι.

Eumeniæ Episcopus & martyr, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim Episcopum eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem eunuchum, qui spiritu sancto afflatus cuncta gessit; qui & Sardibus situs est, adventum Domini de cælis, in quo resurrecturus est, expectans. Hi omnes diem Paschæ quartadecima luna juxta evangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos assectatus sum. Fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis Episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper Paschæ diem tunc celebrarunt cùm Iudæorum populus fermentum abjiceret. Ego, inquam, fratres, quinqoe & sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe dispersis sermooes sæpe contuli, qui scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis qui me longè majores erant dictum scio: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. *Post hæc de Episcopis qui simul aderant cùm hæc scriberet, & eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur.* Possem etiam Episcoporum qui mecum sunt facere mentionem; quos petiistis ut convocarem, sicut & feci: quorum nomina si adscripsero, ingens numerus videbitur. Hi eùm me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobarunt, gnari me canes istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Iesu Christi semper egisse.

INTERPRETATIO HIERONYMI.

Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque demenres. Etenim in Asia luminaria maxima dormierunt, quæ resurgent in die Domini, quando venturus est de cælis in majestate sua, & suscitaturus omnes sanctos. Philippum loquor de duodecim Apostolis, qui dormivit Hierapoli, & duas filias ejus, quæ virgines senuerunt, & aliam ejus filiam quæ spiritu sancto plena in Epheso occubuit. Sed & Ioannes, qui super pectus Domini recuboit, & Pontifex fuit, auream laminam in fronte portans, martyr & doctor in Epheso obdormivit. Et Polycarpus Episcopus & martyr Smyrnæ cubat. Thraseas quoque Episcopos & martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris Episcopi & martyris recordari, qui in Laodicea sopotatur, & Papirii beati, & Melitonis in sancto spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens, positus est in Sardis, & expectat in adventu ejus resurrectionem. Hi omnes observaverunt Paschatis diem decima quarta looa, ab evangelica traditione in nullam partem declinantes, & ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates secundùm doctrinam propinquorum meorum, quos & secutus sum, (septem siquidem fuerunt propinqui mei Episcopi, & ego octavus) semper Pascha celebravi quando populus Iudæorum azyma faciebat. Itaque, fratres, sexaginta quinque annos ætatis meæ habens io Domino, à multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni scriptura, non formidabo eos qui nobis minantur. Dixerunt enim majores mei: *Obedire Deo magis oportet quàm hominibus.*

CONCILIVM CÆSARIENSE

Habitum circa annum CXCVIII.

His temporibus gravi controversia exorta, ut Eusebius ait in libro quinto historiæ ecclesiasticæ, eò quòd omnes per Asiam Ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ quartadecima luna salutaris Paschæ festum diem celebrandum esse censebant, eaque omnino luna, in quemcunque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant, cùm tamen reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more uterentur, ut scilicet non alio quàm resurrectionis dominicæ die jejunia solvi liceat, synodi ob id cœtusque Episcoporum convenere, atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt, ne videlicet ullo alio quàm dominico die mysterium resurrectionis Domini unquam celebretur, utque eo duntaxat die paschalium jejuniorum terminum observemus. Congregata igitur ob eam causam synodo Episcoporum Palæstinæ, cui præsidebant Theophilus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus & Narcissus Hierosolymitanus, intererant autem etiam cum illis Cassius Tyri & Clarus Ptolemaidis Episcopi & alii quidam, literas quaquaversum scripserunt quibus decretum suum de die Paschatis universis Ecclesiis significaverunt. Extat apud Eusebium postrema pars earum literarum, quæ sic habet. Date operam ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes Ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent qui animas suas à recto veritatis tramite facilè abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos die Pascha Alexandriæ celebrari. A nobis cùm ad illos & vicissim ab illis ad nos literæ perferuntur, ita ut uno consensu & simul sacrosanctum peragamus diem. *Ejusdem epistolæ cum laude meminit Hieronymus in libro de viris illustribus.* Theophilus, *inquit*, Cæsareæ Palæstinæ, quæ olim Turris Stratonis vocabatur, Episcopus sub Severo principe adversùs eos qui decimaquarta luna cum Iudæis Pascha faciebant, cum ceteris Episcopis synodicam & valde utilem composuit epistolam. *Epistola illa nunc non extat, sed tantùm vetus quadam Philippi, ut præfert editio Bucherii, narratio de gestis in hoc Concilio, quam multò diversam ac, ut arbitror, sincerioris editionis inveni in vetustissimo codice MS. monasterii sancti Galli in Helvetia, & in vetustissimo item codice MS. bibliothecæ Colbertinæ, & quam in veteri quoque codice Anglicano extare accepi à viro docto. Hanc narrationem Rhabanus Abbas Fuldensis, qui ejus epitomen legerat apud Bedam in libro de vernali æquinoctio, putavit esse ipsammet epistolam synodicam quam Theophilus Cæsariensis unà cum ceteris Palæstinæ Episcopis scripsit adversùs eos qui quartadecima luna cum Iudæis Pascha celebrabant, ut patet ex capite* LXIV. *libri de computo. Sanè acta illa synodi Cæsariensis, quæ extant, ut dixi, apud Bedam, nonnullis illegitima ac spuria visa sunt, ab aliis, & quidem viris eruditissimis, pro veris ac genuinis recepta. Vtcunque se res habeat, cùm ea nondum edita sint cujusmodi leguntur in antiquis libris, visum est heic edi debere. Sic ergo habent.*

Cùm omnes Apostoli ex hoc mundo transissent, per universum orbem diversa erant jejunia. Nam omnes Galli unum diem anniversarium VIII. Kal. April. Pascha celebrabant dicentes: Quid nobis est ad lunæ computum cum Iudæis facere Pascha? Sed sicut Domini natalem, quocunque die venerit, VIII. Kal. Ianuarii, ita & VIII. Kal. Aprilis, quando resurrectio traditur Christi, debemus Pascha tenere. Orientales verò, sicut historia Eusebii Cæsariensis narrat, quocunque die mense Martio quartadecima luna evenisset, Pascha celebrabant. In Italia autem alii plenos quadraginta dies jejunabant, alii triginta. Alii dicebant septem diebus, in quibus mundus concluditur, sibi sufficere jejunare. Alii quia Dominus quadraginta diebus jejunasset, illi horas quadraginta deberent. Cùm hæc ergo talis diversa esset observatio, mœror erat sacerdotum, quòd ubi erat una fides, dissonarent jejunia. Tunc Papa Victor Romanæ urbis Episcopus direxit ut daret auctoritatem ad Theophilum Cæsariensem Palæstinæ provinciæ Episcopum, quia tunc non Hierosolyma metropolis videbatur, ut inde paschalis ordinatio proveniret ubi Christus fuisset in corpore versatus. Accepta itaque auctoritate Theophilus Episcopus videns tantum sibi opus fuisse injunctum quod in mundi observationem transmitteretur, non solùm suæ patriæ, sed & de vicinis provinciis omnes Episcopos & sapientes viros ad Concilium evocavit. Cùmque grandis illa multitudo sacerdotum vel sapientium virorum in omnibus scripturis spiritalibus erudita in unum fuisset collecta, tunc protulit Theophilus Episcopus auctoritatem ad se directam Papæ Victoris, & quid sibi operis esset injunctum patefecit. Tunc pariter omnes dixerunt: Primùm nobis inquirendum est quomodo in principio mundus fuerit factus. Et cùm hoc fuerit diligentiùs investigatum, tunc poterit ex eo paschalis ordinatio salubriter provenire. Dixerunt ergo Episcopi: Quem diem primum credimus creatum in mundo? Responderunt: Dominicum. Theophilus Episcopus dixit: Quomodo potest probari quòd primus dominicus sit dies factus? Responderunt Episcopi: Dicente scriptura: *Et factum est vespere & factum est mane dies primus.* Inde secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, & septimus, in quo requievit ab omnibus operibus suis, quem diem sabbatum appellavit. Cùm ergo novissimus sit sabbatum, quis potest esse primus nisi dominicus? Dixerunt: Sic est, & aliter non est. Theophilus Episcopus dixit: Ecce de die dominico, quòd primus sit, probastis. De tempore quid vobis videtur? Quatuor enim tempora in anno accipiuntur, ver, æstas, autumnus, & hyems. Quod ergo tempus credimus primum in mundo factum? Episcopi responderunt: Vernum. Theophilus Episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Dicente scriptura: *Germinet terra herbam fœni secundùm genus suum, & lignum fructiferum faciens in se fructum.* Hæc enim verno tempore videmus fieri. Theophilus Episcopus dixit: Verum est. Et adjecit: Quoniam tribus mensibus vernum tempus accipitur, quo loco mundi caput esse credimus, in principio, an medio loco, an in fine? Episcopi dixerunt: In æquinoctio, id est, VIII. Kal. Aprilis. Theophilus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Dicente scriptura. *Et fecit Deus lucem, & lucem vocavit diem, & fecit Deus tenebras, & tenebras vocavit noctem. Et divisit Deus inter lucem & tenebras æquas partes.* Theophilus dixit: Est verum. Ecce de die vel tempore probastis. De luna

Anno Christi 298.

quid vobis videtur? Quomodo dicimus fuisse creatam à principio, plenam, an minuentem? Episcopi responderunt: Plenam. At ille dixit: Probate quod dicitis. Episcopi responderunt: Scriptura divina dicente: *Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cæli, sic ut luceant super terram.* Luminare majus inchoationem diei, & luminare minus inchoationem noctis, quæ tota nocte luceat super terram, non potuit esse aliter nisi plena. Theophilus dixit: Sic est verum. Ergo quomodo fuisset creatus mundus inveniamus. Responderunt: Die dominico, veroo tempore, æquinoctio, hoc est, v III. Kal. Aprilis, & luna plena. Episcopi dixerunt: Sicut in principio mundus creatus est, per ipsum tempus etiam per resurrectionem dominicam redemptus est à peccato. Resurrexit itaque Dominus noster Iesus Christus die dominico, verno tempore, in æquinoctio, luna plena. Per ipsum tantummodo tempus elementa consurgunt. Theophilus dixit: Ecce investigavimus quomodo in principio factus est mundus, vel à peccato redemptus. Nunc de observatione Paschæ agendum est, quo die, aut quo tempore, vel luna, Pascha debeat ordinari. De die dominico quid vobis videtur? Episcopi dixerunt: Numquid potest dominicus dies præteriri ut in eo pascha minimè celebretur, qui tot ac talibus benedictionibus sanctificatus est. Theophilus Episcopus dixit: Quibus aut quantis benedictionibus apertiùs dicite, ut scire possimus quas sanctificationes in eo asseritis, ut scribere possimus. Episcopi dixerunt. Prima illa benedictio est, quòd in ipso tenebræ remotæ sunt, & lux apparuit. Secunda, quòd populus Israël ex Ægypto tenebrarum velut per baptismum fontis per mare rubrum de duro servitio fuerit liberatus. Tertia, quia mandat Moyses ad populum & dicit: Observatus sit vobis dies primus & novissimus, hoc est, dominicus & sabbatum. Quarta, quia centesimus decimus septimus psalmus totus de passione & resurrectione cantatur. De passione: *Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicabor in eis. Circumdederunt me sicut apes favum, & exarserunt sicut ignis in spinis.* Et interjectis versibus: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Hæc de passione. De resurrectione autem dicit: *Hæc dies quam fecit Dominus. Exultemus & lætemur in ea.* Et interjectis versibus: *Constitui te diem solemnem in condensis frequentantibus in cornu altaris.* Dixerunt sic esse verum ut die dominico Pascha celebretur, quia & tantis benedictionibus sanctificatus est, ut in eo die Dominum nostrum Iesum Christum à mortuis manifestum sit resurrexisse. Theophilus dixit: Ecce constitutum est de die dominico. De tempore qu d vobis videtur? Responderunt: Numquid aliter intelligi potest nisi quod in divina scriptura præfinitum est dicente per Moysen: *Hic mensis erit vobis initium mensium. Pascha facitote in eo.* Non dixit in prima die mensis, aut decima, aut vicesima; sed totos triginta in Pascha sanctificavit. Theophilus dixit: Qui sunt hi triginta dies? At illi responderunt: Iam autem diximus principium mundi esse æquinoctium. Ab octavo enim Kal. Aprilis usque ad octavum Kal. Maii, hi sunt triginta dies in Pascha sanctificati. Theophilus Episcopus dixit. Et impium non est ut illi tres dies passionis dominicæ foras terminum excludantur, id est, XI. Kal. Aprilis, quinta feria, quod cœna Domini vocatur, qua cum discipulis suis discubuit, quando & Iudæ prædixit quod ab ipso esset tradendus? quod constat fuisse impletum. Passus namque est Dominus ab undecimo Kalendas Aprilis, qua nocte à Iuda est traditus, & ad octavum Kalendas Aprilis resurrexit. Quomodo ergo hi tres dies extra terminum excludantur? Dixerunt omnes non esse verum ut foras limitem passio mittatur; sed introducantur hi tres dies in ordine paschali, & de novissimo reducantur. Et ita statutum est in illo Concilio ut nec ante XI. Kal. Aprilis neque post XI. Kal. Maii fieri debeat Pascha. Theophilus dixit: Ecce de die vel tempore statutum est. De luna quid vobis videtur? Responderunt: Similiter & de luna præceptum divinum servetur, dicente Moyse: *Et sit vobis observatio à quartadecima usque primam & vicesimam lunam.* Has octo lunas in Pascha fuisse consectatur. Quando ergo intra illum terminum statutum dies dominicus & luna una ex his octo convenerit, Pascha nobis jussum est celebrare.

Anno Christi 230.

CONCILIVM ALEXANDRINVM
Habitum circa annum CCXXX.

Congregatum fuit hoc Concilium adversùs Origenem à Demetrio Episcopo Alexandrino, quòd is, quum à Demetrio, Episcopo videlicet suo, missus esset ad Ecclesias Achaiæ, quæ pluribus hæresibus vexabantur, & sub testimonio ecclesiasticæ Hieron. in Orig. *epistolæ, ut scribit Hieronymus, Athenas per Palæstinam pergeret, à Theoctisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum Episcopis, qui eum prærogativa & supremi honoris apice dignum judicassent, Presbyter ordinatus fuisset secus quàm oporteret, ut* Phot. cod. 118. *ait Photius, id est, absque literis quibus Demetrius Episcopis illis potestatem faceret ordinandi hominem. Hinc Demetrio amor in odium vertit, laudesque mox cum vituperatione commutatæ. Synodus insuper Episcoporum coacta & Presbyterorum quorundam contra Origenem: quæ, ut Pamphilus refert, decretum fecit Alexandriæ quidem pellendum Origenem neque in ea versari aut docere permittendum, sacerdotii tamen dignitate nequaquam submovendum. Altera deinde synodus paulò pòst collecta est à Demetrio, cui interfuerunt aliquot Ægyptii Episcopi. Ergo Demetrius multùm in synodo conquestus de audacia Theoctisti & Alexandri, facinus porrò quod* Euseb. lib. 6. cap. 8. *Origenes adhuc juvenis patraverat, quum se castravit, gravissimè criminatus, eò flexit ut consentiente universa synodo Origenem damnaret & sacerdotio quoque privaret, subscribentibus huic decreto etiam iis qui antea Origeni suffragabantur. Romanum porrò Pontificem ac reliquos orbis Episcopos, exceptis Palæstinæ & Arabiæ & Phœnices atque Achaiæ sacerdotibus, in illam Origenis damnationem consensisse docet Hieronymus, cujus verba referuntur in secunda invectiva quam Rufinus adversùs eum scripsit. Ita Alexandria pulsus Origenes, ad Theoctistum profectus, Cæsareæ degendi & docendi potestatem accepit, ut docet idem Pamphilus apud Photium.*



CONCILIVM ASIATICVM
Habitum circa annum CCXLV.

INfelix ille delirusque Noëtus, cùm ausus esset novas de divinitate & de Christo sententias proponere, sed & majori quadam arrogantia ac vecordia elatus sese Moysem, fratrem verò suum Aaronem esse diceret, à Presbyteris, inquit Epiphanius, sive ab Episcopis ejus regionis evocatus ad reddendam fidei suæ rationem, primò negavit se quicquam ab Ecclesia placitis alienum docuisse, deinde quum quosdam ad insaniam suam pertraxisset, majorem in superbiam atque insolentiam elatus, atque audacior factus, palam hæresim suam disseminavit. Proinde rursum iidem illi Præsules Ecclesiarum tam ipsum quàm qui se ad eum infeliciter aggregaverant arcessunt, atque iisdem de rebus sciscitantur. Cumque ille perfrictâ fronte dogma suum assereret, eorum judicio ab Ecclesia pulsus est cum discipulis suis. Refert autem Epiphanius verba quæ ab Episcopis dicta in Concilio sunt adversus Noëtum dicentem: Vnum Deum veneror, unum novi, nec præter ipsum alterum natum, passum, mortuum. *Volebat enim hac mysteria patrata fuisse in persona patris, adeoque Christum non esse diversum à patre. Tum Episcopi.*

Ὅτι ἕνα Θεὸν δοξάζομεν καὶ αὐτοί, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν δικαίως δοξάζειν. καὶ ἕνα Χριστὸν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν ἕνα Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ, παθόντα καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανόν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ταῦτα λέγομεν μεμαθηκότες ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα.

Et nos, *inquiunt*, unum quoque Deum colimus, sed quemadmodum legitimè illum colere novimus. Itidemque Christum habemus unum, sed quemadmodum novimus, unum Christum Dei filium, passum quomodo passus est, mortuum quomodo mortuus est; qui & resurrexit, & in cœlum ascendit, & ad patris dexteram manet, & venturus est judicare vivos & mortuos. Hæc nos ab scripturis sacris accepta profitemur, quæ & novimus.

CONCILIVM ACHAIÆ.
Habitum circa annum CCL.

COngregata fuit hac synodus adversùs ineptam Valesiorum sive Eunuchorum sectam, qui simpliciter interpretantes verba illa Domini, Sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum, *& se ipsos castrabant & hospites suos, id est, peregrinos ad eos divertentes. Itaque damnati sunt à synodo Achaia, ut scribit auctor Prædestinati lib.* I. *cap.* XXXVII. In tricesimam & septimam hæresim Valesii incurrunt; qui infelices & se ipsos castrant, & hospites suos. Hoc modo dicunt illud impleri: *Qui se castraverunt propter regnum calorum.* Alia quoque hæretica docere dicuntur & turpia; sed quæ illa sint nec ipse Epiphanius commemorat, nec uspiam potui reperire. Hi à synodo sunt damnati Achaiæ.

CONCILIVM ANTIOCHENVM
Habitum circa annum CCLIII.

PRimam hujus synodi notitiam debemus Dionysio Episcopo Alexandrino: qui ad Cornelium Papam scribens, cujus literas adversùs Novatum scriptas acceperat, ei significavit se ab Heleno Tarsi Ciliciæ Episcopo & à ceteris qui cum illo convenerant, Firmiliano scilicet Cæsareæ Cappadociæ & Theoctisto Cæsareæ Palæstinæ provinciæ Episcopis, invitatum fuisse ut ad synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati schisma confirmare tentabant. Scribebat etiam sibi nunciatum esse quòd Fabianus quidem Episcopus Antiochenus diem extremum obiisset, Demetrianus verò in ejus locum esset constitutus. Hac tantùm Dionysius, ut refert Eusebius lib. VI. *cap.* XLVI. *historia ecclesiastica. Auctor verò synodici addit Novatum in ea synodo depositum fuisse, tanquam qui peccatoribus patrocinaretur. Quod fortassis accepit auctor ille ex epistola ejusdem Dionysii scripta ad Dionysium tunc quidem Romanæ urbis Presbyterum, sed qui aliquanto pòst tempore ejusdem urbis Episcopus est constitutus. Fragmentum ex ea epistola refert idem Eusebius lib.* VII. *cap.* VIII. *his verbis.*

Νοουατιανῷ μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθανόμεθα, διακόψαντι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τινὰς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἑλκύσαντι· καὶ περὶ τοῦ θεοῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωτάτην ἐπεισκυκλήσαντι· καὶ τὸν χρηστότατον κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντοῦντι· ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον· καὶ τήν τε πρὸ αὐτοῦ πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀνατρέποντι· τό τε πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ αὐτῶν, εἰ καί τις ἦν ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς, παντελῶς φυγαδεύοντι.

Nam Novatianum meritò aversamur, quippe qui Ecclesiam discidit, & quosdam ex fratribus ad impietatem blasphemiamque pertraxit, qui nefariam de Deo doctrinam invexit, & clementissimum Dominum nostrum Iesum Christum quasi implacabilem calumniatur, qui præterea sacrum lavacrum obliterat, fidemque & confessionem quæ baptismum præcedunt evertit, & spiritum sanctum penitùs ab illis fugat, tametsi aliqua spes subsit vel quòd in illis adhuc maneat vel quòd ad eos reversurus sit.

Anno Christi 257. | Anno Christi 258.

CONCILIVM ROMANVM
Habitum circa annum CCLVII.

DVo erant *(inquit Augustinus in libro de unico baptismo cap.* XIV. *)* eminentissimarum Ecclesiarum, Romanæ scilicet & Carthaginensis, Episcopi, Stephanus & Cyprianus, ambo in unitate catholica constituti. *Erat ea tempestate magnum schisma in Ecclesia propter doctrinam de rebaptizatione, quam olim Afri acceperant ab Agrippino Carthaginensi Episcopo, & quam sanctus Cyprianus admodum pervicaciter defendebat. Tunc Papa Stephanus Romæ synodum provincialem collegit, ut ait auctor synodici; ubi* cum ceteris quidem collegis suis, *ut loquitur Vincentius Lirinensis*, sed tamen præ ceteris, *in eam doctrinam invectus est. Denique ex ea synodo, ut apparet, celebrem epistolam ad Africam misit; qua sanè nunc non extat integra, sed tantum definitio, quam in epistola* LXXIV. *ad Pompeium nobis conservavit sanctus Cyprianus.* Si quis ergo à quacunque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam; cùm ipsi hæretici propriè alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantùm.

Istius Stephani epistola meminerunt Eusebius lib. VII. *cap.* III. *& Vincentius Lirinensis.*

CONCILIVM AFRICANVM
Habitum circa annum CCLVII.

QVanvis persuasum omnius habeam sanctum Hieronymum lapsum fuisse quum scripsit eosdem Episcopos Africanos qui rebaptizationem cum sancto Cypriano sanciverant, rursum convenientes, novum emisisse decretum ac sententiam de baptismo suam mutasse, putavi tamen dandum esse in hac nostra collectione locum huic Episcoporum conventui, quemadmodum nonnulla Concilia referuntur in vulgatis editionibus Conciliorum quæ tamen constat habita non fuisse, tantùm ne quid istius argumenti prætermittatur, sive verum illud sive falsum sit. Ait ergo Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos, illos ipsos Episcopos qui cum beato Cypriano statuerant hæreticos esse rebaptizandos, ad antiquam consuetudinem revolutos, novum emisisse decretum, quo videlicet damnabatur superioris Concilii doctrina de baptismo hæreticorum. Huic Hieronymi opinioni multa repugnare videntur. Primùm enim constat auctoritate Concilii Arelatensis viguisse per multa tempora post Cyprianum doctrinam de rebaptizatione apud Afros. Deinde istud ipsum probatur etiam ex Concilio Carthagine habito apud Gratum Episcopum: quod licèt constiterit ex Episcopis quorum animus abhorrens erat à rebaptizatione, evincit tamen eam doctrinam nondum abolitam fuisse apud Afros, tametsi plerique contrà sentirent. Præterea Concilium Cypriani adhuc ævo Vincentii Lirinensis in auctoritate fuisse probat exemplum Donatistarum, qui (ut ait idem Vincentius, & constat ex gestis collationis Carthaginensis & ex pluribus Augustini locis) illius auctoritate Concilii rebaptizare se jactitabant. Denique nullum novi istius decreti testimonium alibi extat in tota antiquitate. Quod tamen si fuisset, haud dubiè eo usi frequenter essent adversarii Donatistarum. Contrà Augustinus in epistola XLVIII. *adnotat non inveniri Cyprianum sententiam de rebaptizandis hæreticis suam correxisse. quod etiam colligi abundè potest ex capite octavo libri secundi contra Gaudentium. Itaque fieri potest ut Hieronymus, cùm videret rebaptizationem à catholicis Afris rejici, fortassis odio adversus Donatistas, putaverit Afros ad antiquam consuetudinem revolutos esse statim post Concilium habitum sub Cypriano, quemadmodum Augustinus in libro tertio de baptismo cap.* II. *ait illos ad pristinam consuetudinem rediisse post Agrippinum.*

CONCILIVM ROMANVM
Habitum circa annum CCLVIII.

COncilii istius memoriam nobis conservavit auctor libelli synodici, qui perperam illud revocat ad tempora Papæ Victoris. Quo factum est ut Labbeus verba libelli retulerit ad illius pontificatum. Epiph hær. 57. Euseb. lib. 7. c. 6. *Verùm cùm in eo Concilio damnatas constet Noeti & Sabellii pravas opiniones de divinitate, Noetus verò exortus non sit ante tempora Fabiani Papæ, ut colligitur ex Epiphanio. constet autem ex Eusebio Dionysium Episcopum Alexandrinum rescripsisse de Sabellianis hæreticis ad Sixtum II. Romanum Pontificem, necesse est existimare synodum illam Romanam sub eodem Sixto fuisse celebratam. Damnatus in illa præterea fuit Valentinus, qui præter ceteras ineptias, corpus etiam Christi cæleste asserebat, ut legitur in eodem libello synodico.*

ADDITIO

Ad Concilium Antiochenum habitum anno Christi CCLXX. *sive Fragmenta disputationis in eo susceptæ adversùs Paulum Samosatenum à Malchione Presbytero Antiocheno.*

Apud Leont Byzant. lib. 3. contra Nestor.

PAVLVS. Ut nec unctus ex David alienus sit a sapientia, neque sapientia in alio habitet. *Et paulò pòst.* Qui videbatur, non erat sapientia. Non enim poterat reperiri in figura sine habitu, nec in spectatione viri. Major est enim iis quæ spectantur.

Anno Christi 305.

Petrus Diac. in lib. de incarn. ad Fulgent. cap. 3.

MALCHION. Ex simplicibus fit certè compositum, sicut in Christo Iesu, qui ex Deo verbo & humano corpore, qood est ex semine David, unus factus est, nequaquam ulteriùs divisione aliqua sed unitate subsistens. Tu verò videris mihi secundùm hoc oolle compositionem fateri, ut non substantia sit in eo filios Dei, sed sapientia secundùm participationem. Hoc enim dixisti, quòd sapientia dispendium patiatur, & ideo composita esse possit; oec cogitas quòd divina sapientia sicut antè quam se exinanisset indiminuta permansit, ita & in hac exinanitione quam gessit misericorditer, indiminuta atque indemutabilis extitit. Et hoc etiam dicis, quòd sapientia habitaret in eo. Habitamus & nos in domibus, ut alter io altero; sed neque pars domorum nos sumos, nec nostra pars domus est.

Apud Leont. ibid. ITEM MALCHION. Nonne antè dicebam quòd non concedis filium unigenitum, qui est ex æternitate ante omnem creaturam, in toto salvatore ἑνῶσθαι, id est, unitum esse secundùm substantiam?

FRAGMENTA EPISTOLÆ, ut videtur, ejusdem synodi, ejus videlicet partis quam constat omissam ab Eusebio fuisse.

Apud Leont. ibid. SI autem secundùm formationem & generationem copolatus erat, homini hoc accidere. & rursus, non enim congeneratam fuisse com humanitate sapientiam, ut nos credimus, substantialiter, sed secundùm qualitatem. *Et post alia.* Quid aotem vult dicere aliam esse & diversam formationem Christi à nostra, volentibus nobis in hac maxima una re differre ipsius constitutionem à nostra, quòd scilicet in ipso sit verbum quod in nobis homo interior. *Et postea.* Si dicere habitasse in eo sapientiam sicut in nullo alio, hoc modum quidem inhabitationis eundem declarar, mensura verò & multitudine excellit, verbi gratia, duplo plus, aut qoomodocunque ampliùs, vel minus duplo quàm alii, cognoscente ipso à sapientia. Hoc autem nolunt catholici & ecclesiastici canones, sed potiùs illos quidem participasse sapientiam foris inspirantem, quæ alia est apud ipsos, ipsam verò sapientiam per se ipsam substantialiter in corpus ex Maria venisse. *Et post alia.* Ac dicunt non esse duos filios. Si autem filius est Dei Iesus Christus, filius verò etiam sapientia, & aliud est sapientia & aliud Christus, duo sunt filii. *Et postea.* Copulationem verò cum sapientia aliter intellige secundùm disciplinam & participationem, non autem secundùm substantiam in corpore formatam. *Et post alia.* Neque Deus, qui corpus humanum ferebat & induerat, passionum humanarum principaliter expers erat, neque corpus humanum divinorum operum principaliter expers erat in eo in quo erat & per quem hæc opera faciebat. Formatus est principaliter ut homo in ventre; & secundariò Deus erat in ventre συνουσιωμένος τῷ ἀνθρωπίνῳ, id est, copulata substantia ejus cum homine.

Anno Christi 306.

CONCILIVM CIRTENSE
Habitum anno CCCV.

EPocha istius Concilii variè jactatu huc usque fuit, donec vir clarissimus Henricus Valesius in annotationibus ad Eusebium pag. 163. certis argumentis ostendit celebratum fuisse anno Christi trecentesimo quinto. Etenim cùm certum sit persecutionem cœpisse in Africa anno CCCIV. *ineunte, & ex Augustino in Breviculo collationis diei tertia cap.* XVII. *certò colligitur Cirtense Concilium fuisse habitum tredecim mensibus post passionem martyrum Saturnini, Dativi, & aliorum qui passi sunt apud Carthaginem mense Februario anni mox laudati, manifestum est veram esse ejusdem Augustini sententiam, qui ait gesta episcopalia decreti Cirtensis consignata fuisse* III. *Nonas Martias post consulatum Diocletiani IX. & Maximiani VIII. Ex quo confici etiam posse puto mendosam esse apud Optatum notam mensis quo synodus Cirtensis celebrata est, qui ibi dicitur esse Maius.*

CONCILIVM ALEXANDRINVM
Habitum circa annum CCCVI.

COncilium istud à Petro Episcopo Alexandrino, qui & martyr fuit, congregatum est viginti plus minus annis ante Nicænum adversus Meletium Episcopum Lycopolis in Thebaide; in eoque idem Meletius multorum criminum reus ac convictus, & in primis quòd idolis sacrificasset, communi Episcoporum judicio depositus est. Hujus rei testis est omni exceptione major sanctus Athanasius in apologia secunda adversus Arrianos pag. 777. Petrus apud nos ante persecutionem Episcopus, & in persecutione martyr declaratus, Meletium Episcopum Ægypti nominatum multis convictum criminibus, & in primis qoòd idolis sacrificasset, in communi Episcoporum synodo deposuit. *Mentionem istius rei facit etiam Patricius Ararsius in oratione qua Oceanus cognominatur, cujus fragmentum extat post caput* XXXII. *libelli synodici.* Meletium, *inquit*, Episcopum Thebaidos, qui io persecutione sacrificaverat, & infinitorum aliorum criminum reus fuerat deprehensus, sanctissimus Alexandriæ Episcopus Petrus ante acceptam martyrii coronam deposuerat Christique Ecclesia ejecerat.

CONCILIVM CARTHAGINENSE
Habitum anno CCCXI.

CVm excitata persecutio fuisset adversus Ecclesiam Dei in Africa constitutam, quia Felix quidam Diaconus, qui propter famosam nescio quam, ut Optatus ait, de tyranno Imperatore tunc factam epistolam in periculum adductus, apud Mensurium Carthaginensem Episcopum delituisse dicebatur, misso

ANNO CHRISTI 318.

rescripto Mensurius jussus est ire ad palatium, id est, ad comitatum Maxentii, qui tum Africa imperitabat. Professus causam dixit. Jussus est reverti Carthaginem; quò pervenire non potuit, morte nimirum inserta sublatus. Tempestas persecutionis peracta & definita est. Jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Christianis libertas est restituta, anno nimirum trecentesimo undecimo. Tum de substituendo in Mensurii locum Episcopo agi cœptum est. Cumque convenissent Carthaginem vicinarum urbium Episcopi, suffragio totius populi Cæcilianus eligitur, & manus imponente Felice Aptungitano Episcopus ordinatur. At Botrus & Celesius, qui episcopatum Carthaginensis Ecclesiæ appetiverant, cùm spe sua se dejectos viderent, conjuravere adversus Cæcilianum; & adhibita in societatem Lucilla potenti & factiosa femina, qua inimica Cæciliano erat, & senioribus plebis catholicæ, quibus Mensurius discedens ornamenta Ecclesiæ commendaverat, qui faucibus avaritiæ commendatum ebiberant prædam, ad Secundum Tigisitanum Episcopum miserunt petentes ut Carthaginem veniretur. Venit ille cum Episcopis qui Concilium Cirtense ante sex annos celebraverant; adjunctisque sibi pluribus aliis Episcopis usque ad septuaginta, Cæcilianum cum suis collegis & ordinatoribus damnaverunt, absentem licèt, ut in epistola CLXII. ait Augustinus, & Majorinum, qui Lector in diaconio Cæciliani fuerat, Episcopum adversùs eum ordinaverunt, mittentes ubique literas livore dictante conscriptas quibus famam ejus dehonestarent. Hæc collecta sere ad verbum sunt ex Optato & Augustino. Interciderunt enim acta istius Concilii. Sola Marciani Episcopi sententia, quam usque septuaginta qui aderant non improbabant, refertur apud Augustinum in libro adversùs Fulgentium Donatistam cap. XXVI. his verbis: In evangelio suo Dominus ait: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola. Omnem palmitem in me non afferentem fructum excidet & projiciet, & omnem manentem in me & fructum ferentem purgat illum. Sicut ergo palmites infructuosi amputati projiciuntur, ita thurificati, traditores, & qui in schismate à traditoribus ordinantur, manete in Ecclesia Dei non possunt, nisi cognito ululatu suo per pœnitentiam reconcilientur. Unde Cæciliano in schismate à traditoribus ordinato non communicare oportet.

ANNO CHRISTI 318.

CONCILIUM PALÆSTINUM
HABITUM ANNO CCCXVIII.

Damnatus ab Alexandro Archiepiscopo Alexandriæ Arrius, ejectus ex Ecclesia, ac tota civitate proscriptus, Alexandria fugiens, ut Epiphanius scribit, in Palæstinam abiit, ibique singulos Episcopos adire ac prensare adulariquè cœpit ut eos in partes suas traheret. Sed Sozomenus lib. 1. cap. XV. id per legatos factum scribit ab Arrio missos ad Paulinum Episcopum Tyri, & ad Eusebium Pamphili, qui Cæsariensem in Palæstinâ regebat Ecclesiam, & ad Patrophilum Scythopolitanum antistitem, petiisseque ab eis ut sibi unà cum suis concederetur plebem ipsi adhærentem in Ecclesia colligere, eundem quem prius Presbyterorum obtinentibus gradum. hunc enim morem esse Alexandriæ, ut sub uno Episcopo, qui omnibus præest, Presbyteri separatim Ecclesias obtineant & populum ad illas convenire solitum colligant. Illi verò unà cum aliis Episcopis in Palæstina congregati, Arrii petitioni subscripserunt, hortantes ut plebem quidem colligerent, sicuti antea facere consueverant, Alexandro tamen Archiepiscopo subjecti essent ac sine intermissione ei supplicarent ut ejus pace & communione fruerentur. Meminit istius rei, licèt subobscurè, auctor libelli synodici.

DE TEMPORE CONCILII ELIBERITANI.

Antiquum esse istud Concilium magnaque auctoritatis planè constat. Sed quo demum anno fuerit celebratum, ferente persecutione, an post datam Ecclesiæ pacem, non una est omnium opinio. Ea tamen sententia vicisse visa est quæ circa annum Christi trecentesimum quintum docet habitum fuisse. Ego sanè cùm viderem Osium Cordubensem Episcopum illic obtinuisse secundum locum, & quidem longo ante Valerium Cæsaraugustanum intervallo, facilè huc adductus sum ut existimarem synodum illam multò recentiorem esse quàm vulgò putant. in qua sententia confirmatus sum auctoritate ipsius Osii, qui sic loquitur in canone XIV. *Concilii Sardicensis:* Memini autem superiore Concilio fratres nostros constituisse ut si quis laicus in ea in qua commoratur civitate tres dominicos dies, id est, per tres septimanas, non celebrasset conventum, communione privaretur. *Respexit enim Osius, ut manifestum est, ad canonem* XXI. *Eliberitanum, qui sic habet:* Si quis in civitate positus tres dominicas Ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineatur, ut correptus esse videatur. *Itaque existimandum est Osium loquutum esse in synodo Sardicensi de superiore Concilio cui ipse interfuerat, non quidem postremo, quod Nicænum fuit, sed superiore, id est, penultimo, nimirum Eliberitano. Quærenti ergo mihi quonam demum tempore coactum sit istud Concilium, opportunè prorsus se obtulit vetus codex monasterii Corbeiensis, in quo post titulum istum,* Incipiunt constitutiones canonum Anquiritanorum, *statim sequitur.*

Osius Episcopus dixit. Quoniam multa prætermissa sunt quæ ad robur ecclesiasticum pertinent, quæ jam priori synodo Anquiritano, Cæsariensi, & Graniensi constituta sunt, & nunc præ manibus habentur, præcipiat beatitudo vestra ut lectione pandantur, quò omnes acta modò innotescant quæ prioribus nostris pro disciplina ecclesiastica acta sunt. Universi dixerunt. Ea quæ à prioribus nostris acta sunt recitentur. Et recitata sunt. Cùm apud urbem Anquiritanam ventum fuisset &c.

Quorum verborum hunc ego puto sensum esse. Quoniam præsens ista synodus multa statuere prætermisit quæ ad disciplinam ecclesiasticam pertinent, ob eam videlicet causam quòd illa jam constituta fuerint in synodis quæ ante hanc nostram convenerunt, id est, in Ancyrana, Neocæsariensi, & Gangrensi, quarum constitutiones præ manibus habentur in codice quem vobis offero, jubete ut legantur, ne quid priorum constitutionum latere quemquam possit.

Ex his patet hanc Osii interlocutionem factam

ANNO CHRISTI 328.

fuisse in synodo quapiam cui is interfuit, & quæ post tres illas synodos congregata fuerit. Cùm autem ex annotatione quæ apud Dionysium præfixa est synodo Ancyranæ liqueat eam ante Nicænam fuisse habitam, rursum ex annotatione præfixa canonibus Neocæsariensibus colligatur eos Ancyranis quidem posteriores esse, sed Nicænis anteriores, de Gangrensibus verò non constet an anteriores sint Nicænis, huc valde inclino ut existimem ista intelligi debere de Concilio Eliberitano, quod propterea celebratum dici debet aliquanto ante Nicænum. Haud dubiè Osius, qui variis in oriente synodis interfuerat, ipsique Gangrensi, si qua Vasæo fides, præfuerat, hunc codicem in Hispaniam detulerat, quod existimaret eum Ecclesiis Hispanicis utilem futurum; illumque post conditos canones Eliberitanos in medium, ut puto, protulit, relegique petiit, ut hæc orientalium statuta publicè reciperemur in Hispania. Nam de iisdem rebus tractant de quibus actum est in synodo Eliberitana, de pœnis nimirum & reconciliatione lapsorum, aliisque ad eam disciplinam pertinentibus. Vnde & ait Osius in sua illa ad Episcopos allocutione, ea de causa relegendos videri hos harum trium synodorum canones quod non omnibus malis provisum esset in Eliberitana synodo, multaque prætermissa essent quæ ad robur ecclesiasticum pertinerent, quæ verò sumi possent ex prioribus illis Conciliis. Secundùm hanc Osii orationem canones horum trium Conciliorum additi sunt canonibus præsentis synodi, nimirum Eliberitanæ, ut arbitror. Tum statim, prætermissis omnibus reliquorum Conciliorum canonibus, ipsiusque etiam Nicæni, sequuntur capitula decretalia Innocentii.

Sed adversùs hæc reponi potest, canones Eliberitanos videri conditos nondum plenè reddita Ecclesiæ pace, needum persecutione prorsùs extincta, atque adeo sub imperio Constantii Chlori potiùs quàm Constantini. Verùm tametsi Episcopi in hac Eliberitana synodo congregati decreta sanciverint de lapsis, non ideo tamen sequitur pacem in Ecclesia nondum fuisse. Alioqui enim dicendum esset Concilium Ancyranum itemque Neocæsariense diù antè fuisse habita quàm vulgò sentiunt qui de rebus istis tractant. Pœnas lapsis intentaverit Eliberitana synodus, esto. An ideo necesse est affirmare habitam in medio persecutionis? Non ita sanè. Sed quia adhuc multi haud dubiè supererunt ex iis qui lapsi fuerant, quos Episcopi secundùm mores antiquos ac priorem observationem (quæ, ut ait Innocentius Papa, durior erat) à communione repellebant, cùm ipsi se admitti postularent, determinati à synodo sunt diversi lapsorum gradus, ac pœna pro cujusque meritis assignata. Præterea, quamvis reddita fuisset Ecclesiæ pax, non ideo statim abolita paganorum superstitio. Itaque fieri poterat ut nonnulli in ea flagitia inciderent quibus diluendis pœnas præscripsit hæc synodus. Quod confirmatur ex his quæ anno CCCLXXIV. *constituta sunt in synodo Valentina: quæ licet diù post extinctam persecutionem sedatumque bellum celebrata fuerit, pœnas tamen statuit adversùs lapsos. Graviùs urget exemplum synodi Arelatensis secundæ: quæ quum congregata fuerit sub medium sequentis seculi, extincta nimirum, ut ita dicam, etiam memoria persecutionum, tamen renovavit ea quæ in superioribus Conciliis decreta fuerant de lapsis.*

ANNO CHRISTI 328.

CONCILIVM NICOMEDIENSE
Habitum anno CCCXXVIII.

Concilium istud Nicomediense vocamus cum Philostorgio, licet Socrates lib. I. *cap.* XXIV. *& Theodoretus lib.* I. *cap.* XXI. *quæ heic adversùs Eustathium Episcopum Antiochenum gesta sunt, Antiochiæ contigisse velint. Ait ergo Philostorgius lib.* II. *cap.* VII. *Eustathium coitus turpisque voluptatis cum puella accusatum à ducentis & quinquaginta Episcopis apud Nicomediam congregatis damnatum fuisse, ac dein in exilium ab Imperatore projectum. Narrat hanc historiam pluribus verbis Theodoretus, Eusebium inquiens Episcopum Nicomediensem, qui postea sedem Constantinopolitanam invasit, adjunctis sibi perfidiæ suæ sociis Eusebio Episcopo Cæsariensi, Patrophilo Scythopolitano, Aetio Lyddæ, Theodoto Laodiceæ, & aliis Arriana labe contaminatis, unà cum illis Antiochiam contendisse, ut Eustathium pellerent. Conducta enim muliercula quadam quæ ex corporis sui pulcritudine quæstum faciebat, eùm ei persuasissent ut lingua sua ministerium ipsis locaret, ad Concilium conveniunt. Dein aliis omnibus exire jussis, miseram illam mulierem introducunt. Illa infantem uberibus suis admotum ostendens, illum ex Eustathii concubitu concepisse se ac peperisse dixit, & imprudenter vociferabatur. Eustathius verò, qui hanc calumniam adversùs se concinnatam esse evidentissimè sciret, mulierem, si quem haberet hujus facinoris conscium, in medium proferre jubet. Cùmque illa neminem objecti criminis testem habere se diceret, æquissimi judices jusjurandum ei detulerunt; idque quamvis lex disertè clamet ea quæ dicuntur, duorum aut trium testimonio confirmari oportere, & Apostolus apertè præcipiat ne quidem contra Presbyterum admittendam esse accusationem absque duobus aut tribus testibus. Verùm isti contemptis divinis legibus, contra tantum virum accusationem sine ullo teste admiserunt. Itaque cùm mulier dicta sua addito jurejurando confirmasset, clamans infantem revera Eustathii esse, statim judices veritatis studiosi tamquam adversùs adulterum sententiam tulerunt. Porrò cùm alii Episcopi apertè contradicerent vetarentque ne Eustathius huic sententiæ acquiesceret, (erant enim illic haud pauci qui apostolicam doctrinam tuebantur & totius fraudis prorsùs ignari erant) illi qui scenam hanc composuerant, confestim ad Imperatorem, qui tum erat Constantinus, perrexerunt: cui quum persuasissent verum illud crimen & æquam esse depositionis sententiam, effecerunt ut pietatis & castitatis athleta tamquam adulter simul & tyrannus in exilium mitteretur. Alia quoque depositionis ejus causa refertur, quam refellit Socrates, nimirum eum fuisse Sabellianum. Porrò pulso Eustathio, Paulinus Episcopus Tyrensis ad Antiochenam Ecclesiam translatus est.*



CONCILIVM ROMANVM
Habitum anno Christi CCCXLIX.

P. de Marca in diatriba de tempore synodi Sirmiensis pag. 161. 182.

Concilium istud Romanum, quod hactenus ignotum fuerat, vir celeberrimus & istarum rerum peritissimus PETRVS DE MARCA *Archiepiscopus Parisiensis deprehendit in fragmentis sancti Hilarii Episcopi Pictaviensis & in epistola Osii Cordubensis ad Constantium Imperatorem; habitumque esse probat exeunte anno* CCCXLIX. *ante obitum Constantis Imperatoris, qui contigit anno* CCCL. XV. *Kalendas Februarias. Res ita se habet.*

Quum Photinus Episcopus Sirmiensis damnatus fuisset anno CCCXLVII. *in synodo Mediolanensi cui Legati sedis apostolicæ interfuerunt, neque tamen perturbatio ab eo excitata conquiesceret, biennio post altera synodus adversùs eum cogitur in urbe Roma. Hæc sunt verba Hilarii.* Igitur ad tollendum ex episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes, hoc magis solliciti atque anxii, turbari rursum miscerique omnia, quod jampridem plures Episcopos reos vel falsorum in Athanasio judiciorum vel communionis hæresis Arrianæ ab Ecclesia fuerat necesse resecare. Quam opportunitatem nacti Vrsacius & Valens, Romanæ plebis Episcopum adeunt, recipi se in Ecclesiam deprecantur, & in communionem per veniam admitti rogant. Iulius ex Concilio veniam quam orabant impertit, ut cum lucro catholicæ Ecclesiæ vires quoque detraheret Arrianis, cùm eos qui unitatem antè turbaverant, consilii hujus & audaciæ pœnitentes, in communionem catholicam per veniam reconciliatæ pacis admitteret. Et quia non est nisi de veritate confessio, nisi de vitio pœnitentia, nisi de admisso venia, Valens & Vrsacius admittendi, ut orabant, in communionem, de Athanasii innocentia, de judicii falsitate, de Arrianæ hæresis piaculo talibus litteris antè profitentur.

EXEMPLVM EPISTOLÆ QVAM POST renuntiationem orientalium Athanasium reum non esse in urbe Roma holographa manu Valens perscripsit & Vrsacius subscripsit.

DOmino beatissimo Papæ Iulio Valens & Vrsacius salutem. Quoniam constat nos antehac multa gravia de nomine Athanasii Episcopi litteris nostris insinuasse, atque litteris sanctitatis tuæ conventi, ejus rei de qua significavimus non præstitisse rationem, profitemur apud sanctitatem tuam cunctis præsentibus Presbyteris fratribus nostris omnia quæ antehac ad aures vestras pervenerunt de nomine prædicti, falsa à nobis esse insinuata atque omnibus viribus carere, atque ideo nos libentissimè amplecti communionem prædicti Athanasii, maximè cùm sanctitas tua pro insita sibi benevolentia errori nostro veniam fuerit dare dignata. Profitemur etiam quòd si aliquando nos orientales voluerint vel idem Athanasius malo animo ad causam vocare, citra conscientiam tuam non adfuturos. Hæreticum verò Arrium, sed & satellites ejus qui dicunt *Erat tempus quando non erat filius*, & qui dicunt ex nihilo filium, & qui negant Dei filium ante secula fuisse, sicut per priorem libellum nostrum, quem apud Mediolanum porreximus, & nunc & semper anathematizasse; ac manu nostra qua scripsimus profitemur & iterum dicimus hæresim Arrianam, ut superiùs diximus, & ejus auctores in perpetuum damnasse. *Et manu Vrsacii.* Ego Vrsacius Episcopus huic professionis nostræ subscripsi.

In fine istius epistolæ additur in fragmentis Hilarii: Hæc epistola post biennium missa est quàm hæresis Photini à Romanis damnata est. *Verùm mendum heic esse ac pro* quàm *legendum esse* quum *satis, ut reor, manifestum est. Nam constat eam Iulio porrectam fuisse biennio post celebratam synodum Mediolanensem de qua suprà dictum est. Porrò luxatus ac mutilus apparet in eadem epistola locus ille in quo Valens & Vrsacius loquuntur de orientalibus & Athanasio, qui sic restituendus videtur ex ejusdem epistolæ exemplari quod extat in secunda apologia sancti Athanasii :* Profitemur etiam quòd si aliquando orientales atque adeo idem Eusebius voluerint Athanasium malo animo ad causam vocare, citra conscientiam tuam non adfuturos. *Verùm quoniam Eusebius jam obierat quum hæc scriberentur, rectè pag. 173. monuit illustrissimus Archiepiscopus vocem* Εὐσέβιος *ibi sumi pro eo quod Græcis dicitur* οἱ περὶ τὸν Εὐσέβιον, *id est, Eusebiani. Hinc ergo colligebat vir eruditissimus habitam tum fuisse synodum Romæ quòd sacerdotum ex plurimis provinciis congregatorum opportunitatem nacti Valens & Vrsacius, Romanæ plebis Episcopum, qui tum erat Iulius, adierint, recipi se in Ecclesiam deprecantes, frustra enim heic commendari sacerdotum congregatorum opportunitatem nisi synodus illa Romæ coacta dicatur. Adde quòd in iisdem fragmentis Hilarii paulò pòst disertè scriptum est Photinum damnatum esse à Romanis id est, à Romana synodo, ut Marca rectè interpretatur. Meminit autem, uti diximus, rei tum apud Iulium gestæ Osius in epistola quam dedit ad Constantium Imperatorem, in qua ita scriptum est :* Cur toleras Valentis & Vrsacii criminationes pœnitentia & scripto professos se calumniam fecisse? Confessi enim sunt suam sycophantiam, non vi adacti, ut ipsi causantur, cùm nulli ibi milites incumberent & tuus frater nesciret; (Nihil enim tale sub ipso agebatur qualia nunc fiunt) sed illi ultro Romam venerunt, & coram Episcopo Presbyterisque ibi præsentibus professionem suam scripto ediderunt, cùm priùs pacatas literas & amicas ad Athanasium dedissent. *Istud ipsum confirmari potest auctoritate Sulpitii Severi, cujus hæc sunt verba in libro secundo sacræ historiæ :* Veruntamen ad Athanasii absolutionem etiam illud accesserat quòd Vrsatius & Valens principes Arrianorum, cùm post synodum Sardicensem viderentur à communione secreti, coram positi, à Iulio Romanæ urbis Episcopo veniam poposcerunt quòd innoxium condemnassent.

Apud Athanas. in epist. ad solit. pag. 839.

Superioribus igitur literis, *inquit Hilarius*, datis venia indulgetur orantibus, reditus ad catholicam fidem cum communione datur, maximè cùm Sardicensis synodi veritatem ipsæ orantium veniam literæ continerent.

CONCILIVM MELITINENSE
Habitum circa annum Christi CCCLI.

Sozom. lib. 4. c. 25.

Constat ex Sozomeno Cyrillum Episcopum Hierosolymitanum interfuisse huic synodo. Cum autem ille factus sit Episcopus anno Christi CCCL. *consequens est synodum illam Melitinensem fuisse celebratam post hunc annum. Quid autem illic actum sit, planè ignotum est; nisi quod ea synodus gradu movisse videtur Presbyterum quendam nomine Eusebium, quem Sozomenus scribit in pristinum locum contra decreta Melitinensis synodi restitutum fuisse ab Elpidio Episcopo Satalorum. Porrò ex eodem auctore tentari potest in ea quoque adfuisse eundem Elpidium & Eustathium Episcopum Sebastenum, quibus in Concilio Constantinopolitano objectum est anno* CCCLIX. *quod decreta eorum subvertere conarentur qui Melitinæ congregati fuerant.*

CONCILIVM MEDIOLANENSE
Habitum anno CCCLV.

Gesta istius Concilii, quibus hactenus carebamus, reperta sunt in vetusta vita sancti Eusebii Vercellensis, quam ex antiquissimo codice MS. monasterii Nonantulani edidit Ferdinandus Ughellus in tomo quarto Italiæ sacræ, nos verò contulimus cum codice LIII. *bibliotheca Colbertina. Sic ergo habent.*

Igitur Constantius Imperator Mediolanum veniens, collecto jam Concilio Episcoporum, deesse reperit beatum Eusebium Vercellensem Episcopum; de quo percunctati cœpit qua occasione detineretur idem Pontifex, quia cum ceteris ad synodum non occurisset. Responsumque est illi, aut gravitate senii aut infirmitate corporis illum detineri. Fecerat autem idem Imperator ut Liberius Papa Romanus, successor Iulii, huic interesset Concilio, necnon & Hilarius Pictavensis Episcopus, Paulinus quoque Treverensis Archiepiscopus, & Lucifer Calaritanus Episcopus. Sed beatus Eusebius epistolas ab Imperatore seu ab ipsa synodo recipiens, easque perlegens, suam ad Imperatorem talem scripsit epistolam: *Ego, clementissime Imperator, videns animum tuum Deo devotum hoc cupere quemadmodum per orbem terrarum firma pax ecclesiastica permaneret, satis cum gaudio litteras tuas accepi. Suscepi etiam literas * fratrum & coepiscoporum meorum, quibus hoc intimare dignati sunt ut plena mihi ratio per ipsos quos miserant redderetur, & sic facerem quod volebant. Sed quia pleniter mihi ratio reddi non potuit, & debui clementia tua parere, hoc necessarium duxi, ut Mediolanum venire properarem. Quicquid autem, Domine Imperator, in præsenti, cum venero, justum fuerit visum & Deo placitum, id me facturum esse promitto.* Legati enim Romanorum Pancratius Presbyter & Hilarius Diaconus in custodia detinebantur, quousque Liberius Papa deveniret. Sustinente autem Imperatore ac præstolante Liberii adventum ceterorumque Episcoporum qui necdum advenerant, interim Constantius Imperator cum Arrianis Episcopis egit ut subscriberetur eorum fides & Athanasius damnaretur. Subscripserunt enim Dionysius ipsius Mediolanensis urbis Episcopus, ceterique Episcopi post eum numero viginti & novem. Nondum enim advenerant catholici Episcopi. Factum est autem ut inter se tam Papa Liberius quàm ceteri catholici Episcopi diem designarent per epistolas suas, quò Mediolanum unanimiter convenirent. Superfuerunt autem septem dies postquam Eusebius suam Imperatori & synodo transmisit epistolam, antequam Vercellis exiret ut ad synodum pergeret; prædixitque omnia prophetico spiritu quæ ei in ipsa synodo accidere deberent. Dixit se ab eis abesse & in exilium ire, & postea suæ civitati reddi. Sed confirmata Ecclesia populoque sanctificato, valefactis omnibus, cum Presbyteris & Diaconibus iter gradiendi arripuit. Dum verò ad hæresim Arrianorum cum collegio suo extinguendam Mediolanum pergeret, ad flumen pervenit cujus nomen Sivida vocatur. Sed navis defuit, quæ eo jubente ex alia ripa citiùs pervenit. Obedivit ei res insensibilis, cui obedire nolebant homines sensibiles. Proinde, proh dolor, in hoc est res miranda. Dum hæc miraretur caterva discipulorum qualiter sine remige ac gubernatore indeclinabiliter ipsum flumen transiret, supervenerunt ab urbe Mediolano catholici viri nuntiantes quòd properaret in occursum ejus Dionysius Pontifex, de cujus lapsu graviter dolendo flebat cum suis beatissimus Eusebius. Transacto verò flumine, obviavit ei Dionysius Episcopus tenens manibus evangelium Christi crucemque Domini; & projiciens se in terram coram eo ait: Pater, peccavi; libera me, si vales. Data confessione & accepto consilio, gradiebantur simul. Ventum est autem Mediolanum; & recipientes se in hospitio tractabant de exceptione ejusdem Episcopi Dionysii. Postera autem die supervenerunt omnes Episcopi in Ecclesiam Mediolanensem, & residente Papa Liberio cum ceteris catholicis Episcopis, prolata est fides Nicæni Concilii conscripta ab Episcopis numero trecentis decem & octo catholicis. Perlecta autem in medio, hanc exclamaverunt veram fidem & apostolicam atque catholicam; cui omnes firmando subscripserunt, approbantes Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum esse & unius substantiæ cum patre, quod Græcè dicitur homousion. Subscripsit autem primus huic fidei Eusebius dicens: Ego Eusebius Episcopus civitatis Vercellensium hanc fidem expositam à patribus nostris & approbo & teneo; & qui huic fidei non consenserit, alienum ab Ecclesia catholica pronuntio & judico. Subscripserunt similiter post eum Dionysius in baptismate ejus filius Mediolanensis Episcopus, Pancratius Presbyter, & Hilarius Diaconus, Legati Romanorum. Subscripserunt autem & ceteri sancti patres numero quadraginta. Iam enim Eusebius petitione ab Imperatore promeruerat ut Lucifer Episcopus & Legati Romanorum à custodia solverentur. Vocatus autem beatus Eusebius à Constantio Imperatore ac honorificè susceptus, voluit ut aut minis aut blandimentis vel muneribus flecteretur à vera fide. Sed idem pater sanctus

Epistola Constantii, cui respondet Eusebius, extat to. 11. Concil. pag. 774.

* Extant ibid. pag. 775.

jam longævo senio firmus, minas ac blandimenta pro nihilo ducens, & munera illius deputans tamquam stercora, ei consentire noluit, sed coram omnibus dixit; Vos dicitis filium Dei Deo patri æqualem esse non posse. Cur ergo mihi meum filium ac discipulum Dionysium prætulistis? Non enim est discipulus super magistrum, neque filius super patrem. Qua ratione permoti statim chirographum cui Dionysius subscripserat obtulerunt. Ac ille: Non, inquit, post filium scribam, cui præsum nomine. Illud incendite, novumque, si vultis ut subscribere debeam, scribite. Factumque est nutu divino ut incenderetur chirographum cui Dionysius vel ceteri Episcopi numero viginti octo subscripserant. Incenso autem primo chirographo, rursum aliud ocyus scripseruot, cui subscribere Eusebius & ceteri debuissent Episcopi. Ut ergo delatum in medio eorum fuit, cernens beatus Eusebius neminem subscriptorem esse, patefactam eorum dixit esse stultitiam qui hoc scribere jusserunt, vel Imperatoris qui firmare imperabat. Imperator vero Constantius ait ad Eusebium: Decet te ut prior omnibus subscribas, deinde ceteri tuam sequendo honorificent paternitatem. Respondens autem beatus Eusebius ait: Serpentino more agis, ô Imperator, qui linguа lambit & cauda percutit. Sic enim antiquus hostis primos parentes nostros blandiendo decepit, quos postea in barathri præcipitium traxit. Non enim ego me vestris sceleribus polluo, neque filium meum Dionysium ceterosque sodales meos vobiscum participare in hac dementia permitto. Exultantes autem sancti confessores Christi, qui jam insultantes subscripserant, gratias referebant Deo creatori suo quod Eusebius Arrianorum divisiones in Patre & Filio dictas damnaverat atque eis igne cremare eorum dicta fecerat, & quod unitas catholicorum credentium in Patre & Filio invicta permanebat. Dum verò Deum laudarent, & se catholicos permanere in unitate omnes promitterent, ira repletus Constantius Imperator ait ad beatum Eusebium: Invertetate canis, æstimaveram te sanctitatis esse virum; sed cognoscimus te esse sacrilegum, magum, atque incantatorem, veneficum. Plus quippe uno sermone omnes delusisti quàm tota nostra collocutio per decem dies utilitatem fecisset. Respondens autem beatus Eusebius Imperatori dixit: Dominus meus Iesus Christus, unicus Deo patri æqualisque filius, patri tuo diabolo ei promittenti quod omnia regna mundi & honorem & gloriam illi daret, uno sermone respondit atque confudit eum dicens: *Vade satana, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Si ergo Deus unus est & solus, tu cut garrire ausus es ore canino quòd tres sint dii? Vis perdere gregem Dei, quem Christus suo redemit sanguine? Si ergo sic credendo de hac luce migraveris, nunquam vitam æternam consequeris. Verbis Christi non credis, & quomodo vis esse particeps Christi? Falsò dicis te esse Christianum, quia Christum non credis; & dum verbis illius resistis, Antichristus es. De te ergo atque sequacibus tuis beatus Ioannes evangelista in epistola sua ait: *Nunc autem Antichristi multi facti sunt.* Pœnitentiam ergo age, & noli perdere te vel eos pro quibus Christus mortuus est. Hæc audiens Imperator surrexit de solio suo; convocatisque Arrianis, præcepit eis ut Eusebium in sua habentes potestate, consentire cum facerent atque subscribere. Dolebat enim graviter de decreto illo quod ipse Imperator ceterique Episcopi manu firmaverunt & Eusebius sic leviter ac ingeniosè eremari fecerat. Currentes autem Arriani abstraxerunt rapiendo beatum Eusebium de consortio Episcoporum; fortiterque cum verberibus flagellantes, semivivum reliquerunt. Erant autem ingentes scalæ ipsius domus unde ascensus patebat. Trahebatur autem per hos scalarum gradus ab Arrianis supinus beatus Eusebius, & fracto capite illidentibus saxis per obliquos sinus lapidum sanguinem fundebat pro Christo, unitatem verò sanctæ Trinitatis fortiter clamabat. Trahebant autem eum à summo usque ad imum, rursumque ab imo usque sursum, dicebantque ei: Modò nobis communica, atque consenti decretis nostris. Ipse autem gratias agens gratulabatur quia aliquam contumeliam pro veritate, quæ Deus est, mereretur sustinere. Iterumque Arriani post tanta ludibria, post confractionem capitis, post effusionem ejus sanguinis, vinctis ei manibus post tergum, beatum Dei Pontificem & martyrem loris per collum vinctum trahebant. Iterum verberibus cæsum interrogabant si jam consentiens confiteretur. Ipse autem prudenter respondebat se permanere in confessione sua & libenter pro ipsa velle mori. Renuntiantibus autem tantam illius durissimam constantiam Imperatori Constantio, decretum est ut in exilium deportaretur, non solùm ipse, sed qui ejus meritis facti sunt cum eo coonfessores Christi, Liberius scilicet Papa Romanus, Hilarius Pictavensis, Paulinus Treverensis, Lucifer Calaritanus, Dionysius Mediolanensis, aliique Pontifices Christi qui ad hanc convenerant synodum. Et qui i fuerunt testes Dei, meruerunt sustinere martyrium pro eo. In ipso autem Concilio loris ligati sancti Dei Pontifices & martyres in exilium deportabantur cum Dionysio & Papa Liberio, propter fidei unitatem.

Porrò huic Concilio interfuisse & in Athanasium subscripsisse sequentes Episcopos monet Baronius ex tabula quæ adhuc extat in archivo Ecclesiæ Vercellensis, Cacilianum nimirum, Valentem, Ursatium, Saturninum, Euthymium, Iuniorem, Proculum, Marinianum, Probum, Gregorium, Victorem, Vitalianum, Gaium, Paulum, Germinium, Evagrium, Epictetum, Leontium, Olympium, Tryphonem, Dionysium, Acatium, Eustatium, Rotamum, (sive Potamium) Olympium alium, Stratophilum, (seu Patrophilum) Florentium, Synedium, Quintillum, & Capreum.

CONCILIUM ANTIOCHENUM
Habitum anno CCCLVI.

Hujus Concilii Antiocheni, ut illic rectè observavit Henricus Valesius, nullus meminit præter Sozomenum; sed perperam tempus assignat quo celebratum est. Collectum enim esse dicit Constante adhuc superstite. Verùm cum Georgium in illa synodo Episcopum Alexandriæ ordinatum esse scribat, necesse est ut diu post Constantis obitum congregata dicatur. Quippe Constans sublatus est anno Christi CCCL. *Georgius verò anno* CCCLVI. *episcopatum Alexandriæ occupavit, post consulatum Arbethionis & Lolliani, ut docet contestatio populi Alexandrini, quæ refertur ab Athanasio ad calcem epistolæ ad solitarios,*

Anno Christi 357.

cujus meminit Lucifer Calaritanus. Collecta est igitur hæc synodus Antiochena anno CCCLVI. *& in ea Georgius Episcopus Alexandriæ est ordinatus; statimque ex urbe Antiochena cum militari satellitio missus est Alexandriam, eodem modo quo ante quindecim annos Gregorius in Antiochena synodo, quæ in Encæniis celebrata est, ordinatus fuerat Episcopus Alexandriæ, atque inde missus Alexandriam, ut testatur Athanasius. Scribit ergo Sozomenus lib.* IV. *cap.* VIII. *extincto Iulio Episcopo Romano successisse Liberium, tumque eos qui fidem Concilii Nicæni respuebant, opportunum se tempus nactos existimantes ad accusandos contrariæ sententiæ assertores, quia post sublatum Constantem & tyrannos qui imperium invaserant, Constantius solus rerum potiebatur, omni cura ac studio egisse in palatio ut quoscunque ipsi deposuerant, Ecclesiis pellerentur, utpote qui hæretici essent, & superstite Constante ambos fratres Augustos inter se committere studuissent. Quippe Constans bellum fratri minatus fuerat, nisi illos suscepisset. Præcipuè verò criminabantur Athanasium Episcopum Alexandrinum; quem tantopere oderant ut ne Constante quidem adhuc superstite, & Constantio benevolentiam erga illum simulante, hostiliter eum persequi desierint. Antiochiæ igitur in unum congregati triginta circiter Episcopi, & in his Narcissus Cilix sive Neronipolitanus, ut eum vocat Athanasius, in Cilicia, Theodorus ex Thracia, Eugenius Nicænus, Patrophilus Scythopolitanus, Menophantus Ephesius, ad omnes ubique constitutos Episcopos literas scripserunt quibus affirmabant Athanasium contra leges Ecclesiæ rediisse Alexandriam, non in synodo priùs innocentem declaratum, sed per contentionem eorum qui idem cum illo sentiebant; hortatique eos sunt ut neque cum illo communicarent neque ad eum scriberent, sed cum Georgio potius, qui ab ipsis ordinatus fuerat, communionem servarent. Præter Episcopos porrò istius Antiochenæ synodi à Sozomeno commemoratos, putat idem Valesius ad eum quoque convenisse illos quos Athanasius præ ceteris recenset in exordio apologiæ de fuga sua, quam scripsit paulò post hanc synodum, Leontium nimirum Antiochenum, & Georgium Laodicensem.*

Anno Christi 358.

CONCILIVM ANTIOCHENVM
Habitum anno CCCLVII.

Istius quoque synodi memoriam debemus Sozomeno, qui lib. IV. *cap.* XII. *ait Eudoxium Antiochenæ Ecclesiæ pervasorem conventu Antiochiæ habito cum Episcopis qui cum ipso sentiebant Deum filium patri dissimilem esse, ex quorum numero erat Acacius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ & Vranius Tyri, unà cum similis substantiæ vocabulo consubstantialis etiam vocem rejecisse, causatum occidentales quoque Episcopos idem decrevisse. Etenim Osius unà cum quibusdam illarum partium Episcopis, ad extinguendam Valentis, Vrsacii, & Germinii pertinaciam, vi coactus apud Sirmium consenserat ut neque consubstantialis neque similis substantiæ vocabulum usurparetur, quippe cùm nec in sacris literis ea vocabula usquam reperirentur, & curiosa divinæ substantiæ investigatio humanæ mentis captum longè superaret. Ad eos igitur, utpote qui Osii super ea re literas expressissent, epistolam misit Eudoxius, gratias agens Valenti, Vrsacio, atque Germinio, eorumque ministerio adscribens quòd occidentales rectè sentirent. Porrò, ut ad Sozomenum adnotat Henricus Valesius, hæc Antiochena synodus ab Eudoxio congregata est sub exitum anni* CCCLVII. *paulò post Sirmiensem in qua Osius impiam illam fidei professionem ediderat. Ex eadem porrò synodo Antiochena missus est ad Constantium Imperatorem Asphalius Presbyter unà cum aliis, qui synodicam epistolam ad eum perferrent, ut testatur Sozomenus.*

CONCILIVM ROMANVM
Habitum anno CCCLVIII.

Cum Liberius Episcopus Romanus projectus fuisset in exilium, ei substitutus est Felix Diaconus. Quo tempore idem Felix, utpote vir catholicus & timens Deum & justus homo, *ut habetur in vita ejus,* fecit Concilium, & invenit duos Presbyteros Romanos consentientes Constantio Augusto Arriano nomine Vrsatium & Valentem, & damnavit eos in Concilio coram quadraginta & octo Episcopis qui fuerant congregati. Hic declaravit Constantium filium Constantini hæreticum & secundò rebaptizatum ab Eusebio Nicomediense juxta Nicomediam in Aquilone villa: & pro hoc declarato ejicitur sanctissimus Felix de episcopatu suo à Constantio Augusto filio Constantini Augusti. *Quem locum laudat etiam Anselmus Episcopus Havelbergensis, qui dein Archiepiscopus Ravennas fuit, lib. 3. dialogor. cap. 21. Confirmat autem hanc historiam vetus epitaphium Felicis, repertum anno* MDLXXXII. *Romæ in Diaconia sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani, quod ita habet apud Baronium.*

CORPVS S. FELICIS PAPÆ ET MARTYRIS, QVI DAMNAVIT CONSTANTIVM.

CONCILIVM ANCYRANVM
Habitum anno Christi CCCLVIII.

Post perfidiam Sirmii constitutam, orientales Episcopi hinc recedentes in Asiam commigrarunt, atque Ancyræ in Galatia, quò evocati fuerant à Basilio Episcopo ad dedicationem basilicæ à se constructæ, synodum celebrantes paulò ante Pascha, duodecim anathematismos secundæ Sirmiensi professioni contrarios ediderunt, quos ad Imperatorem Constantium miserunt. Inserti quidem illi sunt epistolæ synodicæ quæ extat apud Epiphanium, sed aliquantulum diversi à Latinis quos edidit Hilarius in libro de synodis adversus Arrianos. Dabimus itaque eos hic quales ab illo referuntur, daturi deinceps epistolam synodicam totam integram.

Anno Christi 358.

ANATHEMATISMI.

I. SI quis audiens imaginem esse filium Dei invisibilis, idem dicat esse imaginem Dei quod & Deum invisibilem, quasi non confitens verè filium, anathema sit.

II. Et si quis audiens filium dicentem, *Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit vitam habere in semetipso*, eundem dicat qui acceperit à patre vitam qui confitetur hoc, id est, *Ego vivo propter patrem*, quod & illum qui dederit, anathema sit.

III. Et si quis audiens unigenitum filium invisibilis Dei similem, non dixerit essentia filium, qui est imago Dei invisibilis, cujus imago & juxta essentiam intelligitur, quasi non verè dicens filium, anathema sit.

IV. Et si quis audiens hoc, *Quomodo enim pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit vitam habere in semetipso*, similem non dicat etiam juxta essentiam filium patri, ipso testante quòd sic habet quemadmodum dixit, anathema sit.

V. Si quis, *Condidit* vel *creavit me*, & *Genuit me*, ab eodem audiens, hoc, *Genuit me*, non tamen ex similitudine essentiæ intelligat, sed idem esse dicat *Genuit me* & *Condidit me*, quasi non dicens filium de Deo perfectum, ex duobus nominibus significatum filium, sed per duo nomina, hoc est, *Condidit me* & *Genuit*, conditionem tantummodo dicens, & nequaquam filium, sicut tradidit sapientia ex duobus pium intellectum, anathema sit.

VI. Et si quis in filio patris similitudinem secundùm essentiam quidem in ipso filio revelante per hæc quæ dicit, *Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit habere vitam in semetipso*, juxta efficaciam autem per ea quæ docet, *Quæ enim pater facit, eadem & filius similiter facit*, solam secundùm efficaciam similitudinem concedens, juxta essentiam verò, quod est principalissimum fidei nostræ, filium fraudet, quasi semetipsum fraudans cognatione vitæ perpetuæ quæ est in patre & filio, anathema sit.

VII. Et si quis patrem & filium credere se promittens patris, dissimilis sibi essentiæ patrem dicat, sed similis efficaciæ, quasi prophanas & novas voces contra essentiam filii loquens, & interimens verè Dei filium esse, anathema sit.

VIII. Et si quis intelligens similem secundùm essentiam filium ejus cujus & similis intelligitur, eundem dicens filium quem patrem aut partem patris, aut per emanationem aut aliquam passionem, quemadmodum corporales filios, ab incorporali patre incorporalem filium subsistentem, anathema sit.

IX. Et si quis propterea quòd nunquam pater filius intelligitur, & quòd filius nunquam pater intelligitur, alium dicens filium præter patrem, propterea quòd aliud sit pater, aliud sit filius, secundùm quod dictum est, *Alius est qui testimonium perhibet mihi qui me misit pater*, propter hanc piam in Ecclesiam intelligendam proprietatem personæ patris & filii, timens ne quando idem intelligatur filius & pater, similem non dicat etiam juxta essentiam patri, anathema sit.

X. Et si quis in aliquo tempore patrem Deum unigeniti filii intelligat, & non super tempora & super omnem humanam æstimationem unigenitum filium sine passione extitisse, quasi prætergrediens evangelicam prædicationem, quæ temporum quidem intercapedinem de patre & filio aspernata est, fideliter autem nos docuit quòd in principio erat verbum & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum, anathema sit.

XI. Et si quis seniorem tempore patrem dicat filio ex se unigenito, juniorem autem filium patre, anathema sit.

XII. Et si quis intemporalem unigeniti filii de patre substantiam ad innascibilem Dei essentiam referat, quasi filium patrem dicens, anathema sit.

EPISTOLA SYNODICA.

Apud Epiphan. hæres. 73.

SActosancta synodus quæ Ancyræ paulò ante Pascha variis ex provinciis collecta est, venerabilibus dominis & concordibus ejusdem ministerii sociis, his qui in Phœnice cæterisque locis ejusdem nobiscum fidei sunt, in Domino salutem. Vehementer illud quidem optabamus ut post illam ecclesiasticæ fidei probationem quæ in persecutionibus illis ob religionem conflatis sic tamquam in igne explorata fuerat, & post ea quæ Constantinopoli ob Marcellum acciderunt, ac post expositionem fidei quæ in synodo Antiochiæ propter templi dedicationem collecta, proposita est, ac deinceps in Sardicensi repetita, ubi fides quodammodo refloruisse videtur, denique post ea quæ Sirmii propter Photinum gesta sunt, sed & post rationes illas quas de unoquoque fidei capite de Sardicensi illo occidentalium ab orientalibus dissidio interrogati nullium per edidimus, quod reliquum est, in quiete otioque versari, & sub religiosissimo Domini nostri Constantii imperio, conciliata ubique ab ortu ad occasum Ecclesia, ejectisque scandalis pacem obtinere, ac divinis obsequiis insistere. Sed quoniam, ut videtur, diabolus, quo scilicet omnia illa quæ à Domino prædicta sunt, &

Ἡ Αγία Σύνοδος ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ προσεπιστᾶσα τοῦ Πάσχα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν συγκροτηθεῖσα, Κυρίοις τιμιωτάτοις καὶ ὁμοψύχοις συλλειτουργοῖς ἐν Φοινίκῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς, τοῖς τὰ αὐτὰ ἡμῖν φρονοῦσιν, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. εὐχόμεθα μὲν μετὰ τὴν ὡς ἐν πυρὶ τοῖς ἐν μέσῳ γεγενημένοις ὑπὲρ τῆς πίστεως πειρασμοῖς βάσανον τῆς Ἐκκλησιαστικῆς πίστεως, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, διὰ Μάρκελλον γεγενημένα, καὶ μετὰ τὴν ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐν τῇ Συνόδῳ συγκροτηθείσης ἐπὶ τοῖς ἐγκαινίοις τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας, καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ Σαρδικὴν, καὶ τὴν ἐκεῖ αὖθις ἀνθήσασαν πίστιν, καὶ ἔτι μετὰ τὰ ἐν Σιρμίῳ ἐπὶ Φωτεινῷ γεγενημένα, εἰ μὴ καὶ λογισμοῖς, οὓς ἐφ' ἑκάστῳ περὶ τῆς πίστεως κεφαλαίῳ ἐπερωτηθέντες περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς διεστώτων ἐξεθέμεθα, ἠρεμῆσαι λοιπὸν. καὶ ἑνωθείσης ἐν τῇ εὐσεβεῖ βασιλείᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Κωνσταντίου τῆς ἀπὸ ἀνατολῆς ἕως δυσμῶν Ἐκκλησίας, ἐκβεβλημένων τῶν σκανδάλων, εἰρηνεύειν τε καὶ τῆς λατρείας τοῦ Θεοῦ προσκαρτερεῖν. ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐ παύεται ὁ Διάβολος διὰ τῶν οἰκείων σκευῶν σπουδάζων καθ' ἑαυτὸν, ἵνα δὴ πάντως τά τι περὶ τοῦ Κυρίου προειρηθέντα, καὶ Fort. ἀεὶ

ANNO CHRISTI 358.

διὰ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου σύμφωνα ὡς ἐπὶ προφυλακῇ τῶν πιστῶν κηρυχθέντα εἰς ἀποστασίαν ἐργάσηται, ἐπινοεῖν καινισμοὺς κατὰ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς πίστεως, καὶ νῦν ἐν μορφώσει τινὰς εὐσεβείας οἰκειώσασθαι, καὶ βεβήλους καινοφωνίας δι' αὐτῶν ἐπινοῆσαι κατὰ τῆς εὐσεβοῦς γνησιότητος τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προέτρεπεν· μετὰ ἀκούοντες κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν διατρέχειν τινὰς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἔτι τε καὶ τὴν Λυδίαν, εἴτε καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ ἐμβάλλειν σπινθῆρας ἀσεβείας ταῖς τῶν ἁπλουστέρων ψυχαῖς, ἐλπίζομεν διὰ τὸ τολμηρὸν τῆς ἀσεβείας, καὶ τοσοῦτον ἀναιδὲς αὐτῶν ὑπερμαχούντων, καὶ τῶν κατὰ τόπον κυρίων συλλειτουργῶν, μαραινθῆναι τὴν ἐπινοηθεῖσαν αἵρεσιν, καὶ σβεσθῆναι τὴν κακίαν. ἐπειδὴ δὲ ἐξῆς εἴ τι ἐκ τῶν προειρημένων τόπων ἐπιδημησάντων, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἀπαγγέλλουσιν, ὡς σπουδὴν τιθέντες οἱ τούτου τοῦ κακοῦ ἐξάρχεται, καὶ πλείονας βλάπτειν τολμῶντες, καὶ πρὸς κακίαν ζυμοῦν, οὐκέτι ἀναχόμενοι ὑπερτίθεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς γράμμασιν ἐντυγχάνοντες τοῖς τοῦ ὁμοψύχου συλλειτουργοῦ ἡμῶν Γεωργίου τοῦ τῆς Λαοδικείας Ἐκκλησίας, ὧν τὰ ἀντίτυπα ὑπετάξαμεν, καὶ τὰς μαρτυρίας τῶν διαμαρτυραμένων πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ Θεοῦ, εὐλαβηθέντες, ὡς ἐνεδίδου ὁ καιρὸς, τῆς ἁγίας ἡμέρας τοῦ Πάσχα ἐπικειμένης, συναχθέντες ὅσοι γε ἠδυνήθημεν [καὶ] συναχθῆναι, διὰ καὶ τὸν χειμῶνα τοῖς πολλοῖς ἐμπόδιον γενέσθαι, ὡς διὰ τῶν γραμμάτων ἐσήμαναν, ἐκθέσθαι εἰς τοῦτο τὸ εἶδος τῆς πίστεως τὸ ἰδίωμα ἐσπουδάσαμεν, ὅσον ἐπὶ τοῖς λοιποῖς, τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὡς προέφαμεν, ἐκτεθείσῃ τε πίστει τῇ ἐν τοῖς ἐγκαινίοις· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Σαρδικῇ ἣν ἀνείληφεν ἡ ἐν Σιρμίῳ Σύνοδος, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν λογισμοῖς, διασαφοῦσιν ἀκριβῶς τὴν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας πίστιν. πρὸς δὲ τοῦτο, ὡς προέφημεν, τῆς καινοτομίας τὸ εἶδος μόνον, ὡς ἐνεδίδου τὸ πνεῦμα, ὑπαγορεύσαντες. καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς Κύριοι τιμιώτατοι συλλειτουργοὶ, ἐντυχόντες, ὅτι ἐρράσθητε τῇ ἐκ πατέρων παραδοθείσῃ πίστει, καὶ ὡς σύμφωνα ὑμῖν φρονοῦμεν, ὡς πεπιστεύκαμεν ὑποσημήνασθαι· ἵνα πληροφορηθέντες οἱ τὴν αὐτὴν ἀσέβειαν ἐπεισάγειν τολμῶντες, ὅτι καθαρὸν κλῆρόν τινα τῆς ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν χρόνων διὰ τῶν ἐν τῷ μέσῳ ἄχρι καὶ ἡμῶν Πατέρων ὑποδεξάμενοι πίστιν φυλάσσομεν, ἢ αἰσχυνθέντες διορθωθήσονται, ἢ ἐπιμένοντες ἀποκηρυχθῶσι τῆς Ἐκκλησίας, τὴν ἀποστασίαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀνομίας, ὃς τολμᾷ ἀπειλεῖ καὶ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι ἤδη, δι' ἑαυτῶν προπαρασκευάζοντες.

F. δὲ καὶ τ.

F. ἐρράσθητε sed parùm sincerus hic locus.

Ἡ πίστις ἡμῶν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, [ἐ] ἐστιν. οὕτω γὰρ ἐδίδασκε τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰπών· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἐννοοῦ οἱ ἀναγεννώμενοι εἰς ταύτην τὴν πίστιν, εὐσεβῶς νοεῖν τὰς ἐκ τῶν ὀνομάτων ἐννοίας ὀφείλομεν. οὐ γὰρ εἶπε, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ ἀσάρκου καὶ σαρκωθέντος, ἢ τοῦ ἀθανάτου καὶ θανάτου πεῖραν λαβόντος, ἢ τοῦ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἵνα ὀνομάτων προσακούοντες ἀπὸ τῶν φυσικῶν, [ἐν οἷς] τὸν Πατέρα αἴτιον

ANNO CHRISTI 358.

ab Apostolo consentaneè ad fidelium cautionem de defectione prædicata ad exitum deducat, novis quibusdam commentis contra ecclesiasticæ fidei sinceritatem oppositis, id agere molirique non desinit, ut nonnullis specie quadam ementitæ pietatis adjunctis, profanas quasdam vocum novitates adversùs religiosam unigeniti Dei filii germanitatem per illos excogitet, cùm & antea nonnullos Antiochiam obire, necnon & Alexandriam ac Lydiam, & Asiam audissemus, ibique impietatis suæ scintillas rudiorum animis immittere, magna nos spes tenet, pro tanta sceleris audacia, ac tam projecta illorum impudentia, si & nos, & qui in illis locis ministri Domini ac collegæ sunt, Ecclesiæ propugnationem susciperemus, inventam illam nuper hæresim profligari, atque omnem illam improbitatem posse restingui. Quoniam vero tam ab iis postea qui ex illis locis huc profecti sunt quàm ex Illycorum nuntiis accepimus mali hujus auctores omnem industriam adhibere, ac plerisque perniciem machinari, eosque velut fermentum quoddam ad nequitiam distendere, rem ultra differendam esse non censuimus. Sed cùm literas insuper ab unanimi collega nostro Georgio Episcopo Laodicenæ urbis accepissemus, quarum exemplum hîc adscripsimus, & eorum denuntiationes, qui coram Deo nos obtestabantur, reveriti essemus, pro eo ac per tempus licebat, imminente sacrosancto Paschatis die, in unum collecti, quotquot adesse potuimus, (Nam plerosque hiems interclusit, ut ex eorum literis didicimus) operam dedimus ut ad receptam fidei formulam proprium quiddam atque expressius adderetur: ut post ceteras fidei professiones, eam nimirum quæ Antiochiæ sub Ecclesiæ dedicationem proposita est, necnon & in Sardicensi synodo, quam Sirmiensis amplexa est, & ad rationes illas quæ in hisce Conciliis explicatæ sunt, catholicæ Ecclesiæ de sancta Trinitate dogma distinctiùs explicatum à nobis accederet. In qua quidem nova fidei declaratione nihil aliud quàm quod Spiritus sanctus mentibus nostris suggerebat dictare studuimus. Quocirca etiam atque etiam vos precamur, venerabiles Domini ac collegæ, ut lectis his literis, cùm vobis traditam à majoribus fidem cordi esse, tum nos eadem vobiscum sentire ac profiteri significetis: ut qui impietatem illam disseminare non verentur, cum id certò compererint, illam nos fidem quam ab apostolicis inde temporibus continuata ad patres nostros usque successione accepimus, velut patrimonium tueri ac defendere, vel pudore affecti ad meliorem mentem se conferant; vel si in improbitate persistant, ab Ecclesia proscribantur; utpote qui iniquitatis filio, qui vel in Dei templo sedem suam jam nunc se collocaturum minatur, defectionem per sese comparent.

1. Tim. 6. 20.

Igitur fides nostra ad Patrem & Filium & Spiritum sanctum refertur. Sic enim Dominus noster Iesus Christus discipulos suos instituit. *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Quare qui in hanc fidei formam iteratò geniti sumus, nominum ejusmodi notiones religiosè debemus accipere. Neque enim dixit, Baptizantes eos in ejus nomine qui carnis expers, carnem induit, neque immortalis & mortem experti, neque ingeniti & geniti, sed *in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* ut appellationes naturalibus ex rebus translatas audientes, Patrem sui

Matt. 28. 19.

Anno Christi 358.

similis naturæ principium intelligamus: itidémque Filii nomen audientes, Filium ejus patris cujus filius est similem esse cogitemus. Credimus igitur in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, non in creatorem, & creaturam. Aliud enim est creator & creatura, aliud Pater & Filius. Ob id utrumque notione ipsa separatum est. Nam cùm creaturam dico, priorem esse creatorem significo. At Filii vox ex rebus usurpata corporeis, & ab affectionibus illis ac profluviis seminum quæ in corporeis patribus filiisque cernuntur, purgata quodammodo ac defæcata mentem nostram in una incorporei filii ab incorporeo patre productione defigit. Quapropter creaturæ quoque ex eo quod corporeum est translatam notionem illigavit. Et quoniam creaturæ nuda ratio filium constituere nequit, à creatore & creatura quædam secernens, à creatore nimirum, si ad creaturam referatur, passionis expertem statum, à creatura verò firmum quiddam & solidum, quod ab experte passionis creatore profectum est, tam à corporeo patre & filio quam à creatore & creatura, perfectam nobis ac sinceram de Patre Filioque notitiam informavit. Etenim si à creatura certas qualitates exemeris, velut quod extra creatorem subsistat, quod cum materia concreta sit, aliaque id genus, quæ corporeæ creaturæ appellatio continet, sola deinceps supererit à passione remota perfectáque creaturæ ejusque quem creator procreari voluerit notio. Si igitur à creatore & creatura segregatis reliquis, unicam illam notionem deligamus, qua à passionis experte perfectóque ac stabili creatore & ejusmodi denique cujusmodi creaturam esse voluit, derivatam illam concipimus, consentaneum est ut ex Patris Filiique vocibus, quandoquidem in Patrem ac Filium credere præcipuè didicimus, eandem, ut pios ac religiosos decet, notitiam hauriamus.

Quamobrem si in re proposita, in Patre discernamus id quod adhærere solet, ut cum quadam affectione profluvioque filii pater intelligatur, & filium nullo semine propagatum concipiamus animo, neque ejusmodi ut corporeis naturæ viribus adolescat, & ad incrementum corruptionémque vicissim transeat, quæ sunt propriæ rerum corporearum notæ, his, inquam, circumscriptis omnibus, nihil præter similis notionem habebitur. Ut enim cùm à creatura (nam id denuo repetendum est) exclusimus omnia, unum illud sumpsimus, in creatore quidem statum quendam passionis expertem, in creatura verò perfectam, & qualem conditor voluit, ac solidam naturæ qualitatem, sic in Patrem & Filium, corporeis omnibus amputatis, unica similis, quod ad essentiam attinet, animalis generatio transfertur. Pater enim sui similis, substantiæ pater à nobis intelligitur. Quòd si una cum ceteris omnibus notionibus quæ ex patris & filii nominibus corporearum rerum propriis cogitatione præciduntur, naturæ quoque animalis cum patre similitudo tollatur, è qua intelligendi rationem omnem ducimus, patrem ampliùs nullum aut filium esse credemus, sed creatorem ac creaturam & supervacanea quædam nomina quæ nihil per se ipsa conferant. Ita fiet ut Deus creator sit, nec ulla tamen ratione sit pater. Quod enim pater non ipsius actionis, sed naturæ cujusdam similis, quæ per illam actionem existit, pater appelletur, naturales ipsæ rationes evidenter ostendunt. Nam cùm multa penes Deum actionum genera sint, alia est actio qua creatorem intelligimus, quatenus cœli

ὁμοίας αὐτοῦ οὐσίας ἐννοοῦμεν, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ ἀκούοντες, ὅμοιον νοήσωμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, οὗ ἐστιν ὁ Υἱός. Πιστεύσαμεν οὖν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, οὐκ εἰς κτίστην καὶ κτίσμα, ἄλλο γάρ ἐστι κτίστης καὶ κτίσμα, ἄλλο Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, διότι κεχώρισται τούτων ἑκάτερον τῇ ἐννοίᾳ. τὸ γὰρ κτίσμα λέγων, πρότερον κτίστην φημὶ, καὶ τὸ Υἱὸς, ὡς ἀπὸ σωματικῶν προσλαμβανόμενον, καὶ διὰ τὰ πάθη καὶ τὰς ἀποῤῥοίας τῶν σωματικῶν πατέρων, καὶ υἱῶν καθαρῶς τὴν τοῦ ἐξ ἀσωμάτου Πατρὸς ἀσωμάτου Υἱοῦ ὕπαρξιν, ἵστησιν ἔννοιαν. διὰ τοῦτο, καὶ τὴν τοῦ κτίσματος ἀπὸ σωματικοῦ παρέπλεξεν ἔννοιαν. καὶ ἐπειδὴ τὸ κτίσμα, ὃ ποιεῖ Υἱὸν μόνον, ἀπὸ τοῦ κτιστοῦ καὶ τοῦ κτίσματος λαβὼν τὸ ἀπαθὲς τοῦ κτίζοντος, ὡς πρὸς τὸ κτίσμα, καὶ τοῦ κτίσματος, τὸ ἐξ ἀπαθοῦς τοῦ κτίζοντος ὑφεστῶτος πάγιον ὃ κτίζων, ἐβούλετο τελείαν ἐκ τοῦ σωματικοῦ Πατρὸς, καὶ Υἱὸν ἐκ σωματικοῦ κτιστοῦ καὶ κτίσματος, τὴν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καθαρῶς ἡμᾶς ἐπαίδευσεν ἔννοιαν. ἀφαιρουμένου γὰρ ἀπὸ τοῦ κτίσματος τοῦ τε ἔξωθεν ὑφεστῶτος, καὶ τοῦ ὑλικοῦ, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα περὶ σωματικοῦ κτίσματος τὸ ὄνομα περιέχει, μόνη ἀπὸ τοῦ κτίσματος μένει ἡ ἀπαθὴς φημὶ τοῦ κτίσματος, καὶ τελεία τοῦ κτιζομένου, καὶ ὃν ἠβούλετο ὁ κτίζων κτίζεσθαι τὸ κτιζόμενον, ἔννοια. εἰ οὖν ἀπὸ τοῦ κτιστοῦ, καὶ τοῦ κτίσματος τὰ ἄλλα πάλιν ἐκβάλλοντες, τὸ ἐξ ἀπαθοῦς τοῦ κτίζοντος, καὶ τελείου τε, καὶ παγίου, καὶ οἷον ἐβούλετο εἶναι τὸ κτίσμα, μόνην λαμβανομένην ἔννοιαν, ἀκόλουθόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὀνομάτων, ἐπειδὴ μάλιστα εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν πιστεύειν ἐδιδάχθημεν. μίαν οὖν τινα εὐσεβῶς λαμβάνειν ἡμᾶς ἔννοιαν δεῖ.

Διὸ καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐκβαλλομένου τοῦ κατὰ τὸ πάθος, ἢ ἀποῤῥοίαν, τὸν Πατέρα Πατέρα νοεῖσθαι τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸν Υἱὸν μὴ σπερματικῶς καταβεβλημένον σωματικοῖς φυσικοῖς τελειοῦσθαι, καὶ κινουμένοις ἀεὶ πρὸς αὔξην καὶ φθορὰν, ὡς τὰ σωματικὰ ἔχειν τοὺς χαρακτῆρας, μόνη περιληφθήσεται ἔννοια τοῦ ὁμοίου. ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ κτίσματος, πάλιν εἴρηται, πάντων ἐκβεβλημένων, περιελήφθη ἡ ἀπαθὴς μετὰ τοῦ κτίζοντος, τελεία, καὶ οἵαν ἠβούλετο, καὶ ἡ παγία τοῦ κτίσματος· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκβεβλημένων τῶν σωματικῶν πάντων, περιληφθήσεται μόνη ἡ ὁμοίου, καὶ κατ' οὐσίαν ζώου γενεσιουργία. ἐπειδὴ πᾶς πατὴρ ὁμοίας οὐσίας αὐτοῦ νοεῖται πατήρ. εἰ δὲ μετὰ τῶν λοιπῶν ἁπάντων, ἔκ τε τοῦ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ σωματικῶν ὀνομάτων ἐκβαλλομένων ἐννοιῶν, συνεκβάλλοιτο καὶ ἡ ὁμοία κατ' οὐσίαν ζώου τοῦ Πατρὸς παρέχουσα ἡμῖν νοεῖν, οὐκέτι ἔσται Πατὴρ καὶ Υἱὸς πιστευόμενος, ἀλλὰ κτίστης καὶ κτίσμα, καὶ περιττὰ ὀνόματα, μηδὲν παρ' ἑαυτῶν εἰσφερόμενα. καὶ ἔσται οὕτως κτίστης μὲν ὡς Θεὸς, κατ' οὐδὲν ὅλως Πατήρ. ὅτι γὰρ οὐκ ἐνεργείας λέγεται Πατὴρ ὁ Πατὴρ, ἀλλ' ὁμοίας ἑαυτοῦ οὐσίας τῆς κατὰ τὴν τοιάνδε ἐνέργειαν ὑποστάσης, δῆλον ἐκ

Anno Christi 358.

B ὃ ποιεῖ.

For. ἢ οἷον ἐβούλετο, ut infrà.

For. ἴσως †.

F. οἷον.

ANNO CHRISTI 358.

τῶν φυσικῶν καθέστηκε λογισμῶν. πολλὰς γὰρ ἐνεργείας ἔχων ὁ Θεὸς, ἄλλῃ μὲν ἐνεργείᾳ κτίστης νοεῖται, καθὸ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων κτίστης ἐστί. Πατὴρ δὲ μονογενοῦς ὢν οὐχ ὡς κτίστης, ἀλλ' ὡς Πατὴρ γεννήσας νοεῖται. εἰ δὲ διὰ τὴν ὑπόνοιαν τὴν περὶ τοὺς σωματικοὺς πατέρας τε, καὶ υἱοὺς, τῶν παθῶν δεδιὼς μή τι πάθῃ γεννῶν ὁ ἀσώματος, εἰ μὴ ἀτελὲς εἴη τὸ γεννώμενον, καὶ ὅσα συμβαίνει περὶ τὸν σωματικὸν πατέρα τε καὶ υἱὸν εὐλαβούμενος, ἀφέλαιτο τὴν γνησίαν ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔννοιαν, ὁποῖον ἂν λέγοι ἕτερον ποίημα, καὶ οὐδέποτε ἐρεῖ τὸν Υἱὸν Υἱόν. εἴ τε γὰρ μεγέθει ὑπερβάλλοντα λέγοι, ὡς οὐρανὸν ὄρους, ἢ βουνοῦ, τοῦ τῶν ποιημάτων γένους αὐτὸν, κἂν μεγέθει ὑπερβάλλων νοοῖτο, ἐλέγξει. εἴ τε χρείᾳ ὡς προέχοντα αὐτὸν γεγονότα, εἴ τι εἰς τὴν ἄλλων δημιουργίαν ὑπουργήσαντα, οὔ τι αὐτὸν οὕτως ἔξω ποιήσει τῆς τῶν ποιημάτων ἐννοίας. ὡς γὰρ οὐδὲν διαφέρει τὸ τῇ λαβίδι ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τὸν ἄνθρακα, μὴ αὐτῇ τῇ χειρὶ λαμβάνεσθαι, καὶ διὰ ταύτης " ἡ χαλκευτικὴ εἴη ἐπελαύνειν τὸν σίδηρον· ἔσται γὰρ καὶ ἡ λαβὶς, καὶ ὁ διὰ ταύτης ἐλαυνόμενος σίδηρος τοῦ γένους τῶν ποιημάτων· οὕτως οὐδὲν διοίσει τῶν ποιημάτων ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, εἰ μὴ ἔστιν Υἱὸς, ὡς ἡ φυσικὴ ἔννοια ὑποβάλλει. ποιηθεὶς δὲ πρῶτος ἔσται τῶν ποιημάτων, καὶ ὄργανον γενόμενος τῷ ποιητῇ, δι' οὗ τὰ πάντα ὁ κτίστης ἐργάζεται.

F εὐχαλκ.

Καὶ οὐκ ἄν τις σοφίσαιτο τὴν τοῦ ἰδίως Πατρὸς καὶ τὴν ἰδίως Υἱοῦ ἔννοιαν ἐκ τῶν κοινοτέρων Υἱῶν λεγομένων, ἐπεὶ οὕτως πολλοὶ ἔσονται Υἱοὶ τοῦ Θεοῦ· ὅταν λέγῃ, Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. καὶ τὸ, οὐχὶ Πατὴρ εἷς πάντων ὑμῶν, καὶ, ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι· οἳ οὐκ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. καὶ πρὸς τούτοις περὶ ἀψύχων, ὡς ὁ τετοκὼς, φησὶ, βώλους δρόσου. ἐπὶ γὰρ πλέον διὰ τούτων κατασκευασθήσεται ἀπὸ τῆς κοινῆς " τὸ μὴ εἶναι μὲν αὐτὸν Υἱὸν, ὡς οὐδὲ ταῦτα, ποίημα δὲ ὄντα ὡς ταῦτα, κλήσεως Υἱοῦ μόνης μετέχειν. ἡ δὲ Ἐκκλησία πεπίστευκεν, ὅτι Θεὸς οὐ μόνον ἐστὶ κτίστης κτισμάτων· τοῦτο γὰρ Ἰουδαῖοί τε, καὶ Ἕλληνες ἐπίστανται· ἀλλ' ὅτι καὶ πατήρ ἐστι μονογενοῦς, οὐ μόνον τὴν κτιστικὴν ἔχων ἐνέργειαν, ἀφ' ἧς κτίστης νοεῖται, ἀλλὰ καὶ ἰδίως, καὶ μονογενοῦς γεννητικὴν, καθ' ἣν πατὴρ μονογενοῦς ἡμῖν νοεῖται. τοῦτο γὰρ παιδεύων ἡμᾶς ὁ μακάριος Παῦλος γράφει· τούτου γὰρ χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, " καθ' ὁμοιότητα τῶν οἰκείων οὐσιῶν τοὺς Υἱοὺς ἔχοντες. οὕτω καὶ πατὴρ ἐν οὐρανοῖς ὀνομάζεται, ἀφ' οὗ οἱ πατέρες οἱ ἐπὶ γῆς κατ' οὐσίαν ὠνομάσθησαν, καθ' ὁμοιότητα τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας πάντως τὸν ἐξ αὐτοῦ ἔχων γεγεννημένον Υἱόν. καὶ οὐ δύναται ἡ ἐπὶ τῶν καταχρηστικῶς καὶ ὁμωνύμως λεγομένων Υἱῶν ἔννοια τῷ μονογενεῖ ἁρμόζειν. ὥσπερ γὰρ πυξίον μὲν λέγεται κυρίως τὸ ἐκ πύξου κατεσκευασμένον, κοινότερον δὲ, καὶ καταχρηστικῶς ἀπ' ἐκείνου πυξίον καὶ τὸ ἐκ μολίβου, καὶ χαλκοῦ, καὶ ἄλλης τινὸς ὕλης γεγονός. οὔτι οὖν ὡς ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου, τουτέστιν οὐσιωδῶς. καταχρηστικῶς γὰρ ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν ποιή-

Deest forte κοινῶς.

Deest forsitan aliquid.

terræque & quæ his continentur omnium, necnon & eorum quæ videri nequeunt, creator est. Eundem verò unici filii parentem non tamquam creatorem, sed tamquam patrem, qui genuit, esse cognoscimus. Verùm si propter illam quam mente concipimus corporeis in patribus ac filiis conditionem passionibus obnoxiam, vereatur aliquis ne si corporis expers Deus generare dicatur, quædam ei tribuatur affectio, aut idipsum quod gignitur imperfectum censeatur, ac cetera id genus quæ corporeo patri filioque conveniunt, si id inquam metuens germanam patris ac filii notionem auferat, eò demum relabetur, talem ut filium asserat qualia sunt opificia reliqua, nec illum omnino filium appellet. Etenim sive magnitudine superare dixerit, quemadmodum cœlum monte aliquo vel colle majus est, ad operum nihilominus conditionem, quantumvis magnitudine antecellere velit, eundem illum abjiciet. Sive usu & obsequio præstare ceteris velit, quòd reliqua omnia præcesserit, & ad eorum productionem operam suam contulerit, nihilo tamen magis ab opificiorum notione vindicabit. Vt enim nihil interest si forcipe, non manu ipsa, carbo de altari capiatur, quo illius beneficio fabrilis ars ferream laminam inducat, propterea quòd tam forceps quàm ferrum, quod per illam ducitur, inter opera censentur, ita nihil à productis operibus ille per quem facta sunt omnia differet, nisi filius sit, quemadmodum naturalis ratio persuadet. Quin factus ipse primum erit omnium opus, ac velut conditoris instrumentum, per quod universa moliatur.

Neque verò ex iis qui vulgò filii nominantur, propriè dicti patris aut filii rationem cavillatoriè debet eludere. Nam alioqui plures erunt Dei filii. Velut cùm dicit: *Filios genui, & exaltavi, ipsi verò spreverunt me.* Item: *Nonne pater unus est omnium vestrum?* Item: *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Quid quòd & inanimis quoque rebus idipsum tribuitur? *Qui genuit*, inquit, *stillas roris.* Ex his enim omnibus uberrimum id efficietur ut ex communi illa significatione Dei filius nullo modo sit filius, uti nec illa ipsa sunt, sed opus sit Dei duntaxat eorum instar, ac solius appellationis particeps. Ecclesia porrò Deum credit non modò creatarum rerum esse conditorem, (hoc enim Iudæi Græcique pariter agnoscunt) sed & unici filii patrem: qui non solùm procreatricem actionem habeat, propter quam creator intelligitur, sed & propriè unicèque generandi, ex qua unici filii patrem esse cognoscimus. Hoc enim beatus nos Paulus his verbis edocuit: *Hujus*, inquit, *gratia flecto genua mea ad Patrem, à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur.* Vt enim patres illi in terra nominantur qui ad suæ naturæ similitudinem expressos habent filios, sic in cœlo pater ille dicitur à quo terreni patres, qui naturæ productores sunt, vocantur, quòd omninò ad naturæ suæ similitudinem genitum ex sese filium habeat. Neque potest eorum filiorum notio, qui abusione quadam vocis & homonymus dicuntur, ad unicum Dei Filium accommodari. Quemadmodum pyxis ea propriè vocatur quæ ex buxo fabricata est; & tamen communi quadam abusione vocis hinc ad reliqua id genus vasa transfertur, quæ ex plumbo, ære, aliave materia facta sunt. Quocirca non perinde in Dei filio accipiendum illud est ut cùm dicitur, *Qui genuit stillas roris.* quod minimè ad substantiam ipsam pertinet. Quippe per abusum vocis hoc loco partus ac generatio-

ANNO CHRISTI 358.

Esa. 1. 2.
Mala. 2. 10.
Ioan. 1.
Iob. 38. 28.
Eph. 3. 4.

Anno Christi 358.

nis nomen ad effectum opus transfertur. Neque ut in illis verbis *Filios genui, & exaltavi.* Nam & hoc
Esa. 1. in loco perinde abusione vocis ad benevolentiam & honorem significandum vocabulum illud adhi-
Ioa. 1. betur. Neque ut in hoc loco, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* quod quidem ad creaturæ virtutem & quandam Dei imitationem referri convenit. Non eodem, inquam, modo de unico Dei filio existimandum nobis est, sed propriè filium esse dictum, utpote qui solus ex solo Patre, eidemque natura similis sit genitus, cujus & dicatur & intelligatur esse filius.

Iam si propterea quòd eò penetrare humana ratio nequeat, eam in sese cognitionem informet quispiam ut passionem aut divisionem aut profluvium aliquod Patri tribuendum putet, si contempta fidei regula, quæ piè de Patre ac Filio cogitat, rationem à nobis exigat, vicissim ab eo reposcenda ratio est quomodo in cruce suffixus sit Deus. Tum quo pacto evangelici præconii stultitia, quæ rudis ac nulla ratiocinatione nixa apud illos censetur qui in hoc mundo sapientes esse videntur, sapientior sit hominibus. Quos etiam nullo in loco ducit Apostolus, qui virtute ac potentia ab omni syllogismorum aliena fuco, dialecticorum omnium sapientiam stultitiæ damnavit. Sic enim lo-
1. Cor. 1. 17. quitur: *Veni mysterium Dei vobis nuntians, non cum sapientia sermonis, ut non evacuetur crux Christi.* Quamobrem qui sermonis sapientia fretus mysterii illius rationem postular, & ad stultitiæ convictam illam sapientiam adscriptus est, mysterio fidem abroget; quandoquidem Paulus sermonis sapientiæ diffusus est, ut ne Christi crux vacua redderetur. Quòd si aliquid ea de re respondet, non id ex ista sermonis sapientia facit, sed vi quadam ratiocinationis experte dialecticam omnem peritiam stoliditatis convincens, ad eorum qui evangelicum præconium admittunt salutem nihil præter fidem adhibendum putat. Neque verò quæstioni illi respondet, quonam pacto Filium Pater citra passionem gignat, ne proprietatis Filii, quam unigenitus à Patre trahit, mysterium inane reddatur. Verùm prudentum hominum stultam sapientiam
Ib. 20. (de qua scriptum est: *Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conquisitor seculi hujus?*) redarguens, nullam hîc sapientiam sermonis accommodat, ne argutis ipsœ rationum conjecturis religiosus de Patre Filioque sensus inanis fiat: quin ut ab utroque passionem excludens omnem, Patrem à seipso citra profluvium aut affectionem aliquam Filium genuisse fidelibus declaret, & eum quidem Filium qui Patri similis, & ab eodem secundùm substantiam genitus, perfectus è perfecto, unicusque subsistat, utque hoc mysterium sine ratiocinationis adminiculo sola cognitum contemplatione prædicet. Est enim admodum ridiculum, eum qui à sapienti Deo sapientiam audit existere, pro eo ac sapienter sese novit genitæ à se sapientiæ Patrem esse, ullam isti sapientiæ passionem adscribere, quò ab illo secundùm essentiam sapienti similis sapientia subsistat. Nam ut sapiens Deus, non sapientia, velut affectione aliqua, præditus, aut compositione ulla sapiens à nobis intelligitur, sed simplicissima ratione & essentia sua sine compositione sapiens est, ita neque sapientia, qui Filius esse dicitur, affectio putanda est, sed sapientia ipsamet substantia est, ab ejus qui sapiens est substantia producta. Quæ quidem sapientia substantia ipsa est, hoc est, subsistens Filius, eadémque sapientis Patris substantia similis, à quo sapientia Filius existit.

Quamobrem Apostolus Paulus, qui, ut erat

ματος τὸ τοῦ τόκου παρείληπται. οὔτε ὡς τὸ, Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα. καὶ ἐνταῦθα γὰρ καταχρηστικῶς ἀπὸ τῆς εὐνοίας καὶ τιμῆς προσωνόμασται. οὔτε τὸ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. καὶ γὰρ ὁ κατ' ἀρετὴν καὶ μίμησιν τῆς ποιήσεως εἴληπται, οὕτως ὁ μονογενὴς νοηθήσεται. ἀλλὰ κυρίως, ὡς μόνος ἐκ μόνου ὅμοιος κατ' οὐσίαν ἐκ τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ὠνομάσθη καὶ ἐνοήθη Υἱὸς γεννηθείς.

Εἰ δὲ διὰ τὸ ἀδύνατον τῶν λογισμῶν μὴ ἔχοιτό τις τὸν λογισμὸν γνῶσιν οὕτως νοηθεὶν πατὴρ, πάθος, ἢ μερισμὸν, ἢ ἀπόρροιαν ὑπομένοντος τοῦ πατρὸς, καὶ παρωσάμενος τὴν πίστιν, " ἣ ὑφίστησι τὴν εὐσεβῆ περὶ πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔννοιαν, λογισμοὺς ἀπαιτοίη, ἀπαιτητέον αὐτὸν λογισμοὺς, πῶς ὁ Θεὸς σταυροῦται. καὶ πῶς τὸ μωρὸν εἶπερ τοῦ Εὐαγγελικοῦ κηρύγματος διὰ τὸ ἀσυλλόγιστον παρὰ τοῖς δοκοῦσιν ἐν τῷ τοῦ κόσμου σοφοῖς, σοφώτερον " ἀνθρώποις ἐστὶν, οὓς οὐδὲ λόγου ἀξιοῖ ὁ μακάριος παῦλος. διότι τῷ ἀσυλλογίστῳ τῆς δυνάμεως ἐμώρανε τὴν σοφίαν τῶν συλλογίζεσθαι δυναμένων. εἴρηκε γὰρ, ἦλθον καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. ὁ οὖν ἐν σοφίᾳ λόγου ἀπαιτῶν τὸ μυστήριον, μετὰ τῆς μωρανθείσης σοφίας ἔχων τὸ μέρος, " ἀπιστεῖται τῷ μυστηρίῳ, ὅτι κἂν ἐκεῖνος ἀπιστεῖται ἐν σοφίᾳ λόγου ὁ παῦλος, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. εἰ δὲ ἐν τούτοις ἀποκρίνεται, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἀλλὰ μωρίαν πᾶσαν συλλογιστικὴν σοφίαν ἐλέγξας διὰ τῆς ἀσυλλογίστου δυνάμεως, τὴν πίστιν μόνην λαμβάνει πρὸς σωτηρίαν τῶν τὸ κήρυγμα δεχομένων. οὐδὲ ἀποκρίνεται πῶς ὁ πατὴρ ἀπαθῶς γεννᾷ τὸν Υἱὸν, ἵνα κενωθῇ τὸ μυστήριον τῆς ἐκ πατρὸς υἱότητος τοῦ μονογενοῦς. ἀλλὰ μωραινομένην τὴν σοφίαν τῶν συνετῶν, καθὰ γέγραπται· ποῦ σοφὸς, ποῦ γραμματεὺς, ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; ἐλέγχων, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ διὰ τὰ ἐκ λογισμῶν ὑποπτευόμενα κενωθῇ, φημὶ, εὐσεβὴς ἔννοια, ἡ περὶ πατρὸς, καὶ Υἱοῦ· ἀλλ' ἀπαθῶς πατέρα, καὶ Υἱὸν, πατέρα μὲν ἐξ ἑαυτοῦ γεγεννηκότα ἄνευ ἀπορροίας, καὶ πάθους τὸν υἱὸν, υἱὸν δὲ ὅμοιον, καὶ κατ' οὐσίαν ἐκ τοῦ πατρὸς, τέλειον ἐκ τελείου, μονογενῆ ὑποστάντα, τοῖς πιστοῖς, ἢ ὑποπτευόμενα ἀσυλλογίστως κηρύξει. τῶν γὰρ ἀτόπων ἐστὶν, ἐκ σοφοῦ Θεοῦ σοφίαν ὑφισταμένην ἀκούοντα, ὡς σοφὸς εἰδὼς τῆς ἐξ ἑαυτοῦ γεννηθείσης σοφίας γενέσθαι πατὴρ, πάθος ἐννοεῖν περὶ τὴν σοφίαν ὑφίστασθαι, εἰ μέλλοι ἐξ αὐτοῦ κατ' οὐσίαν ὁμοία τῷ σοφῷ ἡ σοφία ὑφίστασθαι. εἰ γὰρ μήτε ὁ σοφὸς Θεὸς " μεθέξει σοφίας, συνθέτως σοφὸς ἡμῖν νοεῖται, ἀλλ' ἀσυνθέτως αὐτός ἐστι σοφὸς, " οὐσίας ἐστὶ, μήτε ἡ σοφία ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἐξῆς νοεῖται. ἀλλὰ ἡ σοφία " οὐσίας ἐστὶν ἀπὸ σοφοῦ οὐσίας, ὁ ἐστι σοφία, οὐσία ὁ υἱὸς ὑποστὰς, ὁμοία ἔσται καὶ κατ' οὐσίαν τοῦ σοφοῦ πατρὸς, ἀφ' οὗπερ ὑπέστη σοφία ὁ υἱός.

Διὸ καὶ εἰωθὼς ὁ μακάριος παῦλος καλῶς τὰ

χ. λογικῶν. Corruptus hic locus.
For. ἃ ὑφίστησι.
Cor. ἀνθρώπων.
χ. ἀπιστεῖ τῷ.
F. ἕξει.
For. σοφὸς εἰσιν. οὔτε μήτε ἡ σοφία ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ἐξ ἧς νοεῖται.
F. οὐσία.

ANNO CHRISTI 358.

Ἑβραΐων πεπαιδευμένος ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος τοῦ ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ λαλήσαντος τὰς αὐτὰς ἕλκειν ἐννοίας, ὥσπερ ἀπὸ τῶν δύο ψαλμῶν, ἀπὸ τοῦ λέγοντος, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή, καὶ ἀπὸ τοῦ, αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται, τὸν περὶ κριμάτων τοῦ Θεοῦ λόγον μετέβαλε. ἀντὶ μὲν τοῦ ἄβυσσος πολλή, τὸ, ὦ βάθος πλούτου. ἀντὶ δὲ τοῦ, αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται, τὸ, ἀνεξιχνίαστοι. ἀντὶ δὲ τοῦ, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή, τὸ, ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματά σου. οὕτω καὶ παρ' αὐτῆς τῆς σοφίας τὴν περὶ ἑαυτῆς καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν πρὸς τὰ δι' αὐτῆς γενόμενα σχέσιν μαθὼν, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἡμῖν τὴν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ τῶν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ γεγονότων παρέστησεν ἔννοιαν. τῆς γὰρ σοφίας εἰπούσης, ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ μεταβάσης εἰς τὴν διὰ τοῦ Λόγου. εἴρηκε γὰρ, δι' ἐμοῦ βασιλεῖς. καὶ τὸ, ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ δι' ἐμοῦ, μνημονεύσω τὰ ἀπ' αἰῶνος ἀριθμῆσαι. καὶ εἰπούσης, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων γεννᾷ με. ἀντὶ μὲν τοῦ, ἀρχὴν, ἔλαβεν ὁ Ἀπόστολος τὸ, πρῶτος. ἀντὶ δὲ τοῦ, γεννᾷ με, τὸ τόκος. ἀντὶ δὲ τοῦ ὅλου ὁμοῦ, τὸ ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. καὶ γεννᾷ με, τὸ, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐθεμελίωσε, τὸ, ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. ἀντὶ δὲ τοῦ, δι' ἐμοῦ, τὰ ἀπ' αἰῶνος, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. πάντων οὖν πρὸς λέξιν ἐξισαζόντων Ἀποστολικῶν, ὡς τὰ παρὰ τῆς σοφίας, τουτέστι τοῦ τὸ ἀρχὴν πρὸς τὸ πρῶτος, καὶ τοῦ γεννᾷ πρὸς πρωτότοκος, καὶ τὸ, ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸς τὸ, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐθεμελίωσέ με, τὸ, ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη. ἀντὶ δὲ τοῦ, δι' ἐμοῦ, ὡς πρὸς τὸ, δι' αὐτοῦ, φανερὸν, καὶ ἡ εἰκὼν οὐκ ἐν πάθει. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, ἐγὼ ἡ σοφία, παρείληπται, καὶ ὡς ἡ σοφία τοῦ σοφοῦ υἱὸς, οὐσία οὐσίας ἡ εἰκὼν οὐσίας ὁμοία ἐστί. διὰ καὶ εἰκὼν ἐνοήθη τοῦ Θεοῦ ἀοράτου, ὅς ἐστιν υἱός. καὶ ἔχομεν ἐξισαζούσας τὰς λέξεις πάσας. ἀντὶ μὲν τοῦ σοφοῦ, τὸ Θεός. ἀντὶ δὲ τῆς σοφίας, τὸ, εἰκών. ἀντὶ δὲ τοῦ ἀρχὴ, πρῶτος. ἀντὶ δὲ τοῦ γεννᾷ, τὸ, τόκος. ἀντὶ δὲ ὅλου, ὁμοῦ φαμέν. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἔκτισέ με εἰς ἔργα αὐτοῦ, καὶ γεννᾷ με, τὸ, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐθεμελίωσέ, τὸ, ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη. ἀντὶ δὲ τοῦ, δι' ἐμοῦ, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτόν. φανερὸν ὡς εἰκόνα ἀκούοντας τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. καὶ οὕτως ἀναιδῶς σοφίζεσθαι τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα ἐπιχειροῦντας τοῖς πᾶσιν ἐλέγχει περιπεσόντας, οὐ Παῦλός γε μόνος, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου Ἰωάννης, ὁ υἱὸς ὄντως βροντῆς τῇ οἰκείᾳ μεγαλοφωνίᾳ, ὥσπερ ἔκ τινων νεφελῶν τῶν τῆς σοφίας αἰνιγμάτων, τὴν εὐσεβῆ ἡμῖν ἔννοιαν τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἀνῆκεν.

For. τοῦ, ἔκτ.

For. πρὸς τ.

Ὅρα γὰρ, ὅτι καὶ αὐτὸς ἃ ἐδιδάχθη παρὰ τῆς σοφίας, ταῦτα ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ κηρυχθέντι ἡμῖν Εὐαγγελίῳ παραδέδωκε. τῆς γὰρ σοφίας εἰπούσης, ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, τὸ ἐν ἀρχῇ ἐξέθετο, εἰπὼν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἔκτισέ με, καὶ Θεὸς ἦν. ἵνα μὴ τὸν ἐν προ-

Hebraicæ linguæ peritissimus, cùm ex eodem spiritu qui in vetere ac novo testamento locutus est eadem haurire sensa consuevisset, duobus è psalmis, ab eo videlicet in quo canitur *Iudicia tua abyssus multa*, & ab alio in quo scriptum est *Semita tua in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur*, illam de Dei judiciis sententiam paululum immutatis quibusdam transtulit. Nam pro iis verbis, *Abyssus multa*, scripsit: *O altitudo divitiarum!* Pro his verò, *Semita tua in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur*, substituit, *investigabiles*. Pro his, *Iudicia tua abyssus multa*, hæc, *Inscrutabilia judicia ejus*. Ad eundem modum, cùm ab ipsa sapientia mutuam ipsius ac Patris cum infimis hisce comparationem habitudinémque cognosset, propriam Patris ac Filii & eorum quæ per Filium à Patre producta sunt notionem suis in scriptis expressit. Nam cùm sapientia dixisset, *Ego sapientia habito in consilio &c.* tum ad eam procreationem administrationémque quæ interveniente Verbo fit descendens, cùm ita subjunxisset, *Per me Reges &c.* Item illud: *Si nuntiavero vobis quæ per me fiunt, commemorabo quæ à seculo sunt percensendo:* Deinde: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera ipsius: ante seculum fundavit me: ante omnia genuit me.* Cum hæc, inquam sapientia dixisset, Apostolus pro eo quod est *initium*, posuit *primus*: Pro, *genuit me*, *genitus*. Pro toto illo membro, *Creavit me initium viarum suarum, & genuit me*, ista subtexit: *Primogenitus omnis creaturæ*. Pro hoc, *Fundavit me*, scripsit: *In ipso creata sunt omnia*. Rursus pro hoc, *Per me*, Apostolus *quæ à seculo sunt; sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum & in ipsum creata sunt*. Itaque cùm Apostoli sententia cum sapientiæ voce ad verbum congruat, velut *initium* cum *primo*, & *genuit* cum *primogenitus*, & istud, *Creavit me initium viarum suarum in opera ipsius*, cum hoc, *Primogenitus omnis creaturæ*. Item pro *fundavit me*, hæc verba substituta sint: *In ipso creata sunt*. Pro hoc verò, *per me*, istud, *per ipsum*, manifestum est *imaginis* nomen citra passionem usurpari, & pro jisce verbis, *Ego sapientia*, positum fuisse, ac proinde sicut sapientia sapientis Filius, substantia substantiæ est; sic imaginem substantiæ esse similem. Ex quo quidem imago Dei, qui videri oculis non potest, hoc est Filius, intelligitur. Ita dictiones omnes adamussim respondentes habemus. Vtputa pro *sapiente*, *Deus*: pro *sapientia*, *imago*: Pro *initio*, *primus*: pro *genuit*, *genitus*. Pro toto illo membro, videlicet, *Initium viarum suarum, creavit me in opera sua, & genuit me: Primogenitus omnis creaturæ*. Item pro *fundavit me*, *In ipso creata sunt*. Et pro, *per me*, *omnia per ipsum, & in ipsum*. Ex quibus liquidò constat eos qui Dei non aspectabilis imaginem esse Filium audiunt, & nihilominus hujus cum Patre similitudinem calumniari tam impudenter non dubitant, erroris ab Apostolo convinci. Quamquam non illos solùm redarguit Apostolus, sed & ante Apostolum Ioannes ille verò tonitrui filius; qui grandi illa sua clarissimaque voce è sapientiæ velut adumbratis & obscuris involucris, quasi quibusdam è nubibus, piam de Filio sententiam ad eundem modum emisit.

Psal. 35. 7.

Psal. 76. 20.

Rom. 11.

Prov. 8.10.

Colos 1.15.

Ib.

Animadverte enim ut, quæ à sapientia didicit, in evangelio suo nobis exposuerit. Nam cùm sapientia dixisset, *Creavit me principium viarum suarum*, Ioannes *principii* vocem expressit. *In principio*, inquit, *erat Verbum*. Pro eo verò, *creavit me*, subjecit istud, *Et Deus erat*; ne istiusmodi Verbum, quod prolatione constat, verum solidè sub-

Ioa. 1.

Anno Christi 358.

sistens, ac passionis expers, & à Patre procedens Verbum Deum mente conciperemus. Iam illis, *Eram apud illum*, ista respondent, *apud Deum*. Istis verò, *per me*, hæc, *ab æterno. Omnia per ipsum facta sunt; & sine ipso factum est nihil*. Pro hac voce *fundavit*, istud, *quod factum est. In ipso vita erat*. Cui simile est illud: *In ipso creata sunt*. Nam

Prov. 9. his verbis, *Et Verbum caro factum est*, illa respondent: *Sapientia ædificavit sibi domum*. Item pro his, *Eram apud ipsum componens*, Ioannes ista scripsit:

Ioa. 5. 19. *Non potest Filius à seipso facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem. Quæ enim ille facit, eadem & Filius similiter facit*. Habemus igitur ex ore duorum vel trium testium Filii secundùm naturam similitudinem cum Patre comprobatam. Vnus quippe sapientiam sapientis Filium prædicat, alter Dei Verbum unigenitum Deum, tertius Dei Filium imaginem affirmat; adeò ut *Dei Verbum*, & *sapientia*, & *imago* unum prorsus, ut antea dictum est, idémque significent, ac Dei Patrisque secundùm essentiam Filius communitet ab omnibus asseveretur. Præter hæc verò divini nos sermonis auctoritas ad illam essentiæ velut manibus contrectandam similitudinem, Thomæ instar, addu-

Ib. cit, cùm ita loquitur. *Sicut Pater habet vitam in seipso, ita & Filio dedit vitam habere in seipso*. Etenim si hæc verba, *Sicut Pater habet*, sic accipiuntur ut non ad aliud quiddam referantur ac diversum. (Neque enim aliud est Pater, aliud vita quæ est in ipso, quasi aliud sit quod habeat, aliud quòd haberi dicatur, sed ipse sine ulla compositione vita est Pater. Porrò sicut habet ipse, sic & Filio dederit, nimirum citra compositionem, ut & Pater.) manifestum est, cùm ita illam habeat Filius, nec tamquam ingenitus habeat, eandem compositionis modò non habere, ac simillimè in omnibus, quod ad essentiam attinet, ac Pater, citraque compositionem. Nec enim est obscurum, id quod simile est, idem penitùs cum eo cujus simile est esse non posse. Cujus rei argumento sit quòd idem ille factus ad hominum similitudinem Dei Filius, licèt homo fuerit, non tamen idem cum homine penitùs

Rom. 8. 3. fuerit. Ac tametsi suscepta *carnis peccati similitudine* passionibus illis, à quibus carnis peccatum proficiscitur, obnoxius esset, cujusmodi sunt fames, ac sitis, ceteræque id genus, idem tamen, quod ad carnis peccatum pertinet, non fuit. Quamobrem ex apostolicis iisce testimoniis Filii secundùm essentiam cum Patre similitudo colligitur.

Vt enim hominum ille similis factus, & homo erat, & non in omnibus erat, homo quidem, qua-

Ioan. 1. tenus carnem suscepit hominis, quoniam *Verbum caro factum est*, idem autem homo non erat, quatenus ceterorum more natus non fuerat, hoc est è virili satu & utriusque conjunctione sexus, ita Filius, qui secula antecessit omnia, Deus est, quatenus Dei Filius, perinde atque homo est, quatenus hominis Filius; sed non idem est omninò cum Deo Patre, à quo genitus est; quemadmodum non idem est cum homine, quatenus sine virili satu est ac vo-

Rom. 8. 3. luptate propagatus. Idem *carnis peccati similitudinem habuit*: quandoquidem famem, sitim, ac somnum in carne toleravit; quibus affectionibus ad peccandum corpora concitantur. Verùm licèt carnis affectiones ejusmodi sustineret, minimè tamen ab iis ad peccandum impulsus est. Eodem modo Filius à Patre genitus, ac Dei forma præditus, æqualisque Deo divinitatis proprietates habuit, utpote corporis secundùm essentiam expers, ac Patri divinitate ipsa & incorporea conditione & actione similis, perinde ac similis erat carnis,

φορᾶς, ἀλλὰ τὸν ἐν ὑποστάσει παγίᾳ ἀπαθῆ ἐκ Πατρὸς Θεὸν Λόγον νοήσωμεν. ἀντὶ δὲ τοῦ, " ἤμην πρὸς αὐτῷ, τὸ, πρὸς Θεόν. ἀντὶ δὲ τοῦ, δι' ἐμοῦ, τὸ, [ἀπ' αἰῶνος, τὸ] πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐθεμελίωσε, τὸ, ὃ γέγονεν. ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, ὡς ἴσον τὸ, ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, τὸ, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· ὡς ἔχειν τὴν ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν " μαρτύρων, εἰς ἀπόδειξιν τῆς κατ' οὐσίαν πρὸς πατέρα τοῦ υἱοῦ ὁμοιότητος. ὁ μὲν γὰρ τὸν σοφοῦ τῆς σοφίας υἱόν· ὁ δὲ τὸν Θεοῦ τὸν Λόγον μονογενῆ Θεόν· ὁ δὲ τὸν Θεοῦ τὸν υἱὸν εἰκόνα φησί. ὡς τὸν Θεοῦ Λόγον, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν εἰκόνα ὅμοιον ἐκ πάντων, καθὰ προείρηται, καὶ κατ' οὐσίαν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τοῖς πᾶσι κηρύττεσθαι. ἔτι δὲ μᾶλλον ὡς τὸν Θωμᾶν ἡμᾶς τῇ ψηλαφίᾳ τῆς " ἐνεργείας τῆς κατ' οὐσίαν ὁμοιότητος, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος προσάγει λέγων· ὡς ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. εἰ γὰρ τὸ, ὡς ὁ πατὴρ ἔχει, οὐχ ὡς ἐν ἄλλῳ νοεῖται. οὐ γὰρ ἄλλο μέν ἐστιν ὁ πατὴρ, ἄλλο δὲ ἡ ζωὴ ἡ ἐν αὐτῷ, ἵνα τὸ μὲν ἔχον, τὸ δὲ ἐχόμενον νοῆται. ἀλλ' αὐτὸς ἀσυνθέτως ἐστὶ ζωὴ ὁ πατὴρ, καὶ ὡς ἔχει αὐτὸς, οὕτω δέδωκε καὶ τῷ υἱῷ, δηλονότι ἀσυνθέτως ὡς ὁ πατήρ. φανερὸν ὅτι οὕτως ἔχων, ἐπεὶ μὴ ἀγεννήτως ἔχει, μηδὲ συνθέτως ἔχει, ὅμοιος πάντα κατ' οὐσίαν, καὶ ἀσυνθέτως, ὡς ὁ πατήρ· δήλου ὄντος, ὅτι τὸ ὅμοιον οὐδέποτε ταυτὸν εἶναι δύναται οὗ ἐστιν ὅμοιον, " ἀπόδειξιν τοῦ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἄνθρωπον μὲν γενέσθαι, μὴ κατὰ πάντα δὲ ταυτὸν γενέσθαι ἀνθρώπῳ· καὶ ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενον, γενέσθαι μὲν ἐν τοῖς πάθεσι τοῖς αἰτίοις τῆς ἐν σαρκὶ ἁμαρτίας, πείνης φαμὲν, καὶ δίψης, καὶ τῶν λοιπῶν, γενέσθαι, δὲ ἐν ταυτότητι τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας. ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστολικῶν μαρτυριῶν, καὶ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα κηρύττεσθαι.

Ὡς γὰρ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ ἄνθρωπος ἦν, καὶ οὐ κατὰ πάντα ἄνθρωπος. ἄνθρωπος μὲν τῷ καὶ σάρκα ἀναλαβεῖν ἀνθρωπίνην, ἐπειδὴ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· οὐκ ἄνθρωπος δὲ ἦν, ἐπεὶ οὐχ ὁμοίως ἀνθρώποις ἐγεννήθη. οὐ γὰρ ἐκ σπορᾶς, καὶ συνδυασμοῦ. οὕτω καὶ ὁ πρὸ αἰώνων υἱὸς Θεὸς μὲν, καθὸ υἱὸς Θεοῦ, ὡς ἄνθρωπος, καθὸ υἱὸς ἀνθρώπου. οὐ ταυτὸν δὲ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῷ γεννήσαντι, ὡς οὐ ταυτὸν τῷ ἀνθρώπῳ, καθὸ ἄνευ ἀπορροίας καὶ πάθους, καθὸ ἄνευ σπορᾶς καὶ ἡδονῆς. καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καθὸ πεινᾷν τε, καὶ διψᾷν, καὶ ὕπνον ἐν τῇ σαρκὶ ὑπέμεινεν, ἐξ ὧν παθῶν " ἁμαρτητικῶν κινεῖται τὰ σώματα. ὑπομείνας δὲ τὰ σαρκὸς προειρημένα πάθη, οὐκ ἐξ αὐτῶν ἁμαρτητικῶς ἐκινεῖτο. οὕτω καὶ υἱὸς ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν μορφῇ ὑπάρχων Θεοῦ, καὶ ἴσα ὢν Θεῷ, τὰ μὲν ἰδιώματα εἶχε τῆς θεότητος, κατ' οὐσίαν ἀσώματος ὢν, καὶ ὅμοιος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἀσωματότητα, καὶ τὰς ἐνεργείας, ὥσπερ ὁμοίως τῇ σαρκὶ τῷ σὰρξ εἶναι,

καὶ

Anno Christi 358.

F. ἡμῖν.

F. μαρτυρείας.

Cor. ἐναργείας.

Deest εἰς ἀπόδ.

F. ἁμαρτητικῶν.

ANNO CHRISTI 358.

καὶ πάθη σαρκὸς ὑπομείνας, μὴ μέντοι τὸ αὐτὸ ᾖ, καθὸ Θεὸς ὤν, οὔτε μορφή ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ″ Θεός· οὔτε ἴσα ἐστὶ τῷ Θεῷ, ἀλλὰ Θεῷ· οὔτε αὐθεντικῶς ὡς ὁ πατήρ. ὥσπερ γὰρ οὐχ ἁμαρτητικῶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁμοίως ἐνεργείᾳ ὡς ἄνθρωπος. ἃ γὰρ ἂν ὁ πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. ὥσπερ οὖν ἐν τ[illegible] οὐχ ἁμαρτητικῶς, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς ἐν σαρκὶ ἐκινεῖτο. τὸ γὰρ ἀτόπων ἐστὶν ἀπὸ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, τουτέστιν ἀπὸ Θεοῦ γενόμενον υἱὸν ἀνθρώπου, ὅμοιον γενέσθαι τοῖς κατὰ φύσιν, τουτέστι τοῖς φύσει ἀνθρώποις ἐν τῷ ἑαυτοῦ παρὰ φύσιν· ἐν δὲ τῷ κατὰ φύσιν ἑαυτοῦ μὴ εἶναι ὅμοιον ἑαυτὸν τῷ κατὰ φύσιν πατρὶ ἐκ θεοῦ θεὸν γεννηθέντα. καὶ φανερὸν ὅτι οἱ μὴ κατ' οὐσίαν λέγοντες ὅμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, οὔτε υἱὸν λέγουσιν, ἀλλὰ κτίσμα μόνον. οὔτε τὸν πατέρα πατέρα, ἀλλὰ κτίστην· τῆς ὁμοίου ἐννοίας, οὐκ ἐπὶ τὴν ταυτότητα τοῦ πατρὸς ἀγούσης τὸν υἱὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα, καὶ ἀπόρρητον ἐξ αὐτοῦ ἀπαθῶς γνησιότητα. ὡς γὰρ, πάλιν ἐρῶ, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας οὐκ ἐπὶ τὴν ταυτότητα ἤγετο τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τῆς σαρκὸς οὐσίας ὁμοιότητα διὰ τὰ εἰρημένα· οὕτως οὐδὲ ὁ υἱὸς ὅμοιος κατ' οὐσίαν γενόμενος τῷ γεννήσαντι πατρὶ, εἰς ταυτότητα ἄξει τοῦ πατρὸς τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὁμοιότητα.

Cor. ἀμά Θεός. & mox pro ἀμά Θεῷ.

Καὶ εἴ τις τῇ σοφίᾳ τοῦ κόσμου προσέχων, ἣν ἐμώρανεν ὁ θεὸς, μὴ προσέχοι τῷ ἐν σοφίᾳ λόγου κηρύγματι, καὶ κατὰ πίστεως τὴν ὁμοιότητα, καὶ κατ' οὐσίαν τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα ὁμολογοίη, ὡς ψευδωνύμως λέγων τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ μήτε πατέρα λέγων ἀληθῶς, μήτε υἱὸν, ἀλλὰ κτίστην, καὶ κτίσμα, καὶ κοινοποιῶν τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἔννοιαν ἐπὶ τῶν λοιπῶν ποιημάτων, καὶ σοφίζεσθαι θέλων εἴ τις χρεία, ὡς τὸ πρῶτον ποιημάτων δι' αὐτοῦ, εἴτε ὑπερβολῇ τοῦ μεγέθους, καὶ κατὰ μηδὲν ὁμολογῶν τὴν Ἐκκλησιαστικὴν πίστιν τὴν εἰς πατέρα τε καὶ υἱὸν, ὡς παρ' ὃ εὐαγγελίσαντο ἡμᾶς οἱ Ἀπόστολοι θέλων εὐαγγελίσασθαι, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, προειρήκαμεν, καὶ ″ ἄρτι π[illegible]ιν λέγω ἀνειληφότες, καὶ [τὸ] ἀναγκαίως φαμὲν. [illegible] τις τὸν σοφὸν μόνον ἀκούων πατέρα, καὶ σοφίαν τὸν μονογενῆ τούτου υἱὸν, ταὐτὸν εἶναι λέγοι τῆς σοφίας τῷ μόνῳ σοφῷ, ἀναιρῶν τὸ εἶναι υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις τὸν σοφὸν ἀκούων πατέρα, καὶ σοφίαν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνόμοιον λέγων, καὶ κατ' οὐσίαν τῆς σοφίας τοῦ σοφοῦ θεοῦ, ὡς μὴ λέγων τὸν σοφὸν τῆς σοφίας ἀληθῶς πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις τὸν θεὸν νοῶν τὸν πατέρα, τὸν δὲ ἐν ἀρχῇ Λόγον τε καὶ θεὸν τοῦτον λέγοι πρὸς τὸν θεὸν Λόγον τε καὶ θεὸν αὐτὸν τῷ θεῷ τῷ πρὸς ὃν Λόγος τε ″ θεός, ὡς μὴ λέγων ἀληθῶς υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις τὸν μονογενῆ θεὸν Λόγον υἱὸν ἀκούων τοῦ θεοῦ, πρὸς ὃν ὁ Λόγος τε καὶ θεὸς ἀνόμοιον λέγοι, καὶ κατ' οὐσίαν τὸν θεὸν λόγον τοῦ πατρὸς, τὸν θεὸν, τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, πρὸς ὃν ὁ μονογενὴς ἐν ἀρχῇ ἦν θεὸς Λόγος, ὡς μὴ λέγων ἀληθῶς υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις εἰκόνα ἀκούων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ταὐτὸν λέγοι τὴν εἰκόνα τῷ θεῷ τῷ ἀοράτῳ, ὡς μὴ ὁμολογῶν ἀληθῶς υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις εἰκόνα ἀκούων τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ ἀοράτου θεοῦ, ἀνόμοιον λέγοι καὶ κατ' οὐσίαν τὸν υἱὸν, εἰκόνα ὄντα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου,

For. λεγόμενον.

Cor. καὶ Θεός.

quatenus caro fuit, & carnis passiones suscepit. Non tamen idem est omnino, quoniam quà Deus est, non forma Dei est, sed Deus, nec æqualis Deo, sed Deus, neque principalis ut Pater; quemadmodum, quod ad propensionem in peccatum pertinet, homo non est, sed actione homini similis. *Quæ enim facit Pater, eadem facit & Filius.* Ergo hic absque peccati illecebra similiter atque ii qui carne præditi sunt incitabatur. Absurdum est enim illum ab naturali statu ad eum qui præter naturam est esse perductum, hoc est filium hominis è Deo factum, iis quorum naturalis est iste status, naturalibus, inquam, hominibus in eo quod præter naturam suam habebat similem fuisse, in eo verò quod ipsi naturale est, naturalis illum Patris non esse similem, cùm originem Deus a Deo traxerit. Illud vero planè constat, qui similem essentia Patri Filium negaot, ne filium quidem illum fateri, sed creaturam duntaxat, Patrem verò non Patrem, sed creatorem. Quippe similitudinis ipsa notio non eò Filium adducit ut idem omnino cum Patre sit, sed ut eidem sit essentia similis, & ut ab ipso procedens arcanam quandam cum illo germanitatem obtineat. Nam, ut idem denuo repetam, quemadmodum cùm hominis ac carnis peccati similitudinem gereret, non eò deductus est idem ut cum homine prorsus foret, sed ut naturæ carnis esset similis, ut ex iis quæ hactenus dicta sunt apparet, eodem modo Filius Patri, à quo genitus est, essentia similis suam illam essentiam non ad identitatem cum Patre, sed ad similitudinem perducet.

Ioan. 5.

Quòd si quis mundi sapientiæ deditus, quam Deus stultitiæ convicit, sapientissimæ divini verbi prædicationi nihil admodum tribuat, neque ex fidei præscripto similem essentia Patri Filium esse fateatur, utpote qui falsò Patrem & Filium apellet, re ipsa verò neque Patrem neque Filium, sed creaturam ac creatorem, ac Filii Patrisque notionem cum reliquis operibus communicet, & quoties eade re agitur calumniosè mentiatur primum illud opus ac præcipuum esse quod ab ipso factum est, aut magnitudine antecellens, ac denique ecclesiasticam in Patrem Filiumque fidem non eodem modo profiteatur quo illam nobis Apostoli antea tradiderunt, anathema sit. Et illud antea, ut loquitur Apostolus, prædiximus, & nunc denuo repetimus, ac necessariò commonemus. Si quis sapientem solum audiens Patrem, & unicum ejus Filium sapientiam, hanc unum idemque cum illo dicat esse, ac Filii proprietatem evertat, anathema sit. Item si quis sapientem audiens Patrem, & Filium ejus sapientiam nominari, hanc ipsam sapientiam sapientis Patris essentia dissimilem affirmet, tamquam sapientem verè sapientiæ Patrem esse negans, anathema sit. Si quis Deum esse Patrem agnoscens, cum verò qui in principio fuit Verbum ac Deum, hunc idem esse penitùs cum Deo apud quem Verbum, ac Deus est, constituat, tamquam verè Filium non agnoscens, anathema sit. Si quis unigenitum Deum ac Verbum Filium Dei nominari audiens, apud quem Verbum ac Deus est, huncipsum Deum, ac Patris Verbum, Dei ac Patris, apud quem unigenitus in principio Deus erat Verbum, dissimilem affirmet, tamquam verè Filium minimè confitens, anathema sit. Si quis Filium Dei, qui videri non potest, imaginem audiens, idem esse cum non aspectabili Deo dicat imaginem, tamquam verè Filium minimè professus, anathema sit. Si quis unigenitum Filium imaginem Dei, qui videri non potest, appellari audiens, dissimilem esse dicat essentia Filium, ac Dei non aspectabilis imaginem

Anathematismi Pseudosynodi.

Gal. 1. 19.

Anno Christi 358.

ejus cujus essentia imaginem ipsum intelligimus, velut Filium esse non verè profitens, anathema sit. Item si quis dicentem Filium audiens, *Quemadmo-*
Ioa. 5. 19. *dum Pater habet vitam in se ipso, sic & Filio dedit*
Ioa. 6. 57. *vitam habere in seipso*, eum qui vitam accipit a Patre & illud dicentem, *Et ego vivo propter Patrem*, idem cum vitæ datore esse defendat, anathema sit. Si quis istud audiens, *Sicut Pater vitam habet in se ipso, sic & Filio dedit vitam habere in seipso*, dissimilem essentia Patri Filium asseveret, & ita uti dicit habere se testetur, anathema sit. Manifestum enim est, cùm vita, quam in Patre intelligimus, essentia sit, nec non & Vnigeniti vita, quæ à Patre genita est, intelligatur essentia, particulam hanc, *sic*, essentiæ cum essentia similitudinem indicare.

Si quis ista dicentem illum audiens, *Creavit me, & genuit me*, non ad eundem & secundùm essentiam pertinere putet, sed idem esse dicat, *genuit me*, & *creavit me*, tamquam Filium sine ulla passione perfectum ex duobus illis vocabulis confitens, *creavit me*, & *genuit me*, sed creaturam duntaxat non Filium affirmans, cujusmodi pium nobis ex duabus illis vocibus sensum sapientia tradidit, anathema sit. Si quis Filio suam cum Patre secundùm essentiam similitudinem nobis his verbis indicante, *Sicut enim Pater vitam habet in seipso, sic & Filio dedit vitam habere in seipso*, eam vero similitudi-
Ioan. 5. nem quæ in actione posita his verbis docente, *Quæcunque enim Pater facit, ea & Filius similiter facit*, solam hanc actionis similitudinem concedens, alteram, quæ ad essentiam spectat, quæque præcipuum fidei nostræ caput est, Filio subtrahat, tamquam æterna vita, quæ in Patris ac Filii cognitione consistit, seipsum privans, anathema sit. Si quis in Patrem ac Filium credere sese profitens, Patrem non similis cum Filio es-
2. Tim. 6. 10. sentiæ dicat esse, sed actionis, tamquam profanas vocum novitates de Filii Dei essentia pronuntiare ausus, & veram Filii proprietatem evertens, anathema sit. Si quis Filium similem essentia illius intelligens cujus Filius intelligitur, vel idem prorsùs cum Patre Filium esse dicat, vel Patris partem, vel profluvio quodam ac passione, corporeorum instar filiorum, incorporeum ab incorporeo Patre prodiisse Filium asserat, anathema sit. Si quis, propterea quòd neque Pater Filius; neque Filius esse Pater intelligatur unquam, alterum à Patre Filium esse dicens, eò quòd
Ioa 5. 32. alter sit Pater ac filius, ut dictum est, *Alius est qui testimonium perhibet de me*, item, *Testimonium perhibet qui misit me Pater* si quis, inquam, propter piam illam quæ in Ecclesia concipitur personarum Patris ac filii proprietatem, veritus ne idem omnino cum Patre filius intelligatur, dissimilem essentia Patris esse filium dicat, anathema sit. Si quis Patrem unigeniti filii in tempore Patrem fuisse sibi persuadeat, neque ante tempus omne, ac supra humanam omnem cogitationem, unigenitum filium à Patre sine ulla passione credat esse productum, tamquam apostolicum dogma transgrediens, quòd à Patre filioque temporis spatium omne rejicit, hoc verò nos fideli-
Ioan. 1 ter edocet, *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, anathema sit. Si quis Patrem unigenito, quem produxit, filio tempore anteriorem esse dicat, filium verò Patre juniorem, anathema sit. Si quis temporis expertem unigeniti Christi à

εὖ εἰκὼν καὶ κατ᾽ οὐσίαν νοεῖται, ὡς ἀληθῶς μὴ λέγων Υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις ἀκούων τοῦ Υἱοῦ λέγοντος· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ταυτὸν λέγει τὸν εἰληφότα παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ζωὴν, καὶ ὁμολογοῦντα τὸ κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, τῷ δεδωκότι, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις ἀκούων γάρ· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ ἔδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ἀνόμοιον λέγει κατ᾽ οὐσίαν τὸν Υἱὸν τῷ πατρὶ, διαμαρτυρόμενος ὅτι οὕτως ἔχει ὡς εἴρηκεν, ἀνάθεμα ἔστω. φανερὸν γὰρ ὅτι τῆς ζωῆς τῆς ἐν τῷ πατρὶ νοουμένης οὐσίας σημαινομένης, καὶ τῆς ζωῆς τῆς τοῦ μονογενοῦς τῆς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννωμένης οὐσίας νοουμένης, τὸ, οὕτως, τὴν ὁμοιότητα τῆς οὐσίας πρὸς οὐσίαν σημαίνει, [ἀνάθεμα ἔστω.]

Καὶ εἴ τις τὸ, ἔκτισέ με, καὶ τὸ γεννᾷ με, παρ᾽ αὐτοῦ ἀκούων, τὸ γεννᾷ με μὴ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ καὶ κατ᾽ οὐσίαν ἐννοεῖ, ἀλλὰ ταυτὸν λέγει τὸ, γεννᾷ με, τῷ ἔκτισέ με, ὡς μὴ λέγων τὸν Υἱὸν τὸν ἀπαθῶς τέλειον ἐκ τῶν δύο ὀνομάτων, τοῦ ἔκτισέ με, καὶ τοῦ γεννᾷ με, κτίσμα μόνον ὁμολογῶν, καὶ μηκέτι Υἱὸν, ὡς παραδέδωκεν ἡ σοφία ἐκ τῶν δύο εὐσεβῆ τὴν ἔννοιαν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις τοῦ Υἱοῦ τὴν μὲν κατ᾽ οὐσίαν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁμοιότητα ἡμῖν ἀποκαλύπτοντος, δι᾽ ὧν φησι· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτως καὶ τῷ Υἱῷ ἔδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· τὴν δὲ κατ᾽ ἐνέργειαν δι᾽ ὧν παιδεύει· ἃ γὰρ ἂν ὁ πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, μόνην τὴν κατ᾽ ἐνέργειαν ὁμοιότητα διδοὺς, τὴν κατ᾽ οὐσίαν, ἥ ἐστι τὸ κεφαλαιωδέστατον ἡμῖν τῆς πίστεως, ἀποστερεῖ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἑαυτὸν ἀποστερῶν τῆς ἐν γνώσει πατρὸς καὶ Υἱοῦ αἰωνίου ζωῆς, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις εἰς πατέρα καὶ Υἱὸν πιστεύειν ἐπαγγελλόμενος, τὸν πατέρα μὴ οὐσίας ὁμοίας αὐτοῦ λέγει πατέρα, ἀλλὰ ἐνεργείας, ὡς βεβήλους καινοφωνίας κατὰ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ θεοῦ φθέγγεσθαι τολμῶν, καὶ ἀναιρῶν τὸ εἶναι ἀληθῶς Υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις Υἱὸν ὅμοιον κατ᾽ οὐσίαν νοῶν ἐκείνου, οὗ καὶ νοεῖται Υἱὸς, ἢ ταυτὸν λέγοι τῷ πατρὶ τὸν Υἱὸν, ἢ μέρος τοῦ πατρὸς, ἢ κατὰ ἀπόρροιαν, καὶ κατὰ πάθος, ὡς σωματικοὺς υἱοὺς, τὸν ἐκ τοῦ ἀσωμάτου πατρὸς ἀσώματο[illegible]ιὸν ὑποστάντα, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις διὰ τὸ τὸν πατέρα μή ποτε Υἱὸν νοεῖσθαι, καὶ τὸν Υἱὸν μή ποτε πατέρα νοεῖσθαι, ἕτερον λέγων τὸν Υἱὸν τὸν παρὰ τὸν πατέρα, διὰ τὸ τὸν πατέρα ἕτερον εἶναι, καὶ τὸν Υἱὸν, καθὼς εἴρηται· ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ. καὶ μαρτυρεῖ γὰρ, φησὶ, ὁ πέμψας με πατήρ. διὰ ταύτην τὴν εὐσεβῆ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ νομισθεῖσαν ἰδιότητα τῶν προσώπων, πατρὸς μὲν, καὶ Υἱοῦ, δεδιὼς, μή ποτε ταυτὸν νοηθῇ Υἱὸς πατρὶ, ἀνόμοιον λέγει κατ᾽ οὐσίαν τὸν Υἱὸν τῷ πατρὶ, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις ἐν χρόνῳ τὸν πατέρα πατέρα νοεῖ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, καὶ μὴ ὑπὲρ χρόνους, καὶ κατὰ [Ior. illegible] πάσας ἀνθρωπίνας ἐννοίας πιστεύει τὸν μονογενῆ υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀπαθῶς ὑφεστάναι, ὡς παραβαίνων τὸ Ἀποστολικὸν κήρυγμα, χρόνους μὲν περὶ πατρὸς καὶ Υἱοῦ παραιτούμενον, πιστῶς δὲ ἡμᾶς παιδεῦσαν τό· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ Λόγος, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις τὸν πατέρα πρεσβύτερον χρόνῳ λέγει τοῦ ἐξ ἑαυτοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, νεώτερον δὲ χρόνῳ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις τὸ ἄχρονον τῆς τοῦ μονογενοῦς Χριστοῦ ἐκ

Anno Christi 358.

ANNO CHRISTI 358.

πατρὸς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν ἀγέννητον τοῦ θεοῦ οὐσίαν ἀναφέρῃ, ὡς υἱοπάτορα λέγων, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις ἐξουσίᾳ μόνῃ τὸν πατέρα λέγοι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, καὶ μὴ ἐξουσίᾳ ὁμοῦ καὶ οὐσίᾳ πατέρα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, ὡς μόνην τὴν ἐξουσίαν λαμβάνων, καὶ κοινοποιῶν αὐτὸν πρὸς τὰ λοιπὰ ποιήματα, καὶ οὐ λέγων ἀληθῶς ἐκ πατρὸς γνήσιον Υἱόν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις ἐξουσίᾳ καὶ οὐσίᾳ λέγων τὸν πατέρα, πατέρα τοῦ Υἱοῦ, ὁμοούσιον ἢ ταυτοούσιον λέγοι τὸν Υἱὸν τῷ πατρί, ἀνάθεμα ἔστω.

Καὶ εἰσὶν οἱ ὑπογράψαντες, Βασίλειος, Εὐστάθιος, Ὑπερέχιος, Λητόϊος, Ἑορτικὸς, Γυμνάσιος, Μεμνόνιος, Εὐτυχὴς, Σεβηρῖνος, Εὐτύχιος, Ἀλκιμίδης, Ἀλέξανδρος. οὕτω πιστεύω [καὶ] ὡς ὑπογέγραπται, καὶ διὰ ὑπογραφῆς ὁμολογῶ.

Patre procedentis hypostasim ad ingenitam Dei essentiam referat, tamquam υἱοπάτορα, hoc est *Filiopatrem*, appellans anathema sit. Si quis sola potestate Patrem unigeniti filii, non potestate simul & essentia esse definiat, tamquam solam potestatem usurpans, & communem ei cum ceteris operibus conditionem tribuens, neque germanum à Patre filium verè ortum esse prædicans, anathema sit. Si quis Patrem potestate simul & substantiâ filii Patrem asserens, consubstantialem vel ejusdem cum Patre substantiæ filium esse dicat, anathema sit.

Subscripsere Basilius, Eustathius, Hyperechius, Letoius, Heorticus, Gymnasius, Memnonius, Eutyches, Severinus, Eutychius, Alcimedes, Alexander. Ita credo ut supra scriptum est, & per subscriptionem profiteor.

In eadem synodo lecta est epistola Georgii Episcopi Laodicensis adversus Eudoxium & Aëtium, quæ sic habet.

Sozom lib. 4. c. 13.

Κυρίοις τιμιωτάτοις, μακεδονίῳ, βασιλείῳ, κεκροπίῳ, εὐγενίῳ, γεώργιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Τὸ ἀετίου ναυάγιον, σχεδὸν που πᾶσαν κατείληφε τὴν ἀντιοχέων· τοὺς γὰρ παρ᾽ ὑμῖν ἀτιμαζομένους μαθητὰς τοῦ δυσωνύμου ἀετίου πάντας καταλαβὼν εὐδόξιος, εἰς κληρικοὺς προβάλλεται, ἐν τοῖς μάλιστα τετιμημένοις ἔχων τὸν αἱρετικὸν ἀέτιον· καταλάβετε οὖν τὴν τηλικαύτην πόλιν, μὴ τῷ ναυαγίῳ αὐτῆς καὶ ἡ οἰκουμένη παρασυρῇ· καὶ εἰς ταὐτὸν γενόμενοι, ὅσοις καὶ γενέσθαι ἐγχωρεῖ, παρὰ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ὑπογραφὰς ἀπαιτήσατε. ἵνα καὶ ἀέτιον ἐκβάλλῃ τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας εὐδόξιος, καὶ σὺν αὐτοῦ μαθητὰς ὄντας, προχειρισθέντας εἰς κανόνας ἐκκόψῃ· ἢ ἐὰν ἐπιμείνῃ μετὰ ἀετίου ἀνόμοιον λέγων, καὶ σὺν τοῦτο τολμῶντας λέγειν τῶν μὴ λεγόντων προτιμῶν, οἴχεται ὑμῖν, ὡς φθάσας ἔφην, πόλις ἡ ἀντιοχέων.

Dominis honoratissimis, Macedonio, Basilio, Cecropio, Eugenio, Georgius in Domino salutem.

Aëtii naufragium totam penè comprehendit Antiochiam. Etenim Eudoxius discipulos execrabilis Aetii, qui à vobis ignominia notati sunt, omnes suscipiens, in clerum promovet, ipsumque Aëtium hæreticum præcipuo honore prosequitur. Succurrite igitur tantæ civitati, ne illius naufragio totus simul orbis abripiatur. Et in unum congregati quotquot convenire potuerint, ab aliis Episcopis subscriptiones postulare, eo consilio ut Eudoxius & Aetium ipsum ex Antiochena Ecclesia expellat; & discipulos illius in clericorum album relatos expungat. Quòd si cum Aëtio filium patri dissimilem dicere perrexerit, eosque qui istud dicere audent, iis qui aliter dicunt anteponere, periit vobis, ut jam dixi, urbs Antiochia.

ACTA QVÆDAM CONCILII ARIMINENSIS
Celebrati anno CCCLIX.

Ex Hieronym. in dial. adv. Lucifer.

SVb Rege Constantio, Eusebio & Hypatio Consulibus, nomine unitatis & fidei incredulitas conscripta est, ut nunc agnoscitur. Nam illo tempore nihil tam pium, nihil tam conveniens servis Dei videbatur quàm unitatem sequi & totius mundi communionem non scindi; præsertim cùm superficies expositionis nihil jam sacrilegum præferret. *Credimus*, aiebant, *in unum verum Deum patrem omnipotentem.* Hoc etiam nos confitemur. *Credimus & in unigenitum Dei filium qui ante omnia secula & ante omne principium natus est ex Deo, natum autem unigenitum solum ex solo patre, Deum ex Deo, similem genitori suo patri secundum scripturas, cujus nativitatem nullus novit nisi solus qui eum genuit pater.* Numquid hic insertum est, *Erat tempus quando non erat*, vel *De nullis extantibus creatura est filius Dei?* Perfecta fides est Deum de Deo credere. Et natum aiebant unigenitum solum ex solo patre. Quid est natum? Certè non factum. Nativitas suspicionem auferebat creaturæ. Addebant præterea: *Qui de cælo descendit, conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine, crucifixus à Pontio Pilato, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris, venturus judicare vivos & mortuos.* Sonabant verba pietatem, & inter tanta mella præconii nemo venenum insertum putabat. De usiæ verò nomine abiciendo verisimilis ratio præbebatur. *Quia in scripturis*, aiebant, *non invenitur, & multos simpliciores novitate sua scandalizat, placuit auferri.* Non enim erat curæ Episcopis de vocabulo, cùm sensus esset in tuto. Denique ipso in tempore cùm fraudem fuisse in expositione rumor populi ventilaret, Valens Mursensis Episcopus, qui eam conscripserat, præsente Tauro prætorii Præfecto, qui ex jussu Regis synodo aderat, professus est se Arrianom non esse & penitùs ab eorum blasphemiis abhorrere. Res secretè gesta opinionem vulgi non extinxerat. Itaque alia die in Ecclesia quæ est apud Ariminum & Episcoporum simul & laicorum turbis concurrentibus, Muzonius Episcopus provinciæ Byzacenæ, cui propter ætatem primatus ab omnibus deferebatur, ita locutus est. *Ea quæ sunt jactata in publicum, & ad nos usque perlata, aliquem è vobis sanctitati vestra legere præcipimus; ut quæ sunt mala, & ab auribus & à corde nostro abhorrere debent, una omnium voce damnentur.* Responsum est ab universis Episcopis: *Placet.* Itaque cùm Clau-

Anno Christi 359.

dius Episcopus provinciæ Piceni ex præcepto omnium blasphemias quæ Valentis ferebantur legere cœpisset, Valens suas esse negans exclamavit & dixit. *Si quis negat Christum Dominum Dei filium, ante secula ex patre genitum, anathema sit.* Ab universis consonatum est: *Anathema sit.* Et addidit.

Si quis negat filium similem patri secundùm scripturas, anathema sit. Omnes responderunt: *Anathema sit.*

Si quis filium Dei non dixerit æternum cum patre, anathema sit. Ab universis conclamatum est: *Anathema sit.*

Si quis dixerit creaturam filium Dei, ut sunt cetera creatura, anathema sit. Similiter dictum est: *Anathema sit.*

Si quis dixerit de nullis extantibus filium, & non de Deo patre, anathema sit. Omnes conclamaverunt: *Anathema sit.*

Si quis dixerit, Erat tempus quando non erat filius, anathema sit. Omnes responderunt: *Anathema sit.*

In hoc verò cuncti Episcopi & tota simul Ecclesia plausu quodam & tripudio Valentis vocem exceperunt. Quod si quis à nobis fictum putat, scrinia publica scrutetur. Plenæ sunt certè Ecclesiarum arcæ, & recens adhuc rei memoria est. Supersunt homines qui illi synodo interfuerunt; & quod veritatem firmet, ipsi Arriani hæc ita ut diximus gesta non denegant. Cùm ergo cuncti Valentem ad cœlum laudibus tollerent & suam in eum suspicionem cum pœnitentia damnarent, idem Claudius, qui suprà legere cœperat, ait.

Adhuc sunt aliqua quæ subterfugerunt dominum & fratrem meum Valentem: quæ, si vobis videtur, ne quis scrupulus remaneat, in commune damnemus.

Si quis dixerit filium Dei esse quidem ante omnia secula, sed non ante omne omnino tempus, ut ei aliquid anteferat, anathema sit. Dixerunt cuncti: *Anathema sit.*

Multaque alia, quæ suspiciosa videbantur, ad pronuntiationem Claudii Valens condemnavit. Quæ si quis pleniùs discere cupit, in Ariminensis synodi actis reperiet, unde & nos ista libavimus. His ita gestis, Concilium solvitur. Læti omnes ad provincias revertuntur.

Anno Christi 359.

HVC VSQVE HIERONYMVS.

In fragmentis Hilarij hæc adduntur post definitionem fidei editam to. II. Conciliorum pag. 795.

E*Odem in Concilio, postquàm statutum est nihil debere paternam minui traditionem, etiam qui contra hanc veniebant, omnium in unum conspirantium spiritali voce sunt damnati. Cujus tractatus hoc est exemplum.*

Eusebio & Hypatio Consf. XII. Kal. Augusti. Cùm apud locum Ariminensem Episcoporum synodus fuisset collecta, & tractatum fuisset de fide, & sedisset animo quid agi deberet, Grecianus Episcopus à Calle dixit. Quantum dicunt, fratres carissimi, catholica synodos patientiam habuit & piam Ecclesiam totiens exhibuit juxta Vrsacium & Valentem, Germinium, Gaium, qui totiens mutando quod crediderunt, omnes Ecclesias turbaverunt, & nunc conantur hæreticum animum suum inserere animis Christianis. Subvertere enim volunt tractatum habitum apud Nicæam, qui positus est contra Arrianam hæresim & ceteras. Attulerunt nobis præterea conscriptam à se fidem, quam recipere non licebat. Iam quidem hæretici antehac nobis pronontiati sunt, & multis diebus est comprobatum: quos & ad nostram communionem non admisimos, voce nostra damnantes eos præsentes. Nunc iterum quid vobis placet iterum dicite, ut singulorum subscriptione firmetur. Vniversi Episcopi dixerunt. Placet ut hæretici suprascripti damnentur; quò possit Ecclesia fide inconcussa, quæ verè catholica est, in pace perpetua permanere.

NOTÆ.

IN eadem synodo Ariminensi actum est de privilegiis Ecclesiarum & Clericorum, ita videlicet *ut juga*, id est terræ modus cui colendo per annum jugo boum opus est, *quæ videntur ad Ecclesiam pertinere, à publica functione cessarent, inquietudine desistente.* Quam synodi dispositionem repulit Constantius Imperator, ut ipse docet in l. 15. Cod. Theodos. *De Episc. & Clericis.*

VT NVNC AGNOSCITVR] Vetus codex MS. monasterii sancti Germani Parisiensis, cum quo contulimus hoc fragmentum, ita habet. *quæ quidem nunc infidelitas noscitur.*

ET TOTIVS M. COMM] Ita omnino vetus exemplar & prima editio Romana. Posteriores habent: *& à totius mundi communione.*

IN VNVM VERVM] Idem codex: *in unum solum verum.*

GEN. SVO PATRI] Item: *genitori suo filium patri.*

CREATVRA S. F. DEI.] Item: *creaturam esse filium Dei.*

NELLA PRÆCONII] Posteriores editiones habent *illa præconia.* At prima Romana & vetus exemplar habent uti nos reposuimus.

ABHORRERE] Vetus codex: *& ab errore se recessisse. Sed hoc opinionem vulgi non extinxerunt.*

TVRBIS CONCVRR.] Idem codex: *turba concurrens.*

BYZACENÆ] Antea legebatur Byzantinæ Nos emendavimus. Vide Notas nostras ad Gratianum pag. 451.

IN PVBLICVM] Antea legebatur *per publicum.*

E VOBIS] Hæc est scriptura veteris libri. Nam editiones habent *è nobis.*

AVRIB. S. A C. NOSTRO] Vetus codex: *auribus cordium nostrorum*

CHRISTVM DOMINVM] Ita vetus codex. Editiones habent *Christum Deum.*

ET ADDIDIT] Hæc addita sunt ex veteri exemplari.

AB VNIV. CONCL. EST] Idem codex: *Omnes responderunt.*

CONCLAMAVERVNT] *responderunt.*

OMN. RE ANATH. SIT] Hæc rursum addita sunt ex veteri exemplari. Deerant enim in editionibus.

ECCLESIAR. ARCÆ] Vetus codex: *scripturarum ecclesiasticarum charta.*

ILLI SYNODO] Prima editio Romana: *in illa synodo.*

DIXERVNT CVNCTI] Vetus codex: *Et ipso Valens & cuncti responderunt.*

VALENS CONDEMNAVIT] Idem vetus codex: *Valens clara voce damnavit.*

LIBAVIMVS] *Prælibavimus.*



CONCILIVM NICÆNVM
Habitum anno CCCLIX.

Dvplex hoc anno Nicana synodus habita est ab Arrianis, utraque post Ariminensem & ante Seleuciensem, prior apud Nicaam Thracia, posterior apud Nicaam Bithynia. Earum mentionem facit auctor libelli synodici. Et de priore quidem ait eam à Constantio coactam fuisse instigantibus Eudoxianis, in eaque fidei definitionem expositam qua substantialis vocabulum omnino tolleret, ac orthodoxorum aliquos metu, alios fraude deceptos ei definitioni subscripsisse, qui verò recusarunt, in extremas orbis partes exulatum missos. quod sumptum esse constat ex historia ecclesiastica Theodoreti lib. II. cap. XXI. Sed prior, de qua heic agimus, plurimam lucem accipit à libro fragmentorum sancti Hilarii, ubi acta ejus descripta reperiuntur hoc modo.

Gesta ubi prævaricati sunt Episcopi legati à fide vera incipiunt.

Evsebio & Hypatio Coss. VI. Idus Octobris cùm consedissent Episcopi mansionis Nicææ, quæ antehac Vstodizo vocabatur, in provincia Thracia, Restitutus, Gregorius, Honoratus, Athemius, Iginus, Iustinus, Priscus, Primus, Taurinus, Lucius, Mustacius, Vrbanos, Honoratus, Soluror, Restitutus Episcopus Carthaginis dixit: Scit prudentia vestra, consacerdotes sanctissimi, quia cùm [apud] Ariminum de fide tractatus haberetur, contentio sic dissidium fecerat ut de sacerdotibus Dei, immittente diabolo, discordia fieret, atque exinde factum fuerat ut in fratres nostros ego Restitutus & pars Episcoporum quæ sequebatur Vrsacium, Valentem, Germinium, & Gaium, quasi in auctores mali intellectus, sententiam promeremus, id est, ut à nostra communione segregarentur. Sed quia incomminus positi universa tractavimus & universa discussimus, invenimusque quod nulli displicere debeat, id est, fidem in his catholicam juxta professionem suam, cui & nos subscripsimus omnes, neque unquam hæreticos fuisse. Et ideo quia pacis concordia apud Deum res est maxima, placuit ut communi consensu nostro omnia quæ apud Ariminum tractata sunt in irritum deducantur, & communio eorum, Deo favente, integra conveniret, neque quicquam indiscussum remaneat quod eos aut maculare possit vel debeat. Et ideo, ut dixi, quia præsentes sumus, unusquisque debet dicere an dictum sit quod prosequutus sum & manu sua subscribere. Ab universis Episcopis dictum est: Placet. Et subscripserunt.

Extat apud Theodoretum in libro suprà laudato professio fidei edita in hoc Concilio: quam ille se non ideo referre ait quòd recta sit, sed quòd Arrii factionem manifestè coarguat. Ea est hujusmodi.

Πίστις ἐκτεθεῖσα ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης, οὐκ εὖ ἔχουσα.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ἐκ τοῦ Θεοῦ. δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. γεννηθέντα δὲ μονογενῆ μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεγεννηκότι αὐτὸν πατρὶ κατὰ τὰς γραφάς· οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ Θεοῦ Υἱὸν, πέμποντος τοῦ πατρὸς παραγεγενῆσθαι ἐκ τῶν οὐρανῶν καθὼς γέγραπται, εἰς καθαίρεσιν ἁμαρτίας καὶ θανάτου, καὶ γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καθὼς γέγραπται, κατὰ σάρκα. καὶ συναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὴν βούλησιν πατρὸς, σταυρῷ προσηλωθέντα, ἀποθανόντα καὶ ταφέντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα. ὃν αὐτὸς ὁ ᾅδης ἐτρέμασε. καὶ ἀνελθόντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. συναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πληρουμένων· καὶ ἀναληφθέντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς. ἐρχόμενον δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως μετὰ δόξης πατρικῆς, ἀποδιδόναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον, ὅπερ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς καὶ κύριος ἐπηγγείλατο ἀποστεῖλαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὸν παράκλητον καθὼς γέγραπται, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὅπερ καὶ αὐτὸς ἀπέστειλεν ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐκεῖθεν ἐρ-

Fides apud Nicen Tracia exposita, qua non recta est.

Credimus in unum solum ac verum Deum Patrem omnipotentem, ex quo omnia. Et in unum Filium Dei unigenitum, qui ante omnia secula & ante omne principium genitus est ex Deo, per quem omnia facta sunt visibilia & invisibilia. Qui genitus est unigenitus solus ex solo Patre, Deus ex Deo, similis Patri qui ipsum genuit secundùm scripturas, cujus generationem nemo novit nisi Pater qui ipsum genuit. Hunc unigenitum Filium Dei, à Patre missum è cælo descendisse novimus, sicut scriptum est, ad culpam mortemque abolendam, & ex spiritu sancto natum de Maria virgine, sicuti scriptum est, secundùm carnem, & cum discipulis versatum esse, & universa dispensatione juxta Patris voluntatem impleta, crucifixum, mortuum, & sepultum, ad inferos descendisse, quem inferi ipsi tremuerunt, eundem tertia die resurrexisse, & cum discipulis versatum fuisse per quadraginta dies, deinde assumptum in cælos, sedere ad dexteram Patris, & in ultimo resurrectionis die venturum cum gloria Patris, ut reddat unicuique mercedem operum suorum. Et in Spiritum sanctum, quem unigenitus ipse Filius Dei Iesus Christus Deus ac Dominus noster missurum se promisit generi humano, consolatorem sicut scriptum est, spiritum veritatis, quem etiam misit post ascensum suum in cælos sedens ad dexteram Patris: unde venturus est ut judicet vivos ac mortuos. Nomen verò substantiæ, quod à patribus simpliciùs positum, à populo verò minimè intellectum, offensioni est plurimis, propterea quod in scripturis non continetur, pla-

Anno Christi 359.

cuit omnino removeri, nec ullam deinceps substantiæ fieri mentionem, quoniam scripturæ sacræ nusquam meminerunt substantiæ Patris & Filii, neque item in persona Patris & Filii & Spiritus sancti unam hypostasim nominari oportere. Similem vero Patri Filium dicimus, quemadmodum divinæ scipturæ dicunt ac docent. Omnes verò hæreses, seu quæ jam prius damnatæ, seu quæ postea exortæ sunt huic fidei expositioni contrariæ, anathema sint.

κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἁπλούστερον ἐνετέθη ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς σκάνδαλον ἔφερε, διὰ τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς τοῦτο μὴ ἐκφέρεσθαι, ἤρεσε περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι, διὰ τὸ μάλιστα τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. μή τε μὴν δεῖν ἐπὶ προσώπου πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, μίαν ὑπόστασιν ὀνομάζεσθαι. ὅμοιον δὲ λέγομεν τῷ πατρὶ τὸν Υἱὸν, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ λέγουσι καὶ διδάσκουσι. πάσας δὲ τὰς αἱρέσεις τὰς ἤδη πρότερον καθαιρεθείσας, ἢ καὶ εἴ τινες νεωστὶ ἀνεφύησαν ὑπεναντίαι ταύτης τῆς γραφῆς τῆς ἐκτεθείσης, ἀνάθεμα ἔστωσαν.

Anno Christi 359.

Meminit istius professionis Hilarius in fine primæ partis fragmentorum; ubi ita alloquitur Arrianos: Vbi igitur vestra professio apud Nicæam Thraciæ, qua dixistis omnes hæreses damnatas esse? *Ex quo patet definitionem istius synodi Nicenæ probatam non fuisse Episcopis occidentalibus, quorum unus fuit sanctus Hilarius. Quod confirmatur ex verbis libelli synodici, ubi scriptum est definitionem illam quæ apud Nicæam Thraciæ constituta fuerat meritis anathematismis subjectam fuisse à patribus occidentalibus; eaque re cognita, eos qui diversum sentiebant, simul arrepto Constantio Imperatore, Nicææ Bithyniæ synodum congregavisse ut divinum exsecrarentur symbolum, sed priùs quàm hanc inchoarent blasphemiam, concussa urbe terræ motu, contritos illos inde ejectos esse. Porrò auctor libelli synodici istud accepisse videtur ex libro secundo historiæ ecclesiasticæ Theodoreti cap.* XXVI.

CONCILIVM SELEVCIENSE
Habitum anno Christi CCCLIX.

Celeberrimam istam Seleuciensem synodum nimis brevi compendio in collectionis Conciliorum relatam planè constat, adeo ut etiam omissa sit epistola synodica sive expositio fidei condita ab Episcopis istius Concilii. Quare officii mei esse putavi totum istud negotium paulò accuratiùs mea manu versare, ut tandem aliquando rei ecclesiasticæ studiosi uno in loco reperire possint quæcunque de Seleuciensi isto Concilio referuntur à scriptoribus antiquis. Faciam autem illud ea ratione ut nihil de meo dicam, sed tantum ex fide Athanasii, Socratis, Sozomeni, & Theodoreti.

Socrat lib. 2. c. 39. 40. *Ait igitur Socrates Imperatori Constantio, quum edicto suo præcepisset in orientis partibus fieri synodum æmulam Ariminensis Concilii, initio placuisse ut Episcopi convenirent apud Nicomediam civitatem Bithyniæ, sed mutatum fuisse hoc decretum ob terræ motum quo hæc civitas corruit. Deliberarunt igitur de transferenda synodo in vicinam urbem Nicænsium. Sed cùm hoc consilium ipsis displicuisset, id est, Basilio Episcopo Ancyrano & his qui eum sequebantur, ut ait Philostorgius, Tarsum verò Ciliciæ civitatem, quam alii proponebant, Eudoxius Antiochenus & Aëtius recusarent, tandem in urbe Isauriæ Seleucia, quæ Aspera cognominatur, Concilium celebrarunt; ad quod convenire jussi sunt, ut Theodoretus ait, omnes Episcopi Orientis, Asianæ item ac Ponticæ Diœceseos. Hoc autem factum est eodem anno quo Ariminense Concilium, consulatu Eusebii & Hypatii. Convenerunt illic Episcopi numero centum & quinquaginta, ut Socrates & Theodoretus scribunt, vel propemodum centum sexaginta, ut Athanasius, Sozomenus, & Epiphanius scholasticus ex Socrate. Aderat cum illis Leonas quidam vir in palatio Imperatoris conspicuus, sub cujus præsentia quæstionem de fide proponi Imperator edicto suo jusserat. Sed & Lauritius dux militum per Isauriam adesse jussus fuerat, ut Episcopis, si quid vellent, præsto esset. His igitur præsentibus congregati Episcopi ad diem v. Kalendas Octobres, sub gestorum confectione disputare cœperunt. Aderant enim etiam Notarii, qui singulorum dicta notis exciperent.*

Prima die cùm convenissent, jussit Leonas ut unusquisque proponeret quod vellet. Sed qui aderant, nullam movendam esse quæstionem dixere priùs quàm advenissent ii qui desiderabantur. Quippe desiderabantur Macedonius Constantinopolitanus, Basilius Ancyranus, & alii quidam, veriti ne ob crimina accusarentur. Et Macedonius quidem laborare se morbo dicens aberat. Patrophilus vero Scythopolitanus oculorum dolorem prætexebat, eamque ob causam in suburbano Seleuciæ sibi necessariò manendum esse. Alii denique aliam absentiæ suæ causam afferebant. Sed quoniam Leonas istis etiam absentibus proponendam esse nihilominus quæstionem dicebat, subjecerunt iterum qui aderant se nullam omnino quæstionem moturos esse nisi priùs habita esset quæstio de vita ac moribus eorum qui accusabantur. Accusati namque antea fuerant Cyrillus Hierosolymorum Episcopus, Eustathius Sebastiæ in Armenia, & alii quidam. Qua ex re gravis inter eos qui aderant contentio exorta est. Nam hi quidem priùs eorum qui in crimen vocati fuerant vitam discutiendam esse dicebant; illi contrà nihil priùs quærendum esse censebant quàm de fide. Contentionem porrò excitavit varia Imperatoris sententia. Proferebantur enim ejus literæ, quibus nunc de hoc capite priùs quærendum esse aiebat, nunc de isto. Cùm igitur hac de re inter se contenderent, factum est dissidium Episcoporum, & in duas partes synodi multitudo divisa est. Et alterius quidem partis duces erant Acacius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, Georgius Alexandriæ, Vranius Tyri, & Eudoxius Antiochiæ: quibus triginta duntaxat alii consentiebant. Alterius verò partis principes erant Georgius Laodiceæ in Syria Episcopus, Sophronius Pompeiopolis in Paphlagonia, Eleusius Cyzici; quos major pars sequebatur. Porrò cùm prævaluisset sententia ut de fide priùs quæreretur, ii qui à partibus Acacii stabant, Nicenam fidem penitus abrogarunt, aliam verò conscribendam esse significarunt. Alterius verò partis Episcopi, qui & numero superiores erant, in reliquis quidem omnibus Nicenum Concilium suscipiebant, solam autem dictionem consubstantialis reprehendebant. Porrò non levis suspicio erat, ut Sozomenus ait, Acaciani de industria in do- Sozom lib 4. c. 22.

ANNO CHRISTI 359.

ctrina fidei ab aliis diffidere, eoque prætextu quæstionem quæ de criminibus ipsorum habenda erat eludere. Nam cùm antea scriptis literis ad Macedonium Constantinopolitanum Episcopum filium patri per omnia similem ejusdemque esse substantiæ confessi fuissent, tunc perfricta fronte priorem confessionem suam impugnabant. Cùm igitur magna verborum contentione inter se certassent usque ad vesperam, tandem Silvanus Tarsensis Ecclesiæ Præsul exclamavit nullam novam fidei formulam conscribi oportere, sed pridem in Antiochia expositam tempore dedicationis Ecclesiæ debere servari. Hoc ubi dictum est, Acaciani è Concilio se subduxerunt. Alterius autem partis antistites fidem Antiochiæ scriptam protulerunt. Qua perlecta, Concilium illo die solutum est.

Postridie cùm in Ecclesiam quæ Seleuciæ est convenissent, januas claudentes, relecta fidei subscripserunt. Pro Episcopis autem nonnullis qui aberant subscripsere Lectores & Diaconi, quorum opera approbaturos se fidei formulam professi erant absentes. Acacius verò cum suis sectatoribus id factum reprehendebat, eò quòd clausis Ecclesiæ foribus subscripsissent. Quippe aiebat ea quæ in occulto geruntur reproba esse & suspecta. Hoc autem ideo dicebat quòd in animo haberet aliam fidei formulam loco illius promulgare; quam quidem paratam penes se habebat, & Lauritio quidem ac Leonæ judicibus jam antea recitaverat, studens ei robur acquirere. Hæc acta sunt secundo die, nec ampliùs quicquam.

Tertio die Leonas rursum operam dedit ut ambæ partes in unum convenirent. Quo quidem die nec Macedonius abfuit Constantinopolitanus Episcopus, nec Basilius Ancyræ. Cùm igitur ambo isti in eandem partem concessissent, rursum Acaciani ad Concilium occurrere recusarunt, ex conventu ejiciendos priùs esse dicentes tum eos qui jam antea depositi, tum illos qui in præsentia accusati erant. Post multam verò ultro citroque contentionem, cùm hæc sententia tandem prævaluisset, ii qui in crimen vocati fuerant egressi sunt, Acaciani verò introiere. Tum Leonas, qui idem cum Acacio sentiebat, libellum sibi ab Acacio traditum esse dixit, dissimulans interim quod esset expositio fidei nunc occultè nunc apertè superioribus repugnantis. Cùm silentium fecissent hi qui aderant quidvis potiùs quàm fidei formulam eo libello contineri existimantes, tunc recitatus est Acacii liber de fide cum proœmio. Hæc est verò fidei expositio in Concilio Seleuciensi edita, quam heic damus ex duplici versione, Epiphanii nimirum scholastici, & Dionysii Petavii.

FIDEI EXPOSITIO EDITA IN CONCILIO SELEVCIENSI.

VERSIO EPIPHANII.

Nos qui congregati sumus in Seleucia Isauriæ secundùm Imperatoris voluntatem, hesterno die quinto Kalendarum Octobrium omne studium habuimus cum disciplina ecclesiasticam servare pacem & de fide cogitare constanter, sicuti præcepit Deo amabilis Imperator noster Constantius, secundùm propheticas evangelicasque voces, & nihil præter scripturas superinducere in ecclesiastica fide. Quia verò in Concilio aliqui alios nostrum injuriis affecerunt, alios loqui prohibuerunt, alios recluserunt invitos, & damnatos secum ex diversis provinciis habuerunt, necnon & eos qui contra regulas ordinati sunt introduxerunt secum, ita ut tumultu undique synodus impleretur, sicut & vir clarissimus Comes Leonas & vir clarissimus dux provinciæ Lauritius inspexerunt, propterea hæc interloquimur quoniam non declinamus expositam cum auctoritate fidem in Antiochena dedicatione, proferentes eam; licèt patres nostri illo tempore ad subjectam concurrerint quæstionem, quoniam multos turbavit consubstantialitatis nomen præterito tempore & usque ad præsens. Nunc verò quia dicitur innovatum ab aliquibus de dissimilitudine filii apud patrem, hac ergo gratia omousion & omœousion, id est, ejusdem substantiæ & similis substantiæ, nomen abicimus tamquam scripturarum extra-

Hæc extant etiam apud Athanas. in lib. de syn. pag. 904.

Οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας, κατὰ πρόσταγμα τῆς εὐσεβείας τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως ἡμῶν Κωνσταντίου, τάδε διελαλήσαμεν ἡμεῖς οἱ συναχθέντες ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας κατὰ βασιλικὸν βούλημα.

Τῇ χθὲς ἡμέρᾳ, ἥτις ἦν πρὸ πέντε καλανδῶν Ὀκτωβρίων, πᾶσαν σπουδὴν εἰσενηνέγμεθα μετὰ πάσης εὐταξίας τὴν εἰρήνην τῇ ἐκκλησίᾳ διαφυλάξαι, καὶ περὶ τῆς πίστεως εὐσταθῶς διαλαβεῖν, ὡς προσέταξεν ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς ἡμῶν Κωνστάντιος, κατὰ τὰς προφητικὰς φωνάς, καὶ μηδὲν παρὰ τὰς θείας γραφὰς παρεισενέγκαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ πίστει. ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ συνόδῳ τινὲς, τοὺς μὲν ἡμῶν ὕβρισαν, τοὺς δὲ ἐπεστόμισαν, οὐ συγχωροῦντες λαλεῖν, τοὺς δὲ ἀπέκλεισαν ἄκοντας, καὶ τοὺς καθῃρημένους δὲ ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν εἶχον μεθ' ἑαυτῶν, καὶ τοὺς παρὰ κανόνα κατασταθέντας ἦγον μεθ' ἑαυτῶν, ὡς πανταχόθεν θορύβου πλήρες γενέσθαι τὸ συνέδριον, καθὼς καὶ ὁ λαμπρότατος κόμης Λεωνᾶς, καὶ ὁ λαμπρότατος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίας Λαυρίκιος αὐτοψίᾳ παρέλαβε, τούτου ἕνεκεν διαλαλοῦμεν, ὡς οὐ φεύγομεν τὴν αὐθεντικὴν πίστιν ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τοῖς κατὰ Ἀντιόχειαν προκομίζοντες. ἣν καὶ αὐτοὶ μάλιστα οἱ πατέρες ἡμῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρὸς τὸ ὑποκείμενον τῆς ζητήσεως συνέδραμον.

VERSIO PETAVII.

Qui variis è provinciis religiosissimi Imperatoris nostri Constantii mandato Seleuciæ in Isauria convenimus Episcopi, hæc communi consensu decrevimus.

Hesterna die, quæ erat A. D. V. Kal. Oct. omni studio ac moderatione in id incubuimus ut pacem Ecclesiæ sanciremus, ac constantem & solidam fidei regulam constitueremus, pro eo ac Dei amantissimus Imperator noster Constantius jussit, ex Prophetarum oraculis, sic ut nihil præter sacrarum literarum auctoritatem in ecclesiasticam fidem inveheremus. Sed quoniam in synodo nonnulli alios è nostris contumeliis affecerunt, aliis silentium indixerunt, nec quæ vellent eloqui permiserunt, alios invitos excluserunt, tum eos qui depositi erant variis è provinciis adhibuerunt, quosdam verò præter canonem secum adduxerunt, ut undecumque turbulentissimus esset ille consessus, quemadmodum clarissimus Comes Leonas & clarissimus provinciæ Præfectus Lauricius oculis suis viderunt, eam ob causam palam profitemur nihil nos subterfugere & primariam illam fidei formulam quæ in Antiochenæ Ecclesiæ dedicatione proposita est in medium proferre; cujus auctores patres illi nostri ad ejusmodi quæstionem disceptandam per illud tempus conventus habuerunt.

F. 112.

F. 113.

Anno Christi 359.

neum, anomœon, id est, dissimilitudinis verbum anathematizamus, & omnes hujusmodi existentes ab Ecclesia extraneos existimamus. Similem verò filium apud patrem apertè profitemur secundùm Apostolum dicentem de filio: *qui est imago Dei invisibilis*. Confitemur autem & credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Credimus autem & in unum Iesum Christum filium ejus, ex eo natum impassibiliter ante omnia secula, Deum verum ex Deo unigenitum, lumen, vitam, veritatem, & sapientiam, voluntatem, per quem omnia facta sunt in cœlis & in terra, sive visibilia, sive invisibilia. Hunc credimus in consummatione seculorum pro destructione peccati assumpsisse carnem ex sancta Maria virgine, & hominem factum, passum pro peccatis nostris, & resurrexisse, & assumptum in cœlis, sedere in dexteram patris, & iterum venturum in gloria judicare vivos & mortuos. Credimus & in spiritum sanctum, quem paraclitum id est consolatorem nominavit salvator noster Dominus promittens postquam iret discipulis esse mittendum, quem etiam destinavit, per quem & sanctificat credentes in Ecclesia, & baptizatos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Eos autem qui præter istam fidem aliud quicquam prædicant, à catholica Ecclesia decernimus eos alienos existere.

Ἐπειδὴ πολλοὺς ἐθορύβησε τὸ ὁμοούσιον καὶ τὸ ὁμοιοούσιον ἐν τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις, καὶ μέχρι νῦν, ἀλλὰ καὶ ἕως ἄρτι λέγεται καινοτομεῖσθαι ὑπό τινων τὸ ἀνόμοιον υἱοῦ πρὸς πατέρα, τούτου χάριν τὸ ὁμοούσιον ὡς ἀλλότριον τῶν γραφῶν ἐκβάλλομεν, τὸ δὲ ἀνόμοιον ἀναθεματίζομεν, καὶ πάντας, ὅσοι τοιοῦτοι τυγχάνουσιν, ἀλλοτρίους ἡγούμεθα τῆς ἐκκλησίας. τὸ δὲ ὅμοιον τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα σαφῶς ὁμολογοῦμεν, κατὰ τὸν ἀπόστολον τὸν λέγοντα περὶ τοῦ υἱοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων. πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα ἀπαθῶς πρὸ πάντων αἰώνων, θεὸν λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ μονογενῆ, φῶς, ζωὴν, ἀλήθειαν, σοφίαν, δύναμιν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα. τοῦτον πιστεύομεν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, σάρκα ἀνειληφέναι ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανοὺς, καθέζεσθαι ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, πάλιν ἐρχόμενον ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὃ καὶ παράκλητον ὠνόμασεν ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἐπαγγειλάμενος μετὰ τὸ ἀνελθεῖν αὐτὸν πέμψαι τοῖς μαθηταῖς τοῦτο, ὃ καὶ ἀπέστειλε, δι' οὗ καὶ ἁγιάζει τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πιστεύοντας, καὶ βαπτιζομένους ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. τοὺς δὲ παρὰ ταύτην τὴν πίστιν ἄλλο τι κηρύττοντας, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. ὅτι δὲ ταύτῃ τῇ πίστει ἰσοδυναμεῖ καὶ ἡ ἐν Σιρμίῳ πρώην ἐκτεθεῖσα πίστις, ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τοῦ βασιλέως ἡμῶν, γνωρίζουσιν οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει.

Cum hactenus homoüsii, & homœoüsii vocabula plerosque ad hodiernum tempus usque perturbarint, & à nonnullis etiamnum innovari istud ferant, ut dissimilis Patri Filius esse dicatur, ob id homoüsii, hoc est *consubstantialis* vocem, tamquam a sacris literis peregrinam, rejicimus; anomœum verò, hoc est dissimile, condemnamus; & quicunque ejusmodi sunt, ab Ecclesia alienos esse censemus. Similem verò Patris esse Filium apertè profitemur, & Apostolum in eo sequimur, qui de filio loquens, *Qui est*, inquit, *imago Dei invisibilis*. Confitemur autem & credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibiliumque & invisibilium. Credimus etiam in Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, & ab ipso genitum citra passionem ullam ante omnia secula, Deum Verbum, Deum de Deo, unigenitum, lucem, vitam, veritatem, sapientiam, virtutem, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis, & in terra sunt sive visibilia sive invisibilia. Hunc ipsum credimus in fine seculorum ad extinguendum peccatum carnem è sancta virgine sumpsisse, hominémque factum, passum item pro peccatis nostris, resurrexisse, & in cœlum subvectum sedere ad dexteram patris, & iterum venturum cum gloria judicare vivos & mortuos. Credimus & in unum sanctum Spiritum, quem Salvator & Dominus noster Iesus Christus Paracletum vocavit, eundémque post discessum suum missurum se Apostolis promisit. Quem & re vera misit, & per eum fideles in Ecclesia sanctificat, qui baptizantur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Quicunque verò præter hanc fidem aliud quiddam prædicant, alienos novit Ecclesia catholica. Quemadmodum verò cum hac fidei formula consentanea sit ea quæ Sirmii nuper exposita est coram religiosissimo Imperatore nostro, norunt qui hanc ipsam legerint.

Col. 1.15

Subscripserunt qui aderant, Basilius, Marcus, Georgius Alexandriæ Episcopus, Pancratius, Hypatianus, & plurimi Occidentis Episcopi. Ego Georgius Episcopus Alexandriæ hanc fidei professionem edidi, atque ita ut scriptum est me sentire profiteor. Ego Acacius Episcopus Cæsareæ hanc fidei professionem edidi, atque ita ut scriptum est me sentire profiteor. Vranius Episcopus Tyri. Eutychius Episcopus Eleutheropolis. Zoilus Episcopus Larissæ Syriæ. Seras Epis-

Ὑπέγραψαν οἱ παρόντες, Βασίλειος, Μάρκος, καὶ Γεώργιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος, Παγκράτιος, καὶ Ὑπατιανὸς, καὶ οἱ πλεῖστοι Ἐπίσκοποι τῆς δύσεως. Γεώργιος Ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐξεθέμην τὴν πίστιν οὕτως, ὁμολογῶ φρονεῖν ὡς προγέγραπται. Ἀκάκιος Ἐπίσκοπος Καισαρείας ἐξεθέμην τὴν πίστιν οὕτως, ὁμολογῶ φρονεῖν ὡς προγέγραπται. Οὐράνιος Ἐπίσκοπος Τύρου, Εὐτύχιος Ἐπίσκοπος Ἐλευθεροπόλεως, Ζώϊλος Ἐπίσκοπος Λαρίσσης τῆς Συρίας, Σέρας Ἐπίσκοπος

ANNO CHRISTI 359.

F. Παραιτονίου.

κοπος ἐκ "Παραιτονίου τῆς Λιβύης, Παῦλος Ἐπίσκοπος Ἐμίσης, Εὐστάθιος Ἐπίσκοπος Ἐπιφανείας, Εἰρηναῖος Ἐπίσκοπος Τριπόλεως τῆς Φοινίκης, Εὐσέβιος Ἐπίσκοπος Σελευκείας τῆς Συρίας, Εὐτυχιανὸς Ἐπίσκοπος Πατάρων τῆς Λυκίας, Εὐστάθιος Ἐπίσκοπος Πιναρῶν καὶ Διδύμων, Βασίλειος Ἐπίσκοπος Καυνίων τῆς Λυδίας, Πέτρος Ἐπίσκοπος Ἵππου Παλαιστίνης, Στέφανος Ἐπίσκοπος Πτολεμαΐδος τῆς Λιβύης, Εὐδόξιος Ἐπίσκοπος, Ἀπολλώνιος Ἐπίσκοπος Ὀξυρύγχου, Θεόκτιστος Ἐπίσκοπος Ὀστρακίνης, Λεόντιος Ἐπίσκοπος Λυδίας, Θεοδόσιος Ἐπίσκοπος τῆς Φιλαδελφίας Λυδίας, Φοῖβος Ἐπίσκοπος Πολυχαλάνδου τῆς Λυδίας, Μάγνος Ἐπίσκοπος Θεμισῶν τῆς Φρυγίας, Εὐάγριος Ἐπίσκοπος Μιτυλήνης τῶν νήσων, Κυρίων Ἐπίσκοπος Δολίχης, Αὔγουστος Ἐπίσκοπος Εὐφρατήσης, [Μάγνος Ἐπίσκοπος Θεμισῶν τῆς Φρυγίας,] Πολυδεύκης Ἐπίσκοπος Ἐπαρχίας Δευτέρας Λιβύης, Παγκράτιος Ἐπίσκοπος Πηλουσίου, Φιλίκαδος Ἐπίσκοπος Αὐγουστάδων Φρυγίας ἐπαρχίας, Σεραπίων Ἐπίσκοπος Ἀντιπύργου τῆς Λιβύης, Εὐσέβιος Ἐπίσκοπος Σεβαστῆς τῆς Παλαιστίνης, Ἡλιόδωρος Ἐπίσκοπος Σωζούσης τῆς Πενταπόλεως, Πτολεμαῖος Ἐπίσκοπος Θμουέως Αὐγουστονίκης, Αὔγαρος Ἐπίσκοπος Κύρου Εὐφρατησίας, Ἐξερέσιος Ἐπίσκοπος Γερασῶν, Ἀραβίων Ἐπίσκοπος Ἀδράων, Χαρίσιος Ἐπίσκοπος Ἀζώτου, Ἐλισσαῖος Ἐπίσκοπος Διοκλητιανουπόλεως. Γερμανὸς Ἐπίσκοπος Πέτρων, "Βαρόχιος Ἐπίσκοπος Ἀραβίας. ὁμοῦ Ἐπίσκοποι μγʹ.

π. Βαρίχιος.

copus ex Parætonio Libyæ. Paulus Episcopus Emissæ. Eustathius Episcopus Epiphaniæ. Irenæus Episcopus Tripolis Phœnices. Eusebius Episcopus Seleuciæ Syriæ. Eutychianus Episcopus Patarorum in Lycia. Eustathius Episcopus Pinarorum & Didymorum. Basilius Episcopus Cauniorum Lydiæ. Petrus Episcopus Hippi Palæstinæ. Stephanus Episcopus Ptolemaidis Lybiæ. Eudoxius Episcopus. Apollonius Episcopus Oxyrinchi. Theoctistus Episcopus Ostracines. Leontius Episcopus Lydiæ. Theodosius Episcopus Philadelphiæ Lydiæ. Phœbus Episcopus Polychalandæ Lydiæ. Magnus Episcopus Themisorum Phrygiæ. Evagrius Episcopus Mytilenes insularum. Cyrion Episcopus Doliches. Augustus Episcopus Euphratesiæ. Pollux Episcopus provinciæ secundæ Lybiæ. Pancratius Episcopus Pelusii. Philicadus Episcopus Augustadorum Phrygiæ provinciæ. Serapion Episcopus Antipyrgi Libyæ. Eusebius Episcopus Sebastæ Palestinæ. Heliodorus Episcopus Sozusæ Pentapolis. Ptolemæus Episcopus Thmueos Augustonices. Augarus Episcopus Cyri Euphrasiæ. Exeresius Episcopus Gerasorum. Arabion Episcopus Adracorum. Charisius Episcopus Azoti. Elissæus Episcopus Diocletianopolis. Germanus Episcopus Petrarum. Barochius Episcopos Arabiæ. Omnes Episcopi numero XLIII.

ANNO CHRISTI 359.

Cùm hæc fidei professio recitata fuisset, Sophronius Pompeiopolis Paphlagoniæ Episcopus exclamavit: Si per singulos dies propriam edere licuerit fidem, destituet nos regula veritatis. Et Sophronius quidem tunc ista dixit. Tunc temporis verò, cùm plurima ultro citroque & de hac re & de illis qui accusati erant dicta fuissent, Concilium dissum est.

Quarto iterum die cùm omnes in unum convenissent, eadem cum pervicacia disputare cœperunt. Inter quos Acacius sententiam suam exposuit his verbis: Cum fides Nicæna jampridem semel ac deinde sæpius mutata sit, nihil vetat quominus nunc quoque alia conscribatur fides. Ad hæc Eleusius Cyzici Episcopus, Concilium, inquit, in præsentiarum congregatum est, non ut ea discat quæ jam olim didicit, neque ut fidem suscipiat quam priùs non habuit; sed fidei patrum insistens quæ in Antiocheno Concilio comprobata est, nec vitæ nec mortis tempore ab ea unquam recedet. Post hæc ad aliam rursus quæstionem transierunt. Nam quoniam Acaciani in formula fidei quæ fuerat recitata filium patri similem esse dixerant, quærebant inter se qua in re filius esset similis patri. Et Acaciani quidem sola voluntate similem esse dicebant, non autem substantia. Reliqui omnes etiam substantia similem patri filium esse asserebant. De hac quæstione inter se altercantes, totum diem contrivere. Et Acacium confutabant, quòd in libris quos à se scriptos ediderat filium patri per omnia similem esse dixisset. Quomodo, aiebant, negare nunc audes filii cum patre similitudinem secundùm substantiam? Tum Acacius, Neque ex recentioribus, inquit, neque ex vetustioribus quisquam ex libris suis judicatus est. Tum Eleusius Cyzicenus Episcopus dixit: An Basilius Ancyranus Episcopus, & Marcus Sirmiensis clancalò aliquid senserint, & an privatim se mutuò de quibusdam rebus accusent tum illi tum Acaciani, nihil interest synodi, nec utrum fides ab illis exposita rectè secusve se habeat curiosiùs inquirere necesse est; sed illam sequi oportet quæ à nonaginta septem Episcopis, qui istos ætate præcesserunt, Antiochiæ confirmata est. Si quis verò aliud quid præter ista introduxerit, is à religione & ab Ecclesia alienus sit. Postquam omnes qui cum illo erant hæc dicta faustis acclamationibus prosecuti essent, & adversa pars in sua opinione perstaret, surgens Leonas Concilium dissolvit. Hunc finem habuit synodus Seleuciensis.

Postero die rogatus Leonas ut ad consessum veniret, recusavit, ab Imperatore missum se esse dicens ut concordi synodo interesset. Quoniam verò nonnulli inter vos dissident, inquit, ego adesse non possum. Abite ergo, & in Ecclesia garrite. Quo facto, Acaciani magno id ducentes lucro, alteriùs adesse noluerunt. Alterius autem partis Episcopi cùm in Ecclesiam convenissent, Acacium & eos qui cum illo erant vocarunt, ut causa Cyrilli Hierosolymorum Episcopi judicaretur. Sciendum enim est Cyrillum jam antea de quodam crimine accusatum ac depositum, appellationis libello ad eos qui ipsum deposuerant misso, ad majus judicium provocasse, ejusque appellationem ab Imperator Constantio fuisse susceptam. Ac tum quidem Seleuciæ aderat, paratus judicium subire. Et ob hanc causam Episcopi Acacianos ad consessum vocabant, ut rebus examinatis, communi consilio sententiam proferrent. Citaverunt etiam alios quosdam accusatos, qui ad partes confugerant Acacii. Sed quoniam sæpius citati venire detractabant, Episcopi eos deposuerunt, Acacium nimirum, Georgium Alexandriæ Episcopum, Vranium Tyri, Theodulum Chæretaporum in Phrygia, Theodosium Philadelphiæ in Lydia, Evagrium Mytilenæ insulæ, Leontium Tripoleos Lydiæ, & Eudoxium, qui priùs quidem Germaniciæ fuerat Episcopus, postea verò ad episcopatum Antiochenæ urbis irrepserat. Patrophilum quoque episcopatu abdicarunt, eò quòd à Dorotheo Presbytero accusatus, & ab ipsis ad causam dicendam citatus, non stitisset se judicio. Et hos quidem deposuerunt. Asterium verò, Eusebium, Abgarum, Basilicum, Phœbum, Fidelem, Euty-

ANNO CHRISTI 359.

chium, Magnum, & Eustathium à communione removerunt, decernentes ut in illo statu permanerent donec præstita satisfactione objecta sibi crimina diluissent. His rebus peractis, cùm de Episcopis quos ipsi deposuerant ad singulorum Ecclesias scripsissent, Eudoxii loco Amianum Antiochiæ constituerunt Episcopum; quem mox comprehensum Acaciani Leonæ ac Lauritio tradiderunt. Illi verò aliquandiu quidem eum sub militari custodia detinuerunt, tandem verò in exilium miserunt. Ea re commoti Episcopi qui eum ordinaverant, contestatorios libellos apud Leonam & Lauritium adversus Acacianos deposuerunt, quibus denuntiabant violatum esse judicium synodi. Porrò cùm nihil amplius perficeretur, Constantinopolim profecti sunt ut Imperatorem facerent certiorem de his quæ in synodo fuerant constituta.

Omittendum porrò non est sanctum Hilarium Pictaviensem Episcopum, qui quartum jam exilii annum agebat in Phrygia, ad synodum Seleuciensem evocatum fuisse à judicibus imperatoriis. Testatum id reliquit Sulpitius Severus in libro secundo sacræ historiæ his verbis: Interim in oriente, exemplo occidentalium, Imperatot jubet cunctos ferè Episcopos apud Seleuciam Isauriæ oppidum congregari. Qua tempestate Hilarius, quartum jam exilii annum in Phrygia agens, inter reliquos Episcopos per Vicarium ac Præsidem, data evectionis copia, adesse compellitur; cùm tamen nihil de eo specialiter mandasset Imperatot, judices tantùm generalem jussionem secuti, qua omnes Episcopos ad Concilium cogere jubebantur, hunc quoque inter reliquos volentes miscere, ut ego conjicio, Dei nutu ita gestum ut vir divinarum rerum instructissimus, cùm de fide disceptandum erat, interesset. Is ubi Seleuciam venit, magno cum favore exceptus, omnium in se animos & studia converterat; ac primùm quæsitum ab eo quæ esset Gallorum fides; quia tum Arrianis prava de nobis vulgantibus, suspecti ab orientalibus habebamur trionymam solitarii Dei unionem secundùm Sabellium credidisse; sed exposita fide sua juxta ea quæ Nicææ erant à patribus conscripta, occidentalibus perhibuit testimonium. Ita absolutis omnium animis, intra conscientiam communionis necnon etiam in societatem receptus Concilioque ascitus est. Agi deinde cœptum; repertique pravæ hætesis auctores, atque ab Ecclesiæ corpore avulsi. In eo numero fuere, Georgius ab Alexandria, Acacius, Eudoxius, Vranius, Leontius, Theodosius, Evagrius, Theodolus. Sed confecta synodo, decreta ad Imperatorem legatio quæ gesta insinuaret. Damnati quoque ad Regem profecti, satis freti sociorum viribus & Principis societate.

Sed audiamus ipsummet sanctum Hilarium, qui de rebus in hac Seleuciensi synodo, cui se interfuisse commemorat, gestis sic scribit in libro contra Constantium Augustum jam vita functum. Adscribam autem locum prout extat in optimo ac vetustissimo codice manuscripto bibliothecæ Colbertinæ. Nam editiones heic sunt depravatissimæ. Itaque sic ibi legitur. Quæ dicturus sum non aliunde cognovi, sed ipse audivi, & præsens affui cùm gerebantur. In Christo itaque non mentior, quia discipulus veritatis, testis quoque nunc veritatis adsisto. Orientalium in Seleucia synodum reperi, ubi tantum blasphemiorum est quantum Constantio placebat. Nam post secessionem meam deprehendi ut Christum Iesum centum & quinque Episcopi ὁμοιούσιον id est similis essentiæ prædicarent, & decem & novem ἀνομοιούσιον id est dissimilis essentiæ profiterentur, & soli Ægyptii præter Alexandrinum hæreticum ὁμοούσιον constantissimè obtinerent. Cogente itaque Leonate Comite, in unum omnes congregati sunt; & ex ipsis qui * ὁμοούσιον prædicabant, aliqui nonnulla piè verbis præferebant, quod & ex Deo esset id est de substantia Dei filius & semper fuisset. Qui verò ἀνομοιούσιον defendebant, nihil nisi prophanissimum adserebant, negantes quicquam substantiæ Dei simile esse posse, neque de Deo posse existere generationem, sed esse Christum creaturam, itaque quòd creatus est, in Dei nativitate deputaretur, ex nihilo autem eum esse, & ideitco non esse filium nec Deo similem. Loquor autem vobis quod ego ipse recitari in conventu publicè audivi, quod prædicante Episcopo Antiochiæ exceptum habebatur. Hæc ergo ita dicta esse ab eo commemorabantur. Erat Deus quod est. Pater non erat, quia neque ei filius. Nam si filius, necesse est ut & femina sit & colloquium sermonis & compunctio conjugalis verbi & blandimentum & postremùm ad generandum naturalis machinula. O miseras aures meas, quæ tam funestæ vocis sonum audierunt hæc de Deo ab homine dici & de Christo in Ecclesia prædicari. Post multas autem istiusmodi impietates, cùm patrem & filium ex nominibus potiùs quam ex natura comparasset, ait: Quantum enim filius se extendit cognoscere patrem, tantum pater superextendit se ne cognitus filio sit. Quibus recitatis, tumultus exortus est. Cùm autem intellexissent & qui dissimilem Deum dicunt, humanas aures tantæ impietatis verba susceptutas noo esse, rursum hi ipsi palatio potiùs quam Ecclesiæ Episcopi fidem scribunt ὁμοιούσιον, & ἀνομοιούσιον dissimilitudinem damnant. Quod cùm contrarium ipsis sensibus audientium esset, ipse ego quendam eorum, qui fortè ad me pertentandum accesserat, quasi ignorans rerum gestarum, percunctatus sum quid sibi vellet istud, ut qui unam substantiam filii esse cum patre damnassent, vel esse similis substantiæ denegassent, dissimilitudinem damnarent. Tunc mihi ait Christum Deo similem non esse, sed similem patri esse. Rursum hoc obscutius mihi adhuc videbatur. De quo cùm iterum interrogarem, tunc hæc ita locutus est. Dico eum dissimilem Deo esse, similem patri posse intelligi, quia pater voluisset creaturam istiusmodi creare quæ similia sui vellet, & idcirco similem patri esse quia voluntatis esset potiùs filiùs quàm divinitatis, dissimilem autem Deo esse quia neque Deus esset, neque ex Deo id est de substantia Dei natus esset. Hæc audiens bebui, neque credidi donec publicè ex consensu omnium eorum prophanissimæ hujus similitudinis ratio prædicaretur. Hi autem qui ὁμοιούσιον prædicabant, omnes eos qui maximè sine aliquo impietatis pudore impudentissimè hæc loquebantur, condemnaverunt. Condemnati ad Regem suum advolaverunt; exceptique honorificè, impietates suas quanta potuerunt ambitione confirmaverunt, similem Deo esse vel ex Deo natum vel naturalem esse filium denegantes. Pauci plurium dominati sunt.

De synodo ista Seleuciensi deque Ancyrana & Constantinopolitana sequenti, ad quas accessit turbidus homo Eustathius Episcopus Sebastenus, vide epistolam LXXIV. *sancti Basilii Episcopi Cæsariensis.*

* f. ὁμοιούσιον

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno Christi CCCLIX.

Socrat. lib. 2. cap. 41. Sozom. lib. 4. c. 24.

Post absolutam synodum Seleuciensem, utriusque partis Episcopi Constantinopolim ad Imperatorem Constantium profecti sunt, omnes quidem qui partes Acacii fovebant, ex alia verò parte decem tantùm, quorum præcipui fuere Eustathius Episcopus Sebastiæ in Armenia, Basilius Ancyranus, Silvanus Tarsensis, & Eleusius Cyzicenus. Porrò Acaciani cùm aliquandiu substitissent Constantinopoli, Concilium illic celebrare disposuerunt, ad quod Episcopos Bithynos evocarunt. Congregati igitur antistites numero quinquaginta, inter quos erat Maris Episcopus Chalcedonensis, fidei formulam quæ Arimini placuerat confirmarunt; cui nonnulla verba attexuerunt quæ non extabant in Ariminensi, nimirum ne quis in posterum substantiam in Deo aut hypostasim diceret. Itaque fidei formula Constantinopoli tum edita, quæ quidem nona est earum quæ usque ad hanc diem publica auctoritate prodierunt, hæc est.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα μόνον Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ἐκ τοῦ Θεοῦ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· γεννηθέντα δὲ μονογενῆ, μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν πατρὶ κατὰ τὰς γραφάς· οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς γινώσκει, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ· τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, πέμποντος τοῦ πατρὸς παραγεγενῆσθαι ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὡς γέγραπται, ἐπὶ καταλύσει τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου· καὶ γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας παρθένου τὸ κατὰ σάρκα, ὡς γέγραπται, καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὴν πατρικὴν βούλησιν, σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ ταφέντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατεληλυθότα· ὅντινα καὶ αὐτὸς ὁ ᾅδης ἔπτηξεν· ὅστις καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ διέτριψε μετὰ τῶν μαθητῶν. καὶ πληρωθεισῶν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθέζεται ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐλευσόμενος ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐν τῇ πατρικῇ δόξῃ, ἵνα ἀποδῷ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπερ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐπηγγείλατο πέμπειν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων παράκλητον, καθάπερ γέγραπται, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· ὅπερ αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὅτι ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανούς· τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν πατέρων ἐτέθη, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς, σκάνδαλον ἔφερε, διότι μηδὲ αἱ γραφαὶ τοῦτο περιέχουσιν, ἤρεσε περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην τοῦ λοιποῦ γενέσθαι, ἐπειδήπερ καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ οὐδαμοῦ ἐμνημόνευσαν περὶ οὐσίας πατρὸς καὶ Υἱοῦ· καὶ γὰρ οὐκ ὀφείλει ὑπόστασις περὶ πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὀνομάζεσθαι· ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ πατρὶ, ὡς λέγουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ καὶ διδάσκουσι. πᾶσαι δὲ αἱ αἱρέσεις, αἵ τε ἤδη πρότερον κατεκρίθησαν, καὶ αἵ τινες ἐὰν καινότεραι γένωνται, ἐναντίαι τυγχάνουσαι τῆς ἐκτεθείσης ταύτης γραφῆς, ἀνάθεμα ἔστωσαν.

Socrat. ibid. & Athanal. in lib. de synod. pag. 905.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, ex quo sunt omnia, & in unicum filium Dei, ante omnia secula & ante omne principium, genitum ex Deo, per quem omnia facta sunt tam visibilia quàm invisibilia, eumque solum unigenitum ex patre natum esse, solum ex solo, Deum ex Deo, similem ei qui ipsum genuit patri secundùm scripturas, cujus generationem nemo novit nisi solus qui illum genuit pater. Hunc unigenitum filium Dei scimus à patre missum descendisse de cælis, sicut scriptum est, ad destructionem peccati atque mortis, & ex spiritu sancto natum de Maria virgine secundùm carnem, & cum discipulis conversatum, & universa dispensatione juxta patris voluntatem impleta, crucifixum, mortuum ac sepultum esse, & ad inferos descendisse: quem & ipse orcus exhorruit. Qui etiam tertio pòst die surrexit à mortuis, & cum discipulis versatus est: tandemque completis quadraginta diebus, adsumptus est in cælum, sedetque ad dexteram patris, extremo resurrectionis die venturus in gloria patris, ut reddat unicuique mercedem operum suorum. Et in spiritum sanctum, quem ipse unigenitus Dei filius, Christus, Dominus ac Deus noster promisit se missurum generi humano advocatum, sicut scriptum est, spiritum veritatis: quem & ipsis misit, posteaquam adscendisset in cælum. Nomen autem substantiæ, quod simpliciùs à patribus positum est, & quod ignotum populis offensioni fuit, propterea quòd in sacris literis non continetur, placuit amoveri, nec ullam deinceps ejus fieri mentionem, quandoquidem sacræ literæ nusquam meminere substantiæ patris ac filii. Nam hypostasis patris & filii ac spiritus sancti ne nominari quidem debet. Similem autem dicimus filium patri, quemadmodum divinæ scripturæ dicunt ac docent. Omnes porro hæreses, seu quæ olim damnatæ, seu quæ recens ortæ, huic à nobis expositæ fidei refragantur, anathema sint.

Porrò huic professioni fidei etiam Vlfila Gothorum Episcopus tunc primùm consensit. Nam ante illud tempus Nicænam fidem amplexus fuerat, secutus Theophilum, qui cùm Gothorum esset Metropolitanus Episcopus, Nicæno Concilio præsens subscripserat.

Cùm causa fidei sic constituta fuisset, actitata sunt causa quorundam Episcoporum, qui depositi in synodo fuere. Primùm ergo deposuerunt Macedonium Episcopum Constantinopolitanum, tum quòd plurimarum cadium auctor fuisset, tum quòd Diaconum in fornicatione deprehensum ad communionem admiserat. Eleusium deinde Cyzicenæ urbis Episcopum, propterea quòd Heraclium quendam Herculis Tyrii flaminem, qui maleficii & magicarum artium convictus Cyzicum se receperat, religionem Christianam simulantem sacro baptismate initiasset & mox Diaconum ordinasset, cùmque illum ejusmodi esse postea didicisset, eum tamen ab Ecclesia minimè præcidisset. Item quòd nonnullos à Mari Chalcedonis Episcopo condemnatos, cùm Cyzicum & ipsi venissent, inconsultè ordinavisset. Tum Basilium Ancyranum, quòd Diogeni cuidam Presbytero Alexandrino per Ancyram iter facienti chartas abstu-

Anno Christi 359.

lisset & verbera intulisset, quòdque provinciarum rectoribus precepisset ut clericos quosdam Antiochenses & ex provinciis ad Euphratem sitis, Cilicas item & Galatas & Asianos, indicta causa exilio aliisque suppliciorum generibus condemnarent, ita ut illi ferrea perpessi sint vincula, ac praeterea facultates suas militibus ipsos deducentibus redemptionis loco dederint ne contumeliis afficerentur. Accusabant etiam illum quòd cùm Imperator Aetium & quosdam ejus asseclas ad Cecropium duci jussisset causam dicturos de criminibus quae illis intentabat, persuasisset Basilius ei cui res ab Imperatore commissa fuerat ut ea quae ipse vellet exequeretur, quòdque ad Hermogenem Praefectum praetorio & ad Consularem Syriae scripsisset quinam & quo loci deportandi essent, & quòd postea cùm Imperator illos ab exilio revocasset, id non permisisset, principibus ac sacerdotibus sese opponens. His addebant quòd clerum Sirmiensis Ecclesiae adversùs Germinium concitasset, & cum eodem Germinio & Ursacio ac Valente communionem se habere scribens, eos tamen apud Episcopos Africae insimulasset, eaque de re accusatus, negasset ac pejerasset, convictus verò perjurium cavillando eludere conaretur. Ad haec, quod Illyriis, Italis, & Afris dissidii ac tumultus causa extitisset, & eorum quae Romanae Ecclesiae contigerant auctor fuisset. Item quòd cùm ancillam in vincula conjici curasset, falsum confiteri adversus dominam suam adegisset, & quòd turpis vitae hominem, qui mulierem nequaquam nuptiali foedere sibi copulatam domi habebat, sacro lavacro tinxisset & ad diaconatus officium promovisset. Praeterea quòd medicum quendam circumforaneum, qui multarum caedium auctor extiterat, ab Ecclesia non segregasset. Postremò quòd ad sacram mensam conjurationes facere solitus esset, diras imprecationes concipiens, & clericos jurare compellens nunquam se mutuò accusaturos. Haec autem callidè ab ipso fieri dicebant ut ipse, qui universo clero praeerat, criminantium accusationes effugeret. Et hae quidem sunt causae ob quas Basilium à se depositum esse scripserunt. Eustathius autem Sebastiae Episcopus depositus est, primùm quidem propterea quòd cùm Presbyter esset, pater ipsius Eulalius Episcopus Caesareae Cappadociae ipsum priùs damnaverat & à precum communione separaverat, propterea quòd vestem sacerdoti minimè convenientem gestasset, postea verò eò quòd apud Neocaesaream Ponti urbem excommunicatus fuerat à synodo, & ab Eusebio Constantinopoleos Episcopo depositus, eò quòd in quibusdam dispensationibus ipsi com-

Socrat. lib. 2. c. 43.

missis parum fidelis deprehensus fuisset. Deinde quòd in synodo Gangrensi, quae propter ipsum collecta fuerat, condemnatus fuisset eò quòd post damnationis sententiam adversùs ipsum prolatam in synodo Caesariensi, multa contra leges ecclesiasticas ageret. Nam & uxorem ducere prohibebat, & à cibis esse abstinendum docebat. Unde multos quidem qui matrimonia contraxerant à conjugibus separavit, & illis qui Ecclesias aversabantur suasit ut domi communicarent. Sed & servos praetextu pietatis à dominis suis abstraxit. Ipse verò philosophi habitum gestans, sectatores suos nova atque insolita veste indui jussit. Mulieres quoque tonderi fecit. Et praescripta quidem jejunia fugienda esse, diebus verò dominicis jejunandum praecepit. Denique in aedibus conjugatorum precationes fieri vetuit; & Presbyteri uxorem habentis, quam dum esset laicus legitimo matrimonio sibi copulaverat, benedictionem & communionem instar piaculi declinandam docebat. Haec & hujusmodi alia plurima cùm ille & faceret & doceret, synodus Gangrensis eum, ut dixi, deposuit, ejusque dogmata anathemate damnavit. Arguebatur praeterea quòd in Antiochensi synodo convictus esset perjurii, & quòd decreta eorum qui Melitinae congregati fuerant subvertere conaretur, quòdque ipse majorum criminum reus, tamen judex esse vellet, & alios haereticos appellaret. Heortasius autem ideo depositus est quòd absque consensu Episcoporum Lydiae factus esset Sardianorum Episcopus. Dracontium verò Pergamenum ideo deposuerunt quòd ex Galatia, ubi episcopatum gesserat, ad Pergamenam cathedram transiisset. Proinde utramque ordinationem, utpote illegitimam, infirmarunt. Post haec iterum convenientes, Silvanum Episcopum Tarsensem deponunt, item Sophronium Pompeiopolis in Paphlagonia, Elpidium Satalorum, & Neonam Seleuciensem. Ac Silvanum quidem deposuerunt propterea quòd vesaniae auctor ac signifer ceteris extitisset tum Seleuciae, tum Constantinopoli, & quòd Castabalensi Ecclesiae Theophilum quendam praefecisset, qui priùs ab Episcopis Palaestinensibus fuerat ordinatus Episcopus Eleutheropolis, juramentoque sese obstrinxerat nunquam se alium episcopatum suscepturum absque illorum consensu. Sophronium verò abdicarunt tanquam avarum, & qui res Ecclesiae oblatas vendere & in quaestum suum vertere conaretur, & propterea quòd post secundam ac tertiam vocationem aegrè comparens, de criminibus sibi illatis causam apud ipsos dicere noluisset, sed extraneos judices elegisset. Neonam verò ideo deposuerant quòd impensè studuisset ut Annianus Antiochensium Episcopus in sua Ecclesia ordinaretur, & quòd nonnullos sacrarum scripturarum & Ecclesiae legum penitus ignaros, cùm decuriones essent, inconsideratè Episcopos ordinasset, qui postea opum suarum possessionem sacerdotio praetulerunt, scriptoque testati sunt malle se bona sua retinendo publicis muneribus fungi quàm bonis suis exutos episcopatum gerere. Elpidium denique abdicarunt, eò quòd ad tumultum excitandum Basilio sese adjunxisset, & auctorem ac magistrum se praebuisset immodestiae, quòdque contra decreta Melitinensis synodi Eusebium quidem, qui presbyterii gradu motus fuerat, in pristinum locum restituisset, Nectariam verò quandam, quae ob pactorum ac jurisjurandi fidem violatam à communione suspensa fuerat, ad diaconatus officium promovisset, cùm tamen juxta leges Ecclesiae nullum ei honorem capere liceret. Cum his verò Cyrillum quoque exauctorarunt Episcopum Hierosolymorum, propterea quod cum Eustathio & Elpidio communicasset, qui decreta Melitinensis synodi, cui ipse quoque interfuerat, abrogare studuerant, & quod post depositionem in Palaestina factam communionem iniisset cum Basilio & Georgio Episcopo Laodiceno. Etenim post susceptum Hierosolymorum episcopatum de jure metropolitano adversus Acacium Episcopum Caesareae controversiam moverat, tanquam apostolicam sedem obtineat. Ex quo factum fuerat ut inimicitias inter se susciperent, seseque mutuè accusarent quòd non rectè sentirent de divinitate. Nam & antea uterque eorum in suspicionem venerat, Acacius quidem quòd cum Arrio idem sentiret, Cyrillus verò quòd eos sectaretur qui filium patri similem secundum substantiam asserebant. Cùm igitur ita sentiret Acacius, unà cum Episcopis provinciae Palaestinae, qui idem cum ipso sentiebant, Cyrillum praeveniens deposuit hujusmodi ob causam. Cùm Hierosolymorum regionem fames occupasset, egentium multitudo necessariis alimentis destituta in Cyrillum, utpote Episcoporum, ocu-

Sozom. lib. 4. cap. 25. Theodoret. lib. 2. cap. 27.

los conjecit. Cùm autem pecunia deessent quibus subveniri posset egentibus, Cyrillus (bono sanè exemplo, sed quod Acacius in invidiam & odium vertit) thesauros Ecclesiae & sacra vela divendidit. Itaque sacram vestem aureis filis contextam, quam Constantinus Magnus ad exornandam Hierosolymorum Ecclesiam Macario loci illius Episcopo donaverat, ut ea indutus, divini baptismi ministerium perageret, Cyrillum vendidisse dixit, eamque mercatum quendam ex

Anno Christi 359.

ANNO CHRISTI 359.

iis qui in theatro saltare solent, induisse quidem, sed inter saltandum collapsum obtritumque interiisse. Ita quidem Theodoretus. At Sozomenus ait quendam inter thesauros Ecclesiæ divenditos agnovisse donarium suum in muliere scenica, qua illo amicta erat, inquirentemque curiosius unde illud haberet, deprehendisse mercatorem qui illud mulieri vendiderat, mercatori verò Episcopum venumdedisse. Hanc ergo causam prætexens Acacius, Cyrillum deposuit. Porrò Episcopos illos, quos depositos tum fuisse suprà retulimus, Acaciani Constantinopoli expulerunt. Decem autem Episcopos ex suo numero, qui depositionibus subscribere detrectabant, separatim agere jusserunt, & neque divino ministerio fungi, neque Ecclesias suas gubernare, donec depositionibus illis subscripsissent. Quòd si intra sex mensium spatium non resipuissent nec omnibus synodi decretis ac gestis consensissent, ipsos quoque deponi jusserunt, utque Episcopi uniuscujusque provinciæ simul convenientes, in eorum locum alios subrogarent. Cum hæc ab illis consulta & ad effectum perducta essent omnibus utique locorum Episcopis & clericis scripserunt ut hæc observarent & executioni mandarent.

ANNO CHRISTI 362.

Meminit istius synodi Constantinopolitanæ Hilarius in fragmentis, sic alloquens hæreticos: Post synodum enim Seleuciensem Constantinopolim venientes, quid est quòd statim damnatis hæreticis vos jungitis, non differtis in aliquo tempus adeundi, neque de prudentis ratione consilii aliquam vobis moram ad percuntandum impenditis?

CONCILIVM ACHAICVM
Habitum circa annum CCCLIX.

Congregata fuit hæc synodus, cui viginti Episcopi interfuerunt, ut ait auctor Prædestinati, adversus Aetianos, quorum sententia hæc erat ut dissimilem per omnia Patri Filium confiterentur, dicerentque præterea nulla peccata, quæcunque illa sint, iis obesse qui fidei eorum consentiebant. Contra hos ergo synodus viginti Episcoporum egit in Achaia.

ADDITIO
AD CONCILIVM ALEXANDRINVM
Habitum anno Christi CCCLXII.

Cum post obitum Constantii Iulianus suscepisset imperium, primò quidem crudelitatem ejus circa subjectos reprehendens redarguebat, & quasi inimico pacis derogabat, deinde verò Episcopos exilio deportatos revocari jubet & ad proprias Ecclesias reverti, confiscatasque eorum reddi substantias, præcipiens populo ut nullum læderent Christianum. Ea igitur occasione sancti Præsules, *ut inquit auctor vitæ Eusebii Episcopi Vercellensis*, de exilio revertebantur ad propria. Contigit autem ut beatus Eusebius Alexandriam deveniens à Scythopoli civitate, Athanasium incolumem reperiret; cui omnium pœnarum genera quæ in exilio passus est exposuit. Collecto autem Concilio in urbe Alexandria, tractabant beati Præsules Athanasius & Eusebius qualiter corruptam Ecclesiæ regulam repararent. Beatus verò Lucifer Calaritanus Episcopus vale eis faciens Athanasio & Eusebio, Antiochiam ab eis missus est ut Ecclesias confirmaret de consubstantialitate divinitatis, relinquens cum eis Alexandriæ Diaconem suum, qui ejus in Concilio vicem teneret, per quem professus est ratum se habiturum quicquid esset Concilii ordine constitutum. *Meminit istius rei, quamquam paulò aliter, Rufinus lib. 1. histor. eccles. cap.* XXVII. Lucifer autem cùm exoraretur ab Eusebio, quia uterque in partibus vicinis Ægypto fuerat relegatus, ut ad videndum Athanasium Alexandriam pergerent, communique tractatu cum iis qui superfuerant sacerdotibus de statu Ecclesiæ decernerent, præsentiam sui abnegans, legatum pro se Diaconum suum mittit, atque ipse intento animo Antiochiam pergit. *Deinde sequitur in vita sancti Eusebii.* Eusebius autem cum Athanasio Alexandriæ, ut diximus, Concilium celebrare desiderans, convenerunt verò ad id ex diversis civitatibus Episcopi, & de maximis ac necessariis rebus habuere tractatum. Non enim novam religionem in Ecclesiam introduxerunt, sed quomodo ab initio ecclesiastica traditio docuit Christianos. Confirmaverunt autem fidem Nicæni Concilii, ut inviolabiliter conservaretur, & consubstantialitatem patris ac filii sanctique spiritus sunt confessi, & trinitatem nominaverunt. *Et paulò post.* Constitutum est in Concilio Alexandrinorum ut partes orientalium Athanasius sua cura prævideret, & Eusebius Vercellensium Episcopus eorum judicio commeante consilio Papæ Romani curam gereret in Europæ finibus. *Consentanea his scribit Rufinus in eodem libro primo hist. eccles. cap.* XXXIX. *nisi quòd Asterium, qui fuit Episcopus Petreæ Arabiæ, pro Athanasio supponit. Hæc sunt ejus verba.* Cùm igitur hujuscemodi sententiam ex evangelica auctoritate prolatam ordo ille sacerdotalis & apostolicus approbasset, ex Concilii decreto Asterio ceterisque qui cum ipso erant orientis injungitur procuratio, occidentis verò Eusebio decernitur. *Consensisse porrò decretis istius synodi Liberium Papam Romanum cum clero omnique populo, eaque firmasse astipulatione sive subscriptione sua, docet idem auctor vitæ sancti Eusebii.*



CONCILIUM ROMANUM I.
Habitum anno CCCLXVII.

Hujus Concilii nulla mentio alibi habetur quàm in vita sancti Eusebii Presbyteri Romani quæ edita est in libro secundo Miscellaneorum nostrorum. Illic ergo ita legitur pag. 142. Mortuo autem Liberio, levatur Damasus, qui voce publica damnavit Liberum facta synodo cum Episcopis viginti & octo & Presbyteris viginti & quinque.

CONCILIUM ROMANUM II.
Habitum anno CCCLXVII.

Diversam à superiore synodum istam constituo, tametsi eodem anno putem habitam, quoniam in illa fuerunt Episcopi viginti & octo tantùm, in hac quadraginta quatuor. Coacta autem est pro accusatione adversus Papam Damasum instituta, cui adulterii crimen imputabatur ab adversariis ejus. Sic enim legitur in gestis pontificalibus: Hic accusatus est invidiosè & incriminatus de adulterio; & facta synodo purgatus est à quadraginta quatuor Episcopis, qui etiam damnaverunt Concordium & Calixtum Diaconos accusatores, & projecerunt de Ecclesia. *Rectè autem observatum est à Baronio eam accusationem à schismaticis confictam fuisse adversùs Damasum, quem Marcellinus & Faustinus in libello precum ad Imperatores aiunt in tantum à matronis dilectum ut earum auriscalpius diceretur. Quod ita intelligendum videtur ut rhetorum more scriptum dicatur, quemadmodum in capite LIII. collectionis Africanæ Aurelius Episcopus Carthaginensis ait esse quosdam conspirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, earum scalpentes aures, blandi ad seducendum.*

In eadem fortean synodo damnati sunt Paterniani hæretici, quos quidam, ut Augustinus ait, Venustianos vocant. Hi inferiores corporis partes non à Deo sed à diabolo factas opinabantur, & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes, impurissimè vivebant. Hos, ut docet auctor Prædestinati, Damasus Papa damnavit, & de his in relatione sua ad Valentinianum majorem ita scripsit: Scire volumus pietatem vestram Venustianos in scelere turpissimo detectos ab apostolica sede esse damnatos. *quorum etiam confessiones simul direxit. Contra hos postea lex specialis egressa est, ut ubicunque essent reperti, vindice gladio agerentur.*

CONCILIUM INCERTI LOCI
Habitum anno CCCLXIX.

Illud unum scimus ex lege 20. Cod. Theodos. Quorum appellat. *habitum ea tempestate fuisse Concilium septuaginta Episcoporum, à quibus damnatus Chronopius, ab eorum sententia provocavit ad Claudianum Præfectum Urbi. Hactantùm. Verùm vir doctissimus Iacobus Gothofredus in commentario ad hunc locum suspicatur hunc Chronopium fuisse Episcopum partis Ursicini, hoc est, cujusdam civitatis quæ esset intra jurisdictionem Præfecti Urbi.*

ADDITIO
AD CONCILIUM ANTIOCHENUM
Habitum anno CCCLXXVII.

Præter ea quæ jam dicta ab aliis sunt de gestis in hac synodo, rectè ab Henrico Valesio in annotationibus ad Theodoretum pag. 41. observatum est in hac synodo Antiochena lectum esse tomum occidentalium in canone quinto primæ synodi CP. commemoratum, epistolam scilicet synodicam Damasi Papæ, cui subscripserunt Episcopi orientales numero CXLVI. in hac synodo Antiochena congregati. Quod meritò collegit idem vir clarissimus ex collectione Romana Lucæ Holstenii pag. 175. ubi post epistolam Damasi & ceterorum qui ad audiendam causam Auxentii exponendamque fidem in urbe Roma convenerunt, quæ scripta est ad Episcopos catholicos per orientem constitutos hæc adduntur: Explicit hæc epistola vel expositio synodi Romanæ habitæ sub Damaso Papa, & transmissa ad orientem, in qua omnes orientales Ecclesiæ facta synodo apud Antiochiam consona fide credentes, & omnes ita consentientes eidem superexpositæ fidei, singuli sua subscriptione confirmant.

Meletius Episcopus Antiochenus consentio omnibus suprascriptis, ita credens & sentiens. Et si quis præter hæc sentit, anathema sit. Subscriptiones istius Concilii Antiocheni.

Eusebius Episcopus Samosatenus consentio omnibus suprascriptis, ita credens & sentiens. Et si quis præter hæc sentit, anathema sit.

Pelagius Episcopus Laudicenus consentio omnibus suprascriptis, ita sentiens & credens. Et si quis præter hæc sentit, anathema sit.

Eulogius Episcopus Edessenus similiter credo & subscripsi.

Bematius de Mallo civitate similiter credo & subscripsi.

Diodorus Episcopus de Tarso ut suprà, & subscripsi.

Similiter & alii CXLVI. orientales Episcopi

Anno Christi 377.

subſcripſerunt, quorum ſubſcriptio in authenticum hodie in archivis Romanæ Eccleſiæ tenetur.

Explicit ſynodus Romana & Antiochenſis.

Rectè inquam Valeſius. Nam tomus occidentalium, ut idem ipſe ait, nihil aliud eſt quàm epiſtola ſynodica Concilii Romani, cui orientales Epiſcopi apud Antiochiam congregati ſubſcripſerunt. Cùm igitur Antiochena ſynodus hunc tomum ſeu libellum occidentalium ſuſcepiſſet, fidemque in eo expoſitam confirmaſſet, Conſtantinopolitana quoque ſynodus eundem poſtea comprobavit. Ex qua doctiſſimi viri annotatione confirmantur ea qua ad explicationem iſtius difficultatis dicta ſunt ab illuſtriſſimo viro Petro de Marca *Archiepiſcopo Pariſienſi in libro primo de concordia ſacerdotii & imperii cap.* XV. *& in diſſertatione de eodem canone quinto primæ ſynodi Conſtantinopolitanæ.*

Ex eodem Concilio Antiocheno, ut obſervat idem Valeſius, ſcripta eſt epiſtola ſynodica ad omnes Epiſcopos Italiæ & Galliæ, quæ habetur inter epiſtolas ſancti Baſilii Epiſcopi Cæſarienſis numero LXIX.

Anno Christi 377.

EPISTOLA SYNODICA AD EPISCOPOS ITALIÆ ET GALLIÆ.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις ἀδελφοῖς συλλειτουργοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Γαλλίαν ὁμοψύχοις ἐπισκόποις Μελέτιος, Εὐσέβιος, Βασίλειος, Βάσσος, Γρηγόριος, Πελάγιος, Παῦλος, Ἄνθιμος, Θεόδοτος, Βῖτος, Ἀβραάμιος, Σαβῖνος, Ζήνων, Θεοδώρητος, Μαρκιανός, Βάραχος, Ἀβραάμιος, Λιβάνιος, Θαλάσσιος, Ἰωσήφ, Βοηθός, Ἰάτριος, Θεόδοτος, Εὐστάθιος, Βαρσούμας, Ἰωάννης, Χοσρόης, Ἰωσάκης, Νάρσης, Μάρις, Γρηγόριος, Δαφνὸς, καὶ οἱ λοιποὶ, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Deo dilectiſſimis & ſanctiſſimis fratribus & comminiſtris in Italia & Gallia unanimis & concordibus Epiſcopis Meletius, Euſebius, Baſilius, Baſſus, Gregorius, Pelagius, Paulus, Anthimus, Theodotus, Vitus, Abramius, Sabinus, Zeno, Theodoritus, Marcianus, Varachus, Abramius, Libanius, Thalaſſius, Ioſeph, Boëthus, Iatrius, Theodotus, Euſtathius, Barſumas, Ioannes, Choſrhoës, Ioſaces, Narſes, Maris, Gregorius, Daphnus, & ceteri, in Domino ſalutem.

Φέρει μέν τινα παραμυθίαν ταῖς ὀδυνωμέναις ψυχαῖς, καὶ στεναγμὸς πολλάκις ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας ἀναπεμπόμενος, καί που καὶ δάκρυον ἀποστάξαν τὸ πολὺ τῆς θλίψεως διεφόρησεν. ἡμῖν δὲ οὐχ ὅσον στεναγμὸς καὶ δάκρυον παραμυθίαν ἔχει τὸ ἐξειπεῖν ἡμῶν τὰ πάθη, πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν, ἀλλά τις ἡμᾶς καὶ ἐλπὶς χρηστοτέρα θάλπει, ὡς τάχα ἂν εἰ ἐξαγγείλαιμεν ὑμῖν τὰ λυποῦντα ἡμᾶς, διαναστήσομεν ὑμᾶς, πρὸς τὴν ἀντίληψιν ἡμῶν, ἣν πάλαι μὲν προσεδοκήσαμεν παρ' ὑμῶν τῆς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐκκλησίας γενήσεσθαι. οὐδέποτε δὲ τετυχήκαμεν, πάντως [που] τοῦ τὰ πάντα ἐν σοφίᾳ τὰ ἡμέτερα διοικοῦντος Θεοῦ, κατὰ τὰ ἀπόρρητα αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης κρίματα, πλείονι χρόνῳ παραταθῆναι ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς τούτοις οἰκονομήσαντος. οὐ γὰρ δήπου ἠγνοήσατε τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. ὧν ἡ ἀκοὴ καὶ εἰς τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης διέδραμεν, οὐδὲ ἀσυμπαθεῖς πού ὑμεῖς πρὸς τοὺς ὁμοψύχους τῶν ἀδελφῶν μαθηταὶ ὑπάρχοντες τοῦ ἀποστόλου, τοῦ πλήρωμα εἶναι τοῦ νόμου τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην διδάσκοντος. ἀλλ', ὅπερ εἴπομεν, ἐπεῖχεν ὑμῶν τὴν ὁρμὴν ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ κρίσις, ἐκπληρωθῆναι ἡμῖν τὴν διατεταγμένην ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν θλῖψιν ἐπιμετρήσασα. ἀλλὰ νῦν γοῦν, καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ζῆλον, καὶ τὴν ἡμετέραν συμπάθειαν, διαναστῆναι ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, πάντα μαθόντας, καὶ ὅσα πρὸ τούτου τὰς ἀκοὰς ὑμῶν διέφυγε, παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦ συνδιακόνου Σαβίνου, ὃς δυνήσεται ὑμῖν, καὶ ὅσα τὴν ἐπιστολὴν διαφεύγει, παρ' ἑαυτοῦ διηγήσασθαι. δι' οὗ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ἐνδύσασθαι σπλάγχνα οἰκτιρμῶν· καὶ ἀποθέσθαι μὲν πάντα ὄκνον· ἀναλαβεῖν δὲ τὸν κόπον τῆς ἀγάπης· καὶ μήτε ὁδοῦ μῆκος. μήτε τὰς κατ' οἶκον ἀσχολίας. μήτ' ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ὑπολογίσασθαι. οὐ γὰρ περὶ μιᾶς ἐκκλησίας ὁ κίνδυνος, οὐδὲ δύο ἢ τρεῖς αἱ τῷ χαλεπῷ τούτῳ χειμῶνι περιπεσοῦσαι. σχεδὸν γὰρ ἀπὸ τῶν ὅρων τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι Θηβαΐδος, τὸ τῆς αἱρέσεως κακὸν ἐπινέμεται. ἧς τὰ πονηρὰ σπέρματα, πρότερον μὲν ὁ δυσώνυμος Ἄρειος κατεβάλλετο, ῥιζωθέντα δὲ διὰ βάθους ὑπὸ

Sæpe etiam ſuſpitium ex alto cordis editum, ſolatium aliquod animis indoleſcentibus adfert, atque lacrymæ erumpentes afflictionis copiam diſcutiunt. Nos autem, quòd affectus noſtros vobis aperimus, non tantum ſolatii experimur quantum gemitus & lacrymæ exhibent, verùm quædam nos ſpes etiam melior fovet. Nam forſan ſi vobis ea quæ moleſtant nuntiemus, incitabimus vos ad noſtrum auxilium, quod jamdudum à vobis pro orientalibus Eccleſiis expectavimus, ſed nondum ſumus aſſequuti, Deo planè noſtra gubernante ſecundùm inviſibilia ſuæ juſtitiæ judicia, qui nos longiori tempore his infeſtari tentationibus voluit. Non enim ignoratis noſtra negotia, fratres reverendiſſimi, ut quæ extremi orbis fines auditu perceperint. Neque omnino alienos ab affectu fratrum unanimorum vos autumo, cùm ſitis diſcipuli Apoſtoli docentis complementum legis eſſe proximi dilectiſſimi: ſed verum, quod diximus, juſtum Dei judicium impetum veſtrum cohibuit, qui pro peccatis æquam afflictionem inſtituerit. Atqui nunc vos adhortamur ut veritatis zelo incumbatis, & noſtrum compaſſioni, ubi didiceritis etiam quæ antehac vos latuerunt, à pio fratre noſtro Sabino comminiſtro, qui vobis poterit etiam quæ in epiſtola non comprehenſa ſunt commemorare: per quem, inquam, virum adhortamur vos ut viſcera miſerationis induatis, omnique ſepoſita ſegnitie dilectionis laborem recipiatis, neque viæ longitudinem, neque domus negotia, neque aliud quid humanum cauſemini. Neque enim una Eccleſia, neque duæ vel tres in gravem hanc tempeſtatem illapſæ periclitantur, ſed à finibus ferme Illyrici ad Thebaidem uſque hæreſeos malum depaſcitur, cujus prava ſemina priùs quidem infamis Arius ſparſit, radicitus autem fixa à

Iacobo Mycræo interprete.

Vide S. Baſil. epiſt. 70.

Anno Christi 377.

multis in medio viris impietatem studiosè colentibus nunc perniciosos fructus generarunt. Eversa sunt pietatis dogmata, confusa solutàque pietans vincula, dominandi libido eorum qui non timent Dominum præfecturas invasir, & ex propatulo præmium impietatis præfectura proposita est. Qui in graviorem blasphemiam telapsus est, in populi episcopatum præ aliis eligitur. Perit gravitas sacerdotum, pastores cum scientia gregem domini reliquerunt, ii qui principatus ambiunt, distributiones pauperum in proprios usus donáque semper insumunt. Canonom exacta observatio pessum ivit, multa peccandi libertas patet. Nam qui favore humano ad imperium devenerunt, id agunt ut gratiam iis rependant quorum opera sunt promoti. Iustum judicium perit, quisque cordis sui desiderio ambulat, malitia immodica, populi immorigeri, præfecti non liberè loquuntur. Nam qui per homines sibi ipsis potestatem acquisiverunt, servi sunt eorum quorum favore adjuti sunt. Iam etiam arma belli invicem, ultio videlicet sanæ doctrinæ, excogitantur; & privatas inimicitias occultantes, pro pietate odium gerere assimulant. Alii verò ob turpissima reprehensionem à se declinantes, populos in contentionem accendunt, ut communibus malis sua vitia adumbrent abscondántque. Quare etiam bellum hoc prava operantium, irreconciliabile, dum communem pacem, tamquam occultam ipsorum ignominiam detegentem, fugiunt. Ob hæc rident infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo est, ignorantia animis offunditur, quòd adulterantes verbum in malitia veritatem videantur imitari. Tacent enim piorum ora, omnis blasphema lingua solutè loquitur, profanata sunt sacra: ex populo qui sanæ mentis sunt, deprecatorias domus sive oratoria fugiunt tamquam impietatis scholas. In solitudine verò ad cœlestem dominum cum suspiriis & lacrymis manus attollunt. Ceterùm ad vos quoque pervenerunt quæ in plurimis civitatibus gesta sunt. Populi cum uxoribus & pueris ipsisque senibus ante portas effusis, sub dio preces fundunt, omnes aëris injurias magno animo sustinentes, & auxilium à Domino expectantes. Quæ deploratio his calamitatibus digna aut par esse possit? quales lacrymarum fontes his malis sufficient? Quandiu igitur stare quidem adhuc videntur aliqui, tamdiu adhuc vestigium veteris status præservatur. Priusquam consummatum Ecclesiis naufragium eveniat, festinate jam, carissimi fratres, porrigite manus in genua inclinatis. Commoveantur in vobis fraterna vestra viscera, profundantur lacrymæ condolentiæ; non negligite dimidium orbis ab erroribus absorptum, ne finite extingui fidem apud eos apud quos primùm illuxit. Quid igitur facientes, rebus succurretis, & quomodo erga oppressos condolentiam ostendetis, id à nobis nequaquam vos discere oportebit, sed spiritus ipse sanctus vobis suppeditabit. At certè celeritate opus est, ut eos qui restant servetis incolumes, & plurium fratrum præsentiæ, ut qui advenient, justum synodi numerum expleant: ut non solum ex legatorum gravitate, sed etiam

πολλῶν τῶν ἐν μέσῳ τὴν ἀσέβειαν φιλοπόνως γεωργησάντων, νῦν τοὺς φθοροποιοὺς καρποὺς ἐξεβλάστησαν. ἀνατέτραπται μὲν γὰρ τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα. συγκέχυνται δὲ ἐκκλησίας θεσμοί. φιλαρχίαι δὲ τῶν μὴ φοβουμένων τὸν κύριον ταῖς προστασίαις ἐπιπηδῶσι. καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς λοιπὸν, ἆθλον δυσσεβείας ἡ προεδρία πρόκειται. ὥστε ὁ τὰ χαλεπώτερα βλασφημήσας, εἰς ἐπίσκοπον λαοῦ προτιμότερος. οἴχεται σεμνότης ἱερατική. ἐπιλελοίπασιν οἱ ποιμαίνοντες μετ᾽ ἐπιστήμης τὸ ποίμνιον τοῦ κυρίου· οἰκονομίας πτωχῶν εἰς ἰδίας ἀπολαύσεις καὶ δώρων διανομὰς προαναλισκόντων ἀεὶ τῶν φιλαρχούντων. ἠμαύρωται κανόνων ἀκρίβεια. ἐξουσία τοῦ ἁμαρτάνειν πολλή. οἱ γὰρ σπουδαῖς ἀνθρωπίναις παρελθόντες ἐπὶ τὸ ἄρχειν, ἐν αὐτῷ τούτῳ τῆς σπουδῆς τὴν χάριν ἀνταναπληροῦσιν τῷ πάντα πρὸς ἡδονὴν διδόναι τοῖς ἁμαρτάνουσιν. ἀπόλωλε κρίμα δίκαιον. πᾶς τις τῷ θελήματι τῆς καρδίας αὐτοῦ πορεύεται. ἡ πονηρία ἄμετρος, οἱ λαοὶ ἀνουθέτητοι, εἰ προεστῶτες ἀπαρρησίαστοι· δοῦλοι γὰρ τῶν δεδωκότων τὴν χάριν, εἰ δι᾽ ἀνθρώπων ἑαυτοῖς τὴν δυναστείαν κατακτησάμενοι. ἤδη δὲ καὶ ὅπλον τισὶ, τοῦ πρὸς ἀλλήλους πολέμου, ἡ ἐκδίκησις δῆθεν τῆς ὀρθοδοξίας ἐπινενόηται· καὶ τὰς ἰδίας ἔχθρας ἐπικρυψάμενοι, ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐχθραίνειν κατασχηματίζον(ται). ἄλλοι δὲ τὸν ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐκκλίνοντες ἔλεγχον, τοὺς λαοὺς εἰς τὴν κατ᾽ ἀλλήλων φιλονεικίαν ἐκμαίνουσιν, ἵνα τοῖς κοινοῖς κακοῖς, τὰ κατ᾽ ἑαυτοὺς συσκιάσωσι. διὸ καὶ ἄσπονδός ἐστιν ὁ πόλεμος οὗτος, τῶν τὰ πονηρὰ εἰργασμένων, τὴν κοινὴν εἰρήνην ὡς ἀποκαλύπτουσαν αὐτῶν τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης ὑφορωμένων. ἐπὶ τούτοις γελῶσιν οἱ ἄπιστοι, σαλεύονται οἱ ὀλιγόπιστοι· ἀμφίβολος ἡ πίστις, ἄγνοια καταχέεται τῶν ψυχῶν, διὰ τὸ μιμεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν τοὺς δολοῦντας τὸν λόγον ἐν κακουργίᾳ. σιγᾷ μὲν γὰρ τὰ τῶν εὐσεβούντων στόματα. ἀνεῖται δὲ πᾶσα βλάσφημος γλῶσσα· ἐβεβηλώθη τὰ ἅγια, φεύγουσι τοὺς εὐκτηρίους οἴκους οἱ ὑγιαίνοντες τῶν λαῶν, ὡς ἀσεβείας διδασκαλεῖα· κατὰ δὲ τὰς ἐρημίας, πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς δεσπότην, μετὰ στεναγμῶν καὶ δακρύων τὰς χεῖρας αἴρουσιν. ἔφθασε δὲ καὶ μέχρις ὑμῶν τὰ γινόμενα ἐν ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων· ὅτι οἱ λαοὶ σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ αὐτοῖς τοῖς πρεσβύταις πρὸ τῶν πυλῶν ἐκχυθέντες, ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τελοῦσι τὰς προσευχάς, φέροντες πάσας τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος κακοπαθείας σὺν πολλῇ τῇ μακροθυμίᾳ, τὴν παρὰ τοῦ κυρίου ἀντίληψιν ἀναμένοντες. τίς θρῆνος τῶν συμφορῶν τούτων ἄξιος; ποῖαι πηγαὶ δακρύων κακοῖς τοσούτοις ἐπαρκέσουσιν; ἕως οὖν ἔτι δοκοῦσιν ἑστάναι τινές· ἕως ἔτι ἴχνος τῆς παλαιᾶς καταστάσεως διασώζεται, πρὶν τέλεον ταῖς ἐκκλησίαις ἐπελθεῖν τὸ ναυάγιον, ἐπείχθητε πρὸς ἡμᾶς, ἐπείχθητε ἤδη, ναὶ δεόμεθα ἀδελφοὶ γνησιώτατοι. δότε χεῖρα τοῖς εἰς γόνυ κλιθεῖσι. συγκινηθήτω ἐφ᾽ ἡμῖν τὰ ἀδελφικὰ ὑμῶν σπλάγχνα, προχυθήτω δάκρυα συμπαθείας, καὶ μὴ περιίδητε τὸ ἥμισυ τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τῆς πλάνης καταποθέν. μὴ ἀνάσχησθε ἀποσβεσθῆναι τὴν πίστιν, παρ᾽ οἷς πρῶτον ἐξέλαμψε. τί οὖν ποιήσαντες ἀντιλήψεσθε τῶν πραγμάτων; καὶ πῶς τὸ πρὸς τοὺς θλιβομένους συμπαθὲς ἐπιδείξεσθε, οὐ παρ᾽ ἡμῶν πάντως δεήσει μανθάνειν ὑμᾶς, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑμῖν ὑποθήσεται. πλήν γε ὅτι τάχους χρεία πρὸς τὸ περισώσασθαι τοὺς περιλειφθέντας· καὶ παρουσίας ἀδελφῶν πλειόνων, ὥστε πλήρωμα εἶναι συνόδου τοὺς ἐπιδημοῦντας, ἵνα μὴ μόνον ἐκ τῆς τῶν ἀποστειλάντων σεμνότητος, ἀλλὰ καὶ

ἐκ

Anno Christi 377.

ἐκ τῆς οἰκείας ἀριθμοῦ τὸ ἀξιόπιστον ἔχωσιν εἰς διόρθωσιν· οἳ καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ γραφεῖσαν παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν πίστιν ἀνανεώσονται, καὶ τὴν αἵρεσιν ἐκριζώσουσι, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις τὰ εἰρηνικὰ διαλέξονται· τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας συνάγοντες εἰς ὁμόνοιαν. τοῦτο γὰρ δὴ τοῦ τῶν πάντων ἐλεεινότερον, ὅτι καὶ τὸ δοκοῦν ὑγιαίνειν ἐφ' ἑαυτὸ ἐμερίσθη· καὶ περιέστηκεν ἡμᾶς, ὡς ἔοικε, παραπλήσια πάθη, τοῖς ποτὲ κατὰ τὴν Οὐεσπεσιανοῦ πολιορκίαν τὰ Ἱεροσόλυμα περιέχουσιν. ἐκεῖνοί τε γὰρ, ὁμοῦ μὲν τῷ ἔξωθεν συνείχοντο πολέμῳ, ὁμοῦ δὲ καὶ τῇ ἔνδοθεν στάσει τῶν ὁμοφύλων κατηναλίσκοντο. ἡμῖν δὲ πρὸς τῷ φανερῷ πολέμῳ τῶν αἱρετικῶν, ἔτι καὶ ὁ παρὰ τῶν δοκούντων ὀρθοδοξεῖν ἐπαναστὰς, πρὸς ἔσχατον ἀσθενείας τὰς ἐκκλησίας κατήγαγεν. ἐφ' ἃ γὰρ καὶ μάλιστα τῆς παρ' ὑμῶν χρῄζομεν βοηθείας, ὥστε τοὺς τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογοῦντας πίστιν, ἅπερ ἐπινόησαν σχίσματα διαλύσαντας, ὑποταγῆναι τοῦ λοιποῦ τῇ αὐθεντίᾳ τῆς ἐκκλησίας· ἵνα ἄρτιον γένηται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς μέλεσιν εἰς ὁλοκληρίαν ἐπανελθόν· καὶ μὴ μόνον τὰ παρ' ἑτέροις μακαρίζωμεν ἀγαθὰ, ὅπερ νῦν ποιοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἴδωμεν ἐκκλησίας τὸ ἀρχαῖον καύχημα τῆς ὀρθοδοξίας ἀπολαβούσας. τῷ ὄντι γὰρ τοῦ ἀνωτάτου μακαρισμοῦ ἄξιον, τὸ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ χαρισθὲν παρὰ τοῦ κυρίου, τὸ μὲν κίβδηλον, ἀπὸ τοῦ δοκίμου καὶ καθαροῦ διακρίνειν· τὴν δὲ τῶν πατέρων πίστιν ἄνευ τινὸς ὑποστολῆς κηρύσσειν. ἣν καὶ ἡμεῖς ἐδεξάμεθα, ἐπέγνωμεν ἐκ τῶν ἀποστολικῶν χαρακτήρων μεμορφωμένην, συνθέμενοι καὶ αὐτῇ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ συνοδικῷ γράμματι κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως δεδογματισμένοις.

Anno Christi 379.

proprio numero, ad instaurationem fidei fiduciam habeant: qui etiam in Nicæa scriptam à patribus nostris fidem renovabunt, & hæresim funditus extirpabunt, & Ecclesiis pacifica prædicabunt, eos qui non idem sentiunt in concordiam ducentes. Hoc enim nimirum omnium miserrimum est, quòd & pars quæ sanioris doctrinæ esse videtur, in semetipsam divisa est, & circumstant nos, ut apparet, persimiles afflictiones iis sanè quæ in Vespasiani obsidione urbi Hierusalem acciderunt. Hujus siquidem populus simul extraneo bello occupabatur, simul & intestina seditione contribulium consumebatur. Nobis autem præter apertum hæreticorum bellum, adhuc etiam ab illis qui videntur orthodoxi esse dissidentibus videmus Ecclesias ad extremam imbecillitatem esse deductas: propter quæ potissimùm à vobis auxilium desideramus, ut qui apostolicam fidem profitentur, schismatis quæ noverint dissolutis, deinceps auctoritati Ecclesiæ subjiciantur, ut sanum Christi corpus fiant, omnibus membris ad integritatem redactis ac non solùm aliorum bona laudibus extollamus, quod nunc facimus, sed nostras quoque ipsorum Ecclesias inspiciamus veterem integræ doctrinæ gloriam adeptas. Proculdubio enim summa laude dignum judico quòd à vobis à Domino concessum est ut fucatum à probato puróque discernatis, patrum autem fidem sine ulla prævaricatione prædicetis, quam & nos suscepimus, cognovimúsque ex Apostolicis characteribus formatam, conjuncti quoque ipsi & omnibus quæ synodi scriptura regulariter & legitimè sunt instituta.

CONCILIVM INCERTI LOCI
Habitum circa annum CCCLXXIX.

Satis constare puto synodum istam circa hæc tempora coactam fuisse ex eo quòd ex epistola synodica Amphilochii, quam mox daturi sumus, certò colligatur adhuc in humanis fuisse sanctum Basilium Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopum, quem probabile est paulò pòst in cælum esse translatum. Consulti Episcopi provinciæ quam Amphilochius gubernabat quid credendum esset de Spiritu sancto, de quo quibusdam dubitationem immiserat satanas, responderunt è synodo quapiam tenendam esse fidem patrum CCCXVIII. & sicut credi debet in patrem & filium, sic quoque credi debere in Spiritum sanctum. Epistolam synodicam nuper invenit doctissimus amicus noster Ioannes Baptista Cotelerius, eamque cum sua interpretatione emisit in lucem. Ea sic habet.

Καὶ πρὶν κομίζεσθαι τὰ παρὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν γράμματα, προεισήγγελεν εἰς ἡμᾶς ἡ φήμη, καὶ τὸ τῆς πίστεως ὑμῶν ἀκραιφνὲς, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους παρατεταμένον, καὶ πρὸς τὰ παθήματα τὰ ὑπὲρ Χριστοῦ καρτερικὸν, καὶ τὸ τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης, καὶ τὸ τῆς μελλούσης ἐλπίδος ἐν ὑμῖν βέβαιον. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς γράμμασι τῆς εὐλαβείας ὑμῶν ἐντετυχήκαμεν, εἴδομεν ὄντως ἐκκλησίας ἀποστολικῆς χαρακτῆρα, καὶ ποιμένων ἀγαθῶν ζῆλον, καὶ σπουδὴν ἄοκνον ἀληθινοῖς Χριστιανοῖς πρέπουσαν. τὸ γὰρ μήτε τῆς ὁδοῦ μῆκος ὑπολογίσασθαι, μήτε διεσπασμένως τὰς πεύσεις προσαγαγεῖν, ἀλλὰ κοινῇ διὰ τῶν γραμμάτων ποιήσασθαι τὴν ἐρώτησιν, λίαν ἡμᾶς εὐέλπιδας πεποίηκεν, ὅτι συμφώνως ἐπιστείλαντες, συμφώνως καὶ τὰς ἀποκρίσεις παρ' ἡμῶν* δέξασθε· καὶ οἷόν τι προοίμιον τῆς τελειοτέρας ὁμονοίας τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὑμῶν ὁμόνοιαν ἐδεξάμεθα. καὶ δὴ εὐχῆς μὲν ἦν ἡμῖν, καὶ τὸν θαυμασιώτατον καὶ μετὰ πάσης αἰδοῦς ὀνομαζό-

* Al. λείπει

Antequam litteræ à caritate vestra missæ afferentur, frequens fama ad nos perduxerat vestram in fide sinceritatem, & ad pericula constantiam, necnon ad patiendum pro Christo fortitudinem, caritatis in Deum *ardorem*, denique erga futura spei firmitatem. Postquam autem litteras quoque pietatis vestræ accepimus, agnovimus re vera Ecclesiæ apostolicæ characterem, bonorum pastorum zelum, & impigrum studium quod veros Christianos deceat. Nam quòd nec viæ longitudinem reputaveritis, nec separatim detuleritis quæstiones, sed communiter per litteras interrogaveritis, id nos bona spe replevit futurum ut qui una voce scripsistis, unanimi etiam consensu responsionem nostram sitis recepturi; ac velut exordium perfectioris concordiæ, vestram in litteris consensionem suscepimus. Et optabamus quidem maximè admirandum omnique cum reverentia nomi-

Videtur deesse aliquid.

ANNO CHRISTI 379.

nandum Episcopum Basilium præsentem excipere in nostra synodo & socium seu potiùs principem habere in dandis ad vos litteris. Verùm quia gravis eum morbus detinuit ne adveniret, vestræ est perfectæ dilectionis nostræ mediocritatis epistolam nequaquam despicere. Neque verò sanctam vestram Ecclesiam passi sumus etiam illius voce carere; sed habentes librum ipsius, quem de hoc peculiariter argumento elaboravit, ipsum pariter nobiscum in scripto loquentem obtinemus. Quodnam igitur est ad interrogationem responsum? Sanctum Concilium Nicænorum patrum pro verè catholico & apostolico Concilio agnoscimus, fidemque eam quæ tunc temporis exposita fuit à patribus servamus immotam, atque ut in perpetuum maneat inconvulsa exoptamus. Porrò fuit tunc patribus necessarium enarrare fusiùs de unigeniti dogmate; quandoquidem Arii hæresim ea tempestate recens exortam exscindere nitebantur, prima illius semina statim abolendo, antequam ad summam asperitatem perveniret spina; cùmque eo tempore de quæstione circa Spiritum sanctum taceretur, ideo nihil ampliùs addiderunt. Verùm iis qui prudenter legerint sufficiens videbitur doctrina de Spiritu, quæ ea in fide continetur. Docuerunt enim, sicut credi debet in Patrem & Filium, ita etiam credendum esse in Spiritum, nec aliam quampiam inducentes in divina beataque Trinitate naturam, neque quidquam de Trinitate resecantes, in illa fidei expositione. Sed quia nuper Ecclesias concutere aggressus Satanas, immisit quibusdam dubitationem de Spiritu, necesse est ut ad fidei fontem recurramus; è quo cùm Nicææ congregati patres etiam hausissent, fidei expositionem confecerunt. Quænam ergo est nostræ fidei perfectio? Domini traditio, quam postquam resurrexisset à mortuis, mandavit sanctis suis discipulis, præcipiens: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Constat accepisse nos mandatum, non solùm hoc modo baptizandi, verùm etiam pari modo docendi, adeo ut per hoc præceptum tum Sabellii intercludatur morbus per tres hypostases purè nobis traditas, tum Anomœorum Arianorumque & Pneumatomachorum obturentur ora, tribus quidem personis ac hypostasibus declaratis, una verò natura & divinitate confessa. Quamobrem oportet eo nos modo baptizare quo edocti sumus, atque eo credere quo fuimus baptizati, eo autem glorificare quo credidimus. Multis siquidem mente volutatis, & in omnes partes cogitationibus conversi, nihil possumus medium advertere creatorem inter & creaturam. Quocirca si à divinitate Spiritum sejunxerimus, necessariò illum cum creaturis debemus annumerare. Quòd si ausi fuerimus creaturam dicere, quî fieri poterit ut in baptismo conjungatur? Eo pacto deorum multitudinem redarguimus, unà cum negatione divinitatis: & neque tria principia, neque tres deos, neque tres diversas prædicamus naturas, sed Patrem pro universorum principio agnoscentes, nullam trium hypostasium inficiamur, sacrarum scripturarum majestatem, ac singulis probandis testimonia proferentes. Sed quoniam epistolæ modum superat accurata de istis disputatio, credimusque caritatem vestram con-

De Spir. S.

Matth. XXVIII. 19.

μένον ἐπίσκοπον Βασίλειον, καὶ παρόντα δέξασθαι τῇ συνόδῳ, καὶ κοινωνὸν, μᾶλλον δὲ ἔξαρχον τῶν πρὸς ὑμᾶς * γραμμάτων ἔχειν. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον ἀῤῥωστία σώματος ὑπερβάλλουσα, πρὸς τὴν ἄφιξιν διεκώλυσεν, τελείας μὲν ἐστὶν ἀγάπης ὑμῶν, μήτε τὰ τῆς ἡμετέρας βραχύτητος παριδεῖν γράμματα. οὐ μὴν τοι τῆς ἁγίας ὑμῶν ἐκκλησίας ἀμοιρεῖν καὶ τῆς ἐκείνου φωνῆς περιειδόμεθα· ἀλλ' ἔχοντες αὐτοῦ σύγγραμμα περὶ ταύτης ἰδικῶς αὐτῷ τῆς ὑποθέσεως πεποιημένον, κἀκεῖνον διὰ τοῦ γράμματος ἔχομεν ἡμῖν συμφθεγγόμενον. τίς οὖν ἡ πρὸς τὴν πεῦσιν ἀπόκρισις; τὴν ἁγίαν σύνοδον τῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, σύνοδον ὄντως καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν γνωρίζομεν, καὶ πίστιν τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν πατέρων τηνικαῦτα, φυλάττομεν ἀκλινῆ τον *, καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς ἀσπάρακτον μένειν * εὐχόμεθα. γέγονε δὲ τότε τοῖς πατράσιν ἀναγκαιότερον, πλατύτερον ἐξηγήσασθαι περὶ τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς· ἐπειδὴ τότε νεωστὶ φυομένην τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρείου, διὰ σπουδῆς εἶχον ἐκκόψαι, τὰ πρῶτα αὐτῆς προαναιροῦντες σπέρματα, πρὶν τελέως ἐκτραχυνθῆναι τὴν ἄκανθαν. σεσιγημένου δὲ τηνικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ πνεῦμα ζητήματος. διὰ τοῦτο πλατύτερον μὲν οὐδὲν προσεζήτησαν. τοῖς μέν τοι γε συνετῶς ἀναγινώσκουσιν, αὐτάρκης καὶ ἡ περὶ τοῦ πνεύματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πίστει διδασκαλία. ὥσπερ * εἰς πατέρα καὶ υἱὸν πιστεύειν, οὕτω καὶ εἰς τὸ πνεῦμα πιστεύειν ἐδογμάτισαν· μήτε ἑτέραν τινὰ φύσιν ἐπεισάγοντες τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ τριάδι· μήτε τι τῆς ἐκ τῆς τριάδος ἀποτεμόντες, εἰς τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν. ἐπεὶ δὲ πρόσφατον ὁ Σατανᾶς διασαλεύειν τὰς ἐκκλησίας ἐπιχειρῶν, ἐνέβαλέ τισι περὶ τοῦ πνεύματος δισταγμὸν, ἀναγκαῖον ἐπὶ τὴν πηγὴν ἀνατρέχειν τῆς πίστεως· ἐξ ἧς καὶ οἱ κατὰ Νίκαιαν πατέρες ἀναρυσάμενοι, τὴν ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐποιήσαντο. τίς οὖν ἡμῶν ἡ τῆς πίστεως τελειότης; ἡ τοῦ κυρίου παράδοσις, ἣν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς ἐνετείλατο, προστάξας· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. δῆλον ὅτι τὴν ἐντολὴν ἐδεξάμεθα, οὐ μόνον εἰς τὸ βαπτίζειν οὕτως, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ μαθητεύειν οὕτως· ὡς διὰ ταύτης τῆς ἐντολῆς, καὶ τὴν Σαβελλίου νόσον ἀποκλεισθῆναι, τῶν τριῶν ὑποστάσεων καθαρῶς ἡμῖν παραδοθεισῶν· καὶ τῶν Ἀνομοίων καὶ τῶν Ἀρειανῶν καὶ τῶν Πνευματομάχων * ἐμφραχθῆναι τὰ στόματα· τῶν μὲν προσώπων καὶ τῶν ὑποστάσεων τριῶν δηλουμένων, τῆς δὲ φύσεως καὶ τῆς θεότητος μιᾶς ὁμολογηθείσης. ἀνάγκη τοίνυν οὕτως ἡμᾶς βαπτίζειν, ὡς ἐδιδάχθημεν· καὶ οὕτω πιστεύειν, ὡς ἐβαπτίσθημεν· καὶ οὕτω δοξάζειν, ὡς ἐπιστεύσαμεν. πολλὰ γὰρ τῇ διανοίᾳ περισκοποῦντες, καὶ πανταχοῦ στραφέντες τοῖς λογισμοῖς, οὐδὲν ἐπινοῆσαι δυνάμεθα μεταξὺ τοῦ κτιστοῦ καὶ τῆς κτίσεως· ὥστε εἰ τῆς θεότητος τὸ πνεῦμα χωρίζομεν, * ἀνάγκης μετὰ τῶν κτισμάτων αὐτὸ καταριθμεῖν. εἰ δὲ κτίσμα τολμήσοιμεν εἰπεῖν, πῶς δυνατὸν ἐν τῷ βαπτίσματι μιχθῆναι; ἢ πολυθεΐαν οὕτως ὡς καὶ τὴν ἀθεΐαν χαρίζομεν· καὶ οὔτε τρεῖς ἀρχὰς, οὔτε τρεῖς θεοὺς, οὔτε τρεῖς διαφόρους καταγγέλλομεν φύσεις· ἀλλὰ ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸν πατέρα γινώσκοντες, οὔτε τινὰ τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἀθετοῦμεν, καὶ τὸ σεμνὸν τῶν * τριῶν γραφῶν, καὶ τὰς ἐφ' ἕκαστον μαρτυρίας προσάγοντες. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μέτρον ἐπιστολῆς ἐκφεύγει τὸ περὶ τούτων λεπτολογεῖν, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἐπι-

ANNO CHRISTI 379.

* Al. [illegible]

* Al. add. τε καὶ ἀσάλευτον

* f. [illegible]

* Al. ins. τὸν

* Al. ἀποφραχθῆναι

* Al. ἀνάγκη

* f. θείων

ANNO CHRISTI 379.

γνώσαιμεν ἀρκεσθήσεσθαι τῷ κεφαλαίῳ τῆς ἡμετέρας ἐκθέσεως, καὶ τὰ λοιπὰ προστεθήσειν οἴκοθεν· δίδου γάρ φησι, σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται· καὶ ταῦτα ἀποχρώντως γεγραφέναι νομίζομεν. εἰς δὲ καὶ βραχείας προστεθῆναι παράκλησιν. παρακαλοῦμεν γὰρ μεῖναι ὑμᾶς υἱοὺς εἰρήνης· ἵνα πληρώσητε τὴν ἀποστολικὴν ἐντολὴν, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες, καὶ τῶν παθημάτων τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ κεκοινωνηκότες. μὴ δῶτε τῷ πονηρῷ διαζεῦξαι τὰ καλῶς συνημμένα, μήτε τοῖς λύκοις ἑαυτοὺς εὐαλωτοτέρους ποιήσητε τῇ διχοστασίᾳ, τὰς ἐκείνων βεβαιοῦντες εὐχάς. ἐμάθομεν γὰρ ὅσοις ἄθλοις ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπέστητε· τὰς οὖν ἀπειλὰς καὶ τὰς ἀνάγκας τὰς παρὰ τῶν ὑπεναντίων νικήσαντες, μηδένα δῶτε διαστάσει καιρόν· μήποτε κατὰ βραχὺ παρεισρυόμενον μῖσος, ἐὰν σχῇ τόπον, μεγάλους ὑμῖν κρημνοὺς ὑποθήσει. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς δοξολογίαις τὸ πνεῦμα πατρὶ καὶ Υἱῷ * συνδοξάζειν, καὶ εἰδέναι τοῦτο, ὅτι οἱ τὴν ἀσυγχώρητον ἁμαρτίαν, διὰ τῆς εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημίας ἐξαμαρτάνοντες, εἰκῇ παραιτοῦνται τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς κοινωνίαν. μετ' ἐκείνων γὰρ κατακριθήσονται. εὐχόμεθα δὲ ὑμᾶς ἄτμητον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἀφιλονείκως φυλάξαντας, εἰρηνικῶς μὲν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι τὸν λειπόμενον διάγειν χρόνον, ἐνδόξως δὲ ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως παραστῆναι τῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι.

* Al. συγχεῖ

ANNO CHRISTI 381.

tentam fore expositionis nostræ summa, ac reliqua de se additurum, *Da enim*, inquit, *sapienti occasionem, & sapientior erit*, hæc sufficienter scripsisse nos arbitramur. Quibus satis est adjicere brevem adhortationem. Hortamur namque vos ut maneatis pacis filii, quò apostolicum mandatum impleatis, *unanimes, idipsum sentientes*, & communicantes passionibus pro Christo. Nolite illud dare malo, ut disjungat quæ pulcrè connnexa sunt, neque vos lupis efficiatis captu faciliores per dissensionem, illorum vota confirmando. Didicimus quippe quanta certamina pro recta fide sustinueritis. Quocirca minis & ærumnis, quæ per adversarios intentabantur, devictis, nullam præbete dissidio occasionem: ne fortè paulatim illapsum odium, si locum invenerit, magna vobis supponat præcipitia. Sed & oportet in doxologiis Spiritum unà cum Patre & Filio glorificare, atque hoc intelligere, quòd ii qui irremissibile peccatum per blasphemiam in Spiritum admittunt, frustra repudiant communionem cum Arianis, quia scilicet cum iis condemnabuntur. Precamur autem & optamus ut vos corpus Ecclesiæ indivisum citra contentionem servantes, pacificè quidem in præsenti seculo reliquum vitæ tempus transigatis, gloriosè verò in die judicii assistatis tribunali Christi.

Prov. IX. 9.
Philipp. II. 2.
Matth. XII. 31.

CONCILIVM MEDIOLANENSE
Habitum circa annum CCCLXXX.

Indicia virgo Veronensis, Deo sacrata, in suspicionem venerat corruptæ virginitatis, & peperisse dicebatur. Accusatione apud Ambrosium Mediolanensem Episcopum & ceteros provinciæ Episcopos delata, cùm testimoniis approbata non fuisset, satisque constaret invidiam illam conflatam per scelus, per avaritiam, per intemperantiam, à quærentibus proprii libertatem flagitii, ab iis postremò qui domo ejus ejecti atque eliminati forent, cùm accusatores die ipso qui dictus erat cognitioni se subtraxissent Episcoporum conventui, & interim virgines quædam bonum testimonium Indiciæ perhibuissent, rejecta est postulatio Syagrii Episcopi Veronensis, qui eam ob obstetricibus inspici & visitari volebat, & tot bonis testimoniis moti Episcopi Indiciam inoffensi virginem muneris pronuntiarunt. Maximum autem & Renatum & Leontium, qui virginem accusaverant, ita involuit sententia ut Maximo, si errorem emendaret, spes reditus reservaretur, Renatus autem & Leontius excommunicati manerent, nisi fortè probata sui pœnitentia, & hujus facti diuturna deploratione dignos se præberent misericordia. Hæc sumpta sunt ex epistola LXIV. *sancti Ambrosii.*

CONCILIVM SIDENSE
Habitum anno Christi CCCLXXXIII.

Cum per eas tempestates hæresis Messalianorum propagaretur, curæ fuit Episcopis conatus ejus comprimere. Ea de causa Amphilochius Iconiensis in Lycaonia Episcopus Concilium Episcoporum viginti quinque congregavit apud Sidam urbem Pamphyliæ; ex quo, ut Photius docet, scripta est epistola ad Flavianum Episcopum Antiochenum, rerum in synodo gestarum rationem reddens. Meminit etiam, ni fallor, istius Concilii Theodoretus lib. IV. *histor. eccles. cap.* XI. *his verbis.* Simili modo Amphilochius ille celeberrimus, qui metropolim Lycaoniæ pastorali cura regendam susceperat, & universam provinciam gubernabat, cùm hanc pestem pervasisse illuc * didicisset, rursus eam depulit, & gregem sibi commissum ea labe liberavit.

Phot. cod. 52.

* id est, Pamphyliam, ut patet ex eodem capite Theodoreti extremo.

CONCILIVM ANTIOCHENVM
Habitum anno Christi CCCLXXXIII.

Hanc synodum eodem ferme tempore habitam fuisse legimus quo Sidensem coegit Amphilochius Episcopus Iconii. Habita porrò fuit adversus Messalianos hæreticos, eique præfuit Flavianus Episcopus Antiochenus, interfuerunt verò Byzus Episcopus Seleuciensis, Marutha Supharenorum, & Samius; ad quos se cùm Presbyteri tum Diaconi ad triginta conjunxerunt. Noluit hæc synodus Adelphium pœnitentiam profitentem hæresimque abjurantem admittere, quòd neque ea hæreseos abjuratio neque pœnitentia vera atque ex animo facta probaretur. Condemnatus verò Adelphius ejusque sectatores neque pœnitentiæ locum, quamvis, ut diximus, quæsierint, propterea repererunt quòd quos anathemate tamquam Messalianos condemnarant, cum his veluti consortibus scripto communicare deprehensi sunt. Falluntur autem qui quæ isthic

ANNO CHRISTI 383.

dicuntur de pœnitentia Adephii, referunt ad synodum Sidensem, cùm Photius apertè scribat actitata illa esse in Antiochena Flaviani.

Ad hanc synodum Antiochenam referri posse videntur quæ narrat Theodoretus lib. IV. *historiæ ecclesiast. cap.* XI.

ANNO CHRISTI 383.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno Christi CCCLXXXIII.

Socrates lib. 5. c. 10. Sozomenus lib. 7. c. 12.

TVrbatis Arrianorum ceterorumque hæreticorum rebus in oriente, turbata est quoque pax Ecclesiarum catholicarum. Quod ægrè ferens Theodosius Imperator, passus non est urbes diutius tumultuosis motibus agitari; sed pro virili huic malo occurrens, brevi elapso tempore, omnium sectarum Concilium cogi jussit in urbe Constantinopolitana, ratus ex mutuo Episcoporum inter se colloquio futurum ut una apud omnes eademque sententia obtineret. Cùm igitur convenissent Merobaude iterum & Saturnino Consulibus, mense Iunio, Imperator accito Nectario Episcopo Constantinopolitano, sollicita deliberatione cum eo tractavit quonam modo Christiana religio dissensionibus liberari & Ecclesia ad unitatem revocari posset; aiebatque discutiendam esse controversiam quæ Ecclesias segregaret, ut amputatis discordiarum causis, Ecclesiis concordia restitueretur. His auditis, Nectarius anxius ac sollicitus hærebat; & accersito Agelio tunc temporis Novatianorum Episcopo, utpote qui cum ipso in eadem fide de divinitate & consubstantialitate sentiret, Imperatoris consilium ei aperit. Ille cùm vir esset alioqui pius ac religiosus, sed qui de fidei doctrina cominus disputare haudquaquam valeret, alterum vice sua proposuit, qui & dispicere quid agendum esset, & disputare, si opus foret, egregiè calleret, Sisinnium nomine; qui tum quidem lector sub ipso erat, postea verò Episcopus ibidem Novatianorum fuit. At Sisinnius, vir in primis disertus & magno rerum usu præditus, & qui præter sacrarum literarum scientiam, Græcorum quoque quoque philosophiam egregiè callebat, cùm probè nosset ejusmodi disputationibus non modò dissidia minimè sanari, verùm etiam hæreses ad majorem contentionem accendi, hoc consilium suggessit Nectario. Quoniam compertum habebat veteres studiosè cavisse ne principium existentiæ filio tribuerent, quippe qui censerent illum patri coæternum esse, suadet ut dialecticas quidem concertationes omittat, expositiones autem veterum in testimonium adducat, utque Imperator singularum sectarum principes interroget utrum veterum doctorum qui ante dissidium in Ecclesia floruissent rationem habendam esse censerent, an verò tamquam à Christiana religione alienos eos rejicerent. Nam si illos rejiciunt, audeant igitur eos etiam anathemate damnare. Id verò si facere ausi fuerint, à multitudine vulgi protinus extrudentur. Atque hoc facto manifesta erit veritatis victoria. Quòd si priscos doctores minimè repudiabunt, nostrum erit libros veterum proferre quorum testimonio sententia nostra confirmetur. Hæc Nectarius cùm à Sisinnio audiisset, statim in palatium contendit, & quid sibi suggestum sit consilii Imperatori significat. Ille consilium avidè amplexus, rem ipsam prudenter exequitur. Occultans enim id quod in animo habebat, id unum ex illis sciscitatus est, num rationem aliquam ducerent eorum qui ante ortam dissensionem doctores Ecclesiæ extitissent, & utrum eos admitterent. Illis minimè inficiantibus, seque eos tamquam magistros impensè colere affirmantibus, iterum quæsivit Imperator utrum illis tamquam idoneis ac fide dignis Christianæ doctrinæ testibus acquiescant. Quæ cùm audiissent sectarum Episcopi eorumque dialectici, (erant enim cum illis non pauci ad disputationis certamen instructi) quid acturi essent ambigebant. Etenim singuli in varias distrahebantur sententias, dum alii rectum esse dicerent id quod ab Imperatore proponeretur, alii suis rationibus id nequaquam conducere existimarent. Quippe alii aliter affecti erant erga priscorum libros. Exinde ergo malè inter ipsos convenit; dissidebantque non solum ab aliis sectis, verùm etiam inter semetipsos ii qui ejusdem sectæ esse videbantur. Concors itaque malitia, non secus ac veterum illorum gigantum lingua, divisa est, & improbitatis turris eversa. Postquam Imperator multiplicem eorum dispersionem animadvertit, eosque sola disputatione, non autem veterum patrum expositione fretos esse, ad aliud consilium se convertit. Tunc ex unaquaque secta hi qui disertissimi habebantur, singula verba accuratissimè perpendentes, dogma suum conscripserunt. Cùmque dies adesset quæ ad id præstituta fuerat, singularum sectarum Episcopi ad palatium vocati accurrerunt. Aderant igitur Nectarius quidem & Agelius consubstantialis fidei propugnatores, Arrianorum verò Demophilus, Eunomianorum Eunomius ipse, Macedonianorum Eleusius Cyzicenus. Postquam convenissent, Imperator eos benignè excepit, & libello fidei à singulis accepto, inde in cubiculum digressus, remotis arbitris Deum intentè precatus est ut ad dignoscendam veritatem sibi auxilio esset. Post hæc perlectis uniuscujusque dogmatis libellis, cetera quidem dogmata, utpote quæ trinitatis divisionem inducerent, damnavit, chartasque laceravit, solam verò consubstantialis fidem suscepit atque laudavit. Harum fidei expositionum Theodosio Principi oblatarum tempore istius synodi nullam hodie habemus præter eam quæ est Eunomii, quam heic damus Græcè & Latinè ex interpretatione viri doctissimi Henrici Valesii.

Fides exposita ab Eunomio.

CVm Deus ac Servator noster Iesus Christus justissima sententia dixerit confessurum se coram Deo patre eos qui ipsum confiterentur coram hominibus, & negaturum eos qui ipsum negarent, cùmque apostolica doctrina hortetur nos ut prompti paratique simus ad reddendam rationem cuilibet eam poscenti, cùm denique imperialia præcepta hanc confessionem requirant, alacri animo confitemur ea quæ sentimus, & quòd credimus in unum ac solum verum Deum, juxta ipsius doctrinam, neutiquam falsa voce eum honorantes. Est enim expers mendacii. Quippe qui & natura & gloria revera est unus Deus, sine principio, semper &

Εὐνομίου ἔκθεσις.

ΤΟῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ δικαίαν κρίσιν φήσαντος ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀπαρνεῖσθαι τοὺς ἀρνουμένους αὐτόν· καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας προτρεπούσης ἡμᾶς, ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι λόγον· καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων τὴν ὁμολογίαν, προθύμως ὁμολογοῦμεν ἃ φρονοῦμεν, καὶ ὅτι πιστεύομεν εἰς τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν θεόν, κατὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, οὐκ ἐψευσμένῃ φωνῇ τιμῶντες· ἔστι γὰρ ἀψευδής· ἀλλ' ὄντως ὄντα φύσει τε καὶ δόξῃ θεὸν ἕνα ἀνάρχως, ἀιδίως,

ANNO CHRISTI 383.

ἀτελεύτητος μόνος· οὐ τὴν οὐσίαν καθ' ἣν ἐστὶν εἷς χωριζόμενος ἢ μεριζόμενος εἰς πλείους· ἢ ἄλλοτε ἄλλος γινόμενος, ἢ τοῦ εἶναι ὅ ἐστι μεθιστάμενος. οὔτε ἐκ μιᾶς οὐσίας εἰς ὑποστάσεις τρεῖς σχηματιζόμενος· πάντη γὰρ καθάπαξ ἐστὶν εἷς, καὶ κατὰ ταὐτά τε καὶ ὡσαύτως διαμένων μόνος· οὐ κοινωνὸν ἔχων τῆς θεότητος, οὐ μεριστὴν τῆς δόξης, οὐ σύγκληρον τῆς ἐξουσίας, οὐ σύνθρονον τῆς βασιλείας· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος θεὸς παντοκράτωρ, θεὸς θεῶν, βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων· ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὕψιστος ἐν οὐρανοῖς, ὕψιστος ἐν ὑψίστοις, τοῖς ἐπουρανίοις· ἀληθινὸς ἐν τῷ εἶναι ὅ ἐστιν ἀεὶ καὶ διαμένει· ἀληθινὸς ἐν ἔργοις, ἀληθινὸς ἐν λόγοις· ἀρχὴ ἁπάσης ὑποταγῆς, ἐξουσίας, βασιλείας· ἀνώτερος τροπῆς, καὶ μεταβολῆς ἐλεύθερος, ὡς ἀκήρατος. οὐκ ἐν τῷ γεννᾶν τῆς ἰδίας οὐσίας μερίζων, καὶ ὁ αὐτὸς γεννῶν καὶ γεννώμενος, ἢ ὁ αὐτὸς πατὴρ γινόμενος καὶ υἱός· ἔστι γὰρ ἄφθαρτος· οὐκ ἐν τῷ ποιεῖν ὕλης ἢ μερῶν ἢ φυσικῶν ὀργάνων προσδεόμενος· ἐστὶ γὰρ πάντων ἀπροσδεής. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν, τὸν μονογενῆ θεόν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, Χριστὸν ἀληθινὸν θεόν, οὐκ ἀγέννητον· οὐκ ἄνευ πρὸ τοῦ εἶναι γεννήσεως ὀνομαζόμενον υἱόν, πρὸ πάσης κτίσεως γενόμενον· οὐκ ἄκτιστον· ἀρχὴν ὁδῶν ἔργων τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν ἀρχῇ ὄντα λόγον· οὐκ ἄναρχον· σοφίαν ζῶσαν, ἀλήθειαν ἐνεργοῦσαν, δύναμιν ὑφεστῶσαν, ζωὴν γεννητήν· ὡς υἱὸν θεοῦ ζωογονοῦντα τοὺς ζῶντας καὶ ζωοποιοῦντα τοὺς νεκρούς· φῶς ἀληθινόν, φωτίζον πάντα ἄνθρωπον εἰσερχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἀγαθὸν καὶ χορηγὸν ἀγαθῶν. ὡς ἀγαθότητι καὶ δυνάμει γεννηθέντα τοῦ πατρός· οὐχὶ τῷ μερίσαντι συμμερισάμενον τὴν ἀξίαν, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τὴν πατρικὴν οὐσίαν, οὐ τὴν βασιλείαν· ἀλλὰ γενόμενον ἐκ γεννήσεως ἔνδοξον, καὶ τῆς δόξης κύριον· καὶ λαβόντα παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν δόξαν, οὐ τῆς ἐκείνου μεταλαβόντα δόξης· ἀμετάδοτος γὰρ ἡ δόξα τοῦ παντοκράτορος, καθὼς εἶπε, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω· δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων· δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς δι' αἰῶνος, καὶ πάσης λογικῆς καὶ γενητῆς οὐσίας· δορυφορούμενον ὑπὸ πάσης ἐπουρανίου στρατιᾶς· κύριος γάρ ἐστι καὶ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὡς υἱὸς θεοῦ καὶ θεός· δημιουργὸς ἀθανάτων καὶ θνητῶν, δημιουργὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν· βασιλεὺς καὶ κύριος πάσης ζωῆς καὶ πνοῆς τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· πάντα γὰρ αὐτῷ παρεδόθη παρὰ τοῦ πατρός, κατὰ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ φωνήν, καὶ πάντα δέδωκεν ὁ πατὴρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· ὑπήκοος πρὸς τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν καὶ γένεσιν· ὑπήκοος πρὸς πᾶσαν διοίκησιν· οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσλαβὼν τὸ εἶναι υἱὸς ἢ θεός· ἀλλ' ἐκ τοῦ υἱὸς εἶναι καὶ γεννηθῆναι μονογενὴς θεὸς γενόμενος· ὑπήκοος ἐν ἔργοις· ὑπήκοος ἐν λόγοις· μεσίτης ἐν δόγμασι· μεσίτης νόμοις· τοῦτον ἴσμεν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ μονογενῆ θεόν· τοῦτον ὅμοιον τῷ γεννήσαντι μόνον καθ' ἐξαίρετον ὁμοιότητα καὶ τὴν ἰδιάζουσαν ἔννοιαν· οὐχ ὡς πατρὶ πατέρα· οὐ γὰρ εἰσὶ δύο πατέρες· οὐδὲ ὡς υἱῷ υἱόν, οὐκ ὄντων δύο υἱῶν· οὐδὲ ὡς ἀγέννητον ἀγεννήτῳ· μόνος γάρ ἐστιν ἀγέννητος ὁ παντοκράτωρ· καὶ μόνος υἱὸς ὁ μονογενής· ἀλλ' ὡς υἱὸν πατρί· ὡς εἰκόνα καὶ ὡς σφραγῖδα πάσης τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως· σφραγῖδα τῶν τοῦ πατρὸς ἔργων τε λόγων καὶ βουλευμάτων· τοῦτον ὁμολογοῦμεν ἕνα τῶν ἐν ὕδασιν

indesinenter solus, substantia secundùm quam unus est nequaquam divisus aut partitus in plures, aut alius atque alius subinde existens, aut ab eo quod est recedens, nec ex una substantia in tres hypostases figuratus. Omnino enim & semel unus est, semper atque eodem modo permanens solus, nullum habens socium divinitatis, nullum gloriæ participem, nullum consortem potentiæ, nullum regni assessorem. Vnus enim est ac solus Deus omnipotens, Deus Deorum, Rex Regum, & Dominus dominantium, altissimus super omnem terram, altissimus in cælis, altissimus in altissimis ac cælestibus, verus in existendo id quod est & manet semper, verus in operibus, verus in sermonibus, principium omnis subjectionis, potestatis, imperii, superior conversione, & expers mutationis, utpote illibatus. Propriam substantiam non partiens in generando; nec idem generans & generatus, aut idem Pater existens & Filius. Est enim incorruptus. In faciendo nequaquam indigens materia, aut membris, aut naturalibus instrumentis. Nulla enim re opus habet. Credimus etiam in Filium Dei, unigenitum Deum, primogenitum omnis creaturæ, Christum verum Deum, non ingenitum, non antequam esset, sine generatione Filium nominatum, genitum ante omnem creaturam, non increatum, principium viarum Dei ad opera, & in principio existentem sermonem, non expertem principii, sapientiam viventem, veritatem operantem, virtutem subsistentem, vitam genitam; qui, utpote filius Dei, vivos vivificat, & suscitat mortuos. Lucem veram, quæ illuminat omnem venientem in mundum. Bonum, & suppeditatorem bonorum: quippe qui bonitate ac virtute Patris est genitus. Qui neque cum eo qui ipsi impertitus est dignitatem, neque cum ullo alio paternam substantiam aut regnum participavit. Sed qui ex generatione factus est gloriosus & Dominus gloriæ. Qui à Patre accepit gloriam, non autem participavit gloriam Patris. Nam gloria omnipotentis est incommunicabilis, sicut ipse dixit: *Gloriam meam alteri non dabo.* Qui à Patre glorificatus est ante secula. Qui glorificatur à Patre per secula, & per universam rationalem & creatam substantiam. Quem stipat universa cælestis militia. Est enim Dominus & Rex gloriæ, utpote Dei Filius ac Deus, opifex mortalium atque immortalium, opifex spirituum & universæ carnis. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Rex & Dominus vitæ omnis ac spiritus eorum quæ per ipsum facta sunt. Omnia enim ei tradita sunt à Patre, juxta sanctissimam ejus vocem, & omnia dedit Pater in manu ejus. Obediens ad opificium & creationem omnium rerum. Obediens ad omnem administrationem. Qui non ex obedientia accepit ut esset filius aut Deus. Sed ex eo quòd Filius est, & quòd unicus genitus est, factus est Deus. Obediens in operibus, obediens in verbis. Mediator in sententiis, mediator in legibus. Hunc Filium Dei & unigenitum Deum agnoscimus, solum similem Patri ob præcipuam similitudinem & propriam significationem, non ut Patrem Patri. Neque enim duo sunt Patres. non ut Filium Filio. quippe cum non sint duo filii. neque ut ingenitum ingenito. unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens; & unus Filius, unigenitus scilicet. Sed similem, ut Filium Patri: quippe qui imago sit & sigillum omnium operum ac sermonum & consiliorum Patris. Hunc confitemur unum esse eorum qui

Anno Christi 383.

terram inundarunt, eum qui Sodomitas igne exussit. Qui Ægyptios supplicio affecit. Qui leges tulit juxta mandatum æterni Dei. Qui tempore Prophetarum locutus est ad priscos. Qui vocavit eos qui parere recusabant. Qui omnem judicandi potestatem accepit. Pater enim non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio. Qui in ultimis diebus factus est in carne, factus ex muliere. Factus est homo ad liberationem & salutem generis nostri. Qui hominem ex anima constantem & corpore adsumpsit. Qui ore & lingua annuntiavit pacem vicinis simul ac remotis. Qui factus est obediens usque ad crucem & ad mortem, & qui non vidit corruptionem, sed surrexit tertia die, & post resurrectionem discipulis suis per compendium exposuit mysterium. Qui sedet ad dexteram Patris, qui venturus est ut vivos judicet ac mortuos. Post hunc credimus in Paracletum, Spiritum veritatis, Doctorem pietatis: qui factus est ab unigenito & illi semel subjectus, nec post Patrem, nec cum Patre connumeratus. Vnus enim ac solus Pater est Deus super omnia. Nec Filio coæquatus, unicus enim est Filius, nullum fratrem habens simul genitum. Nec tamen cum ulla alia re comparatus. Omnia enim quæ per Filium facta sunt opera, transcendit generatione ac natura & gloria & cognitione; quippe qui primum sit ac præstantissimum & maximum ac pulcherrimum opus unigeniti. Qui cum unus ac solus sit etiam ipse, primusque & excellentissimus omnium Filii opificiorum, ob substantiam & naturæ dignitatem, operationem omnem ac doctrinam perficit ex arbitrio Filii, missus ab illo & ab eodem accipiens, & renuntians iis qui instituuntur, docens veritatem, sanctos sanctificans, deducens eos qui ad sacramentum accedunt, dividens spiritui omne donum ejus qui dat gratiam. Qui cooperatur fidelibus ad intelligentiam & contemplationem eorum quæ mandata sunt. Qui orantibus subsonat. Qui ad id quod utile est præit viam. Qui ad pietatem corroborat. Qui animas luce cognitionis illustrat. Qui purgat cogitationes. Qui dæmones abigit, ægros curat, sanat languidos. Qui errantes reducit in viam, solatur contritos, titubantes erigit, reficit laborantes. Qui pugnantibus subclamat, timidis addit animos, curator universorum. Qui curam omnem ac solicitudinem adhibet ut benevolos promoveat, & fideliores quosque custodiat. Posthæc credimus in eam quæ per Servatorem futura est resurrectionem corporum, horum scilicet ipsorum quæ dissoluta sunt, unà cum propriis membris ac partibus, nullo deficiente aut immutato ex iis quæ uniuscujusque corpus componebant dum viveret. Præterea credimus judicium quod postea fiet eorum quæ malè cogitata atque acta fuerint in vita, & omnium pariter operum ac verborum & actuum, cogitationum ac sensuum, qui fuerint in hac vita, ita ut nihil omnino lateat, nec maximum quidquam, nec minimum, nihil negligatur ex iis quæ illegitimè aut injustè gesta sunt ac perpetrata, sed justa & æqua merces rependatur: & ii quidem qui usque ad exitum vitæ impiè se gesserint aut peccaverint, sempiterno tradantur supplicio, ii vero qui justè ac piè vixerint, ad æternam vitam perducantur. Hæc sentimus, prout à sanctis accepimus, & sentientes credimus: nihil eorum quæ accepimus præ pudore aut præ metu obmit-

ἐπικλύσαντα τὴν γῆν· τὸν πυρὶ καταφλέξαντα σοδομίτας· τὸν ἐπιθέντα δίκην αἰγυπτίοις· τὸν θέμενον τοὺς νόμους κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ· τὸν ἐπὶ τῶν προφητῶν ὁμιλήσαντα τοῖς παλαιοῖς· τὸν καλέσαντα τοὺς ἀπειθοῦντας· τὸν λαβόντα πᾶσαν τοῦ κρίνειν ἐξουσίαν· ὁ γὰρ πατὴρ κρίνει οὐδένα· τὴν γὰρ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γενόμενον ἐν σαρκί· γενόμενον ἐκ γυναικός· γενόμενον ἄνθρωπον ἐπὶ ἐλευθερίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν· ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· τὸν διὰ γλώσσης καὶ στόματος εὐαγγελισάμενον τὴν εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακράν· τὸν γενόμενον ὑπήκοον μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου· καὶ μὴ ἰδόντα διαφθοράν, ἀλλ' ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνακεφαλαιωσάμενον τοῖς ἑαυτοῦ τὸ μυστήριον· καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός· τὸν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ μετὰ τοῦτον πιστεύομεν εἰς τὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· τὸν καθηγητὴν τῆς εὐσεβείας· γενόμενον ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς καὶ τοῦ καθάπαξ ὑποτεταγμένον· οὔτε κατὰ τὸν πατέρα· οὔτε τῷ πατρὶ συναριθμούμενον· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων θεός· οὔτε τῷ υἱῷ συνεξισούμενον· μονογενὴς γάρ ἐστιν, οὐδένα ἔχων ἀδελφὸν ὁμογενῆ· οὔτε μὴν ἄλλῳ τινὶ συνταττόμενον· ἁπάντων γὰρ ἀναβέβηκε τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γενομένων ποιημάτων γενέσει καὶ φύσει, καὶ δόξῃ καὶ γνώσει· ὡς πρῶτον ἔργον καὶ κράτιστον τοῦ μονογενοῦς· μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον· εἷς δὲ καὶ αὐτὸς ὢν καὶ πρῶτος καὶ μόνος· καὶ πάντων προέχων τῶν τοῦ υἱοῦ ποιημάτων κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φυσικὴν ἀξίαν, πᾶσαν ἐνέργειαν καὶ διδασκαλίαν ἐξανύει κατὰ τὸ ἀρέσκον τῷ υἱῷ, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ λαμβάνων καὶ ἀναγγέλλων τοῖς παιδευομένοις· καὶ τῆς ἀληθείας καθηγούμενος· ἁγιάζων τοὺς ἁγίους· μυσταγωγῶν τοὺς προσιόντας τῷ μυστηρίῳ· διανέμων πᾶσαν δωρεὰν τῷ νεύματι τοῦ διδόντος τὴν χάριν· συνεργῶν τοῖς πιστοῖς πρὸς κατανόησιν καὶ θεωρίαν τῶν διατεταγμένων· ὑπηχῶν εὐχομένοις· ὁδηγῶν πρὸς τὸ συμφέρον· κρατύνων πρὸς εὐσέβειαν· φωτίζων τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως· καθαίρων τοὺς λογισμούς· δαίμονας ἀπείργων, καὶ νοσοῦντας θεραπεύων· τοὺς νοσοῦντας ἰώμενος· πλανωμένους ἐπιστρέφων· θλιβομένους παρακαλῶν· ὀκλάζοντας ἀνορθῶν· πονοῦντας ἀνακτώμενος· ἀγωνιζομένοις ὑποφωνῶν· δειλανδροῦντας θαρσύνων· ἁπάντων κηδεμονίαν· πᾶσαν φροντίδα καὶ πρόνοιαν εἰσφερόμενος εἰς προσαγωγὴν τῶν εὐνουστέρων καὶ φυλακὴν τῶν πιστοτέρων· πιστεύομεν ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν γενησομένην ἀνάστασιν διὰ τοῦ σωτῆρος· αὐτῶν τῶν διαλυθέντων σωμάτων, μετὰ τῶν οἰκείων καὶ μερῶν καὶ μελῶν· οὐδενὸς ἐλλείποντος οὔτε ἐνηλλαγμένου τῶν τὸ ἑκάστου σῶμα συμπληρωσάντων κατὰ τὸν παρόντα βίον· ἔτι μὴν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις κρίσιν τῶν ἐπὶ κακῶς δοξαζομένων ἢ βεβιωμένων· καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν γενομένων ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐνεργειῶν, πράξεων, ἐνθυμημάτων, νοημάτων· μηδενὸς τὸ παράπαν λανθάνοντος τῶν μεγίστων ἢ τῶν ἐλαχίστων· μηδενὸς παρεωραμένου τῶν ἐκθέσμως ἢ παρανόμως εἰργασμένων, ἢ πεπραγμένων· τῆς συμμέτρου καὶ δικαίας ἀντιμετρουμένης δίκης· καὶ τοὺς μὲν εἰς τέλος ἀσεβήσαντας, πρὸς τὴν ἀτελεύτητον κόλασιν παραπεμπούσης· τοὺς δὲ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντας πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀναφερούσης· ταῦτα καὶ φρονοῦμεν παρὰ τῶν ἁγίων μαθόντες, καὶ φρονοῦντες πιστεύομεν· οὐδὲν ὑπ' αἰσχύνης ἢ δέους παρέντες ὧν ἐμα-

ANNO CHRISTI 393.

θημεν· οὔτε μὴν ἐπ' αἰσχύνῃ ἢ φιλονεικίας προσθέντες πλεῖον ἢ διαστρέφοντες· οὐδὲ συνειδότες οὐδὲν ἀπηχὲς ἢ δύσφημον, ὁποῖα πλάττουσι κατ' ἡμῶν οἱ συκοφαντοῦντες ἢ διαβάλλοντες· ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστιν·

tentes, sed neque per impudentiam aut pervicaciam aliquid amplius addentes, aut pervertentes, nec nobis conscii ullius impietatis ac blasphemiæ, cujusmodi adversùs nos confingunt calumniatores, quorum justa est condemnatio.

ANNO CHRISTI 393.

CONCILIVM CABARSVSSITANVM

Habitum anno CCCXCIII.

SAnctissimis fratribus atque collegis per universam Africam, hoc est, per provinciam proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim constitutis, sed & Presbyteris & Diaconibus, universis plebibus in veritate evangelii nobiscum militantibus, Victorinus, Fortunatus, Victorianus, Miggin, Saturninus, Constantius, Candorius, Innocentius, Cresconius, Florentius, Salvius, alius Salvius, Donatus, Geminius, Prætextatus, Maximianus, Theodorus, Anastasius, Donatianus, Donatus, alius Donatus, Pomponius, Pancratius, Ianuarius, Secundinus, Paschasius, Cresconius, Rogatianus, alius Maximianus, Benenatus, Gaianus, Victorinus, Gnntasius, Quintasius, Felicianus, Salvius, Miggin, Proculus, Latinus, & ceteri qui in Concilio apud Caburfussi fuimus, in Domino æternam salutem. Nemo qui nesciat, fratres dilectissimi, de sacerdotibus Domini, non propriæ voluntatis, sed divinæ legis impulsu, tam in reos sententiam dicere quàm innocentibus inflictam jure ab eis ac merito summovere. Non levi enim periculo subjacebit quisquis aut reo pepercerit aut innocentem conficere pertentarit; maximè cùm scriptum sit: *Innocentem & justum non occides, & purgatione non purgabis reum.* Hoc igitur edicto legis admoniti, necesse nos fuerat Primiani causam, quem plebs sancta Carthaginiensis Ecclesiæ Episcopum fuerat sortita, seniorum literis ejusdem Ecclesiæ postulantibus audire atque discutere sub eo; ut explanatis omnibus, aut innocentem, quod optabile fuerat, purgaremus, aut nocentem certè ostenderemus suis meritis esse damnatum. Optatissimum enim nobis fuit ut plebs sancta Carthaginiensis Ecclesiæ eo se lætaretur Episcopo sublimatam qui in omnia sanctus & in nullo reprehensibilis haberetur. Propterea utique talem esse oportet Domini sacerdotem ut quod populus pro se apud Deum non valuerit, ipse pro populo mereatur quod poposcerit impetrare, quia scriptum est: *Si peccaverit populus, orabit pro eo sacerdos. Si autem sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?* Scandala igitur Primiani & ipsa nequitia singularis sic in se cœleste judicium provocavit ut horum criminum auctorem necesse esset penitùs amputari qui recens ordinatus, Presbyteros supradictæ plebis ad communicationem impiæ conjurationis impellens, hoc ab eis velut precatio jure postulavit ut ad damnandos quatuor Diaconos viros egregios ac singularibus meritis approbatos, Maximianum scilicet, Rogatianum, Donatum, itemque Salgamium, incunctanter ei promitterent accommodare consensum. Cujus illi mala præsumptione stupefacti, cùm rem silentio refellissent, per se ipsum cogitatum scelus non dubitavit implere, usque adeo ut in Maximianum Diaconum, virum, sicuti omnibus notum est, innocentem, sine causa, sine accusatore, sine teste, absentem, ac lecto cubantem, sententiam putaret esse promendam, quia jampridem Clericos non dissimili furore damuarat. Nam cùm incestos contra legem decretaque omnium sacerdotum communioni sanctæ adjungeret, cùmque obsistente maxima parte plebis, etiam seniorum nobilissimorum literis conveniretur ut per se corrigeret quod admiserat, sua temeritate possessus emendare contempsit. His itaque permoti seniores Ecclesiæ supradictæ ad universum chorum literas legatosque miserunt, quibus non sine lacrymis deprecati sunt ut ad se ferventiùs veniremus, quò perpenso libramine intentionibus exploratis existimatio Ecclesiæ purgaretur. Ad hanc proinde cùm secundùm memoratorum litteras veniremus, uota sua ille ratione fervescens, adventum nostrum penitùs declinavit: qui usquequaque rebelli animo recalcitrans, in malo permansit, ut conducta multitudine perditorum atque impetratis officialibus basilicarum januas obsedissent, qui ingrediendi nobis atque agendi solemnia interdicerent facultatem. Hæc si Episcopum convenit facere, si Christianis licet admittere, si hoc evangelia protestantur, probet aut judicet quisquis amator aut assertor est veritatis. Hoc enim nobis inflixit frater aliquando proprius quod nunquam faceret alienus. Decrevimus omnes sacerdotes Dei, præsente spiritu sancto, hunc eundem Primianum, primò quia super vivos Episcopos alios subrogarit, quòd incestos cum sanctorum communione miscuerit, quòd Presbyteros ad conjurationem ineundam constringere pertentarit, quòd Fortunatum Presbyterum in cloacam fecerit mitti cùm ægrotantibus baptismo succurrisset, quòd communionem Demetrio Presbytero pernegavit ut cogeret filium abdicare, quòd idem Presbyter objurgatus sit quòd Episcopos hospitio suscepisset, quòd supradictus Primianus multitudinem miserit quæ Christianorum domos everteret, quòd obsessi sunt Episcopi simul & Clerici, & postea ab ejus satellitibus lapidati, quòd in basilica cæsi sunt seniores quòd indignè ferrent ad communionem Claudianistas admitti, quòd innocentes Clericos putaverit esse condemnandos, quòd se nobis audiendum noluerit exhibere, cùm basilicarum fores, ne ingrederemur, multitudine & officialibus intercluserit, quòd legatos à nobis ad se missos injuriosè rejecerit, quòd loca multa vi primò, dehinc auctoritate judiciaria usurpaverit, præter alia illicita ejus admissa quæ pro honestate styli nostri silujmus, à sacerdotali choro perpetuò esse damnatum, ne eo palpato, Dei Ecclesia aut contagione aut aliquo crimino maculetur. Quod id ipsum Paulus Apostolus exhortatur & admonet: *Præcipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi ut discedatis ab omni inordinatè ambulante.* Atque ideo non immemores puritatis Ecclesiæ, conducibile existimavimus omnes sanctos consacerdotes & omnes Clericos & omnes populos qui se Christianos meminerunt hac nostra tractatoria commonere ut

Exo. 23. Dan. 13

1. Reg. 5.

2. Thessal. 3.

Anno Christi 393.

omnes ejus communionem, utpote damnati, diligenti cura horreant. Ipse enim de suo interitu rationem reddet qui hoc nostrum decretum non audiendo tentaverit violare. Placuit sanè nobis & spiritui sancto quòd tardis ad convertendum tempus servetur sub eo, ut quicunque consacerdotum vel Clericorum suæ salutis immemores à die damnationis supradicti Primiani, id est, à die octavo Kalendarum Iuliarum, usque ad diem octavum Kalendarum Ianuariarum, minùs à Primiani damnati communione recesserint, tali sententia constringantur. Laici quoque, nisi se à supradicto die damnationis illius intra diem Paschæ futuræ ab ejus consortio separaverint, non posse quemquam nisi per pœnitentiam, siquidem meminerint, Ecclesiæ restorari.

Victorinus Munatianensis Episcopus subscripsi.
Fortunatus Dionysianensis Episcopus subscripsi.
Victorianus Carcabianensis Episcopus subscripsi.
Florentius ab Adrumeto Episcopus subscripsi.
Miggin ab Elefantaria Episcopus subscripsi.
Innocentius Thebaltensis Episcopus subscripsi.
Miggin pro collega mea Salvio Membressitano Episcopo subscripsi.
Salvius Ausafensis Episcopus subscripsi.
Donatus Sabratensis Episcopus subscripsi.
Gemelius à Tambeis Episcopus subscripsi.
Prætextatus Assuritanus Episcopus subscripsi.
Maximianus Stabatensis Episcopus subscripsi.
Dacianus Camicetensis Episcopus subscripsi.
Donatus Fiscianensis Episcopus subscripsi.
Theodorus Vsulensis Episcopus subscripsi.
Victorianus jubente collega Agnosio Episcopo subscripsi.
Donatus Cebrisetanus Episcopus subscripsi.
Nathalicus Telensis Episcopus subscripsi.
Pomponius Macrianensis Episcopus subscripsi.
Panctatius Balianensis Episcopus subscripsi.
Ianuarius Aquenensis Episcopus subscripsi.
Secundus Iocundianensis Episcopus subscripsi.
Paschasius à Vico Augusti Episcopus subscripsi.
Cresconius Tacienensis Episcopus subscripsi.
Rogatianus Episcopus subscripsi.
Maximianus Erumninensis Episcopus suscripsi.
Benenatus Tugucianensis Episcopus subscripsi.
Ritanus Episcopus subscripsi.
Gaianus Tigualensis Episcopus subscripsi.
Victorinus Leptimagnensis Episcopus suscripsi.
Guntasius Benesensis Episcopus subscripsi.
Quintasius Capsensis Episcopus subscripsi.
Felicianus Musitanus Episcopus subscripsi.
Victorianus ex delegatione Migginnis Episcopi subscripsi.
Latinus Mugiensis Episcopus subscripsi.
Proculus Girbitanus Episcopus subscripsi.
Donatus Sabratensis Episcopus pro fratre & collega meo Marratio subscripsi.
Proculus Girbitanus pro collega mea Galliono subscripsi.
Secundianus Prisianensis Episcopus subscripsi.
Helpidius Tusdritanus Episcopus subscripsi.
Donatus Samurdatensis Episcopus subscripsi.
Getulicus Victorianensis Episcopus subscripsi.
Annibonius Rabautensis Episcopus subscripsi.
Item Annibonius petitus à collega meo Augendo Arensi Episcopo subscripsi.
Tertullus Abitensis Episcopus subscripsi.
Primulianus Episcopus subscripsi.
Secundianus Aurusilianensis Episcopus subscripsi.
Maximus Pitanensis Episcopus subscripsi.
Crescentianus Marrenlis Episcopus subscripsi.
Donatus Belmensis Episcopus subscripsi.
Perseverantius Teveltinus Episcopus subscripsi.
Faustinus Binensis Episcopus subscripsi.
Victor Alriburitanus Episcopus subscripsi.
Omnes numero quinquaginta tres.

NOTÆ.

HAnc epistolam synodalem Concilii Cabarsussitani, quam nobis conservavit sanctus Augustinus dum psalmum trigesimum sextum enarraret, contulimus cum quinque antiquis codicibus manuscriptis bibliothecæ Colbertinæ & cum uno item veteri monasterii Corbeiensis.

CABARSUSSI] Ita omnia exemplaria antiqua, nisi quòd in uno Colbertino scriptum est per transpositionem literarum *Carbasussi*. Sic etiam legisse videtur sanctus Augustinus lib. 4. contra Cresconium cap. 6. ubi agens de Conciliis habitis adversùs Primianum ait: *Primum quod apud Carthaginem à quadraginta & tribus factum est, quo prædamnatus est Primianus. Alterum quod Cabarsussi centum vel ampliùs vestri tunc Episcopi condiderunt, quo perfectè pleniùsque damnatus est*. Turbat me tamen locus iste. Nam quod de quadraginta tribus Episcopis illic legitur, mendosum prima fronte esse videtur & ad Cabarsussitanum Concilium referri debere, cui quinquaginta tres Episcopos interfuisse scribitur in fine gestorum. Deinde Augustinus & heic & in libro ad Donatistas post collationem cap. 4. & 22. ait centum aut citeriter Episcopos interfuisse Concilio Cabarsussitano in quo damnatus est Primianus. Et tamen, ut antea monui, quinquaginta tres tantùm Episcopos subscripsisse huic Concilio compertum nobis est ex iisdem gestis.

CABARSUSSI] Alii *Cebarsussi*. quod idem est. In collatione prima Carthaginensi cap. 207. inter Episcopos partis Donati recensetur Marcianus Episcopus Cebarsussensis.

CONFICERA] Ita omnia vetera exemplaria. Horatius: *Nunc ego resto. Confice*. Editiones habent *confusera*.

FUERAT INERTITA] Aliquot codices & editiones habent, *fuerat in ovile Dei sortita*. Nos prætulimus lectionem libri Corbeiensis & unius Colbertini, in quibus legitur uti à nobis editum est.

POSTULANTIA] Quidam codices habent *postulati*. Et hæc quoque lectio bona est.

COMMUNICAT. IMP. CONSUB.] Hæc est lectio libri Corbeiensis, quam nos retinendam esse arbitrati sumus. Unus Colbertinus habet, *communicationem impia conspirationis*. Alii & editiones, *conjurationem impia conspirationis*.

MULTIT. & OFFIC] Codex Corbeiensis & aliquot Colbertini, *multitudine & officio*.

ILLICITA] Codex Corbei. *illecebrosa*, Colbertini quidam *illecebra*.

DAMNATUM, NE] Editiones & codex Corbei. *damnatum decrevimus, ne eo*. Vox *decrevimus* supervacaneè repetita est in hoc loco.

USUL.] Unus codex Colbertinus, *Veulensis*.

TAMBAIS] Ita vetustior Colbertinus. Alii quidam & editiones habent *Tanabeis*: itaque etiam habet exemplar Corbeiense. In collatione prima Carthaginensi cap. 128. & 198. mentio est Episcopi Tambaiensis.

STABATEN.] Retinuimus hanc lectionem, quam habent omnes ferè veteres codices. Quidam tamen habent *Fabratensis*.

CAMICETEN.] Ita codex Corbeiensis & editiones. Unus Colbertinus habet *Camacetensis*, alter *Anticetmensis*.

CRESCON. TACIEN.] Unus Colbertinus, & ille quidem optimus & vetustissimus, hanc lectionem nobis exhibuit. Nam editiones heic sunt valde mendosæ, itemque pleræque vetera exemplaria.

ERUMNINEN.] Ita editiones & veteres libri, uno excepto Colbertino vetustiore, qui habet *Erumnacensis*. Ex quo nos conjiciebamus heic fortassis legi posse *Erminanensis*.

TUGUCIAN.] Secuti heic sumus editiones & auctoritatem codicis Corbeiensis. In uno Colbertino scriptum est

ANNO CHRISTI 393.

est *Tugneincensis*, in altero *Tagargitana*, in alio *Tugurutano*.

CAPSEN.] Corbeiensis & unus Colbertinus habent *Capiensis*.

MVGEN.] In uno Colbertino scriptum est *Mucianensis*.

PRISIAN] Corbei. *Brisianensis*, unus Colbertinus *Bristanensis*, alius *Assianensis*.

SAMVG DAT.] Vetus Colbert. *Samorbatensis*.

RABAVT.] Quidam codices habent *Rabavuensis*, alii *Ravaatensis*, editiones *Robantensis*

PITANEN] Vnus codex Colbert. *Maximianus Bittanensis*.

BESTNIEN] Idem codex, *Balmensis*.

AVRISILIAN.] Hæc est lectio ejusdem veteris codicis. Quam lectionem nos retinuimus, repugnantibus licèt aliis codicibus & editionibus, quia in collatione prima Carthaginensi cap. 206. vidimus scriptum: *Habetdeus Episcopus Aurusulianensis*.

MARASNEIS] Alii *Marrensis*. Sed hæc est lectio veteris codicis Colbertini.

PRIMVSIANVS] Fortè Mandasumitanus. In collatione quippe Carthaginensi legitur nomen Primuliani Episcopi Mandasumitani Donatistæ.

AVGENDO ARENSI] Omnes veteres libri habent *Augendiarensi*, unica dictione. Sed legendum est omnino uti nos edidimus. Atque ita nuper, nostram indicinam secutus, reponendum isthic esse admonuit vir clarissimus qui novæ editionis operum sancti Augustini curam in se suscepit. Augendi sive Augentii, idem enim est, nomen erat vulgatum inter Afros. In prima collatione Carthaginensi cap. 133. nominatur Augendus Episcopus Villæmagnensis. In notitia verò Episcoporum Africæ qui sævitiam Hunerici Vandalorum Regis experti sunt recensentur Augentius Vzippariranus & Augentius Gazausulensis. Ad Arensem Ecclesiam quod attinet, duo istius sedis Episcopi, & quidem Donatistæ ambo, leguntur in eadem collatione Carthaginensi cap. 201. & 207. Donatus & Secundus.

ANNO CHRISTI 394.

CONCILIVM BAGAIENSE
Habitum anno CCCXCIV.

S. August. lib. 3. contra Crescon c. 53. & lib. 4. c. 10.

CVm omnipotentis Dei & Christi ejus salvatoris nostri voluntate ex universis provinciis Africæ venientes in Ecclesia sancta Bagaiensi Concilium gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Iannarius, Saturninus, Felix, Pegasius, Rufinus, Fortunius, Crispinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & [a] ceteri numero trecenti & decem, placuit spiritui sancto, qui in nobis est, pacem firmare perpetuam & schismata resecare sacrilega. Optata quidem pacis & concordiæ est juncta germanitas, sicut scriptum est: *Iustitia & pax osculatæ sunt invicem.* Licet enim viperei seminis noxios partus venenati uteri alvus diù texerit & concepti sceleris uda coagula in aspidum membra tardo se calore vaporaverint, tamen conceptum virus evanescente umbraculo occultari non potuit. Nam etsi seró, publicum tamen facinus & parricidium suum fœta scelerum vota pepererunt. Quod antè prædictum est, parturiit injustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Sed quoniam serenum jam fulget è nubilo, nec est confusa criminum sylva cùm ad pœnam designata sunt nomina, (Indulgentiæ enim antehac fuerat) dum clementiæ dimittimus lineam, invenit causa quos puniat. Sed veridica unda in aspetos scopulos nonnullorum naufraga projecta sunt membra, & Ægyptiorum admodum exemplo, pereuntium funeribus plena sunt litora, quibus in ipsa morte major est pœna quòd post extortam aquis ultricibus animam, nec ipsam inveniunt sepulturam. Loquamur, carissimi fratres, schismatis causas, quia jam non possumus tacere personas. Maximianum fidei æmulum, veritatis adulterum, Ecclesiæ matris inimicum, Dathan, Chore, & Abiron ministrum, de pacis gremio sententiæ fulmen excussit, & quòd adhuc eum dehiscens terra non sorbuit, ad majus supplicium superis reservavit. Raptus enim pœnam suam compendio lucraverat funeris. Vsuras nunc graviores colligit sceleris cùm mortuus interest vivus. Nec hunc solum sceleris sui mors justa condemnat. Trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegii, de quibus scriptum est: *Venenum aspidum sub labiis eorum.* quorum os maledictione & amaritudine plenum est, [b] veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio & infelicitas in viis eorum; & viam pacis non cognoverunt; non est timor Dei ante oculos eorum. Nollemus quidem tamquam è proprii corporis junctura præcidi. Sed quoniam tabescentis vulneris putredo pestifera plus habet in abscissione solaminis quàm in remissione medicaminis, inventa est causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat virus, ut compendioso dolore natum decidat vulnus. Famosi ergo criminis reos Victorianum Carcabianensem, Martianum Sullectinum, Beianum Baianensem, Salvium Ausaphensem, Theodorum Vsulensem, Donatum Sabratensem, Miggenem Elephantariensem, Prætextatum Assuritanum, Salvium Membressitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Mustitanum, & Martialem Pertusensem, qui funesto opere perditionis vas sordidum collecta fæculentia glutinarunt, sed & Clericos aliquando Ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori intersunt, illicito incestui lenocinium præbuerunt, Dei præsidentis arbitrio, universalis Concilii ore veridico damnatos esse cognoscite. Eos autem quos sacrilegi surculi non polluere plantaria, hoc est, qui à Maximiani capite proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Quantum eim de reorum morte purgamur, tanto de innocentium reditu gratulamur. Ac ne angustum redeuntibus tempus spem salutis arctatæ diei pressura subducat, agnoscentibus quibus licet longè manentibus præcedentibus statutis, universis usque ad diem octavum Kalendarum Ianuarii proximè futurarum agnitionis pandimus januam, ut integri honoris ac fidei regressi habeant fundamenta: quam si quisquam ingredi nequiverit pigra segnitia, sciat sibi ad omnes veniales aditus sua voluntate viam esse subductam. Manebit enim circa eos dicta sententia, & post præstitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia.

Data Bagai in Numidia VIII. *Kalendas Maias, post consulatum Theodosii Augusti tertium, consulatu Augustorum Arcadii III. & Honorii iterum.*

Interfuerunt Episcopi CCCX.

Side notes (left margin): Ibid. c. 26. — Lib. de gest. cum Emeriro, lib. 4. contra Crescon. c. 32. & lib. 2. cont. Parmen. c. 3. — Lib. 1. contra Petil. c. 10. lib. 1. contra Gaudent. c. 39. & epist. 255 — Lib. de gest. cum Emerito. — Lib. 3. contra Crescon. c. 19. 21. lib. 4. c. 4. & epist. 255. — Lib. 3. contra Crescon. c. 19. 22 & lib. 4. c. 4. 10. 11 epist. 255 lib. de gest. cum Emerito, lib. ad Donatist. post collat. c. 19. & in psal. 54.

Side notes (right margin): Lib. 3. contra Crescon c. 19. 53. lib. 4. c. 13. lib. 1. contra Gaudent. c. 7. & epist. 255. — Lib. de gestis cum Emerito. — Lib 3 contra epist. Parmen. c. 6. — Lib. 3. contra Crescon. c. 7. lib 4. c. 4. 32. 38. & lib. 1 contra Gaudent. c. 7. — Lib 3 contra Crescon. c. 53. & lib. 4. c. 58 — Vide lib. de gestis cum Emerito. — Lib 3. contra Crescon. c. 56. & lib. 4. c. 59.

[a] ET CETERI] inter quos Emeritus Episcopus Cæsariensis, quem Augustinus in libro de gestis cum eo ait dictasse sententiam adversùs Maximianum & ejus ordinatores.

[b] VELOCES] Paulò aliter habetur hic locus apud Augustinum enarratione in psalmum 54. ubi sic legitur. *Veloces pedes eorum ad effundendam sanguinem annuntiatorum, contribulatio & calamitas in viis eorum.* Vbi nuperi editores operum sancti Augustini admonuerunt vocem *annuntiatorum* omitti in aliquot antiquis exemplaribus, non extare porrò in libro quarto contra Crescomum. Sanè vox illa illa non extat in codicibus 37. 52. 498. bibliothecæ Colbertinæ, sed habetur in optimæ notæ codicibus 68. 941.

CONCILII CARTHAGINENSIS IV. Habiti anno CCCXCVIII.

CANON CV.

Nunc primùm editus ex veteri codice MS. Ecclesiæ Vrgellensis.

De contemptoribus Ecclesiæ revera invenitur ex Christianis fieri schismaticos, plerunque irrationabiles; quibus ex his, dum ut catholici ædificant, illi ut hæretici destruere insistunt, & alii Ecclesias Domini fideli devotione ac compunctione promptissima subornare, alii de his seditionum institutione decresci. De his rectè loquitur per spiritum prophetia: *Benedicti qui ædificant te in*
Tob. 13. *æternum, & maledicti sunt qui destruunt muros tuos, vel certè qui subvertunt habitationes tuas, vel nunc conati sunt minui sancta tua. Tu autem domus Dei lætare cum filiis justorum.* Et ab hac institutione Domini placuit omnibus patribus per provinciam Carthaginis consistentibus ut si quis clericus vel laicus se elevaverit contra Ecclesiam Dei, seditionum seminans schismata, & non ad culmen caritatis ejus conaverit attendi, sed fundamenta ejus volens subrui, quæ est stabilitas omnium Christianorum, si clericus fuerit, cadat de proprio gradu; si laicus, segregatus ab Ecclesia Dei, quam sprevit, & à conventu totius Christianæ religionis, à sancta communione maneat exclusus.

Aurelius Episcopus Ecclesiæ Carthaginis subscripsi.

Donarianus Teleptensis primæ sedis subscripsi.

Augustinus Ipponæ regiæ subscr psi.

Similiter omnes Episcopi subscripserunt simul cum his.

CONCILIVM ALEXANDRINVM Habitum anno CCCXCIX.

Fragmenta epistolæ synodicæ istius Concilii nobis conservavit Imperator Iustinianus in epistola scripta ad Menam Archiepiscopum Constantinopolitanum, quæ edita est post Concilium V. in tomis Conciliorum. Sic igitur habent hæc fragmenta.

Ex expositione synodicæ epistolæ Episcoporum Ægypti atque Alexandriæ adversùs Origenis doctrinam.

Hic ergo de quo agitur Origenes, veluti abominationis desolatio in medio veræ Ecclesiæ extitit, ac Presbyter ordinatus, à canonica, ab una, à vera manu dignitatem Presbyteri nudam ac solam habuit, quemadmodum apostolatus habuit honorem fur ac proditor Iudas. Is enim cùm cœpisset blasphemas homilias habere, Heraclaas beatæ memoriæ tum Episcopus, ut studiosus veritatis ac arator ac vinitor ecclesiastici agri, eum è medio pulchræ ac letæ segetis evulsit, quod re vera è malo zizanio esset. *Ac paulò post.* Quare hic è cælo in terram decidens tamquam fulgur, sicut & ejus pater diabolus, multæ atrocisque iracundiæ contra veritatem spirans, in Palæstinam regionem navigavit; moratusque in Cæsariensium metropoli, cùm personam quam sibi induerat deposuisset, seque aperuisset veluti piscis qui sepia apud quosdam appellatur, significans quod sibi voluptati erat, ac tenebricosum & atrum vitæ venenum evomens, illic scriptis expressit, & sicuti caupo Iudaicos, boni specie ac simulatione dulci amarum miscuit. Quid enim iste pravè moliens atque insaniens dicit? Erat, inquit, anima ante corpus, & præexistebat in cælis; eamque, cùm ibi peccasset, in custodiam immersit Deus, id est, in corpus demisit, ad purgationem, inquit, & castigationem admissorum in cælis criminum. Hinc primùm impiissimus prorinus fabulatur, veritatemqoe oppugnare studet. *Ac*

Ἐκ τῆς ἐκτεθείσης ὑπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπων συνοδικῆς ἐπιστολῆς κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων.

Οὗτος τοίνυν ὁ προκείμενος Ὠριγένης, καθάπερ τὸ τῆς ἐρημώσεως βδέλυγμα ἐν μέσῳ τῆς ἀληθοῦς ἐκκλησίας γεγονώς. καὶ πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε καὶ μιᾶς χειρὸς ἀληθινῆς, εἶχε τὸ ἀξίωμα τοῦ πρεσβυτέρου ψιλόν τε καὶ μόνον. καθάπερ καὶ τὸ τῆς ἀποστολῆς εἶχεν ὁ κλέπτης καὶ προδότης Ἰούδας. ἀρξαμένου γὰρ αὐτοῦ βλασφήμους ὁμιλίας ὁμιλεῖν, ὁ κατ' ἐκεῖνο μακαρίτης Ἡρακλᾶς ὁ ἐπίσκοπος, ὡς ἀροτὴρ καὶ ἀμπελουργὸς φιλαλήθης τοῦ τῆς ἐκκλησίας χωρίου τυγχάνων, ἐκ μέσου τοῦ καλοῦ σίτου τοῦτον ἐξέτιλεν, ὡς τοῦ πονηροῦ ζιζανίου ὄντα ἀληθῶς. καὶ μετ' ὀλίγα· ἐκπεσὼν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν γῆν οὐρανόθεν ὡς ἀστραπή, καθάπερ ὁ τούτου πατὴρ ὁ διάβολος, θυμοῦ πνέων πολλοῦ καὶ δεινοῦ κατὰ τῆς ἀληθείας, ἐπὶ τὴν καλουμένην Παλαιστίνην χώραν ἔπλευσε· καὶ καθίσας ἐν τῇ Καισαρέων μητροπόλει, κἀκεῖθεν τὸ προσωπεῖον ἀποκαλύψας ὅλον ἐξ ὅλου τοῦ καλύμματος, καθάπερ ὁ ἰχθὺς ἡ σηπία παρά τισι καλουμένη, ὅπερ αὐτῷ καθ' ἡδονὴν ἐτύγχανε, σκοτεινόν τε καὶ μέλανα βίου ἰὸν ἐξεμέσας ἐκεῖσε ἐγγράφως ἀπετυπώσατο· καὶ καθάπερ Ἰουδαϊκὸς κάπηλος προσχήματι ἀγαθοῦ πικρῷ γλυκὺ κατέμιξε. τί γὰρ ὁ κακομήχανος, καὶ μανιώδης λέγει; ἦν φησι πρὸ σώματος ἡ ψυχὴ ἐν οὐρανοῖς προοῦσα. κἀκεῖσε φησὶν ἁμαρτήσασαν ἐν φυλακῇ κατήγγισε, τουτέστιν ἐν τῷ σώματι κατέπεμψεν, εἰς καθαρισμόν φησι καὶ σωφρονισμὸν τῶν ἐν οὐρανοῖς αὐτῇ γεγενημένων ἁμαρτημάτων. πρῶτον ἔργον εὐθὺς ὁ ἀσεβέστατος μυθολογεῖ, καὶ μάχεσθαι τῇ ἀληθείᾳ θέλει. καὶ

ANNO CHRISTI 399.

μετ᾽ ὀλίγα· Εἰ γὰρ προῆν ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ προημάρτηκεν ἐκεῖσε, καθὼς Ὠριγένης ὁ μανιώδης καὶ θεομάχος ἔφησεν, οὐκ ἔδει μὴ λέγειν τὸν ἁγιώτατον προφήτην, Καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ μᾶλλον καταγγίζων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ, ἢ τάχα καταπέμπων. νῦν δὲ μὴ τοῦτο λέγων, ἀλλὰ πλάσσων ἐν αὐτῷ, δείκνυσι τοῦτον λύκον ὄντα βαρύτατον, ἐνδεδυμένον ἔξωθεν πρὸς ἀπάτην ἀπωλείας τὰ κώδια. ὡς οὐρανόθεν γὰρ ὁ ἔμπληκτος, καὶ τὰ ἐκεῖσε διατετυπωμένα ἐπισφάλμενος προφανῶς, οὐ μόνον προοῦσαν, ἀλλὰ καὶ προημαρτηκυῖαν τὴν ψυχὴν λέγει.

paulò pòst : Si antè fuit anima in cælis, ibique priùs deliquit, ut malè sanus Origenes Deoque repugnans dixit, non oportuit dicere sanctissimum Prophetam, *Et figens spiritum hominis in ipso*, sed potiùs, demergens quasi in utrem spiritum hominis in ipso, vel fortassè, demittens. Iam verò cùm hoc non dicat, sed *figens in ipso*, ostendit hunc lupum gravissimum esse, indutum extrinsecus ovina pelle ad deceptionem perditionis. * Vecors enim è cælo animam asserit decidisse, ceteraque quæ ibi definivit : quasi apertè sciat, non solùm antè fuisse animam, sed etiam antè peccasse.

* Ita Baronius ex cod. Ant. Augustini.

CONCILIVM CYPRIVM

Habitum circa annum CCCXCIX.

POst damnatum Origenem in Concilio Alexandrino, Theophilus illius urbis Episcopus synodicam ad omnes Episcopos misit qua historiam rei gestæ continebat. ac præterea specialem ad Epiphanium Constantia Cypri Episcopum, rogans & exhortans ut totius insulæ Episcopis congregatis, ipse quoque eandem hæresim condemnaret & synodica sua subscriberet. Intelligebat enim vir prudentissimus magna in hanc causam subsidia allaturum nomen Epiphanii, utpote viri ob virtutis reverentiam omnium sui temporis clarissimi. Epistolam illam Theophili ad Epiphanium Latinè vertit sanctus Hieronymus, quam nos in hoc loco inserere dignum judicavimus emendatam in aliquot locis ope veteris exemplaris MS. bibliothecæ Colbertinæ. Ea autem sic habet.

Domino dilectissimo fratri & coëpiscopo Epiphanio Theophilus in Domino salutem. Dominus, qui locutus est ad Prophetam, *Ecce constitui te hodie super gentes & regna eradicare & suffodere & disperdere & rursum ædificare ac plantare*, singulis temporibus eandem Ecclesiæ suæ largitur gratiam, ut integrum corpus per patientiam conservetur, & in nullo hæreticorum dogmatum venena prævaleant. Quod quidem nunc videmus expletum. Nam Ecclesia Christi, quæ non habet maculam neque rugam aut aliquid istiusmodi, egredientes de cavernis suis Origenis colubros evangelico ense truncavit, & sanctum Nitriæ monachorum agmen contagione pestifera liberavit. Pauca ergo ex his quæ gesta sunt in generali epistola quam ad omnes in commune direxi, prout patiebatur angustia temporis, comprehendi. Dignationis tuæ est, quæ in hujuscemodi certaminibus sæpe ante nos pugnavit, & positos in prœlio consolari & congregare totius insulæ Episcopos, ac synodicas litteras tam ad nos quàm ad sanctum Constantinopolitanæ urbis Episcopum, & si quos alios putaveris, mittere; ut consensu omnium & ipse Origenes nominatim & hæresis nefaria condemnetur. Didici enim quòd calumniatores veræ fidei Ammonius, Eusebius, & Euthymius novo pro hæresi furore bacchantes, Constantinopolim navigarint, ut & novos, si quos valuerint, decipiant, & veteribus suæ impietatis sociis conjungantur. Curæ igitur tuæ sit ut cunctis Episcopis per Isauriam atque Pamphyliam & ceterarum provinciarum quæ in vicino sunt rei ordinem pandas, & nostram, si dignum putas, epistolam subjicias; ut omnes uno spiritu congregati cum virtute Domini nostri Iesu Christi tradamus eos satanæ in interitum impietatis quæ possidet eos. Et ut celeriùs nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industrium virum & aliquem de clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ monasteriis patres monachorum cum aliis sanctis & continentissimis viris misimus, qui possunt cunctos in præsenti docere quæ gesta sunt. Et super omnia quæsumus ut impensas ad Dominum fundas preces, quò possimus etiam in isto certamine victoriam consequi. Non enim parva lætitia & in Alexandria & per totam Ægyptum populorum corda pervasit, ex quo pauci homines ejecti sunt ut purum corpus Ecclesiæ permaneret. Saluto fratres qui tecum sunt. Te plebs quæ nobiscum est in Domino salutat.

Porrò Epiphanius, qui Origenis libros jampridem aversabatur, Theophili literis facilè assensum præbuit; collectoque Cypriorum Episcoporum Concilio, Origenis libros legi prohibuit. Datis deinde literis, tum ad alios, tum ad Ioannem cognomento Chrysostomum Episcopum Constantinopolitanum, ea quæ à synodo decreta fuerant insinuantibus, hortatus est illos ut synodum convocarent, eademque decernerent. Haud multò pòst Constantinopolim profectus est, adferens unà secum exemplum synodalis sententiæ, qua non ipsum quidem Origenem excommunicaverat, sed libros ab illo conscriptos condemnaverat; collectisque quotquot in urbe regia aderant Episcopis, damnationis sententiam contra libros Origenis prolatam ipsis recitavit. Ac nonnulli quidem ob reverentiam Epiphanii huic decreto ipsi quoque subscripserunt; multi verò id facere recusarunt, in primis verò Theotimus Episcopus Scythiæ.

Socrates lib. 6. cap. 10. 11. Sozomen. lib. 8. cap. 14. Vide Hieronym. epist. 70. & seqq.

CONCILIA DVO

Habita apud Constantinopolim & Ephesum annis CCCC. & CCCCII.

C*Um necessitates quadam coëgissent Asianos Episcopos ad urbem regiam Constantinopolim accedere, ii cum Episcopo Ioanne Chrysostomo commorabantur, præsentibus etiam aliis ex Scythia Episcopis, Theotimo scilicet, atque ex Thracia Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, Metropolitis omnibus ac senibus, usque ad viginti duorum Episcoporum numerum. Ibi omnibus congregatis atque communicantibus, Eusebius quidam è Cilbianis jugis, Episcopus Valentinopolitanus, congregatam synodum cum observasset, una sabbathi adveniens, libellos tradidit synodo, præposito scilicet, ut consequens erat, Ioannis Chrysostomi nomine, adversus Antoninum Ephesinum Episcopum, septem ei crimina imputans. Primum quidem, quòd conflatis sacris vasis, argentum in usum filii fecisses. Secundum, quòd ablatum de ingressu baptisterii marmor in balneum suum transtulisset: deinde columnas ecclesiasticas à pluribus annis jacentes intra suum triclinium statuisset. Quartum, quòd puer ejus cadem patrasset, quem adhuc haberet in ministerio irreprehensum. Quintum, quòd prædia Ecclesiæ relicta à Basilina Iuliani Imperatoris matre vendidisset sibique vindicasset. Sextum, quòd dimissa uxore sua, cum ea rursus coisset, liberosque ex ea sustulisset. Septimum, quòd pro lege & constituto haberet ordinationes Episcoporum vendere juxta rationem redituum.* Adsunt, *inquit*, & qui dederunt, quique ordinati sunt, & ipse qui accepit; ac præterea probationes habeo. *Ad hæc Chrysostomus, sedato interim zelo, dixit Eusebio:* Eusebi frater, quoniam sæpe fit ut accusationes quæ fiunt à perturbatione animi, faciles probationes non habeant, sine te exorari ut cesses Antoninum fratrem scripto accusare, nobis causas molestiæ corrigentibus. *Ad hæc ira accensus Eusebius, durioribus adversùs Antoninum verbis usus est, totus se efferens, & in accusatione persistens. Tum Ioannes Paulum Episcopum Heracleæ, qui Antonino favere videbatur, hortatus est ut amicitiam inter eos reconciliaret; surgensque, Ecclesiam ingressus est unà cum Episcopis; (Erat enim sacrificii tempus) pacemque populo ex more precatus, sedit cum reliquis Episcopis. Clam autem subingressus accusator Eusebius, coram omni populo & Episcopis libellum alium offert eadem continentem quæ superiùs dicta sunt, adjurans Ioannem horrendis juramentis, per salutem etiam Imperatorum obtestans accusationem suscipere; idque tanta cum perturbatione & animi motu ut putarent populi, ejus videlicet imprudentia perterriti, eum à Ioanne petere uti vitam sibi ab Imperatore impetraret. Ioannes verò, ut vidit instantiam hominis, studens imperturbatum tenere populum, libellum recepit; lectisque divinis eloquiis, Pansophium Pisidæ Episcopum orat ut divina dona offerat. Ipse cum reliquis Episcopis egressus est. Nolebat enim animo turbido sacrificium facere. Et post dimissionem populi, considerans apud se, & sedens in baptisterio cum reliquis Episcopis, accusatorem coram omnibus advocans, eum sic allocutus est.* Rursus eadem tibi dico, quòd multi mœrore vel ira compulsi multa & dicunt & scribunt quæ probare non possunt. Si igitur manifestè ea nosti de quibus Antoninum accusas, (Neque enim, si possis, repellimus; neque trahimus, si non possis) antequam legatur libellus elige quod expedit. Postquam enim lectus fuerit & in aures omnium venerit, confectis actis, non ampliùs licebit, cùm sis Episcopus, absolutionem petere. *Tum Eusebio se in proposito persistere significante, legitur libellus ab eo oblatus Episcopis. Quo recitato, seniores Episcopi dicunt Ioanni.* Audistis tenorem libelli. Cuncta sanè horum capitulorum impia sunt, & undequaque sacris canonibus interdicta. Verùm ne videamur in his quæ leviora sunt tempus omne consumere, optimum erit ab eo incipere quod est horribilius. Si enim illud inventum fuerit verum, nullus de capitibus reliquis dubitationi locus erit, cùm illius capitis radix omnem iniquitatis speciem progerminet juxta illum qui ait: Radix omnium malorum est avaritia. Qui enim super innocentes munera accepit & spiritus sancti distributionem argento vendere non dubitavit, quo pacto jam parcet sacris vasis aut lapidibus aut prædiis Ecclesiæ? *Tunc Ioannes quæstionem inchoat, dicens Antonino.* Quid ad hæc dicis, frater Antonine? *Negavit ille necessariò. Quomodo enim posset sub exordium ipsum confusionem suam confiteri? Interrogati sunt qui dederant. Negarunt & ipsi. Post hæc, cùm inquisitio ad horam usque octavam diligenter ageretur, ex indiciis quibusdam formatum est judicium. Postremò, ut par erat, ventum est ad testes coram quibus & hi dedisse dicebantur & iste accepisse. Non aderant testes, utpote in Asia constituti. Difficultatem igitur eorum sistendorum respiciens Ioannes, satis aliunde haud dubiè intelligens illic peragendum reum ubi non sit difficile testes producere, ut loquuntur Episcopi Africani, in Asiam proficisci illicque examen peragere constituit.*

Codex canon. Eccles. Afric. cap. 30.

At Antoninus visa illius strenuitate atque incorrupta integritate, utpote sibi conscius, adit quendam è proceribus, cujus prædia quæ in Asia erant ipse curabat, orans ut profectionem Ioannis impediret, exhibiturum se testes promittens. Iste verò statim ad Ioannem submittit è palatio qui Ioanni dicerent indignum esse eum, qui sit Episcopus & animarum curam habeat, relinquere civitatem in tanta tumultus expectatione & peregrinationem in Asiam obire, præsertim cum testes illinc facilè Constantinopolim possint adduci. Erat autem expectati tumultus causa Gaina barbarus. Itaque Ioanni persuadetur ut maneat, curam simul habens & judicii & molestiæ testium. Interim lucrum insperatum reo fuit dilatio adventus testium, quos aut pecunia aut potentia impedire poterat ne venirent. Prævidens ista Ioannes, cum præsente synodo deliberat quosdam è præsentibus Episcopis in Asiam mittere ad interrogandos testes. Delecti sunt ad id munus exequendum Syncletius Metropolitanus Trajanopolis, Hesychius Episcopus Parii, & Palladius Helenopolitanus; ea cautione in actis synodi adjecta, ut is excommunicatus esset qui intra duos menses non occurrisset Hypæpis Asiæ civitate, & jura sua persecutus non fuisset, quia vicini essent & qui arguebantur & reliqui Episcopi qui cum Syncletio judicare debebant. Post hæc descenderunt Smyrnam dicti Syncletius & Palladius. Hesychius autem, qui amicus erat Antonini, morbum finxit. Syncletius & Palladius ilico per literas adventum suum significarunt utrisque partibus, ut concurrentes in eandem civitatem implerent promissa. Illi autem cùm se mutuò corrupissent, partim auro, partim jurejurando, amici facti erant ante adventum judicum. Cum verò dicta causa ad civitatem Hypæpinorum venissent, sperabant rursum eludere judices dilatione testium, quasi peregrè profecti essent ob varias

Anno Christi 402.

causas. Tum judices accusatorem sciscitantur intra quot dies adducturus sit testes, polliciti se expectaturos. Ratus ille eos aëris inclementiam agrè ferentes, erat enim æstatis ipse ardor, discessuros, scripto pollicetur intra quadraginta dies aut producturum testes, aut pœnas canonum subiturum. Dimissus igitur Eusebius ad inquirendos testes, emissa inquisitione, Constantinopolim venit, ibi delitescens. Expectabant judices, ut par erat, ad quadragesimum diem; & cùm ille nullibi compareret, scribunt omnibus Asiæ Episcopis, eum denuntiantes excommunicatum, sive ut desertorem, sive ut calumniatorem. Ceterùm post hoc alios etiam triginta dies perstiterunt; & cùm non compareret, Constantinopolim redierunt. Illic cùm ipsum offendissent, facinusque illi suum exprobrassent, ille infirmitatem corporis prætexens, pollicebatur testes se adducturum. Interim moritur Antoninus, ille nimirum cum quo litem habebat Eusebius. Ea de causa Ioannes à clero civitatis Ephesiorum & ab Episcopis rogatus, Ephesum advenit cum Paulo, Cyrino, & Palladio; congregatisque Lydiæ, Asiæ, atque Cariæ Episcopis numero septuaginta, ordinationem Ephesinæ Ecclesiæ peragunt, successorem Antonino dantes Heraclidem Diaconum Ioannis, virum, ut ait Palladius, encycliis disciplinis optimè institutum & divinarum scripturarum peritum; qui in eremo monasticam vitam egerat, & per tres annos fuerat Diaconus.

Dum hæc geruntur, Eusebius accusator sex reliquorum Episcoporum accedit ad synodum, rogans ut in communionem susciperetur. Contradicunt quidam Episcopi, dicentes ipsum, cùm calumniator esset, non oportere admitti. At ille, qui se calumniatorem non ferebat, eò magis instabat, & producturum se statim testes asseverans & eos qui per pecunias fuerant ordinati. Libellum etiam synodo obtulit in hæc verba. Quoniam causa ista biennio maxima ex parte examinata est, & ad testium adventum facta est dilatio, rogo pietatem vestram ut hodie jamjam testes producam. Etsi enim Antoninus mortuus est, qui nummos accepit pro ordinatione, attamen supersunt & qui dederunt & qui ordinati sunt. *Æqua postulare visus. Itaque placuit præsenti synodo rem investigari. Incipit causa à lectione eorum quæ gesta fuerant apud Constantinopolim. Deinde ingressi sunt testes; ingressi & sex illi qui pecuniam Antonino dedisse dicebantur ut Episcopi ordinarentur. Et illi quidem initio negabant veram esse accusationem. Instantibus autem testibus, partim laicis, partim Presbyteris, quibus confidere videbantur, necnon mulieribus quibusdam, qui etiam pignorum seu munerum species dicebant & loca & tempora & quantitatem, ultro confitentur.* Dedimus, *inquiunt*, confessum est, & ordinati sumus, talem putantes esse consuetudinem, ut videremur à curia liberari, cui eramus obnoxii. Et nunc oramus, si fas est, simus in ministerio Ecclesiæ; sin minùs, aurum quod dedimus recipiamus. Quidam enim è nobis uxorum supellectilem dedimus. *Pollicitus est Ioannes Episcopus synodi daturum se operam ut liberi essent à curiali conditione.* Quod ad curiam quidem attinet, *inquit*, ego eos, Deo juvante, liberabo, exorato Imperatore. Vos autem mandate ut ab heredibus Antonini ipsi accipiant quæ dederunt. *Præcepit synodus ut aurum acciperent ab heredibus Antonini, & communicarent intra altare, essent autem jam non sacerdotes, sed ex sacerdotibus: ne, si ista concederentur, mos fieret Iudaicus aut Ægyptius vendendi atque emendi sacerdotium. Horum omnium gesta conscripta sunt, quæ & judicum nomina continebant, non solùm septuaginta istius posterioris synodi, sed etiam viginti duorum Constantinopolitanæ ante biennium celebratæ. Acquieverunt autem qui fuerunt depositi, ut à futuro judicio liberarentur.*

Codex canon. Eccl. Afric. ca. 30.

Hæc fermè ad verbum sumpta sunt ex dialogo Palladii de vita Chrysostomi.

Anno Christi 403.

CONCILIVM AD QVERCVM
Habitum anno CCCCIII.

Qvamvis breviarium actorum istius synodi extet in postrema editione Conciliorum, descriptum ex bibliotheca Photii, inutile tamen non erit heic illius historiam texere ab auctore conscriptam qui tum assiduus erat Ioanni Chrysostomo Episcopo Constantinopolitano, adversùs quem coacta est famosa illa synodus, à Palladio nimirum Episcopo Helenopolitano, cujus dialogum de vita Chrysostomi nunc habemus sanum & integrum beneficio viri utriusque linguæ & omnis bonæ literaturæ peritissimi Emerici Bigotii Rotomagensis. Sed antè quàm eam historiam aggrediamur, res paulò suprà repetenda est, ne quid sit quod remorari possit lectorem historiæ ecclesiasticæ studiosum.

Theophilus Episcopus Alexandrinus invidia motus erga Chrysostomum, ratus evenisse tempus quo eum non solùm Ecclesia expelleret, sed etiam vita ipsa privaret, cùm sic omnia perturbavisset ac confudisset ut qui rerum potiebantur, ei potestatem facerent congregandi synodum maximam adversùs Ioannem, Diaconos duos Constantinopolitanos, quos Ioannes ejecerat ob enormia scelera, impellit ut dent libellos accusationis adversus eum, pollicitus se illis redditurum sua loca. quod & postea fecit. Illi ergo libellos obtulerunt quos Theophilus dictaverat, nihil quidem veri continentes præter hoc unum quòd admonebat ut omnes post communionem aquam aut pastillum degustarent, ne cum saliva aut pituita aliquid è symbolo sacramenti præter voluntatem exspuerent. quod primus ipse faciebat, & eos qui vellent ad religionem ac reverentiam erudiebat. Acceptis libellis, Theophilus, qui tum erat in suburbio Chalcedonis quod Quercus vocabatur, coit in ædibus Eugraphiæ cum Severiano Episcopo Gabalitano, Antiocho Ptolemaidis, Acatio Berœæ, & reliquis Ioanni infestis quia ab eo admonebantur de suis erratis. Congregati autem quærebant quomodo judicium ordirentur. Vnus verò ex illis qui aderant suggessit porrigendas esse preces Imperatori ut Ioannes, etiam invitus, præsentiam suam exhiberet synodo. Secundùm hæc mittuntur à Theophilo legati ad Ioannem. Hi quum Constantinopolim accessissent & ad triclinium episcopii advenissent, nuntiatum est Ioanni adstare qui à Theophilo missi essent. Iubet eos ingredi. Ingressos interrogat cujus gradus essent: compertoque Episcopos esse, rogat uti sedeant & edicant quam ob causam venerint. Illi autem dicunt: Has solummodo schedulas legendas habemus. Iubete illas legi. Quod ubi ille annuit, isti imperant Theophili puero ut legeret, & legit. Textus autem erat hujusmodi.

Ἡ σύνοδος ἡ ἁγία ἡ ἐπὶ δρυῒ συναχθεῖσα Ἰωάννῃ. Λιβέλλους ἐδεξάμεθα κατὰ σοῦ, περιέχοντ-

Sancta synodus, ad Quercum congregata Ioanni. Libellos accepimus adversùm te, infini-

ANNO CHRISTI 403.

ta crimina continentes. Adesto igitur, tecum adducens Serapionem & Tigrium Presbyteros. Iis enim opus est.

τας ὠνεία κακά. ἀπάντησον τοίνυν, ἐπαγόμενος Σαραπίωνα καὶ Τίγριον σὺν πρεσβυτέροις. ἔστι γὰρ αὐτῶν χρεία.

ANNO CHRISTI 403.

Erant autem qui ad eum venerant Dioscorus & Paulus, qui nuper in Libya ordinati fuerant, juvenes. Lectis chartulis, beatus Ioannes & qui cum ipso erant Episcopi numero quadraginta satis intelligentes ista geri ab inimicis ejus, Theophilo per tres Episcopos, Lupicinum videlicet Apiaria, Demetrium Pessiuntis, & Eulysium Apamea, tum Presbyteros duos Germanum atque Severum, omnes quidem viros sanctos & fide dignos, denuntiarunt uti accederet Constantinopolim responsurus objectis. Refert autem Palladius epistolam Episcoporum, quæ sic habet.

Noli res Ecclesiæ subvertere, nec Ecclesiam scinde propter quam Deus in carnem descendit. Si autem inordinatè Nicænos canones subvertis trecentorum decem & octo Episcoporum, & extra limites litem judicas, tu transito ad nos in urbem optimis legibus fundatam, non provocans more Caini Abelem in campum, ut nos te prius audiamus. Habemus enim adversus te libellos septuaginta capitum, manifesta piacula continentes: & plures sumus quàm tua synodus, Dei gratia congregati non ad eversionem Ecclesiæ, sed in pace. Tu enim tricesimus sextus es ex unica provincia: nos verò sumus quadraginta e diversis provinciis, inter quos sumus etiam septem Metropolitæ. Et consentaneum est ut minor numerus à majori atque potiori secundùm canones judicetur. Habemus enim & epistolam tuam, per quam mones coepiscopum nostrum Iohannem accusationem extra limites non debere admittere. Vnde legibus ecclesiasticis parens, accusatores tuos ora ut ab accusando te desistant, aut ab accessu & perfugio ad Iohannem.

Μὴ καθέλῃς τὰ πράγματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ σχίζε τὴν ἐκκλησίαν, δι' ἣν ὁ Θεὸς εἰς σάρκα κατῆλθεν. εἰ δὲ ἀτάκτως καταλύεις σὺ τοὺς ἐν Νικαίᾳ κανόνας τῶν τιη'. ἐπισκόπων, καὶ ὑπερόριον δικάζεις δίκην· σὺ πέρασον πρὸς ἡμᾶς εἰς τὴν εὐνομουμένην πόλιν μὴ προσκαλούμενος τὸν Ἄβελ κατὰ τὸν Κάϊν εἰς τὸ πεδίον, ἵνα σου ἡμεῖς πρῶτοι ἀκούσωμεν. ἔχομεν γὰρ κατὰ σοῦ ἑβδομήκοντα κεφαλαίων λιβέλλους, προδήλους ἀθεμιτουργίας ἔχοντας· καὶ πλείους ἐσμὲν τῆς σῆς συνόδου, Θεοῦ χάριτι συναχθέντες, οὐκ ἐπὶ καταλύσει τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ. σὺ μὲν γὰρ εἶ τριακοστὸς ἕκτος ἐξ ἐπαρχίας μιᾶς· ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν τεσσαράκοντα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ἐν οἷς ἐσμὲν καὶ ἑπτὰ μητροπολῖται· καὶ ἀκόλουθόν ἐστι τὸν ἐλάσσονα παρὰ τῶν πλειόνων καὶ διαφερόντων κατὰ τοὺς κανόνας κριθῆναι. ἔχομεν γάρ σου καὶ τὴν ἐπιστολὴν, δι' ἧς παρήγγειλας τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν Ἰωάννῃ, τὸ μὴ δεῖν ὑπερορίας εἰσδέχεσθαι δίκας· ὅθεν πειθόμενος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς νόμοις παρακάλει σου τοὺς κατηγόρους, ἢ παύεσθαι τῆς κατὰ σοῦ κατηγορίας, ἢ τῆς πρὸς αὐτὸν προσόδου.

* Georg. ἀτάκτως

Ad hæc permotus Ioannes, Episcopis suarum partium dixit: Vos quod vobis videtur significare. Ceterùm me oportet ad ea quæ mihi scripta sunt rescribere. *Episcopis ergo partium Theophili hæc rescripsit.*

Ego an quis contra me dicendum aliquid habeat, hactenus omnino nescius sum. Si quis verò adversùs me dixerit, & adesse me vultis, manifestos inimicos meos, qui ex sua negligentia erga me malè animati sunt, ex conventu vestro ejicite. Neque de loco contendo, in quo judicium subire me oportet; etsi id maximè in civitate fieri oportuit. Sunt autem quos rejicio, Theophilus, quem revinco dixisse & Alexandriæ & in Lycia: In comitatum proficiscor ut Iohannem deponam. Id autem verum est, ex eo quòd postquam accessit, neque me allocutus est, neque mecum communicavit. Qui igitur ante auditionem hostiliter se gessit, quid post judicium facturus est? Similiter & Acacium coarguo, qui dixerit: Ego illi ollam condio. De Severiano & Antiocho quid attinet dicere, quos citiùs excipiet divina justitia, quorum temerarios conatus etiam secularia theatra canunt? Igitur si revera adesse me vultis, quæso eos quatuor, si quidem ut judices, ex consessu ejicite; sin ut accusatores, judicio sistite, ut sciam quomodo me ad certamen instruam, an ut contra adversarios, an ut contra judices. Et omnino veniam non solùm ad vestram caritatem, sed & ad quamvis orbis terrarum synodum. Scitote ergo, si decies millies ad me miseritis, nihil amplius ex me vos audituros.

Ἐγὼ εἰ μὲν ἔχει τις κατ' ἐμοῦ λέγειν, μέχρι τοῦ δεῦρο οὐδεπώποτε ἔγνων· εἰ δέ τις κατεῖπέ μου, καὶ βούλεσθέ με παραγενέσθαι, τοὺς προδήλους μου ἐχθροὺς, οἵτινες ἐκ τῆς ἀμελείας αὐτῶν ἐκακώθησαν περὶ ἐμὲ, βάλλετε τούτους ἔξω τοῦ ὑμετέρου συλλόγου. καὶ οὔτε τόπου ἀμφισβητῶ ὅπου με δεῖ κριθῆναι· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔδει ἐν τῇ πόλει. εἰσὶ δὲ οὓς παραιτοῦμαι, Θεόφιλος· ὃν ἐλέγχω εἰρηκότα καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Λυκίᾳ, ὅτι ἀπέρχομαι εἰς τὸν κομητᾶτον, Ἰωάννην καθελεῖν. ἔστι δὲ ἀληθὲς, ἐξ ὧν παραγενόμενος, οὔτε συνέτυχέ μοι, οὔτε ἐκοινώνησέ μοι. ὃς οὖν πρὸ τῆς ἀκροάσεως τὰ ἐχθρῶν ἐπετέλεσεν, τί ἂν ποιήσῃ μετὰ τὴν δίκην; ὁμοίως δὲ καὶ Ἀκάκιον διελέγχω, ἐφ' ᾧ εἶπεν· ἐγὼ αὐτῷ ἀρτύω χύτραν. περὶ δὲ Σεβηριανοῦ καὶ Ἀντιόχου, οὓς τάχιον μεταλήψεται ἡ θεία δίκη, τί δεῖ καὶ λέγειν; ὧν τὰς νεωτεροποιΐας καὶ τὰ κοσμικὰ ᾄδουσι θέατρα. οὐκοῦν παρακέκλησθε, εἰ κατὰ ἀλήθειαν βούλεσθέ με ἐλθεῖν, τούτους τοὺς τέσσαρας, εἰ μὲν ὡς δικαστὰς, ἐκβάλλετε τούτους τοῦ συνεδρίου· εἰ δὲ ὡς κατηγόρους, στήσατε εἰς τὴν κρίσιν ἵνα γνῶ ὅπως κονίζωμαι· πότερον ὡς πρὸς ἀντιδίκους, ἢ ὡς δικαστάς· καὶ πάντως ἐλεύσομαι οὐ μόνον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ πρὸς πᾶσαν τῆς οἰκουμένης σύνοδον· ὥστε οὖν γνῶτε, ἐὰν μυριάκις ἀποστείλητε πρὸς μὲ· οὐδὲν πλέον ἀκούσεσθε παρ' ἐμοῦ.

ANNO CHRISTI 403.

Illis egressis, venit statim Notarius cum rescripto Imperatoris cui inserta erat supplicatio Episcoporum petentium ut Ioannes invitus ad judicium sisteretur, eumque urgebat viam ingredi. Post factum Notario responsum, prodierunt duo Presbyteri Ioannis, Eugenius nimirum, qui Heracleæ episcopatum mercedem conspirationis acceperat, & Isaacius monachus, dicentes. Mandat tibi synodus ut transeas ad nos, responsurus iis quæ adversùm te proponuntur. *Ad hæc Ioannes per alios Episcopos, per eos tres videlicet qui suprà nominati sunt, ita ad Episcopos ad Quercum congregatos rescripsit.*

Ποία ἀκολουθία δικάζετε, οἱ μὴ τοὺς ἐχθρούς μου ἐξώσαντες, καὶ διὰ τῶν ἐμῶν κληρικῶν με μεταστελλόμενοι.

Quanam oro consequentia, quo tandem ordine judicatis, qui neque inimicos meos ejeceritis, & me per Clericos meos accersatis?

Illi autem, arreptis Episcopis missis à synodo Ioannis, alium verberibus affecerunt, alterius vestes consciderunt, ferreas cathenas collo tertii imposuerunt quas sancto viro preparaverant, ut sic conjectus in navim ad ignotum locum mitteretur. Quoniam verò Theophilo & Episcopis cum eo congregatis constabat Ioannem esse contumacem, utpote qui vocatus ad dicendam causam, accedere ad illos noluerat, insuper-habitis causis recusationis ab illo propositis, quamvis justissimis, adversùs eum protulere sententiam depositionis, missa relatione ad Arcadium Imperatorem, quam sic orsi sunt.

Ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς Ἰωάννης ἐπί τισι, καὶ συνειδὼς ἑαυτῷ, οὐκ ἠθέλησεν ἀπαντῆσαι, τὸν δὲ τοιοῦτον καθαιρεῖσθαι οἱ νόμοι· ὃ δὴ καὶ ὑπέστη. περιέχουσι δὲ οἱ λιβέλλοι καὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα. κελεύσει οὖν ἡ ὑμῶν εὐσέβεια καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἐξωσθῆναι, καὶ δίκας δοῦναι ἐπὶ τῇ καθοσιώσει· ἐπειδὴ ἡμῖν οὐκ ἔξεστι ταῦτα ζητεῖν.

Quoniam quorundam criminum accusatus Iohannes, & sibi conscius, noluit adesse, leges talem deponunt, quod & ipse subiit. Libelli autem etiam læsæ majestatis crimen continent. Iubebit igitur pietas vestra eum vel invitum ejici & pœnas læsæ majestatis dare; quandoquidem in hæc inquirere nobis non licet.

Erat crimen læsæ majestatis, convicium in Eudoxiam Augustam, ut ipsi retulerunt, quod eam vocasset Iezabel. Sic ab Ecclesia expulsus est Ioannes, misso ad id Comite cum militari manu. Ejectus venit in prædiola ad Prænetum Bithyniæ: unde paucis post diebus revocatus est Constantinopolim ac suo throno redditur, propter quandam plagam quam in regio cubiculo fieri contigit.

Interim, data sententia depositionis adversùs Ioannem. Theophilus Romam ad Innocentium Papam misit Petrum Presbyterum suum & Martyrium Diaconum Constantinopolitanum, qui ad illum deferrent gesta synodi, in quibus videbatur Ioannes à triginta sex Episcopis condemnatus, quorum viginti novem erant Ægyptii, septem verò aliarum regionum. Cùm relecta fuissent gesta, Innocentius Papa agnoscens neque culpas esse graves, neque præsentem fuisse eum qui reus dicebatur, adeoque coram reprehensum non fuisse, insaniam Theophili magis ac magis exhorruit, quòd contra absentem præcipitem adeo abruptamque sententiam protulisset. Dimissis ergo Theophili legatis, scriptisque ad eum literis quibus ejus temeritatem redarguebat, ad preces & orationes se convertit; indictoque Ecclesiæ jejunio, cum lacrymis divinam precabatur clementiam ut hujusmodi seditiones & scandala scissuræque tollerentur, & pacis ac fraternitatis amor rursum coiret. Literarum autem quas ad Theophilum scripsit hic erat tenor.

Ἀδελφὲ Θεόφιλε, ἡμεῖς σε ἴσμεν κοινωνικὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννην, ὡς καὶ ἐν πρώτοις * γράμμασι φανερὰν ἡμῶν τὴν γνώμην ἐποιήσαμεν· καὶ νῦν δὲ οὐκ ἐκστάντες τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, πάλιν σοι τὰ αὐτὰ γράφομεν καὶ ὁσάκις ἂν ἀποστείλῃς. ὅτι ἐὰν μὴ δίκαια κρίσις παρακολουθήσῃ ἐπὶ τοῖς παιγνιωδῶς γεγενημένοις, ἀμήχανόν ἐστιν ἀλόγως ἡμᾶς ἀποστῆναι τῆς Ἰωάννου κοινωνίας. ὡς γοῦν εἰ θαρρεῖς σὺ τῇ κρίσει, ἀπάντησον τῇ κατὰ Χριστὸν γενομένῃ * συνόδῳ, κἀκεῖ τὰς αἰτίας γυμνάσας ὑπὸ μάρτυσι τοῖς Νικαίας κανόσιν, ἄλλον γὰρ κανόνα ἡ Ῥωμαίων οὐ παραδέχεται ἐκκλησία, ἀναντίρρητον τὴν ἀσφάλειαν κτήσῃ.

* Georg. ποτίεσις.

* Georg. γεν.

Frater Theophile, nos quidem habemus te & fratrem Iohannem nobis communicantes, ut & in prioribus literis mentem nostram manifestam fecimus, ac ne nunc quidem ab eo proposito desistentes, rursus eadem tibi scribimus, & quotiescunque ad nos miseris. Quòd nisi congruum judicium subsequatur in his quæ per ludibrium gesta sunt, fieri non potest ut sine ratione à Iohanis communione discedamus. Tu igitur, si judicio confidis, siste te ad synodum quæ secundùm Christum cogitur; & ibi expositis criminationibus sub testibus Nicæni Concilii canonibus, (alium enim canonem Romana non admittit Ecclesia) irrefragabilem securitatem habebis.

Narrat deinde Palladius quomodo convocatis è Syria, Cappadocia, Ponto, & Phrygia universis Metropolitanis & Episcopis ac congregatis apud Constantinopolim, persuasum ab illis est Imperatori uti Ioannem Ecclesia pelleret, quia synodi sententia depositus ad Ecclesiam suam redierat absque auctoritate alterius synodi, contempto videlicet canone quodam Sardicensi; in quo cavetur ne quis Episcopus aut Presbyter depositus per se redeat ad Ecclesiam absque synodo, & si fecerit, locum defensionis non habeat, sed absolutè expellatur. Sic Ioannes in desertissimum Armeniæ oppidulum cui Cucusus nomen est mittitur in exilium. Modico post tempore Theotecnus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter missus est Romam ab Episcopis viginti quinque partis Ioannis cum literis Innocentium Papam instruentibus de his quæ circa Ioannem gesta erant. De negotio porrò isto vide Marcam libro septimo de concordia sacerdotii & imperii cap. IX.

CONCILIVM CARTHAGINENSE
Habitum anno CCCCIII.

Acta & decreta istius Concilii extant in codice canonum Ecclesiæ Africanæ, qui editus est in tomo secundo Conciliorum. Vnum heic admonendum, Episcopos istius Concilii porrexisse preces Septimino Proconsuli ad firmanda gesta conventionis Donatistarum. Preces illæ, unà cum responso Proconsulis, extant in collatione tertia Carthaginensi cap. CLXXIII.

CONCILIVM
Habitum apud Ptolemaidem anno CCCCXI.

Synodum hoc anno fuisse coactam apud civitatem Libyæ Ptolemaidem, in qua damnatus sit Andronicus Pentapolitanæ provinciæ Præfectus, dubium non est inter studiosos historiæ ecclesiasticæ Sed ambigi meritò potest an synodus illa fuerit provincialis, an verò unius tantùm Episcopi cum suo presbyterio, id est, Synesii, qui tum Ecclesiam regebat constitutam apud Ptolemaidem. Baronius, quam alii postea secuti sunt, Episcoporum conventum fuisse putavit, adeo ut titulum quoque epistolæ LVIII. *Synesii, quæ vulgò inscribitur* Ad Episcopos, *sic mutaverit & auxerit:* Concilium ad Episcopos. *Sanè conventus in quo sententia lata est in Andronicum vocatur σύλλογος in epistola* LVII. *ejusdem Synesii. Verùm istud non solvit difficultatem. Accipi enim potest hæc vox & de conventu Episcoporum & de conventu Presbyterorum cum proprio Episcopo. Petavius tamen in Notis ad hanc epistolam cuncta refert ad congregationem Episcoporum, de quorum sententia à fidelium communione rejectum esse Andronicum scribit. Contrà totius sententiæ textus videtur esse solius Synesii scribentis nomine suo & Ecclesiæ suæ. Quod etiam colligi certò posse videtur ex epistola* LXXII. *ad Episcopos data, in qua sic legitur.* Andronicus, qui Ecclesiam fefellit, veram illam experiatur. Haud nuper admodum in Deum deliquit, contumeliosos in homines fuit. Quas ob res nostram illi Ecclesiam intercludentes, litteras ad fraternitatem vestram dictavimus, quibus nostram de illo sententiam significabamus. Harum missionem antevertit, supplicem se esse fingens &c. *Ceterùm, sive ea synodus fuerit provincialis, sive particularis tantùm ac diœcesana, meritò referenda est in collectionem Conciliorum; valdeque probo clarissimi viri Philippi Labbei reprehensionem Binium redarguentis quod nimis levi brachio synodum istam perstrinxerit, neque vel obiter indicaverit sententiam à synodo latam in Andronicum. His ita præfatis, ad rem ipsam veniendum est.*

Andronicus Beronicensis, Pentapoli in Libya editus, patriæ præfecturam cùm pecunia redemisset, multa scelerate & impiè in Deum atque in homines molitus est unà cum Thoante quodam, quem ex commentariensi fecerat coactorem militaris auri quod Tironicum vocant; dictus ob hoc à Synesio Martius dæmon, execrandus homo, & animum & linguam conscèleratam gerens, calamitatum insatiabilis, patriæ reliquias infectans. Nam toto foro exaudiebantur virorum gemitus, mulierum ululatus, puerorum planctus. Patriæ denique speciem captæ urbis affinxit; cujus pulcherrimam partem eximens, supplicii locum appellari fecit; ac regiam porticum, ubi olim jus dicebatur, in carnificinam convertit. Vno verbo, multa horrenda perpetravit quæ à Synesio enarrantur in epistola mox edenda. Cùm hæc ita fierent, fit omnium ilico concursus ad Episcopum. Is verò cùm pro munere suo admoneret Andronicum ut cessaret affligere plebem Dei, persuadere non potuit; cùm increparet, irritavit. Coacto igitur presbyterio in eum ac Thoantem sociosque eorum, Iulium videlicet & Zenatem, sententiam excommunicationis protulit, quam ad omnes ubique Episcopos misit. Ea sic habet. Synes. epist. 57. 79.

Ad Episcopos.

Synes. epist. 58.

Andronicum Beronicensem, infelici Pentapolis fato editum, & educatum, & adultum, quique patriæ præfecturam pecunia redemit, nemo aut existimet aut appellet Christianum; sed tamquam à Deo execratus, cum universa sua familia ab omni sit ejectus Ecclesia: non quia Pentapolis extrema plaga fuit, post terræ motum, post locustam, post pestilentiam, post incendium, post bellum, illorum omnium reliquias diligenter persequens, horrenda ad carnificinam instrumentorum genera ac formas primus in provinciam inferens, utinam dicere liceat, & his solus utens, digitale, pedum distortorium; prælum, & nasipressorium, & auribus ac labris distrahendis forcipes: quorum qui experimentum ac spectaculum morte prævenerunt, quique antè bello sublati sunt, ab iis qui malè liberati fuerant felices appellati sunt. Sed quoniam primus apud nos & solus factis verbisque Christo

Πρὸς τοὺς ἐπισκόπους.

Ἀνδρόνικον τὸν Βερενικέα, τὸν κακῇ Πενταπόλεως μοίρᾳ καὶ φύντα, καὶ τραφέντα, καὶ αὐξηθέντα, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνεγκούσης αὐτὸν ὠνησάμενον, μήτε ἡγείσθω τις, μήτε καλείτω Χριστιανόν· ἀλλ' ὡς ἀλιτήριος ὢν τοῦ θεοῦ, πάσης ἐκκλησίας ἀπεληλάσθω πανέστιος. οὐ διότι γέγονε Πενταπόλεως ἐσχάτη πληγὴ, μετὰ σεισμὸν, μετὰ ἀκρίδα, μετὰ ″ λιμὸν, γρ. λοιμὸν
μετὰ πῦρ, μετὰ πόλεμον, ἐπεξελθὼν ἀκριβῶς τοῖς ἐκείνων ἐγκαταλείμμασιν, ἄτοπα κολαστηρίων ὀργάνων γένη καὶ σχήματα πρῶτος εἰς τὴν ″ χώραν εἰσενεγκών· εἴη δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ γρ. πόλιν
μόνος χρησάμενος· δακτυλήθραν, καὶ ποδοστράβην, καὶ πιεστῆρα, καὶ ῥινολαβίδα, καὶ ὠτάγραν, καὶ χειλοστρόφιον. ὧν οἱ ″ παραλαβόντες τὴν πεῖράν τε, καὶ τὴν θέαν, καὶ τῷ γρ. μὴ λαβόντες
πολέμῳ προαπολόμενοι, παρὰ τῶν κακῶς περισωθέντων ἐμακαρίσθησαν. ἀλλ' ὅτι πρῶτος παρ' ἡμῖν καὶ μόνος ἔργῳ καὶ λόγῳ τὸν Χριστὸν ἐβλασφήμησεν·

ANNO CHRISTI 411.

ἐβλασφήμησεν ἔργῳ μὲν, ἀφ' οὗ τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας προσεπατταλευσεν ἑαυτοῦ διατάγματα· τοῖς μὲν ὑπ' αὐτοῦ παρανομουμένοις, τὴν ἀσύλου τραπέζης ἀποκλείων τὴν ἱκετείαν· ἀνατεινόμενος δὲ τοῖς ἱερεῦσι τοῦ θεοῦ ταῦτα, ἃ κἂν Φάλαρις ὁ Ἀκραγαντῖνος, κἂν Κεφρὴν ὁ Αἰγύπτιος, κἂν Σενναχηρεὶμ ὁ Βαβυλώνιος ᾤκνησεν, ὁ πέμψας εἰς Ἱερουσαλὴμ τοὺς ὀνειδιοῦντας Ἐζεκίᾳ καὶ τῷ θεῷ. ἐκείνην ἐγὼ τὴν ἡμέραν ἐνηνοχέναι φημὶ τὸν δεύτερον σταυρὸν τοῦ θεοῦ. ἐπὶ γὰρ ὀνειδισμῷ τοῦ Χριστοῦ τὸ λοίδορον ἐκεῖνο βιβλίον ἀπὸ τῆς ἱερᾶς θύρας ἐκρέματο. καὶ ταῦτα ἐπεῖδεν ἥλιος, καὶ ἀνέγνωσαν ἄνθρωποι· οὐ Τιβερίου Κλαυδίου τῆς πολιτείας ἐπιτροπεύοντος, ἀφ' οὗ Πιλάτος ἐπὶ τὴν Ἰουδαίων ἡγεμονίαν ἐστάλη· ἀλλὰ τῆς εὐσεβοῦς Θεοδοσίου γενεᾶς τὰ σκῆπτρα Ῥωμαίων ἐχούσης, ἀφ' ἧς ἔλαθεν Ἀνδρόνικος ἑαυτῷ μνηστεύσας ἀρχὴν, ἐκ τοῦ Πιλάτου φρονήματι. γέλως ἦν τοῖς ″ παριοῦσι τῶν ἑτεροδόξων τὰ γράμματα, καθάπερ Ἰουδαίοις τὰ προγεγραμμένα τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. καίτοι τὸ ἐπίγραμμα τοῦ σταυροῦ, γεγονὸς ἀπὸ γνώμης οὐκ εὐσεβοῦς, σεμνὸν ἦν ἐπὶ λέξεως, δι' οὗ βασιλεὺς ὁ Χριστὸς ἐκηρύττετο. ἐνταῦθα δὲ ἡ γλῶττα τῇ γνώμῃ συνέβαινε. τὰ δὲ δὴ μετὰ ταῦτα τῶν πρώτων ἐστηλιτευμένων βαρύτερα. ἐπειδὴ γὰρ ἦν τινὰ κατ' ἐχθροῦ πρόφασιν εὑρησόμενος· ἔχθρα δὲ ἦν αὐτοῖς, ὅτι γάμοις ὁ μὲν ἐσπούδαζεν, ὁ δὲ ἐκώλυεν· ἐκείνοις αὐτὸν τοῖς ἀποτροπαίοις κολαστηρίοις ᾐκίζετο, ἃ μὴ παραδοθείη τῇ διαδοχῇ τοῦ χρόνου· μετ' αὐτοῦ δὲ ὥσπερ ἤρξατο, παύσαιτο· καὶ γένοιτο τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἀκοὴ ταῦτα τῆς ἡγεμονίας Ἀνδρονίκου συνθήματα. ἐπειδὴ οὖν ἀνὴρ εὐγενὴς, οὐκ ἀδικῶν, ἀλλ' ἀτυχῶν ἐπ' αὐτοῖς κατετείνετο, καὶ ταῦτα τὸ τῆς μεσημβρίας ἕδραστο σταθερώτατον, ἵν' ὑπὸ μόνοις μάρτυσι τοῖς δημίοις ἀπόλοιτο· καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἔγνω γινομένην αὐτῷ συμπαθῆ, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ μαθόντες εὐθὺς, ὡς εἴχομεν, ἐξεδράμομεν, ἐφ' ᾧ παρακαθίζησαι, καὶ συνδιενέγκαι τὴν συμφορὰν· λυττᾷ πρὸς τὴν ἀκοὴν, εἴ τις ἐπίσκοπος ἂν ἐλεῆσαι τετόλμηκεν ἄνθρωπον ἀπηχθημένον αὐτῷ. καὶ πολλὰ καὶ παράνομα νεανιευσάμενος, τοῦ θρασυτάτου τῶν ὑπηρετῶν Θόαντος αὐτὸν ἐρεθίζοντος, ᾧ χρῆται πρὸς τὰς δημοσίας συμφορὰς ὀργάνῳ, πέρας ἐπέθηκε τῇ μανίᾳ τὴν ἀθεωτάτην φωνὴν εἰπὼν, ὅτι μάτην ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἤλπισε, καὶ οὐδεὶς ἂν ἐξαιρεθείη τῶν Ἀνδρονίκου χειρῶν, οὐδ' ἂν εἴ τις τὸν πόδα κρατήσῃ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. ταύτην ἀπαιδεύτῳ γνώμῃ καὶ γλώττῃ τρὶς ἀνεφθέγξατο τὴν φωνὴν, μεθ' ἣν οὐκέτι νουθετητέος ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὥσπερ μέλος ἀνίατος ἔχων ἀποκοπτέος ἡμῖν, ἵνα μὴ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τὸ ὑγιαῖνον συμφθείρηται. ὁ γὰρ μολυσμὸς διαδόσιμος γίνεται, καὶ ὁ θιγὼν ἐναγὴς, ἀπολαύει τῆς προστροπῆς. δεῖ δὲ εἶναι καὶ γνώμῃ καὶ σώματι καθαροὺς τῷ θεῷ· ἐπὶ τούτοις, ἡ Πτολεμαΐδος ἐκκλησία, τάδε πρὸς τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἑαυτῆς ἀδελφὰς διαστέλλεται.

″ γρ. παριοῦσι

Ἀνδρονίκῳ, καὶ τοῖς αὐτοῦ, Θόαντι, καὶ τοῖς αὐτοῦ μηδὲν ἀνοιγνύσθω τέμενος τοῦ θεοῦ. ἅπας αὐτοῖς ἱερὸς ἀποκεκλείσθω, καὶ σηκὸς καὶ περίβολος. οὐκ ἔστι τῷ διαβόλῳ μέρος ἐν παραδείσῳ· ὃς κἂν λάθῃ διαδὺς, ἐξελαύνεται. παρακελεύομαι μὲν οὖν καὶ ἰδιώτῃ παντὶ καὶ ἄρχοντι, μήτε ὁμωρόφιον αὐτοῖς, μήτε ὁμοτράπεζον γίνεσθαι· ἱερεῦσι δὲ διαφερόντως, οἳ μήτε ζῶντας αὐτοὺς προσ-

maledixit, factis quidem, ex quo edicta sua ad Ecclesiæ valuas affixit, quibus contra leges à se vexatis aditum ac supplicationem ad sacrum altare, tamquam asylum, intercludebat. Dei verò sacerdotibus ea minabatur quæ vel Phalaris Agrigentinus, vel Cephren Ægyptius, vel Sennacherib Babylonius timuisset, is qui Hierosolymam nuntios misit qui Deo & Ezechiæ convicia dicerent. Illum dico diem alteram Deo crucem attulisse. Nam ad Christi contumeliam infamis iste libellus è sacris foribus pendebat. Et hæc sol vidit, & homines legerunt, non Tiberio Claudio remp. administrante, à quo Pilatus ad Iudæorum præfecturam missus est, sed pia Theodosii stirpe Romanorum sceptra moderante, à qua furtim Andronicus sibi præfecturam exambiit, eadem qua Pilatus mente præditus. Risui prætereuntibus erant infidelibus illæ tabulæ, quemadmodum Iudæis quæ ad crucem Christi adscripta legebantur. Quamquam ipsa crucis inscriptio, ut non religioso ab animo profecta, at verbis ipsis perhonorifica fuit, quibus Rex Christus prædicabatur. hîc autem lingua cum animo congruebat. Quæ verò deinceps acciderunt, longè iis quæ affixa sunt acerbiora fuerunt. Cùm enim nonnihil adversùs inimicum occasionis nactus esset, (inimicitiæ autem inde inter eos ortæ fuerant quòd noptias hic affectabat, ille prohibebat) iis illum furialibus suppliciis torquere instituit quæ minimè posteritatis memoriæ prodantur; sed cum ipso, uti cœpere, desinant, sintque hæc ad posteros Andronici magistratus signa auditione tenus propagata. Sed cùm nobilis vir nihil injustè molitus, sed calamitosus, ob hæc excarnificaretur, & ista sub meridianum ipsum diei ardorem agerentur, ut solis carnificibus testibus periret, postquàm condolere illi Ecclesiam sensit, nullo quidem alio ex indicio, sed quòd statim ut audivimus, è vestigio accurrimus, ut ei adsideremus, & miseriæ participes essemus, his ille auditis furore præceps agitur quòd Episcopus ullus misereri illius auderet hominis cui ipse esset inimicus. ac plurima impiaque insolenter jactitans, audacissimo satellitum Thoante ad id eum incitante, quo ad publicas calamitates administro utitur, tandem scelestissima in voce furorem terminavit suum, frustra illum dicens spem aliquam in Ecclesia collocasse, neque quemquam ex Andronici manibus ereptum iri, non si pedem ipsum Christi manibus amplectatur. In hanc ille vocem imperita mente ac lingua ter erupit. secundùm quam nihil est quòd ampliùs moneamus hominem, sed velut membrum insanabile à nobis est segregandus, ne illius contagione quod sincerum est corrumpatur. Labes enim facilè communicatur; & qui impurum tetigerit, piaculum noxamque contrahit. Esse autem coram Deo & mente & corpore puros convenit. Ob hæc Ptolemaidis Ecclesia ad omnes ubique terrarum sorores suas Ecclesias hæc decernenda censuit.

ANNO CHRISTI 411.

Andronico ejusque sociis, Thoanti, & ejus sociis nullum Dei templum aperiatur. omnis illis religiosa ædes ac septa claudantur. Nulla diabolo in paradiso pars est: qui si clàm irrepserit, expellitur. Ac cùm privatos omnes, & magistratus hortor ut nec ejusdem cum illo tecti neque mensæ participes esse velint, tum sacerdotes inprimis, qui nec viventes illos salu-

ANNO CHRISTI 411.

tabunt, nec mortuos funebri pompa deducent. Sin quisquam, velut exiguæ urbis, Ecclesiam nostram contempserit, & ab ea damnatos receperit, quasi pauperi parere nihil necesse sit, noverit scissam à se Ecclesiam esse, quam unam esse vult Christus. Atque hic sive Levita, sive Sacerdos sit, sive Episcopus, apud nos eodem atque Andronicus loco censebitur, neque cum eo dextram jungemus, nec eadem ex mensa vescemur unquam. Tantum abest ut cum iis arcana mysteria communicemus qui cum Andronico & Thoante partem aliquam habere voluerint.

ἔλθοι, μήτε πλουτήσαντας συμπαραπέμψουσιν. εἰ δέ τις ὡς μικροπολίτιν ἀποσκυβαλίσει τὴν ἐκκλησίαν, καὶ δέξεται τοὺς ἀποκηρύκτους αὐτῆς, ὡς οὐκ ἀνάγκη τῇ πένητι πείθεσθαι· ἴστω σχίσας τὴν ἐκκλησίαν, ἣν μίαν ὁ Χριστὸς εἶναι βούλεται. ὁ δὲ τοιοῦτος, εἴ τε Λευίτης εἴη, εἴ τε Πρεσβύτερος, εἴ τε Ἐπίσκοπος, παρ' ἡμῖν ἐν Ἀνδρονίκου μοίρᾳ τετάξεται, καὶ οὔτε ἐμβαλοῦμεν αὐτῷ δεξιὰν, οὔτε ἀπὸ τῆς αὐτῆς ποτε σιτησόμεθα· πολλοῦ δὲ δεήσομεν κοινωνῆσαι τῆς ἀπορρήτου τελετῆς τοῖς ἐθελήσασιν ἔχειν μερίδα μετὰ Ἀνδρονίκου καὶ Θόαντος.

ANNO CHRISTI 411.

Andronicum postea pœnitentiam simulantem fuere qui Synesio suaderent ut in gratiam reciperet, & ideo abstineret à mittenda epistola illa. quod se fecisse in-
Idem epist. 72. *vitum idem testatur. Nosse enim se penitus hominem putabat, qui quidvis facilè diceret ac faceret: atque adeo prædicebat illum qualibet de causa ad ingenium esse rediturum. Neque fefellit. Nam post hanc indulgentiam pejora quàm antea perpetravit, magnamque, ut Synesius ait, ad excommunicationis causas accessionem fecit. Nondum tentata erat bonorum proscriptio, nondum cædes perpetrata. Tum verò missam oportuit excommunicationis sententiam. Postea mi-* Idem epist. 89.
ser ille propter sua flagitia productus coram judice, illic capitalem haud dubiè sententiam excepisset, nisi eum Ecclesia funesto tribunali detraxisset: qua & ceteris in rebus leviores illi multò calamitates reddidit. Sunt enim Ecclesiæ mores ejusmodi ut depressos extollat, elatos deprimat, ut illic scribit idem Synesius.

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

GESTA COLLATIONIS HABITÆ CARTHAGINE INTER EPISCOPOS CATHOLICOS ET DONATISTAS

ANNO CHRISTI CCCCXI.

PRÆFATIO.

Gesta collationis Carthaginensis inter Episcopos catholicos & Donatistas quæ nunc extant, integra non sunt, sed abbreviata ex illis quæ conscripta fuerant coram Marcellino Notario. Nam cùm illa valde prolixa essent, ut Augustinus ait in epistola quinquagesima, timendumque propterea esset ne in contemptum venirent, Severianus & Iulianus à Marcello Memoriali, qui collationi interfuerat & cum Marcellino communicaverat laborem librandæ disceptationis, exegerunt uti fastidia lectionis remedio brevitatis excluderet. Quippe Donatistæ, cùm obtinere à cognitore non potuissent ne collatio fieret & ut prorsùs causa ipsa non ageretur, *hoc effecerunt*, inquit Augustinus, *multùm loquendo ut quod actum est, difficilè legeretur.* Augustin. epist. 152. Quapropter Marcellus Memorialis obsecundans postulatis amicorum suorum, superflua resecavit, & gesta eo modo concinnavit quo nunc à nobis leguntur. Ea sanè olim studiosè excepta, conscripta, collataque fuerant, inquit Balduinus, sed temporis injuria posteritatisque negligentia intercideranc, donec tandem anno MDLXVI. in manus ejusdem Balduini venere beneficio viri clarissimi Ioannis Tilii Episcopi Meldensis. Quòd autem non omnino perierunt, debemus, opinor, quicquid alii contrà sentiant, nobilissimæ Ecclesiæ Lugdunensi, quæ illustre hoc antiquitatis monumentum diù in bibliotheca sua servavit. Cui rei indicio est etiam inscriptio vetus posita in initio veteris exemplaris, ei similis quæ extat in capite codicis Tertullianei quem eidem Ecclesiæ obtulit Agobardus Archiepiscopus. Sic ergo legitur in fronte istorum gestorum.

LIBER OBLATVS AD ALTARE SANCTI STEPHANI VOTO FVLCHERII CANONICI.

Tum verò Balduinus, qui existimabat, & verè, magnum sibi quendam thesaurum esse oblatum, ea gesta accuratè legit & expendit, & interea dum ederentur, historiam istius collationis vulgavit. Poterat ille leviore compendio gesta edere, si voluisset. Sed haud dubiè intelligebat multa menda extare in veteri codice, quæ auferre destinabat, multa etiam quæ explicatione indigerent ut ex eis colligi posset aliquis fructus. Fecisset sanè rem gratissimam Theologo Lovaniensi qui curam susceperat emendandi Breviculi Augustiniani. Ille enim testatur se, cùm hæc acta magno redempta optavisset, atque apud Balduini tum defuncti amicos & heredes inquiri jussisset, intellexisse dilapsa nescio quò fuisse. Transierant illa in jus & potestatem celeberrimi viri Angeli Vergetii, hominis quidem Græci, sed Latinè doctissimi; à quo ea deinde habuit Claudius Mondinus Advocatus Parisiensis, cujus beneficio servata esse scribit Papirius Massonus. Prima hinc eorum editio prodiit Parisiis anno MDLXXXIX. opera ejusdem Massoni, sed, quod dolendum est, ita mendosa ut præter errata veteris librarii, multa adhuc nova

ANNO CHRISTI 411. — COLLATIO CARTHAG.

commissa ab illo sint. Tandem anno MDXCIV. mense Februario venerandus hic codex & auro contrà æstimandus ad magnum illum Petrum Pithœum pervenit, ei datus à Mondino causa permutationis cum Codice Henrici III. Francorum Regis. Et Pithœus quidem, collatione facta cum veteri exemplari, meliorem fecit editionem Massoni, sed non ita tamen quin adhuc multò plura superfuerint emendanda post laboriosas & doctas summi viri vigilias. Nos itaque, quum intelligeremus quanti momenti esset hæc gesta habere sana, quantumque hinc utilitatis accederet Ecclesiæ si emendatiora prodirent, hunc laborem lubenter suscepimus, satis amplam qualiscunque operæ nostræ mercedem recepturi si noster hic conatus Ecclesiæ placuerit & ordini literatorum. Primùm itaque clarissimorum virorum editiones contulimus cum eo ipso veteri exemplari quo illi usi sunt, quod nunc censetur in locupletissima bibliotheca Colbertina, tanti plurimi æstimandum quod aliud ullibi extare hactenus est incompertum. Deinde errata quoque veteris librarii, quæ admodum multa sunt, sustulimus pro modulo virium nostrarum, secuti in hoc vel doctissimorum virorum judicium, qui varia istorum gestorum loca sanare per transennam studuerunt, vel conjecturas nostras, quum certæ nobis visæ sunt. Nam quod Iacobus Cujacius lib. IV. Observat. cap. XXXI. adnotat multos errores in libros juris civilis attulisse veterem per notas scribendi rationem, de gestis istis affirmari potest absque ullo periculo reprehensionis. Præterea adhibuimus auctoritatem veterum scriptorum, præcipuè verò sancti Augustini Episcopi Hipponensis, cui uni plus quàm ceteris in hac causa debet Ecclesia. Mutationum porrò omnium à nobis in textum inductarum rationem reddere & fastidiosum fuisset lectoribus & non admodum utile, nobis verò valde onerosum. Itaque de his quæ manifestæ erant plerunque siluimus; earum verò rationem reddidimus quæ aliquid difficultatis habere videbantur, aut quæ illustratione indigebant. Sanè affirmare verè possumus editionem hanc nostram multò meliorem esse omnibus iis quæ usque ad hanc diem prodierunt, idque facilè intellecturos eos qui illam contulerint cum Massoniana & Pithœana, ex quibus reliquæ ortæ sunt. Nam si cui tantum otii erit, is profectò facilè animadvertet quàm multa exciderint Massono & Pithœo, quæ nos reposuimus ex veteri codice, quàm multa errata ab illis non animadversa, quæ nos satis feliciter, ut quidem opinamur, emendavimus. Illud dolendum, quòd hiatus omnes supplere nequivimus, præsertim ubi agebatur de restituendis nominibus Episcoporum viginti Ecclesiæ catholicæ quæ exciderunt in recitatione subscriptionum. Quoniam verò magna pars tertiæ cognitionis desideratur, quæ necessariò petenda est ex Breviculo sancti Augustini, ut pridem monuit Papirius Massonus, gestis adjunximus fragmentum ex illo Breviculo, ab eo videlicet loco ubi gesta deficiunt. Quantum autem intersit rei publicæ Christianæ ea habere sana & integra vel hinc liquet quòd per annos singulos lectitata in Ecclesiis Africanis fuisse testatur idem Augustinus in epistola LVIII. & in libro de gestis cum Emerito. Dedimus & illud quorundam suasionibus ut huic fragmento subjungeremus nomina Episcoporum utriusque partis quæ recitata sunt in cognitione primæ diei, tum etiam seorsim nomina eorum qui ab utraque parte electi sunt ad suscipiendam collationem. Ob quam etiam causam isthic edidimus eos sermones quos idem sanctus Episcopus habuit instante collatione & post collationem, quorum mentionem facit Possidius in indiculo operum ejusdem.

Addidimus præterea constitutiones post hanc conlationem ab Imperatore Honorio editas; quas & nos putamus respicere ad ea quæ gesta in collatione sunt, & ita viris aliquot doctis persuasum fuisse animadvertimus. Reliquum est ut nonnulla dicamus de anno quo ista acta sunt. Quæ disquisitio esset profectò inutilis, cùm habitam collationem constet anno qui secutus est post consulatum Varanis, nisi vir summè doctus nobisque nunquam sine laude nominandus Iacobus Sirmondus eam rejecisset in annum alterum post consulatum Varanis, id est, in annum quadringentesimum duodecimum, eo in primis argumento quòd incboatam constet Kalendis Iuniis, ex sermone autem quem sanctus Augustinus habuit instante collatione colligatur paulò ante collationem peractum fuisse jejunium Pentecostes, quod illo anno desiit IV. Kalendas Iunias. *Deprecamini nobiscum*, inquit Augustinus, *Dominum sollennibus jejuniis. quæ jam reddimus Deo, reddamus & pro causa. Iam enim jejunamus post Pentecosten sollenniter; & utique jejunaremus, etiamsi ista causa non esset.* Sanè verum est dominicum diem Pentecostes incidisse anno CCCCXII. in diem IV. Kalendas Iunias. Sed eo die finitum esse jejunium Pentecostes, quod nullum unquam fuit ante Pentecosten, dici verè non potest. Verus ergo ac genuinus, ut ego quidem arbitror, verborum Augustini sensus hic est. Agebantur jejunia quæ quatuor tempotum Pentecostes vocamus, quæ post Pentecosten sollenniter celebrari vetusta lex Ecclesiæ jubet; & tum Augustinus eum sermonem habuit, instante collatione. quod est valde notandum. Nam hinc manifestè colligitur necesse fuisse ut eo anno quo Episcopi Carthaginem convenere ad faciendam collationem, jejunium quatuor temporum Pentecostes evenerit ante Kalendas Iunias, cùm eo die cœpta sit collatio. At verò id fieri non potuisse anno CCCCXII. ex eo deprehenditur quòd tum dominicus dies Pentecostes inciderit in diem IV. Kalendas Iunias, ut suprà monuimus. Rectiùs illa concurrunt in annum CCCCXI. quo Pascha fuit VII. Kalendas Apriles, Pentecostes verò pridie Idus Maias, & jejunium quatuor temporum Pentecostes incepit XVII. Kalendas, desiit verò XIV. Kalendas Iunias, id est ante dies decem quàm Episcopi disceptationem aggrederentur. Nam eo die catholicos Episcopos fuisse apud Carthaginem patet ex collatione prima cap. XXVII. XXIX. & ex collatione secunda cap. L.

Interim autem dum expectabatur dies Kalendarum Iuniarum, Episcopi catholici, quod antea sæpe fecerant, inter se conferebant de modis revocandæ ac retinendæ unionis in Ecclesia Africana. Tum verò res sanè memorabilis & boni exempli accidit, quæ meritò referenda est in hoc loco, ut sit veluti viæ dux ad sequendum divinum spiritum qui apparet per omnes paginas istius collationis. Refert illam sanctus Augustinus, testis videlicet omni exceptione major, in libro de gestis cum Emerito, his verbis.

Dicam caritati vestræ & commemorem rem dulcissimam & suavissimam, quam Domino adjuvante sumus experti. Cùm ante ipsam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur, quia pro pace Christi Episcopi debent esse aut debent non esse, quod vobis fatendum est, circumspicientes omnes fratres & coëpiscopos nostros, non facilè nobis occurrebant qui hoc vellent suscipere & de hac humilitate Deo sacrificare. Dicebamus ut fieri solet, ille potest, ille non potest, ille consentit hoc, ille non tolerat, loquentes magis pro suspicionibus nostris, qui corda illorum videre minimè poteramus. Quando autem ventum est ut hoc palam fieret in Concilio universorum tam frequenti penè trecentorum Episcoporum, sic exarserunt omnes ut parati essent

episcopatum pro Christi unitate deponere, & non perdere, sed Deo tutiùs commendare. Duo ibi vix inventi sunt quibus displiceret; unus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberiùs ausus est; alter voluntatem suam tacito vultu significavit. Sed postea quàm illum senem liberiùs hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, illo mutante sententiam, vultum etiam ille mutavit.

Anno Christi 411.
Collatio Carthag.

SANCTI AVGVSTINI EPISCOPI HIPPONENSIS sermo primus de laude pacis, habitus instante collatione Donatistarum anno CCCCXI. exeunte Maio.

Ex editione v. c. Iacobi Sirmondi.

Tempus est exhortari caritatem vestram pro viribus quas Dominus donat ad pacem amandam & pro pace Dominum deprecandum. Sit ergo pax dilecta nostra & amica, cum qua sit castum cubile cor nostrum, cum qua sit fida requies & non amarum consortium, cum qua sit dulcis complexus & inseparabilis amicitia. Pacem laudare difficilius est quàm habere. Si enim eam laudare volumus, vires optamus, sensus quærimus, verba libramus. Si autem habere volumus, sine aliquo labore habemus & possidemus. Laudandi sunt qui amant pacem: qui autem oderint, meliùs interim docendo ac tacendo pacandi quam vituperando provocandi. Verus pacis amator inimicorum ejus amator est. Quemadmodum enim, si lucem istam amares, cæcis non irasceteris, sed eos dolores, (Quale enim bonum tu caperes, nosses, & ideo quanto bono illi fraudarentur conspiciens, misericordia tibi digni viderentur, & si opes haberes, si artem, si medicamentum, potiùs ad eos sanandos curreres quàm damnandos) ita si pacis amator es, quisquis es, miserere eum qui non amat quod amas, qui non haber quod habes. Talis quippe est res quam diligis ut non invideas compossessori tuo. Habet tecum pacem, & tibi non angustat possessionem. Quicquid terrenum amas, difficile est ut habenti non invideas. Deinde si fortè ascendit in animum tuum terram quam possides communicare cum amico, ut laudetur benevolentia tua, ut etiam in istis temporalibus rebus caritas prædicetur; si ergo velis possessionem tuam terrenam, velut prædium, velut domum, vel quodlibet hujusmodi, communicare cum amico, communicas cum uno, & admittis eum ad societatem, & gaudes cum illo. Cogitas admittere tertium fortassis & quartum. Iam attendis quantos capiat, quantos ferat, vel domus ad inhabitandum, vel ager ad pascendum; & dicis jam: Quintum non capit, sextus habitare non potest nobiscum, septimum quando pascit tantilla possessio? Excludit ergo ceteros, non tu, sed angustia. Ama pacem, habe pacem, posside pacem, cape ad te quantos potes ad possidendam pacem. Tanto latior erit quantò à pluribus possidebitur. Domus terrena cohabitatores multos non capit: possessio pacis cum multis habitatoribus crescit. Quàm bonum est amare! Hoc enim est habere. Quis autem nolit crescere quod amat? Si paucos tecum vis esse in pace, parva tibi erit pax. si vis crescere istam possessionem, adde possessorem. Nam illud quod dixi, fratres, bonum est amare pacem, & ipsum amare est habere, quanti constat? Qua voce laudetur, quo corde cogitetur, Hoc est habere quod amare? Considera cetera quorum homines cupiditate conflagrant. Vide alium amare fundos, argentum, aurum, filios numerosos, pretiosas & ornatas domos, amœnissima & pretiosissima prædia. Amat hoc? Amat. Numquid jam qui amat habet? Potest fieri ut horum omnium amator inanis sit. Quando non habet amat, & cupiditate ardet ut habeat. Cùm autem habere cœperit, timore cruciatur ne perdat. Amat honorem, amat potestatem. Quanti homines potestatibus accipiendis privati suspirant, & plerunque antè illos occupat ultimus dies quàm perveniant ad id quod amant? Quanti ergo constat quod cùm amaveris habebis? Non pretio quæris quod amas, non ambulas ad patronum, per quem pervenias. Ecce ubi stas ama pacem, & tecum est quod amas. Res ista cordis est, nec sic cum amicis communicas pacem quomodo panem. Panem quippe si communicare velis, quanto plures sunt quibus frangitur, tanto minus fit unde datur. Pax autem illi pani similis est qui in manibus discipulorum Domini frangendo & dando crescebat. Habete igitur pacem, fratres. Si vultis ad illam trahere ceteros, primi illam habete, primi illam tenete. In nobis ferveat quod habetis, ut alios accendat. Odit pacem hæreticus, & lucem lippus. Numquid ideo mala lux quia lippus non potest eam tolerare? Odit lucem lippus, sed tamen propter lucem creatus est oculus. Datur itaque opera ab eis qui amant pacem, & volunt secum possideri quod amant, ut possessore addito crescat possessio. Dent ergo operam curari oculos lipporum qualibet ope, quolibet conatu. Nolens curatur, non vult dum curatur; sed dum lucem viderit, delectabitur. Puta quia succenset; noli instando defatigari, amator pacis. Attende, & delectare tu prior pulcritudine dilectæ tuæ, & inardesce ad trahendum alterum. Videat quod vides, amet quod amas, teneat quod tenes. Alloquitur te dilecta tua, quam diligis. Loquitur tibi, Ama me, & continuo ames me. Adduc tecum quos potest ad amandum me. Casta ero, & integra permanebo. Adduc quos potes, inveniant, teneant, perfruantur. Si lucem istam non corrumpunt, multi videntes me; si corrumpunt, multi amantes; sed nolunt venire, quia non habent unde me possint videre. Nolunt venire, quia splendor pacis reverberat lippitudinem dissensionis. Vide miserandam vocem lipporum. Nuntiatur illis, Visum est ut pacem habeant Christiani. Tali nuntio illi accepto, aiunt inter se: Væ nobis. Quare? Vnitas venit. Quid est, quæ vox: Væ nobis, unitas venit? Quanto justiùs diceretis: Væ nobis, dissensio venit. Absit hoc ut veniat: hæc tenebræ sunt videntium. Nam

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

venit unitas, gaudendum est, fratres. Quid expavisti? Vnitas venit, dictum est. Num dictuo est, Fera venit, ignis venit? Vnitas venit, lux venit. Si velit veridicè respondere, dicet vobis: Non expavi quia fera venit, (non enim timidus sum) sed expavi quia lux venit. Lippus enim sum. Danda igitur opera curandi. Communicandam est cum illis quod communicatione non sit angustum, pro viribus quantum valemus, quantum donat Deus. Proinde, carissimi, exhortor caritatem vestram ut exhibeatis illis Christianam & catholicam mansuetudinem. Nunc curandis instatur. In fervore sunt oculi sanctorum. Cautè curandi leniterque tractandi sunt. Nemo suscipiat cum aliquo litem, nemo velit nunc vel ipsam suam fidem altercando defendere, ne de lite scintilla nascatur, ne quærentibus occasionem occasio præbeatur. Prorsùs convitium audis; tolera, dissimula, præteri, memento curandum. Videte quàm blandi sunt medici eis quos etiam mordaciter curant. Audiunt convitium, præbent medicamentum, nec reddunt convitium convitio. Verbum sit verbo. Vt unus sic curandus, alter curat, non duo litigantes. Ferrote, obsecro, fratres mei. Sed non, fero, inquit, quia blasphemat Ecclesiam. Hoc te rogat Ecclesia ut feras, quia blasphemaretur Ecclesia. Detrahit, inquit, Episcopo meo: crimen dicit in Episcopum meum, & taceo? Crimen dicat, & tace non agnoscendo, sed ferendo. Hoc præstas Episcopo tuo, si pro illo illo tempore oon misceatis. Intellige tempus, habeto consilium. Deum tuum quanti blasphemant? Tu audis, & ille non audit? Tu nosti, & ille non novit? Et tamen facit oriri solem super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Ostendit patientiam, differt potentiam. Sic & tu agnosce tempus, noli provocare tumentes oculos ad turbandos se ipsos. Amator pacis es. Sit tibi in corde bene cum dilecta tua. Et quid agam? Habes quod agas. Tolle jurgia, convertere ad preces. Noli conviciis repellere conviciantem, sed ora pro eo. Loqui vis illi contra illum: loquere Deo pro illo. Non tibi dico quid taceas; sed elige magis ubi loquaris, apud quem tacitus loqueris, labiis clausis, corde clamante. Vbi non te videt, ibi esto bonus pro illo. Illi autem pacem non amanti & litigace volenti responde pacificus: Quidquid vis dicas, quantumlibet odetis, ut placuerit detesteris, frater meus es. Qod agis ut non sis frater meus? Prorsùs bonus malus, volens nolens, frater meus es. Et ille: Vnde sum frater tuus, hostis inimice? Sic quomodo ista dicis, frater meus es. Mirum videtur. Odit, detestatur, & frater est. Illi enim vis credam nescienti quid loquatur cujus opto sanitatem, ut lucem videat, & fratrem agnoscat? Illi ergo vis credam quia non sum frater ipsius, quia detestatur, quia odit, & non potiùs ipsi luci? Audiamos quid dicat ipsa lux. Prophetam lege. *Audite qui pavetis verbum Domini.* Spiritus sanctus loquitur per Isaiam Prophetam. *Audite qui pavetis verbum Domini. Dicite, fratres nostri estis, eis qui vos oderunt & qui vos detestantur.* Quid est? radiavit lux, ostendit fraternitatem; & adhuc dicit lippus, claude fenestram. Præbe oculos tuos luci. agnosce fratrem in tenebris non constitutum; & dic, dic securus verba Dei, & dicis non mea. *Dicite*, dicit Deus, *fratres nostri estis.* Quibus? *eis qui vos oderunt.* Nam quid mirum si dicitis eis qui vos diligunt? His qui vos oderunt & qui vos detestantur. Vt quid hoc? Audi, & causæ aspice fructum. Velut interrogaveris Dominum Deum tuum, & dixeris, Domine, quomodo dicam, frater meus es, qui odit, qui detestatur? Dic quare. *Vt nomen Domini honorificetur. Appareat vel in jocunditate. Ipsi autem erubescant.* Vide obsecro fructum patientiæ tantæ mansuetudinis. *Dicite, fratres nostri estis.* Quare? *ut nomen Domini honorificetur.* Quare autem non te agnoscit fratrem? quia nomen hominis homines honorificavit. Ergo dic: Frater meus? Oderis licèt, detesteris licèt, frater meus es. agnosce in te signum patris mei. sermo patris nostri. Male frater, litigiose frater, frater meus es tu. Dicis etenim tu, quomodo & ego, *Pater qui es in calis.* Vnum dicimus. Quare in uno non sumus? Rogo te, frater, agnosce quod mecum dicis, & damna quod contra me facis. Adverte verba exeuntia de ote tuo. audi non me, sed te. Vide cui dicimus, *Pater noster qui es in cœlis.* Non amicus, non vicinus, sed ipse cui dicimus concordare nos jubet. Simul habemus apud patrem unam vocem. Quare non simul habemus unam pacem? Talia dicite ardenter, dicite leniter. Dicite ardentes fervore caritatis, non timore dissensionis, & deprecamini nobiscum Dominum solemnibus jejuniis. Quæ jam reddimus Deo, reddamus & pro causa. Iam enim jejunamos post Pentecostem solemniter; & ubique jejunaremus, etiamsi ista causa non esset. Quid ergo debemus fratribus nostris, quos in nomine Domini Dei nostri, medici nostri, curandos sanandosque suscipimus, illi offerentes ut sanentur, non nobis manus medici præsumentes? Sed quid facimus? Deprecemur ipsum medicum, jejunantes humili corde, pia confessione, timore fraterno; Exhibeamus Domino pietatem, fratribus caritatem. Crescant enim eleemosynæ nostræ, quibus exaudiantur faciliùs orationes nostræ. Hospitalitatem sectamini. Tempus est. Servi Dei veniunt. Tempus est, occasio est. Quare perit? Attende quid habes in cœnaculo domus tuæ. Attende & sursum quid reponas, quid tibi serves, de quo thesauro solo securus es. Pone sursum; commenda non servo tuo, sed domino tuo. Numquid illic times ne fur obrepat, ne effractor invadat, ne hostis turbulentus eripiat? Fac ut habeas quod tibi reddatur, nec hoc tibi redditur quod posueris. Fœneratorem te vult Dominus, sed suum, non proximi tui.

SANCTI AVGVSTINI EPISCOPI HIPPONENSIS sermo secundus de pace & caritate, ante collationem Donatistarum.

Editio Sirmondi collata cum veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ.

CVram nostram pro vobis & pro inimicis nostris & vestris, & pro salute omnium, pro quiete, pro pace communi, pro unitate quam Dominus jussit, Dominos diligit, adjuvent preces sanctitatis vestræ, ut de illa identidem ad vos loquamur, & vobiscum gaudeamus. Et enim de pace & caritate loqui, si semper amamus, semper debemus; multò magis ergo isto tempore, quando pax sic amatur ut in periculo ejus amandæ & tenendæ constituti illi quibus malum pro malo non

reddimus, & cum quibus, sicut scriptum est, odio habentibus pacem sumus pacifici, & quia pacem loquimur eis, debellare nos volunt gratis. Illi ergo qui tales sunt periclitantur inter amorem partis & confusionem pudoris: nec id agunt cùm vinci nolunt, ut invicti sint. Qui enim a veritate vinci nolunt, ab errore vincuntur.* O si eos caritas potiùs quàm animositas superaret. Inde victores fierent unde victi essent. Nos Ecclesiam catholicam, ad cujus pacem & reconciliationem invitamus inimicos ejus, non humanis opinionibus, sed divinis testimoniis, amamus, tenemus, defendimus. Quid cum illo agam qui pro parte clamat & contra totum litigat? Nonne bonum illi est vinci, qui si victus fuerit, totum tenebit; si vicerit, in parte remanebit? immo si vincere sibi videtur, non vincit nisi veritas. victoria veritatis est caritas. Quid ergo vobis, fratres, Ecclesiam catholicam toto orbe terrarum fructificantem atque crescentem commendem multis verbis & meis? Habemus verba Domini pro illa & pro nobis. *Dominus*, inquit, *dixit ad me, filius meus es tu. ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam fines terra.* Quare ergo, fratres, de possessione litigamus, & non potiùs sanctas tabulas recitamus? Venisse nos opinemur ad judicem. De possessione contentio est; & hæc contentio, non litis, sed dilectionis est. Denique litigator terrenæ possessionis ad hoc litigat ut excludat adversarium, nos ut intromittamus. Litigator terrenæ possessionis cùm audierit adversarium dicentem, Possidere volo, respondet, Non permitto. Ego autem fratri dico: Possideat mecum, volo. Ille litigando dicit. Nolo. Non itaque timeo ne contemnat me Dominus & corripiat sicut illos fratres vel illum fratrem qui eum interpellavit in populo, & ait: *Domine, dic fratri meo ut dividat hereditatem mecum.* Continuò Dominus proferens correptionem, quia odit divisionem, *Dic homo*, inquit, *quis me constituit judicem aut divisorem hereditatis inter vos? Ego autem dico vobis: cavete ab omni cupiditate.* Istam correptionem non timeo. Interpello enim Dominum meum, fateor, interpello. Non tamen dico: *Domine, dic fratri meo ut dividat hereditatem mecum.* Sed dico: Domine, dic fratri meo ut teneat mecum unitatem. Ecce possessionis hujus tabulas recito, non ad hoc ut solus possideam, sed ut fratrem meum mecum nolentem possidere convincam. Ecce tabulas, frater. *Postula à me*, inquit, *& dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam fines terra.* Christo dictum est. Nobis ergo dictum est, quia Christi membra sumus. Quid curris in parte, aut quid remanes in parte? Ecce totum tene quod in tabulis. Quæris inter quem & quem possideas, quomodo solent instrumentis quæri possessores, inter quos sint affines. Qui tibi dedit omnes fines, nullos dimisit affines. Audi sanctarum aliud testimonium tabularum. De Domino dicitur Christo in figura Salomonis: *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terra. Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis & insula munera offerent. Reges Arabum & Saba dona adducent; & adorabunt eum omnes reges terra: omnes gentes servient illi.* Quando dicebatur, credebatur. Quando impletur, negatur. Tene ergo mecum hereditatem à mari usque ad mare, & à flumine, scilicet Iordane, ubi cœptum est Christi magisterium, usque ad terminos orbis terræ. Quare non vis? Quare huic promissioni & hereditati, divinis tuis, inimicus es? Quare non vis? Propter Donatum, propter Cæcilianum? Quis fuit Donatus? Quis Cæcilianus? Vtique homines; si boni, suo bono, non meo. Ergo si mali, malo suo, non meo. Tu Christum accipe, & zelantem Apostolum ejus attende. *Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Vt autem hoc diceret, vide quid horruit. *Vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem. Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Si non in nomine Pauli, multò minùs in nomine [* Cæciliani; multò ampliùs, & multò minùs] in nomine Donati. Et tamen adhuc post apostolicas voces, post Ecclesiæ declarationem & toto mundo dilatationem, dicitur mihi: Non dimitto Donatum, non dimitto nescio quem Caium, Lucium, Parmenianum, mille scissuras. Privabis te sequendo hominem tanta hereditate de qua modò audisti à mari usque ad mare, à flumine usque ad terminos orbis terræ. Quare illum non tenes? quia hominem amas. Quid est homo nisi animal rationale factum de terra? Ideo ergo inimicus es quia terram lingis. Despice hoc potiùs. Noli lingere terram, ut spem ponas in eum qui fecit cœlum & terram. Hæc spes nostra, hæc testimonia. *Deus deorum Dominus locutus est, & vocavit terram à solis ortu usque ad occasum.* Noli remanere in terra, sed quò vocata est terra. Et quis potest tibi omnia de tabulis sanctis possessionis hujus testimonia recitare? Quare ergo non convertuntur ad Ecclesiam, nisi quia ipsius est vox Ecclesiæ: *Convertantur ad me, Domine, qui timent te, & cognoscant testimonia tua.* Vidit hoc Ecclesia quod dixit in psalmo quem modò audistis. Recentia sunt verba in auribus & cordibus vestris. *Omnis consummationis vidi finem.* Quid est, *omnis consummationis vidi finem?* Consummationis perfectionis, non consumptionis. Vidi finem perfectionis, non abolitionis. *Omnis consummationis vidi finem.* Quis est iste finis? Latum mandatum tuum valde. *Finis enim præcepti est*, jam vos dicite mecum. A POPVLO ACCLAMATVM EST, *caritas de corde puro.* Omnes dixistis quod non infructuosè semper audistis. *Finis præcepti est caritas de corde puro*; finis quo perficimur, non quo consumimur. Iste finis latus est, quia mandatum Dei est, de quo eidem dictum est: *Latum mandatum tuum valde. Mandatum novum do vobis ut vos invicem diligatis.* Vide latitudinem mandati hujus ubi latum est? Numquid in carne? In corde potiùs. Nam etsi in carne latum esset, auditores studiosi, angustiar non pateremur. In corde latum est. Vbi latum est vide, si fit unde videas. Et hinc audi Apostolum, quoniam latum est mandatum caritatis. *Caritas autem Dei diffusa est in cordibus vestris.* Non dixit *inclusa*, sed *diffusa*. Verbum enim quod est *inclusa*, quasi angustiar sonat; quod est *diffusa*, latitudinem insinuat. Latum ergo mandatum tuum valde Domine Deus noster, approba quia propter ipsam latitudinem fratres nostros ad possessionem pacis invitamur. Episcopi vultis esse, nobiscum estote. Non vult populus duos Episcopos, nobiscum in hereditate fratres estote. Non propter honores nostros impediamur pacem Christi. quem honorem in cælesti pace accepturi sumus, si honorem nostrum non in terrena lite defendamus. Tollatur paries erroris, & simul simus. Agnosce me fratrem, agnosco te fratrem, sed excepto errore, excepta dissensione. Hoc corrigatur, & meus es. * Cur non vis esse meus? Ego, si te

* Hæc non extant in codice Colbertino, & videntur superflua.

* Cod. Colb. An

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

si te corrigas, volo esse tuus. Ergo, sublato errore de medio, tamquam pariete maceriæ contradictionis & divisionis, esto frater meus, & ego sum frater tuus, ut ambo simus ejus qui dominus est & meus & tuus. Hæc dicimus amore pacis, non diffidentia veritatis. Hoc enim rescripsimus, hoc propositum legistis, quia causam conferendam non fugimus, immo ut conferatur instamus; ut cui demonstravero possessionem, sic cum illo communicem hereditatem. Intrepidus veniat, securus veniat, doctus veniat. Nolo auctoritate præjudicare. Aperiamus oculos ad illum qui errare non potest. Ipse nos doceat quæ sit Ecclesia. Audistis testimonia ejus. Non eam contaminant humana delicta, quam non redemit humana justitia. Et tamen cùm alia sit causa Ecclesiæ, alia hominum, & omnino distincta sit, nec hominum causam formidamus. Quos accusaverunt & convincere non potuerunt, purgatos novimus, purgatos legimus: qui si non essent purgati, non in causa eorum Ecclesiam constituerem, nec ædificarem super arenam & dejicerem de petra; *quia super hanc petram*, inquit, *ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Petra autem erat Christus*. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est? Hæc tenete, hæc amate, hæc fraternè & pacificè dicite. Ad conlationis locum nullus vestrum inruat, fratres mei. Prorsùs, si fieri potest, etiam per illum locum transitum devitate, ne fortè aliquis contentionis & litis aditus inveniatur vel occasio aliqua præbeatur, & inveniant ipsam occasionem qui quærunt occasionem; maximè quoniam qui parum Deum timent, aut admonitionem nostram parvipendunt, vel quia præsentia diligunt, debent saltim terrenæ potestatis * severitatem venerari. Edictum viri illustris publicè propositum legistis, quod quidem non propter vos propositum est, qui Deum timetis & commonitionem Episcoporum vestrorum non contemnitis, sed ne quis ista non curet, ne quis ista contemnat. Videant igitur quales sunt; ne fortè illis eveniat quod ait Apostolus. *Qui enim resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo*. Vitemus omnes seditiones, omnes causas seditionis. Fortè dicitis: Intenti sumus quid facturi sumus. Est quod vobis injungimus, partes fortè uberes pietatis. Nos disputemus pro vobis, vos orate pro nobis. Orationes etiam vestras, sicut jam antè præmonuimus, jejuniis & eleemosynis adjuvate. Addite illis pennas quibus volent ad Deum. Sic agentes negotium, fortasse utiliores nobis eritis quam nos vobis. Nemo enim nostrum in hac disputatione de se præsumit. In Deo est tota spes. Neque enim meliores sumus Apostolo, qui dicit: Orate pro nobis. *Orate*, inquit, *pro me, ut detur mihi sermo*. Illum ergo pro nobis rogetis in quo spem posuimus, ut de nostra disputatione gaudeatis. Tenete ista, fratres, obsecramus vos per nomen ipsius Domini. Per * amorem pacis, plantatorem pacis, dilectorem pacis oramus vos ut eum pacificè oretis, pacificè deprecemini, & meminceritis esse filii ejus à quo dictum est: *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*.

* *Cod. Colbert.* timere severitatem. Et verè edictum

* *Cod. Colbert.* auctorem.

PRÆFATIO MARCELLI MEMORIALIS ad Severianum & Iulianum.

Dilectissimis fratribus & in Christi nomine venerandis Severiano & Iuliano Marcellus Memorialis. Amplector alacriter jussionem qua mihi amanter atque in Domino fiducialiter imperastis ut totius membra negotii & articulos actionis quod per istud volumen actorum prosequutiones partium per longos explicuere conflictus, modulata per me brevitas distinguat & colligat; atque huic operi sola caritate me sentio fateorque sufficere. Ad omnem quippe delegati muneris obsequelam efficaciores vires habet qui præceptis amore jubentium quàm qui fiducia sui paret. Ac jam quidem in hanc operationem, qua in Ecclesiæ negotio pro singulorum viribus laboratum est, quantum mea mediocritas potuit, officii mei symbolam dedi, quòd à viro spectabili, & in quo plurimum insigne probitatis est, Tribuno & Notario Marcellino curarum ascitus in partem, non tam merito meo quàm dignatione censentis, communicavi cum judice librandæ disceptationis laborem. Sed hoc quoque quod me facere voluistis, peculiariter adhibere non piguit; quandoquidem mihi non minor in eadem re voluptas & gloria est solvisse nunc fratribus votum quàm cognitori tunc præbuisse consilium. Quicquid igitur laxiùs à partibus peroratum est, & quicquid interfatibus judicantis utrobique signatum est, sedula breviatione succinxi, consequenter affigens etiam per ordinem notas calculantibus familiares; ut inquirentis intentio indicem secuta brevitatem, ad id quod deprehendere velit in paginis actionis, non absque commoditate compendii, numeris ducibus directa perveniat. Abusi videamur fortassis otio dum ad laborem superflua revocamus. quod nos verè superfluè fecisse fateremur, si in tota voluminum serie perlegenda habiles esse vellent homines ad laborem. Sed periniquum est eos de istius diligentiæ velut quadam inanitate causari, à quibus si in perlegendis jugiter paginis disputationis hujusce non inanis diligentia flagitetur, eam non esse diligentiam sed molestiam confitentur. Vnde, quantum ego arbitror, non opus irritum lusimus, qui fastidia lectionis remedio brevitatis exclusimus. Certè si ex ipsius operationis atque utilitatis effectu absolutum esse non poterit quòd vanus labor iste non fuerit, idcirco tamen non ineptum est quicquid hic egi, quia in hoc vobis jubentibus parui. Nunc oraverim ut in vicissitudinem meriti pro

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

me orare dignemini. Ita enim fiet ut quod sponte facitis, mihi tamen cedat in remunerationem. Omnipotentia Trinitatis, id est, omnipotentia Dei nostri, caritatem vestram jugiter nostri memorem perpetua pietate custodiat, Domini meritò dilectissimi & in Christi nomine venerabiles fratres.

EXPLICIT EPISTVLA CAPITVLORVM.

INCIPIVNT CAPITVLA GESTORVM.

LXIX. Interloquutio [cognitoris] quòd [de] incompetenter ordinatis mandatum ſibi non ſit.
LXX. Vbi iterum Donatiſtæ proſequuntur judicari debere de numero partis utriuſque.
LXXI. Interloquutio quòd multitudo opus non ſit.
LXXII. Reſponſio catholicorum, ubi excuſant abſentiam ſuorum.
LXXIII. Interloquutio ut venirent omnes.
LXXIV. Vbi rurſus catholici turbas non opus eſſe reſpondent.
LXXV. Interloquutio cognitoris, utrum loco uno eſſent Epiſcopi catholici qui dicebantur abſentes.
LXXVI. Reſponſio catholicorum neſcire ſe ubi ſint, nec debere venire ad conlationis locum niſi eos de quibus dubitatur.
LXXVII. a Vbi dicunt Donatiſtæ [a] quòd impugnet ſe actio catholicorum, & inſtant ut omnes catholici veniant qui ſubſcripſerunt.
LXXVIII. Vbi catholici tumultum vel ſtrepitum cavent.
LXXIX. Interloquutio confirmans ſuperiùs dicta.
LXXX. b [[b] Vbi dicunt Donatiſtæ fruſtra conqueri catholicos de tumultu.
LXXX. Reſponſio catholicorum, quòd cauſa citò peragetur, ſi Donatiſtæ voluerint reſpondere.]
LXXXI. Vbi dicunt Donatiſtæ, confiteri illos cum tumultu venturos.
LXXXII. Vbi reſpondetur à catholicis quare tumultum formident.
LXXXIV. Vbi dicunt Donatiſtæ: *Si in paucos tumultus fieri non poteſt, in multos quemadmodum fieri poteſt?* Et reſpondent catholici, *Iudica.*
LXXXV. Interloquutio quòd multitudo ſacerdotum poſſit præſtare ſilentium.
LXXXVI. Vbi iterum Donatiſtæ dicunt omnes debere venire.
LXXXVII. Interloquutio, ut de quo dubitatur veniat.
LXXXVIII. c Vbi dicitur à Donatiſtis cauſa tumultus, ubi vel quomodo Epiſcopi recitati [c] exeant.
LXXXIX. Vbi conſentiunt catholici quod petebatur, ut omnes veniant.
XC. Vbi ſibi volunt Donatiſtæ mandatum oſtendi catholicorum.
XCI. Interloquutio ut fiat quod petierunt.
XCII. Vbi dicunt Donatiſtæ, Omnes adſint, aut cauſa differtur.
XCIII. Vbi reſpondetur à catholicis quia non differtur, & petunt ut actis offeratur mandatum.
XCIV. Vbi ad hoc reſpondent Donatiſtæ.
XCV. Interloquutio ad eam rem.
XCVI. Vbi dicunt Donatiſtæ præſentiam eorum, non mandatum, ſe velle.
XCVII. Vbi dicunt [catholici] ut hi qui inventi ſunt intromittantur; & jubetur fieri.
XCVIII. Interloquutio, ſatisfactum eſſe petitionibus Donatiſtarum.
XCIX. Vbi recitari incipiunt ſinguli Epiſcopi catholicorum, & jubetur ut exeat qui non ſuſcepit negotium.
C. Vbi dicitur à catholicis ut & illorum Epiſcopi procedant.
CI. Vbi interrogat cognitor utrum & Donatiſtæ conſentiant.
CII. Vbi ſuggeritur à catholicis ut & Donatiſtæ mandent.
CIII. Vbi inquirit cognitor utrum cùm mandaverint, exeant & dent locum acturis.
CIV. Vbi ad hoc conſentiunt Donatiſtæ.
CV. Interloquutio de ſubſcriptionibus etiam Donatiſtarum judiciis intimandis.
Vbi reſpondent Donatiſtæ, apud acta ſe velle mandare. CVI.
Vbi cognitor quærit, apud quæ acta. CVII.
Vbi reſpondent Donatiſtæ apud eum ſe velle mandare, ſed ei permittere quid jubeat. CVIII.
Vbi quæritur à Donatiſtis quid eligant de mandato catholicorum. CIX.
Vbi reſpondent Donatiſtæ, ut mandatores potiùs cognoſcantur. CX.
Vbi jubetur ut fiat. CXI.
Recitatio & interloquutio de ipſis. CXII.
Proſequutio de ipſis. CXIII.
Interloquutio & reſponſio de Epiſcopo Zummenſi. CXIV.
Vbi dicitur à catholicis ut videantur præſentes & abſentes. Et juſſio cognitoris ut fiat. CXV.
Interloquutio de præſentibus, & recitatio de invicem agnoſcentibus. CXVI.
Reſponſio Donatiſtarum de diœceſibus. CXVII.
Et catholicorum ad eandem rem. CXVIII.
Iterum Donatiſtarum inde. CXIX.
Interloquutio quòd non pertineat ad actionem præſentem. CXX.
De Epiſcopo ad catholicam converſo; & ſequentium nominum recitatio. CXXI.
Vbi catholici inquirunt de Feliciano Muſtitano. CXXII.
Reſponſio Donatiſtarum inde. CXXIII.
Iterum catholici inde. CXXIV.
Iterum Donatiſtæ inde. CXXV.
Interloquutio ut cœptus ordo teneatur; & recitatur. CXXVI.
Reſponſio catholicorum de Habetdeo Diacono Primiani. CXXVII.
Interloquutio de ipſo. CXXVIII.
Reſponſio Donatiſtarum de Epiſcopo Cofrutenſi, cùm deeſſet. CXXIX.
De alio Epiſcopo Donatiſtarum de adulterio damnato. CXXX.
Interloquutio ſi fuit ibi catholica; & reſpondent Donatiſtæ: *Non.* CXXXI.
De mutatis exceptoribus & cuſtodibus datis. CXXXII.
Interloquutio judicis ut tabulæ à cuſtodibus ſignarentur; & recitatio Epiſcoporum. CXXXIII.
De Epiſcopo & Eccleſia Ceramuſſenſe. CXXXIV.
Recitatio ſequentium nominum. CXXXV.
Reſponſio catholicorum de unitate Tagaſtenſis Eccleſiæ. CXXXVI.
Et reſponſio Donatiſtarum ad ea. CXXXVII.
Recitatio ſubſcriptionum actorum. CXXXVIII.
Objectiones Donatiſtarum & reſponſiones catholicorum cùm actores catholici recitarentur. CXXXIX.
Objectio Donatiſtarum, quòd iidem ſint actores qui mandatores. CXL.
Interloquutio ad eam rem, & recitatio ſubſcriptionum contra objectionem Donatiſtarum. CXLI.
Interloquutio ad eam rem. CXLII.
Interloquutio contra objecta Victoris Epiſcopi Hipponenſium Diarrhytorum. CXLIII.
Vbi conſeſſum Epiſcopis offert judex. CXLIV.
Vbi recuſantes Donatiſtæ ſeſſionem, judicem laudant. CXLV.
Interloquutio ut ſoli remanerent actores. CXLVI.
Vbi mandatum offerunt Donatiſtæ. CXLVII.
Interloquutio ut recitetur. Et recitat officium. CXLVIII.
Interloquutio ut ſubſcriptiones recitet officium. CXLIX.
Vbi catholici petunt præſentiam Donatiſtarum. CL.

[a] VBI DICVNT] Hæc tranſpoſita erant. Nos repoſuimus ope geſtorum

[b] VBI DICVNT] Hæc nos addidimus, quæ heic deerant. Infrà tamen, quamvis locis non ſuis, extabant lemmata horum duorum capitum, ſed paulò obſcuriora. Illic enim legebatur LXXXII. *Iterum Donatiſta inde.* LXXXIII. *Reſponſio catholicorum ad eandem rem.*

[c] EXEANT] id eſt, compareant, in medium prodeant.

CLI. Interloqootio de mandato & subscriptionibus Donatistarum.
CLII. Petitio catholicorum ut singuli accederent etiam Donatistæ.
CLIII. Interloquutio ad petitionem catholicorum.
CLIV. Prosequutio catholicorum ut professio pareret Donatistarum.
CLV. Interloquutio de ea re.
CLVI. Et catholici ad eam rem.
CLVII. Recitatio nominum Donatistarum.
CLVIII. Responsio catholicorum de Felice Episcopo urbico Donatistarum.
CLIX. Et Donatistæ de eodem nomine.
CLX. Iterum catholici inde.
CLXI. Interloquutio de transmarinis non sibi esse præceptum.
CLXII. Item catholici inde.
CLXIII. Responsio Donatistarum de transmarinis, & sequentium nominum recitatio.
CLXIV. Interloquutio ut decem sufficerent ad subscribentium fidem.
CLXV. Prosequutio Donatistarum ut singuli transirent etiam ipsorum, propter suam multitudinem commendandam.
CLXVI. Interloquutio quòd non sit de numero mandatum.
CLXVII. Responsio Donatistarum unde supra.
CLVIII. Vbi catholici agunt de numerositate coepiscoporum suorum, vanum dicentes præjudicium Donatistarum.
CLXIX. Vbi dicunt Donatistæ: *Injuriam facis vanè.*
CLXX. Vbi catholici prosequutionem quam Donatistæ interruperant per agunt, asserentes quòd nunquam causæ agendæ defuerint.
CLXXI. Interloquutio ut causa tractetur.
CLXXII. Prosequutio catholicorum ut moltitudo exiret Episcoporum.
CLXXIII. Interloquutio ut singuli transirent recitati.
CLXXIV. Vbi catholici quærunt professionem Donatistarum.
CLXXV. Responsio Donatistarum de subscribentibus.
CLXXVI. Interloquutio ut singuli etiam Donatistæ recitentur.
CLXXVII. De Episcopo Vagense, de quo dubitabatur.
CLXXVIII. Interrogatio cognitoris de ipso.
CLXXIX. Responsio Donatistarum de ipso.
CLXXX. Interloquutio approbans quæsita; & sequitur recitatio nominum.
CLXXXI. Suggestio catholicorum, quòd ii qui recitati fuerant, fundorum erant Episcopi, non civitatum.
CLXXXII. Et responsio Donatistarum inde.
CLXXXIII. Vbi agitur de Episcopo pro quo subscripsit Presbyter cùm ipse Carthaginem non venisset, quia cæcus erat.
CLXXXIV. Catholicorum responsio inde, & Donatistarum.
CLXXXV. Responsio Donatistarum ad ea.
CLXXXVI. Interloquutio inde.
CLXXXVII. Et catholicorum inde responsio; & sequitur nominum recitatio.
CLXXXVIII De Episcopo catholico & rebaptixato, & nominum recitatione.
CLXXXIX. Vbi multa mala in catholicos commemorantur, & ad hæc responsio Donatistarum.
CXC. Interloquutio hoc sibi non esse mandatum.
CXCI. Responsio catholicorum contra negationem Donatistarum.

Vbi dicunt Donatistæ injuriam sibi fieri. CXCII.
Interloquutio contra supradicta. CXCIII.
Inquisitio catholicorum de absente pro quo alius subscripsit. CXCIV.
Responsio Donatistarum de eo. CXCV.
Interloquutio inde. CXCVI.
Responsio catholicorum unde suprà; & sequitur recitatio nominum. CXCVII.
Responsio Donatistatum de Episcopo rebaptizato. Sequitur nominum recitatio. CXCVIII.
Responsio Donatistarum de Episcopo rebaptixato & rebaptizante. CXCIX.
Vbi quærit cognitor de absente Felice Sommense propter falsitatem subscriptionis. CC.
Responsio Donatistarum de rebaptizato & in adulterio deprehenso, & recitatio nominum. CCI.
De Presbytero catholico interventore ubi Episcopum haberent Donatistæ, & nominum recitatio. CCII.
De Diacono catholico rebaptizato & facto Episcopo à Donatistis. CCIII.
Vbi catholici dicunt non esse Donatistarum Episcopum in eo loco unde esse dicebatur. Qui recitatus respondit; & ad hoc responsio Donatistarum; & interloquutio cognitoris. CCIV.
Vbi Donatistæ mandatum suum volunt constare. CCV.
Interloquutio ad supradicta, & recitatio nominum. CCVI.
Prosequutiones utrarumque partium & interloquutiones de mortuo quem dixerunt Donatistæ in itinere defecisse. CCVII.
Interloquutio de eo quem dixerunt catholici in via ordinatum. CCVIII.
De subscriptionibus absentium, ubi hoc eis cognitor concedit, quamvis in mandato suo præsentes præsentibus mandaverint. CCIX.
Testatio catholicorum quòd nòn æquatur [catholicis] numerus Donatistarum, quamvis multas proferrent subscriptiones absentium. CCX.
Inquisitio cognitoris de numero utrinque Episcoporum. CCXI.
De supervenientibus Episcopis catholicis. CCXII.
Inquisitio de numero Donatistarum, & responsio officii. CCXIII.
Inquisitio de numero Episcoporum catholicorum. CCXIV.
Mandatio supervenientium catholicorum qui non subscripserunt. CCXV.
Interloquutio ut actores starent & ceteri exirent. CCXVI.
De his qui non venerant, vel de plebibus viduatis, quod ab utrisque suggestum est. CCXVII.
Interrogatio cognitoris utrum hi remanserunt qui causam agent. CCXVIII.
Interrogatio cognitoris de hora diei, & responsio officii. CCXIX.
Interloquutio cognitoris de die penè jam consumpto, & utrum ex communi consensu negotium differatur. Ab utrisque placere responsum est. CCXX.
Vbi ab utrisque responsum est interjecto die causam debere finiri. CCXXI.
Interloquutio ut custodes dentur exceptoribus atque codicibus. CCXXII.
Vbi offerunt catholici custodes, similiter & Donatistæ. CCXXIII.
Interloquutio judicis de conclusione gestorum. CCXXIV.

Expliciunt capitula gestorum primæ cognitionis.

INCIPIT SECVNDÆ COGNITIONIS.

I. DE adstante officio.
II. De ingressu partium.
III. De consessu oblato.

Vbi recusatur à parte Donati consessus. IV.
Interloquutio quòd stans cognosceret. V.
Responsio Donatistarum inde. VI.

vii. Interloquutio inde.
viii. Suggestio officii de notaria Donatistarum, ubi petunt sibi edi catholicorum mandatum.
ix. Iussio ut recitetur.
x. Prosequutio Donatistarum contra id quod ab officio dicti sunt partis esse Donati.
xi. Responsio catholicorum ad ea.
xii. Interloquutio ut notaria recitetur; & recitat officium.
xiii. Interloquutio de subscriptionibus gestorum.
xiv. Responsio catholicorum de consensu ipso.
xv. Interloquutio cognitoris de ipso placito.
xvi. Responsio Donatistarum recusantium suprascripta.
xvii. Vbi dicunt catholici illos non consentire edicto.
xviii. Et respondent Donatistæ de basilicis non redditis.
xix. Interrogatio cognitoris, si contenti essent fide gestorum.
xx. Vbi petunt Donatistæ sibi edi gesta, & propter hoc causam differri.
xxi. Responsio catholicorum ad hoc.
xxii. Interloquutio ad hoc..
xxiii. Iterata petitio Donatistarum de hoc.
xxiv. Interloquutio ut officium recitet eorum consensum.
xxv. Item ubi gesta à se legenda postulant Donatistæ.
xxvi. Responsio catholicorum ad eam rem.
xxvii. Interloquutio ut consensus partium legatur.
xxviii. Vbi Donatistæ dilationem petunt.
xxix. Responsio catholicorum, in qua multiloquium accusant.
xxx. Vbi Donatistæ multiloquium excusant.
xxxi. Ad hoc responsio catholicorum.
xxxii. Recitatio gestorum de consensu partium.
xxxiii. Iterum ubi petunt Donatistæ dilationem.
xxxiv. Interloquutio resistens petitioni dilationis.
xxxv. Iterum Donatistæ inde, quòd sibi gesta edita non sint.
xxxvi. Interloquutio contra hæc.
xxxvii. Vbi excusant per exceptores Donatistæ.
xxxviii. Interloquutio qua interrogantur exceptores de conscriptione gestorum, eorumque responsio.
xxxix. Causatio Donatistarum, quòd pars gestorum in codicibus habeatur.
xl. Prosequutio catholicorum ne causa differatur.
xli. Interloquutio ut iterum consensus partium legatur. Recusatio Donatistarum.
xlii. Interloquutio iterum inde.
xliii. Responsio inde Donatistarum.
xliv. Recitatio iterum de consensu partium.
xlv. Interloquutio non licere contra proprios venire consensus; & ut Notarii Ecclesiæ recitent, si de fide dubitant exceptorum.

Prosequutio Donatistarum, ubi sibi gesta primitus edi volunt. xlvi.
Interloquutio ut ab ecclesiasticis Notariis, sicut ab exceptoribus, consensus partium recitetur. xlvii.
Prosequutio Donatistarum de dilatione accipienda; xlviii.
Interloquutio quod priore judicio id quod nunc flagitant petere debuerunt. xlix.
Prosequutio catholicorum, qua demonstrant quo die ad conlationem pars quæque convenerit. l.
Interloquutio confirmans superius judicatum. li.
Prosequutio Donatistarum, ubi nuper actum de die refragantur. lii.
Professio partium, pro susceptis tabulis propria signa cognoscunt. liii.
Vbi dicunt Donatistæ, sic solere testamenta aperiri. liv.
Interloquutio cohibens proprias professiones reprehendi. lv.
Prosequutio catholicorum, ubi permittunt judici, petentibus Donatistis, inducias prærogare. lvi.
Interloquutio quærens ab exceptoribus ad quem articulum sit dilata cognitio, licèt ad dilationem utriusque partis consensus accesserit. lvii.
Responsio Donatistarum, ubi dicunt dilationem non suo vitio prærogari. lviii.
Interloquutio cognitoris, ubi præcipit recitari quod nuper exactum est; & recitatur. lix.
Post recitationem, interloquutio qua clarescit in præsentem diem consensu partium dilatum fuisse judicium. lx.
Prosequutio Donatistarum, ubi agere velle dicunt si exceptores habent gesta parata præ manibus. lxi.
Vbi Donatistæ promittunt se gestis subscripturos. lxii.
De dilatione exceptoribus data. lxiii.
Responsio exceptorum de gestis edendis. lxiv.
Interloquutio de die in diem signando, lxv.
Responsio de hac re. lxvi.
Prosequutio Donatistarum, qua * postulatur certos ad judicium se esse venturos. lxvii.
Iudicatio cognitoris, qua futuri examinis dies percepta gestorum editione definitur. lxviii.
Prosequutio catholicorum, qua conditio ista proponitur, ut editis gestis, de eorum susceptione & de tempore caveatur à partibus. lxix.
Prosequutio Donatistarum, ubi id se facturos esse promittunt. lxx.
Interloquutio judicis, ubi etiam præsentia gesta unà cum superioribus edere jubetur officium. lxxi.
Prosequutio catholicorum, ubi edictum à judice flagitant proponendum, ut Donatistæ dilationem petisse noscantur. lxxii.
Decisio cognitoris, ubi prædictam gestorum propositionem se facturum esse promittit. lxxiii.

* pollicentur certò

Expliciunt capitula gestorum secundi conflictus.

INCIPIUNT CAPITULA TERTIÆ COGNITIONIS.

i. De adstante officio.
ii. De ingressis Episcopis.
iii. Interloquutio de die examinis constituto. qui dies etiam officii responsione signatur.
iv. Recitatio cautionis, ubi catholici gesta receperunt.
v. Recitatio similis cautionis partis alterius.
vi. Interloquutio qua statuitur ut principalis causa dicatur.
vii. Prosequotio catholicorum, ubi principale negotium olim se agere velle testantur.
viii. Vbi Donatistæ à catholicis exigunt ut proponant.
ix. Vbi respondetur propositionem ex mandato suo posse cognosci.

Prosequutio catholicorum, qua prædicunt ne morarum impedimenta nectantur. x.
Prosequutio ut quod intenditur proponatur. xi.
Responsio catholicorum qua dicunt propositionem Donatistarum ex ipsorum colligi posse mandato. xii.
Interloquutio qua poscitur ut principalis causa dicatur. xiii.
Prosecutio catholicorum, qua provocant ut Ecclesiæ principale negotium peragatur. xiv.
Prosecutio Donatistarum, discutiendas esse personas. xv.
Responsio catholicorum, jam confirmatas esse personas. xvi.

XVII. Interloquutio quòd prosequutionem Donatistarum catholici non diligenter advertetint.

XVIII. Responsio catholicorum, qua dicunt utrumque recitandum esse mandatum.

XIX. Interloquutio qua Donatistarum prosecutio catholicis aperitur.

XX. Prosecotio catholicorum, quid ab Imperatore petierint à se directa legatione, ex qua flagitant ut jam causa dicatur.

XXI. Interloquutio ut recitetur imperiale præceptum.

XXII. Prosecutio Donatistarum de catholici nominis quæstione, & inde contentio.

XXIII. Interloquutio de eadem re.

XXIV. Recitatio imperialis arbitrii.

XXV. Interruptio Donatistarum, qua interpretantur imperiale præceptum.

XXVI. Catholicorum ad ista responsio.

XXVII. Vbi Donatistæ à catholicis se dicunt esse laudatos.

XXVIII. Catholicorum ad ista responsio.

XXIX. Recitatio principalis jussionis superiùs inchoatæ.

XXX. Prosecutio Donatistarum de proprii ac paterni nominis ratione.

XXXI. Catholicorum ad ista responsio.

XXXII. Professio Donatistarum, sibi principem fuisse Donatum.

XXXIII. Vbi à catholicis ad condemnandum Donati vocabulum provocantur.

XXXIV. Vbi idipsum de Mensurij nomine à Donatistis in catholicos retorquetur.

XXXV. Catholicorum ad ista responsio.

XXXVI. Interloquutio de lege recitata, & discutienda totius erroris origine.

XXXVII. Vbi preces catholicorum legi sibi postulant Donatistæ.

XXXVIII. Interloquutio de rescripto pragmatico.

XXXIX. Prosecutio Donatistarum de legatorum discutienda persona.

XL. Vbi catholici contestantur multa agendo nihil velle agere Donatistas.

XLI. Item catholicorum prosecutio de his quæ super legatorum persona Donatistæ fuerant prosecuti.

XLII. Interloquutio de superfluis amovendis & negotio proponendo.

XLIII. Prosecutio Donatistarum de imperiali rescripto catholicorumque mandato inter se pariter conferendo.

XLIV. Vbi afferunt catholici prosecutioni suæ Donatistas minimè respondisse.

XLV. Interloquutio de lege qua datus est cognitor in qua parte sit superstitio constituta.

XLVI. Vbi asserunt Donatistæ moras potiùs per catholicos fieri.

XLVII. Catholicorum ad ista contentio.

XLVIII. Interloquutio quidnam petatur à partibus.

XLIX. Prosecutio Donatistarum, debere catholicos, aut mandati sui aut imperialis præcepti subire jacturam.

L. Responsio catholicorum, quòd mandatum suum universa contineat.

LI. Interloquutio qua exponitur Donatistis forma pragmatici, & catholicorum professio probabilis judicatur.

LII. Vbi dicunt Donatistæ catholicos Imperatori esse mentitos.

LIII. Vbi ad hæc catholici ex ipsa lege respondent.

LIV. Vbi Donatistæ dicunt actionem non se differre.

LV. Prosecutio catholicorum de ipso imperiali rescripto & de conlatione sua, & de testimoniis scripturarum quibus confirmatur Ecclesia.

LVI. Prosecutio Donatistarum unde superiùs, id est, de legatorum suscipienda persona.

Responsio catholicorum, quòd ideo aliud quæritur ut causa fugiatur; & inde contentio. LVII.

Interloquutio discutiendas legatorum personas non necessario postulati. LVIII.

Prosecutio catholicorum, quid ab Imperatore petitum sit, quidve concessum. LIX.

Prosecutio Donatistarum de persona iterum legatorum. LX.

Catholicorum ad ista responsio. LXI.

Iterum Donatistarum contentio de legatorum discutienda persona. LXII.

Contestatio Donatistarum, quòd moras catholici innectant, qui personas nolunt prodere legatorum. LXIII.

Interloquutio quòd de his personis nihil quæri voluit Imperator. LXIV.

Iterum Donatistarum contentio de legatis. LXV.

Interloquutio ut dicant Donatistæ si ex præsentibus catholicis possunt eos agnoscere quos dicunt esse legatos; aut si absunt, præsentari oportere. LXVI.

Prosecutio Donatistarum, ubi dicunt præsentandos esse legatos. LXVII.

Responsio catholicorum, ubi dicunt jam semel personam suam ab illis esse firmatam. LXVIII.

Iterum Donatistæ de legatorum discussione contendunt. LXIX.

Interloquutio ut de persona legatorum contentione supplosa, ad interna negotii veniatur. LXX.

Iterum Donatistæ de legatorum persona contendunt. LXXI.

Vbi exigunt catholici Donatistas causam oportere propriæ separationis ostendere. LXXII.

Iterum Donatistarum contentio de legatis. LXXIII.

Vbi catholici respondent nihil ab Imperatore præceptum de legatorum discutienda persona, sed de erroris initio disquirendo. LXXIV.

Prosecutio Donatistarum, apud se esse potiùs catholicam. Et iterum de legatorum discussione contentio. LXXV.

Prosecutio catholicorum, qua sibi testimoniis flagitant comprobari quòd apud se Donatistæ dixerunt esse catholicam. LXXVI.

Interloquutio, legatorum nomina superfluò flagitari; quibus omissis, jam ad propositionem negotii veniendum. LXXVII.

Iterum Donatistarum contentio de legatis. LXXVIII.

Interloquutio similis præcedenti. LXXIX.

Prosecutio catholicorum, qua ad collationem se, sicut voluit Imperator, venisse testantur. LXXX.

Interloquutio legatorum discutiendas fuisse personas ubi officium suum exsecuta legatio est. LXXXI.

Vbi postulant catholici ut à Donatistis causa separationis propriæ publicetur. LXXXII.

Iterum Donatistæ flagitant edi sibi debere legatos. LXXXIII.

Interloquutio, ubi cognitor dicit à forma legis se deviare non posse, & omnes à legatorum inquisitione debere cessare, sed causam esse dicendam. LXXXIV.

Prosequutio Donatistarum de edendo eo quod catholici ab Imperatore petierint, & per quos petierunt. LXXXV.

Interlocutio quòd præceptum non sit inquirere quidnam catholici ab Imperatore petierint, sed confirmatis utrisque personis, negotium debere proponi. LXXXVI.

Iterum Donatistarum inde contentio. LXXXVII.

Catholicorum ad ista responsio, qua etiam contestantur prolixa velle gesta facere Donatistas. LXXXVIII.

Prosequutio Donatistarum, ob moras dicunt per catholicos fieri, & ubi edi sibi postulant quid ab Imperatore petierint, & ob quærunt utrum jure publico an divinis legibus velint actitare catholici. LXXXIX.

XC. Interloquutio conlationem tantummodo ab Imperatore petisse catholicos.

XCI. Interpellatio Donatistarum, qua se potiùs catholicos dici oportere testantur.

XCII. Interloquutio eos catholicos esse vocitandos quos sic vocari voluit Imperator.

XCIII. Prosequutio Donatistarum, catholicum nomen eis esse servandum quem victoria declaraverit Christianum.

XCIV. Interloquutio ad ista consentiens, & formam præcedentis præcepti observans.

XCV. Vbi Donatistæ sine præjudicio suo hoc ipsum intersarum esse judicem volunt.

XCVI. Interloquutio ut jam causæ proponatur initium, si volunt ostendere Donatistæ adversariis nomen non convenire catholicum.

XCVII. Prosecutio Donatistarum, ut catholici, quia nolunt satisfacere judicatis, hoc saltim respondeant, utrum nomen petitoris adsumant.

XCVIII. Catholicorum ad ista responsio, & de Ecclesia ubique diffusa.

XCIX. Prosecutio Donatistarum, nihil se habere cum Ecclesiis peregrinis, sed catholicum nomen victori esse servandum, & profiteri catholicos oportere utrum personam petitoris adsumant.

C. Prosequutio catholicorum, quomodo Afri Christiani communionem habeant cum orbe terrarum.

CI. Item prosecutio catholicorum, ibi Ecclesiam inquirendam ubi sponsus Ecclesiæ, id est, Christus, agnoscitur; & catholici nominis evidens expressio.

CII. Prosecutio Donatistarum, ubi catholicum nomen interpretari aliter moliuntur, & conantur iterum ad transacta recurrere de nominibus legatorum.

CIII. Interloquutio judicis, ut omissis quæ transacta sunt, catholici nominis promissa ratio demonstretur.

CIV. Donatistarum contentio, ut proponere catholici compellantur.

CV. Item petitio Donatistarum, quòd debeat judex pronuntiare de singulis.

CVI. Item ubi postulant Donatistæ ut catholici edicant utrum petitorum an respondentium sibi velint vendicare personam.

CVII. Interloquutio ista confirmans.

CVIII. Vbi catholici profitentur ad hoc se ingressos esse judicium ut objectis eorum criminationibusque respondeant.

CIX. Prosecutio Donatistarum, qua requirunt à quibus fuerint ad judicium provocati.

CX. Prosecutio catholicorum, qua ideo se ad conlationem convenisse asserunt Donatistarum ut eorum objecta refellerent, & qua eosdem Donatistas auditionem in comitatu petisse testantur.

CXI. Interloquutio ut Donatistæ quæ solent crimina catholicis obicere jam proponant.

CXII. Prosecutio Donatistarum, ut pronuntiet judex utrum recta sint quæ iidem postulant Donatistæ.

CXIII. Interloquutio qua & illos rectè petisse & à catholicis rectè responsum esse pronuntiat.

CXIV. Prosecutio Donatistarum, in qua conantur catholicos facere petitores.

CXV. Interloquutio judicis, si catholici aliquid obiciunt Donatistis.

CXVI. Prosecutio catholicorum, qua dicunt nihil se obicere, sed objecta velle diluere, illos autem sæpius objecisse & proprii tenore mandati & verbis Episcopi Primiani posse monstrari.

CXVII. Interloquutio ut Donatistæ traditionis crimen, quod in mandatum suum contulerant adversùs catholicos, probationibus fulciant.

Postulatio Donatistarum ut antè judex pronuntiet de persona, & sic eatur in causam. CXVIII.

Catholicorum ad ista contentio. CXIX.

Interloquutio, eum esse petitorem qui crimen intendit. CXX.

Donatistarum petitio, ut catholici doceant conlationem ab utrisque partibus postulatam. CXXI.

Catholicorum ad ista responsio. CXXII.

Interruptio Donatistarum, per quam sibi catholicum nomen adsumunt; & de nominibus parentum utrinque contentio. CXXIII.

Vbi offerunt gesta catholici in judicio habita præfecturæ, quibus comprobant quod promissum est. CXXIV.

Vbi ad transacta se referunt Donatistæ, ne gesta recitentur, & de persona pronuntiari desiderant. CXXV.

Interloquutio, conlationem solam petisse catholicos, de hac tantummodo judicandum. CXXVI.

Vbi Donatistæ contendunt ut judex de sua primùm petitione pronuntiet. CXXVII.

Prosequutio catholicorum ut proferant Donatistæ si habent unde sua falsitas convincatur: & ubi gesta ingerunt præfecturæ. CXXVIII.

Vbi ad transacta se conferunt Donatistæ, ne gesta apud præfecturam habita recitentur. CXXIX.

Interloquutio, qua supplosis omnibus, recitari oportere eadem gesta pronuntiat. CXXX.

Prosequutio Donatistarum, de persona petitorum & judicis pronuntiatione promenda. CXXXI.

Interloquutio, ubi omnibus quæ offerunt, recitandi ordinem pollicetur. CXXXII.

Interruptio Donatistarum, ne gesta recitentur. CXXXIII.

Interloquutio, personam petitoris hinc posse clarescere si gesta fuerint recitata. CXXXIV.

Contentio Donatistarum ut pronuntiet cognitor de petitis. CXXXV.

Petitio catholicorum ut gesta recitentur. CXXXVI.

Interloquutio, non debere ad pronuntiationem adigi cognitorem, cùm ex altera parte probationis volumen offerretur. CXXXVII.

Prosequutio Donatistarum, ubi, ne gesta recitentur, aliud prosequuntur; & pronuntiari de parte à cognitore desiderant. CXXXVIII.

Interloquutio ut gesta eadem recitentur. CXXXIX.

Vbi multis prosecutionibus recitari gesta non sinunt Donatistæ, & contra multas pronuntiationes judicis confligendo, personam fugiunt petitoris. CXL.

Vbi eadem gesta incipiunt recitari; & volentes interrumpere Donatistæ, proconsularia vel vicariana offerunt gesta, per quæ sibi monstrant plurima objecisse catholicos. CXLI.

Contestatio catholicorum de tumultuantibus Donatistis. CXLII.

Petitio Donatistarum, ut secundùm ordinem temporis singularum partium volumina recitentur. CXLIII.

Catholicorum ad ista responsio. CXLIV.

Interloquutio, utrum priora sint gesta quæ legi desiderant Donatistæ. CXLV.

Donatistarum ad interrogata responsio. CXLVI.

Interloquutio, ea quæ antiquiora sunt gesta primitus recitanda. CXLVII.

Vbi catholici offerunt ea gesta quæ priora sunt omnibus. CXLVIII.

Prosequutio Donatistarum, qua, ne aliqua gesta recitarentur, catholicos dicunt ad forensia remeasse, cùm divinis legibus elegerint universa distingi. CXLIX.

[Interlocutio, ut ea gesta recitentur quæ antiquiora sunt.]. CL.

CLI. Vbi Donatistæ se in causam mirantur induci.
CLII. Vbi catholici respondent gesta se per ordinem recitanda, sicut ipsi postulaverant, obtulisse.
CLIII. Prosequutio Donatistarum, ubi aliud quàm quod à catholicis offertur se petisse respondent; & eos provocant ut aut divinis tantùm testimoniis aut publico jure disceptent.
CLIV. Interloquutio ut gestorum dies inter se ab officio conferantur.
CLV. Prosecutio catholicorum, quando debeat divinis legibus, quando publicis causa tractari.
CLVI. Interloquutio qua catholicorum prosequutio probabilis judicatur.
CLVII. Prosequutio Donatistarum, in qua redeunt ad priora, ut mandatum sibi & legatio publicetur.
CLVIII. Interloquutio adversùs Donatistarum prosecutionem.
CLIX. Prosequutio Donatistarum de mandato præsentibus defensoribus adtributo, & de alio mandato prioribus legatis imposito.
CLX. Catholicorum ad ista responsio, qua dicitur illo mandato quod legatis impositum est aliena quoque negotia, quæ ab istis inquiri non debeant, contineri.
CLXI. Prosecutio Donatistarum, qua hoc ipsum criminantur quòd catholici dixerunt illud legatorum mandatum non esse prodendum.
CLXII. Catholicorum ad ista responsio, quæ sensum præcedentis prosecutionis exponit.
CLXIII. Prosecutio Donatistarum similis præcedenti.
CLXIV. Interloquutio, mandatum catholicorum non debere disquiri, sed Donatistas potiùs oportere profiteri utrum crimina velint traditionis ostendi, an fidei causam Ecclesiæque tractari.
CLXV. Donatistarum prosecutio, quòd eis persona petitoris inludenter imponitur.
CLXVI. Interloquutio, quòd petitor gestorum poterit recitatione monstrari: & Donatistæ respondent ordinem in eorum recitatione servandum.
CLXVII. Interloquutio, ubi tempora gestorum proconsularium sive præfecturæ inter se conferre jubetur officium.
CLXVIII. Vbi gesta illis antiquiora à catholicis offeruntur.
CLXIX. Vbi cognitor jubet, volentibus legere Donatistis, ab officio potiùs quæ legenda sunt recitari.
CLXX. Vbi catholici ea quæ ipsi offerunt gesta antiquiora esse respondent.
CLXXI. Vbi cognitor percontatur officium quæ priora sint gesta.
CLXXII. Vbi respondet officium antiquiora esse gesta quæ obtulerunt de codice Donatistæ.
CLXXIII. Vbi respondent catholici se antiquiora proferre.
CLXXIV. Vbi cognitor jubet Donatistarum gesta, quasi antiquiora, recitari; & ab officio recitatur datus à catholicis libellus Proconsuli Septimino.
CLXXV. Vbi Donatistæ petitores volunt esse catholicos.
CLXXVI. Prosequutio catholicorum, ubi petunt antiquiora potiùs recitari, quæ apud Anulinum Proconsulem gesta sunt, agentibus Donatistis.
CLXXVII. Interloquutio quæ jubet probare catholicos schismatis crimen quod obiciunt Donatistis.
CLXXVIII. Catholicorum ad ista responsio.
CLXXIX. Interloquutio quæ jubet universa per ordinem recitari.
CLXXX. Contendentibus de nomine petitoris, interloquitur judex petitorem meliùs posse clarescere cùm omnia fuerint recitata.
CLXXXI. Prosequutio Donatistarum, ut eligant catholici utrum publicis agere velint legibus, an divinis.
CLXXXII. Ad hæc interloquutio cognitoris ut gesta per ordinem recitentur, quo possit petitor agnosci.

Vbi Donatistæ, ne gesta apud Anulinum Proconsulem habita recitentur, præscriptionem de lapsu temporis moliuntur inducere. CLXXXIII.
Vbi ista contendentibus Donatistis, interloquitur judex præscriptionem de lapsu temporis submovendam, cùm ad hunc diem partes examen communi voluntate distulerint. CLXXXIV.
Vbi Donatistæ dicunt ideo se præscriptionem temporis intulisse quoniam catholici forensi more chartis oblatis agere voluerunt. CLXXXV.
Interloquutio, ut respondeant catholici objectis. CLXXXVI.
Catholicorum ad ista responsio, qua profitentur secundùm scripturas se acturos esse divinas, si à criminibus personarum & à legendis chartulis recedatur. CLXXXVII.
Prosecutio Donatistarum, qua dicunt nihil certum de duobus elegisse catholicos, nec se esse petitores qui ad judicium venerint provocati, sed ipsos potiùs debere proponere. CLXXXVIII.
Vbi dicunt catholici eum non adsistere loco petitoris cui crimen obicitur. CLXXXIX.
Interloquutio adprobans supradicta. CXC.
Vbi dicunt Donatistæ de oblata conditione forensis divinique tractatus nihil à catholicis esse responsum. CXCI.
Catholicorum ad ista responsio. CXCII.
Vbi dicunt Donatistæ quòd sensim inducantur in causam, & hoc sibi à patribus esse mandatum ut nomine respondentis adsistant. CXCIII.
Interloquutio ubi dicitur ad unam propositionem Donatistarum ipsum judicem, ad aliam verò respondisse catholicos. CXCIV.
Vbi dicunt Donatistæ judicem absentium, non præsentium, partes debere defendere. CXCV.
Interloquutio qua se hoc quod voluerant Donatistæ pronuntiasse respondet. CXCVI.
Prosecutio catholicorum, qua se etiam elegisse respondent quo jure disceptent, & nihil pro se egisse judicem, sed pro partibus suis. CXCVII.
Prosecutio Donatistarum, non fuisse in sua potestate quòd ad judicium convenerunt. CXCVIII.
Vbi catholici interrogant Donatistas utrum à personarum criminatione discedant. CXCIX.
Prosecutio Donatistarum, qua dicunt huic interrogationi catholicorum se respondere non posse, sed eos loco debere adsistere petitoris. CC.
Prosecutio catholicorum, per quam se propositis Donatistarum conditionibus respondisse testantur. CCI.
Interloquutio adprobans respondisse catholicos, dicens antiquiora gesta recitari, ut petitor possit ostendi. CCII.
Prosequutio, qua Donatistæ negantes unum certum elegisse catholicos, ad præscriptionem de lapsu temporis revertuntur. CCIII.
Catholicorum responsio, non occurrisse ad ultimum Donatistas qui postea mandaverunt. CCIV.
Donatistarum inde contentio. CCV.
Prosecutio catholicorum de professione Episcopi Primiani; & ubi legendum offerunt per quod comprobant Donatistas transacta repetere. CCVI.
Responsio Donatistarum cur redeant ad peracta. CCVII.
Prosecutio catholicorum, moratoriè agere Donatistas, & gesta esse recitanda quæ detegant petitorem. CCVIII.
Vbi, ne legantur gesta, volunt præscribere Donatistæ. CCIX.
Iterloquutio, Donatistas contra suos velle venire consensus, & gesta esse recitanda. CCX.
Defensio Donatistarum, quur nolint catholicis proprium servare consensum. CCXI.

Interloquutio

CCXII. Interloquutio ut gesta recitentur, ea servans incolumia Donatistis quæ possunt ratione competere.

CCXIII. Vbi dicunt Donatistæ consensus proprior servare debere catholicos, qui se divinis legibus acturos esse promiserint.

CCXIV. Catholicorum ad ista responsio, non Cæciliani sed Ecclesiæ causam promisisse se divinis legibus peracturos.

CCXV. Interloquutio ut gesta recitentur, quibus petitor possit ostendi.

CCXVI. Vbi lecto titulo relationis, quærunt Donatistæ cur titulus lectus est; & cognitor jubet ut actis neuter titulus inseratur.

CCXVII. Vbi, exceptore recitante, Donatistæ quærunt unde prolata sint.

CCXVIII. Vbi catholici dicunt, recitatis gestis debere à se exigi lectionis ipsior firmitatem.

CCXIX. Interloquutio, ante lectionem præcipiens responderi unde gesta prolata sint.

CCXX. Vbi catholici respondent, ex archivo Proconsulis hæc esse prolata; & recitantur ex ordine.

CCXXI. Vbi interrupta recitatione gestorum, interrogant Donatistæ utrum Cæciliani sit filius is, qui nunc agat.

CCXXII. Catholicorum ad ista responsio, scriptum esse ne Christianus patrem sibi dicat in terra, nec in Cæciliano spem se ponere, si innocens fuit, nec, si nocens ille fuit, Ecclesiam deserendam.

CCXXIII. Vbi interloquente cognitore omnia debere recitari, Donatistæ postulant ut prosequi jubeantur.

CCXXIV. Vbi catholici dicunt, ex recitatione gestorum petitoris inveniri posse personam.

CCXXV. Prosecutio Donatistarum, ubi dicunt non esse discutiendam Cæciliani personam, si & reus manifestissimus deprehensus non potest obesse catholicis.

CCXXVI. Catholicorum responsio, ideo se Cæciliani in medium misisse personam, quoniam ipsa catholicæ Ecclesiæ semper objecta est; de qua si nunc taceant Donatistæ, nihil esse jam causæ cur separatio teneatur.

CCXXVII. Vbi interrogant Donatistæ, utrum qui agunt Cæciliani sint filii.

CCXXVIII. Catholicorum ad ista responsio.

CCXXIX. Iterum interrogatio Donatistarum super eadem re.

CCXXX. Catholicorum responsio, non patrem aut matrem Cæcilianum sibi fuisse, sed fratrem. Ibi etiam profitentur fidei suæ Christum esse principium.

CCXXXI. Iterum Donatistæ, utrum pater fuerit Cæcilianus, interrogant.

CCXXXII. Catholicorum ad ista responsio; & inde contentio.

CCXXXIII. Interloquutio quæ designat ad interrogata respondisse catholicos.

CCXXXIV. Vbi jurantes obiciunt judici Donatistæ quod satis defendat ipse catholicos.

CCXXXV. Prosecutio catholicorum continens de patris ac fratris nomine repetita, ubi etiam dicitur Cæciliani causam ad Ecclesiam nunimè pertinere, sed tanquam frater innocens defendendus sit.

CCXXXVI. Prosecutio Donatistarum, Cæcilianum catholicis radicem fuisse vel caput, & necesse esse ut si Cæcilianus nocens fuerit, etiam propaginem ejusdem, qui in capite fuit, reatus inficiat.

CCXXXVII. Vbi catholici respondent caput sibi esse Christum.

CCXXXVIII. Vbi Petilianus interrumpit, & quærit quis ordinaverit Augustinum.

CCXXXIX. Item quæstio à Donatistis immissa de Apostolo, in quo dictum est, *Ego vos generavi per evangelium.*

CCXL. Catholicorum contestatio de tumultu partis adversæ.

CCXLI. Interloquutio quæ jubet respondere catholicos ad propositam de Apostolo quæstionem.

Catholicorum ad quæsita responsio, cum testimonis scripturarum, unum patrem esse ad salutem Deum, dici autem alios honoris gratia, non salutis. CCXLII.

Vbi interrogant Donatistæ quis vocatur qui ordinavit Augustinum. CCXLIII.

Prosecutio catholicorum, ad causam minimè pertinere ut ordinator ipsius inquiratur. CCXLIV.

Vbi exprimentibus Donatistis de Augustini ordinatore se quærere, à catholicis respondetur non se defendendam Augustini causam, qualiscunque sit, suscepisse. CCXLV.

Interloquutio qua jubetur ut Augustinus de ordinatore suo ad quæsita respondeat. CCXLVI.

Vbi Augustinus, causa Ecclesiæ in tuto primitus constituta, de suo evidenter ordinatore respondet, & ad obicienda quæcunque putarint provocat Donatistas. CCXLVII.

Interloquutio quæ Donatistas præcipit respondere quid competat quod interrogant, licèt non differat causam quæstio personarum. CCXLVIII.

Prosequutio Donatistarum, qua dicunt vitiis sacerdotum Ecclesiam maculari, & volumen offerunt cum divinis testimoniis recitandum [contra ea quæ in] recitato à catholicis in prima cognitione mandato [posita compererunt.] CCXLIX.

Interloquutio, ubi dicit tunc demum quod à Donatistis offertur posse recitari, si velint à publicarum discussione chartarum discedere cognitorem. CCL.

Vbi petunt Donatistæ quod offerunt interim recitari, & ab officio recitatur. CCLI.

Interloquutio quæ dicit scripturam illam non debuisse ab his penitùs concipi à quibus mandato semel effecto negotium omne transierat. CCLII.

Vbi asserunt Donatistæ legalibus testimoniis velle se à catholicis prolata in mandato suo legalia testimonia refutare, & rogant ut sua audiatur epistula. CCLIII.

Interloquutio quæ concedit ut recitetur quod secundum jus publicum non rectè conceptum est, & hoc ipsum quod indulget enumerat, ne jus à judice videatur omissum. CCLIV.

Exceptore recitante, dicunt Donatistæ sensus epistulæ non bene distingui. CCLV.

Vbi catholici concedunt ipsos legere Donatistas, cùm ipsi catholicis ut legerent in superioribus denegarent. CCLVI.

Interloquutio quæ dicit nihil interesse quis legat. CCLVII.

Vbi à Donatistarum Episcopo recitatur epistula quam miserunt ad judicem Donatistæ, quæ testimoniis referta legalibus, illa omnia testimonia quasi contrariis nitatur excludere quæ in mandato suo catholici posuerunt. CCLVIII.

Interloquutio quæ omni epistula recitata, præbitam à catholicis pronuntiat esse patientiam; & adversùs textum ejus jubet respondere catholicos. CCLIX.

Prosecutio Donatistarum, qua petunt ut testimonia sua testimoniis revincantur. CCLX.

Vbi à catholicis adversùs Donatistarum epistulam respondetur. CCLXI.

Vbi volunt interrumpere Donatistæ, negantes aream in scripturis esse nominatam. CCLXII.

Item ubi asserunt Donatistæ de occultis, non evidentibus, reis evangelium præcepisse, ut eorum permixtio toleretur. CCLXIII.

Vbi catholici postulant ut sibi patientia non negetur, quam ipsi recitatæ Donatistarum epistulæ præbuerunt. CCLXIV.

Prosecutio catholicorum, ubi inter cetera de supe- CCLXV.

rioribus repetita, & illud infertur, mundi nomine Ecclesiam contineri.

CCLXVI. Donatistarum contra ista contentio, mundi nomine Ecclesiam non teneri.

CCLXVII. Vbi catholici postulant ut admoneantur Donatistæ præstare patientiam, quorum epistulæ ilico respondetur, nullo dilationis spatio postulato, quomodo ipsi petierunt cùm catholicorum vellent respondere mandato.

CCLXVIII. Vbi Donatistæ respondent ipsum sibi obstrepere qui longa prosequitur.

CCLXIX. Vbi catholici postulant, ut si volunt de singulis habere conflictum, removeatur epistula, aut patientiam præbeant, aut respondeatur epistulæ.

CCLXX. Vbi dicunt Donatistæ ideo se non posse præstare patientiam quòd aliter volunt legem interpretari catholici.

CCLXXI. Interloquutio quæ patientiam dicit esse præbendam, quoniam totius epistulæ tenor à catholicis patienter auditus est.

CCLXXII. Prosecutio catholicorum, qua ideo scribi universa testantur ut si quid in oblivionem venerit, de tabulis repetatur, & ubi dicunt & in malo & in bono mundum scripturarum testimoniis nominatum.

Interloquutio quæ scriptum esse præcipit perstrepere Donatistas. CCLXXIII.

Vbi asserunt Donatistæ interpretari Ecclesiam non posse per mundum, cùm mundum agrum esse, non Ecclesiam, ipse Christus expresserit. CCLXXIV.

Interloquutio interrogans Donatistas quis ille sit mundus qui salvandus est dictus. CCLXXV.

Donatistarum ad ista responsio, mundum illum hominem dici. CCLXXVI.

Interloquutio quæ requirit utrum ex iisdem hominibus constet Ecclesia. CCLXXVII.

Donatistarum ad ista contentio. CCLXXVIII.

Vbi exceptores & notarii suggerunt impletis codicibus se debere discedere, & alios subrogari. CCLXXIX.

Interloquutio id fieri oportere præcipiens. CCLXXX.

Prosecutio catholicorum, qua prolatæ à Donatistis epistulæ plena adsertione respondent. CCLXXXI.

HVC VSQVE GESTA.

RELIQVA DESVNT.

CCLXXXII. Prosecutio Donatistarum adversùs prosecutionem catholicorum quam contra epistulam retulerunt.

CCLXXXIII. Prosecutio catholicorum, qua ostendunt malos in Ecclesia seminatos, quod Donatistæ fieri posse negaverunt, qua defendunt quòd se dixisse de duabus Ecclesiis dixerunt Donatistæ.

CCLXXXIV. Interloquutio quæ præcipit ut ex codice recitetur utrum duas Ecclesias dixissent catholici prosequentes.

CCLXXXV. Vbi interpretari volunt Donatistæ de duabus Ecclesiis sensisse catholicos, quoniam duas eos Ecclesias dixisse non constitit.

CCLXXXVI. Prosecutio catholicorum, qua defendunt quid dixerint de Ecclesia præsentis temporis & futuri.

CCLXXXVII. Prosecutio Donatistarum ubi dicunt etiam mortalem Ecclesiam dixisse catholicos, cùm Ecclesiæ immortalitas sit promissa.

CCLXXXVIII. Prosecutio catholicorum ubi adserunt supradictis assertionibus suis eam Ecclesiam immortalem esse promissam quæ nunc ex justis mortalibus constat in terra.

CCLXXXIX. Interloquutio quæ dicit de peracta quæstione in sententia se dicturum esse quod sentiat, & jubet ut causa pandatur erroris.

CCXC. Prosecutio Donatistarum quæ petit ut de singulis articulis cognitio decursa pronuntiet, & ubi dicunt testimoniis legalibus suis non esse responsum.

CCXCI. Catholicorum ad hæc secundùm superiora responsio.

CCXCII. Interloquutio judicis qua dicitur legibus prohiberi ne sententia pro parte negotii proferatur.

CCXCIII. Donatistarum ad ista contentio, quæ etiam catholicis facit injuriam, dum illos falsos jactitat sacerdotes.

CCXCIV. Contestatio catholicorum, ubi se ab injuria dissimulare respondent.

CCXCV. Prosecutio Donatistarum, quæ dicit judici, Si Christus non es, cur de sacerdotibus judicas? & quæ asserit hoc judicium Christo esse servandum, & à catholicis quærit utrum eis præceperit Christus hominem judicem postulare.

CCXCVI. Catholicorum ad ista responsio, quòd primi Donatistæ in episcopali causa humana judicia flagitarunt, & quòd persecutionem non patiantur ipsi, sed faciant.

Vbi dicunt Donatistæ quod circumcelliones faciunt, ad sacerdotes minimè pertinere. CCXCVII.

Prosecutio catholicorum, quod Donatistæ oculos eruendo, diabolum superaverunt. CCXCVIII.

Vbi dicunt Donatistæ diabolum à catholicis esse defensum. CCXCIX.

Prosecutio catholicorum, Maximianistas Donatistis esse meliores à quibus persecutionem passi sunt, si tolerata persecutio efficit meliores. CCC.

Prosecutio Donatistarum, ubi dicitur diabolus rem fecisse pejorem quòd Iob oculos spectatores vulnerum non ademit. CCCI.

Prosecutio catholicorum, ubi consolarium fecisse Donatistas & dominicos codices combussisse dicuntur. CCCII.

Prosecutio Donatistarum, Ecclesias suas cruentis adhuc plenas esse corporibus. CCCIII.

Interloquutio quærens an ipsa fuerit causa discidii. CCCIV.

Donatistarum ad ista responsio. CCCV.

Vbi à catholicis dicitur hoc posse Maximianistas obicere Donatistis. CCCVI.

Interloquutio similis præcedenti. CCCVII.

Vbi catholici provocant Donatistæ ut causam veteris discidii fateantur. CCCVIII.

Vbi dicunt Donatistæ traditores, id est, malam arborem, ex factis suis, id est, ex fructibus, posse cognosci. CCCIX.

Catholicorum ad ista responsio. CCCX.

Interloquutio quærens quando mala arbor extiterit. CCCXI.

Prosecutio Donatistarum, non sibi ad omnia esse responsum & ad singula. CCCXII.

Iudicem debere ferre sententiam, & à primi hominis culpa hereditarium in omnes transisse delictum. CCCXIII.

Interloquutio, de omnibus simul ferendam esse sententiam, ne motus judicis ante finem negotii publicetur. CCCXIV.

Prosecutio catholicorum postulans ut chartæ quæ recitari cœperant perlegantur. CCCXV.

Interloquotio eas præcipiens recitari. Et [recitatio] relationis ad Constantinum Imp. ab Anulino Proconsule destinatæ, qua Majorinum obtulisse sibi chartas criminum Cæciliani & eas ad Principem dirigendas tradidisse signatur. CCCXVI.

cccxvii. Vbi post recitationem servari sibi quod contra competit postulant Donatistæ.

cccxviii. Item recitatio relationis alterius ab eodem Proconsule ad eundem Principem destinatæ, qua significat idem Proconsul Cæcilianum cum decem clericis suis & totidem adversarios ejus ad urbem pergere se fecisse, sicut præceperat Imperator.

cccxix. Item recitatio epistulæ Constantini ad Miltiadem Romanum Episcopum missæ, qua ei & ceteris sacerdotibus inter Cæcilianum & adversarios ejus [cognitio] delegatur.

cccxx. Prosecutio catholicorum intimans quæ lecta sunt cognitori, & postulans ut Miltiadis in Cæciliani causa judicium recitetur.

cccxxi. Recitatio judicii Miltiadis.

cccxxii. Vbi Donatistæ volunt aliud contra Miltiadis judicium recitari.

cccxxiii. Vbi à catholicis dicitur non omne Miltiadis judicium esse perlectum, quoniam triduo tunc actum est, & trina sunt gesta.

cccxxiv. Interloquutio ubi contra recitata volentibus prosequi Donatistis dicitur ut patiantur primitus omnia per ordinem recitari.

cccxxv. Vbi contendunt contra recitata prosequi Donatistæ.

cccxxvi. Vbi à catholicis dicitur, adbuc superesse quod debeat recitari, siquidem non sit lecta sententia Miltiadis.

cccxxvii. Prosecutio Donatistarum qua se dicunt ideo de exilis ad judicium remeasse, quia eis cognitor juraverat per edictum.

cccxxviii. Responsio catholicorum, non fuisse in exilium Donatistas.

cccxxix. Prosecutio Donatistarum de petitoris persona, quæ peracta sunt repetens, & dicens Cæciliani purgationem non debuisse recitari; qui adhuc ab ipsis non fuerat accusatus.

cccxxx. Interloquutio, debere chartas quas Donatistæ offerunt recitari, ut omnibus recitatis, petitoris persona valeat deprehendi.

cccxxxi. Vbi contendunt catholici recitationem chartarum suarum interrumpi penitùs non debere, sed omnia per ordinem esse recitanda.

cccxxxii. Vbi Donatistæ respondent recitationem de Cæciliano catholico non potuisse competere.

cccxxxiii Interloquutio, ubi contendentibus de continuanda recitatione catholicis, jubet cognitor illa potiùs recitari quæ offerunt Donatistæ.

cccxxxiv. Prosecutio Donatistarum, initium referens causæ, quid Mensurius Carthaginensis Ecclesiæ Episcopus nnitatis tempore persecutionis effecerit, unde exstitit causa discidii.

cccxxxv. Interloquutio probationem exigens si Mensurio crimen traditionis impingitur.

cccxxxvi. Prosecutio catholicorum qua, salva Ecclesiæ causa, traditionem in Mensurio probari desiderant.

cccxxxvii Vbi à Donatistis familiaris epistula recitatur à Mensurio ad Secundum Episcopum destinata, qua quid circa se actum sit tempore persecutionis insinuat.

cccxxxviii Prosecutio catholicorum qua volunt esse testatum familiares epistolas recitari quarum fides habeatur incerta.

cccxxxix. Item alia familiaris epistula recitatur Secundi ad Mensurium rescribentis.

cccxl. Vbi catholici postulant exprimi qui fuerit hic Secundus.

cccxli. Vbi qui Secundus fuerit exprimunt Donatistæ.

cccxlii. Recitatio supradicti rescripti, qoa vicissim quid circa se in Numidia gestum sit eo tempore Mensurio Secundus insinuat.

Interloquutio præcipiens ut recitatis epistulis suis patienter audiant Donatistæ quæ legi à catholicis cœperant. cccxliii.

Prosecutio Donatistarum quæ superesse sibi dicit quod de Cæciliano legendum est. cccxliv.

Interloquutio etiam de Cæciliano, quod superest præcipiens recitari. cccxlv.

Prosecutio catholicorum quæ patienter se habere asserit ut legatur. cccxlvi.

Vbi offerunt Donatistæ conditum à patribus suis de Cæciliani damnatione decretum, & hoc jubente judice recitatur. cccxlvii.

Recitatione conclusa, interloquitur judex ut si quid est adhuc quod de Cæciliano recitari debeat, intimetur. cccxlviii.

Prosecutio Donatistarum, de ceteris quoque personis se habere documenta promittens. cccxlix.

Interloquutio ut quæ à catholicis oblata fuerant perlegantur. cccl.

Prosecutio catholicorum, testatum faciens & adversùm Mensurium nihil publicis actum esse judiciis, & Cæcilianum absentem ab his esse damnatum in Concilio sine Consule & die qui sibi invicem confessa traditionis crimina in alio inveniuntur ignovisse Concilio. cccli.

Interloquutio hoc ipsum exigens recitari. ccclii.

Vbi principio Concilii recitato interrumpunt Donatistæ negantes Consulem & diem ecclesiasticis adici solere decretis. cccliii.

Catholicorum ad ista responsio. cccliv.

Interloquutio similis præcedenti. ccclv.

Vbi exigunt catholici oportere disquiri utrum Donatus, cujus modò vocabulum recitatum est, inter Cæciliani fuerit damnatores. ccclvi.

Interloquutio quærens ista disquiri, & ita nomina singulorum. ccclvii.

Vbi Donatistæ testantur se præbuisse patientiam, vicem petentes cùm cœperint respondere. ccclviii.

Interloquutio secundùm voluntatem Donatistarum exigens de catholicis patientiæ professionem. ccclix.

Vbi de præbenda patientia catholici profitentur. ccclx.

Vbi lecta codicis parte, totum legi flagitant Donatistæ. ccclxi.

Catholicorum ad ista responsio. ccclxii.

Prosecutio catholicorum ideo asserens selegisse quæ lecta sunt ut Cæciliani possit valere purgatio. ccclxiii.

Interloquutio adversùs illa quæ à catholicis recitata sunt, Donatistas admonens respondere, ut cetera quæ interrupta sunt recitentur. ccclxiv.

Prosecutio Donatistarum asserens quòd decretum sine Consulis adscriptione protulerint, ex consuetudine se fecisse majorum. ccclxv.

Interloquutio quæ dicit ex hoc nec catholicos fecisse aliquam quæstionem. ccclxvi.

Prosecutio catholicorum, ideo hæc agere Donatistas ut tempora contrahantur. ccclxvii.

Vbi Donatistæ dicunt: *Si de sententiis dictis nemo dubitat, Cæcilianus jure damnatus est.* ccclxviii

Prosecutio catholicorum asserens posse monstrari quid de Cæciliano sit gestum, si quæ interrupta fuerant recitentur. ccclxix.

Vbi exigunt à catholicis Donatistæ utrum illud verum esse Concilium quo Cæcilianus damnatus est fateantur. ccclxx.

Catholicorum responsio, etsi verum sit illud Concilium, Cæciliano absenti præjudicare non posse, quomodo Maximianistarum Concilium damnantium Primianum præjudicium non attulit Primiano. ccclxxi.

Donatistarum prosecutio, nec causam causæ nec personam præjudicare personæ. ccclxxii.

CCCLXXIII Interloquutio, de Cæciliano, qui à septuaginta damnatus est, respondere catholicos oportere.

CCCLXXIV. Prosecutio catholicorum, inde se mentionem de Primiani damnatione fecisse, quia evangelica regula est adversarios de suis operibus arguendos.

CCCLXXV. Prosequutio Donatistarum à primordio repetens quid Cæcilianus admiserit, & promittens ex Optati Episcopi catholici scriptis posse monstrari Cæcilianum fuisse confessum quia à traditoribus fuerit ordinatus.

CCCLXXVI. Prosecutio catholicorum ut quæ interrupta fuerant recitentur, & ubi dicunt ipsos illius temporis Donatistas de suo judicasse Concilio, qui Cæcilianum, quem damnaverant, accusare apud Constantinum Principem voluerunt.

CCCLXXVII Interloquutio qua requiritur utrum post hoc Concilium accusationis Cæciliani, ad Principem Donatistæ transmiserint.

CCCLXXVIII Vbi quærunt Donatistæ utrum Cæcilianus ab illo Episcoporum judicio appellaverit.

CCCLXXIX. Catholicorum prosequutio, qua destruitur Donatistarum utroque modo Concilium, sive antè factum est quàm ad Imperatorem Cæciliani crimina mitterentur, sive postea congregatum est.

CCCLXXX. Interloquutio quæ à Donatistis exigit respondere utrum ante accusationem Cæciliani, an postea, illud fuerit Concilium celebratum.

CCCLXXXI. Donatistarum ad ista responsio.

CCCLXXXII Catholicorum prosequutio, qua postulant ea quæ acta sunt postea recitari, ut Cæcilianus absolutus & accusatores ejus doceantur fuisse damnati.

CCCLXXXIII Prosequutio Donatistarum, qua volunt lectione monstrare consuetudinis esse majorum quòd ecclesiastico judicio Consul non sit adscriptus.

CCCLXXXIV Vbi catholici dicunt ad causam non pertinere quod volunt legere Donatistæ.

CCCLXXXV. Interloquutio quæ catholicos percontatur utrum illud decretum quod sine Consule est falsum esse non æstiment.

CCCLXXXVI Catholicorum ad ista responsio.

CCCLXXXVII Interloquutio jubens ut quæ interrupta primitus fuerant recitentur.

CCCLXXXVIII. Vbi Donatistæ illud Concilium quò Cæciliani damnatores invicem sua crimina donaverunt ideo arguunt falsitatis quia huic contra ecclesiasticum & apostolicum morem Consul adjectus est.

CCCLXXXIX Prosecutio catholicorum postulans ut superfluis amputatis, ea gesta recitentur quibus absolutus Cæcilianus possit ostendi.

CCCXC. Vbi contendunt Donatistæ ecclesiasticis Conciliis adscribi Consulem non solere, & hoc flagitant ex scriptis dominicis adprobare.

CCCXCI. Vbi postulant catholici purgationis Cæciliani gesta debere recitari.

CCCXCII. Prosecutio Donatistarum catholicos cogens decreti illius subire jacturam quod adversùs damnatores Cæciliani recitaverunt.

CCCXCIII Interloquutio ubi dicit ex duobus decretis illud potiùs posse nutare cui nomen Consulis deest, & præcipiens ut quæ interrupta fuerant perlegantur.

CCCXCIV. Prosecutio catholicorum asserens nec illius se decreti causationem aliquam facere, nec tamen alterius decreti se pati debere jacturam.

CCCXCV. Donatistarum ad ista responsio.

CCCXCVI. Interloquutio, ex majore diligentia Consulis adjecti fidem non perire decreto.

CCCXCVII. Donatistarum ad ista contentio.

CCCXCVIII Prosecutio catholicorum, Cæciliani purgationem debere in judicio recitari.

Vbi Donatistæ dicunt non valere catholicos solvere quod objectum est. CCCXCIX.

Catholicorum ad ista responsio, quur in apostolicis Conciliis non sit dies adjectus & Consul, & quòd in propheticis libris inveniantur singula tempora suis significationibus fuisse testata. CCCC.

Interloquutio præcipiens gesta quæ interrupta fuerant recitari. CCCCI.

Interloquutio quæ petentibus Donatistis ut judicet, dicit judicari de negotii parte non posse. CCCCII.

Recitatio judicii Miltiadis & aliorum similiter sacerdotum, qua Cæcilianus ostenditur absolutus. CCCCIII.

Prosecutio Donatistarum, ubi secundùm superiora contendunt ut catholicos cogat decreti quod adversùs Cæciliani damnatores protulerunt subire jacturam. CCCCIV.

Interloquutio quæ a Donatistis exigit utrum habeant aliquid proferendum contra recitatum judicium Miltiadis. CCCCV.

Item interloquutio quæ Donatistas aliud agentes admonet ut ad quæsita respondeant. CCCCVI.

Catholicorum responsio contra illud quòd à Donatistis decreti à se prolati jacturam facere compellantur. CCCCVII.

Vbi Donatistæ contendunt illud decretum adversùs damnatores Cæciliani à catholicis recitatum ideo nulla veritate fulciri quia persecutionis tempore non potuit Concilium congregari. CCCCVIII.

Catholicorum similis ad ista responsio, persecutionis tempore fieri potuisse Concilium; & hoc legalibus testimoniis edocetur. CCCCIX.

Prosecutio Donatistarum similis præcedenti. CCCCX.

Catholicorum ad ista responsio, potuisse Concilium persecutionis tempore celebrari si illo tempore, quamvis furtim, tamen etiam populus potuit congregari. CCCCXI.

Prosecutio Donatistarum, nunquam persecutionem passos esse catholicos, qui quanta vis sit persecutionis ignorant. CCCCXII.

Catholicorum ad ista responsio, quæ interrogat Donatistas utrum negent collectas Christianorum persecutionis fieri solere temporibus. CCCCXIII.

Interloquutio quæ definit à catholicis hoc probandum, utrum noverint persecutionis tempore Concilium celebratum. CCCCXIV.

Catholicorum responsio, Apostolos inter persecutiones Iudæorum primum fecisse Concilium. CCCCXV.

Donatistarum ad ista contentio. CCCCXVI.

Interloquutio à catholicis exigens hoc doceri. CCCCXVII.

Vbi catholici de actibus Apostolorum recitant lectionem, qua probare velint quòd ab ipsis Concilium requisitum est. CCCCXVIII

Interloquutio quæ designat recitatam à catholicis lectionem quod quæsitum est non probasse. CCCCXIX.

Prosecutio catholicorum asserens persecutionis tempore ab Episcopis colligi potuisse Concilium, siquidem tunc etiam plebes congregatæ reperiuntur, unde martyres facti sunt. CCCCXX.

Interloquutio id exigens comprobari, & ubi exceptores alii subrogantur. CCCCXXI.

Prosequutio catholicorum, quæ interrogari desiderat Donatistas utrum nulla habeantur martyrum gesta persecutionis tempore in collectis se fuisse fatentium. CCCCXXII.

Interloquutio ad interrogata respondere commonens Donatistas. CCCCXXIII

Donatistarum ad quæsita responsio, qua dicunt nullam domum Episcoporum capere potuisse Concilium. CCCCXXIV.

Vbi respondent catholici duodecim Episcopis qui CCCCXXV.

in Concilio tunc fuerunt domum sufficere potuisse.

ccccxxvi. Interloquutio quæ requirit quantus in illo Concilio numerus Episcoporum fuerit.

ccccxxvii. Catholicorum prosecutio similis præcedenti.

ccccxxviii. Interloquutio catholicorum dicta confirmans.

ccccxxix. Vbi catholici interrogant Donatistas utrum tempore persecutionis negent fieri solere collectas.

ccccxxx. Donatistarum prosecutio quæ dicit hoc decretum quod à duodecim Episcopis actum catholici protulerunt, vel hinc falsum esse quod illis non est temporibus factum, vel quod Imperatore in propinquis regionibus posito, nemo illic auderet congregare Concilium.

ccccxxxi. Vbi catholici dicunt parvum Episcoporum numerum facilè tunc colligi potuisse.

ccccxxxii. Donatistarum ad ista responsio.

ccccxxxiii. Vbi catholici contestantur non permitti suos exire quos ad gesta miserant perferenda de martyribus in collecta se fuisse fatentibus.

ccccxxxiv. Vbi ultro gêsta martyrum Donatistæ offerunt recitanda.

ccccxxxv. Interloquutio præcipiens eadem recitari.

ccccxxxvi. Vbi recitato de gestis Consule & die, flagitant Donatistæ ut etiam decreti Consul & dies cum eorundem gestorum Consule vel die conferantur.

ccccxxxvii. Interloquutio quæ inter decreti gestorumque tempora quantum intersit inquirit.

ccccxxxviii. Vbi aliter de intervallo temporis [a] pronuntiantibus catholicis, quantum interfuerit scriba respondet.

ccccxxxix. Vbi id quod de temporis intervallo aliter à catholicis renuntiatum fuerat, tolli de tabulis prohibent Donatistæ.

ccccxl. Vbi hoc ipsum catholici excusant, & remanere patiuntur in tabulis.

ccccxli. Vbi de hoc falsos notant catholicos Donatistæ.

ccccxlii. Catholicorum responsio, qua asserunt falsum illud dici non posse decretum, nisi probaverint Donatistæ persecutionis tempore collectas fieri non solere.

ccccxliii. Prosequutio Donatistarum, non potuisse Concilium eo tempore congregari quo martyres in eculeo dependebant.

ccccxliv. Interloquutio catholicorum repetens ad ista responsum.

ccccxlv. Vbi catholici respondent etiam tempore persecutionis tantam fuisse Christianorum diligentiam ut in carceribus baptizati martyres fecerint collectas plebis, factas ex gestorum p[...]e recitatione clarescere.

ccccxlvi. Interloquutio gesta præcipiens recitari.

ccccxlvii. Vbi Donatistæ dicunt hæc ipsi se gesta nuper obtulisse recitanda quæ nunc à catholicis proferuntur.

ccccxlviii. Item recitatio gestorum quibus passiones martyrum continentur.

ccccxlix. Item offerunt alia martyrum gesta catholici unde collectæ plebis tunc factæ doceantur, & recitantur.

ccccl. Interloquutio quæ definit ex recitatione gestorum collectas plebis persecutionis tempore celebratas.

cccli. Prosecutio Donatistarum, qua contendunt catholicos decreti istius facere debere jacturam, quia non potuit tunc episcopale Concilium congregari.

ccccLII. Interloquutio quæ definit duodecim Episcopos in unam domum tunc colligi potuisse quando collectæ plebis publicè fieri potuerunt.

Prosecutio Donatistarum, qua adhuc de decreti falsitate contendunt, & ipsius decreti sententias & verba discutiunt, & Cæcilianum contra damnatores suos illo se decreto dicunt defendere potuisse, si constaret tunc factum hoc fuisse decretum. ccccliii.

Interloquutio contra Donatistarum prosecutionem, quæ dicit duodecim Episcopos & congregari tunc & latere facilè potuisse, Cæcilianum autem non illo XII. Episcoporum decreto [damnatum,] sed Miltiadis potiùs absolutum esse judicio. cccliv.

Vbi iterum Donatistæ catholicos cogunt jacturam ipsius subire decreti. ccclv.

Vbi alia documenta imperatorii judicati super absolutione Cæciliani volunt offerre catholici. ccclvi.

Interloquutio id ipsum præcipiens recitari. ccclvii.

Vbi exigunt à judice Donatistæ ut de decreti illius falsitate pronuntiet. ccclviii.

Interloquutio, claruisse de gestis fieri tunc potuisse Concilium. ccclix.

Prosecutio catholicorum, qua, tacentibus Donatistis, judicatum Constantini super absolutione Cæciliani offerunt recitandum. ccclx.

Prosecutio Donatistarum, qua contendunt fieri tunc non potuisse Concilium, & debere catholicos ejusdem decreti dispendium sustinere. ccclxi.

Interloquutio, tunc de isto decreto enixiùs inquirendum fuisse si in hoc Cæciliani absolutio teneretur, nunc Donatistas contra judicium Miltiadis aliud oportere vel dicere vel proferre quo Cæciliani absolutio destruatur. ccclxii.

Prosecutio Donatistarum, qua promittunt responsuros se esse contra judicium Miltiadis, fidem tamen illius inquirendam esse decreti. ccclxiii.

Interloquutio exigens intimari aliquid contra judicium Miltiadis, & judicans in persecutione fieri potuisse Concilium. ccclxiv.

Catholicorum prosecutio, necessariam fuisse causam cur tunc congregarentur Episcopi. ccclxv.

Interloquutio exigens contra Cæciliani absolutionem à Donatistis aliquid responderi. ccclxvi.

Prosecutio Donatistarum, quamvis collectæ tunc factæ sint plebis, tamen Episcoporum contrahi tunc non potuisse Concilium. ccclxvii.

Interloquutio exigens Donatistas legere aliquid contra judicium Miltiadis. ccclxviii.

Prosecutio Donatistarum, non potuisse Episcopos suos in eo crimine alterum condemnare, si eo ipsi tenerentur obnoxii. ccclxix.

Catholicorum de scripturis dominicis ad ista responsio. ccclxx.

Interloquutio exigens ut contra absolutionem Cæciliani quid proferatur. ccclxxi.

Prosecutio Donatistarum, Cæcilianum in Africa, ubi damnatus fuerat, debuisse purgari, Miltiadis autem pro eo sententiam non valere, quia simili etiam crimine tenebatur. ccclxxii.

Prosecutio catholicorum exigens hoc probari quod de crimine Miltiadis dixerant Donatistæ. ccclxxiii.

Interloquutio adprobari præcipiens quod intenditur Miltiadi. ccclxxiv.

Prosecutio Donatistarum, qua de Miltiadis nomine quid sit actum probaturos se gestorum recitatione promittunt. ccclxxv.

[a] PRONVNTIANT.] Ita nos emendavimus, cùm in veteri libro legatur, *pronuntiantium catholicis quantum interfuerit scripta respondeat.* Emendationem confirmat Augustinus in Breviculo tertiæ diei cap. 17. *Jussit etiam cognitor computare officium & renuntiare, consideratis utriusque Consulibus & diebus, & qui de Concilio Cirtensi & qui de gestis martyrum legebantur, quia dictum fuerat à catholicis post illorum martyrum passionem unde persecutionis tempus probabatur, prope annum consecutum fuisse usque ad Consulem & diem Concilii Cirtensis. Responsio autem computantis officii mensem interfuisse suggesserat. Voluerunt ergo catholici de tabulis tolli quod dixerant &c.*

CCCCLXXVI. Vbi catholici petunt de nomine Miltiadis res judicatas debere proferri.

CCCCLXXVII. Vbi Donatistæ dicunt se scriptis Optati catholici Episcopi monstraturos Cæcilianum Brixiæ fuisse damnatum.

CCCCLXXVIII. Interloquutio, Optati testimonio nunc amoto, illud potiùs quod super nomine Miltiadis Donatistæ promiserant proferendum.

CCCCLXXIX. Vbi Donatistæ Optati volunt testimonium recitari.

CCCCLXXX. Interloquutio quæ promittit Optati testimonium recitandum, si primùm quod contra Miltiadem promissum fuerat recitetur.

CCCCLXXXI. Prosecutio catholicorum, contra evidentes Episcoporum sententias unius Optati testimonium suscipi non debere.

CCCCLXXXII. Donatistarum prosecutio, nimiùm verum esse quod contra catholicos Optatus catholicus dixit.

CCCCLXXXIII. Catholicorum prosecutio, Optati scripta pro scripturis canonicis non haberi.

CCCCLXXXIV. *Vide Augustin lib. 3. contra Crescon. cap. 71.* Prosecutio qua exigunt Donatistæ ut aut damnent catholici Optatum, aut patiantur ejus testimonium recitari quo Cæcilianum Brixiæ dicit fuisse damnatum, & qua admonent judicem ut promissam teneat æquitatem.

CCCCLXXXV. Interloquutio similis præcedenti.

CCCCLXXXVI. Catholicorum prosecutio, contra Miltiadem debere Donatistas proferre aliquod judicatum.

CCCCLXXXVII. Iterloquutio similis præcedenti.

CCCCLXXXVIII. Vbi dicunt Donatistæ non esse prolixum quod de Optato desiderant recitari.

CCCCLXXXIX. Interloquutio ordinem servandum esse definiens, ut primò contra Miltiadem aliquid, postea de Optato quantum voluerint recitetur.

CCCCXC. Vbi gesta in orbe habita offerunt Donatistæ.

CCCCXCI. Vbi gesta eadem recitantur quibus in urbe Roma à nonnullis aliis & à quodam Starone rerum ecclesiasticarum traditio perpetrata est.

CCCCXCII. Interloquutio, in tam prolixis gestis nihil dictum de nomine Miltiadis.

CCCCXCIII. Vbi dicunt Donatistæ adhuc se non finisse totum quod promiserant recitare.

CCCCXCIV. Catholicorum prosecutio, qua prolixis gestis se patientiam præbuisse testantur, & nihil ex iisdem adversùm Miltiadem esse prolatum; unde se debere de absolutione Cæciliani etiam Constantini Principis legere judicatum.

CCCCXCV. Prosecutio Donatistarum, qua testantur traditionem se gestis prioribus recitasse, & adhuc se habere quod legant.

CCCCXCVI. Interloquutio alia circa Miltiadis personam recitari gesta permittens, & catholicis servans ut recitent postea si quid velint.

CCCCXCVII. Hic catholici volunt esse testatum quòd non expresserint Donatistæ ubi superiora gesta confecta sint.

CCCCXCVIII. Interloquutio confirmans quod à catholicis dictum est.

CCCCXCIX. Item à Donatistis gesta alia recitantur, quibus post redditam agendi licentiam Christianis, res Ecclesiæ quæ traditæ fuerant recuperantur ab Stratone & ceteris quos ad id negotium Miltiades Episcopus destinarat.

D. Interloquutio, quòd etiam secunda gesta nihil de reatu contineant Miltiadis.

DI. Vbi asserunt Donatistæ eum Stratonem quasi Diaconum à Miltiade directum ad res Ecclesiæ repetendas qui invenitur antè tradidisse.

DII. Interloquutio postulans id doceri.

DIII. Vbi recitatur ex primis gestis Stratonis nomen.

DIV. Interloquutio postulans evidenter ostendi utrum Straton in primis gestis Diaconus fuerit nominatus.

Vbi Donatistæ ex hoc illud interpretari volunt ibi Diaconum significatum quòd iisdem gestis hortator superstitionis fuerit nominatus. DV.

Vbi catholici ex Donatistarum prosecutione colligunt fieri potuisse ut alter fuerit Straton superstitionis hortator. DVI.

Donatistarum contra ista contentio. DVII.

Interloquutio qua dicitur utraque gesta iisdem temporibus facta, & debuisse Stratonem eodem hortatoris nomine utrobique signari. DVIII.

Item interloquutio quæ requirit apertum crimen & manifestam damnationem Miltiadis esse promendam. DIX.

Prosecutio Donatistarum, eundem Stratonem esse qui primò tradidit, postea res suscepit Ecclesiæ, nec obesse veritati quòd ibi hortator superstitionis est dictus, quia gentiles Diaconum dicere noluerunt, tunc de Miltiade oportere judicari Stratonis consortio maculato. DX.

Interlocutio, probari oportere quòd idem Straton etiam tunc à Miltiade directus sit quando dicitur tradidisse. DXI.

Donatistarum prosecutio, ideo ibi non teneri vocabulum Miltiadis quòd adhuc Episcopus non fuisset, hinc autem Miltiadem fuisse pollutum quòd traditorem Stratonem in numero habuit Diaconorum. DXII.

Interloquutio pronuntians partes agere debere quæ competunt. DXIII.

Prosecutio catholicorum, duos Stratones tunc esse potuisse, nec abhorrere à consuetudine ut duo uno nomine censeantur, Miltiadem verò reum esse non posse, nisi traditionem Stratonis scisse doceatur. DXIV.

Interloquutio, inter Episcopos nihil suspicionibus actitandum, & debere Constantini judicium recitari. DXV.

Recitatio judicii Constantini, quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium significat Imperator. DXVI.

Interloquutio quæ admonet Donatistas utrum contra hæc habeant aliquid recitandum. DXVII.

Vbi dicunt iterum Donatistæ Miltiadem Stratonis societate pollutum. DXVIII.

Interloquutio similis præcedenti. DXIX.

Vbi dicunt Donatistæ falsum esse judicium Constantini a[illegible]hus intimatum. DXX.

Interloquutio, quòd inter partes sententiam tulerit Imperator. DXXI.

Vbi hoc legi desiderant Donatistæ. DXXII.

Interloquutio hoc ipsum significans, & ex rescripto Principis superiùs recitato. DXXIII.

Vbi Donatistæ volunt esse testatum in rescripto Principis nec diem esse nec Consulem. DXXIV.

Vbi respondent catholici & lectum esse ex rescripto diem, & iterum offerunt ut legatur. DXXV.

Prosecutio Donatistarum, lecto die non esse Consulem lectum. DXXVI.

Catholicorum ad ista responsio, & ut, si de rescripto dubitatur, archivorum inspiciatur auctoritas. DXXVII.

Interloquutio, imperiale rescriptum, cui desit Consul & dies, in dubium revocari non posse. DXXVIII.

Vbi Donatistæ queruntur episcopale decretum superiùs à catholicis cum Consule esse prolatum, & nunc Imperatoris epistulam sine Consule recitati. DXXIX.

Vbi catholici provocant Donatistas ut dicant falsam esse Imperatoris epistulam. DXXX.

DXXXI. Vbi postulant Donatistæ ut quod sibi servatum fuerat, de Optato proferant lectionem.

DXXXII. Interloquutio, debere respondere primitus Donatistas utrum falsa sit Imperatoris epistula, & ita demum de Optato recitari quod velint.

DXXXIII. Vbi asserunt Donatistæ Cæciliano nihil prodesse rescriptum, quia invenitur postea condemnatus; & hoc volunt recitata Optati lectione constare.

DXXXIV. Vbi catholici contestantur quòd sibi non obsit error Optati; legi tamen patiuntur Optatum.

DXXXV. Vbi postea Consul invenitur imperiali epistulæ.

DXXXVI. Vbi de Optato lectio recitatur.

DXXXVII. Non inventa in Optato damnatione Cæciliani, sed retentione apud Brixiam, temperantiùs ab Optato esse dictum asserunt Donatistæ.

DXXXVIII. Interloquutio debere Donatistas, qui hoc Optatum temperantiùs posuisse dixerunt, evidentiùs approbare Cæcilianum ab Imperatore fuisse damnatum.

DXXXIX. Prosecutio Donatistarum, qua dicunt alium Casæ non fuisse Donatum.

DXL. Catholicorum ad ista responsio, quòd in actis Miltiadis Donatus Casensis evidenter expressus sit.

DXLI. Vbi Petilianus Episcopus partis Donati impedimento raucedinis agere se non posse testatur.

DXLII. Vbi catholici testantur ideo se Petilianum excusationi subtrahere voluisse quòd ei Donatus Casensis ex gestis evidenter ostensus est.

DXLIII. Interloquutio, cùm septeni adstent, de unius defectu querelam esse posse.

DXLIV. Prosecutio Donatistarum, qua Principi Constantino libellum asserunt proprios dedisse majores, & eo Principem motum agendi eis dedisse licentiam; & ibi Felicis Aptugnitani Episcopi, qui Cæciliani fuerat ordinator, causa narratur.

DXLV. Interloquutio exigens ut quod competit Donatistis documentorum prolatione monstretur.

DXLVI. Libelli recitatio quam Constantino Imperatori dederunt illo tempore Donatistæ.

DXLVII. Prosecutio catholicorum, qua asserunt pro se facere libellum quem recitaverunt Donatistæ.

DXLVIII. Interloquutio catholicorum dicta confirmans, & rescriptum Constantini præcipiens recitari.

DXLIX. Vbi recitatur epistula Constantini ad [a] Vicarium Verinum destinata, qua libertatem agendi tribuit Donatistis.

DL. Prosecutio catholicorum, quæ dicit pro se magis epistulam facere Constantini, quia non de Cæciliano aliquid judicatum est, sed furori suo ipsi permissi sunt.

DLI. Interloquutio catholicorum dicta confirmans.

DLII. Vbi Donatistæ petunt ut judex de permissa sibi à Constantino arbitrii libertate pronuntiet.

DLIII. Interloquutio pronuntians quod peotum est, & adserens Principem Honorium de absolutione Cæciliani hodie præcepisse disquiri.

DLIV. Prosecutio Donatistarum, qua interpretantur ideo non videri Cæcilianum fuisse purgatum quia retractata causa Felicis ordinatoris ejusdem, Ingentios quidam ad comitatum præceptus est destinari, & nihil actum ab Ingentio reperitur quo Felix absolutus esse noscatur.

DLV. Prosecutio catholicorum, qua promittunt se Æliani Proconsulis recitata relatione monstrare quid super Felicis absolutione fuerit actitatum.

Vbi Donatistæ contendunt Constantini potiùs litteras recitandas, quibus jussus est Ingentius ad palatium destinari. DLVI.

Interloquutio quæ hoc potiùs præcipit recitari. DLVII.

Vbi hæ ipsæ litteræ recitantur. DLVIII.

Prosecutio catholicorum, ubi dicunt relationem Æliani Proconsulis recitandam, qua Felix ostenditur absolutus. DLIX.

Recitatio relationis ejusdem. DLX.

Interloquutio quæ deposcit ut ad pleniorem fidem etiam gesta ipsa quibus Felix purgatus est recitentur. DLXI.

Vbi Donatistæ contendunt illud potiùs recitandum si aut directus est, aut aliquid apud Imperatorem egit Ingentius. DLXII.

Prosecutio catholicorum, acta potiùs recitari oportere; ut quemadmodum Cæcilianum constitit absolutum, ita & Felix purgatus fuisse monstretur. DLXIII.

Interloquutio gesta præcipiens recitari. DLXIV.

Gestorum recitatio pro Felice, qui Cæciliani fuerat ordinator. DLXV.

Interloquutio exigens ut quod partibus competit intimetur. DLXVI.

Prosecutio Donatistarum contra gesta pro Felice prolata. DLXVII.

Interloquutio, gesta quæ roboravit antiquitas nonnisi aliorum prolatione gestorum posse rescindi. DLXVIII.

Prosecutio catholicorum, sufficere causæ quod ab ipsis est recitatum, & si Cæciliani purgationem Ingentii persona rescindit, Donatistas hoc potiùs debere monstrare. DLXIX.

Interloquutio quæ istud exigit recitari. DLXX.

Donatistarum prosecutio, qua dicunt præsentem Felicem debuisse purgari, & qua requirunt utrum aliquid apud Imperatorem Ingentius pro Felice responderit. DLXXI.

Prosecutio catholicorum, qua dicunt quoniam omnia per ordinem recitata sunt, debere cognitorem, summotis tergiversationibus, ferre sententiam. DLXXII.

Interloquutio exigens ut contra gesta quibus absolutus est Felix aliquid recitetur. DLXXIII.

Prosecutio catholicorum, majoris esse innocentiæ documentum quòd absens purgatus est Felix. DLXXIV.

Prosecutio Donatistarum, qua omnes totius negotii recapitulantur articuli superiorum prosecutionum diversi tractati. DLXXV.

Interloquutio, absoluta & consumpta repeti non debere, qua rursus exigitur ut contra Felicis absolutionem aliquid recitetur. DLXXVI.

Prosecutio catholicorum postulans ut quoniam, discussis omnibus, superflua repetuntur, jam sententia proferatur. DLXXVII.

Interloquutio contra Felicis absolutionem aliquid recitandum. DLXXVIII.

Prosecutio Donatistarum, debere judicem de his quæ prolata sunt judicare. DLXXIX.

[Prosecutio catholicorum postulans] ut etiam cetera recitentur. DLXXX.

Interloquutio, omnia debere recitari, ut de omnibus judicetur. DLXXXI.

Prosecutio Donatistarum similis præcedenti. DLXXXII.

Interloquutio similis præcedenti. DLXXXIII.

Prosecutio Donatistarum, pro arbitrio partis adversæ falsatum esse & destructum quicquid à sua parte prolatum est. DLXXXIV.

a VICAR. VERIN] Vide quanti momenti sit antiqua monumenta dare sincera. Massonus & Pithœus heic per errorem ediderunt *ad Vicarium Vicarium*, contra fidem veteris exemplaris. Iuretus conjecit, & rectè, heic restituendum esse nomen Verini. Alii putarunt vocem *Vicarium* bis heic positam esse superfluè vitio librariorum, ideoque semel tantùm ponentes, locum hunc se sanasse arbitrati sunt. Vide quæ de ea re dicta à nobis sunt in libro secundo Miscellaneorum nostrorum pag. 474.

DLXXXV. Interloquutio, si nihil superest quod legatur, debere partes exire ut scribi possit plena sententia.

DLXXXVI. Interloquutio convocans partes ut sententia recitetur.

Sententia recitata, quæ totum complexa negotium, quid observari oporteat pro catholica unitate decertur. DLXXXVII

Expliciunt capitula tertiæ cognitionis.

---

a [a] INCIPIUNT GESTA COLLATIONIS HABITÆ inter Episcopos catholicos & Donatistas coram D. N. V. C. & spectabili Flavio Marcellino Tribuno & Notario.

I. b c *Post consulatum Varanis V. C. Kalendis Iuniis Carthagine in [b] secretario [c] thermarum Gargilianarum, præsentibus Sebastiano, Maximiano, & Petro viris devotissimis Pretectoribus domesticis, adstantibus Urso, Petronio, & Libo,ò Ducenariis, Bonifacio & Evasio apparitoribus inlustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore illustris comitivæ* d *[d] sedis, Exitioso adjutore corniculari, Possidio, Quodvultdeo, & Colonico adjutoribus commentariorum officii D. N. V. C. & spectabilis Proconsulis. Navigio adjutore numerorum officii D. N. V. C. & spectabilis Vicarii, Nampio scriba officii V. C. Legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba V. C. Curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus D. N. V. C. & spectabilis Proconsulis, Fabio exceptore D. N. V. C. & spectabilis Vicarii; & Romulo exceptore V. C. Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale Notariis Ecclesiæ catholicæ, Victore & Crescomio Notariis Ecclesiæ Donatistarum, Ursus Ducenarius inlustrium atque eminentium potestatum dixit.* DUDUM e [e] vestra sublimitas secundùm imperiale præceptum & nos & ceteros qui tam de sacratissimo comitatu quàm etiam de Africanis officiis sublimitatis tuæ sunt actibus deputati, ad singulas provincias destinavit, & edicta etiam per universam Africam direxit, ut tam catholici quàm Donatistæ Episcopi intra quartum mensem conlationi cuncti adesse deberent. quæ tempora hodierna die videntur impleri. Et quia præsto sunt universi, de omnibus scilicet provinciis Africanis, id est, de provincia proconsulari, de provincia f [f] Byzacena, de Numidia, de Mauritaniis Sitifensi & Cæsariensi, sed etiam & de Tripolitana provincia, si præcipit nobilitas tua, adsint iidem venerabiles viri, ut omnia suo ordine peragantur.

Flavius Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit. Adsint venerabiles viri quos præsentes esse suggeritis. *Et ingressis universis Episcopis partis Donati, ingressis etiam Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio Episcopis Ecclesiæ catholicæ, cum Novato, Florentio, Maurentio Bonifacio, Prisco, Sereniano, & Scyllacio coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto æquè Episcopis & custodibus gestorum,* II.

Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit. Optarem quidem tantæ hujus multitudinis sanctitatem, quæ sub unius Christi Dei religione censetur, nulla à se dissensione sejungi. Sed quia id quod dudum error antiqui hostis immisit, Deum certum est velle nunc corrigi, ne diutiùs germana religio concertatione sui spectaculum gentibus faciat, licèt supra meritum meum hoc cognoscam esse judicium ut inter eos videar judicare à quibus me potiùs deceat judicari, tamen quia certum est hanc causam spectante Deo & angelis testibus agitandam, quæ sub fidei cœlestis examine vel probata præmium afferat vel læsa judicium, ut tandem præsentium disceptationibus Episcoporum manifestiùs veritas elucescat, imperialis primitus sanctio recitetur, ut in quem modum atque formam sit suscipienda cognitio ab omnibus possit adverti, licèt eam cunctis innotuisse sat clarum sit. III.

[g] *Martialis exceptor recitavit.* g

Imperatores Cæsares Flavius Honorius & Theodosius pii, felices, victores, ac triumphatores semper Augusti, Flavio Marcellino suo salutem. Inter imperii nostri maximas curas catholicæ legis reverentia aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi ut verum Dei cultum orbis nostri plebs devota custodiat, ut etiam Donatistas vel IV. Vide collat. 1. cap. 29.

[a] INCIPIUNT] Nullus in veteri codice titulus apparet, sed illius loco hæc leguntur quæ initium gestorum constituunt. Nos itaque titulum addidimus, ut etiam suppleremus aliquo modo defectum nominis Marcellini, quod necessariò præponi debuit his gestis.

[b] IN SECRETARIO] id est, in auditorio, in prætorio, in loco ubi jus publicè dicitur. Vocabulum est Iurisconsultorum, apud quos sæpe legitur secretarium judicum, ut consistorium Principis. Cyprianus Episcopus Carthaginensis productus est *Carthagini in secretario* coram Paterno Proconsule, ut legitur in ejus actis. Secretarium prætorii legitur apud Augustinum lib. 3. contra Cresconium cap. 56. & secretarium Proconsulis apud Evodium Uzalensem lib. 2. de miraculis sancti Stephani cap. 5. Locus autem ille erat situs in media urbe Carthaginensi, ut docet Augustinus in libro ad Donatistas scripto post collationem cap. 8. Fuisse spatiosum, lucidum, & refrigerantem scribitur ibidem cap. 35.

[c] THERMAR. GARGIL.] Harum thermarum descriptio extat in libro secundo veterum epigrammatum à Petro Pithœo editorum pag. 75. Ex prioribus verò & ultimis literis epigrammatis in quo thermæ illæ describuntur rectè collegit Sirmondus eas à Thrasamundo Vandalorum Rege fuisse renovatas. Porrò cùm secretarium thermarum Gargilianarum fuerit in media urbe Carthaginensi, consequens est illic quoque sitas fuisse easdem thermas.

[d] SEDIS] proconsularis nimirum. Vide infrà collat. 1. cap. 4.

[e] VESTRA SUBLIM] Hinc apparet debuisse suprà nominari Marcellinum Tribunum & Notarium, cùm ad eum verba sua convertat Ursus ducenarius.

[f] BYZACENA] In veteri exemplari legitur *Byze.* Ex quo Massonus & Pithœus effecerunt *Burcensi.* Et tamen certum est eam lectionem non posse esse bonam. Atque id eò libentiùs adnoto quòd videam eam editionem huc impulisse virum doctum Ioannem Garnerium ut hinc colligeret Byzacenam provinciam dictam quoque fuisse Buscensem.

[g] MARTIALIS EXCEPT.] Mirum est hunc exceptorem, cujus nomen sæpe legitur in his gestis, non fuisse nominatum inter eos qui eodem munere fungi jussi sunt in hac collatione. Ex capite autem tertio & quarto tertiæ cognitionis colligitur eum fuisse exceptorem sedis proconsularis, ac deputatum Marcellino, id est, jussum adhærere ei ejusque mandata exequi. Nimirum Honorius Imp. quosdam tam de sacratissimo comitatu quàm etiam de Africanis officiis deputaverat ut adessent Marcellino in executione mandati Principis, quemadmodum suprà legitur initio gestorum. Itaque nominandus erat cum ceteris officialibus quorum nomina illic recitata sunt.

terrore

terrore vel monitu olim implere convenerat, qui Africam, hoc est, regni nostri maximam partem, & secularibus officiis fideliter servientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare quæ omnium retro Principum devota in Deum definivit auctoritas; ne nostris temporibus, si quid fortè in injuriam legis catholicæ fuerit generatum, justo judicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sanè latet conscientiam nostram sermo cælestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæva Donatistarum interpretatio profitetur: qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitiùs invitaret, aboleri eum tamen etiam antè jussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus; illudque meritò profitemur, libenter nos ea quæ statuta fuerant submovere, ne in divinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamvis una sit omnium & manifesta sententia catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cœlesti sententia comprobatam, studio pacis & gratiæ venerabilium virorum Episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas Episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat civitatis; ut electis etiam sacerdotibus quos pars utraque delegerit, habitis disputationibus, superstitionem ratio manifesta

Augustin. brevic. 1. diei c. 2.

confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, ut conversos animos populorum etiam nostra clementia, sicut desiderat, celeriùs possit cognoscere. Quòd si intra præstitutum tempus studiosè Donatistarum Episcopi declinaverint convenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur; quibus emensis atque transactis, si provocati adesse contempserint, cedat cum Ecclesiis populus qui doctores suos silentio cognoverit superatos, & victum se aliquando gratuletur, sciatque si non præceptis nostris, vel catholicæ legis veris imperiis serviendum. Cui quidem disputationi principe loco te judicem volumus residere. (Quicquid etiam antè in mandatis acceperis, plenissimè meministi) omnemque vel in congregandis Episcopis vel evocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere; ut & ea quæ antè mandata sunt, & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante

L. 3. Cod. Theod de relig. Lib. 6. Capitulat. c. 367.

omnia servaturus, ut ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella [a] subreptione submota, integra & inviolata [b] custodias. Vt sane adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles Proconsulem atque Vicarium serenitas nostra commonuit ut si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis quàm ex omnium judicum apparitione abundè necessarios faciant deputari. Erit jam sollicitudinis tuæ; si quid ulla cognoveris arte differri, missis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correctio. Omnia sanè quæ vel in unum Episcopis congregatis disputatio completa firmaverit, vel desistentibus fortè statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conveniet; ut quid ad confirmandam catholicam fidem præceptio nostra profecerit, celeriùs possimus agnoscere. *Et divina manu.* Vale Marcelline carissime nobis. Data pridie idus Octobris Ravennæ [c] Varane V. C. Consule. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Recitata venerabilis lex gestis præsentibus inseratur, cujus definitio evidenter apparuit. Vnde nunc edictorum meorum per ordinem forma recitetur.

V. Augustin. brevic 1. diei c. 2.

Martialis exceptor recitavit. Quid clementissimus Princeps Dominus noster Honorius pro catholicæ fidei confirmatione decreverit, antelatorum apicum tenore monstratur. Legationem siquidem venerabilium Episcoporum libenter accipiens, Africam suo devotam semper imperio vario religionum genere diutiùs inquietari decolorarique non passus est. Studio namque pacis & fidei tantorum discidia populorum ex antiqua persuasione venientia veritatis voluit manifestatione sedari; ut quos sedare principalibus à se sanctionibus prorogatis ac trahi ad unam fidei sententiam non posse pervidit, habita utrarumque partium disceptatione revocaret. Cunctos etenim tam catholicæ quam Donatianæ partis Episcopos in unum voluit congregari; ut electis ab utraque parte peritioribus viris, certæ fidei veritate discussa, superstitionem ratio manifesta convincat: quatenus quicquid illud [est] quod pro suis partibus æstimat unusquisque posse competere proferatur in medium, & sic germanæ vel serò fidei lux clarescat. Consona siquidem utriusque partis petitio ad hanc Principem sententiam provocavit. Nam sicut à catholicis nuper conlatio postulata est, sic ante brevissimum tempus Donatistarum Episcopos in judicio inlustrium potestatum conlationem postulasse non dubium est. Et quoniam libenter assensum tribuit clementia principalis, & Concilium fieri intra Africam universale decrevit, [d] utriusque partis justa poscentibus, huic me disputationi principe loco judicem voluit residere. Vnde cunctos per Africam tam catholicæ quàm Donatianæ partis Episcopos hujus edicti tenore commoneo ut intra tempus lege præscriptum, id est, intra quatuor menses, qui dies intra diem Kalendarum Iuniarum sine dubio concludetur, ad civitatem splendidam Carthaginensem Concilii faciendi gratia convenire non differant, ne eam partem de merito propriæ fidei appareat [e] judicasse quam defuisse constiterit. Vniversos etiam cunctarum provinciarum curatores, magistratus, & ordinis viros, necnon & actores, procuratores, vel seniores singulorum locorum pari admonitione convenio, sub propriæ existimationis dignitatis reatu, salutisque periculo, quatenus in civitatibus locisque in quibus consistunt utriusque partis Episcopos convenire vel sub gestorum confectione vel sub cujuslibet scripturæ documento exstante festinent. Et si ipso in tempore in civitatibus non potuerint inveniri, per rura etiam perquisitis tam

[a] SVBREPTIONE] In codice Theodosiano & in Capitularibus legitur *superstitione*, etiam in codicibus antiquis.

[b] CVSTODIAS] In locis suprà laudatis legitur, *custodiri præcipimus.*

[c] VARANE V. C. CONS.] Hæc addita sunt ex Codice Theodosiano, ubi refertur fragmentum istius constitutionis.

[d] VTRIVSQ. P. IVS. POSC.] Obscurus locus & haudubiè mendosus. In veteri libro scriptum antiquitus fuit: *utriusque partis juxta poscentibus.* Deinde ita emendatum est, etiam antiquitus, ut *justa* legeretur. Quomodo edidit Massonus. Postea Pithœo visum est retinendam esse priorem scripturam veteris exemplaris. Ego puto vocem *juxta* alieno loco positam esse, & sic reponendum: *juxta utriusque partis postulata.* Sic enim integer & planus erit sensus.

[e] IVDICASSE] Hæc vox nullum isthic bonum sensum facit. Quid si legatur *dubitasse?*

 L

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

imperialis præcepti forma quàm tenor hujus innotescat edicti; quatenus intra hos quatuor menses ordinum relatione cognoscam singularum partium voluntatem. Illud etiam scire Donatianæ partis Episcopos volo, si quis eorum affuturum se esse responderit, [a] Ecclesiam sibi primitus cum omni jure suo, quæ forte à catholicis juxta præceptum imperiale retinetur, sine aliqua dilatione per viros ordinis mox tradendam; si verò omnes vel singulis in locis suis positi se adfuturos esse responderint, & Ecclesias & ea loca quæ eorum fuisse vel eos tenuisse constiterit, per supradictorum ordinum instantiam eorum juri dominioque reddenda; ut reformato iisdem primitus statu, disputationis inchoetur initium. Et quoniam tanti mihi negotii summam committere voluit augustissimus Princeps, illud me quoque fateor libenter accipere, ut si de mea persona aliquid cunctationis affertur, alium mecum judicem, quem ipsi delegerint Donatianæ partis & fidei, vel superioris vel similis dignitatis residere non abnuam. Sive autem cùm alio sive solus in hoc negotio judicaturus interero, nihil aliud me nisi quod allegationes partium examinatæ potuerint demonstrare, & quod veri invenerit fides, per admirabile mysterium Trinitatis, per incarnationis dominicæ sacramentum, & per salutem supramemoratorum Principum judicaturum me esse promitto. Nec illam sanè partem potui reticere quatenus noverint, sive pro Donatistis, sive pro catholicis fuerit lata sententia, in nullo se Donatistarum Episcopos aliquam molestiam esse passuros, sed liberos & ab omni injuriæ genere alienos ad propria redituros. quod me & per tremendum judicii diem & per sacramenta superiùs memorata ita facturum esse polliceor. Omnes autem qui ad singulas provincias fuerant destinati, noverint in nullo se quemquam deinceps Donatistarum aliquatenus convenire debere vel aliquam iisdem superioris executionis molestiam generare, ni malunt pro contemptu recentioris præcepti subjacere vindictæ. Erit autem omnibus Donatianæ partis hominibus de eorum qui missi sunt concussionibus & deprædationibus, si quas forte admissas esse noverunt, liberum conqueri; ut in eos, probata criminum qualitate, ultio digna procedat. *Et alia manu.* Proponatur.

VI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Lectum edictum gestis præsentibus adhærebit, quo constat me evidentiùs obtulisse ut, si placeret, electus à vestra parte mecum alius cognitor resideret: qui si præsto est, introire dignetur.

VII. *Petilianus Episcopus dixit.* Non decet nos cognitorem eligere alterum, qui non petivimus primum. *Et alia manu.* Recognovi.

VIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Evidentissimè præceptionis augustæ tenore declaratum est conlationem non cognitorem fuisse postulatum & arbitrio suo meæ mediocritatis judicium delegisse; cui necesse est me omnibus modis inservire, cùm & sanctitatem vestram ideo convenisse manifestum sit ut satisfieret imperialibus constitutis.

IX. *Petilianus Episcopus dixit.* Salvis omnibus quæ competunt nobis & de persona & in causa, proponant ii qui ista elicere meruerunt. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Salvis atque incolumibus universis quæ legibus deferuntur, edictorum per ordinem, sicut & priùs statui, formæ recitentur.

X. *Martialis exceptor recitavit.* Magnitudo hujusce negotii, quod de veritatis ac religionis agnitione suscipitur, etiamsi parum momenti sui libraretur examine, convenerat tamen ipsa disceptantium gravitate atque auctoritate pensari. Nulli enim habetur ambiguum quanti sit ponderis causa quæ inter Episcoporum est discutienda personas. Sed cùm mihi cognitionem disceptationis hujusce crediderit augusta dignatio, eisque judicem dederit quibus inferiorem me esse pro tanti nominis veneratione cognosco, fidei sollicitudinis meæ hac consideratione prospexi, ut de meo vellem judicio judicari. Hujus igitur auctoritate propositi omnes utriusque partis Episcopos censui commonendos ut antè cognoscant non ampliùs quam septenos ambarum Episcopos partium mutuæ inter se disceptationis habituros esse conloquium, quos in officium disputandi suarum partium subrogarit electio, siquidem certum deligi ex partibus numerum præceperit imperialis auctoritas. Aderunt alii quoque septeni delecti judicio suæ cujusque partis Episcopi, qui servata primitus per omne conloquium moderatione silentii, ad hoc se tantùm intelligant interesse ut si qui ex disputantibus utrinque septenis conferre consilium cum suorum quoque voluerit, cum eodem illic secedat in partem, atque ibi communicata patienter ratione tractandi, proprium revertatur ad locum, fidem servaturus officii, ut alter, cui id necesse est, tacendo audienda commendet, alter, cui id munus est, loquendo suscepta confirmet. Erit autem conlationi aptissimus locus thermarum Gargilianarum, in quem die Kalendarum Iuniarum eosdem Episcopos solos qui designati sunt oporteat convenire. Ex quo illud profectò perspicuum est, eò nullum penitùs populi fieri debere conventum quò nec ipsos universos confluere sinatur Episcopos. Nam cùm patientia disputandi, quæ soli amica silentio est, omnem catervatim agminis strepitum perhorrescat, nihil interest utrum eam congestio populorum an Episcoporum turba præpediat. Igitur Episcopi memorati soli in prædictum locum tempusque conveniant; ita tamen ut reliqui omnes utriusque partis Episcopi ante diem qui prædestinatus examini est ratum se habituros quicquid à septenis utrique coepiscopis suis fuerit actitatum epistolis ad meam dicationem currentibus utrinque designent; quibus epistolis tamen etiam testimonium omnes apud me propriæ subscriptionis adjungant. Æquissimum namque est ut eorum universa conlatio rata futura promittatur ab omnibus [b] qui eliguntur ab omnibus. Nullus ergo vel laicus vel Episcopus ultra numerum præstitutum in illum tranquillissimum Concilii locum contra prohibitum moliatur accedere; quin potiùs etiam plebes suas pia quietis ac modestiæ commonitione conveniant, hoc per Ecclesias proprias antè tractantes, quatenus à die disputationis ac loco omnis se

[a] ECCL. SIBI PRIMITUS] Hæc concessa Donatistis fuisse à Marcellino absque jussione Imperatoris scribit sanctus Augustinus in breviculo diei primæ cap. 2. *In eo edicto basilicas sine jussione Imperatoris reddidit Donatistis qui se pollicerentur esse venturos, ut eo modo eos ad conferendum etiam beneficiis invitaret.* Testimonio Augustini adstipulatur etiam ipse Marcellinus in edicto dato adversùs Donatistas post collationem: *Ecclesias quas eis humanitate mea absque imperiali præcepto usque ad diem sententiæ constat indultas, catholicis tradere sine ulla dilatione festinent.*

[b] QUI ELIG. AB OMN.] Augustinus in libro ad Donatistas post collationem cap. 25. *Qui loquuntur pro omnibus, eliguntur ab omnibus.* Leo I in epistola ad Episcopos provinciæ Viennensis: *Qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur.*

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

multitudo contineat, ut religioso patientiæ magisterio delinitum Christianæ paci populum parent. Non solùm enim Episcopi, verùm etiam rationabilis in hanc sententiam populus consentit, disputantibus supradictis, & ubi major occupatio mentium defixa consistit, de veritate quærentibus, nihil turbidum, nihil tumultuosum, nihil denique intempestivum debere prorsùs obstrepere. Nam ut quod omnium saluti proficiat fiat postea publicum, debet discutientibus veritatem præstare antè secretum. A me verò ita per omnia promulganda sententia est ut in publicam dimissa notitiam, toto splendidæ Carthaginis populo judice ponderetur. Ita quippe oculis non solùm urbis hujusce, verùm etiam universæ provinciæ totus emensæ disputationis ordo pandetur ut tam prosecutiones disputantium Episcoporum quàm pronuntiationum mearum series subsecuta digestis in publico voluminibus explicetur. Hæc enim in judice securitas fidei est ut de se non timeat judicari. Vt igitur in eliciendæ veritatis examen non inserpat aliquatenus calumniosa suspicio, lucemque perspicuam, quam mentibus publicis probationum evidentium fides absoluta purgabit, nullis penitùs nebulis causatio cujuslibet partis obducat, id etiam contra suspicionum fucos & commenta fallendi necessariò provisum noverint omnes, non solùm oportere, verùm etiam expedire servari, scilicet ut interfatibus meis me primitus per omnia suscribente, etiam omnes disputantes Episcopi suis in scheda prosecutionibus universi absque ulla prorsùs excusatione subscribant. Exigit enim meritum fidei ut adversùs eum qui assertionibus suis perfidum fortè subducere tentarit assensum & inficiari quæ dixerit, etiam testimonii sui consistat auctoritas, ubi soli proficit victoria veritati. Hi autem qui excipiendi funguntur officio, præter eos qui dicationi meæ de publicis præstolantur officiis, etiam quaterni de singulis partibus ecclesiastici alternis debebunt adstare Notarii; quorum fides ne qua vacillet ambage, quaterni Episcopi partium singularum delecti suorum judicio præponantur, ut eosdem exceptores ac Notarios pervigili ac sollicita observatione custodiant; quatenus cum eisdem exceptoribus ac Notariis egressi per vices, subinde faciant perspicua digeri descriptione quæ dicta sunt; ut nihilominus adhuc Episcopis supradictis in disceptatione versantibus, transeat in apices evidentes profligatæ pars aliqua quæstionis; ut confestim ea cum à septenis Episcopis subnexa subscriptione celerem expectationi publicæ tribuant notionem. Post primum autem conlationis diem descriptioni subscriptionique gestorum locum dici subsequentis efficiet procrastinata cognitio; ita ut si quid fortè præcedenti conlationi superfuerit, in diem tertium recurrat examen. Omne igitur spatium conferendi vicissim diei unius intercapedo distinguet, quò possint in medio gesta subinde subscribenda describi, memoratorum præstolante custodia, qui hoc fine suum metiantur officium, non ut aliquid dicant, sed ut dicta custodiant. Donec autem emenso exitu quæstionum omnes expedita veritas enodet ambages, schedas subinde scriptas pariter atque subscriptas tam mei sigilli quam illorum octo custodum signabit impressio. Maximianistis etiam edicti hujus innotescet auctoritas, quia sibi ab illo Concilio intelligant temperandum quòd inter catholicos Donatistasque [a] distingui omnem dijudicarique conflictum clementium Principum præceptio religiosa constituit, nec eis opitulari aliquatenus [b] posse quòd sibi Donatistarum nomine blandiuntur, cùm [c] à Donatistis dicantur esse damnati. Si quis ex istis quæ adversùs omnes multifariæ suspicionis insidias provisa sollicitè, constituta fideliter, ordinata diligenter, tenor hujus propositionis amplectitur, [modo] quolibet observare noluerit, non solùm quid de causa sua sentiat confitetur, verùm etiam quid moliatur ostendit. Sufficit interim cognitori talis prærogativa justitiæ, hujus commonitionis circa universos Episcopos fecisse populum sibi plebis Carthaginensis testem, quem mox est [d] habiturus judicem. Superest ut ante Concilii diem universum hujusce ordinationis tenorem utriusque partis Episcopi amputata penitùs mora missis ad dicationem meam literis suis impleturos se esse promittant; hoc præcipuè maturato, ut eædem quibus ad omnia hujusce edicti se consensisse profitebuntur epistolæ, primatium tantummodo Episcoporum subscriptione signentur. Sufficit enim illis epistolis universalem, ut ita dixerim, subscriptionem Episcoporum omnium cohærere quibus totum disputationis ordinem conferentium septenorum ratum se habituros esse promiserint.

XI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Hoc quoque edictum suscipier corpus actorum. Ne quid autem fidei plenorum videatur deesse gestorum, universa quæ à partibus medio tempore vel scripta sunt vel intimata judicus percurrat officium.

XII. *Petilianus Episcopus dixit.* Egisti partes tuas, vir nobilis, ut & partibus te justum futurum esse promiseris, & auribus publicis popularem. Sed quia hæc omnia ante causam sunt, non de causa, id primùm [e] tuam petimus potestatem, ut is qui me acciri edictis, qui me de meis sedibus evocari, qui me laborem itineris pati inquietavit, petita ut

[a] Distingui conflictum] Vir doctissimus Franciscus Iuretus in Miscellaneis ad Symmachum pag. 277. contendit hoc loco legi debere *discingui omnem dijudicarique conflictum*. Rationem autem hujus emendationis hanc esse ait, quod antiqui dixerunt litem, causas, negotia, & jurgia discingi, quia sunt quibusdam veluti nodis cincta & involuta. Vnde & alios auctores notat dicere nodos ac dubia causæ solvere, quod idem est cum discingere. Sanè in indiculo tertiæ cognitionis cap. 149. disertè in veteri exemplari scriptum est *discingi* pro eo quod editiones habent *distingui*.

[b] Posse] Antea legebatur *potest*. Nos emendavimus.

[c] A Donatistis damnati] in Concilio Bagaiensi habito anno CCCXCIV. quod nos suprà pag. 97. edidimus integrum. Hactenus enim per fragmenta legebatur.

[d] Habiturus judicem] Ea fuit modestia cognitoris ut populum Carthaginensem voluerit habere judicem suarum interlocutionum suæque sententiæ. Vide infrà collat. 3. cap. 255. & 258.

[e] Tuam pet. potest.] Ita disertè scriptum est in veteri libro; neque video cur Pithœus editionem Massoni, qui hîc scripsit *à tua petimus potestate*, sequi maluerit quàm veterem lectionem. Nam & ita loquebantur antiqui. Infrà collat. 3. cap. 272. *Æquitatem tuam petimus*. Sanctus Augustinus epist. 138. ad clerum & populum Hipponensem: *In primis peto caritatem vestram*. Item epist. 230. ad Fortunatum Episcopum Cirtensem: *Peto sanctitatem tuam*. Felicianus Episcopus Ruspensis in Concilio Carthaginensi sub Reparato: *Peto sanctitatem vestram*. Liberatus cap 12. *Eutyches petiit Dioscorum Alexandrinum*. Et infrà: *Epistolis suis Imperatorem Theodosium petit ut fieret &c.* Antiqua versio Concilii Ephesini primi, in actione de depositione Nestorii: *Peto vestram sanctitatem*. Innumera sunt exempla istiusmodi. Quin & Tullius ipse ita usurpavit lib. 13. epistolar. familiar epist. 73. ad Philippum Proconsulem scribens, ut certè quidam illic legunt: *Te autem pro vetere nostra necessitudine etiam atque etiam peto ut ejus filios mihi condones*. Vide Cujacium lib. 5. observat. cap. 33.

ANNO CHRISTI 411.

voluit proponat, cur meam desiderarit adesse præsentiam, ut novetim utrum vel quid debeam respondete. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XIII. COLLATIO CARTHAG. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Hæc suo loco & ordine rectiùs peragentur. Interim quod statui percurrat officium.

XIV. a *Romulus exceptor recitavit.* Exemplum [a] notariæ Donatistarum. Post consulatum viri clarissimi Varanis VIII. Kalendas Iunias, Flavio Marcellino viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario. Ianuarianus, Primianus, & ceteri sinceræ Christianitatis Episcopi & catholicæ veritatis. Notum facimus sinceritati tuæ nos edicto tuo conventos ex diversis partibus Africæ convolantes, ingressos fuisse Carthaginem XV. die Kalendarum Iuniarum; cujus nostri adventus & omnes quos Carthago continet testes sunt, & tua sinceritas non ignorat. Tanta enim vis jurisjurandi tui edicto tuo expressa est ut exceptis his quos adversæ valetudines corporum in sedibus retinent, aut [b] ægritudo in via comprehendit, nec gravissimos senes annositas, nec prolixi itineris labor potuerit prohibere. Quod cùm solum edictum ante causam sufficeret, alterum quoque dignatus es edere; in quo cùm multa nos moveant, tum præcipuè magnam sollicitudinem facit quia nos ipsos edicto tuo epistolis nostris adstipulari oportere censuisti, cùm hoc nec mos publicus habeat nec judicum consuetudo. Qua de re sinceritatem tuam plurimùm exhortamur ut prioris edicti fide servata, cunctos nos ad te venire præcipias; ut quamprimùm de numero nostro constet, quos adversarii paucos esse sæpe mentiti sunt; ut rite omnibus ordinatis quæ nostris partibus competunt, disceptatio subsequatur; ne aut edicta se tuæ sinceritatis impugnent, aut nobis quicquam præjudicet; ut cum omnes venire præceperis, paucos nunc adesse velle videaris. Hoc enim decet & expedit, ut cunctis præsentibus, commune negotium pauci loquantur. Hujus notariæ parem apud nos retinuimus. *Et alia manu.* Ianuarianus Episcopus subscripsi. *Et alia manu.* Primianus Episcopus subscripsi.

XV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Alterius quoque partis recitetur epistola.

XVI. Extat apud Augustin. in lib. de gestis cum Emerito. *Romulus exceptor recitavit.* Honorabili ac dilectissimo filio viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario Marcellino, Aurelius, Sylvanus, & universi Episcopi catholici. Edicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ conlationis tranquillitati quietique servandæ & veritati manifestandæ muniendæque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has litteras intimamus, hoc est, de loco & tempore ipsius conlationis & de numero eorum quos præsentes esse oportebit. Consentimus etiam ut ii quibus conferendi delegamus officium subscribant prosecutionibus suis; inque illo scripto quo eis hoc munus imponimus ratumque nos habituros quod egerint pollicemur, subscriptiones omnium nostrum non solùm habeas factas, verùm etiam cùm fiunt ipse perspicias; admonituri quoque Domino adjuvante populum Christianum ut à conlationis loco quietis & tranquillitatis gratia suum abstineat omnino conventum, & ea quæ aguntur non cùm aguntur audire festinet, sed conscripta ut cognoscat expectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti. Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, ut si nobis ii cum quibus agimus demonstrare potuerint, cùm secundùm Dei promissa populi Christiani usquequaque crescendo jam magnam partem orbis implerent & in cetera dilatarentur implendam, subitò Ecclesiam Christi nescio quorum quos isti accusant peccatorum periisse contagio, & in sola remansisse parte Donati, si hoc, ut dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur pro sola æterna salute consilium quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potiùs valuerimus ostendere Ecclesiam Christi omnium, non solùm Africanarum, verùm etiam transmarinarum provinciarum multarumque gentium spatia feracissima populorum copia jam tenentem &, sicut scriptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse, si denique ipsorum quos tunc accusare voluerunt potiùs quàm convincere valuerunt quæstionem demonstraverimus esse finitam, quamvis non in eis Ecclesiæ causa consistat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumniosos esse judicatos ab eo Imperatore ad cujus examen criminationes suas ultro accusando miserunt, postremò si quicquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint vel humanis documentis vel divinis probaverimus aut eorum innocentiam falsis criminibus adpetitam, aut Christi Ecclesiam, cujus communioni cohæremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic ejus nobiscum teneant unitatem ut non solùm viam salutis inveniant, sed nec honorem episcopatus amittant. Neque enim in eis divinæ sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris. Quibus sublatis, fraternum pectus amplectimur Christiana nobis caritate conjunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum. Poterit quippe unusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentiùs, sicut peregrino Episcopo juxta considente collega. Hoc cùm alternis basilicis utrinque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo prævenitur; quia ubi præceptio caritatis dilataverit corda, possessio pacis non fit angusta; ut uno eorum defuncto, deinceps jam singulis singuli pristino more succedant. Nec novum aliquid fiet. Nam hoc ab ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariæ discissionis errore unitatis dulcedinem vel serò sapuerunt, catholica dilectio custodivit. Aut si forte Christiani populi singulis delectantur Episcopis, & duorum consortium inusitata rerum facie tolerare non possunt, utrique de medio secedamus, & Ecclesiis singulis damnata schismatis causa in unitate pacifica constitutis, ab his qui singuli in [c] Ecclesiis singulis inve- c

[a] NOTARIA] Infrà in aliquot locis & apud Augustinum frequenter legitur *notoria*, interdum *notaria*. Hæc vocabula faciè confunduntur. Casaubonus ad Trebellium Pollionem ait notariam in Digestis & Codice ac scriptoribus mediæ Latinitatis significare epistolam qua aliquid Principi ac magistratui notum fit. Vide Iuretum in Miscellaneis ad Symmachum pag. 284. & seq. & Salmasium ad Trebellium Pollionem pag. 339.

[b] AUT ÆGRITUDO] Augustinus in Breviculo primæ diei cap. 4. *Ibi dixerunt ita se omnes venisse, usque ad gravissimos senes, ut hi soli deessent quos adversa valetudo corporis impedisset.*

[c] ECCLESIIS SINGULIS] Augustinus in Breviculo primæ diei cap. 5. *Quòd si plebes duos in una Ecclesia Episcopos ferre non possent, utrisque de medio recedentibus, singuli constituerentur Episcopi, ab eis Episcopis ordinandi qui in suis plebibus singuli invenirentur.* Ceterùm legi haud dubiè merentur quæ de toto hoc negotio scribit idem Augustinus in libro de gestis cum Emerito. Vide etiam sermonem secundum S. Augustini ante collationem suprà pag. 128.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

nituntur, unitate facta, per loca necessaria singuli constituantur Episcopi. Quid enim dubitemus redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An verò ille de cœlis in membra humana descendit ut membra ejus essemus, & nos, ne ipsa ejus membra crudeli divisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos nihil sufficientius quàm Christiani fideles & obedientes sumus. Hoc ergo semper simus. Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Si servi utiles sumus, quur Domini æternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit quàm retenta disperserit. Nam qua fronte in futuro seculo promissum à Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc seculo noster honor impedit unitatem? Hæc propterea præstantiæ tuæ scribenda curavimus, & ut per te innotescant omnibus postulamus; ut in adjutorio Domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, & quo adjuvante nos implere posse confidimus, etiam ante conlationem, si fieri potest, corda hominum vel infirma vel dura pia caritas aut sanet aut edomet, ac sic jam pacificis mentibus non resistamus manifestissimæ veritati, & disputationem nostram vel præcedamus concordia vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur, multò digniùs & faciliùs eos velle ut pars Donati universo orbi Christiano reconcilietur quàm universus orbis Christianus à parte Donati rebaptizetur; cùm præsertim de Maximiani sacrilego & damnato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum jussionibus insectando emendare curarunt, ª tanta diligentia quæsierint ut nec baptismum ab eis datum rescindere auderent, & quosdam eorum damnatos sine ulla honoris eorum diminutione susciperent, quosdam verò in illius discissionis societate impollutos fuisse censerent; quorum inter se concordiæ non invidemus, sed eos certè oportet advertere quàm piè tanto studio ramum à se fractum radix catholica inquirit, si ramus ipse similiter parvum fragmen incisum sic colligere laboravit. *Et alia manu.* Optamus te, fili, in Domino bene valere. Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis huic epistolæ subscripsi. *Item alia manu.* Silvanus senex Ecclesiæ Summensis subscripsi. *Item recitavit.*

XVII. Marcellinus vir clarissimus & spectabilis Tribunus & Notarius. Quoniam justitia dictante vel fide semel me spopondisse commemini quicquid cum utriusque partis Episcopis gessero, in publicam transmissurum me esse notitiam, causa mihi repetendorum nascitur edictorum. Nam cùm superioris forma programmatis ea digesta contineat quibus ordinata cognitio inoffensum sequatur tramitem judicandi, necessarium esse censueram quid super eodem pars utraque sentiret, edicto ab universis Episcopis flagitare: qui dicationi meæ partim per notoriam, partim per epistolam rescribentes, quid super conditionibus nuper propositis sentiant intimarunt. cujus vel epistolæ vel notariæ quemadmodum se forma contineat, offerendum publicis obtutibus judicavi; ut quid vel præcedentis edicti textus exegerit, vel singularum partium responsione relatum sit, ubi totius populi consideraverit agnitio, qualiter se habeat examinantis intentio perspicuè possit advertere. *Quo indito, idem recitavit.*

ANNO CHRISTI 411.

XVIII.

COLLATIO CARTHAG.

Honorabili ac dilectissimo filio viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario Marcellino, Aurelius, Silvanus, & universi Episcopi catholici. Multùm nos sollicitos reddidit notoria vel litteræ fratrum nostrorum, quos cupimus ad catholicam pacem à perniciosa dissensione converti, quòd edicto nobilitatis tuæ, quo ipsius disputationis nostræ tranquillitati quietique providisti, consentire noluerunt; ne fortè, etiamsi non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum seu strepitum conlationem, quæ pacifica & pacata esse debet, impediant. Atque utinam ipsos non pertentet ista cogitatio, & nos potiùs fallat ista suspicio. Et ideo si velint omnes esse præsentes, ut cùm eis visum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, simul inde egrediamur concordes atque pacati, & schismatica divisione correcta, fraterno unitatis Christi vinculo obstricti, mirantibus & gaudentibus omnibus bonis, dolente autem solo diabolo & similibus ejus, pariter in Ecclesiam ad gratiarum actionem laudesque Deo reddendas ardentissima & lucidissima caritate pergamus. Quid enim magnum est, si oculus pacatus attendat & cogitatio Christiana non deserat considerare & videre, remotis humanis criminationibus seu veris seu falsis, in eis litteris Ecclesiam esse quærendam ubi Christus redemptor ejus innotuit? Nam sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus ejus de sepulchro furatum à discipulis, sic non debemus audire contra ejus Ecclesiam eos qui dicunt non eam esse nisi in solis Afris & Afrorum paucissimis sociis. Apostolos quippe dicit quoniam veraces Christiani membra sunt Christi. Sicut ergo non credimus furto cujusquam periisse carnem Christi mortuam de sepulchro, sic credere non debemus peccato cujusquam viva ejus membra periisse de mundo. Non est itaque difficile, quoniam caput est Christus, & corpus Ecclesia, simul in evangelio commendatum videre & caput contra calumnias Iudæorum & corpus contra criminationes hæreticorum. Nam quod legitur, *Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertio die*, contra eos est qui dicunt mortuum de sepulchro esse sublatum. Quod autem sequitur, *& prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem*, contra eos est qui dicunt non esse Ecclesiam in orbe terrarum; ut uno brevi capitulo paucisque verbis & inimicus capitis & inimicus corporis repellatur, & si fideliter attenderit, corrigatur. Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tantò magis dolemus quantò magis eos constat easdem scripturas nobiscum tenere quibus hæc apertissima testimonia continentur. Iudæi quippe, qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt evangelium. Isti autem fratres nostri utriusque testamenti auctoritate devincti sunt; & tamen criminari nos volunt de evangelio tradito, & nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortasse hujus conlationis cura suscepta diligentiùs perscrutati sunt scripturas sanctas, & quia in eis innumerabilia testimonia repererunt quibus promissa est Ecclesia futura in omnibus gentibus & toto orbe terrarum, sicut eam reddi & præsentari cœpisse in evangelio & epistolis apostolicis & in actibus apostolorum videmus, ubi & ipsa loca & civitates & provinciæ leguntur per quas crevit, incipiens ab Hierusalem, ut inde se etiam in Africam non migrando sed crescendo diffunderet, non

ª TANTA DILIGENTIA] Antea legebatur, *tanta dilectione quæsierant*. Emendatum est ex libro Augustini de gestis cum Emerito.

autem invenerunt aliquod testimonium divinorum eloquiorum ubi dictum est eam perituram de ceteris partibus mundi & in sola Africa [in] Donati parte mansuram; & viderunt quàm sit absurdum pro illa quæ fuerat peritura tot testimonia divina recitari, pro ea verò quæ, sicut putant, fuerat Domino placitura, nullum ejus testimonium reperiri. Hæc fortè cogitantes ad finiendas vanas & perniciosas & saluti æternæ contrarias inimicitias, ad
a locum conlationis nostræ [a] omnes convenire voluerunt, non ut tumultus novus oriatur, sed ut vetus discordia finiatur. Nam & illud quo in nos solent graviter irritari, quòd Reges terræ, quos tantò antè prædictum est Christo Domino servituros, leges contra hæreticos & schismaticos pro catholica pace constituunt, credimus quòd aliquando cogitaverint non esse culpandum; quia & antiqui Reges, non solùm gentis Hebraicæ, sed etiam alienigenæ, ne quisquam contra Deum Israel, hoc est, verum Deum, non tantùm faceret, sed vel diceret aliquid, omnes regni sui populos præceptis minacissimis terruerunt, & majores istorum ipsam Cæciliani causam, unde nata est ista dissensio, ad Constantinum Imperatorem per Anulinum Proconsulem accusando miserunt. Quod utique non ob aliud videntur fecisse nisi ut Imperator Constantinus contra eos qui superati essent, eis qui superassent aliquid regali auctoritate decerneret; totamque ipsam causam potuerunt & fortè fecerunt ipsius conlationis necessitate, archivis publicis perscrutatis, invenire olim esse finitam post ecclesiastica judicia quibus absolutus est Cæcilianus, illo etiam Imperatore judicante ad cujus examen rem totam & primò miserunt & postea perduxerunt. Ibi potuerunt etiam causam Felicis Aptungensis ordinatoris Cæciliani, quem malorum omnium fontem in Concilio suo dixerant, cognoscente Æliano Proconsule ex præcepto ejusdem Imperatoris invenire purgatam. Quamquam & hoc si attenderunt &, quod facile fuerat, adverterunt, in scripturis sanctis Ecclesiam Christi permixtis zizaniis & palea & piscibus malis futuram esse promissam usque ad tempus messis, ventilationis, & litoris, utique cogitare potuerunt, etiamsi malam causam Cæcilianus & coepiscopi ejus habuissent, nihil eos præjudicare potuisse orbi Christiano quem Deus paucis credentibus tantò antè promisit, & nunc multis videntibus reddidit. Nisi fortè plus contra Ecclesiam valuit homo peccans quàm
b pro Ecclesia Deus jurans, & iniquitas quod [b] admisit quàm veritas quod promisit. Hæc sentire quàm sit stultum & impium jam fortasse viderunt. Cogitaverunt quoque damnatos à se Maximianistas Primiani damnatores per potestates terrenas etiam de basilicis curasse pellendos, & ibi certiùs exemplo suo recentiore didicerunt non esse peccatum si tale aliquid Ecclesia contra rebelles suos ab hujusmodi potestatibus postulat, & quòd aliquos ex damnatis postea receperunt, quos condemnarent, aliis etiam plurimis in eadem societate schismatis constitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani sacrilegi surculi communione impollutos mansisse dixerunt, & baptismum vel à damnatis vel à sociis eorum quamvis foris in schismate datum rescindere atque iterare non ausi sunt, satis utique judicarunt ea quæ contra nos dicebant exemplo suo esse damnata, & credendum est quòd jam intelligant quàm sit indignum, quàm intolerabile, ut cùm sedeant in cathedris episcopalibus cum istis & cum ipso simul Primiano damnatores ejus & damnati in causa ejus, ut sit pax in parte Donati, de Cæciliano infametur orbis Christianus, ne in pace vivat unitas Christi. Hæc omnia fortasse cogitantes, & Dei timore permoti, omnes conlationis loco adesse voluerunt, non tumultus dispositione, sed pacis. Quòd enim præterea se universos adesse dixerunt ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos esse adversarii sui sæpe mentiti sunt, hoc si aliquando à nostris dictum est, de his locis dici verissimè potuit ubi nostrorum coepiscoporum & clericorum atque laicorum longè major numerus est, & maximè in proconsulari provincia; quamquam, excepta Numidia consulari, etiam in ceteris provinciis Africanis nostrorum numero facillimè superentur, aut certè in comparatione omnium gentium per quas catholica communio dilatatur, eos esse paucissimos rectissimè dicimus. Sed nunc si numerum suum innotescere voluissent, nonne ordinatiùs atque tranquilliùs innotesceret per eorum subscriptiones, quas, ut mandato suo te cernente subjungant, edicto admonuisti. Quid sibi ergo vult quòd conlationis loco omnes adesse desiderant? Si enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt locuturi, aut quid illic facient tacituri? Nam etiamsi clamor non sit, solus susurrus ipse multorum satis magnum strepitum faciet, quo impediatur illa conlatio. Quid est autem quod in notoria sua ponendum putarunt, ideo se justè flagitasse ut omnes adessent, quia omnes conventi sunt ut venirent; quasi possent eligi pauci qui adesse deberent nisi ab omnibus qui venissent, ut eorum electioni te præsente subscriberent, ac sic in paucis omnes essent cùm ab omnibus pauci electi essent. Aut ergo tumultus ab eis cogitatur aut pax; quorum illud optamus, illud cavemus. Et ideo, ne fortè, quod absit, hoc præparetur potiùs quod cavemus quàm quod optamus, sic consentimus adesse omnes illos ut tamen à nobis tantus adsit numerus quantus tuæ spectabilitati sufficere visus est, ut tumultuosum per turbas si quid emerserit, nonnisi eis rectè imputetur in quorum parte præsens fuerit ad rem quæ à paucis agenda est omnino superflua multitudo. Si autem, quod votis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod suppliciter à Domino deprecamur, causa unitatis faciendæ illa erit necessaria multitudo, cùm voluerint omnes aderimus, & ad tantum bonum illo adjuvante qui hoc donat alacriter convolabimus, dicentes *Fratres nostri estis*, non jam eis qui nos detestantur, sed qui odio finito amplectuntur, ut nomen Domini honorificetur, & appareat illis in jocunditate jam nobiscum experientibus quàm bonum sit & jucundum fratres habitantes in unum. *Et alia manu.* Optamus te, fili, in Deo bene valere. *Item alia manu.* Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis subscripsi.

Vide lib. 1. Miscellaneor nostror pag. 81. 472.

Vide suprà pag. 98.

[a] Omnes co. voluerunt] In postrema epistolarum sancti Augustini editione, in quam conjecta est hæc epistola, legitur *noluerunt*, haud dubiè vitio typographi. Sensus enim repugnat huic lectioni, quam & verba quæ sequuntur destruunt & ipsa Donatistarum notoria. Sanè mendum esse typographi, ut dixi, hinc palam fit quòd infrà, quùm ista repetuntur, edidere *voluerunt*. Atque ita legisse Augustinum patet ex breviculo primæ diei cap. 7. *multitudinem suam præsentem esse voluissent.*

[b] Admisit] In veteri exemplari legitur *ammisit*. Pro quo Massonus & Pithœus ediderunt *amisit* quam lectionem retinuerunt etiam novissimi editores epistolarum sancti Augustini. Verùm ea lectio nullum bonum sensum habet. Legendum itaque *admisit*. Nihil vulgatius in antiquis libris quàm ut in hujusmodi verbis litera *m* substituatur literæ *d*; ut *ammodum*, *ammirari*, *ammonere*, & sic de ceteris.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

XIX. *Item.* Sylvanus primæ sedis provinciæ Numidiæ subscripsi.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Evidenter apparuit edicto dicationis meæ numero præstito, quem ex omnium voluntate susciperent, curam negotii peragendam, quoniam id etiam sacratissimam legem voluisse ejus recitatio patefecit. Et quia catholicos Episcopos ad edicti tenorem consensisse monstratum est, utrum etiam Episcopi partis alterius de hac re satisfecerint, vel utrum nunc satisfacere velint, intimare dignentur.

XX. *Emeritus Episcopus dixit.* Acta est, ut arbitror, causa, & adhuc confligentium non est statuta persona. Tibi enim, judicum verissime, nihil aliud incumbit quàm tenere veritatem. Si enim omnium negotiorum advertamus instantiam, primò de tempore, de mandato, de persona, de causa, tunc demum ad merita negotii veniendum est. Quòd si prætermissis istis, secundùm forenses fasces jactantiamque illius controversiæ quam tribunalia sibi vindicant, semper legalis nobis ritus ac senno servandus est, judica, vir sublimis, in negotio Christiano, quia huic causæ judicat Deus, quia & nostra merita & veri judicis sententiam æqua ponderans libra, ne [a] invergat attendit. Edictis enim propositis præstantiæ tuæ, quantum ad judicis voluntatem pertinet, nihil temerè, nihil incongruè, nihil adversùs aliquem videmus esse prolatum, quantum ad nostras responsiones; quoniam ante causam superfluè & ante merita principalis negotii supervacua esse noscuntur. Neque mihi nostra propositio neque illorum responsio officere potest, cùm salvis omnibus ante causam nunc limen ingressi judicii, quæ sint merita negotii definite valeamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Constat de causa nihil penitùs mutilatum, cùm ea tantùm quæ antè scripta vel gesta sunt præceperim recitari. Unde quoniam certus à partibus numerus constitui debere præceptus est, utrum edicto paritum sit, sicut superiùs interfatus sum, venerabilitas vestra intimare dignetur.

XXII. *Emeritus Episcopus dixit.* Admoniti quidem integritatis tuæ edictis, omnia integra & inlibata causæ servabimus. Hanc causam, si tempus, si dies patitur, intimamus. Scimus enim & edicto spectabilitatis tuæ & sacri tenore rescripti intra quatuor menses causam debere finiri. Si iste est dies, veniamus ad causam. Non possumus etenim quicquam de meritis disceptare, nisi primò de die fuerit judicatum. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Ex edicto secundo diem cognoscere potuisti, qui dies Kalendarum Juniarum videtur esse constitutus; quoniam hunc esse hodiernum etiam suggestio patefecit officii, & recitatio monstravit edicti. Superest utrum de ordinando negotio à vestris partibus eligendisque personis satisfactum sit intimetur; siquidem in confusa multitudine certa non possit esse persona, cùm hoc constet etiam legibus definitum.

XXIV. *Emeritus Episcopus dixit.* Diem negotii utrum terminus edictalis incluserit, an forma imperialis præcepti, nobilitatis tuæ debet judicio definiri. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Ex edicto dies est constitutus secundùm formam judicii principalis. Et quoniam non est in his diutiùs immorandum, superest ut in electione satisfaciatis cælestibus constitutis.

XXVI. *Emeritus Episcopus dixit.* Forma præcepti talis est, ut intra quatuor menses causa dicatur. Si secundùm hanc formam sublimitatis tuæ edictum est constitutum, superest ut suggerente officio in medium causa mittatur. *Et alia manu* Emeritus Episcopus recognovi.

XXVII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Officium ad quæsita respondeat. *Nampius scriba dixit.* Secundùm diem edicti nobilitatis tuæ quartus mensis conclusus est die XIIII. Kalendarum Iuniarum.

XXVIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Cùm partes Carthaginem utræque venissent, in hunc eas diem consensisse non dubium est; siquidem nulla super hac parte videatur aut dilatio postulata, aut judicium flagitatum.

XXIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Nos ad hanc urbem XV. Kalendarum die Juniarum venisse & * notoria nostra signavimus, & omnem, non dico Carthaginem, sed Africam fecimus testem: qui si non adessemus, jam pars adversa sine dubio flagitaret in contumaces dicendam esse sententiam tempusque jam fuisse definitum quo nec pòst venientibus agere quicquam aut respondere licuisset. Si igitur, vir nobilis, mediam semper libram judicii tui suspensam ita tenes ac regis ut nullam in partem vergat aliquid gratiam illam qua tibi conditionem atque præceptum imperiali auctoritate cognoscis esse permissum, ut ferre possis in contumaces sententiam, nunc te judiciali illo motu quæ pura censura animadvertere oportebit, contra hanc partem te ferre judicium quæ destitit, quæ non adfuit, quæ delectata est laboribus meis, quæ in hoc quoque mihi insultavit ut diù chorus iste sanctissimus senatus cælestis spectaret judicii tui auctoritatem, excubaret penè quotidie, ipsaque Dei, quæ sacra sunt, sine sollicitudine non gessisset. Feras igitur quæso judicium, promasque sententiam, non dico acriorem quam adversùm me ferre potueras, sed quam tibi leges & imperiale præceptum intimant, quamque præcipiunt. Non enim fas est ut qui contra nos posses ferre judicium, nunc contra adversarios meos sententiam valeas denegare. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

* Vide suprà cap. 14.

XXX. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Sanctitatem atque peritiam tuam latere non credo id imperiali præceptione fuisse constitutum ut ea pars quæ trini edicti conventione adesse noluisset, sententiam contumacis incurreret. Perpensa enim clementissimus Imperator moderatione constituit ut si longinquitate itineris quatto mense partes ad constitutum locum venire minimè potuissent, duum mensium induciæ præstarentur. Quam quidem rem, ne alicujus partis querela videretur existere, videor custodisse. Unde de tempore, quoniam magis forensis est quàm episcopalis objectio, quæ quidem nec in publico judicio secundùm formam imperialis præcepti prævalere potuisset, cùm partes utraque observasse sat clareat, sicut superiùs interfatus sum, utrum electi sint qui peragere possint ex omnium voluntate negotium intimare dignamini.

XXXI. *Emeritus Episcopus dixit.* Causæ præscriptio est judicis sermo, servari forensem usum consuetudinemque jurgandi inter Episcopos non oportere,

a INVERGAT] Ita omnino vetus exemplar. Quod miror non fuisse animadversum à Massono & Pithœo, qui ediderunt *immergat.* Invergere significat in aliquam partem vergere seu inclinare, ut infrà in capite 29. dicitur. Vocabulum est in sensu utroque tum à Plauto, Virgilio, & Ovidio.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

a ᵃnutare illam versutiam legum jurisque controversiam ubi de fidei statu & de totius sanctitatis disceptatione tractatur. Quod quidem castis & bene credulis auribus accipimus, vir spectabilis; sed ne fortè in perniciem nostram ista replicentur, jusque transeat ad adversarios iterum confligendi, asseraturque nobis hoc juris præcepto servato, in hanc formam legis consentire debes, hoc ipsum judiciaria auctoritate defige, episcopalis nos moris regula sanctitati adesse debere, ut non præstigiis juris, neque ligaminibus cujusque facundiæ, sed testamento novo ac veteri, quod instituit Deus, quod sacravit Dominus Christus, causa possit audiri. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXXII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ne quid inordinatè fieri videatur, quoniam hoc & ipsum veritatis regula continetur, & legum dicta auctoritas, prius est ut personarum numerus designetur; tunc demum ea quæ partibus competunt, per eos qui firmati fuerint rectiùs peragentur, ne hæc inter incertas personas videantur infirma.

XXXIII.ᵃ *Emeritus Episcopus dixit.* Cùm omnes qui mandaturi sunt adstare videantur, magisque persona præsentium quàm sermo teneatur absentium, quid est quod movere potest judicia, cùm statutis omnibus quæ primò ex lege descendunt, quæque initium causæ facere consueverunt, tunc demum ad electionem defensorum secundùm edictum sublimitatis tuæ arbitrium veniamus? *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Nunquam habere potuit certam multitudo personam; cùm hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus soleat custodiri, ut per ordinatas atque firmatas [personas] omnia peragantur.

XXXV. *Emeritus Episcopus dixit.* Teneo fidem tuam, vir sublimis, nihil mihi de juris lege præscribi ubi agitur de fide. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Interlocutio mea non jus cessare debere, sed forensem contentionem, apertissimè definivit. Neque enim possunt aliqua quæ competunt partibus denegari. Sed si hoc utrarumque partium consensus habet, ut nihil de jure publico, sed omnia ecclesiasticis regulis, id est, novi & veteris testamenti testimoniis peragantur, pars utraque designet.

XXXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Optimus moderator. *Et alia manu.* Petilianus [Episcopus] recognovi.

XXXVIII. b *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quoniam secundùm nobilitatis tuæ edictumᵇ non omnes nostri collegæ adsunt illi obtemperantes edicto, & voluntas cunctorum mandato continetur, jube hoc idem mandatum ab officio suscipi & recitari. *Et alia manu.* Recognovi.

XXXIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Si jubes, competit causæ per integritatem tuam. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Aliud constat esse ᶜquæsitum, ut utrum à jure publico recedi velitis & totum divinis legibus agitari, vestris professionibus demonstretis.

XL. c *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit.* Inveniet hoc ipsum sublimitas tua, cùm hoc mandatum fuerit recitatum. *Et alia manu.* Recognovi.

XLI. COLLATIO CARTHAG.

XLII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Et hoc mandato evidentissimè continetur ut omissa juris publici controversia, omnia divinis legibus peragantur.

XLIII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit.* Recitatio mandati sensus tuos poterit informare. *Et alia manu.* Recognovi.

XLIV. *Petilianus Episcopus dixit.* Legem Dei repudiat qui dubitat quid debeat profiteri. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XLV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ego hæc partium volui responsione firmari. Ceterùm certum est me, quoniam imperiali præcepto omnia nunc aguntur, per quod jura constituta sunt, omnino non posse.

XLVI. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit.* Legem Dei non repudiamus cùm hoc mandatum ingerimus legendum in quo potest omnis nostra assertio perdoceri. Nec enim egredi possumus limitem istius mandati quod nobis ᵈpatres vel fratres nostri ᵉuniversalis Concilii Ecclesiæ catholicæ hic apud Carthaginem constitui mandarunt. *Et alia manu.* Recognovi. d e

XLVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Fidei causa est, quæ & sine mandato ipso jure ag potest. Neque enim alibi oculos habet Deus, aut deseruit cœlum, ne intendat causam suam. Quid est quòd de mandato vel de obligatione mandati, de subscriptione, ᶠde modo, de formulis quæritur? Quid est quòd in hac causa quasi aut refragantis aut non mandati judicialis sponsio arbitrium flagitat, cùm singuli quique propriam causam & salutis suæ negotium gerant, superfluumque sit ceterorum mandatum, cùm in uno constet Ecclesiæ tota persona? Advertat, vir nobilis, integritas tua quam in ista sede jam quodam lumine coruscare cognoscimus veritatem ita præsidere debere ut si forensis altercatio jurisque conflictus in medio mittitur, proponatur, sin autem simplex illa veritas qua vita datur, qua renascitur seculum, qua liberatus est mundus, in hoc judicio spiritali altercatione conquiritur, quæso, vir sublimis, utrumque proponant, & de utroque unum eligant. Aut enim merita juris omittere non possunt perscriptionemque causarum, aut si de illis sacratissimis legibus, quibus communis reverentia est adhibenda, ᵍpatientia ipsas magis amplectar & teneam, & quasi cælestis aræ pontificatum adorem semper ac venerer, ut & tibi integro cognitori secundùm institutum mentis tuæ morisque ordinem certa sit causa judicandi, nec fluctuet judicium f g

ᵃ NUTARE ILLAM VERSUTIAM] Franciscus Juretus in Notis ad libellum secundum sancti Ambrosii contra relationem Symmachi pag. 330. censet legendum hic esse *mutare*. Verùm etiam in capite 393. tertiæ cognitionis legitur *nutare*. quod confirmat lectionem hujus loci.

ᵇ NON OMNES] id est, illi tantùm qui electi sunt juxta edictum cognitoris

ᶜ QUÆSITUM] Antea legebatur: *qua sit V. V. T.* Vetus exemplar habet *qua sit á á í*. Nemo autem non videt veram esse lectionem quam nos proferimus.

ᵈ PATRES VEL FRATRES] Puto voces illas, *patres vel*, esse superfluas, & mendum esse librarii; qui cùm nesciret quamnam ex his duabus vocibus poneret hoc loco, *patresne*, an *fratres*, utramque posuit, lectori judicium integrum relinquens.

ᵉ UNIVERS. CONCILII] Infrà cap 55 istius primæ cognitionis: *Mandatum factum ab universo Concilio catholicorum Episcoporum.* Et infrà: *Placuit ergo nobis ex Dei & Domini voluntate in hanc Carthaginensis civitatis convenire Ecclesiam.* Et in collat. 3 cap. 68. *Persona nostra, quibus universale Concilium mandavit.* Augustinus in libro de gestis cum Emerito: *Quando autem ventum est ut hoc palam fieret, in Concilio universorum tam frequenti pene trecentorum Episcoporum &c.*

ᶠ DE MODO] In veteri codice legitur *de nodo*. Verùm & sensus ipse & Augustinus in breviculo primæ diei cap. 3. probant legitimam esse emendationem nostram.

ᵍ PATIENTIA] Vox corrupta. Pro qua legendum videtur *pendemus*, aut aliquid simile.

tuum,

ANNO CHRISTI 411. XLVIII. a

COLLATIO CARTHAG.

tuum, de quo est Deus & populus judicaturus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Catholica Ecclesia, quæ toto, [a] sicut promissa est, terrarum orbe diffunditur, cùm adversæ parti semper de fide obtulisset & de actione quam nobis criminosè obiciunt conlationem, & scriptis publicis & testimoniis multorum & conventione magistratuum faciliùs edocebitur; sed ut omni ex parte tuta sit ipsius conlationis causa, confusa non facit multitudo. Deligant igitur præsentes fratres nostri, quia volunt, ex adverso sistentes aliquos sui ordinis primarios viros, quibus totam actionis summam committant, atque adstipulationem faciant præsentium gestorum: ut si fortè in assertione ejusdem causæ defecerint, in eorum persona qui hujusmodi negotium susceperint absque cunctatione victos eos esse & recitatio demonstret actorum. Et ideo, quia non opus est multifaria dilatione causam peragere, deligant personas secundùm propositi edicti tenorem quæ conlationis causam suscipiant, ut omnibus semper probata veritas luce clariùs demonstretur. Nam mandatum nihil juris & cavillationis forensis habere ejus lectione, si pars adversa patiatur, faciliùs edocebitur. *Et alia manu.* Recognovi.

XLIX. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Prosecutionem tuam cum imperiali certum est concordare præcepto, quo constitutum est ut certus à singulis partibus numerus deligatur. Nam sive juris sive fidei causa tractatur, certæ debent adstare personæ, ut quicquid actum fuerit, integrum robur obtineat.

L. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Dignetur igitur spectabilitas tua mandatum susceptum officio tradere & recitari [jubere,] ut ex eo tenore pars adversa, quia dignatur, ab hoc instructa valeat objectis omnibus respondere, unde possit etiam clarescere nihil nos jure publico velle tergiversari. *Et alia manu.* Recognovi.

LI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Professionem quam expectabat sanctitas vestra evidenter accepit. Patiatur ergo nunc recitari mandatum, salvo eo ut utraque pars me agnoscat imperialis præcepti formam custodire debere, *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si jubet spectabilitas tua, recitetur.

LII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Universa quæ à partibus offeruntur, ut omnis amputetur ambago, ab officio recitentur.

LIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Sine præjudicio nostro legat; salvo eo quia hæc causatio forensis est, non legalis. Nam uti mandato, his formulis præsumere, non est ecclesiasticæ consuetudinis, sed forensis ludi atque certaminis & illius exercitii quod magis argumentis quàm fide aliqua sæpe subsistit. Proinde nobilitatis tuæ spectabilitatisque censura etiam atque etiam in hoc loco motari dignentur, ut edicant utrùm lege divina causam agi velint & ipsam disceptationem inter partes ventilari, an omnino legibus publicis uti velint: quoniam in utroque mihi plurima competunt; ut si à lege discesserit, Episcopum se non esse demonstret; si verò legem tenuerit, tunc ei, ut illi qui Christianus esse desiderat, debeam respondere. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Si nullo potestatis secularis judice residente inter Episcopos tantùm hæc contentio tractaretur, tunc demum eorum erat arbitrii, & forsitan justi, ut nihil publico velint jure tractari. Me autem, cùm legumlatores ii sint qui me judicem delegerunt, à legibus certum est deviare non posse, quamvis professionem partis è diverso venientis apertissimè susceperit sanctitas vestra, in qua id expressisse cognoscitur quod vestra prosecutio postulavit. Unde mandatum per officium recitetur. ANNO CHRISTI 411. LIV.

COLLATIO CARTHAG.

Petilianus Episcopus dixit. Legat. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Romulus exceptor recitavit.* Post consulatum Varanis viri clarissimi III. Kal. Iunias. Mandatum factum in Ecclesia. *Et cùm recitaret, Adeodatus Episcopus dixit:* Sine præjudicio nostro recitet. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Sæpius interfatus sum omnia integris responsionibus recitari. *Romulus exceptor recitavit.* Mandatum factum in Ecclesia Carthaginensi ab universo Concilio Episcoporum catholicorum, præsidente Aurelio Episcopo Ecclesiæ Carthaginensis, & Silvano Primate Numidiæ. Quamvis causa Ecclesiæ catholicæ adversùs omnes falsas criminationes, quibus eam usquequaque diffusam schismatici & hæretici per suas quasque regiones vel provincias vel divisi atque separati vaniloquis & sacrilegis insectantur erroribus, satis superque divinis testimoniis defendatur, in Africa verò adversùs Donatistas etiam ecclesiastico atque imperiali judicio, sicut oportebat vel necesse fuerat, terminata sit, tamen quia idipsum hominibus qui ista nesciunt, quò eos ad æternam salutem Christiana caritate acquiramus, instantiùs manifestandum atque declarandum est, placuit nobis ex Dei Domini voluntate in hanc Carthaginensis civitatis convenire Ecclesiam, & eligere idoneos fratres collegasque nostros ad adserendam hujus causæ defensionem, qui crimina falsissima Ecclesiæ catholicæ, quæ toto, sicut de illa divina testantur eloquia, terrarum orbe diffunditur, à parte Donati objecta redarguant. Ecclesia quippe Christi sanctis patribus nostris Abrahæ, Isaac, & Iacob, & populis omnibus per imitationem fidei posteris & filiis eorum ita divina & veridica voce promissa est ut nulla humana & maledica possit voce convinci. Ad Abraham namque ita loquutus est Deus. *Per me juravi, dicit Dominus, propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantissimo propter me, nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum tamquam stellas cœli & tamquam arenam quæ secus oram maris est, & hereditatem possidebit semen tuum civitates adversariorum. & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ quia obaudisti vocem meam.* Ad Isaac quoque ista de hac re verba sunt Domini. Gen. 22.

Statuam jusjurandum meum quod juravi Abraham patri tuo; & ampliabo semen tuum tamquam stellas cœli, & dabo tibi & semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ pro hoc quia obaudivit Abraham pater tuus meam vocem & servavit præcepta mea & justitias meas & legitima mea. Ad Iacob etiam loquens, hoc idem adtestatione præclarissima pollicetur. Gen. 26.

Et erit semen tuum sicut arena terræ, & multiplicabitur supra mare & in Africum & in Aquilonem & ad Orientem, & bene- Gen. 28.

[a] SICUT PROMISSA EST] Antea legebatur: *Catholica Ecclesia quæ toto sicut terrarum orbe promissa est diffunditur.* Emendatum est ex Augustino in breviculo primæ diei cap. 10. *Causa Ecclesiæ, quæ toto, sicut promissa est, terrarum orbe diffunditur.* Mandatum Episcoporum catholicorum in hac ipsa prima collatione cap. 55. *Crimina falsissima Ecclesiæ catholicæ, quæ toto, sicut de illa testantur divina eloquia, terrarum orbe diffunditur.* In collatione tertia cap. 14. *Si agnoscenda est Ecclesia toto terrarum, sicut promissa est, orbe diffusa.* Ibidem cap. 17. *Causam Ecclesiæ peragamus, quæ, sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur.*

ANNO CHRISTI 411. COLLATIO CARTHAG.

dicentur in te omnes tribus terræ & in semine tuo. Vnde Propheta Esaias his vocibus consonans, istam Ecclesiam in spiritu sancto futuram prævidens, sic Isa. 54 alloquitur. *Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis, quoniam multi filii desertæ magis quàm ejus quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & aulæarum tuarum fige palos. Noli parcere, longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma. Adhuc in dexteram & sinistram extenderis, & semen tuum gentes possidebis, & civitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam prævalebis; neque verearis quòd detestabilis fueris, confusionem enim in æternam oblivisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego Dominus qui facio te; Dominus nomen illi, & qui libera-* Isai. 52. *vit te Deus Israël, universæ terræ vocabitur.* Item alio loco: *Et patefaciet Dominus brachium suum sanctum in conspectu universarum gentium, & videbunt omnes gentes usque ad intima terræ salutem quæ à Deo est.* Ibid. 49. Item dicit: *Posui te in testamentum generis, in lucem gentibus, ut sis salus usque in fines terræ.* Malachias etiam Propheta prævidens sacrificium primi populi cessàturum, & toto orbe terrarum, id est, à solis ortu usque ad occasum, æternum sacrificium glorificato in gentibus nomine Domini celebrandum, Malach. 1. ita loquitur ad Iudæos: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quoniam ab ortu solis usque ad occasum clarificatum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo & sacrificium mundum, quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.* Hieremias quoque gentes ab extremo terræ venturas ad Deum, damnatis simulachrorum superstitionibus, Hier. 16. sic prædicit. *Domine virtus mea & adjutorium meum & refugium meum in diem malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quàm falsa possederunt patres nostri idola; & non est in eis utilitas.* Quia verò non in unum aliquem terræ locum ex aliis locis ad Deum gentes venturas esse prædictum est, sed in locis suis eum adoraturas in quem damnatis simulachris fuerant crediturae, sic Sophonias Soph. 2. Propheta testatur. *Prævalebit Dominus adversùs eos, & disperdet omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum unusquisque de loco suo omnes insulæ gentium.* His atque aliis multò pluribus testimoniis legis & Prophetarum adscrentibus Ecclesiam toto terrarum Psal. 2. orbe diffundi, psalmi etiam divini ita concinunt. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Item in alio psalmo de Domino Christo in figura Salomo- Psal. 71. nis: *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos finis terræ. Coram illo decident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent; & adorabunt eum omnes Reges terræ,* Psal. 49. *omnes gentes servient illi.* Item in alio psalmo. *Deus deorum Dominus loquutus est, & vocavit terram à solis ortu usque ad occasum; ex Sion species decoris ejus.* Propterea ipse quoque Dominus Iesus, qui loquutus fuerat antè per ora Prophetarum, postea quàm resurrexit à mortuis, jam per os proprium sic pro- Luc. 24. misit Ecclesiam. *Oportebat*, inquit, *impleri omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem.*

ANNO CHRISTI 411. COLLATIO CARTHAG.

tamquam illud testimonium psalmi quod recentissimum posuimus verbis aliis exponeret. Nam quod ibi positum est, *Vocavit terram à solis ortu usque ad occasum*, hoc Dominus ait *per omnes gentes*; & quod ibi positum est, *ex Sion species decoris ejus*, hoc Dominus ait *incipientibus ab Hierusalem.* Quis enim nesciat Sion & Hierusalem unicam esse civitatem, unde cœpit passio & resurrectio Domini Iesu Christi per orbem terrarum populis mundandis atque salvandis inlustrissimo præconio prædicari? Proinde & ascensurus in cœlum, providens unde fuissent carnales homines pro suis divisionibus & separationibus litigaturi, cùm quæsissent discipuli audire ab eo aliquid de fine seculi, *Non est*, inquit, *vestrum* Act. 1. *scire tempora quæ pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem spiritus sancti, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in totam Iudæam & Samariam, & usque in totam terram.* Hanc auctoritatem magisterii cælestis secuti Apostoli Ecclesiam commendant in toto mundo fructificantem atque crescentem, & ne se in partes membra Christi per hominum nomina dividant, ita carnales, qui jam hoc facere cœperant, Apostolus alloquitur. *Obsecro vos, fratres,* 1. Cor. 1. *per nomen Domini nostri Iesu Christi ut id ipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Nuntiatum enim est mihi, fratres, ab his qui sunt Chloës quia contentiones sunt in vobis, & unusquisque vestrum dicis, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Vnde & istos, contra quorum errorem & pro quorum salute nomine Christi elegimus qui eorum criminationibus falsis vanisque respondeant, in sacramentis Christi fratres nostros agnoscimus, nec eorum detestamur perversitatem, sed ipsa Christi sacramenta in eis adprobamus & rescindere non audemus. Meminimus enim per Prophetam esse præceptum: *Audite qui pavetis* Isai. 66. *verbum Domini. Dicite, fratres nostri estis, his qui vos oderunt, & qui vos detestantur, ut nomen Domini honorificetur & appareat illis in jucunditate.* Iam quod sequitur ipsi sibi salubriter dicant, vel à Propheta potiùs quàm à nobis hoc audiant. Nos leviora dicimus, ut pacem potiùs cum correctis quàm litem cum perversis habeamus. Fratres nostros esse dicimus, ut nomen Domini honorificetur. [a] Quia ipsi nos oderunt & detestantur, esse se fratres nostros negant, quia nomen hominum ab eis magis quàm Domini honorificatur. Ac per hoc fratres & coepiscopi nostri, quos ad eorum criminationes redarguendas elegimus, in hac conlatione quæ cum eis habenda est, Ecclesiam sanctam adversùs eorum objecta defendant. Dicunt enim quòd hæc Ecclesia, quam in lege & Prophetis & psalmis accepimus prænuntiatam, opera salvatoris expressam & sanguine redemptam, Apostolorum laboribus disseminatam atque plantatam incipientibus ab Hierusalem, ubi in centum viginti animas simul congregatas sanctus spiritus venit, eosque in quos venit linguis omnibus gentium loqui faciens, evidentissimo signo docuit Ecclesiam per omnes gentes futuram & linguis omnium gentium loquuturam, hanc ergo Ecclesiam, quæ isto modo ut prædictum & impletum est, ab Hierusalem sumpsit exordium, atque inde se in Iudæam & Samariam aliasque orbis terræ partes Apostolorum prædicatione diffudit, in quorum litteris atque actibus civitates & provincias invenimus longè latèque distentas, in quas eam suis speciosis pedibus invexerunt, unde & in Africam

[a] QVIA IPSI NOS] Antea legebatur: *quia ideo nos oderunt.*

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

creſceret, hanc, ut diximus, Eccleſiam dicunt iſti contra quorum errorem collegis noſtris conlationem defenſionemque mandamus, Cæciliani Epiſcopi quondam Carthaginenſis Eccleſiæ & ſociorum ejus neſcio quibus peccatis periiſſe pollutam, atque in parte Donati ejus reliquias remanſiſſe. Hanc vanam & ſacrilegam criminationem hi quibus mandamus ita redarguant & refellant ut primitus Eccleſiæ cauſam à cauſa quorundam hominum diſtinguant atque diſcernant: quoniam Eccleſia permixtos malos habitura prædicta eſt quouſque meſſis tempore à tritico zizania ſegregentur, vel à frumentis palea ventilata diſcedat, vel oves ad dexteram, hœdi ad ſiniſtram, qui nunc eiſdem paſcuis permixti ſunt, ſegregentur, vel mali piſces à bonis, qui nunc intra eadem retia ſimul trahuntur ad littus, in eodem littore, hoc eſt, in fine ſeculi, dirimantur. Homines autem quilibet in Eccleſia, ſi boni ſunt, triticum vel frumenta ejus ſunt, oves ejus ſunt, piſces boni ejus ſunt: ſin autem mali ſunt, zizania, palea, hœdi, piſces mali ejus ſunt. Non ergo propter eos tota meſſis, tota area, grex totus, piſcatio tota damnata eſt, ne cùm ante tempus audemus quaſi de malis temerè judicare & aliis aliorum objectare peccata, bonos propter malos ſacrilega ſeparatione deſeramus, cùm potiùs malos propter bonos pia unitate tolerare debeamus. Vrgendi ergo ſunt iſti tantum evangelicarum ſimilitudinum & tam perſpicuæ veritatis inimici, ut doceant quod intendunt, ac priùs oſtendant, ſi valuerint, quomodo Eccleſia, quam incipientem ab Hieruſalem in ſcripturis ſanctis per propinqua & longinqua fructificantem atque creſcentem accepimus & tenemus, quorumlibet quos accuſant contagione perierit & in Donati parte remanſerit. Si enim hoc fieri potuiſſe monſtraverint, tunc utique ad cauſam Eccleſiæ pertinebit aliam fortaſſe ſuſcipere atque diſcurrere quæſtionem, utrum Cæcilianus ejuſque collegæ vel tales fuerint quales ab iſtis fuiſſe dicuntur, [vel] ſic innoteſcere potuerint Chriſtianæ quæ jam tunc erat unitati uſquequaque diffuſæ ut eam uſque ad ultimas terras ipſius notionis contagione macularent & perderent. Fatentur quippe etiam ipſi neminem peccatis alienis maculari poſſe quæ ignorat. Vnde ſi demonſtrare voluerint tam latam per tantas terras communionem gentium Chriſtianarum peccatis Cæciliani & ſociorum ejus contaminari ac perire potuiſſe, non ſufficit ut oſtendant tales eos fuiſſe quales accuſando criminantur, niſi etiam oſtendant vera crimina eorum omnibus innotuiſſe quos ipſa contagione periiſſe contendunt. Si autem non potuerint demonſtrare catholicam Eccleſiam per omnes gentes in quibus eam eloquia divina commendant ullis alienis peccatis deſtrui potuiſſe, ſequeſtrata paululùm cauſa Cæciliani & eorum quos cum illo accuſandos eſſe putaverunt, quæ

a [a] ad Eccleſiæ cauſam omnino non pertinet, quoniam etſi mala fuiſſet, eam contaminare non poſſet, quod nos dicimus ad eorum crimina repellenda ab eis quibus officium defenſionis hujus imponimus evidentiſſimè & exemplis cumulatiùs oſtendatur, id eſt, Eccleſiam Chriſti nullorum malorum uſque in finem ſibimet permixtorum, non ſolùm ignotorum, verùm etiam cognitorum, quaſi corruptione peſtifera poſſe inquinari atque deleri, primùm exemplis propheticis, qui populum peccatorem & Deum multis execrabilibus abominationibus offendentem tam ſeveris vocibus arguebant & flagellis correptionis duros atque indomitos animos uſque ad inimicitias adversùm ſe horribiles excitabant, nec tamen ſe ab eo populo, in quo utique etiam boni inter malos erant, corporali diſcrimine dividebant, melius indicantes per patientiam ferre malos quàm per calumniam relinquere bonos. Ipſe Dominus Ieſus Chriſtus exemplum ſingulare patientiæ, traditorem ſuum, utique peſſimum, non ſolùm cognitum in diſcipuli numero pertulit, verùm etiam præcognitum in diſcipulorum numerum aſſumpſit. Dixit etiam diſcipulis ſuis: *Et vos mundi eſtis, ſed non omnes*; ut eo modo ſcirent munditiam ſuam aliena immunditia non poſſe ſordeſcere. Ioa. 13.
Apoſtolorum temporibus teſtis eſt Apoſtolus Paulus inter falſos fratres gemens, & quoſdam per invidiam, quod utique vitium diabolicum eſt, Chriſtum anuntiantes in epiſtola ſua notans, quemadmodum boni malos propter unitatem Chriſti pietate ſollicita conſervandam ſine ulla ſua perditione in ſacramentorum communione tolerabant, à quorum malitia longè abhorrebant. Poſt Apoſtolos etiam Epiſcopi boni quemadmodum propter unitatem Chriſti, non ſolùm quoſlibet laicos, verùm etiam coepiſcopos toleraverunt malos, teſtes ſunt literæ martyris Cypriani, ubi gemit avaritiam quorundam collegarum uſque ad crudelitatem fœnoris rapinaſque fundorum; nec tamen malorum contagione factus eſt talis, ſed bonorum dilectione pertulit tales, non tantùm id exemplo admonens, verùm etiam præcepto inſtruens. Nam in quadam epiſtola ſua dicit. *Etſi videntur in Eccleſia eſſe zizania, non tamen impediri debet aut fides aut caritas noſtra, ut quoniam eſſe zizania in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus.* Cyprian. epiſt. 51.
Ipſorum etiam qui huic veritati adverſantur judicio probandum eſt quàm ſit hoc verum; qui cùm Maximianum damnaſſent merito ſacrilegi ſchiſmatis, ſociis ejus, qui cum illo ab iſtis foras exierant, ſeque ab eorum communione ſeparaverant, dilationem ad redeundum dederunt, dicentes eos illius [b] ſacrilegi ſurculi plantariis non eſſe pollutos. b
Quod quidem, cùm omnes unius ſchiſmatis ſocietas connexos teneret, quemadmodum rectè dici potuerit non invenimus. Sed tamen vel ſerò hinc intelligere cogantur multò potiùs in unitate catholica malos bonis tamquam paleam frumentis obeſſe non poſſe, ſi in conciſione ſchiſmatica, ubi palea ſola eſt, putatus eſt Maximianus ejuſdem conciſionis ſuæ ſocios tantùm, quia ordinationi ejus præſentes non fuerunt, non potuiſſe maculare; & videant quàm inconſideratè dicant Cæcilianum, qualiſcunque ille fuerit, & ejus quoſcunque collegas in tot longinquis gentibus unitatem Chriſtianam perdere potuiſſe, cùm Maximianum arbitrentur nec Aftos participes ſui ſchiſmatis perdidiſſe. Sic apparebit ad Eccleſiæ cauſam, cujus injungimus defenſionem, non pertinere Cæciliani cauſam, qualemlibet habeat quæſtionem. Quòd autem accuſant baptiſmum noſtrum, vel potiùs baptiſmum Chriſti, quem habemus & miniſtramus, eumque in eis quos dereperint ingemiſcendo errore reſcindunt, ſic ferendum eſt quemadmodum ipſa Eccleſia cujus donum eſt. Non enim audebunt ampliùs baptiſmum accuſare quem damus, ſi ab eorum criminibus Eccleſia purgabitur quam tenemus. Sed ſi illud, ut adſolent, obiciendum putaverint, quòd baptiſmum Chriſti etiam foris à noſtra com-

[a] Ad Ecclesiæ causam non pert.] Vide epiſtolam nomine Concilii Cirtenſis ab Auguſtino ſcriptam ad Donatiſtas poſt collationem.

[b] Sacrilegi surculi] Reſpiciunt hoc loco catholici ad decretum Concilii Bagaienſis; in quo, poſt damnatum Maximianum, iſta de ſociis ejus dicuntur: *Eos autem quos ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria, hoc eſt, qui à Maximiani capite manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Eccleſiam redire permiſimus.* Vide ſuprà ad annum 394. pag. 98.

Anno Christi 411

Collatio Carthag.

munione traditum agnoscimus potiùs quàm improbamus, nec rescindere audemus, respondeatur eis quantiscunque rationibus & testimoniis responderi potuerit divina Ecclesiæ dona & apud fures vel usurpatores vel etiam raptores inventa, agnoscenda esse potiùs quàm neganda. Nam sicut Apostolus de quibusdam dicit, quia veritatem in iniquitate detinent, ita omnes qui extra Ecclesiam Christi habent vel ministrant baptismum Christi, veritatem sacramenti divini in iniquitate detinent erroris humani. Vnde humana iniquitate correcta, non est veritas divina violanda. Qui autem putant negandum esse baptismum Christi quia eum & hæretici tradunt, possunt putare negandum esse etiam ipsum Christum, quia eum & dæmones confitentur. Et ideo ad Ecclesiam venire debent qui extra ejus communionem baptismum ejus habent, non ut quod deerat adsit, sed ut quod inerat prosit. Neque putandum est illos hinc clam diuturnum habituros esse conflictum, quandoquidem etiam de hac re suo judicio & exemplo poterunt admoneri. Baptismum quippe Christi extra suam communionem in Maximiani schismate datum, in eis quos inde cum illis quos damnaverant susceperunt agnoscere quàm rescindere maluerunt. Proinde & illud quod non rectè intelligentes solent dicere, *Ne communices peccatis alienis*, (Neque enim hoc corporum segregatione sed morum dissimilitudine faciendum est) in eis coguntur attendere quemadmodum intelligendum sit quos cum Maximiano damnato sacramenta communicantes impollutos fuisse dixerunt, & quod de baptismo solent accipere quod dictum est, *Qui baptizatur à mortuo*, & cetera hujusmodi, in eis ipsis nosse coguntur quomodo accipienda sint, quando ab illis quos cùm damnarent mortuos esse dixerunt, baptismum in schismate datum improbare atque iterare non ausi sunt, & quod nobis obicere consueverunt, quòd ad eos corrigendos pro unitate Christi apud terrenas potestates aliquid agere cogimur, in ipsis identidem Maximianistis compellendi sunt approbare, quos cùm apud judices terrenos tamquam schismaticos suos vel hæreticos accusarent, ut de basilicis pellerent, etiam Bagaiense Concilium, quo eos damnaverunt, aliquoties allegarunt. Quæ omnia ideo dicenda sunt ut & suo judicio commoneantur dissensionem tandem deponere, & consumpta vel abjecta falsarum & vanarum animositate criminationum, diligere catholicam pacem, amplecti individuam caritatem, sine qua nullus hominum bonus esse poterit, quicquid boni aliud habere potuerit. Quibus peractis, nec ipsam Cæciliani causam volumus deserant, sed eam non tamquam Ecclesiæ matris, sed tamquam Episcopi fratris suscipiant; ne sicut iterum discutiatur finienda, sed ut demonstretur jam olim esse finita ecclesiasticis & publicis documentis; quorum nonnulla sufficient, si eis, cùm à nobis proferuntur, fidem habere voluerint; [& si noluerint,] poterunt archivis etiam contestantibus declarari: quibus appareat & causam Cæciliani eos per Anolinum Proconsulem ad Imperatorem Constantinum accusando misisse, & eundem Imperatorem post ecclesiastica judicia, quibus Cæcilianus fuerat absolutus, causam totam partibus præsentibus cognovisse, atque innocentem Cæcilianum, illos autem calumniosissimos judicasse. Felicis quoque Aptugnensis ordinatoris Cæciliani innocentiam Æliano Proconsule ex præcepto ejusdem Imperatoris cognoscente claruisse, quem malorum fontem in Concilio suo ipsi dixerunt. Quæcunque autem crimina quibuslibet collegis nostris, non jam more conferentium vel disputantium, sed maledicentium & litigantium, obicienda putaverint, respondendum est eis nec eorum causas ad Ecclesiæ causam, quam nunc defendendam injungimus, pertinere, nec ipsas tamen eis discutiendas auferri, sed pro temporis quod nunc instat necessitate differri, ut cùm Ecclesiæ causam, quam nunc clementissimus Imperator cognoscendam & demonstrandam recenti præceptione curavit, fuerit terminata, quæcunque quibuscunque nostris obicienda arbitrantur, apud quos voluerint judices & nostros & suos, cùm jam catholicæ unitati fuerint sociati, vel purgata monstrentur, vel convicta puniantur. Hæc eo modo quo conscripta sunt, & si quid uberius & firmius eis Dominus dederit, exequenda mandamus fratribus & coepiscopis nostris [a] Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio. Quod mandatum se suscepisse testantur subscriptionibus suis, sicut nos mandasse testamur subscriptionibus nostris, ratum habituri quicquid adjuvante Domino in hac defensione peregerint. His autem adjungimus, cum quibus, ubi opus fuerit, consilium habeant, [b] Novatum, Florentium, Maurentium, Priscum, Serenianum, Bonifacium, & Scillatium. Ad custodiendam verò conscriptionem gestorum, [c] Deuterium, Leonem, Asterium, & Restitutum. *Quo recitato,*

LVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam ex recitatione mandati, quod gestis præsentibus adhærebit, claruit divina magis testimonia quam forensia vincula esse prolata & edicti pariter mei tenorem fuisse servatum, in numero scilicet deligendo, & imperialis constitutionis formam nihilominus custoditam, ideoque, quoniam justitiæ ordo hoc postulat, etiam subscriptiones omnium recitentur.

LVII. *Romulus exceptor recitavit.* Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis Carthagini constitutus præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Item alia manu.* [d] Silvanus primæ sedis provinciæ Numidiæ præsente viro clarissimo Marcellino Tribuno & Notario Carthagini constitutus mandato à nobis facto consensi & subscripsi. *Item alia manu.* Valentinus Episcopus Ecclesiæ [e] Vaia-

[a] Avrelio] Carthaginensi Episcopo, Alypio Tagastensi, Augostino Hipponensium regiorum, Vincentio Culusitano, Fortunato Siccensi, Fortunatiano Constantinensi sive Cirtensi, Possidio Calamensi.

[b] Novatum] Sitifensem, Florentium Hipponensium Diarrhytorum, Maurentium Tuburficensem, Priscum Quidiensem, Serenianum Miditensem, Bonifacium Cataquensem, & Scillacium Scillitanum.

[c] Deuterium] Cæsariensem in Mauritania, Leonem Moptensem, Asterium Vicensem, & Restitutum Tagorensem.

[d] Silvanus] Episcopus Summensis sive Zummensis, cujus nomen rursum recitatur infrà cap. 99.

[e] Vaianen.] sive Baianensis. ut heic scriptum est in veteri libro. Infrà cap. 99. 125. & 135. scribitur semper *Vaiensis*. Sed nos ubique reposuimus *Vaianensis*, quia constat emendationem esse certam. Nam Felix Episcopus Baianensis interfuit Concilio Carthaginensi sub Grato, & Beianus Baianensis damnatus fuit anno cccxciv. in Concilio Bagaiensi. Animus erat hanc sedem referre ad Mauritaniam Cæsariensem, quia inter Episcopos illius provinciæ ejectos ab Hunerico Rege Vandalorum reperio Cæcilium Belianensem. Verùm huic cogitationi obstant subscriptiones Concilii Cabarsussitani, ubi legitur nomen Pancratii Badiamensis. Cùm enim synodus illa habita sit uno anno ante Bagaiensem, in qua damnatus est Beianus Baianensis Donatista, istud evincere videtur Ecclesiam Badiamensem fuisse diversam à Baianensi. Duos quippe Episcopos Donatistas in una Ecclesia fuisse constitutos non est vero simile.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

nensis Carthagini constitutus præsente v. c. Marcellino Tribuno & Notario mandavi & subscripsi. *Et reliquæ subscriptiones quorum nomina mandato continentur.*

LVIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Has quoque subscriptiones cum mandato gesta suscipient. *Et adjecit.* Numerus etiam subscribentium designetur. *Martialis exceptor dixit:* Ducenti sexaginta sex sunt.

LIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Ubi sunt qui mandaverunt? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LX. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Opus est hoc, eligant de suis septem, & eant ubi constituti sunt in Ecclesia, & videant illos. *Et alia manu.* Recognovi.

LXI. *Petilianus Episcopus dixit.* Subtilis argumenti res est ut judicem facerent testem. Potuerunt etenim etiam quoscunque clericos minoris loci adponere nominibus suis & fingere illum honorem esse quem apud se summum existimant, cùm hinc potissimùm dubitetur. Proinde veniant in judicium Notarii, à nobis singuli cognoscantur. Veremur etenim argumenta sæpe diutiùs requisita, quæ in perniciem simplicitatis nostræ quotidie machinantur. Hæc igitur prima res est, de qua per notariam nostram sublimitati tuæ intimare curavimus, neque cessavimus, ut de numero primò nostro constaret, quem esse parvulum semper imperialibus auribus mentiuntur. Quicquid enim contra nos semper eliciunt, quasi contra paucissimos impetratur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LXII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Falsi crimen nec obicere condecet sacerdotem, nec committere potuisse credendum est. Illud autem est quod per vestram venerabilitatem scire desidero, utrum omnes Episcopos contra quos vestra pergit intentio, quorum etiam subscriptio recitata est, possitis agnoscere.

LXIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Singuli quique sedium nostrarum adversarios facilè possumus agnoscere. Sanè non falsum objecimus; sed diligentiæ maximæ est quòd volumus & probare. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hoc magis de vestra judico sanctitate, diligentiæ potiùs esse quàm ullius objecti criminis quod in prosecutione dicendum esse credidit sanctitas tua; sed illud quæro, utrum in omnibus locis & civitatibus utriusque partis bini esse possint Episcopi. Sic enim possunt se alterutrum plenè cognoscere.

ANNO CHRISTI 411. LXV. COLLATIO CARTHAG.

Petilianus Episcopus dixit. Sapientissimè ac præsciè omnia prævidisti, vir nobilis. Nam in plebe mea, id est, in civitate Constantinensi, adversarium habeo Fortunatum. In medio autem diocesis meæ nunc institutum habeo immo ipsi habent nomine [a] Delphinum. Pervidet jam hinc præstantia tua duos in unius plebe fuisse [b] imaginariè constitutos, ut & numerum augeant, & tamen plebium numerus non idem sit qui sit illarum scilicet personarum. Et hoc argumenti est maximi, ut videantur nos hoc genere superare, si duo contra unum sint constituti vel tres. Nam etiam in plebe præsentis sanctissimi collegæ ac fratris mei Adeodati, id est, in civitate Milevitana, ita commissa res est ut [c] unum ibidem habeat adversarium, [d] alterum in Tuccensi civitate, quæ ad hujus scilicet plebem antiquitus pertinet, & ante biennium esse videtur constitutus, tertius verò sit in loco qui dicitur [e] Ceramussa. Ergo cùm unus sit civitatis Milevitanæ Episcopus à partibus nostris, tres videntur ab his constituti fuisse, ut illorum numerus augeretur, aut fortassis excederet numerum veritatis. Requirendum est igitur quando auctus sit illorum numerus, quam originem habuerit, utrum hoc novitas fecerit, an deleverit antiquitas, utrum, ut ita dixerim, contra vetustatem canam vitium hoc fuerit novitatis. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LXVI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Multiloquio Ecclesiæ causam agi non debere perspicit mecum tuæ dignationis sensus, optime cognitorum. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.)

LXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* [f] Plus scripsisti quàm dixi. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LXVIII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Verùm vir gravissimus Petilianus cùm ante paululum Ecclesiæ causam divinis scripturis firmandam esse professus fuerit, atque eam divinis testimoniis quæri debere constituerit, nunc eum per diversa vagari in personis ordinatorum prosecutione ejus ostenditur. Atque ideo, ne illi similes videamur, decreti tenorem accepit sublimitas tua; & quid patrum statuta voluerint, ejus lectione monstratum est. Convenit præsentes, moratoriis omnibus actionibus repulsis atque prostratis, eligere nunc ex parte sua idoneos qui possint institutæ causæ præstare rationem, omniumque consensum his actis deprimere, ut dilucescente veritate, nulli possit esse ambiguum. Siquidem confirmatis personis, nulla pars audebit dicere sententiam non posse [nec] debere

a DELPHINUM] cujus mentio habetur etiam infrà cap. 215. Assentior autem viro clarissimo Ioanni Garnerio, qui ait eum incerti nominis Ecclesiam rexisse, vicinam tamen Constantinæ. Quod ita intelligendum est ut explicat vir æquè clarissimus Henricus de Noris, nimirum cùm ex parte Donati unicus esset Constantiniensis Episcopus Petilianus, apud catholicos Fortunatus & Delphinus Episcopi eandem diœcesim divisam moderarentur. Porrò institutum fuisse Delphinum Episcopum propter necessitates ecclesiasticas docet sanctus Augustinus epist. 158. ad Marcellinum. Verum autem hic idem sit cum Delphino qui inter Episcopos Numidas nominatur in epistola synodi Milevitanæ ad Innocentium Papam, aliis discutiendum relinquo. Negant Samuel Petitus lib. III. variarum lect. cap. 1. pag. 14. & Henricus de Noris in libello adversùs Garnerium.

b IMAGINARIE CONSTITUTOS] id est, suppositos, cùm Episcopi non essent, ut ait Augustinus in Breviculo primæ diei cap. 11. Infrà in capite 165. istius primæ cognitionis: *In diœcesibus multas passim imagines erigunt, ut numerosi esse videantur.* Veteres glossæ in codice 1013. bibliothecæ regiæ. *Imaginarius, subposita persona.* Imaginarium porrò Episcopum, id est, falsum, eum dixere veteres qui non rectè ordinatus esset. Apud Athanasium epist. 2. pag. 794. Colluthus vocatur non verus sed imaginarius Episcopus. Item Timothei Æluri, qui sedem Alexandrinam invaserat, ordinatio nefanda atque imaginaria vocatur in epistola Episcoporum provinciæ Ponti ad Leonem Imperatorem, quam Latinè habemus ex versione Epiphanii scholastici.

c UNUM ADVERSARIUM] Severum, ut opinor, cui scribit sanctus Augustinus epist. 155. 241. ejusque mentionem facit in epistulis 34. 110. & 129. vocans eum condiscipulum suum.

d ALTERUM IN TUCCENSI] id est, Sabinum, qui infrà cap. 130. vocatur Episcopus Tuccensis. Quæ causa fuit ut heic *Tuccensi* reponeremus pro *Tuncensi*, ut habent aliæ editiones & vetus liber. Assentior enim lubens clarissimo viro Henrico de Noris, qui heic agi putat de eodem Sabino. Addit idem vir clarissimus eum neutrius Tuccæ quarum mentio extat in synodo sancti Cypriani Episcopum fuisse, ob eam videlicet rationem quòd illæ urbes suos habebant Episcopos ante martyrium Cypriani, oppidum verò Sabini anno Christi CCCCIX. episcopali primùm dignitate ornatum fuit.

e CERAMUSSA] Vide infrà cap. 135. extremo.

f PLUS SCRIPSISTI] Hæc verba non respondent prosecutioni Fortunatiani, sed referuntur ad exceptorem.

consistere, quando quidem eorum consensus actis fuerit depromptus. Et ideo aut subscriptionibus quæ gerimus se doceant confirmare, aut consensum suum singuli patefaciant, ut actio Ecclesiæ possit suo ordine inchoari. *Et alia manu.* Recognovi.

LXIX. a *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* De incompetenter ordinatis quos Petilianus vir [a] sanctissimus comprehendit me certum est, qui ad aliam partem principali auctoritate judex videor constitutus, non posse cognoscere. Superest ut si numerum Episcoporum qui ab officio intra hanc splendidam Carthaginem constitutus est verum esse credit venerabilitas tua, jam nunc intimare dignetur.

LXX. *Petilianus Episcopus dixit.* Non intellexit è diverso consistens quid fuerim prosecutus. Nam cùm de numero mandantium nunc agatur, diligentiæ meæ maximè fuit requirere ubi sunt illi qui præsentibus mandaverunt; deinde constare non ab re est quod sum in tuo judicio, vir nobilis, prosecutus. Quoniam igitur & jactutam fecerunt earum rerum quas forensibus cancellis ac legibus uti potuerant, & recitaverunt mandatum quod non magis forense sit, sed legale, hinc agnosco debere me illis lege divina competenter respondere. Sed ut priùs de mandatorum numero constet, & de partibus meis quanti mandaverint vel quanti sint mandaturi, id primùm pero de nobilitate tua, ut superfluum non sit de numero utriusque partis ferre debere judicium celsitudinem tuam. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LXXI. b [b] *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Evitandæ quidem multitudinis causa ad hunc locum de quorum numero dubitatur minimè convenisse dicuntur, præsertim cùm suffecerit eos præsentibus omne delegasse negotium. Sed si quid super hac parte dubitationis affertur, judiciis intimetur.

LXXII. c *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit.* [c] Nos evitamus tumultum, ideirco non venerunt, sed mandatum firmissimum est quod lectum est nobilitati tuæ. Si de numero dubitatur, eant provinciales ad Mauros, eant provinciales ad Numidas, eant provinciales ad Byzacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad provinciæ proconsularis, qui præsentes sunt ex numero ipsorum, & cognoscant nostros qui huic mandato subscripserunt. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Non patiar rem superfluam longa partium obluctatione differri. Vnde veniant universi.

LXXIV. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quid opus est turbis? Et nos in civitate diù versati sumus & nostri collegæ. Ii quoque in civitate, ut dicunt, non hodie sed aliquantis diebus demorati sunt. Legantur subscriptiones; & de cujus nomine dubitant, ipse veniat. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* In uno loco sunt omnes, aut id non potest liquidò designari?

LXXVI. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nescimus postea quàm mandavêrunt quid opus erat ut concluderentur. *Et alia manu.* Recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* De quorum nomine dubitatur, ipsi veniant. *Et alia manu.* Recognovi.

Emeritus Episcopus dixit. Impugnat se actio, & LXXVII.
ex una parte diversa contentio. Vnus prosequitur venire debere, alter nescire se utrum possint adesse. Concordent inter se sententiis suis, & arbitratu proprio atque secreto quid magis eligant dicant. Operimur enim pro meritis tuis quicquid isti dixerint, quod magis putaverint eligendum. Non enim nos falsitatis crimen objecimus, sed hoc ipsum factum volumus judiciis approbari. Melior est enim adstipulatio quæ præsentibus actis inditur, & veritatis fides instrumentorum veritate firmatur. Agitur enim res de qua quis negare poterit: *Non mandavi, non interfui, nescio.* Non enim ex me ista procedunt, sed ex ipsis potiùs qui ista confingunt. Habeant inter se consilium suum, arbitrioque suo definiant universa; ut si volunt in præsenti mandare, sicuti nos personas mandantium actis sublimitatis tuæ nunc in præsenti insinuamus, habeant in compendio, tulerint de medio falsitatem, donamus illis universa quæ potuerant de præceptione depromi, ut sublimitatis tuæ judicio possit ex illorum & ex nostris partibus apparere quod possit esse mandatum. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Tu- LXXVIII.
multus ne fieret cavendum fuit; & hoc salubriter prudenterque providisti. Et quoniam metuendum est ne, cùm fuerit exorta aliqua perturbatio, nobis potiùs tribuatur, incertumque sit hominibus à quorum parte potiùs exiterit, nihil melius & tranquillius putamus decernere nobilitatem tuam nisi ut recitatis omnibus nominibus, de quo dubitant veniat. *Et alia manu.* Recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ac- LXXIX.
cepistis professionem partis adversæ. Quæ competunt peragantur.

Emeritus Episcopus dixit. Patientia nobilitatis LXXX.
tuæ intimumque secretum, quod omnibus monstras, cunctorum oculis patuit. Teneo judicii tui fidem, teneo testimonium. Penè jam peracto solis curriculo totus transactus est dies, & nullus adhuc exortus tumultus, cùm tanta sacerdotum Dei multitudo consistat. Quis enim præter eos quos judicii veritas adesse præcepit, vel mutiendo inter se vel balbo sermone respondit? Tacito linguæ silentio expectant veridici cognitoris integram severamque sen-
tentiam, & adclinibus, [d] ut dixi, penè cervicibus d
in te ipsum toto ore pendentes, quid de Dei causa judices sollicitè rimantur. Nullus strepitus, sermo nullus, immo ad Deum continua oratio & ad cœlum privata vox. Vnde hic tumultus publicus de privatis scurrilibusque sermonibus, quibus aut facilè strepere, aut ex ipso usu rixa quotidiana metus judiciorum non timens possit exurgere? Ad hoc Dei sacerdotes tot antistites animæ suæ causam & fidei suæ rationem audire cupientes tumultum su-

[a] SANCTISSIMUS] In veteri codice scriptum est *scissimus*, ut olim solebant. Quod miror animadversum non fuisse à Massono & Pithœo. Et ille quidem edidit simpliciter *scissimus*, in erratis verò admonuit legendum *sagacissimus*. Pithœus verò edidit *scissimus*, quia dubitavit quonam modo scribendum esset. Verùm illa res nullam habet difficultatem. Nam catholici Donatistas Episcopos iisdem honorificentiæ nominibus prosequebantur quibus catholicos, ut apparet etiam ex epistolis sancti Augustini.

[b] MARCELLINUS] Hæc non extant in veteri exemplari. Rectè tamen addita sunt à Massono.

[c] NOS EVITAMUS TUMULTUM] Augustinus in Breviculo primæ diei cap 11. *Catholici autem ne sui præsentarentur resistebant, verentes ne illi tumultum aliquem præpararent per quem prorsùs abrumperetur ipsa collatio, quam fieri Donatistæ nolle omnino videbantur.* Vide infrà cap. 78. hujus primæ cognitionis.

[d] UT DIXI] Nihil istiusmodi legitur in superioribus gestis. Itaque locus ex quo hæc verba repetuntur, nunc non extat, omissus nimirum à Marcello Memoriali.

perfluo & quadam rixa turbantes, ad judicii veritatem nolentes descendere, quærunt immissam actionem turpissimè perturbare. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXXXI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ad multa fratris mei videat nobilitas tua quàm pauca respondeam. Quòd si nobis voluerint respondere, causa tota citò forsitan peragetur. Metuendum est ne ideo non fiat tumultus ab hac turba, quæ præsens est, quia non hic est alia multitudo in quam possit referri causatio. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXXII. *Petilianus Episcopus dixit.* Confiteris illos cum tumultu esse venturos. Nam hic tumultus nec fuit nec erit à partibus nostris. *Et alia manu.* [a] Emeritus Episcopus recognovi.

LXXXIII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Non confiteor cum tumultu esse venturos; sed timeo ne ideo adhuc quiescat multitudo præsens, quia non est in quem referat si quid fortè turbulenter extiterit, dum neraque præsens fuerit multitudo. Petimus ut quod dictum est fiat. De quocunque dubitatur, præsentetur. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXXIV. *Adeodatus Episcopus dixit.* Si in paucos tumultus fieri non potest, in plurimos fieri quemadmodum potest? *Et alia manu.* Recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Iudica. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXXV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Potest quidem sacerdotalis multitudo, divinam considerans utrobique sententiam, etiam in quavis populositate præstare silentium. Sed illud certum est, & ambigi nullatenus potest, paucitatem magis silentio posse præbere consensum. Vnde ne superfluis immoremur, si de subscriptionibus aliqua est dubitatio, eos quos nec præsentes esse nec subscribere potuisse credit sanctitas vestra, faciam ad judicium mox venire; ut tandem aliquando confirmatis secundùm imperiale præceptum ex utraque parte personis, ad negotii merita veniatur.

LXXXVI. *Emeritus Episcopus dixit.* Ex una parte diversæ sententiæ concordare debent. Aut enim hic esse suos dicunt, & adesse debebunt; aut si absentes esse profitentur, videat nobilitas tua quid de absentibus debeat judicare. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXXXVII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quòd præsentes præsentibus mandaverint prosecutione sanctitatis vestræ tenetur expressum, eò quòd omnes qui subscripserunt à vobis & à vestris omnibus facilè possint agnosci. Vnde cùm subscriptiones per ordinem fuerint recitatæ, de quo dubitatur, poterit mox venire.

LXXXVIII. *Adeodatus Episcopus dixit.* Affero compendium diversæ parti, ne tumultus posse fieri utrisque partibus præsentibus putent. In uno loco coepiscopi nostri consistant, ad alterum item locum suos faciant venire. Et cùm recitata fuerint quæcunque loca, bini mittantur; quò possit omnis causatio, omnis tumultus amputari. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi.

LXXXIX. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nova res nunc à diversa parte flagitatur. Nam nos obedientes edictalibus præceptis, tot venimus quot edicto fuerant definiti. Sed quia & hoc non est negandum sollicitudini præsentium, quamquam de numero quærere non sit nostræ præsentis actionis, tamen qui modò præsentes fratres nostri reperiri potuerunt, jube ut ingrediantur; si qui fortè absentes fuerint, crastino eorum præsentiæ tuis etiam obtutibus monstrabuntur, dum tamen ne ulla causæ dilatio nascatur, sicut nos certi numero adsumus electi [ab] universali catholico Concilio, etiam ipsi ad asserendum confirmati jam susceperunt omnem sarcinam causæ, ut nulla dilatio quæstioni possit opponi. *Et alia manu.* Recognovi.

Adeodatus Episcopus dixit. Præcipe nobis mandatum eorundem ostendi obi subscripserunt, quod nunc lectum est ab officio. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. XC.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Mandatum quod nunc ab officio recitatum est, in quo subscriptiones omnium continentur, postulantibus ostendatur. XCI.

Petilianus Episcopus dixit. Magnam nobis sollicitudinem facit ista varietas. Aut hodie repræsentent numerum eorum quos sibi dicunt mandasse quod agant, aut ipsi causam in crastinum distulerunt. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. XCII.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Non est dilata causa. Hodie agenda est. *Et alia manu.* Recognovi. *Augustinus Episcopus dixit.* [Mandatum] actis offeratur, ab officio offeratur. XCIII.

Adeodatus Episcopus dixit. Hoc expectavimus, hoc desideravimus, ut eadem gesta quibus subscripserunt in præsentiarum sint donec mandatores veniant. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. XCIV.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Hoc necesse est ut fiat ita, ut si sollicitudinis aliquid geritis, à vobis obsignata serventur. XCV.

Petilianus Episcopus dixit. Illorum præsentia nobis necessaria est, non mandatum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. XCVI.

Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Iam postulavimus fratres & consacerdotes nostros intromitti debere qui præsentes inveniri potuerunt. Præcipiat nobilitas tua superfluum nodum amputari quæstionis, ut intromissi saltem vel obtutibus eorum fidem debitam faciant. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Hi venerabiles sacerdotes qui præsentes esse dicuntur venire dignentur. *Et ingressis Episcopis catholicis.* XCVII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. In omni [b] petitioni vestræ satisfactum esse cognosco. *Et adjecit.* Præsentes sunt Episcopi quos ingredi voluistis, qui secundùm imperialis præcepti formam & edicti tenorem certum numerum ad peragendam causam elegisse noscuntur. Vnde, ne qua ulteriùs possit esse dubitatio vel fortè confusio, singulis subscriptiones propriæ [c] relegantur; ut agnitis iisdem, exire dignentur. XCVIII.

Martialis exceptor ex mandato recitavit. Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Hoc modo omnes reliqui subscripserunt. Item recitavit.* Silvanus Episcopus [d] Summensis Ecclesiæ catholicæ. *Idem dixit:* Præsto sum. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Silvanus, qui [e] non suscepit conlatio- XCIX.

[a] EMERITUS EPISC.] Aut reponendum est hoc loco nomen Petiliani, aut antè pro Petiliano scribendus est Emeritus.

[b] PARTI. VESTRÆ] id est, Donatistarum, ut patet ex indiculo capitulorum.

[c] RELEGANTUR] In veteri exemplari & in editionibus Massoni & Pithœi legitur *selegantur.* Nos non dubitavimus quin rescribendum esset *relegantur.* Seligere enim nunquam significat relegere.

[d] SILVANUS SUMMEN.] sive Zummensis, cujus adversarius Felix nominatur inf. à cap. 114. & 198.

[e] NON SUSCEPIT CONLAT.] id est, non est ex eorum numero qui electi sunt ad peragendam causam, ad suscipiendam conlationem, ad confligendum cum Donatistis.

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

nem, exeat. *Quo egresso, idem recitavit.* [a] Valentinus Episcopus Ecclesiæ Vaianensis. *Idem dixit*: Præsto sum.

Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Reddiderunt nos sollicitos, diligentiam nobis primitus ipsi incusserunt, quomodo [b] nominantur nostri, sic etiam de ipsorum numero dubitamus. *Et alia manu.* Recognovi.

CI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ita fiet. Consentit tamen pars diversa ut simul agniti exeant?

CII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sed primò mandare habeot & ipsi, ut appareat quia hic sunt. *Et alia manu.* Recognovi.

CIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ergo placet sanctitati vestræ ut post impletum mandatum exeant etiam partis vestræ venerabiles viri Episcopi, & inter paocos causa peragatur; & ad quod quæsitum est respondere dignemini.

CIV. *Primianus Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis dixit.* Cùm & nos apud acta mandaverimos præsentes, eximus, damus locum actoribus. Hic tamen in proximo erimus. *Et alia manu.* Primianus Episcopus recognovi.

CV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Ergo vestræ quoque subscriptiones judiciis intimentur, ut illorum quoque professiones præsentium requirantur.

CVI. *Petilianus Episcopus dixit.* Apud acta volunt mandare. *Et alia manu.* Petilianus recognovi.

CVII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Apud quæ acta sanctitas vestra se asserit mandaturam?

CVIII. *Emeritus Episcopus dixit.* In judicio [c] præstantiæ tuæ voluntas est nostra, si jubes, ut gestis monicipalibus hoc judicio nobilitatis tuæ finiatur. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

CIX. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Illud nunc est quod à vestra sanctitate ad amputandas omnes ambages necessariò postulatur, ut apertissimè designetis utrum vobis epistula mandati cum subscriptionibus recitata sufficiat, an etiam ipsos quæritis apud acta mandare?

CX. *Petilianus Episcopus dixit.* Non ut profiteantur volumus, sed ut recognoscantur à nobis qui mandasse dicuntur. *Et alia manu.* ut suprà.

CXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ergo subscribentium nomina per ordinem recitentur.

CXII. *Honoratus exceptor recitavit.* Numidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Maxulitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Felix Episcopus [loci suprascripti] dixit.* Agnosco illum. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Constat utrumque esse præsentem.

CXIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Illorum etiam [d] duorum qui jam exierunt compares prodeant. [e] Ipsi hoc exegerunt. Videantur ergo qui præsentes sunt, & qui absentes. Hoc volumus constet. [*Et alia manu.* Recognovi. *Et accedente..... Episcopo,*]

CXIV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Cujus civitatis est vir venerabilis Episcopus? *Adeodatus Episcopus dixit.* Felix Episcopus Zummensis nostræ communionis, qui contra Silvanum agit, malè habet.

CXV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Probabilis excusatio est. *Et adjecit.* Alius [f] recitetur. *Et recitavit.* Marinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ Taborensis. *Idem dixit.* Præsto sum. [g] *Victor Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum.

CXVI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Utrumque præsentiam gesta retinebunt. *Item recitavit.* Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ civitatis [h] Magomaziensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* [i] Alius ejusdem civitatis Episcopus veniat à parte diversa. *Salustius Episcopus partis Donati suprascriptæ civitatis dixit.* Agnosco illum. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Etiam hos constat esse præsentes. *Item recitavit.* Victor Episcopus Ecclesiæ catholicæ [k] Libertinensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Ianuarius Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum, diocesis mea est. *Victor Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Neminem illic habet. *Ianuarius Episcopus partis Donati dixit.* Diocesis mea est. *Victor Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Cùm neminem illic habeat, neque Ecclesiam, neque aliquem communicantem, frustra mentitur quod sit ejus diocesis. *Ianuarius Episcopus dixit.* [l] Communicarunt tibi ante vim tuam?

CXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* In una plebe Ianuarii collegæ nostri præsentis, in una diocesi, quatuor sunt constituti contra ipsum, ut numerus scilicet augeretur.

[a] VALENTINUS VAIAN.] ut suprà cap 57. pag. 182. Primas fuit Numidiæ anno CCCCXIX. quo Concilio Carthaginensi interfuit. Non ait autem ille se non habere adversarium. Et tamen nuspiam legitur Episcopus Donatista Vaianensis. Quare dubium mihi non est quin infrà cap. 135. ubi nominatur *Valentinianus Episcopus Vaiensis* legendum sit *Valentinus Episcopus Vaianensis*, & postea cap. 186. itidem legendum *Quintasius Episcopus Vaianensis*. De Valentino isto agi in epistola 261. (quæ illis est 209.) S. Augustini censent viri eruditissimi qui nuper epistolas ejusdem sancti patris nobis dederunt meliores. De eodem agi puto in epistola 68. quæ illis est 88

[b] NOMINANTUR] Sic prorsùs habet vetus exemplar; eoque modo ediderunt Massonus & Pithœus, non animadvertentes hunc locum esse mendosum. Et tamen certum mihi videtur nullum hinc bonum sensum elici posse nisi pro *nominantur* legatur *dubitantur*. Confirmatur hæc nostra conjectura ex his quæ dicuntur suprà.

[c] PRÆSTANTIÆ] Antea legebatur *prudentiæ*. In codice veteri, qui mendosissimus est, notæ illæ p'. t'. sæpe explicantur per vocem prudentiæ, alibi potestatis, præsentiæ, pronuntiationis. Nos ubique veram lectionem restituimus. Legitimam esse emendationem satis constat; eamque confirmant varii loci sancti Augustini

[d] DUOR. QUI EXIERUNT] id est, Silvani Episcopi Summensis & Valentini Vaianensis, ut patet ex capite 99

[e] IPSI HOC EXEGER.] Hanc pericopen, quæ in capite 115. loco non suo posita erat, nos huc remigrare fecimus. Turbabat enim ordinem rerum, ut patet etiam ex his verbis Marcellini: *Probabilis excusatio est.*

[f] ALIUS RECITETUR.] Deest hoc loco nomen illius Episcopi Donatistæ qui erat adversarius Valentini Episcopi Vaianensis. Hunc tamen ego suspicor eum esse qui infrà cap. 186. vocatur Quintasius Episcopus Vaiensis. Nam Valentinus, qui cap. 99 vocatur Episcopus Vaianensis, in cap. 135 dicitur Vaiensis. Quod indicat unum idemque nomen esse.

[g] VICTOR E. C. SUPR.] In veteri libro legimus: *Victor Episcopus d. civitatis ss. dixit.* Pro quo Massonus malè reposuit: *Victor Episcopus dixit civitatis Senensium dixit.* Victor ille erat Donatista, adversarius Marini Episcopi Taborensis in provincia proconsulari. Constantinus Episcopus Tabborensis subscribit epistolæ quam Episcopi provinciæ proconsularis scripserunt ad Paulum Patriarcham CP.

[h] MAGOMAZIEN] sive Macomadiensis in Numidia, ut patet ex itinerario Antonini & ex notitia Episcoporum Africæ.

[i] ALIUS EIUSD] Ita vetus exemplar. Et tamen Massonus & Pithœus ediderunt *Aurelius*, omnino malè. Quippe adversarius Aurelii Episcopi Magomaziensis non vocabatur Aurelius, sed Salustius, ut statim dicitur.

[k] LIBERTIN.] in provincia proconsulari. Ianuarius Episcopus Libertinensis subscripsit epistolæ Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[l] COMMUNICARUNT TIBI] Legendum fortassis, *mihi*. Quamquam & alia lectio tolerari potest, si ad modum interrogantis proferatur. Et ideo nos signum interrogantis apposuimus.

Alypius

Anno Christi 411.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Quæratur quot annorum Episcopus sit.

CXVIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Quatuor estis contra unum.

CXIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & notarius dixit.* Hæc ad præsentem omnino non pertinent actionem.

CXX. Quæ cœpta sunt perlegantur. *Item recitavit.* [a] Optatus Episcopus plebis Vesceritanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Fortunatus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus plebis [b] Tunusudensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Victorianus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* [c] Evangelus Episcopus Ecclesiæ [d] Assuritanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Petilianus Episcopus dixit.* [e] Noster ibi defunctus est, ipse dicat. *Item recitavit.* Latonius Episcopus Ecclesiæ plebis Tenitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Securus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Aptus Episcopus plebis [f] Tigiensis. *Idem dixit.* Præsto sum. Nec habui nec habemus Episcopum Donatistam. *Primianus Episcopus Carthaginensis dixit.* Non illic habemus. *Item recitavit.* Assellicus Episcopus Ecclesiæ [g] Tusuritanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Aptus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit* Innocentius Episcopus Ecclesiæ [h] Germaniensis. *Idem dixit.* Præsto sum, sed adversarium non habeo. *Item recitavit.* Honoratus Episcopus [i] Matharensis Ecclesiæ. *Idem dixit.* Præsto sum, sed non contra me habeo Episcopum. *Item recitavit.* Hilarus Episcopus Ecclesiæ [k] Bosetanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, sed non habeo mecum Episcopum.

CXXI. *Petilianus Episcopus dixit.* Noster fuit. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Et nos hoc cupimus ut [l] illum imitemini. *Item recitavit.* Secundus Episcopus Ecclesiæ [m] Ruspitensis. *Item dixit.* Præsto sum, sed non habeo contra me Episcopum. *Item recitavit.* Donatus Episcopus [n] Amburensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Servatus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus Ecclesiæ [o] Tubiniensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Protasius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Restitutus Episcopus plebis [p] Novasinnensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Felix Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus Ecclesiæ [q] Cuiculitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. Habui contra me Episcopum, exivit de corpore. *Item recitavit.* Lucianus Episcopus Ecclesiæ [r] Guirensis. *Idem dixit.* Præsto sum, sed alium contra me non habeo. *Item recitavit.* Tutus Episcopus plebis [s] Melzitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, sed alium contra me non habeo. *Item recitavit.* Donatianus Episcopus Ecclesiæ [t] Teleptensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Bellicius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Potentius Episcopus plebis [u] Bladiensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Adeodatus Episcopus dixit.* [x] Quem ibi nos habemus, oculos dolet, venire non potest.

Collatio Carthag.

[a] OPTATVS] Ad hunc puto scriptam epistolam 190. S. Augustini.

[b] TVNVSVD.] In veteri exemplari legitur *Tunudensis.* Verùm ex nomine Victoriani, qui fuit Ianuarii adversarius in ea plebe, facile fuit agnoscere heic deesse unam syllabam, & Tunusudensem dici debuisse qui Tunudensis dicitur. Nam infrà cap. 202. nominatur *Victorianus Episcopus Tunusudensis.* Plinius porrò lib. 5. cap. 4. inter oppida Romanorum in Africa numerat Thunusidense, quod Ptolemæus lib. 4. cap. 3. vocat Thunusudam. Apud Victorem Vitensem lib. 1 mentio est *Thunnazuda*, ut habent vulgatæ editiones, seu, ut vetustissimus codex bibliothecæ Colbertinæ, *Tunuzuda*, vel, ut alius item vetustissimus ejusdem bibliothecæ codex, *Tunuzuda.* Vbi legendum esse *Tunusuda* nemo non videt. Et tamen viri clarissimi Lucas Holstenius & Ioannes Garnerius censent mendum heic esse in collatione & omnino legendum *Timidensis* pro *Tunudensis*; quia, ut ait iste, in provincia proconsulari nulla fuit Tunuda civitas, sed Timida, quæ regia aliquando dicitur.

[c] EVANGELVS] Interfuit Conciliis habitis apud Carthaginem anno CCCXCVII. & anno CCCCI. in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 33. & 77.

[d] ASSVRITANÆ] in provincia proconsulari, ut patet ex notitia Episcoporum Africæ.

[e] NOSTER IBI DEFVNCTVS] id est, Episcopus ex parte Donati qui tenebat Ecclesiam Assuritanam, ibi defunctus est. Putabam intelligi hoc loco posse Rogatum, quem Augustinus lib. 3. contra Cresconium cap. 56. scribit à Donatistis subrogatum fuisse in locum damnati Prætextati Assuritani. Verùm ne ita crediam facit idem Augustinus, qui in libro de gestis cum Emerito (quem aliquantò post collationem scriptum esse ipse docet lib. 2 retractat. cap. 51.) ait eundem Rogatum superstitem fuisse tempore horum gestorum cum Emerito, ac catholicum tum fuisse, & circumcelliones Donatistarum linguam ei manumque præcidisse, hauddubiè quia, ipsis desertis, transierat ad catholicam. Prætextatum mortuum esse paulò antè quàm Augustinus scriberet libros suos contra epistolam Parmeniani patet ex libro tertio extremo.

[f] TIGIENSIS] sive Tiziensis in Byzacena. quod docet notitia Africæ. Plinius lib. 5. cap. 4. inter oppida Africæ numerat Tigense.

[g] TVSVRITANÆ] in provincia Arzugitana, ut patet ex his quæ infrà dicuntur cap. 207. extremo. Thusuros tamen haud procul Vtica locat tabula Peutingeriana.

[h] GERMANIENSIS] in Numidia, ut docet eadem notitia.

[i] MATHAREN.] in Numidia, uti scriptum est in eadem notitia.

[k] BOSETAN.] Nescio an Ecclesiam istam accensere debeam Numidiæ, cùm videam Crescentem Bussadensem nominari inter Episcopos illius provinciæ in notitia Africæ toties commemorata.

[l] ILLVM IMITEMINI] id est, Hilarium Episcopum Bosetanum, qui cùm esset primùm in parte Donati, eam reliquit ut se catholicis adjungeret.

[m] RVSPITENSIS] sive Ruspensis in Byzacena.

[n] AMBVRENSIS] sive Amporensis in Numidia. Notum est enim literas *p* & *b* & literas *o* & *u* frequenter invicem permutari. Infrà cap. 198. Servatus istius Episcopi adversarius dicitur Amphorensis in veteri exemplari, sicut Taptura apud Ptolemæum vocatur Taphrura, & Taphra apud Plinium. Sic infrà cap. 133. nominatur Episcopus Lampuensis, qui in notitia quæ extat apud Victorem Vitensem & in Concilio Carthaginensi Bonifacii vocatur Lamfuensis, ut illic adnotamus. Frustra autem Holstenius suspicatur in his gestis emendandum esse *Abbirensis* pro *Amburensis.*

[o] TVBINIENSIS] in Numidia, ut docet eadem notitia.

[p] NOVASINNEN.] in eadem provincia. Candidus Episcopus Nobasinensis nominatur inter Episcopos Numidas qui sævitiam Hunerici Vandalorum Regis experti sunt.

[q] CVICVLIT.] in eadem rursum provincia. Victor Cuiculitanus nominatur inter eosdem Episcopos Numidas de quibus mox dicebamus.

[r] GVIRENSIS] sive Girensis in eadem Numidia. Martialis Girensis fuit socius malorum quæ iidem Episcopi Numidæ pertulerunt.

[s] MELZIT.] Melzitani seu, ut alii codices habent, Melditani oppidi in Africa meminit Plinius lib. 5. cap. 4. sed illius situm non indicat. Carolus à S. Paulo illud locat in provincia proconsulari. Sanè apud Ptolemæum lib. 4. cap. 3. Meldita locatur inter civitates mediterraneas provinciæ proconsularis, haud procul à Thabraca civitate & Bragada fluvio.

[t] TELEPTEN] in Byzacena, ut satis notum est.

[u] BLADIENSIS] Puto legendum heic esse *Badiensis*, & adversarium istius Potentii fuisse Pancratium Episcopum Badiensem, qui nominatur infrà cap. 180. inter Episcopos Donatistas. Dativus à Badis interfuit Concilio Carthaginensi sub Cypriano. Rufinianus Episcopus Vadensis recensetur inter Episcopos Numidas qui exagitati sunt ab Hunerico Rege Vandalorum. Bades civitas episcopalis recensetur inter Numidicas in notitia Bodleiana edita à viro clarissimo Gulielmo Beveregio.

[x] QVEM IBI NOS HAB.] Pancratius, ut paulò ante dixi. Erat autem Carthagini, ut patet ex cap. 182,

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Vtrum hic sit Carthagini? *Item recitavit.* Maximianus Episcopus plebis [a] Turensis. *Idem dixit.* Præsto sum, sed [b] non contra me habeo Episcopum. *Adeodatus Episcopus dixit.* [c] Noster fuit. *Item recitavit.* Datianus Episcopus plebis [d] Legensis. *Idem dixit.* Præsto sum, sed alium [e] contra me non habeo. *Item recitavit.* Vrbicus Episcopus plebis [f] Tebestinæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Perseverantius Episcopus [civitatis suprascriptæ] dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Aspidius Episcopus plebis Tacaratensis. *Idem dixit,* Præsto sum. [g] *Verissimus Episcopus [civitatis supradictæ] dixit.* Agnosco illum. [h] Quatuor sunt in plebe mea, Datianos, Aspidius, Fortunatus, & Octavianus. *Item recitavit.* Terentius Episcopus [i] Seleucianensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Mescianus Episcopus [civitatis suprascriptæ] dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Servus Dei Episcopus plebis [k] Tuburticuburensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Donatus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Dialogus Episcopus [l] Zamensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Montanus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Vrbicosus Episcopus plebis [m] Eguilguilitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, sed catholica est omnis ex vetustate. *Item recitavit.* Silvanus Episcopus plebis Perdicensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Rogatus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Navigius Episcopus [n] Dydritanus. *Idem dixit.* Præsto sum. *Honoratus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Romanus Episcopus plebis Leptiminensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Victorinus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Rufinus Episcopus plebis [o] Drusilianensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Restitutus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* [p] Donatus Episcopus Tisilitanus. *Idem dixit.* Præsto sum, sed non habeo contra me [q] alium Episcopum. *Petilianus Episcopus Donatista dixit.* Exivit de corpore. *Item recitavit.* Gallus Episcopus [r] Ticensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Petilianus Episcopus dixit.* [s] Non venit, [t] literas misit. *Item recitavit.* Donatianus Episcopus [u] Montenus. *Idem dixit.* Præsto sum. *Petilianus Episcopus dixit.* [x] Ægrotat. *Item recitavit.* [y] Victorianus Episcopus plebis [z] Mustitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, habeo Felicianum Mustitanum & Donatum [aa] Turensem contra me.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. De nomine Feliciani, [bb] utrum in communione sit Primiani. *Et alia manu.* Recognovi. CXXII.

Petilianus Episcopus dixit. Quis tibi hoc manda- CXXIII.

[a] TVRENSIS] In notitia Bodleiana Tures urbs episcopalis Africæ recensetur inter civitates Mauritaniæ minoris sive Sitifensis.

[b] NON CONTRA ME H.] Et tamen infrà cap 197 recitatur nomen Paschasii Episcopi Turensis ex parte Donati. Nisi si duæ fuere Turenses Ecclesiæ in Africa.

[c] NOSTER FVIT] id est, Maximianus Episcopus Turensis, qui nunc est catholicus, fuit olim Donatista.

[d] LEGENSIS] in Numidia, ut patet ex sæpe laudata notitia Episcoporum Africæ.

[e] CONTRA ME NON HA] Et tamen infrà cap. 187. nominatur Crescoriius Episcopus Legensis, qui & ipse profitetur se nec habuisse adversarium nec habere. Vnde suspicari cogor duplicem in Africa fuisse urbem quæ Lega diceretur. Sanè in notitia illa Africæ nominantur Ianuarius Episcopus Legensis & Victorinus Legiensis, uterque Numida.

[f] TABASTINÆ] in Numidia, ut patet ex eadem notitia.

[g] VERISSIMVS EPISCOPVS] Tacaratensis ex parte Donati.

[h] QVATVOR SVNT] id est, Aspidius Tacaratensis, Datianus Legensis, Octavianus Rusticanensis, & Fortunatus Catensis Calanensis, ni fallor. Alios enim Fortunatos catholicos qui collationi interfuerunt, cathedras suas habuisse omnes puto extra Numidiam.

[i] SELEVCIAN] in Numidia, ut docet eadem notitia.

[k] TVBVRSICVBVR.] Augustinus lib 3. contra Cresconium cap 43 *Episcopus catholicus à Thuburficuburo Servus nomine.* Reparatus Episcopus Tuburficuburensis subscripsit synodo Carthaginensi Bonifacii.

[l] ZAMENSIS] in Numidia, ut patet ex Ptolemæo lib 4. cap 3. qui Azama vocat. Hanc urbem, in qua regia fuit Regum Numidarum, à Romanis dirutam scribit Strabo. Zamam regiam vocat tabula Peutingeriana.

[m] EGVILGVIL.] Ortelius suspicatur heic legi debere *Igilgitana* Quod ego verum puto. Domitianus Episcopus Igilgitanus nominatur inter Episcopos Mauritaniæ Cæsariensis qui sub Hunerico Rege Vandalorum sustinuerunt persecutionem. Igilgili coloniæ mentio est in itinerario Antonini, & in tabula Peutingeriana. Vide etiam Plinium lib. 5. cap. 1 & Amm. Marcellinum lib. 29.

[n] DYDRITAN] Aut valde fallor, aut rescribendum est *Thusdritanus.* Nullibi enim reperio locum istius nominis in Africa. At Thusdri sive Thusdritani oppidi, quod Θύσδρος dicitur à Ptolemæo, multa mentio est apud veteres. Locatur in itinerario Antonini inter oppida provinciæ Byzacenæ. Thusdrum commemorat præfatio Concilii Teleptensis. Quod etiam evincit illud fuisse in Byzacena. Porrò Honoratus Episcopus, qui isthic dicitur adversarius Navigii Episcopi Dydritani, rectè infrà cap. 206. vocatur Thusdritanus.

[o] DRVSILIANEN.] in provincia proconsulari, ut colligitur ex tabula itineraria Peutingeri, ubi Drusiliana locatur haud procul à Tacia, quam in proconsulari fuisse docet epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum.

[p] DONATVS TISILIT.] Vir clarissimus Ioannes Garnerius Tibilitanum vocat, eo argumento quòd nusquam reperiatur civitas istius nominis, notissima autem sit civitas Tibilitana. Verùm Donatus Tisilitanus heic ait se non habere contra se alium Episcopum. Et tamen infrà cap. 197. nominatur Simplicius Episcopus Tibilitanus Donatista. Vnde colligi etiam potest Tisilitanam & Tibilitanam Ecclesias fuisse diversas Sanè in Concilio Carthaginensi sub Bonifacio legimus nomen Florentini Episcopi Tisiliensis.

[q] HABEO CO. ME ALIVM] Ita vetus codex. Massonus & Pithœus pro *alium* reposuerunt *etiam*, nullo sensu.

[r] TICENSIS] in provincia Byzacena, ut opinor. Nam in epistola Episcoporum illius provinciæ ad Constantinum Aug. nominatur Candidus Episcopus *patris Decensis.* Nota autem est permutatio literarum. An verò Ticensis Episcopus fuerit ille quem Tiesibus in eadem provinciæ præfuisse docet notitia Africæ, ut placuit quibusdam, nondum mihi bene compertum est. Ticenæ urbis in Africa meminit Ptolemæus.

[s] NON VENIT] Intellige Episcopum Ticensem Donatistam.

[t] LITTERAS MISIT] ut se excusaret

[u] MONTENVS] sive Montensis in Numidia, ut opinor. Valentianus Episcopus Montensis nominatur inter Episcopos Numidas qui persecutioni Vandalorum Regis Hunerici fuerunt expositi

[x] ÆGROTAT] Episcopus videlicet Donatista qui erat adversarius istius Donatiani.

[y] VICTORIANVS MVSTIT.] Augustinus in breviculo primæ diei cap. 12. *Sane cùm ventum esset ad nomen Victoriani Mustitani catholici Episcopi, & in medium procedens respondisset se habere contrarios duos, Felicianum in civitate Mustitana, & Donatum in loco Turrensi, exegerunt catholici ut actis constaret Felicianum in communione esse Primiani.* Vide reliqua.

[z] MVSTITANVS] in Numidia, ut patet ex notitia Africæ.

[aa] TVRENSEM] Duo igitur istius nominis loci fuere in Africa; quorum unus fuit in regione Mustitana, alter habuit propriam diocesim. Nam paulò antè nominatur Maximianus Episcopus Turensis catholicus, qui profitetur se non habere adversarium.

[bb] VTR. IN COM. S. PRIM] Non frustra hoc quæritur. Nam Felicianus fuerat olim Maximianista, ac propterea damnatus in Concilio Bagaiensi, & ad communionem Donatistarum postea redijt, ut docet Augustinus lib. 2. contra literas Petiliani cap 83 lib. 1. contra Donatistas cap. 1. lib 2. cap. 11. lib. 2. contra epistolam Parmeniani cap. 4. & lib. 3. cap 6. lib. 3. contra Cresconium cap. 56. 60. & lib. 4. cap. 4. & seqq.

ANNO CHRISTI 411.

vit, aut ex cujus persona hoc exigis? An vis tibi imponere personam eorum qui foris sunt? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CXXIV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Dictum sit, ad postulata respondeat. *Et alia manu.* Recognovi.

COLLATIO CARTHAG.

CXXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Hoc jam internæ actionis est. *Et alia manu.* ut suprà.

CXXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* [a] Nunc cœptus ordo teneatur. De his, si visum fuerit rationabile, postea requiretur. *Item recitavit.* Victorianus Episcopus plebis [Mustitanæ] pro Pascasio Episcopo plebis Anguiensium. *Idem Pascasius dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit.* Ferox Episcopus plebis [b] Macrianensis majoris. *Idem dixit.* Præsto sum, [c] unitatem habeo. *Pomponius* [d] *Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Asinunius Episcopus Tigualensis. *Idem dixit.* Præsto sum. In diocese mea duo sunt, [e] Gaianus & Privatus. *Gaianus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Animadvertit nobilitas tua etiam in nostrorum diocesi eos ordinasse Episcopos. *Et alia manu.* Recognovi.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Talia ab utrisque partibus constat objecta [ut] si hæc vultis diligenter inquiri, ad hanc causam superfluò venisse noscemur. *Item recitavit.* Felix Episcopus plebis Segermitensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Restitutus Episcopi loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* [f] Secundus Episcopus plebis [g] Magarmelitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Felix Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Vincentianus Episcopus plebis [h] Feraditanæ majoris. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit.* [i] Placentinus Episcopus plebis Madaurensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Donatus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Rusticianus Episcopus plebis [k] Tabracensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Clarentius Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Octavianus Episcopus plebis [l] Ressianensis. *Idem dixit.* Præsto sum, [m] unitatem habeo. *Item recitavit.* [n] Benenatus Episcopus plebis [o] Simittensis. *Idem dixit.* Præsto sum, nec habeo alium nec hæreticos. *Petilianus Episcopus dixit.* [p] Exivit de corpore. *Item recitavit.* Timianus Episcopus plebis [q] Vtmensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Petilianus Episcopus dixit.* Habet Felicem, sed absens est. *Item recitavit.* [r] Filolocius Episcopus plebis [s] Adrumetinæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Victorinus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Adeodatus Episcopus plebis [t] Belalitensis. *Idem dixit.* Præsto sum; non habeo nec Episcopum nec hæreticos; unitatem habeo. *Item recitavit.* Felix Episcopus plebis [u] Visitensis. *Idem dixit.* Præsto sum, Episcopum contra me non habeo. *Victor Episcopus civitatis Taborensis dixit.* [x] Proximè recessit. [y] Ego ibi intervenio. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis Iusitensis. *Idem dixit.* Præsto sum, uni-

[a] NVNC COEPTVS ORDO] Hinc collegit Augustinus in loco paulò antè laudato cognitorem secundùm Donatistas interlocutum fuisse.

[b] MACRIANEN.] in Numidia, ut patet ex notitia Africæ. Ferrandus cap. 13. & 53. citat Concilium Macrianense.

[c] VNITATEM HABEO] Hæc verba certò non sunt hujus loci, & repetita per errorem librarii videntur ex responsione Pascasii Episcopi Anguiensis, quod colligitur ex prosecutione Pomponii.

[d] POMPONIVS] Macrianensis Episcopus partis Donati, qui Concilio Cabarsussitano interfuit anno CCCXCIII.

[e] GAIANVS] Iste interfuit Concilio Cabarsussi ano, in cujus actis vocatur Episcopus Tigualensis.

[f] SECVNDVS] Is est, opinor, qui subscripsit libello emendationis Leporii Presbyteri, ubi se vocat Episcopum Aquensem sive Megarmitanum.

[g] MAGARMELIT.] in Numidia; ut patet ex notitia Africæ, ubi malè scriptum est *Vagarmel tanus*.

[h] FERADIT MAIOR] Infrà cap. 133. nominatur Felicianus Episcopus Feraditani minoris. Aurelius Feradimatensis, id est, Feraditani majoris, numeratur inter Episcopos Byzacenos qui venerant ex male Hunerici Vandalorum Regis odium adversùs fidem catholicam.

[i] PLACENTINVS MADAVR.] in Numidia. Placentinus ergo, qui nominatur in capite 100. codicis canonum Ecclesiæ Africanæ, fuit Episcopus Madaurensis. Prudentius Episcopus Madaurensis socius fuit magnorum Episcoporum qui propter veram fidem pulsi sunt à sedibus suis edicto Hunerici Regis Vandalorum. Notum est autem Madauram fuisse patriam Apuleii philosophi. Errare porrò eos qui Madauram cum Quiza confundunt hinc colligitur quòd infrà cap. 148. istius primæ cognitionis Pusires Episcopus Quidiensis catholicus nominatur. Quidiam autem & Quizam idem esse nemo ambigere potest. Itaque paulò pòst quàm scriptum est *Quidiensis*, in interlocutione Episcopi Donatistæ legitur *Quizensis*.

[k] TABRACAN.] in provincia proconsulari, ut patet ex Ptolemæo. De Tabracenis qui Apiarium accusarunt mentio est in epistola Concilii Africani ad Cælestinum Papam, Tabraceni monasterii apud Victorem Vitensem lib. 2. de persecutione Vandalica.

[l] RESSIANEN.] in Numidia, ut dictum est suprà cap. 121. pag. 195.

[m] VNITATEM HABEO] Quomodo id fieri potest si vera est querela Verissimi Episcopi Tucaratensis Donatistæ, qui ait Octavianum institutum esse Episcopum in plebe sua?

[n] BENENATVS SIMITT] Libenter istorum Episcoporum nomina persequor, præsertim quoties occasio incidit illustrandi aut explicandi codicis Ecclesiæ Africanæ. In Concilio autem habito apud Carthaginem anno CCCCX. *legationem susceperunt contra Donatistas Florentius, Possidius, Præsidius, & Benenatus Episcopi.* De ceteris alibi dicetur. De Benenato nunc nobis agendum est, si priùs monuero nescire me unde orta sit varia lectio in margine hujus Concilii apposita in nova Conciliorum editione, ubi scriptum est *Venantius*. Nam in omnibus antiquis exemplaribus quibus usus sum, usus autem sum plurimis itque vetustissimis, disertè scriptum est *Benenatus*. Duo istius nominis Episcopi catholici interfuere huic collationi, quorum unus fuit Episcopus Simittensis, alter Hospitensis. De horum sanè alterutro explicandum puto hunc locum Concilii Carthaginensis.

[o] SIMITTEN.] in provincia proconsulari, ut patet ex Ptolemæo & itinerario Antonini. Epistolæ Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP subscribit Benenatus Episcopus Semitensis. In notitia Africæ scriptum *Simminensis* & *Semmensis* pro *Simitensis*, ut opinor, in Concilio verò Carthaginensi anni DXXV *Siminensis*.

[p] EXIVIT DE CORPORE] id est, Episcopus Simittensis ex parte Donati.

[q] VTMENSIS] Malè antea *Vtinensis*. Nam Isaac erat Episcopus Vtimensis catholicus, & adversarium habebat Felicianum, ut legitur infrà cap 131. Vtmam porrò fuisse sitam in provincia proconsulari dicere videtur notitia Africæ, ut quidem in suo codice legit Ortelius, cùm illic Vtimiensis Episcopus dicatur qui Vtimmitensis vocatur in editionibus Sirmondi & Chiffletii.

[r] PHILOLOCIVS] sive Philologius, ut legitur in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap 90. Docet igitur hic locus quam cathedram tenuerit hic Philologius.

[s] ADRVMET.] in Byzacena, ut patet ex itinerario Antonini.

[t] BELALIT.] fortè in Numidia. Nam in notitia Episcoporum illius provinciæ recensetur Servus Belesatensis.

[u] VISITENSIS] In provincia proconsulari, ut patet ex epistola synodica Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. cui subscribit Valentinianus Episcopus sanctæ Ecclesiæ Visicensis.

[x] PROXIME RECESSIT] id est Episcopus Visicensis partis Donati, paulò antè mortuus.

[y] EGO IBI INTERVENIO] id est, curo plebem Visicensem. Infrà cap 176. extremo: *Presbyterum habemus qui intervenit.* Notum est interventorum nomen in Ecclesia Africana.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

tatem habemus. *Item recitavit.* Puscinullus Episcopus plebis [a] Eliensis. *Idem dixit.* Præsto sum, non contra me habeo Episcopum. *Item recitavit.* Honorius Episcopus plebis [b] Cellensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Castus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Maximianus Episcopus [c] Aquensium regiorum. *Idem dixit.* Præsto sum, in patria mea non habeo alium Episcopum. *Item recitavit.* Antonius Episcopus plebis Carpitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Veratianus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Fortunatianus Episcopus plebis [d] Neapolitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Ampelius Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* [e] Pannonius Episcopus plebis Puppitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Victorianus Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Ianuarianus Episcopus plebis [f] Tubulbacensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitas est catholica, non contra me habeo Episcopum in civitate mea. *Item recitavit.* Gratianus Episcopus plebis [g] Metensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Fortunatianus Episcopus partis Donati civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis [h] Bahannensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit.* Quodvultdeus Episcopus plebis [i] Centuriensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Cresconius Episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illom. *Item recitavit.* Fortunatus Episcopus plebis [k] Capsensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Celer Episcopus partis Donati civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus plebis [l] Temonianensis. *Idem dixit.* Præsto sum. ; ibi in eodem loco ubi ago non contra me habeo Episcopum. [*Item recitavit.*] Montanus Episcopus Ecclesiæ catholicæ [m] Auguritanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit.* Iocundus Episcopus plebis [n] Sufetulensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Titianus Episcopus partis Donati civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis Bartanensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Honorius Episcopus partis Donati civitatis suprascripta dixit.* In mala quæ fecit mihi modó illum didici. *Item recitavit.* Victor Episcopus Cullitanus. *Idem dixit.* Præsto sum. *Fidentius Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Palatinus Episcopus [o] Bosetensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Felix Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Quodvult deus Episcopus [p] Girbitanus. *Idem dixit.* Præsto sum. *Evasius Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Silvanus Episcopus [q] Carianensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit.* Æmilianos Episcopos [r] Aggeritanus. *Idem dixit.* Præsto sum. *Candorius Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Privatus Episcopus plebis [s] Vsilensis. *Idem dixit.* Præsto sum, non contra me habeo Episcopum. [[t] *Petilianus Episcopus dixit.*] Presbyterum illic habet. *Item recitavit.* Maius Episcopus plebis [u] Amudarsensis. *Idem dixit.* Præsto sum, in patria

[a] ELIENSIS] in Byzacena, ut docet notitia Africæ.

[b] CELLENSIS] Duæ fuere Ecclesiæ istius nominis in Africa, una in proconsulari, alia in Mauritania Sitifensi. De utra intelligi debeat hic locus, incertum est.

[c] AQVEN. REGIOR.] in Byzacena, ut docet eadem notitia Africæ. quod etiam liquet ex itinerario Antonini. Interfuit Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX.

[d] NEAPOLIT.] in provincia proconsulari, ut patet ex eadem notitia & ex præfatione Concilii Carthaginensis anni CCCCXIX. cui interfuit hic noster Fortunatianus cum aliis legatis provinciæ proconsularis. De eodem mentio in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 127.

[e] PANNONIVS] In epistola Concilii Carthaginensis ad Innocentium Papam nominatur Panthonius Episcopus. Ex quo collegit Garnerius legendum heic in collatione esse *Panthonius* pro *Pannonius*. Verùm rectè advertit Henricus de Noris contrà hinc emendandam epistolam, præsertim cùm vetus codex Florentinus *Pannonius* habeat, non *Panthonius*. Nuperi epistolarum sancti Augustini editores nomen Pannonii reposuerunt in ea epistola, sicut admonentes ita constanter scriptum esse in antiquis exemplaribus. Sanè Pannonii nomen hoc loco nos legimus in pluribus antiquis exemplaribus tum bibliothecæ Colbertinæ, tum aliarum hujus urbis.

[f] TVBVLBACEN.] in Byzacena, ut docet eadem notitia.

[g] METENSIS] Ita prorsus codex vetus. Et tamen Massonus, quem & Pithœus quoque secutus est, scripsit *Metenensis*. Metena nulla fuit in Africa. Metam fuisse testatur notitia Africæ, in qua inter Episcopos provinciæ Numidiæ recensetur Felicianus Metensis.

[h] BAHANNENSIS] fortè in Byzacena. Nam in epistola Episcoporum illius provinciæ ad Constantinum Imp. nominatur Ianuarius Episcopus Banensis. Et in notitia Episcoporum provinciæ Byzacenæ recensetur Donatus Boanensis.

[i] CENTVRIEN.] In Numidia, ut patet ex eadem notitia.

[k] CAPSENSIS] in Byzacena, ut docet eadem notitia. Illic fuisse thesauros Regis Iugurthæ scribit Strabo lib. 17.

[l] TEMONIANENSIS] in provincia Byzacena, cujus Episcopus Cresconius nominatur inter Episcopos quos Hunericus Rex Vandalorum exagitavit. In epistola item Episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum Imperatorem, quæ extat in actis Concilii Lateranensis sub Papa Martino, subscriptus reperitur Victorinus Episcopus sanctæ Ecclesiæ Temunianensis. Hinc ergo colligitur Cresconium Episcopum provinciæ Byzacenæ, qui nominatur in capite 127. codicis canonum Ecclesiæ Africanæ, eundem esse qui heic in collatione vocatur Episcopus Temonianensis.

[m] CATHOLICÆ AVGVRIT.] In codice MS. legitur *cathauguris*. Ex quo Massonus & Pithœus effecerunt monstrum illud lectionis quod in eorum editionibus extat, in quibus legitur *Cathauguritensis*. Auguritensis Ecclesia fuit in Numidia, ut patet ex notitia toties laudata, ubi nominatur Leporius Episcopus Auguritensis.

[n] SVFETVLEN.] in provincia Byzacena, qui Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. interfuit. De eodem mentio extat in capite 127. codicis canonum Ecclesiæ Africanæ. Præsidius illius sedis Episcopus in exilium missus est ab Hunerico Rege Vandalorum

[o] BOSETANSIS] in proconsulari, ut arbitror. Quippe in epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham C P. subscriptus reperitur Crescitorus Episcopus Ecclesiæ Busitanæ seu Bositanæ, ut habet vetus codex Ecclesiæ Bellovacensis.

[p] GIRBITANVS.] Ita nos liberè emendavimus, cùm in codice veteri legatur *Girt.* & in editionibus Massoni & Pithœi *Girvitensis*. Quippe infrà cap. 198. ubi Evasius Quodvultdei adversarius nominatur, vocatur Episcopus Girbitanus. Porrò in notitia Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem, Faustinus Girbitanus recensetur inter Episcopos Tripolitanos. Et in Concilio Cabarsussitano subscripsisse reperitur Proculus Episcopus Girbitanus. In Concilio quoque Carthaginensi Bonifacii subscribit *Vincentius Episcopus plebis Gervitana Legatus provincia Tripolitana*. Denique in Concilio Carthaginensi sancti Cypriani adfuit Monnulus à Girba.

[q] CARIANENSIS] Holstenius conjicit heic legendum esse *Cartanensis*; quia civitatem Cartennensem noverat, Carianensem non noverat. Et tamen legere potuit in notitia Africæ Quintianum Episcopum à Casulis Carianensibus nominari inter Episcopos Byzacenos qui ab Hunerico Rege Vandalorum sunt exagitati.

[r] AGGERITANVS] in Byzacena, ut docet eadem notitia.

[s] VSILENSIS] in eadem provincia. Victorinus Vsulensis recensetur inter Episcopos Byzacenos qui illam Hunerici persecutionem sustinuerunt. Laurentius Vsilabensis subscripsit epistolæ Episcoporum ejusdem provinciæ ad Constantinum Aug.

[t] PETILIANVS] Hanc partem nos addidimus, quia necessaria est. Constat quippe interlocutionem esse cujusdam Episcopi Donatistæ, qui testatur Donatistas Presbyterum habere in Vsilensi plebe.

[u] PLEBIS AMVDARS.] Massonus sic edidit: *Plenius Amudarsensis*. Pithœus: *Plenus Amudarsensis*. Vtrumque malè. Amudarsa fuit civitas provinciæ Byzacenæ, cujus Episcopus Liberatus inter eos numeratur quos Hunerici Vandalorum regis crudelitas exagitavit. Amudarsæ mentio est in itinerario Antonini, ubi locatur in Byzacena. Ptolemæus & antiquæ editiones itinerarii vocant Amotdasam. Sic etiam in vetusto itinerarii exemplari bibliothecæ Colbertinæ.

mea catholica est. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis [a] Vvazensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Secundinus Episcopus plebis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus plebis [b] Tituli. *Idem dixit.* Præsto sum. *Victor Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Milicus Episcopus plebis [c] Tagamutensis. *Idem dixit.* Præsto sum, omnes catholici sunt. *Item recitavit.* Speratus Episcopus plebis [d] Ammederensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Crescentianus Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Aurelius Episcopus plebis [e] Numnulitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, non habeo contra me Episcopum. *Habetdeus Diaconus Episcopi Primiani Carthaginensis dixit.* Exivit de corpore. *Item recitavit.* Venustus Episcopus plebis Turudensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Adeodatus Episcopus dixit.* Non ibi habemus. *Item recitavit.* Honoratus Episcopus [f] Abiddensis. *Idem dixit.* Præsto sum, Episcopum contra me non habeo ibi. *Item recitavit.* Gududus Episcopus [g] Ancusensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Donatus Episcopus ejusdem loci dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Sabratius Episcopus plebis [h] Turretamallumensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Iurata Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Fortunatus Episcopus Ecclesiæ [i] Vndesitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Cresconius Episcopus [loci suprascripti] dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Severus Episcopus plebis Vtimari. *Idem dixit.* Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit.* Pascasius Episcopus plebis [k] Tijucensis. *Idem dixit.* Præsto sum, sed unitas est illic. *Item recitavit.* Valerius Episcopus plebis [l] Vtinisensis. *Idem dixit.* Præsto sum, Episcopum non habeo. *Habetdeus Diaconus dixit.* Fuit illic, exivit de corpore. *Item recitavit.* Vrbanus Episcopus plebis [m] Theodalensis. *Idem dixit.* Præsto sum, catholica unitas est. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis [n] Migirpensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Gloriosus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum.

CXXVII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesia catholica dixit.* Cùm Episcoporum sit petita conlatio, miramur nescio qua impudentia præsentem [o] Diaconum Episcopi personam velle suscipere & conlationem quam Deo favente cœpimus inchoare, studio contentionis perturbare. Vnde cohibeat se à tali actione, quia non decet rebus seriis non necessaria commiscere. *Et alia manu.* Recognovi.

CXXVIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Superflua prosequitur sanctitas tua, cùm constet præsentem ad id fuisse delectum ut cognosceret singulos, non ut studium disputationis arriperet. *Item recitavit.* Lucianus Episcopus plebis [p] Tunciensis. [*Idem dixit.*] Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit.* Donatus Episcopus plebis [q] Saiensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit.* Rufinianus Episcopus plebis [r] Muzuensis. *Idem di-*

[a] VVAZANAIS] in provincia proconsulari, ut opinor. Ptolemæus enim lib. 4. cap. 3. inter Thabraca civitatem & Bagradam fluvium memorat Vazuam civitatem, quæ videtur propterea sita fuisse in limite proconsularis versùs Numidiam.

[b] TITVLI] in provincia proconsulari, ut docet notitia Africæ. Quamquam in eadem notitia mentio est sedis episcopalis Castelli Titulitani.

[c] TAGAMVTEN] fortè in Mauritania Cæsariensi. Quippe in notitia Africæ David Tadamatensis Episcopus nominatur inter Episcopos Cæsarienses.

[d] AMMEDER.] Ita vetus exemplar. Massonus edidit *Ammedensis*, Pithœus *Ammadorensis*. Verùm retinendam hic esse lectionem veteris exemplaris patet etiam ex capite 207. istius primæ cognitionis, ubi Crescentianus Episcopus Ammederensis Donatista rursum nominatur. Ammædaram vocat Ptolemæus, qui eam locat post Siccam Veneriam, Assuram, Naraggaram, & Madurum sive Madauram, hoc est, in limite provinciæ proconsularis & Numidiæ. Verùm itinerarium Antonini Ammederam locat inter urbes Numidiæ.

[e] NVMNVLIT.] in proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. ubi scriptum est *Nummulitanus*. Massonus heic edidit *Munavilitensis*, Pithœus *Namnulit*. Nos secuti sumus auctoritatem veteris exemplaris.

[f] ABIDDENSIS] in proconsulari, ut opinor. Videtur enim esse Avitta Ptolemæi, qui eam urbem locat prope Theudalim. In tabula itineraria Peutingeri Avitta locatur haud procul à Sicilibba, in medio ferè Tuburbi majoris & Tuburbi minoris. Ex quo etiam colligitur eam fuisse in provincia proconsulari. Tertullianus Episcopus Abitensis interfuit Concilio Cabarsussitano anno CCCXCIII.

[g] ANCVSEN.] in Byzacena. Nam in notitia Episcoporum illius provinciæ apud Victorem Vitensem nominatur Victorinus Ancusensis. Heic porrò disertè in veteri libro scriptum est *Anausensis*, ut editum est à Pithœo. Verùm infrà cap. 207. extremo, ubi rursum nominatur Donatus istius Gududi adversarius, legitur *Ancusensis*. Ob eam itaque causam huc quoque transtulimus eam lectionem.

[h] TVRRETAMAL.] in provincia Byzacena, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Constantinum Imperatorem. Vide rursum infrà cap. 207. Duæ enim fuere Tamallumæ in Africa, una in provincia Byzacena, altera in Mauritania Sitifensi. In Byzacena Episcopus fuit Habetdeus, in Sitifensi Rufinus, ambo persecutionem passi sub Hunerico Rege Vandalorum. Eremus ergo Tamallumensis in quam relegatus est sanctus Eugenius Episcopus Carthaginensis, cùm fuerit vicina provinciæ Tripolitanæ, in Byzacena erat.

[i] VNDESIT.] Ita sanè vetus codex. Suspicor tamen hunc locum esse mendosum & pro *Vndesi*. legendum esse *Vadesitana*. Nam infrà cap. 202. ubi rursum recitatur nomen Cresconii, qui fuit istius Fortunati adversarius, vocatur Episcopus Badesitanus. Badesitana porrò Ecclesia fuit una ex Numidicis, ut patet ex notitia Africæ.

[k] TIJVCENSIS] Ita vetus exemplar. In notitia Episcoporum Byzacenorum lego Honoratum Tiziensem. Augustinus in libro ad Donatistas post collationem cap. 22. Tyzicam locare videtur in provincia proconsulari. An verò Tijuca & Tyzica una fuerit civitas, an verò diversæ, aliis discutiendum relinquo. Nam Tijucam alibi non reperi.

[l] VTINISEN.] fortè *Tinisensis*, omissa priore litera. Dalmatius Episcopus Tinnisensis in provincia proconsulari missus est Corsicam in exilium ab Hunerico Rege Vandalorum. In Concilio Carthaginensi sancti Cypriani nominatur *Venantius à Tinisa*. pro quo quidam codices habent *Timisa*.

[m] THEODALEN.] in provincia proconsulari, ut colligitur ex Ptolemæo & ex notitia Africæ, in qua inter Episcopos provinciæ proconsularis ejectos ab Hunerico Rege Vandalorum memoratur *Victor Eudalensis* vitiosè, cùm scribi debuerit *Theudalensis*. Ejusdem loci meminit etiam Plinius. Equitii Episcopi Theudalensis, qui merito facinorum suorum ejectus est, mentio habetur in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap 65 78 & 93 In ejus fortasse locum substitutus est hic Vrbanus. Habetdei Episcopi Theudalensis meminit Victor Vitensis lib 1.

[n] MIGIRPEN.] in provincia proconsulari, ut pluribus dicetur infrà ad caput 199. ubi agitur de Glorioso istius Victoria adversario.

[o] DIACONVM] Habetdeum, Primiani Carthaginiensis Diaconum, cujus extant plurimæ interlocutiones in his gestis.

[p] TVNCIENSIS] Arbitror heic agi de Tune oppido commemorato ab antiquis; quod hodie quoque nomen retinet, & Tunetani regni caput est; vulgò *Tunis*. Tunicense vocatur à Plinio lib. 5. cap. 4. Fuit autem in provincia proconsulari.

[q] SAIENSIS] fortè *Suensis*. Suensis enim Episcopi in provincia proconsulari mentio est in epistola synodica Episcoporum ejusdem provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[r] MVZVENSIS] Ita omnino scribendum censeo, verus exemplar secutus, non verò *Muzucensis*, ut legitur in præfatione Concilii Carthaginensis anni CCCCXIX. cui interfuit hic noster Rufinianus cum aliis legatis provinciæ proconsularis. Sanè Græcus interpres videtur legisse *Muzuensi*. Vertit enim μυζυεσίας. Muzua fuit civitas provinciæ proconsularis, Musuca Byzacenæ, ut docet notitia Africæ.

xit. Præsto sunt, omnis catholica est. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis [a] Trisipensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Felicianus Episcopus* [*loci suprascripti*] *dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Adeodatus Episcopus plebis [b] Bencennensis. *Idem dixit.* Præsto sum, catholica est ab origine. *Item recitavit.* Faustinus Episcopus plebis [c] Sillitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Possidonius Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Felix Episcopus plebis [d] Aptugnitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, catholica est omnis. *Item recitavit.* Geta Episcopus plebis [e] Iubaltianensis. *Idem dixit.* Præsto sum, non habeo contra [me] alium. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus plebis [f] Cenculianensis. *Idem dixit.* Præsto sum, non est illic Episcopus alius, catholica est. *Item recitavit.* Iulianus Episcopus plebis [g] Tasfaltensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitas est, catholica est omnis illic. *Adeodatus Episcopus dixit.* Annus est ex quo [h] mortuus est. *Item recitavit.* Crescentianus Episcopus plebis [i] Atenensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitas est apud me. *Item recitavit.* Licentius Episcopus plebis [k] Zattarensis. *Idem dixit.* Præsto sum, catholica est ibi. *Item recitavit.* Malcus Episcopus plebis Masculitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Vitalis Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Marianus Episcopus [l] plebis Rufinianensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem catholicæ habet. *Item recitavit.* Tertiolus Episcopus plebis [m] Cillitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Donatus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Sopater Episcopus plebis [n] Tambaiensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Faustinus Episcopus* [*loci suprascripti*] *dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Paulus Episcopus plebis [o] Vzittarensis. *Idem dixit.* Præsto sum, non habeo ex illa parte. *Habetdeus Diaconus dixit.* Exivit de corpore. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus plebis [p] Aptucensis. [q] *Dominicus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hic est, commotus est corporis infirmitate. *Item recitavit.* Victor Episcopus Ecclesiæ [r] Vticensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Gedulus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* [s] Qui suprà pro Cericio Episcopo plebis [t] Vculensis. *Quo accedente, idem dixit.* Præsto sum, omnis catholica est. *Item recitavit.* Basilius Episcopus plebis Altiburitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Augustalis Episcopus* [*loci suprascripti*] *dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis [u] Vinensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus, [x] exivit de corpore ante annos quinque. *Item recitavit.* Fructuosus Episcopus plebis [y] Abziritensis. *Vincentius Episcopus Eccle-*

[a] TRISIPEN.] In epistola synodica Episcoporum provinciæ proconsularis de qua paulò antea dicebamus legitur subscripsisse *Felix Episcopus sanctæ Ecclesiæ Trisipellis*, sive *Trisipelis*, ut in antiquissimo codice MS Ecclesiæ Bellovacensis. Forrassis ergo pro *Trisipellis* legendum est *Trisipensis*. Notum est enim quantam nominum Latinorum jacturam fecerint veteres librarii.

[b] BENCENN.] fortè *Benentensis*, ut legit Ortelius in fragmento notitiæ Episcoporum Africæ; pro quo Sirmondus & Chiffletius ediderunt *Beneventensis*. Gulosus Episcopus Benentensis in provincia proconsulari missus est in Corsicam in exilium ab Hunerico Rege Vandalorum.

[c] SILLITANÆ] in Numidia, ut patet ex notitia Africæ.

[d] APTVGNIT.] sive Aptungensis, & frequenter Autumnitanæ, ut alibi dictum est à nobis. Civitas fuit notissima propter nomen Felicis Episcopi, non quidem istius, qui collationi interfuit, sed alterius qui Cæcilianum Episcopum Carthaginensem ordinavit. Fuit autem in provincia proconsulari.

[e] GETA IVBALTIAN.] in provincia Byzacena. Vnde intelligimus Getam Episcopum, qui Concilio Carthaginensi anni CCCCXXI. interfuit, Episcopum Iubaltianensem fuisse. Eusebius Episcopus Iubaltianensis vixit tempore Hunerici Regis Vandalorum. Hinc emendanda est epistola Episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum Imperatorem, quæ extat in Concilio Lateranensi Martini Papæ, ubi sic legitur: *Restitutus Dei misericordia Episcopus sanctæ Ecclesiæ Iubedidiensis*, vel *Iubaltdiensis*, ut habet vetustissimum exemplar MS. Ecclesiæ Bellovacensis. Legendum itaque *Iubaltianensis*.

[f] CENCVLIAN] sive Cunculianensis in Numidia, cujus sedes vacabat tempore persecutionis quam Hunericus Vandalorum Rex commovit adversùs Ecclesiam catholicam.

[g] TASFALTAN.] sive Tasbaltensis aut Tasualtensis. Sic enim promiscue scribitur. Civitas fuit provinciæ Byzacenæ, ut patet ex notitia Africæ.

[h] MORTVVS EST] nuptium Episcopus Tasfaltensis Donatista.

[i] ATENENSIS] Nescio ubinam locorum sita fuerit hæc plebes. Non est enim Arensis, cùm hic Crescentianus dicat unitatem apud se esse, & cap. 205. Donatus Episcopus Arensis Donatista profiteatur se non habere traditores in plebe sua, id est, adversarium, & cap. 207. Secundus Episcopus item Arensis, & quidem Donatista, testetur itidem se in plebe sua non habere adversarium.

[k] ZATTARENSIS] in Numidia, ut patet ex Victore Vitensi & ex notitia Episcoporum Africæ edita à Sirmondo. Vtrobique enim Ianuarius Episcopus Zattarensis nominatur inter Episcopos Numidas.

[l] PLEBIS RVFINIAN.] In veteri exemplari scriptum est: *Marianus Episcopus pl. Rufinianus* Cùm autem Pithœus non animadverteret mendum hîc esse, putaretque vocem *Rufinianus* ad hominem quempiam referri debere, censuit nonnulla hîc deesse, & puncta aliquot addidit ante illam vocem. Frustra. Rufiniana erat civitas provinciæ Byzacenæ, cujus Episcopus Donatus nominatur in veteri notitia Episcoporum quos Hunericus Vandalorum Rex afflixit.

[m] CILLITANÆ] in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia.

[n] TAMBAIEN] Antea legebatur *Tambalensis* Emendatum à nobis est duabus de causis, tum quia infrà cap. 198. ubi nominatur Faustinus hujus Sosipatris adversarius, Tambaiensis Episcopus vocatur, tum quia ita scribendum esse docet notitia Africæ, ubi inter Episcopos Byzacenos recensetur Servus Dei Tambeitanus. Tambaiensis civitatis mentionem facit Victor Vitensis lib. 5. de persecutione Vandalica. In Concilio Carthaginensi sancti Cypriani adfuit Secundianus à Tambeis, & in Cabarsussitano legitur subscriptio Gemelli Episcopi à Tambeis.

[o] VZITTAREN.] in provincia proconsulari; ut patet ex notitia Africæ, in qua nominatus Gaius Episcopus Vzitensis in proconsulari.

[p] APTVCEN.] Cave Aptucem confundas cum Aptunga quod alii quandoque fecerunt. Aptunga fuit in proconsulari, ut paulò antè diximus. Aptuca nescio ubinam sita fuerit.

[q] DOMINICVS] Episcopus Bullensium regiorum, infrà cap. 135.

[r] VTICENSIS] in proconsulari, ut satis notum est.

[s] QVI SVPRA PRO CERICIO] Antea legebatur: *Item recitavit qui suprà. Procericio Episcopus plebis Vculensis.* Sed legendum profectò est uti nos edidimus. *Qui suprà*, id est, Victor Episcopus Ecclesiæ Vticensis, vel Dominicus Bullensium regiorum.

[t] VCVLEN] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[u] VINENSIS] in proconsulari, ut patet ex eadem epistola synodica. Faustinus Episcopus Binensis interfuit Concilio Cabarsussitano, & Creteonius item Binensis Concilio Carthaginensi sub Bonifacio.

[x] EXIVIT DE CORPORE] id est, Episcopus Vinensis Donatista, quem suspicor fuisse Faustinum illum Binensem cujus nomen reperitur inter Episcopos Concilii Cabarsussitani.

[y] ABZIRIT.] in proconsulari, ut patet ex Plinio lib. 5. cap. 4. & ex epistola synodica toties laudata. Istius sedis Episcopus Victor interfuit Concilio Carthaginensi anni CCCXCVII. ubi malè vocatus Episcopus Abderitanus, cùm in optimo & vetustissimo codice MS bibliothecæ Colbertinæ scriptum sit *Abziritanus*. Vtilia autem sunt ista ad emendandam notitiam Africæ, ubi inter Episcopos provinciæ proconsularis secundo loco nominatur *Felix Abaritanus*, qui apud Victorem Vitensem lib. 1. *Abderitanus* dicitur, & *Abbritanus* in optimo & antiquissimo codice MS. ejusdem bibliothecæ Colbertinæ. Legendum itaque *Abziritanus*.

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

sia catholica dixit. Hic est Catthagini, [a] sensit sibi. *Adeodatus Episcopus dixit.* Dioecsis est [b] Feliciani Vtinensis. Presbyterum ibi habet. *Item recitavit.* Publianus Episcopus plebis Bazarididacensis. *Idem dixit.* Præsto sum, unitas est. *Item recitavit.* Cassianus Episcopus plebis [c] Bamaccorensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Donatus Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum, [d] Presbyter meus fuit. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus plebis [e] Zaraitensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Rogatus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Felix Episcopus [f] Villaregensis. *Idem dixit.* Præsto sum, non habeo contra me Episcopum. Modò exivit de corpore. *Victor Episcopus* [*loci suprascripti*] *dixit.* Constat me modò fuisse ordinatum. *Item recitavit.* Primulus Episcopus plebis Tamagristensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Saturninus Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Adeodatus Episcopus plebis Satafensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Vrbanus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Faustinianus Episcopus plebis [g] Tamogadensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Gaudentius Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Avitus Episcopus plebis [h] Lamasuensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Ianuarius Episcopus civitatis suprascripta dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Sextilius Episcopus plebis [i] Assabensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Marcianus Episcopus* [*loci suprascripti*] *dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Marcianus Episcopus [k] Idicrensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Martialis Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Crispulus Episcopus Ecclesiæ [l] Volitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. *Quodvultdeus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Germanus Episcopus [m] Gypsariensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Fidentius Episcopus dixit.* Agnosco illum. [*Item recitavit.*] Rogatus Episcopus [n] Gaguaritanus. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem haber. *Adeodatus Episcopus dixit.* Noster fuit, à nobis illò transiit. *Item recitavit.* Quadratus Episcopus plebis [o] Gegitanæ. *Idem dixit.* Præsto sum, [p] nunquam ibi fuit Episcopus. *Item recitavit.* Gregorius Episcopus [q] Tamallensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Lucius Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Lucius Episcopus civitatis [r] Tagaratensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Quintus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* [s] Felicianus Episcopus plebis Cufrutensis. *Idem dixit.* Præsto sum, Episcopum alium non babeo.

Primianus Episcopus dixit. Ille qui fuit, damnatus est à nobis & ab illis; cùm scirent illum reum, & ipsi confirmaverunt; adhuc alter non est ordinatus. *Et alia manu.* Primianus Episcopus recognovi. *Item recitavit.* Bonifacius Episcopus [t] Cenensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Vindemius Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Adeodatus Episcopus plebis [u] Bazaritanæ. *Idem dixit.* Præsto sum. Est quidem in corpore constitutus [x] Calipotius; sed cùm videret universum populum ad Ecclesiam catholicam fuisse conversum, discessit. *Item recitavit.* Niventius Episcopus Tunugabensis. *Idem dixit.* Præsto sum, non ibi habeo contra me Episcopum. CXXIX.

Primianus Episcopus dixit. Damnatus est in causa adulterii; tamen illic fuit usque ad annum præsentem. *Item recitavit.* Sabinus Episcopus [y] Tuccensis. *Idem dixit.* Præsto sum. [z] *Adeodatus Episcopus dixit.* Io diocesi mea est ordinatus, ex presbyterio meo est. *Sabinus Episcopus Ecclesia catholica dixit.* Cùm sæpè à civibus meis [aa] peterer ut eos in CXXX.

[a] Sensit sibi] Locus corruptus, sed quo tamen certum est significari Fructuosum malè se habuisse.

[b] Feliciani Vtin.] Antea editum fuerat *Feliciamatensis.* Ex quo Holstenius collegit Ecclesiam Felicianiatensem fuisse vicinam Ecclesiæ Abziritanæ. Sic nobis obtrudunt nomina Ecclesiarum quæ nunquam fuere. Quoad istam, certum est nullam fuisse. Nam in veteri libro disertè scriptum est *Feliciani Vtinensis.* Feliciani porrò Vtinensis Episcopi partis Donati mentio est infrà cap. 133 & 187.

[c] Bamaccor.] In veteri libro legitur *Vamaccorensis*, & apud Plinium lib. 5. cap. 4. *Vamacures.* Sed infrà cap. 187. scriptum est *Bamaccorensis.* Quam lectionem esse veram constat ex his quæ illic dicimus.

[d] Presb. meus fuit.] Itaque Cassianus Bamaccorensis fuerat olim in parte Donati.

[e] Zaraiten.] sive Zaradtensis in Numidia, ut patet ex notitia Africæ & ex Concilio Carthaginensi anni DXXV

[f] Villareg.] in Numidia, ut patet ex eadem notitia, ubi malè scriptum est *Villadegensis.* Cresconii Villaregensis Episcopi, qui plebe sua derelicta Tubienfem invasit Ecclesiam, mentio est in capite 48. codicis Ecclesiæ Africanæ. S. Augustinus lib. 2. contra Cresconium cap. 10. meminit Candidi Episcopi Villaregiensis.

[g] Tamogad.] in eadem provincia, ut scribitur in notitia. Vide lib. 2. Miscellaneorum nostrorum pag. 280.

[h] Lamasuen.] in Numidia, ut habet eadem notitia

[i] Assaben.] sive Assafensis, ut scriptum est in notitia, in Mauritania Sitifensi. *Adsava municipium* est in tabula Peutingeri.

[k] Idicrensis] in Numidia, ut docet notitia. Idem etiam scribit Optatus lib 2.

[l] Volitan] in proconsulari, ut patet ex eadem notitia. Voli populi Mauritaniæ Tingitanæ, quæ est ipsa proconsularis, commemorantur à Ptolemæo lib. 4. cap. 23. Paolinus in vita S. Ambrosii cap. ult. meminit Murani Episcopi Bolitani, Quo etiam modo scriptum est in notitia

[m] Gypsar.] in Mauritania Cæsariensi, ut colligi potest ex Ptolemæo lib 4. cap. 14. At in tabula Peutingeriana locus *Ad Cypsaria* locatur inter Puteam, Pisidam, & Sabratam oppida provinciæ Byzacenæ.

[n] Gaguarit.] sive Gauvaritanus in provincia Byzacena, ut docet notitia.

[o] Gegitan] In notitia Episcoporum Mauritaniæ Sitifensis recensetur Constantius Gegitanus. Verùm Victor Vitensis lib 2. inter Episcopos quos ex prima Genserici persecutione superesse putabat tempore persecutionis illius quam Hunericus commovit, nominat Vincentium Gigitanum, illum ipsum, si ita conjicere liceat, qui Ziggensis vocatur in notitia Episcoporum provinciæ proconsularis, ubi notatur missum eum fuisse in exilium.

[p] Nun Episc. fuit] nimirum ex parte Donati. Significat igitur plebem Gegitanam semper fuisse catholicam, nec unquam passam fuisse divisionem.

[q] Tamallen] Non diffiteor quin & vetus exemplar & omnes editiones habeant *Tamamallensis.* Verùm quia nulla fuit Tamamalla in Africa, quod multis auctoritatibus ostendi potest, error natus est ex repetitione superflua syllabæ *ma.* Nam infrà cap. 207. ubi rursum recitatur nomen Lucii, qui fuit istius Gregorii adversarius, disertè scriptum est *Tamallensis.* Apud Victorem Vitensem & in notitia scribitur Tamallumensis Duæ fuere Tamallumæ, una in Byzacena, altera in Mauritania Sitifensi, ut suprà diximus Ista, ubi Gregorius fuit Episcopus, erat in Mauritania Sitifensi. Etenim non dubito quin altera, quæ erat in Byzacena, fuerit eadem cum Turretamallumensi.

[r] Tagarat] in proconsulari, ut docet notitia.

[s] Felicianus Cufrut.] in provincia Byzacena, qui anno CCCCIII interfuit Concilio Carthaginensi. Heliodorus Episcopus Cufrutensis nominatur inter Episcopos Byzacenos quorum constantia pro fide catholica exercitata fuit Hunerici Regis Vandalorum.

[t] Cenensis] sive à Cenis, ut infrà cap 197.

[u] Bazaritanæ] sive Vazaritanæ in Byzacena, ut patet ex notitia Africæ

[x] Calipotius] seu Calpodius Episcopus Vazaritanus partis Donati, cujus mentio infrà cap. 188

[y] Tuccensis] in Numidia, cùm Ecclesia Tuccensis olim fuerit in diœcesi Milevitana.

[z] Adeodatus Episc] Milevitanus, ex parte Donati.

[aa] Peterer] Ita vetus exemplar. omnino rectè. Editiones habent *peteret*, nullo sensu.

[a] communionem Ecclesiæ catholicæ suscepissem, rogaverunt eam ut eis Episcopus daretur. Petierunt inc, & ordinatus sum. *Adeodatus Episcopus dixit.* [b] Quem habuit decessorem? Edicat in cujus locum successit.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Constat non ibi fuisse catholicam? *Adeodatus Episcopus dixit.* Non. *Item recitavit.* Marianus Episcopus [c] Vzziparitanorum. *Idem dixit.* Præsto sum,
CXXXI. nunquam ibi habui alium. *Item recitavit.* Victorius Episcopus plebis [d] Larensis. *Idem dixit.* Præsto sum. *Honoratus Episcopus dixit.* Agnosco illum.

CXXXII. *Hilarus exceptor dixit.* Quoniam codices implevimus, & alii nobis subrogandi sunt exceptores, jubeat nobilitas tua è corpore nostro alios subrogari, nobis [e] custodibus datis. *Vitalius Notarius Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hoc & ego suggero quod & exceptor nobilitati tuæ. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Dentur nunc Notariis qui codices se implesse confirmant & exceptoribus ab utraque parte custodes. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit.* Iam nos delegisse custodes mandato ipso narravimus. Ex ipsis etiam duos offerimus custodes. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Eorum nomina qui nunc offeruntur edicito. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [f] Deuterium & [g] Restitutum. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Congruum est ut sicuti & alii subrogati sunt exceptores, sic dentur & ab alia parte custodes. *Primianus Episcopus Carthaginensis dixit.* Damus custodes, Victorem [h] Hipponiensem & Marinianum Oeĕnsem collegas nostros.

CXXXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam ex utraque parte Episcopi custodes videntur adpositi, singulorum, sicut cœperat, officium nomina subscriptionesque recitare debebit, & ad susceptas tabulas ad majorem diligentiam alterutrum [i] signet sollicitudo custodum, ut bisdem præsentibus reseratæ, describi possint, atque ea quæ gesta sunt schedarum serie contineri. *Cumque ab utrisque partibus tabulæ susciperentur atque signarentur, recitatum est.* Innocentius Episcopus [k] Lamiggigensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Præsto sum. *Iunianus Episcopus dixit.* Nec ego illum novi, nec ipse me. *Et recitavit.* Rufinianus Episcopus [l] Bonustensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Nunquam illic fuerunt Donatistæ. *Primianus Episcopus Carthaginensis dixit.* Ipse fuit noster, sed populos habemus quibus [m] ordinare. *Rufinianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ Bonustensis dixit.* Nunquam habuit. *Et recitavit.* Laodicius Episcopus plebis [n] Clypiensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E parte adversa est Geminius. *Et recitavit.* Donatus Episcopus plebis Buritanæ coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quare cum recitavisset, idem dixit.* Non illic habent Donatistæ neminem. *Et recitavit.* Candorius Episcopus plebis [o] Mullitanæ coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Marcellinus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Isaac Episcopus plebis Vtinensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Felicianus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* [p] Qui supra pro Victore Episcopo [q] Tuburbitanorum minorum coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino subscripsi cum suprascripta mandasse præsentem Carthagine. *Maximinus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Et recita-*

[a] COMMUN. SUSCEPISS.] Sabinus Presbyter constitutus erat in plebe Tuccensi ab Adeodato Episcopo Milevitano Plebem epit ædn m secte Donatistarum. Tuccenses ergo rogarunt Sabinum ut eos restitueret communioni Ecclesiæ catholicæ. Quia verò id fieri non poterat nisi cum auctoritate Episcopi, & proprius Tuccensium Episcopus erat Donatista, postularunt ab Ecclesia catholica, id est, ut ego interpretor, à Primate & Concilio Episcoporum Numidiæ, uti proprium habere mererentur Episcopum. Ac licèt istud esset contra publicam disciplinam, tamen factum est studio conservandæ unitatis. Concilium ergo dedit quem petebant Tuccenses, nimirum Sabinum; qui postea eos in communionem Ecclesiæ catholicæ suscepit. Vide suprà cap. 65. pag. 186.

[b] QUEM HABUIT DECESSOR.] Hinc etiam patet Sabinum fuisse primum Episcopum Tuccensem.

[c] VZZIPPARIT.] in provincia proconsulari, idem ipse qui Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. postea interfuit. In notitia Episcoporum provinciæ proconsularis recensetur Augentius Vzippaiitanus.

[d] LARANSIS] in Mauritania Cæsariensi, ut docet itinerarium Antonini.

[e] CUSTODIBUS DATIS] custodibus chartarum, qui erant ex corpore Episcoporum. Vnde paulò pòst nominantur duo ex parte catholicorum, & rursum duo ex parte Donatistarum.

[f] DEUTERIUM] Episcopum Cæsariceosem in Mauritania, ut patet ex Augustino lib. 2. retractat. cap. 51.

[g] RESTITUTUM] Episcopum Tagorensem in Numidia.

[h] HIPPON.] diarrhytorum. Nam Macrobius, adversarius sancti Augustini, erat Episcopus Hipponensium regiorum.

[i] SIGNET] id est, sigillum apponat; sicut infrà collat. 3. cap. 220. in relatione Anulini legitur *libellus in signatus, item alius sine sigillo coherens eidem alutæ.* Sed quod expressius est, infrà collat. 3. cap. 53. cùm à cognitore mandatum fuisset Episcopis chartarum custodibus ut signa sua recognoscerent, Leo Episcopus Moptensis catholicus & Marinianus Oeensis Donatista pari modo dicunt: *Agnosco sigillum meum.*

[k] LAMIGGIGEN.] in Numidia, ut patet ex notitia Africæ.

[l] BONUSTEN.] in provincia proconsulari, ut liquet ex eadem notitia

[m] QUIBUS ORDINARE] Apparet sensum non esse integrum. Itaque Primianus in medio prosecutionis suæ interruptus est à Rufiniano.

[n] CLYPIENSIS] in proconsulari. quod docet eadem notitia, itemque epistola Episcoporum ejusdem provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum. Meminit istius loci & Plinius lib. 5. cap. 4. *Oppida Carpi, Misua, & liberum Clupea in promontorio Mercurii.* Solinus in Polyhistore: *Clypeam civitatem Siculi extruunt, & Aspidem nominant* Vbi vide Salmasium.

[o] MULLIT.] in provincia proconsulari. *Notitia.* Segetius Episcopus plebis Mullitanæ interfuit Concilio Carthaginensi Bonifacii.

[p] QUI SUPRA PRO VICT.] In veteri codice legitur: *qs pro Victore.* Ex quo Massonus, quem & Pithœus quoque secutus est, effecit *Quintus.* Frustra. Nam hæ notæ significant *Qui suprà*; ut observatum etiam est à Sertorio Vrsato, & patet ex pag. 204. Itaque infrà pag. 209. 214. 220. pro *Quintus*, quod habebant aliæ editiones, nos ubique reposuimus *Qui suprà* Quid enim tam absurdum quàm ut ubicunque contingit aliquem pro alio subscribere, statim occuitat Quintus tamquam subscriptor conductitius?

[q] TUBURBIT. MIN.] in provincia proconsulari, ut patet ex itinerario Antonini. Quod etiam colligi potest ex tabula Peutingeriana, & ex Augustino in libro ad Donatistas post collationem cap. 22.

vit.

vit. Felix Episcopus [a] Tubiensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Idem dixit.* Catholica est sola. *Et recitavit.* Felix Episcopus [b] Abbiritanorum majorum coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitata, idem dixit.* Catholica est sola. *Et recitavit.* Augendus Episcopus plebis [c] Villæmagnensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitata, idem dixit.* Catholica est tantùm. *Primianus Episcopus Carthaginensis dixit.* Ipse est qui jamdudum ad illam partem transiit. *Et recitavit.* Lucidus Episcopus plebis [d] Marcellianensis & Bazitensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est. * & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitata, idem dixit.* E diverso est Restitutus. [e] *Restitutus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Aufidius Episcopus plebis [f] Tignicensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Qua recitato, idem dixit.* E diverso habeo Iulianum. *Iulianus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Fortunatus Episcopus plebis Abensensis coram v.c. Marcellino Tribuno & Notario suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitata, idem dixit.* Vnitatem habeo. *Optatus Episcopus dixit.* Non habemus Episcopum, Presbyterum habemus. *Et recitavit.* Trifolius Episcopus plebis [g] Ahorensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitata, idem dixit.* Nomen si illic auditum fuerit Donatistarum, lapidatur. *Et recitavit.* Qui suprà pro Paulino [h] Zurensi præsente literas nesciente coram v.c. Marcellino Tribuno & Notario suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitata, & accedente Episcopo Paulino catholico, idem dixit.* Catholica est. *Habetdeus Diaconus Primiani Episcopi dixit.* Presbyter est illic noster. Diocesis est nostra. *Et recitavit.* Lucius Episcopus plebis Nigrensium majorum coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Vnitas est. *Habetdeus Diaconus dixit.* Presbyterum habet. *Et recitavit.* Fidentius Episcopus plebis [i] Cefalensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Qua recitato, idem dixit.* Vnitatem habeo. [k] *Valentinianus Diaconus Primiani Episcopi dixit.* Modò exivit de corpore: [l] Fidentius dicebatur. *Et recitavit.* Cresconius Episcopus plebis Rusucensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, [idem] dixit.* Vnitatem habeo. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* [m] Ambibius Episcopus plebis [n] Pisitensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo Felicem è diverso. *Valentinianus Diaconus dixit.* Felix dicitur. Litteras misit excusationis, senectutis causa. *Et recitavit.* Rogatianus [o] Episcopus plebis Tigimmensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso mihi est Victorianus. *Et accedente Victoriano Episcopo, [idem] dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Stephanus Episcopus plebis [p] Sinnuaritensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Qua recitata, idem dixit.* Vnitas est illic, Ecclesia est illic. *Habetdeus Diaconus dixit.* [q] Diocesis ea est Cypriani [r] à Siccenni. Cyprianus dicitur Episcopus qui illic intendit [s] ad Sinuar. *Et*

* Deinde hic lacuna.

[a] Tubisn.] in Mauritania Sitifensi. Quippe Honoratus & Vrbanus Episcopi legati illius provinciæ in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 48. conqueruntur de Cresconio Villaregensi, qui plebe sua derelicta invaserat Ecclesiam Tubiensem, & commonitus ab Episcopis provinciæ relinquere eandem quam invaserat plebem, contempserat. Quamquam in Græco est Τυβύνης, non solùm in libris editis, sed etiam in manu exaratis. Verùm Tubunensis cathedra erat in provincia proconsulari. Itaque codex Græcus Ecclesiæ Africanæ corrigendus est in hoc loco.

[b] Abbirit. Maior.] in provincia proconsulari, ut docet epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum. Nam tametsi illic simpliciter dicatur Abbiritanus Episcopus, arbitror de Abbirita majore intelligi debere. De Abbirita minori dicetur infrà cap. 215.

[c] Villæmag.] in proconsulari, ut docet eadem epistola synodica.

[d] Marcellian.] In Concilio sancti Cypriani legitur nomen Iuliani à Marcelliana.

[e] Restitutus] Quinque istius nominis Episcop. Donatistæ fuere in hac collatione Carthaginensi; quorum unus fuit Episcopus Drusilianensis, alter Segermitensis, tertius Flumenpiscensis, quartus Membressitanus, quintus Laritensis. Drusilianensis habuit adversarium Rufinum Episcopum catholicum, Membressitanus Gennadium, Segermitensis Felicem. De quo reliquorum intelligi debeat locus iste, planè incertum est.

[f] Tignicen.] in Numidia, ut docet tabula Peutingertana. Illic enim Tignica locatur prope Teglatam, quam certum est fuisse civitatem Numidiarum.

[g] Ahoren.] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[h] Zuransi.] Victor Vitensis lib 2. *Filia sum quondam Zuritana civitatis Episcopi.* Videtur autem Zura fuisse haud procul Carthagine, cùm Diaconus Primiani dicat eam esse diœcesim Primiani.

[i] Casalen.] in proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[k] Valantin. Diac.] In veteri libro legitur: *Valentinianus dix. Primianus Ep. dixit* Deinde, inter non multum temporis, quidam obelo transfixit *Primianus Ep. dixit*, quia non intelligebat vocem *dix*, quæ sequitur post vocem *Valentinianus*, esse corruptam, & ei substituendam esse vocem *Diaconus*, quod sæpe accidit in his gestis. Hinc factum ut in aliis editionibus omissa sit dignitas istius Valentiniani, quem sanè ex iisdem gestis constat Primiani Episcopi Carthaginensis Diaconum fuisse.

[l] Fidantius] Itaque ambo Episcopi Cefalenses eodem nomine vocabantur.

[m] Amaibius] vel Ambivius, cujus nomen reperitur in epistola Concilii Africani ad Papam Innocentium & in istius responsoria.

[n] Pisitan.] sive Pisidensis in confinio provinciarum Byzacenæ & Tripolitanæ, ut opinor. Nam Pisida in tabula Peutingeriana locatur inter Putеam & Sabratam; quarum prior est in Byzacena, alia in Tripolitana. Pisitanæ civitatis ejusque Episcopi meminit Evodius Vzalensis in libro 2. de mirac. S. Stephani cap. 13.

[o] Episc. Pl. Tegim.] Vetus exemplar & editiones habent, *Episcopus Tigimma plebis Tigimmensis.* ubi nemo non videt vocem *Tigimma* heic superfluè positam esse ab imperito librario. Itaque nos eam sustulimus.

[p] Sinuarit.] sive Sinuatensis in provincia proconsulari, ut docet notitia Africæ.

[q] Diocaeis ea est] In veteri libro & in editionibus legitur, *Diocesis mea est*, nullo sensu. Nos emendavimus.

[r] A Siccanni] Editiones habent *Asiccenni* unico vocabulo, cùm dividendum sit. Ex hoc autem loco colligitur Ecclesiam illam Siccennensem fuisse positam in media plebe Sinuarensi, adeoque in provincia proconsulari. Maximini Episcopi Synicensis & Lucilli Episcopi Castelli Syciensis, quod Hipponiensi coloniæ vicinum erat, meminit Augustinus lib 22. de civitate Dei cap 8.

[s] Adsinvar] In veteri codice legitur *ad sinnar.* pro quo Massonus scripsit *adsinuar*, Pithœus *Adsinar.* Nos retinuimus lectionem Massoni, cùm constet heic agi de controversia quæ erat inter duos Episcopos Sinuaritenses. Quamquam fatendum est in notitia Episcoporum Mauritaniæ Cæsariensis nominari Philonem Arsinuatitanum & Gaium Adsinuadensem.

recitavit. Serotinus Episcopus plebis Turuzitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Nunquam habuit, nec habet. *Habetdeus Diaconus dixit.* Presbyter est illic Cattus. *Serotinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Illic est, sed superfluò. *Et recitavit.* Majorinus Episcopus plebis [a] Zemtensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est; nec habuit, nec habet. *Et recitavit.* Thomas Episcopus plebis [b] Cubdensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Et contra neminem habemus. *Et recitavit.* Restitutus Episcopus plebis [c] Muzucensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E contrà Idaxius nobis est. *Et accedente Idaxio Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Antonius Episcopus plebis [d] Mutugennensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso Splendonius est. *Et accedente Splendonio Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Privatianus Episcopus plebis [e] Vegeselitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso est mihi Donatus Cillitanus. *Et accedente Donato Cillitano Episcopo, idem dixit.* Diaconos illic habeo, vicina plebs agit, diocesis mea est. *Privatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ubi conveniunt? *Donatus Episcopus dixit.* Et loca & memorias martyrum tamen prohibuisti. Candidum non habui Presbyterum inde? *Privatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Et ubi agebatur? *Et recitavit.* Æmilianus Episcopus Ecclesiæ Bennefensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo neminem è diverso. *Valentinianus Diaconus dixit.* Maximianus dictus est, hodie de corpore exiit. *Æmilianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Triennium habeo ex illo quo ordinatus sum, nullum illic scio. *Valentinianus Diaconus dixit.* Mittatur, & videant illum. *Et recitavit.* Litorius Episcopus plebis [f] Suavensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Unitas est illic, omnis catholica est. *Habetdeus Diaconus partis Donati dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Benenatus Episcopus plebis Hospitensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* In loco meo alius non est Episcopus. *Lucullus Episcopus dixit.* Persequutio semper me fugavit. *Et recitavit.* Leontius Episcopus plebis [g] Musertitanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato,* [*idem dixit.* Habeo neminem è diverso.] *Habetdeus Diaconus partis Donati dixit.* Cresconius nunc ordinatus est contrà. *Et recitavit.* [h] Silvanus Episcopus plebis Macrianensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Non habet neminem. Catholica est. *Et recitavit.* Eunomius Episcopus plebis [i] Matazanensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso est mihi Habetdeus. *Habetdeus Episcopus dixit.* Præcessor meus ad Marazanensem locum ordinatus est. Is postquam [k] cathedram sedit, expulsus est. *Eunomius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nunquam sedit. *Habetdeus Episcopus dixit.*

a ZEMTENSIS] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ jam sæpe laudata. Et tamen vir clarissimus Ioannes Garnerius emendandum esse putat hunc locum & pro *Zemtensis* legendum esse *Zamensis.* At istud verum esse non potest. Nam qui tum Zamam tenebat, Dialogus vocabatur, ut patet ex cap. 121. istius primæ cognitionis.

b CUBDENSIS] in provincia proconsulari, ut docet eadem epistola

c MUZUCEN.] Idem vir clarissimus heic reponit *Muzulensis*, quia Augustinus alicubi meminit Episcopi Muzulensis, & quia in notitia Africæ Felix Episcopus Muzulensis nominatur inter Episcopos provinciæ proconsularis. Verùm in ea notitia scriptum non est *Muzulensis*, sed *Muzuensis.* Sanè in Concilio Carthaginensi sancti Cypriani legitur nomen Januarii à Muzula, uti habet vetustissimus codex MS bibliothecæ Colbertinæ. pro quo Fuxensis, qui nunc extat in eadem bibliotheca, *Modulensis* habet, non verò *Mozulensi*, ut putavit Rigaltius. Idem tradit in Corbeiensi legi *Muzucha*, & Holstenius è quodam vetustissimo codice MS. contendit legendum esse *Muzuca.* Quoquo modo se res habeat, certum est Felicem illum in notitia Episcoporum Muzuensem dici, non verò Muzulensem. Neque hinc colligi potest Muzucensem Episcopum convertendum esse in Muzulensem, cùm in eadem notitia nominetur Innocentius Muzucensis inter Episcopos provinciæ Byzacenæ. Duplex enim in Africa civitas fuit, una Muzua dicta in provincia proconsulari, altera Muzuca in Byzacena. Posterioris Episcopum fuisse hunc Restitutum ostendit hic locus, prioris Rufinianum caput 128. istius primæ cognitionis.

d MUTUGENN.] Mutugennæ, quæ erat villa in diœcesi Hipponensi, meminit sanctus Augustinus epist. 173. & 203 ex quibus colligitur quemdam Donatum Diaconum à Donatistis rebaptizatum, tum Diaconum illic ac paulò pòst Presbyterum constitutum

e VEGESELIT.] in Numidia, ut patet ex notitia Africæ & ex Concilio Carthaginensi sub Bonifacio. Cæterùm hic locus habet duas insignes difficultates. Nam primò alius infrà cap 125. reperitur Episcopus catholicus Vegeselitanus nomine Reginus, cujus adversarius fuit Gavinus. Deinde adversarius Privatiani non dicitur Episcopus Vegeselitanus, sed Cillitanus. Suprà verò cap 128 pag. 204. Episcopus catholicus Cillitanus vocatur Tertiolus, & hujus adversarius Donatus, qui heic iterum dicitur adversarius Privatiani Episcopi Vegeselitani. Qui quidem Donatus infrà cap 187. dicitur Episcopus Cillitanus. Itaque necessarium est existimare duplicem fuisse Vegeselam, unam in Numidia, cujus Episcopus fuerit Tertiolus, aliam in Byzacena vicinam Cillitanæ, cujus Episcopus fuerit iste Privatianus. Certè in itinerario Antonini Vegesela manifestè constituitur inter Amudarsam, Aurentum, Sufetulam, & Meneges sive Meneses oppida provinciæ Byzacenæ.

f SUAVENSIS] in Numidia, ut docet notitia.

g MUSERTIT.] Infrà cap 206 Cresconius istius Leontii adversarius dicitur Episcopus Mustitanus in veteri codice. Sed istud verum esse non potest. Mustitanus enim tum Episcopus fuit Victorianus, qui adversarium habuit Felicianum, ut adnotatum est suprà cap 125. extremo. De quo ne quis dubitare possit, consulendus est Augustinus illic laudatus. Fortassis isthic legendum est *Mutecitana* pro *Musertitana.* Quintasius Episcopus Mutecitanus nominatur inter Episcopos Mauritaniæ Cæsariensis quos Hunericus Rex Vandalorum persecutus est.

h SILVANUS MACRIAN] in Mauritania Sitifensi, idem ipse, ut par est existimare, qui Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX interfuit. Restitutum Episcopum Macrianensem involvit turbo procellæ barbaricæ sub Hunerico Rege Vandalorum.

i MARAZAN] in provincia Byzacena, ut docet notitia.

k CATHEDRAM SEDIT] Et paulò pòst: *sederant cathedram.* Ita sanè habet vetus exemplar ex quo hæc gesta edita sunt. Sed in editionibus legitur: *in cathedram sedit.* Et tamen legere poterant apud Optatum lib 1. *cujus in cathedram sedes, cujus in hereditariam cathedram sedes, qui cathedram sederit alteram.* Et apud Augustinum lib 2. contra lit. Petil. cap. 51. *Cathedram Moysi sedent.* Eodem errore Binius & post eum nuperi Conciliorum editores, cùm legerent in epistola Gaufredi Clarevallensis de gestis in Concilio Remensi Eugenii III adversùs Gilbertum Porretanum, *Eodem igitur anno quo prædictus Pontifex Eugenius Romanæ Ecclesiæ cathedram sedens,* putantes erratum esse librarii, ita scripserunt in margine *f. scandens.*

Ego etiam non admissus, in tertio miliario in civitate conquievi. *Eunomius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit*. Nunquam fuerunt Donatistæ, nec sunt, nec aliquando sederunt cathedram. *Habetdeus Episcopus dixit*. Modo oppressi sunt. *Et recitavit*. Barbarus Episcopus plebis [a] Hierpinianensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino [suprascripta mandavi &] subscripsi Carthagine. [*Quo recitato*,] *idem dixit*. Non habeo neminem contrarium. *Valentinianus Diaconus dixit*. Mœcopius dicebatur Episcopus, exivit de corpore. *Et recitavit*. Secundianus Episcopus plebis [b] Hermianensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit*. Contra mihi est Maximianus Episcopus. *Et accedente Maximiano Episcopo, idem dixit*. Agnosco illum. *Et recitavit*. Postumianus Episcopus plebis [c] Tagorensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit*. Catholicæ est unitatis. *Et recitavit*. Barbarianus Episcopus plebis [d] Creperulensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Catholica est tantùm. *Valentinianus Diaconus dixit*. Non habemus *Et recitavit*. Felix Episcopus [e] Caniopitanorum coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, Valentinianus Diaconus dixit*. Presbyterum habemus nomine Restitutum. *Et recitavit*. Victor Episcopus plebis Tibaritanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E diverso [mihi] est Victorianus Episcopus. *Et accedente Victoriano Episcopo, idem dixit*. Agnosco eum. *Et recitavit*. Gennadius Episcopus plebis [f] Membressitanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. [g] E diverso mihi est [Restitutus. *Et accedente Restituto Episcopo, idem dixit*. Agnosco illum. *Et recitavit*.] Restitutus Episcopus plebis [h] Simingitensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato*, [*idem dixit*. Catholica est omnis.] *Habetdeus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Octavius Episcopus plebis [i] Vtimmensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprasc ipta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E contrario mihi est Bonifacius. *Et accedente Bonifacio Episcopo, idem dixit*. Agnosco illum. *Et recitavit*. [k] Victorinus Episcopus plebis Tabudensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E diverso est Argutus. *Et accedente Arguto Episcopo, idem dixit*. Agnosco illum. *Et recitavit*. Maximinus Episcopus plebis Enerensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Catholica est, unitatem habeo. *Quodvultdeus Episcopus dixit*. Habet Episcopum, sed malè habet. *Et recitavit*. Reginus Episcopus plebis [l] Tigillavensis coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato*, [*idem dixit*. E diverso mihi est [m] Donatus.] [n] *Flavianus Episcopus dixit*. De itinere revertit Donatus causa ægritudinis. *Et recitavit*. Qui suprà pro Cresconio Episcopo [o] Centenariensi præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine, eò quòd infirmitatis causa præpediatur, mandante ipso subscripsi Carthagine. *Quo recitato*, [*idem dixit*. E diverso est ....] *Quodvultdeus Episcopus dixit*. Etiam ipse malè habet. *Et recitavit*. Felix Episcopus plebis [p] Izirianensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*.

[a] HIERPINIAN.] sive Irpinianensis in Byzacena, ut patet ex eadem notitia.

[b] HERMIAN.] in Byzacena, ut traditur in notitia. Hanc sedem illustrem fecit Facundus Episcopus.

[c] TAGOREN.] Infrà cap 143. nominatur Restitutus Episcopus Tagorensis, & ipse catholicus. Itaque oportet duas in Africa fuisse Tagoras, ut rectè hinc collegit vir doctissimus Henricus de Noris lib. 2. hist. Pelag. cap. 8. pag. 218 Sed quòd unam earum ait fuisse sitam in provincia proconsulari, eandem dictam Tagaram in notitia Episcoporum Africæ, non est extra controversiam. Siquidem in hac nostra collatione, in qua duo Episcopi Tagorenses, ambo catholici, recensentur, reperitur in cap 128. nomen Lucii Episcopi Tagaratensis catholici, & cap. 207. nomen Quinti ejus adversarii. Tagorarum porrò unam fuisse in Numidia assentior eidem viro docto In epistola enim 217. S. Augustini nominatur Xantippus Episcopus Tagosensis sive Tagotensis, qui de primatu Numidiæ certabat cum Victorino Porrò, ut hoc quoque obiter dicam, ferri non potest conjectura Christophori Iustelli, qui ad canonem 86. collectionis Africanæ referens fragmentum istius epistolæ S. Augustini, pronuntiat hîc pro *Tagotensis*, ut ipse legebat, reponendum esse *Constantiensis*, putans haud dubiè primatum Numidiæ perpetuum fuisse in Ecclesia Constantiensi sive Cirtensi. Qua de re vide Samuelem Petitum lib 3. var lect pag. 13. & 54.

[d] CREPERVLEN] sive Creprdulensis in provincia Byzacena, ut patet ex notitia & ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Constantinum Imperatorem, ubi pro *Seclepedulensis* legendum est *sancta Ecclesia Crepedulensis*.

[e] CANIOPITAN.] id est, Canapii, ut opinor, in provincia proconsulari. Nam Redemptus Episcopus sanctæ Ecclesiæ municipii Canapii (sive *Canapis*, ut habet vetustissimus codex Ecclesiæ Bellovacensis) subscribit epistolæ Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[f] MEMBRESSIT.] in provincia proconsulari, ut patet ex notitia Africæ & ex epistola Episcoporum ejusdem provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. Membressitani Episcopi mentio est in Concilio Cabarsussitano, & in Carthaginiensi anni DXXV.

[g] E DIV. E. RESTITVTVS] Episcopus Membressitanus à Primiano Episcopo Carthaginensi ordinatus in locum Salvii dejecti sententia Concilii Bagaiensis anno CCCXCIV. ut docet Augustinus lib 4. contra Crescon. cap. 48. Salvii dejectionem habes suprà pag. 98. in sententia Concilii Bagaiensis.

[h] SIMINGIT.] In Concilio Carthaginensi anni DXXV. subscribit Cresconius Episcopus plebis Simingitanæ Sed illic adnotatum non est in qua Africæ parte sita fuerit hæc plebes.

[i] VTIMMEN.] in proconsulari, ut patet ex notitia Episcoporum Africæ, ubi nominatur Reparatus Vtimminensis. Sed Ortelius legit *Vtimmensis* in veteribus membranis Ludovici Halleri ab Hallersteio.

[k] VICTORINVS TABVDEN.] in Numidia, ut docet notitia. Ad eum fortasse scripta est epistola 217. sancti Augustini. Primatem enim se Numidiæ ferebat adversùs Xantippum. Porrò isthic scriptum erat *Tabudesensis*. Nos emendavimus, tum quia paulò pòst idem subscribens pro Gorgonio Episcopo Liberaliensi se Episcopum Tabudensem vocat, tum quia infrà cap. 202 quum recitantur nomina Episcoporum Donatistarum, legitur *Argutus Episcopus Tabudensis*.

[l] TIGILLAV.] in Numidia, ut docet notitia Africæ.

[m] DONATVS] Episcopus Tigillabensis ex parte Donati.

[n] FLAVIANVS EPISC.] Pauzerensis, infrà cap. 187.

[o] CENTENAR.] in Numidia, ut docet eadem notitia.

[p] IZIRIANAN.] Puto mendum hîc esse & pro *Izirianensis* legendum esse *Hizirzadensis*, ut habet notitia, aut notitiam hinc emendandam esse. Porrò hæc plebes fuit in Numidia, secundùm notitiam.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

[a] E diverso est mihi Saturus. *Et accedente Saturo Episcopo, idem dixit.* Presbyter meus erat. *Et recitavit.* Felicianus Episcopus plebis [b] Feraditanæ minoris præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est. *Valentinianus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Romanus Episcopus plebis [c] Meglapolitanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso non habeo. *Felix Episcopus dixit.* Presbyterum habemus Maximianum, præsto est. *Et recitavit.* Restitutus Episcopus plebis Cincaritensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso mihi est Campanus Episcopus. *Et accedente Campano Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Nados Episcopus plebis [d] Sabratensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* [e] E diverso habui, modò non habeo. *Et recitavit.* Cultasius Episcopus plebis [f] Mataritanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Vnitas est. *Habetdeus Diaconus dixit.* Habuimus Rusticianum, modò exivit de corpore. *Et recitavit.* Octavianus Episcopus plebis [g] Vci majoris coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Vnitatem habeo. [h] *Salvianus Episcopus dixit.* Senis Victoriani diocesis est. Presbyterum habet Ianuarium. *Et recitavit.* Safargius Episcopus plebis [i] Lampuensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Valentinianus Diaconus Primiani Episcopi dixit.* Senis Cartheri est plebs; sed absens est, pedibus laborat: propterea venire non potuit. *Et recitavit.* Victorinus Episcopus plebis Tabudensis pro Gorgonio consacerdote meo, qui infirmitate detinetur, plebis Liberaliensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino, mandante ipso subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem Gorgonius dixit.* Basilicam mihi deposuerunt hæretici, solus sum. *Pretasius Episcopus dixit.* Habemus illic Victorem Episcopum. *Et recitavit.* Fortunatus Episcopus loci [k] Casensis Calanensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Solus sum. *Verissimus [Episcopus] dixit.* Presbyter est ibi Victorinus. *Et recitavit.* Theasius Episcopus plebis [l] Memblositanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Sola unitas est illic Ecclesiæ catholicæ. *Salvianus Episcopus dixit.* Tempore persecutionis succubuit illic Episcopus qui illic fuit. *Et recitavit.* Probantius Episcopus plebis [m] Trofimianensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Solus sum. *Valentinianus Diaconus dixit.* Presbyterum habet. *Et recitavit.* Dulcitius Episcopus plebis [n] Tacapitanæ præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato idem dixit.* [Habeo alium contra me.] *Valentinianus Diaconus dixit.* Felix dicitur. Hic est, sed malè habet. *Item recitavit.* Catulinus Episcopus plebis Gittensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Vnitas est. *Valentinianus Diaconus Episcopi Primiani dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Villaticus Episcopus plebis Sinnipsensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Vnitas est. *Et recitavit.* Hilarianus Episcopus plebis [o] Hiltensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato,* [*idem dixit.* E diverso habeo neminem.] *Et accedente Victore*

[a] E DIVERSO] Puto heic nonnulla deesse, nimirum nomen Donatistæ qui fuit adversarius Felicis Episcopi Izirianensis, & nomen Episcopi Braciensis catholici cujus adversarius erat Saturus. Nam Saturus, qui heic dicitur adversarius Felicis Episcopi Izirianensis, infrà cap. 198 vocatur Episcopus Braciensis.

[b] FERAD MIN] Duo fuere oppida Feraditana in Africa, majus & minus. Majus fuit in provincia Byzacena, ut patet ex notitia. An minus in eadem provincia fuerit, incompertum mihi est.

[c] MEGLAPOLIT.] Vir clariss. Ioannes Garnerius emendavit *Megalopolit* & nescire se ait in qua parte provinciæ proconsularis sita fuerit Megalopolis. At vetus codex disertè scriptum habet *Meglapolit.* Præterea in notitia Episcoporum Africæ recensetur Coronius Meglapolitanus. Denique in epistola Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham C P. reperitur nomen Reparati Episcopi sanctæ Ecclesiæ Meglapolitanæ.

[d] SABRATENSIS] in provincia Tripolitana, ut docet notitia. Vtar autem hac occasione ut emendem quendam locum è libro primo Victoris Vitensis; ubi commemorans Episcopos relegatos à Geiserico Rege, inter hos ponit *Tripolitanos duos, Vicessabratexum & Crescentium Oënsem*, ubi quidam codices habent *Vicu.* Sanè in uno optimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ scriptum est disertè *Vicu Sabratenum*, duobus vocabulis disjunctis. Legendum quippe *Vices Sabratensem*, ut *Vices* sit nomen Episcopi, *Sabratenum* verò nomen sedis. Sic *Cresces* & *Crescis* interdum scribebant Afri pro *Crescens*, ut patet ex notitia Africæ & ex epistola Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham C P.

[e] E DIVERSO HABUI] nimirum Donatum Sabratensem, qui interfuit Concilio Cabarsussitano, & damnatus est in Bagaiensi.

[f] MATARIT.] in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

[g] VCI MAIORIS] Antea legebatur *Vcimaius* unico vocabulo. Nos distinximus. Plinius lib. 5. cap. 4 inter oppida Africæ nominat *Vcitana duo, majus & minus.*

[h] SALVIANUS EPISC.] Leptitanus ex parte Donati.

[i] LAMPUENSIS] sive Lamfuensis in Numidia, cujus Episcopus Maximus ejectus est ab Hunerico Rege Vandalorum. Pontius Episcopus plebis Lamfuensis interfuit Concilio Carthaginensi Bonifacii. Vide autem an Lamfoctense oppidum, cujus in libro 29 meminit Amm. Marcellinus, idem esse possit cum Lamfuensi.

[k] CAS. CALAN] in Numidia, ut patet ex notitia.

[l] MEMBLOSIT.] in provincia proconsulari, ut docet eadem notitia. Porrò de Theasio vide quæ infrà dicuntur in collat. 3. cap. 141.

[m] TROFIMIAN] sive Trofinianensis in provincia Byzacena, ut intelligitur ex eadem notitia.

[n] TACAPIT.] in provincia Tripolitana, ut docet notitia. Hinc ergo discimus cujus sedis Episcopus fuerit Dulcitius Episcopus Tripolitanus qui nominatur in actis Concilii quod anno CCCCXIII. habitum est apud Carthaginem *De Tripolitanis verò fratribus nostris hoc potius condiscere, quòd Dulcitium fratrem nostrum destinaverint legatum.*

[o] HILTAN] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham C P. Sic nonnulli putant emendandum esse Concilium S. Cypriani eo loco ubi legitur *Cæcilius à Bilta.* Verùm & Hilta fuit in Africa & Bilta sive Vilta, ut apparet ex hac collatione & ex epistola mox laudata. Itaque necessaria non est emendatio. Neque magis probo conjecturam Holstenii, qui in epistola 162. S. Augustini reponi vult *Hiltensi* pro *Hilarensi.* Nihil enim obstat quin sicut duo loca fuerunt in Africa quorum unum vocabatur Hilta, aliud Bilta, sic duo fuerint, quorum unum Hilta vocaretur, aliud Hilara.

Episcopo, idem dixit. Modo sum illic ordinatus, [a] non me novit. *Hilarianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Non habet. *Et recitavit.* Ianuarius Episcopus Ecclesiæ [b] Gisipensis majoris coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Severianus Episcopus [c] Ceramunensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est omnis. *Habetdeus Diaconus Episcopi Primiani dixit.* Habemus senem Adeodatum. *Severianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ostendat illum. *Adeodatus Episcopus dixit.* In plebe mea est Milevitana Ceramussa.

CXXXIV. *Severianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Omnis ab origine catholica est ibi, nunquam ibi fuerunt Donatistæ. *Adeodatus Episcopus dixit.* In plebe mea est. Per violentiam inde exclusit omnes [Clericos] & Presbyteros. *Severianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Mentitur, teste Deo. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Illud sanctitas tua simpliciter dignetur edicere, utrum in ea plebe Episcopus nunc sit. *Adeodatus Episcopus dixit.* In plebe mea est, circum circa meum est totum. Etiam mei terrore succubuerunt omnes qui in eodem loco constituti erant. *Severianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Mentitur. *Et recitavit.*

CXXXV. Dominicus Episcopus plebis [d] Bullensium regiorum præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso mihi est Felix, sed [e] unus est qui illi communicat. *Et accedente Felice Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* [f] Valentinus Episcopus Vaianensis pro consacerdote meo Regino Ecclesiæ [g] Vegeselitanæ, qui hic apud Carthaginem infirmitatis causa detinetur, præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino subscripsi. *Quo recitato, Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [h] Malè habet. *Habetdeus Diaconus dixit.* [i] Gavinus præsto est. *Et recitavit.* Reparatus Episcopus plebis [k] Susafaritanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Non habet, fuit ibi. *Habetdeus Diaconus dixit.* Modò recessit. *Et recitavit.* Proculus Episcopus plebis loci [l] Serrensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitatem habeo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Publicius Episcopus [m] Gratianopolitanæ plebis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso Deuterius est, solus sine plebe. *Deuterius Episcopus dixit.* Quia & domos dejecisti, & persecutionem mihi fecisti. *Et recitavit.* Maximianus Episcopus plebis [n] Zugabbaritanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso habeo Germanum. *Et accedente Germano Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Pompeianus Episcopus [o] Sucardensis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hic est, sed ægrotat. *Et recitavit.* Fortunatus Episcopus plebis [p] Rusuccurritanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso mihi est Optatus. *Et accedente Optato Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Victor Episcopus plebis [q] Barti-

[a] NON ME NOVIT] Sic infrà cap. 141. Urbanus Episcopus Vicensis Donatista ait se non nosse Asterium Episcopum Vicensem catholicum.

[b] GISIP. MAI.] in provincia proconsulari, ut patet ex notitia & ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[c] CERAMUNENSIS] in indiculo capitulorum, *De Episcopo & Ecclesia Ceramussense.* Suprà cap. 65. & heic paulò pòst scriptum est *Ceramussa* in responsione Adeodati, qui tergiversatur, neque claré respondet an ipse esset Episcopus Ceramussensis, quod tum quærebatur, sed tantùm Ceramussam esse in plebe sua Milevitana. Iterum Cernamusa, quæ infrà cap. 179. commemoratur, diversa fuit à Ceramunâ seu Ceramussa. Argumento illud est, præter ea quæ illic dicentur, quòd heic Severianus Episcopus Ceramunensis catholicus affirmat se non habere adversarium, & non convincitur mendacii. Et in capite illo 179. Sarmentius Episcopus Cernamusensis Donatista postulat ut gestis inferatur se non habere adversarium in plebibus suis. Quod dicere non potuisset si quis in ea diœcesi fuisset Episcopus catholicus. Cernamusa ergo, ut ego quidem arbitror, erat in Mauritania Sitifensi. Nam in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 127. reperio Severianum Episcopum Mauritaniæ Sitifensis, cujus sedes illic non nominatur, per ea omnino tempora floruisse. Certè contentio illa inter Severianum & Adeodatum ostendit Ceramunam sive Ceramussam fuisse sitam in confinio diœcesis Milevitanæ, id est, in limite Numidiæ & Mauritaniæ Sitifensis, quæ inter Numidiam & Mauritaniam Cæsariensem, in qua Ternamusa, interjacet. Porrò, ut in itinerario Antonini scriptum est, *flumen Malva dirimit Mauritanias duas.* In nomenclatura Episcoporum Mauritaniæ Sitifensis quos Hunericus Rex Vandalorum exagitavit recensetur *Marianus Cadamusensis.* Quod fortassis ita emendandum est ut legatur *Ceramusensis.*

[d] BULLEN. REG.] Duplex fuit Bulla civitas in Africa, utraque in provincia proconsulari; quarum una dicta est simpliciter Bulla, alia Bulla regia. Utriusque mentio extat in notitia Episcoporum Africæ. Regiæ verò mentio est etiam in itinerario Antonini & in tabula Peutingeriana. Concilio Carthaginensi sub Genetlio interfuit Epigonius Episcopus Bullensium regiorum.

[e] UNUS ILLI COMM.] id est, ferme solus est Donatista in plebe mea, cùm nullus illi communicet præter unum tantùm. Sic paulò pòst Deuterius Episcopus Gratianopolitanus Donatista dicitur esse solus sine plebe.

[f] VALENTINUS VAIAN.] Antea legebatur *Valentinianus Vaiensis*, certò errore. Nos emendavimus. Vide quæ dicta sunt suprà cap. 99. pag. 191.

[g] VEGESELIT.] Vide quæ suprà dicta sunt cap. 133. pag. 211.

[h] MALE HABET] Puto heic legi debere, *Non habet*, id est, adversarium. Nam statim Habetdeus Diaconus Primiani objicit Gavinum Episcopum Vegeselitanum Donatistam præsto esse.

[i] GAVINUS] Antea scriptum erat *Gavinius*, etiam in veteri codice. Nos emendavimus, tum quia infrà cap. 157. quum ejus nomen recitatur, Gavinus dicitur, tum quia S. Augustinus lib. 1. contra Gaudent. cap. 12. & 33. meminit cujusdam Gabini Episcopi Donatistæ qui ad catholicam veritatem transierat, id est, ut puto, istius nostri.

[k] SUSAFARIT.] in Mauritania Cæsariensi; ut patet etiam ex itinerario Antonini, ubi Susafar recensetur inter oppida illius provinciæ. In notitia Episcoporum ejusdem provinciæ nominatur Victor Susaritanus, itemque Romanus Susaritanus; quorum unus fortassis erat catholicus, alter Donatista conversus. Sanè utrobique videtur legendum *Susafaritanus.*

[l] SERREN.] sive Sertensis in Mauritania Cæsariensi, ut habet notitia.

[m] GRATIANOPOL.] in Mauritania Cæsariensi, ut docet eadem notitia.

[n] ZUGABBAR.] Antea legebatur *Subcabburitensis.* Nos emendavimus ex capite 182. ubi sursum nominatur ejus adversarius Germanus.

[o] SUCARDEN.] in eadem Mauritania, ut docet notitia.

[p] RUSUCCURIT.] in eadem Mauritania, ut tradit notitia.

[q] BARTIMIS.] in eadem Mauritania; ut patet ex notitia, ubi scriptum est *Vardimissensis.*

misiensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Restitutianus Episcopus plebis [a] Sululitanæ coram viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Omnis catholica est, omnes catholicos habemus. *Valentinianus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Helpidius Episcopus plebis [b] Aquensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso mihi est Reparatus Episcopus. *Et accedente Reparato Episcopo, idem dixit.* Ipse est, agnosco illum. *Et recitavit.* Victor Episcopus plebis [c] Malianensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso mihi est Nestorius. *Et accedente Nestorio Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Ego Restitutus Episcopus petitum me à Victore Episcopo [d] Mammillensi coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino subscripsi eum suprascripta mihi mandasse. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso est Sereoianus. *Et accedente Sereniano Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Victor Episcopus plebis [e] Tabaicariensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso est Marcianus. *Et accedente Marciano Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Victor Episcopus plebis [f] Timicitanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Haheo Opratum è diverso. *Et accedente Optato, idem dixit.* Ipse est. *Et recitavit.* Bonifacius Episcopus plebis [g] Vallitanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Non habeo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Defunctus est ante annos septem. Restitutus dictus est. *Et recitavit.* Qui supra pro Lioeniano Episcopo plebis [h] Tapruensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino subscripsi eum præsentem Carthagine mandasse. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est. *Habetdeus Diaconus dixit.* Contra non habemus. *Et recitavit.* Proculus Episcopus plebis [i] Giutsirensis salariæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est. *Habetdeus Diaconus dixit.* Habet Presbyterum Lilybium. *Et recitavit.* Auxilius Episcopus plebis [k] Nutconensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Vnitatem possidemus, quod omnes sciunt Cæsarienses. Hic est [l] Severious, dicat. *Severinus Episcopus dixit.* Nunquam habuit. *Et recitavit.* Mensurius Episcopus plebis [m] Medefessitanæ coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato,* [*idem dixit.* Neminem habeo contra me.] *Valentinianus Diaconus dixit.* Modò exivit de corpore. *Et recitavit.* [n] Honorius Episcopus pro Ianuario fratre & coepiscopo meo plebis [o] Casarum Medianensium Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi, & pro eo subscripsi. *Quo recitato, & accedente Ianuario Episcopo catholico, idem dixit.* E diverso est mihi Æmilianus. *Et recitavit.* Adeodatus Episcopus plebis [p] Simidiccensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Ego Restitutus Episcopus prò Solemnio collega meo plebis [q] Tigisitanæ præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellioo suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso est Paschasius. *Et accedente Paschasia, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Lampadius Episcopus

[a] SVLVLITT.] in Mauritania, ut opinor. Quippe omnes isti Episcopi consequenter sunt ex ea provincia.

[b] AQVENSIS] in eadem provincia, ut patet ex nositia. Victor Vitensis lib. 5. commemorat Crescentem metropolitanum Aquitanæ civitatis, id est, ut ego quidem arbitror, Aquensis in Mauritania. Nam quòd vir clarissimus Christianus Lupus in dissertatione de appellationibus Ecclesiæ Africanæ cap. 8. hic emendat *Mauritania civitatis*, merum commentum est, cùm nulla in Africa civitas fuerit istius nominis. Variæ fuot inflexiones vocabulorum quæ descendunt ab Aquis, & idem omnes significant. Itaque & Aquenses olim dicebant & Aquitanos, ut patet etiam ex Plinio lib. 4. cap. 19.

[c] MALIANSN.] in eadem Mauritania, ut colligitur ex itinerario Antonini.

[d] MAMMSLLUN.] in eadem provincia, ut traditur in notitia Africæ

[e] TAUASCAR.] sive Tabadcarensis in eadem provincia, ut videre est in eadem notitia.

[f] TIMICIT.] in eadem Mauritania Cæsariensi, ut scribitur in notitia.

[g] VALLIT.] Apud Optatum lib. 5. mentio est Bonifacii Ballitani, qui fuit Donatistarum Episcopus Romæ post Victorem Garbiensem. Vallim, unde puto deductum vocabulum, in provincia proconsulari locant itinerarium Antonini & tabula Peutingeriana. Restitutus Episcopus Vallitanus interfuit Concilio Carthaginensi sub Bonifacio Vallitam porrò, unde dictus Episcopus Vallitanus, vir doctiss. cum Volita confundit, eundem putant esse Episcopum Vallitanum & Volitanum. Verùm huic sententiæ repugnant hæc gesta. Nam isthic nominatur Bonifacius Episcopus Vallitanus catholicus, qui non habebat adversarium in plebe sua. At suprà cap. 128. pag. 205. recensetur Crispulus Episcopus Ecclesiæ Volitensis catholicus, & ejus adversarius Quodvultdeus Donatista.

[h] TAPRVX] In codice MS. & in vulgatis editionibus legitur *Traprurensis*. Idem locus *Taparura* vocatur in tabula Peutingeriana, *Taphrura* apud Ptolemæum, & *Taphra* à Plinio. Verum tamen, ut ego quidem arbitror, illius nomen est *Taprura*. Vide infrà cap. 187. ubi agitur de Marco Episcopo Midicensi.

[i] GIVTS. SALARIÆ] Hæc est scriptura veteris libri; quam Massonus mutavit in *Ginesitensis salaria*, & Pithœus non emendavit. Rectè autem hanc urbem à Gisipa distinxit Henricus de Noris.

[k] NVRCUNEN.] in Mauritania Cæsariensi, ut patet ex his quæ statim dicuntur. Patet etiam ex notitia Episcoporum illius provinciæ, inter quos recensetur Maddanius Muconensis.

[l] SEVERINVS] Episcopus Castellanus in eadem Mauritania, qui rursum nominatur infrà cap. 180.

[m] MADEFESSIT.] sive Mnefessitanus in provincia Byzacena, ut patet ex notitia Episcoporum Africæ. Menepheleos in Byzacio sitæ meminit Procopius lib. 2. de bello Vandal. cap. 23.

[n] HONORIVS EPISC.] Cellensis. suprà cap. 125.

[o] CASAR. MEDIAN.] in Numidia, ut patet ex notitia.

[p] SIMIDICC.] in provincia proconsulari, ut liquet ex Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. in quo Adeodatus Episcopus Simidicensis nominatur inter legatos provinciæ proconsularis.

[q] TIGISIT.] in Numidia. Procopius lib. 2. de bello Vandal. cap. 10. *Castellum quoque struxerunt in urbe Numidia, ubi est urbs jamdicta Tigisis.* Notus est Secundus Episcopus Tigisitanus tempore persecutionis Diocletiani; *qui tunc agebat in Numidia primatum*, ut in epistola 165. ait Augustinus. Porrò cùm duo oppida Tigisitana fuerint in Africa, unum in Numidia, aliud in Mauritania Cæsariensi, hinc cogor existimare Solemnium istum fuisse Episcopum Numidam quòd Restitutus Episcopus, qui alius esse non potest quàm Novasinnensis, pro eo subscribit.

plebis [a] Tiseditensis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso [est mihi Donatus. *Et accedente Donato, idem dixit.*] Agnosco illum. *Et recitavit.* Cyprianus Episcopus plebis [b] Tuburbitanorum majorum præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso est Rofinus. *Et accedente Rufino, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Donatianus Episcopus plebis [c] Zellensis præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso habeo Natalicum. *Et accedente Natalico Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. [*Et recitavit.*]

CXXXVI. Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ [d] Tagastensis Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* Utinam quemadmodum Tagastis antiqua unitate gaudet, ita etiam de ceteris locis gaudeamus.

CXXXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Mala est unitas innocentiæ & criminis. Non possunt utraque juxta misceri. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Et recitavit.*

CXXXVIII. Augustinus Episcopus Ecclesiæ [e] Hipponiensium regiorum Carthagini constitutus præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato, & accedente Macrobio Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* [f] Vincentius Episcopus Ecclesiæ Culusitanæ Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica est. *Habetdeus Diaconus dixit.* Habuit, sed modò communicavit [g] ipsis. *Et recitavit.* Fortunatus Episcopus Ecclesiæ [h] Constantiniensis Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso habeo Petilianum.

Petilianus Episcopus dixit. Ipse est Ecclesiæ persecutor in eadem civitate ubi ego Episcopus sum. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit.* Et paulò antè jaculatus es injuriam, & non recepisti. *Fortunatus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* In eadem civitate ab hæreticis omnia altaria confracta sunt. *Petilianus Episcopus dixit.* Persecutorem te esse acta contineant. Loco suo audies quæ mereris. *Et recitavit.* [i] Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ [k] Siccensis Carthagini constitutus præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* Unitatem Ecclesiæ Siccensis novi, [l] Episcopum quidem tantùm nomine audivi. *Et recitavit.* [m] Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ [n] Calamensis Carthagini constitutus præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Petilianus Episcopus dixit,* [o] Crispinus proximo tempore exivit de corpore. *Et recitavit.* [p] Florentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ [q] Hipponensium Zaritorum Carthagine constitutus coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso est Victor. *Habetdeus Diaconus dixit.* Custos datus est codicum. Vida suprà cap. 132.

CXL. *Petilianus Episcopus dixit.* Iamdudum inter defen-

[a] TISEDIT.] Vir doctiss. Ioannes Garnerius contendit legendum hîc esse *Tididitanus*, quòd notitia Episcoporum Numidarum meminerit Abundii Tididitani. Contrà vir item doctissimus Henricus de Noris suspicatur corrigendum fortean ex collatione locum notitiæ, quia rursum infrà cap. 198. memoratur Donatus Episcopus Tiseditensis Donatista. Sanè cùm videam hæc duo vocabula composita esse ex literis quæ sæpe commutantur inter scribendum, facilè assentior iisdem viris doctissimis existimantibus Tididitanam & Tiseditensem unam eandemque Ecclesiam fuisse.

[b] TIBURB. MAI.] in provincia proconsulari, ut antea diximus.

[c] ZELLEN.] Hinc confici posse puto Zellam differre à Tela. Nam Natalicus Donatista, adversarius istius Donatiani, nominatur rursum infrà cap. 163. inter Episcopos Donatistas. At cap. 207. apparet Felix Episcopus Telensis Donatista. Quod evincit, ut dicebam, Telam & Zellam differre. Fatendum est Concilio Cabarsussitano subscripsisse Natalicum Episcopum Telensem.

[d] TAGAST.] in Numidia, ut docet notitia. Notum est autem eam fuisse patriam sancti Augustini, quam ipse in epistola 125. vocat patriam suam carnalem.

[e] HIPPON. REG.] in Numidia; ut satis notum est, & patet ex pluribus Augustini locis, & ex vita ejus à Possidio scripta.

[f] VINCENT. CULUSIT.] magni tum nominis Episcopus, qui in collatione ista fuit unus ex septem Episcopis catholicis electis ad agendam causam contra Donatistas. Ejus mentionem facit Paulinus in vita S. Ambrosii cap. ult. ubi malè vocatur Colossitanus Episcopus. Idem interfuit Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. inter Episcopos provinciæ proconsularis. Nominatur etiam in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 127.

[g] IPSIS] id est, catholicis, ideoque à nobis recessit.

[h] CONSTANTIN.] sive Cirtensis in Numidia, ut satis notum est.

[i] FORTUNATIANUS SICC.] Ad eum extat commonitorium de visione Dei inter epistolas Augustini. Illi porrò in cathedra Siccensi circa annum CCCCXIII. successisse Urbanum putant viri doctissimi qui ejusdem Augustini lucubrationes melioris editionis honore donant.

[k] SICCENSIS] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. Siccensis Episcopus dictus à Sicca Veneria, cujus mentio extat in itinerario Antonini, in tabula Peutingeriana, & apud Procopium lib. 2. de bello Vandal. cap. 24. ubi ait illam tridui itinere distare à Carthagine.

[l] EPISCOPUM AUDIVI] Is infrà cap. 198. vocatur Paulus. Mirum est autem non contrà stetisse quum hæc relegeremus.

[m] POSSIDIUS] Notissimum est istius viri nomen, eo præcipuè quòd vitam sancti Augustini scripserit.

[n] CALAMAN.] in Numidia, ut omnibus notum est, & constat etiam ex Augustino.

[o] CRISPINUS] Episcopus Calamensis in Numidia, ut docet etiam epistola 171. Augustini ad eum scripta, in qua legitur: *Ambo in Numidia sumus.* Erat autem Calama posita inter Cirtam & Hipponem, sed tamen Hipponi vicinior; ut Augustinus ait in libro secundo contra literas Petiliani cap. 99. Ad eundem extat epistola 173. ejusdem Augustini, in qua eum objurgat quòd octoginta Mappalienses vi rebaptizasset. De quo etiam agit in libro secundo contra literas Petiliani c. p. 83. & 99. Obiit ergo Crispinus, *multi temporis doctor*, ut in vita Augustini cap. 12. ait Possidius, id est, Episcopus multorum annorum, anno CCCCXI. instante collatione, ut apparet ex hoc loco. Ex quo consequitur libros Augustini adversùs literas Petiliani scriptos esse ante collationem, cùm illic loquatur de Crispino vivente. De eodem Crispino agit etiam lib. 3. contra Crescontum cap. 46. & seqq.

[p] FLORENTIUS] Hunc ego puto diversum non esse ab eo qui cum aliis collegis suis legationem suscepit adversùs Donatistas in Concilio Carthaginensi habito anno CCCCX.

[q] HIPPON. ZARITOR.] In veteri libro legitur *Hypp' Zaritor'*. Ex quo Massonus effecit *Hipponensis Zarmorensis* quam lectionem retinuisse miror Petrum Pithœum. Facilis enim & obvia erat emendatio, quæ & mihi statim occurrit, & ante me etiam Christophoro Iustello ad canonem 79. collectionis Africanæ. Vide quæ de hoc argumento dicta à nobis sunt in notis ad librum Lactantii de mortibus persecutorum. Ea lectio orta est ex consuetudine veterum, qui *za* sæpe pro *dia* scribebant, uti jam dictum à nobis est. Nam & apud Luciferum Calaritanum in libro de non parcendo in Deum delinquentibus scriptum sæpe est *Odiar* pro *Ozar*. Vide glossarium Dufresnii in verbo *Zabulus*, & Suritæ emendationes in Itinerarium Antonini pag. 196. De Hippone Diarrhyto, & unde ita dictus sit, vide Salmasium ad Solinum pag. 381.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG. CXLI.

sores quibus mandatum est adverti nomen Fortunatiani & Fortunati retineri. Nunc quoque ipsos mandatores esse recitati percipio. Quæ est ista diversitas? Nemo unquam sibi mandavit.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Vtrum eorum qui causam peragendam susceperunt par atque similis sit subscriptio recitetur. *Et recitavit.* Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Constantinensis Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Item recitavit.* Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Siccensis Carthagini constitutus præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato*,

CXLII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Pervidet sanctitas vestra subscriptionibus suis eos de suscepto mandato fuisse professos. Vnde cetera per ordinem relegantur. *Et recitavit.* Serenianus
a Episcopus [a] Miditensis Carthagini constitutus præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem*
b *dixit.* Catholica est. [b] *Peregrinus Sufetanus Episcopus dixit.* Presbyterum illic habeo Victorem. Dio-
c ceses mea est. [c] *Victor Episcopus dixit.* Adsum. Scriptum sit si ipse Florentius bene me agnoscit, qui me persecutus est innocentem, quem apprehendit, & in custodiam officii dedit necandum, ubi triennium temporis feci.

CXLIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ista suo ordine, cùm putaveris, peragentur. *Et reci-*
d *tavit.* Novatus Episcopus Ecclesiæ [d] Sitifensis Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso habeo Marcianum. *Et accedente Marciano Episcopo, idem dixit.* Agnosco persecutorem meum. *Et recitavit.* Mau-
e rentius Episcopus Ecclesiæ [e] Tubursicensis Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso Ianuarianum habeo. *Et accedente Ianuariano, idem dixit.* Agnosco illum.
f g *Et recitavit.* [f] Bonifacius Episcopus Ecclesiæ [g] Cataquensis Carthagini constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso Speratus est mihi. *Et accedente Sperato, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.* Squillacius
h Episcopus Ecclesiæ [h] Scillitanæ Carthagini constitutus præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverso Donatum habeo. *Et accedente Donato Episcopo, idem dixit.* Agnosco illum.
i *Et recitavit.* [i] Priscus Episcopus Ecclesiæ Quidiensis Carthagine constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* Non habeo Donatistas. Qui illic fuit cum paucis parentibus suis, cum ipsis conversus est. *Honoratus Episcopus dixit.*
k Episcopus noster [k] Quizicensis succubuit in persecutione. Presbyteri nostri sunt illic. *Et recitavit.*
l Deuterius Episcopus [l] Cæsariensis Carthagine constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi [& subscripsi.] *Quo recitato, Fortunatianus Episcopus Ecclesia catholica dixit.* Custos est tabularum. *Valentinianus Diaconus Episcopi Primiani dixit.* [m] Emeritus est illic. *Et* Vide suprà cap. 132.
m *accedente Emerito, idem dixit.* Agnosco eum. *Et re-*
n *citavit.* Restitutus Episcopus [n] Tagorensis Carthagini constitutus præsente v. c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi [& subscripsi.] *Quo recitato, Fortunatianus Episcopus Ecclesia catholica dixit.* Etiam ipse custos est tabularum. *Valentinianus Diaconus Episcopi Primiani dixit.* Non babemus. *Et*
o *recitavit.* Leo Episcopus municipii [o] Moptensis Carthagine constitutus præsente v.c. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo Felicem. *Et accedente Felice, idem dixit.* Agnosco illum. *Et recitavit.*
p Alterius Episcopus plebis [p] Vicensis Carthagine constitutus coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino [suprascripta] mandavi & subscripsi. *Quo recitato, idem dixit.* In ipso solo mecum alius Epis-
q copus non est. *Et accedente* [q] *Vrbano Episcopo, idem dixit.* Deus videt quia non illum novi.

[a] MIDIT.] Puto scribendum esse *Midilensis.* Nam & in Concilio Carthaginensi sub Cypriano legitur Iader à Midila, & inter Episcopos Numidas qui crudelitatem Hunerici Vandalorum Regis experti sunt nominatur Florentianus Midilensis.

[b] PEREGRINVS SVFET.] Iste non erat catholicus, sed Donatista. Vide infrà cap. 187.

[c] VICTOR EPISC.] Hipponensium Diarrhytorum, Donatista. Nominatus fuerat paulò antè, & non comparuerat. Nunc se adesse testatur.

[d] SITIFEN.] in Mauritania Sitifensi, qui Concilio Carthaginensi interfuit anno CCCCXIX.

[e] TVBVRSIC.] in Numidia, ut patet ex notitia. Hinc ergo intelligimus cujus sedis Episcopus fuerit Maurentius Episcopus laudatus in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 100.

[f] BONIFACIVS] Ejus mentionem facit S. Augustinus epist. 224 & 229. ex quibus constat eum successisse Paulo.

[g] CATAQVEN.] in Numidia, ut opinor. Nam in notitia Episcoporum illius provinciæ recensetur *Pascentius Cethaquensis ca.* In vetustiore exemplari ex quo hæc notitia primò descripta est, hauddubiè scriptum erat *Cethaquensis.* Postea is qui contulit, aut studiosus quidam, admonuit in margine legendum esse *Ca* in prima syllaba. Deinde imperitus librarius locum integrum exscripsit absque judicio, & textum fecit quæ erat emendatio.

[h] SCILLIT.] in Numidia, ut docet eadem notitia.

[i] PRISCVS QVID.] in Mauritania Cæsariensi, ut docet notitia. Hic postea, cùm Primas suæ provinciæ evasisset, primatum amisit ob culpam suam, & tamen in episcopatu remanere permissus est. Vide Augustin. epist. 261.

[k] QVIZICEN.] Ita nos emendavimus, cùm antea legeretur *qui Zicensibus.* Ait Honoratus Donatista adversarium Prisci Episcopi Quidiensis catholici succubuisse in persecutione. Quizicensem ergo dixit pro Quiditosi, more Afris loquendi scribendique modo.

[l] CÆSARIEN.] in Mauritania. Eum Metropolitanum Cæsariensem vocat Augustinus in initio libri de gestis cum Emerito.

[m] EMERITVS EST ILLIC] id est, apud Cæsaream Mauritaniæ, adversarius Deuterii. Celebre est viri nomen.

[n] TAGORENSIS] in Numidia, ut docet notitia.

[o] MOPTENSIS] in Mauritania Sitifensi, ut patet ex Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX cui interfuit hic Leo. Quidam codices, etiam vetustissimi, habent *Moctensis.* Infrà cap. 180. nominatur Felix Episcopus Moptensis, istius Leonis adversarius.

[p] VICENSIS] fortè Vici pacensis in Numidia, cujus mentio extat in notitia Africæ. Concilio Carthaginensi sancti Cypriani interfuisse legitur *Ianuarius à Vico Cæsaris*, in Concilio verò Cabarsussitano anni CCCXCIII. *Paschasius à Vico Augusti.* Vtrum una eademque horum trium Episcoporum sedes fuerit, alii investigabunt. In itinerario Antonini & in tabula Peutingeriana Vicus Augusti locatur inter loca provinciæ Byzacenæ.

[q] VRBANO EPISCOPO] Vicensi, qui nominatur infrà cap. 206 inter Donatistas. Quare quod paulò antè dicit Asterius in ipso solo Vicensi alium secum Episcopum non esse, istud ita intelligendum est ut dicamus ignotum illi fuisse Vrbanum, sicut suprà pag. 217 adnotavimus de Victore Episcopo Hiltensi Donatista. Quod confirmatur ex verbis Vrbani, qui sic ait: *Deus videt quia non illum novi.*

Marcellinus

ANNO CHRISTI 411.

CXLIV. COLLATIO CARTHAG. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* [a] Jamdudum me obtulisse sanctitati vestræ sat certum est ut competenti reverentia sedentes omnia tractaretis, siquidem mihi onerosum esse non nescio tot venerabilibus viris stantibus residere. Unde vel nunc, multitudine sequestrata, [b] sedere dignemini.

CXLV. *Petilianus Episcopus dixit.* Agimus gratias honorificentiæ tuæ, vir nobilis, quod talis ac tanta est tua [c] pietas ut benemeritis viris antiquissimisque sacerdotibus & tot persecutionum palmis florentibus hanc benignitatem præstare digneris ut gravissima senectus, quæ ornata est annis & meritis suis, sedendo sese reficiat, ne stando diutiùs laborare videatur, ne hic quoque labor oneret modicas vires senectutis. Sed quoniam vires Dominus subministrat, ipsamque reverendam senectutem facit esse fortiorem, non erubescimus, non veremur, non evitamus, te residente, vir nobilis, libenter adsistere. Siquidem hoc nec Dominus noster Christus vitaverit, cùm ante præsidem stetisse dignatus est, quanto magis nos non recusamus, cùm tu honorificus, tu justus, tu reverens, tu benignus, hanc offeras gratiam, quæ tibi à Domino remuneratore dignissimis præmiis frequentissimè referatur? Id autem nobis expedit, id necesse est, ut cùm causa peroratur, cùm priùs incipitur, ut etiam personæ constent, stare singulos deceat quibus subire contingit disceptationis examen. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CXLVI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam oblata recusat sanctitas vestra, pars illa tractanda est, ut quia, sicut voluit vestra religio, universorum qui subscripserunt demonstrata præsentia est, secundùm formam cœlestis oraculi, sponsionis quoque vestræ memores, deligatis idoneos vestræ scilicet assertionis actores, quibus disputantibus, atque multitudinis, sicut antè placuit, confusione seclusa, plenè possint universa cognosci.

CXLVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Res [d] in vado est, mandantium persona præsens est, mandatum quoque ferimus; sed ut actorum fides etiam cum nostra subscriptione adstipuletur, & professio recitabitur, & quæ in placito subscripta sunt, actis hærebunt. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG. CXLVIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Susceptum mandatum ab officio recitetur. *Et cùm ita dixisset,* [e] *Rufinianus scriba recitavit.* Post consulatum Varanis viri clarissimi octavo Kalendarum Juniarum Carthagini Januarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis, & ceteri, [f] Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato coepiscopis nostris præsentes præsentibus salutem. Mandamus vobis Ecclesiæ Dei causam, defensoresque vos facimus adversùs traditores persecutoresque nostros, qui nos in judicio viri clarissimi spectabilis Tribuni & Notarii Marcellini per supplicationem suam proposito edicto inquietare voluerunt, ut eorum intentionibus respondeatis. Quicquid egeritis pro statu sanctæ Ecclesiæ ratum nos habituros nostra subscriptione profitemur. *Et alia manu.* Optamus vos in Domino bene valere & nostri memores esse. *Quo recitato,*

CXLIX. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Subscriptiones hujus quoque mandati relegantur. *Rufinianus scriba recitavit.* [g] Januarianus Episcopus Casensium Nigrensium huic mandato nostro subscripsi. *Item alia manu.* Primianus Episcopus Carthaginensis huic mandato subscripsi. *Item alia manu.* [h] Felix urbis Romæ Episcopus huic mandato subscripsi. *Item alia manu.* Donatus Episcopus Botrianensis huic mandato subscripsi. *Item alia manu.* Florianus Episcopus [i] Putiziensis subscripsi. *Item alia manu.* Candorius Episcopus Aggeritanus subscripsi. *Item alia manu.* Antonianus Episcopus [k] Lamsortensis subscripsi. *Quo recitato,*

CL. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Noverimus etiam ipsorum præsentiam. [*Et alia manu.*] Recognovi.

CLI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Tam mandatum quàm subscriptiones eidem cohærentes gestis præsentibus inserentur. Ad pleniorem autem fidem pars utraque designet utrum nihil de mutuis mandatis vocetur in dubium.

CLII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Secundùm subscriptiones mandati singuli accesserunt nostrorum, & professi sunt mandasse se nobis. Etiam ipsi hoc faciant; ut subscriptioni-

[a] IAMDUDUM] Hinc & ex capite tertio secundæ cognitionis constat hanc quoque partem gestorum à Marcello Memoriali omissam fuisse in qua continebatur interlocutio Marcellini Episcopos invitantis ut sederent.

[b] SEDERE DIGNEMINI] Vide S. Augustinum in breviculo primæ diei cap. 13.

[c] TANTA EST TUA PIETAS] Antea legebatur *tua præsentia*. In archetypo, ex quo vetus exemplar quo nunc utimur descriptum est, vox illa per unicam literam *p* scripta erat, quemadmodum *præstantia* sæpe in hoc libro simpliciter designatur per eandem literam. Et cùm vocabulum pietatis here non occurreret librario, quæ prima vox illi in mentem venit, eam posuit.

[d] RES IN VADO EST] In veteri libro legitur: *Res invando est.* Quem locum cùm Massonus & Pithœus viderent indigere emendatione, reposuerunt: *Res juvanda est.* Verùm hæc emendatio nullatenus congruit cum verbis sequentibus. Vera lectio ea est quam nos afferimus. Verba sunt Terentii in Andria act. 5 sc. 2. *Omnis res est jam in vado.*

[e] RUFINIAN. SCRIBA] In veteri libro & in editionibus legitur *subscriba*. Verùm mendum heic esse certò probant hæc gesta, in quibus hic Rufinianus semper vocatur scriba Curatoris celeæ Carthaginis, hoc loco duntaxat excepto. Itaque nos emendavimus.

[f] PRIMIANO] Episcopo Carthaginensi, Petiliano Constantiniensi, Emerito Cæsariensi in Mauritania, Protasio Tubiniensi, Montano Zamensi, Gaudentio Thamugadensi, Adeodato Milevitano. Porrò Emeritum Cæsariensem fuisse unum ex his septem docet etiam sanctus Augustinus in libro secundo retractat. cap. 51. *Orta est nobis necessitas pergendi in Mauritaniam Cæsariensem. Ibi apud ipsam Cæsaream Emeritum Donatistarum Episcopum vidimus, unum scilicet eorum septem quos pro sua causa defensione delegerant.* Vide etiam eodem libro 2 cap. 59. ubi Gaudentium quoque Thamugadensem numerat inter illos septem.

[g] IANUARIANUS CAS. NIGR.] Primas hic fuit Episcoporum Numidarum partis Donati, ut docet indiculus Possidii in codice Colbertino. Quod etiam indicabat lemma epistolæ 68. S. Augustini in antiquis editionibus. Fuere porrò qui censerent sanctum Gregorium lib. 1. epist. 75. vetuisse ne Donatistis liceret habere Primates, cùm tamen ex verbis ejus nihil aliud possit colligi quàm ut hi qui ex parte Donati transibant ad Ecclesiam catholicam, in eaque postea ad episcopatum perveniebant, ad primatus dignitatem provehi non possent, etiam cùm ordo clericorum eos ad locum eundem deferret.

[h] FELIX UR. RO. EPISC] Felicem quendam, inquit Balduinus, qui se urbis Romæ Episcopum esse jactabat, in hac collatione cum Donatistis fuisse acta significant, ubi & Romana nescio quæ nobilitas simul adesse dicitur. Itaque rectè suspicatur aliquem Donatistam pseud'episcopum, qui Romæ suis Donatistis Montensibus (ut ibi appellabantur) præfuerat, urbe capta, Gothos fugientem, cum suis in Africam trajecisse & sese collationi Carthaginensi, in quam fortè incidit, cupidè & ambitiosè immiscuisse.

[i] PUTIZIAN.] sive Putiensis in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

[k] LAMSORT.] in Numidia, ut docet eadem notitia. Florentius Episcopus plebis Lamsortensis interfuit Concilio Carthaginensi anni DXXV.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

hus recitatis, singuli profiteantur mandavisse se huicque mandato subscripsisse. *Et alia manu.* Recognovi.

CLIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ideo transire jussi sunt singuli ut de præsentia, non de professione, constaret. Subscriptiones enim tantùm posse sufficere nulli vocatur in dubium. Vnde nunc illud quæritur, utrum utrarumque partium mandata utrisque partibus placere videantur.

CLIV. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Sed volumus ut suis subscriptionibus respondeant per incolumitatem tuam, cognoscant mandavisse se, quia non interfuit sublimitas tua cùm illi subscriberent. Quod clanculò fecerunt, publicè profiteantur. *Et alia manu.* Recognovi.

CLV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Iusta poscuntur, licèt subscriptiones certum sit posse sufficere.

CLVI. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Ipsi nos sollicitiores reddiderunt.

CLVII. *Rufinianus scriba recitavit.* Ianuarianus Episcopus Casensium [Nigrensium.] *Et cùm recitasset, Ianuarianus [Episcopus dixit.]* Ego & mandavi & subscripsi. Scriptum sit itaque me non habere adversarium aliquem de parte ipsorum in plebe mea. *Rufinianus scriba recitavit.* Primianus Episcopus Carthaginensis. *Et cùm recitasset, Primianus Episcopus Carthaginis dixit.* Mandaveram, sed ego hoc mandatum suscepi. *Rufinianus scriba recitavit.* Felix Episcopus urbis Romæ. *Et cùm recitasset, Felix Episcopus urbis Romæ dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Vbi est Felix? *Et alia manu.* Recognovi.

CLVIII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Esto quia urbis Romæ Episcopum se dicit. Quare præjudicatur [a] absenti! *Et alia manu.* Recognovi.

CLIX. *Petilianus Episcopus dixit.* [b] Quæ ratio huc eum detulerit nullus ignorat. Nobilitatem omnem hic esse Romanam nec ipsi nescitis. Idem igitur turbo eademque necessitas eum huc detulit. Vt non dissentire videretur à nobis, & ipse mandavit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CLX. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Potuimus & nos transmarinos conducere, quorum nomina adderemus mandato. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Licèt & sanctitas vestra plenius recognoscat & imperiali sit auctoritate definitum inter Africanarum provinciarum Episcopos me tantùm debere cognoscere, tamen hoc quoque [c] sine præjudicio Episcopi urbis Romæ, licèt ex superfluo, libenter indulgeo.

CLXII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* [d] Abundat nos absenti præjud.casse. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXIII. *Petilianus Episcopus dixit.* In omnibus hoc sequantur & teneant, se pro absentibus & transmarinis nihil esse loquuturos. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Abundat nos [e] Innocentium dixisse urbis Romæ esse Episcopum. *Et alia manu.* Recognovi. *Rufinianus scriba recitavit.* Donatus Episcopus Botrianensis. *Idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. Scriptum sit me non habere contrarium. *Rufinianus scriba recitavit.* Florianus Episcopus Putiziensis. *Et cùm recitasset, Primianus Episcopus Carthaginis dixit.* Hic apud Carthaginem infirmatus est: timens exitum suum perrexit, jam subscripserat. *Et recitavit.* Candorius Episcopus Aggeritanus. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. [f] Habeo contrarium. *Et recitavit.* Antonius Episcopus Lamfortensis. *Idem dixit.* Mandavi & subscripsi. Non illic habeo adversarium. *Et recitavit.* Datianus Episcopus Tamicensis. *Idem dixit.* Mandavi & subscripsi, adversarium ibi non habeo. *Et recitavit.* Victorianus Episcopus Ahulsensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, adversarium habeo in diœcesi mea. *Et recitavit.* [g] Nataliçus Episcopus Zellensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Maximinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Diœcesis est [h] Mizonii Episcopi. Presbyteros habet & abundantem populum quàm ipse. *Et recitavit.* Fortis Episcopus Cediensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, adversarium non habeo.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Quoniam longum est ire per singulos, hi decem qui se mandasse professi sunt, actis edicant utrum coram ipsis omnium sit facta subscriptio, & præbeant in ea quæ sunt gesta consensum. CLXIV.

Petilianus Episcopus dixit. Magno quidem compendio utitur magnificentia tua, vir nobilis, ut decem patres collegæque nostri, qui jam se mandasse subscripsisseque professi sunt, etiam ceteros patres subscripsisse testentur. Equidem hoc ad eam rem vel maximè proficit, ne tempus hujusce diei ulteriùs producatur. Sed tamen hoc expedit causæ, ut singuli quique se & mandasse & subscripsisse profiteantur, propterea ut etiam illud non taceant, se æmulos non habere. Lucrum enim videtur his cedere qui multos se adversùm nostros habere per hanc provinciam ostenderunt, si in provincia [i] Numidia non ostendimus eos penitùs non habere, aut habere certè, sed raris locis. Omnis enim intentio nostra, vir nobilis, sicut meminisse dignaris, de numero sæpissime causata est, atque in eodem vehementissimè hæret. Et quamquam nobis multitudinem pax nutriat & conservet, illis multitudinem bella conquirant, dum absentibus nobis, aut in locis aut in civitatibus nostris aut in diœcesibus passim multas [k] imagines erigunt, ut numerosi esse videantur, tamenetsi par sit utriusque [l] adversitatis CLXV.

[a] ABSENTI] id est, vero Episcopo Romano, qui tum erat Innocentius.

[b] QVÆ RATIO] nimirum clades Romanæ urbis, quam Alaricus Gothorum Rex cœperat IX. Kal. Septembris anni superioris, ut probat Baronius

[c] SI. PR. EP. V. RO.] id est, Innocentii.

[d] ABVNDAT] id est, superfluum est. Neque enim præjudicare possumus absenti

[e] INNOCENT. DIXISSE] Ex hoc loco patet nonnulla deesse in superioribus professionibus Episcoporum catholicorum. Hactenus enim Innocentii nomen auditum non fuerat.

[f] HABEO CONTRAR.] Æmilianum, cujus nomen recitatum est suprà pag. 200.

[g] NATAL. ZELL.] Antea legebatur: *Nataliçus Tzellensis.* Emendatum est ex cap. 135. ubi Donatianus Episcopus Zellensis ait se è diverso habere Nataliçum.

[h] MIZONII] Difficile est pronuntiare cujus loci Episcopus fuerit hic Mizonius. Vir clariss. Henricus de Noris in addendis ad historiam Pelagianam hunc locum ita intelligendum putat ut in diœcesi Zellensi duo fuerint Episcopi catholici, Donatianus nimirum & Mizonius. At si istud verum est, cur Maximinus inter adversarios Natalici non numerat etiam Donatianum, Donatianum inquam quem suprà cap. 135. pag. 221. ipse Nataliçus agnoverat? Ego potiùs crediderim hunc locum esse mutilum, & deesse hic nomen alicujus Episcopi Donatistæ cujus adversarius erat Mizonius.

[i] IN NVMIDIA] Hoc ipsum agnoscit alicubi Augustinus adversùs Donatistas disputans.

[k] IMAG. ERIGVNT] id est, personatos Episcopos faciunt ut multi esse videamur, uti suprà dictum est.

[l] ADVERSITATIS] id est, adversæ partis. Vide Plinium lib. 11. cap. 25.

ANNO CHRISTI 411

numerus, major meus debet videri, qui & me absente perstitit, & cùm ipse sit cardinalis atque authenticus, nec æmulatione multiplici superatur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

COLLATIO CARTHAG.

CLXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Desiderio vestro satisfacere volui in omnibus inquirendis. Ceterùm constat nullam mihi de numero cognitionem fuisse mandatam.

CLXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Nobis hoc salvum sit quòd non debuimus reticere.

CLXVIII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Potuimus quidem numerosiores catholicæ Ecclesiæ toto orbe diffusæ, quantum ad causam pertinet, in Africa demonstrare, si in hoc totum actionis pondus consisteret. Verùm quia nescio quibus moratoriis actionibus vir gravissimus utitur Petilianus, amputatis superfluis, ad causæ jam initium veniatur, significantes insinuantesque nobilitati tuæ vanum in nos præjudicium sua prosecutione voluisse depromere. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.)

CLXIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Injuriam facis vanè, reponetur tibi; & quamquam reponere non liceat, tecum habeto. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXX. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quo diceret, excusationis tendiculas prætendens, ante diem cognitionis se quasi cælorum senatum partis Donati Episcopos, observasse diuturno labore fuisse confectos, cùm à nostra parte omnino semper audientia flagitata sit; sed idcirco diem tempusque observavimus, ut & in hoc obedientia catholicæ Ecclesiæ monstretur. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.)

CLXXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Secundùm edicti tenorem utræque partes, his tantùm in judicio remanentibus quibus constitit cognitionem ab omnibus fuisse mandatam, juxta professiones suas causam tractare debebunt.

CLXXII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ut causa cognosci possit, decernat sublimitas tua superfluam & circumstantem nobis exire multitudinem. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hoc fieri necesse est. Illud autem prius est ut decem ab utraque parte fateantur se in subscribentium consensisse personas; & licèt ad vestram petitionem eorum fuerit præsentia procurata, tamen, ne quid vobis denegatum esse videatur, universorum subscriptiones ex ordine relegantur.

CLXXIV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Respondeant utrum omnium subscriptiones quæ mandato continentur hic apud Carthaginem sint conscriptæ. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXXV. *Emeritus Episcopus dixit.* Quantum ex prosecutione cognovi, opus erat ut è nostris partibus professio promeretur. Patientia judiciorum tuorum, quæ manum dat omnibus, libenter annuit ut & ii qui subscripserunt professionem suam præsenti adstipulatione inserant gestis. Petimus præstantiam tuam ut cùm subscriptio cœperit recitari, eosdem digneris audire. *Et alia manu.* Emeritus recognovi.

CLXXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Subscriptiones omnium, sicut jusseram, recitentur. *Rufinianus scriba recitavit.* Optatus Episcopus Rusuccuritanus. *Et cùm recitasset, Optatus Episcopus dixit.* Mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* [a] Pomponius Episcopus Macrianensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. [*Et recitavit.*] [b] Donatianus Episcopus Bagaiensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* [c] Privatus Episcopus Auzagensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, adversarium in plebe mea non habeo. *Ampelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Perfectam unitatem ex conversione sua cognoscens, rectissimam fidem mecum frater meus [d] Primulus loquitur Episcopus. Episcopus enim tunc fuit partis Donati. Nunc conversus demonstrat cum plebe integram fidem ex sua conversione. Unitas illic perfecta est, non solùm in ipsa civitate, verùm etiam in omnibus diœcesibus.

CLXXVII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Rogamus recitari nomina quæ jamdudum de

a POMPON. MACRIAN.] Interfuit Concilio Cabarsussitano.

b DONATIANVS BAGAI.] Hic non dicit se non habere adversarium. Habuit autem Maximianum, quem hoc tempore vixisse tradit Augustinus lib. 3. contra Cresconium cap. 43. Et fortasse is unus est eorum Episcoporum catholicorum quorum nomina exciderunt in his gestis.

c PRIVATVS AVZAG.] In veteri libro & in superioribus editionibus scriptum est *Auzagensis*. Nos emendavimus propter ea quæ in capite 179. de duplici Auzagga dicuntur à Primiano. Certum est autem natam dubitationem ex pronuntiatione istius nominis, & Ampelium Episcopum Vagensem putasse nominatum esse aliquem qui Vagensis quoque Episcopus diceretur. quod cùm ipse falsum esse sciret, quippe cui constaret Episcopum partis Donati nullum tum fuisse in diœcesi Vagensi, interlocutus est unitatem illic perfectam esse, non solùm in ipsa civitate Vagensi, verùm etiam in omnibus diœcesibus, id est, in omnibus parochiis episcopatus Vagensis. Atque huic ejus interlocutioni nullus Donatistarum oblocutus est. Inquirenti autem mihi unde oriri potuerit hic error, venit in mentem sic olim scriptum nomen prioris istarum duarum civitatum ut postrema pars illius eo modo inter pronuntiandum efferretur quo Vaga, ita ut *Ausvagga* scriberetur, & *v* secundæ syllabæ obtineret locum consonæ. Nam antiquiores Concilii Carthaginensis sub Cypriano habiti editiones habent *Ausuagiga* vel *Ausuaggia*, aliæ *Ausuagu* & *Ausuagga*. Quo etiam modo legitur in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Immo Græci quoque hanc scripturam conservarunt. Nam apud Zonaram legitur ἀπὸ ἀσυάγης. Rigaltius ad Cyprianum monuit in codice Fuxeosi legi: *Abymmat ab Ausuagoad*. Ubi certè deceptus est ab illis qui variantes lectiones ex codice illo ad eum miserunt. Nam in eo, qui nunc extat in eadem bibliotheca Colbertina, disertè scriptum est: *Abymmat à Vasaga*. Falsæ autem sunt, ut hoc obiter dicam, omnes ferè variæ lectiones quas Rigaltius affert ex veteri illo codice. Itaque Rufiniano scriba recitante nomina Episcoporum Donatistarum, cùm ventum esset ad Privatum Auzvaggensem, deceptus est Ampelius similitudine nominum. Ex quo colligi potest necessarium non esse ut Auzaggæ dictæ fuerit etiam Vagæ, contrà quàm placuit viro doctissimo. Distinguenda enim omnino hæc nomina. Duo istbic nominantur Episcopi Auzvaggenses, Januarianus tum defunctus, & Privatus, cujus occasione orta est controversia. Vagenses itidem Episcopi tum duo fuere, ambo viventes, Ampelius, & Primulus, qui antea fuerat Episcopus Vagensis ex parte Donatistarum. Quare omnino puto in capite sequenti, ubicunque legitur nomen Episcopi Vagensis, delendum illud esse, & reponendum *Auzvaggensis*. Nihil tamen mutare volumus in locis illis.

d PRIMVLVS EPISCOPVS] Valde notandus est hic locus. Primulus erat Episcopus Vagensis partis Donati, adversarius Ampelii catholici. Conversus est ad rectam fidem; retinuitque episcopalem dignitatem cum consensu Ampelii, ut pax integra esset. Et tamen istud erat contra canones & constantissimum Ecclesiæ usum, quæ duos Episcopos cathedram unam tenere non patiebatur. Augustinus in epistola 50. ad Bonifacium Comitem: *Hoc non fieret, quoniam revera, quod faciendum est, fieri non deberet: nisi pacis ipsius compensatione sanaretur.* Et infrà: *Ita ergo & isti cùm ad radicem catholicam veniunt, nec eis, quamvis post erroris sui pœnitentiam, honor clericatus vel episcopatus aufertur, fit quidem aliquid tamquam in cortice arboris matris contra integritatem severitatis; veruntamen quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precibus fusis coalescente insitorum pace ramorum, caritas cooperit multitudinem peccatorum.* Vide duos ejusdem sermones habitos ante collationem.

subscriptione recitavit, Donatianum dico Bagaiensem & Privatum Vagensem. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Denuo hæc nomina, de quibus dubitatio nascitur, recitentur. *Et recitavit.* Donatianus Episcopus Bagaiensis, Privatus Episcopus Vagensis. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Absit fallacia. *Rogatus Episcopus dixit.* Ianuariaous dicitur, non Privatus.

CLXXVIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Vultum tamen ipsum esse cognoscis.

CLXXIX. *Rogatus Episcopus dixit.* Ianuarianom scio, Privatum nescio. [a] *Primianus Episcopus Carthaginensis dixit.* Iamdudum de duobus fuit causa. Idcirco & illi non sont mentiri, nec nostri. Nam est Auzagga obi fuit Ianuarius, qoi nunc defunctus est; alia Auzagga, ubi est Privatus, qui none vivit. *Et alia manu.* Primianus Episcopus recognovi.

CLXXX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Satis episcopali veritate rem de qua error fuerat natus judiciis intimare dignatus es. Vnde nunc cetera perlegantur. *Et recitavit.* Donatus Episcopus plebis Celerinensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Ego mandavi & subscripsi. adversarium omnino nec habui nec habeo in plebe mea. *Et recitavit.* Victor Episcopus Hipponieosium Diarrhytorum. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Sarmentius Episcopus [b] Ternamusensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. Teneant gesta quia in plebibus meis adversarium non habeo. *Et recitavit.* [c] Perseverantius Episcopus [d] Tevestinus. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Pancratios Episcopus [e] Badiensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Maximianus [f] Serteitanus Episcopus. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* [g] Severinus Episcopus Castellanus. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Colonicus Episcopus [h] Tinistensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi, & traditores apud me non habeo. *Et recitavit.* Felix Episcopus Moptensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* [i] Secundinus Episcopus Iucundianensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi, adversarios io Ecclesia non habeo. *Et recitavit.* Donatus Episcopus Vageatensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi.

CLXXXI. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Scriptum sit istos omnes in villis vel in fundis esse Episcopos ordinatos, oon in aliquibus civitatibus. [*Et alia manu.*] Recognovi.

CLXXXII. *Petilianus Episcopus dixit.* Sic etiam tu multos habes per omnes agros dispersos. Immo crebros ubi habes, sanè & sine populis habes. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Scripta sint quæ ab utrisque partibus insinuara videntur esse judiciis. *Et recitavit.* Rogarianus Episcopos [k] Idassensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. non habeo adversarium. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ*

---

[a] Primianus Episc.] Hæc turbata & confusa fuot in veteri exemplari & in omnibus editionibus, rejecta nimirum post interlocutionem Sarmentii Episcopi, cùm jam sedatam esse oportuerit totam illam controversiam. Noeca reduximus ad locum suum, tametsi & vetus exemplar, ut dixi, & editiones repugnent Nihilo minùs puto eruditos lectores mihi facilè condonaturos hanc audaciam.

[b] Ternamusensis] Vetus exemplar habet *Ceramusensis*. Sed not ita corrigendum esse putavimus, tum quia Taranamusa recensetur io itinerario Antonini inter oppida & loca Mauritaniæ Cæsariensis, tum quia in notitia Episcoporum Africæ quos Hunericus Rex Vandalorum exagitavit, inter Episcopos illius provinciæ nominatur *Donatus Ternamunensis*. Sic enim ibi scriptum est, non solùm in editionibus Sirmondi & Chiffletii, sed etiam in thesauro geographico Abrahami Ortelii. Verùm notitia emendanda est ex itinerario & ex collatiooe ista invicem comparatis, legendumque omnino *Donatus Ternamusensis*. Qui error ortus est ex affinitate quam ioter literas *n* & *s* fuisse suspicor apud Afros in pronuntiatione quando sequebantur post literam *u*. Nam suprà cap. 133. pag. 217. quum recitaretur oomeo Episcopi Ceramunensis, & contentio excitata fuisset ab diœcesis ejus esset catholica, Adeodatus Episcopus Milevitanus dixit Ceramussam esse in plebe sua, nec quisquam interlocutus est Ceramunam & Ceramussam differre. Præterea in itinerario Antonini, prout editum est à Surita, inter loca Mauritaniæ Cæsariensis legitur *Rusgunias colonia*, & *Rusgunia* apud Plinium lib. 5. cap. 2. in antiquis editionibus Parmensi, Venetis, Tervisina, quarum postrema prodiit anno quadringentesimo octuagesimo tertio supra millesimum. Secondùm quam regulam scriptum est in omitia Episcoporum Mauritaniæ Cæsariensis *Bonifacius Rusgunirensis*, & *Numerianus Rusgunensis* in Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. pro quo aliqui codices, ut etiam in margine Conciliorum adnotatum est, habent *Rungoniensis*. Vetus verò illud exemplar collegii Parisiensis Societatis Iesu & tres etiam Colbertini optimi habent *Rusguriensis*, mutas literulæ divortio. Sed hæc scriptura emendatur ex aliis tribus antiquis codicibus bibliothecæ Colbertinæ, in quorum duobus legitur *Rusgunensis*, in tertio *Rugunnensis*. At Plinianæ editiones posteriores, Venetæ, Basileenses, Parisienses, habent *Rusconia*. quibus consentiunt duo vetustissimi & optimi codices Pliniani MSS. bibliothecæ Colbertinæ. Et tamen vetustissimom itinerarii Antonini exemplar, quod extat in eadem bibliotheca, & omnes veteres editiones habent *Rungonia*. Quod evincit, ut ego quidem arbitror, aliquam olim apud Afros affinitatem fuisse inter literas illas quas diximus. Quod illi minimè mirum aut abhorrens videbitur qui apud Plinium in prologo libri quinti legerit populorum oppidorumque Africæ nomina esse vel maximè ineffabilia præterquam ipsorum linguis. Ex quo colligi debet facilè evenire potuisse ut quum Ternamusa pronuntiaretur, sic efferretur ac si Ternamuna expressa fuisset, & è converso. At non solùm in Africa, sed etiam in Latio valuisse eum morem commutandi literam *n* cum litera *s*, non solùm quum sequebatur post literam *u*, sed etiam in aliis occasionibus, pluribus exemplis docuit olim Passeratius in libro de literarum inter se cognatione ac permutatione. Vide autem an hinc emendari possit tabula Peutingeriana, in qua scriptum est *Tamaunuma*, fortassis pro *Tarnamuna*. Certè illic dicitur esse municipium & castellum, & in itinerario castra. Porrò Surita veram lectionem itinerarii, quam & Colbertinum exemplar & omnes priores editiones præferunt, mutavit in *Tunaramusu*, quia ita legebat in veteri codice Scorialensi Regis Hispaniarum Philippi.

[c] Perseverantius] Interfuit Concilio Cabarsussitano.

[d] Tevestin.] in Numidia, ut patet ex notitia & ex pluribus aliis locis.

[e] Badiensis] vel Vadensis in eadem provincia, ut docet notitia. Vide suprà pag. 194.

[f] Sertait.] in Mauritania Sitifensi, ut docet eadem notitia. Nam illic Ortelius legit *Sertettanus*.

[g] Severin. Castel.] Sancti Augustini, ut ego quidem arbitror, consanguineus. Hic enim in epist. 170. scripta ad Severinum Donatistam, ita ait: *Cogitavi enim non sine causa hoc exortum esse in animo meo ut recolerem consanguinitatem nostram.* Vtrum autem fuerit Episcopus in Numidia, aut in Mauritania Cæsariensi, certò definire non possum.

[h] Tinistin.] Quid si legamus *Thinissensis*? Sanè in martyrologio Romano notatur ad diem VIII. Idus Novembris martyrium sancti Felicis apud civitatem Africæ Thinissam, quam Baronius rectè notat fuisse in provincia Numidiæ.

[i] Secundinus Iucund.] Concilio Cabarsussitano subscripsisse reperitur Secundus Episcopus Iocundianensis, qui fortasse idem est cum hoc nostro.

[k] Idassen.] in Numidia, ut docet notitia Episcoporum Africæ.

catholica Macomadiensis dixit. Habeo Presbyterum [a] in Ecclesia Florentioum. Episcopi fuerunt tres catholici, jam decesserunt, non potuimus adhuc ordinare. Presbyterum illic habemus Florentinum. *Et recitavit.* Germanus Episcopus [b] Zugabbaritanus. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Rogatianus Episcopus Villamagoensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Mandavi & sobscripsi. [c] adversarium non habeo. *Et recitavit.* Presbyter Manilius [d] Bazienus pro Episcopo meo. *Et cùm recitasset,*

CLXXXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Pro quo Episcopo? *Petilianus Episcopus dixit.* Lumine captus est. *Et alia manu.* Petilianos Episcopus recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Respondeatur utrum præsens sit pro quo subscriptum est. *Et alia manu.* Recognovi. *Primianus Episcopus dixit.* Loquamur veritatem. Oculis captus est, venire non potuit, Presbyterum suum direxit. *Et alia manu.* Primianus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Sed nomen ipsius debuit subscriptione teneri.

CLXXXIV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Testatum sit [eos] etiam absentum nomina velle inserere, ut etiam nobis liceat omnes catholicos Episcopos, qui per infirmitatem vel per aliquam [e] occasionem adesse noo potuerunt, gestis inserere. *Et alia manu.* Recognovi. *Et recitavit.* Donatus Episcopus [f] Apissanensis. *Et cùm recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi, adversarium non habeo.

CLXXXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Quoniam prosecutio partis adversæ contestata monstravit aliquos se absentes habere, nos quoque non tacemus aliqoantos nostros multis necessitatibus aut adversis valetudinibus præpeditos non venisse, aliquantas etiam cathedras nunc esse viduatas, quibus adhuc Episcopi ordinari non esse monstrantur. Etiam hoc acta contineant. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CLXXXVI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quantum ad confirmationem mandati pertinet, sufficit in utraqoe parte eorum numerus sacerdotum qui eidem mandato subscripsisse monstrantur. Vnde reliqua perlegantur, superfluis absentum causationibus sequestratis. *Et recitavit.* Quintasius Episcopus [g] Vaianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi.

CLXXXVII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Obliteretur ergo subscriptio absentum. *Et alia manu.* Recognovi. *Et recitavit.* Ianuarius Episcopus [h] Lamasbensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus Novasinnensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Martialis Episcopus Idicrensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Gedodus Episcopus Vtirensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Vrbanus Episcopus [i] Satafensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [k] Donatus Episcopus Cillitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Liberalis Episcopus loci Nasaitensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi; nec habui adversarium, nec habeo, nec babebo, permittente Deo. *Item recitavit.* Maximianus Episcopus Hermianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [l] Fortunatus Episcopus [m] Vesceritanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Peregrinus Episcopus [n] Sufetanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & snbscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Mersferebitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Gavinus Episcopns Vegeselitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit,* Veratianus Episcopus [o] Carpitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, qui sum successor Faustiniani, qui in unitate veritatis fuerat ordinatus à Donato, postmodum verò temporibus [p] Macarii illic [q] emerserunt traditores. *Item recitavit.* Gaianus Episcopus [r] Tigualensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Rogatus Episcopus [s] Perdicensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victorinus Epis-

[a] IN ECCLESIA FLORENTSN.] Antea legebatur: *in Ecclesia Florentiana Episcopi fuerunt tres &c.* Emendationem nostram probant sequentia. *Presbyterum illic habemus Florentinum.*

[b] ZVGABBAR.] in Mauritania Cæsariensi, ut docet notitia. Amm. Marcellinus lib. 29. commemorat municipium Sugabarritanum, Transcellensi monti adclive.

[c] ADVERSARIVM NON HABEO] Suprà cap. 133. Augendus Episcopus plebis Villemagnensis similem professionem emittit. Quomodo autem id verè dici potuerit, non satis intelligo.

[d] BAZIENVS] fortè *Bazitensis*, ut sit nomen loci cujus Presbyter erat Manilius. Suprà cap. 133. pag 209. nominatur Lucidus Episcopus Marcellianensis & Bazitensis catholicus.

[e] OCCASIONEM] Antea legebatur *occupationem.* Nos emendavimus. Veteres librarii in his duabus vocibus nonnunquam errabant, uti pluribus dictum est in Notis ad Capitularia pag 1045 In capite sequenti necessitates dicuntur quæ heic occasiones nuncupantur.

[f] APISSAN.] Legendum fortè est, *à Pissanis.* Pezana inter civitates Byzacenas numeratur in veteri notitia quam Beveregius edidit.

[g] VAIANAN.] Antea legebatur *Vatensis.* Nos emendavimus. Vide suprà cap. 99. pag. 191.

[h] LAMASBSN.] sive Lamasuensis, ut suprà cap. 128. pag. 205. Quo etiam modo scribitur in veteri notitia Episcoporum Numidarum. Sed in Concilio Carthaginensi S. Cypriani legitur *Lamasba*, & *Lamasbua* in tabula Peutingeriana.

[i] SATAFAN.] in Mauritania Sitifensi, ut docet notitia. Quamquam eadem Satafensem quoque cathedram memorat in Mauritania Cæsariensi.

[k] DONATVS CELL.] Vide quæ suprà dicta sunt de eo cap 133. pag. 211. ubi de Privatiano Episcopo Vegeselitano.

[l] FORTVNATVS] Ita prorsus scriptum est in veteri libro. Et tamen Massonus & Pithœus ediderunt *Fortunatianus.* Vetus lectio, quam nos revocavimus, confirmatur ex cap. 120. ubi nominantur Optatus Episcopus plebis Vesceritanæ & ejus adversarius Fortunatus.

[m] VESCERIT.] in Numidia, ut apparet ex notitia Episcoporum illius provinciæ, in qua primo loco recensetur Felix Bercceritanus. Falli enim puto Ortelium & Carolum à S. Paulo, qui Vesceritanam civitatem ponunt in Mauritania Cæsariensi, existimantes eam esse quæ Οὐεσκέθις nominatur à Ptolemæo, qui eam collocat in Mauritania.

[n] SVFET.] in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

[o] CARPIT.] in provincia proconsulari, ut patet ex eadem notitia & ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum, tum etiam ex Conciliis Carthagine celebratis anno CCCCXIX. & DXXV.

[p] MACARII] sive Macarianæ persecutionis, de qua tantopere actum est à Donatistis adversùs catholicos. Vide Baronium ad an. 348

[q] EMERS. TRADIT.] id est, catholici, qui à tempore Donati non habuerant Episcopum Carpitanum, habere cœperant tempore Macarii.

[r] TIGVALSN] in provincia Byzacena, ut opinor. In notitia Episcoporum Africæ legitur *Ticualtensis*, levi discrimine. Iste Gaianus interfuit Concilio Cabarsussitano.

[s] PERDIC.] in Mauritania Sitifensi, ut docet notitia.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

copus plebis [a] Leptiminensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Martinianus Episcopus loci Tibuzabetensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Quintianus Episcopus à lacu dulce. *Valentinianus Diaconus Episcopi Primiani dixit.* Malè habet. *Item recitavit.* Pelagius Episcopus [b] Vanariunensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Item recitavit.* Victorianus Episcopus [c] Tibaritanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Primulianus Episcopus [d] Mandasumitanos. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Consensi & subscripsi. *Item recitavit.* Fortunatianus Episcopus Merensis. *Cùmque accessisset, idem dixit,* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felicianus Episcopus [e] Vtinensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Flurentinus Episcopus à [f] Tubusubtu. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Marcus Episcopus Midicensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Vnde es? Quæ est autem civitas tua? *Marcus Episcopus dixit.* [g] Secus Tapruram [h] Midica. Novit me Limenianus à Taptura. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Cresimensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Item recitavit.* Victorianus Episcopus [i] Puppitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Dativus Episcopus Novapetrensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, & adversarium non habeo, quia illic est domnus [k] Marculus, cujus sanguinem Deus exiget in die judicii. *Item recitavit.* Maximinus Episcopus [l] dixit. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [m] Cresconius Episcopus Legensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium ibi nec habui nec habeo. *Item recitavit.* Valentinianus Episcopus [n] Iuncensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [o] Gaudentius Episcopus [p] Zertensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomaziensis dixit.* Est ibi Presbyter catholicorum. *Gaudentius Episcopus dixit.* Non habeo adversarium in plebe mea. *Item recitavit.* Bonifacius Episcopus [q] Vrugitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopos [r] Bamaccorensis. *Cùmque accessisset, idem*

[a] LEPTIMIN.] id est, Leptis minoris. Duæ fuere Leptes in Africa; magna, quæ erat in provincia Tripolitana; minor, quæ erat in Byzacena, ut patet ex notitia & ex Concilio quod anno CCCV. habitum est apud Carthaginem. Istius Episcopus Demetrius interfuit Concilio Carthaginensi sub Cypriano, ubi pro *Demetrius Aleptiminus* legendum est *à Lepti minore.* Isthic porrò malè antea editum fuerat *Eptimenensis.* Nam iste Victorinus suprà pag. 196. nominatus est cum Romano Episcopo Leptiminensi catholico. Alius ergo ab illo videtur Victorinus Leptimanensis, qui Concilio Cabarsussitano interfuit.

[b] VANARION.] fortè *Panatoriensis* in Mauritania Cæsariensi, ut docet notitia.

[c] TIBARIT.] In Concilio Carthaginensi sub Cypriano adfuit Vincentius à Tibari.

[d] MANDASUM.] in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia.

[e] VTIN.] in proconsulari, ut patet ex Ptolemæo. In Concilio Bonifacii legitur: *Felicissimus Episcopus plebis Sedelensis, qui & Vtinensis.*

[f] TUBUSUBTU] in Mauritania Sitifensi; ut colligi potest ex notitia, ubi inter Episcopos illius provinciæ recensetur Maximus Thugusubditanus. Sed Ptolemæus Tubusuptum locare videtur in Numidia. Verùm istud ita conciliari potest ut dicamus Tubusuptum fuisse in limite Numidico. In tabula itineraria Peutingeri *Subuttuta*, quod idem esse puto, sed literarum transpositione corruptum, locatos haud procul Lepti magna. Amm. Marcellinus lib. 29. scribit Tubusuptum fuisse contiguum monti Ferrato.

[g] SECUS TAPURAM] Totum huoc locum sic expressit Papirius Massonus. *Marcus Episcopus dixit, secusta prura amidicca. Novit Melsmelimensa musata prura.* Pithœus verò sic. *Marcus Episcopus dixit, Secusta Prura Amidicca. Novit Melsmelimensa Nusata Prura.* Sic etiam posteriores editores. Certam porrò esse emendationem nostram nemo non videt. Recitato nomine Marci Episcopi Midicensis, cùm neque nomen hominis neque civitatem ejus nosset Alypius Episcopus Tagastensis, illum interrogavit quis esset, & quæ ejus civitas. Ad posteriorem itaque interrogationem respondit eam sitam esse secus Tapruram, se verò notum esse Limeniano Episcopo Tapurensi, cujus mentio extat suprà cap. 135. pag. 180.

[h] MIDICA] Dubium est utrum scribi debeat *Amidicca*, an *Midica*. Hic in veteri libro scriptum est *Amidicca*, suprà *Midicensis*. Puto tamen sinceram lectionem eam esse quam nos retinuimus. Porrò cùm civitas illa fuerit vicina Tapruræ, hæc verò fuerit in provincia Byzacena & in limite Numidico, ut colligitur ex Ptolemæo & ex tabula Peutingeriana, apparet Midicam in illo tractu fuisse.

[i] PUPPIT.] in provincia proconsulari, ut patet ex notitia Africæ & ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum. Puppus mentio est in itinerario Antonini & in tabula Peutingeriana.

[k] MARCULUS] martyr Donatistarum, qui se de petra præcipitavit; ut docet Augustinus tractatu XI. in evangelium Ioannis.

[l] MAXIMIN. E DIXIT] Locus corruptus. Pro voce *dixit* reponendum est nomen civitatis in qua ille fuit Episcopus.

[m] CRESCONIUS LEGENSIS] Hinc collegit vir clarissimus Henricus de Noris Ecclesiam Legensem non habuisse Episcopum catholicum, quia Cresconius iste ait se illic adversarium nec habuisse nec habere. Et tamen suprà cap. 188. pag. 195. Datianus Episcopus Legensis catholicus nominatur; qui & ipse, quod valde notatu dignum est, ait se alium contra se non habere, id est, se non habere adversùm sa constitutum in plebe sua Episcopum partis Donati.

[n] IUNCENSIS] Ita omnino vetus exemplar. At omnes editiones, etiam Pithœana, habent *Inucensis*, prorsùs malè. Posteriores Conciliorum editores rectè admonuerunt in margine legendum fortè esse *Iuncensis.*

[o] GAUDENTIUS ZERT.] Infrà cap. 176 nominatur Salustius Episcopus Zertensis. Quare aut duo simul Episcopi Donatistæ tum fuerunt in una Ecclesia, quod parum probabile videtur, aut alterutrum istorum locorum necesse est esse mendosum, vel Donatistas fuisse mendaces.

[p] ZERTAN.] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham C P.

[q] VRUGIT.] sive Vreitanus, ut opinor, in provincia proconsulari. Vide notitiam Episcoporum illius provinciæ.

[r] BAMACCORENSIS] in Numidia. Emendanda ergo est notitia Episcoporum Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem, in qua nominatur Dumurialis Episcopus Damaccorensis. Porrò utilis erit hæc quoque disputatio ut medica manus apponatur capiti 33. Concilii habiti à sancto Cypriano, quod gravissimo mendo laborat. Nam omnes editiones habent: *Felix ab Amaccura, Amacchora, aut Accura.* Omnium pessima est hæc ultima. Reliquæ sunt bonæ, modò postrema litera vocis antecedentis isti restituatur hoc modo: *Felix à Bamaccura* vel *Bamaccora.* Nam & in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ scriptum est: *Felix abamaccora.* Quo etiam modo habet codex Puteanus à Rigaltio citatus, qui nunc extat in eadem bibliotheca Colbertina. Condonandus est autem Zonaræ, homini Latinæ linguæ imperito, suus error, qui hoc loco edidit · Φίλιξ ἀπὸ Μ.κάρας. Apud Plinium lib. 5. cap. 4. scriptum est *Vamacures.*

dixit. Mandavi & subscripsi, & nullum habeo adversarium in plebe nisi solum [a] Absalonem. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Hic est Episcopus præsens Cassianus. *Item recitavit.* Restitutus Episcopus Drusilianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Flavianus Episcopus Pauzerensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Clarentius Episcopus Tabracensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [b] Recargentius Episcopus Lamiggigensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Aurelius Episcopus Macomadiensis dixit.* Illic est Crescentianus Presbyter. *Item recitavit.* Pascasius Episcopus [c] Tuggensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Castus Episcopus Cellensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Aptus Episcopus Tuzuritanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victor Episcopus [d] Rotariensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium oon habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Episcopum illic habuimus. Occidistis illum, & invasistis.

CLXXXVIII *Adeodatus Episcopus dixit.* Dicit Episcopum occisum. Accuset, doceat, intendat. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Et [e] rebaptizaverunt illum hominem nonagenarium Episcopum. *Victor Episcopus* [f] *Azurensis Ecclesiæ catholicæ dixit.* [g] Dicit se non habere. Ego Ecclesiam illic habeo. quod te non fugit. *Item recitavit.* Calipodius Episcopus [h] Vazaritanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Benenatus Episcopus Casensium Bastalensium. [*Cùmque accessisset, idem dixit.*] Mandavi & subscripsi, & non habeo adversarium. *Item recitavit.* Honoratus Episcopus [i] Adquesirensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus [k] Maxulitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Marcianus Episcopus [l] Sitifensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Ianuarios Episcopus Numidiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, & traditores non habeo. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ Siccensis dixit.* [m] Vnde es? *Ianuarius Episcopus dixit.* Numidia est. Mauritania est Cæsariensis. *Reparatus Episcopus Ecclesiæ catholicæ* [n] *Sufasaritana dixit.* Diocesis mea est. Illic Presbyterum habeo, illic tecum vigilavit. *Item recitavit.* Campanus Episcopus [o] Cincaritanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus Cæsarianeosis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. æmulum non habeo.

Novatus Episcopus Sitifensis Ecclesiæ catholicæ dixit. Habet contra se catholicum Presbyterum, clericos abundantes & populos ex cœtu Donatistarum. Hic est Presbyter & Diaconus, hic in hac civitate Carthaginensi, quem prædavit, quem torsit, quem suspendit. Ecclesiam autem catholicam prædavit, pecuniam sustulit, frumenta deportavit, carpenta duxit, [p] ut norit iste, quia est illic Ecclesia catholica. Hoc sum prosecutus. *Adeodatus Episcopus dixit.* Hæc omnia documentis agenda sunt. Faciat periculum qui mendacium in judicio promit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. *Novatus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Iube Presbyterum loci intromitti. CLXXXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad præsentem cognitionem ista non pertinent. Quæ mihi mandata est reliquorum subscriptio relegatur. CXC.
[q] *Salvianus Episcopus dixit.* Nobis præscriptum est

[a] ABSALONEM] In veteri exemplari & in editionibus vulgaris legitur *Abessalonem.* Nam hoc modo plerique veteres scribebant nomen Absalonis, ut videre est in antiquis codicibus manuscriptis; exempli gratia, apud sanctum Ambrosium epist. 12. *Parricida Absalon in valle sibi Regis titulum statuit.* Pro quo in vetustissimo codice Ecclesiæ Bellovacensis scriptum vidi *Abessalon.* Possem & alia exempla proferre, si res tanti esset. Abessalonem pro Absalone in quatuor locis reposuerunt nuper editores operum S. Augustini in enarratione in psalmum 3 & 7. secuti auctoritatem veterum exemplarium. Verùm Hebræi, à quibus hoc nomen accepimus, *Absalom* scribunt. Mirum est autem quod heic ait Donatus Episcopus Bamaccorensis, se nullum alium habere adversarium nisi solum Absalonem, cùm cap. 128 nominatus sit Cassianus Episcopus Bamaccorensis catholicus, & agnitus tum fuerit ab ipsomet Donato. Quare cùm istud Donatus diceret, rectè Aurelius Macomadiensis Episcopus reposuit heic esse præsentem Cassianum Episcopum Bamaccorensem.

[b] RECARGENTIUS] Ex responsione istius Episcopi, qui ait se non habere adversarium, collegit vir eruditissimus Henricus de Noris Ecclesiam Lamiggigensem fuisse prorsus in potestate Donatistarum, id est, Episcopum catholicum illic non fuisse. Et tamen suprà cap. 133. pag. 208. nominatur Innocentius Lamiggigensis Episcopus catholicus, quem statim excipit Iuntanus ejus adversarius. Forteasse in isto loco legendum est *Lamiggizensis* pro *Lamiggigensis.* Nam in notitia Episcoporum Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem, inter Episcopos Numidas recensentur Maximus Lamiggizensis & Cardelus Lameggigensis, unius literulæ divortio.

[c] TUGGENSIS] in provincia proconsulari, ut opinor. Nam Victor Episcopus municipii Togiæ, sic enim distinguendum, subscribit epistolæ Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham C P. quæ extat in Concilio Lateranensi Martini Papæ.

[d] ROTARIEN.] in Numidia, ut nonnulli putant. Certè apud Optatum lib. 1. Felix à Rotario conjungitur cum Victore Garbiensi & Nabore Centurionensi Episcopis Numidis, ut patet ex notitia.

[e] REBAPTIZ. ILL.] Simplicium Episcopum Tibilitanum, ut dicetur infrà cap. 197. extremo.

[f] AZUREN.] Infrà collat. 2 cap. 215. vocatur Ajurensis. Apparet autem illum fuisse vicinum Episcopi Rotariensis. Quare si Rotaria fuit in Numidia, conjici potest Azuram fuisse sitam in eadem provincia.

[g] DICIT SE NON HABERE] Hæc referenda sunt ad Victorem Episcopum Rotariensem, qui dixerat se non habere adversarium.

[h] VAZARIT.] in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

[i] ADQUESIR.] in Mauritania Cæsariensi, ut docet eadem notitia.

[k] MAXULIT.] in provincia proconsulari; ut patet ex itinerario Antonini & ex notitia, in qua Cataddius Episcopus Maxulitanus recensetur inter Episcopos illius provinciæ. Numidius Episcopus Maxulitanus interfuit Concilio Carthaginensi anni CCCXCV.

[l] SITIFEN.] in Mauritania Sitifensi; ut res ipsa loquitur, & patet etiam ex notitia.

[m] VNDE ES?] Cùm Fortunatianus Episcopus Siccensis audisset nomen Ianuarii Episcopi Numidiensis, ac putaret eum esse Episcopum provinciæ Numidiæ, interrogavit eum cujusnam civitatis cathedram teneret. Ille respondit eam vocari Numidiam, sitam porrò esse in Mauritania Cæsariensi. Sanè in notitia Episcoporum Africæ apud Victorem Vitensem, inter Episcopos Mauritaniæ Cæsariensis nominatur Victor Numidensis.

[n] SUFASARIT.] Sic nos emendavimus, cùm antea legeretur *Sifauensis.* Certa autem est emendatio. Vide suprà cap. 135. pag. 218.

[o] CINCARIT.] Vir clarissimus Henricus de Noris suspicatur Cincaritam non esse diversam à Cicitita, cujus mentio est in epistola Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham C P.

[p] UT NORIT ISTE] Ita vetus exemplar. Pro quo Massonus & Pithœus ediderunt, *ut Norensis iste,* nullo sensu. Legendum videtur, *ut norunt isti,* aut aliquid simile.

[q] SALVIANUS EPISC.] Lepitanus Donatista, qui nominatur infrà cap. 207.

dudum quo dicerent. De Episcopis agitur, non de Presbyteris.

CXCI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* A nostris partibus propterea respondetur, quia ibi catholica denegatur. Unde impudentiæ vestræ satisfactum fuisse præsentia gesta loquentur. *Et alia manu.* Recognovi.

CXCII. *Adeodatus Episcopus dixit.* Agimus tibi gratias quod semper facis injuriam. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi.

CXCIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Ista in tempus aliud reserventur. Nunc quod delegatum est sacro judicio peragatur. *Item recitavit.* Felicissimus Episcopus [a] Obbensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Rufinus Presbyter pro Episcopo meo Iuliano [b] Midlensi subscripsi.

CXCIV. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Respondeatur utrum pro præsente subscripserit. *Et alia manu.* Recognovi.

CXCV. *Adeodatus Episcopus dixit.* Iulianus ægritudine præpeditur; sed ne videretur aliquo pacto defuisse, Presbyterum misit, per quem suam absentiam excusaret, & ipse pro illo subscripsit. *Et alia manu.* Recognovi.

CXCVI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Probabilis & rationabilis excusatio est.

CXCVII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Etiam hoc testatum esse volumus, quia pro absente subscripsit. *Et alia manu.* Recognovi. *Item recitavit.* Optatus Episcopus Timicitensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victorianus [c] Tigimmensis Episcopus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Honorius Episcopus Vartanensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Martinus Episcopus [d] Siccesitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit* Vindemius Episcopus [e] à Cenis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Tanudaiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [f] Possidius Episcopus Sillitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Reparatus Episcopus Aquensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [g] Honoratus Episcopus Larensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Proficentius Episcopus Macomaziensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Licèt non habeam adversarium, mandavi & subscripsi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [h] Ex qua Macomadia? *Proficentius Episcopus dixit.* Rusticiana. *Item recitavit.* Paschasius Episcopus Dusitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Antonianus Episcopus [i] Druensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus [k] Aquæ Albensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Crescens Episcopus [l] Icositanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Paschasius Episcopus [m] Turensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victor Episcopus Oriensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Marcianus Episcopus Tabazagensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus Siguitensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. [n] *Item recitavit.* sicut adversarium non habeo, sic nunquam habeam. *Item recitavit.* Dativus Episcopus Visensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Quodvultdeus Episcopus [o] Nebitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Constantius Episcopus [p] Rusubiccariensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Augustalis Episcopus [q] Altiburitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Saturninus Episcopus [r] Tamagristensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Simplicius Episcopus [s] Tibilitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Ipse est Episcopus [t] qui rebaptizatus est, & [u] factus est audiens.

[a] OBBANSIS] in Mauritania Cæsariensi, ut patet ex notitia. In Concilio Carthaginensi sub Cypriano legitur nomen Pauli ab Obba. Sic enim ibi legendum.

[b] MIDLEN.] sive Midilensi in Numidia, ut dictum est suprà pag. 223. Nescio autem quomodo quæ illic dicta sunt de Midila, translata illuc fuit. Referenda autem sunt ad istum locum.

[c] TIGIMM.] in provincia proconsulari, ut docet epistola Episcoporum ejusdem provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[d] SICCESIT.] in Mauritania Cæsariensi, ut patet ex notitia.

[e] A CENIS] Massonus & Pithœus ediderunt *Acenis* unico vocabulo. Sed distinguendum esse probatur ex cap. 129. ubi nominatur Bonifacius Episcopus Cenensis, cujus adversarius fuit iste Vindemius.

[f] POSSID. SILLIT.] Antea legebatur *Possidius Episcopus Silolitensis.* Emendatum est ex cap. 128. ubi hic idem Episcopus vocatur Possidius Episcopus Sillitanus. In veteri notitia Africæ Maximus Sillitanus nominatur inter Episcopos Numidas.

[g] HONORATUS LAR.] in Numidia, ut patet ex itinerario Antonini. Quare is est fortassis Honoratus Episcopus partis Donati ad quem scripta est epistola 161. S. Augustini, ex qua patet eum Ecclesiæ Hipponensi vicinum fuisse, *propter ipsam vicinitatem.*

[h] EX QUA MACOMADIA] Hinc intelligimus duas fuisse Macomadias, unam quæ simpliciter Macomadia dicebatur, aliam dictam Rusticianam. Prior, ut ego arbitror, fuit in Numidia. Nam in notitia paulò antè laudata Pardalius Macomadiensis recensetur inter Episcopos Numidas. Altera, quæ minor quoque, ut puto, dicebatur, erat in Byzacena. Nam in tabula Peutingeri Macomades minores locantur post Ruspen, Usillam, & Taprurau urbes provinciæ Byzacenæ.

[i] DRUENSIS] fortè *Durensis* in eadem Byzacena, ut patet ex notitia.

[k] AQUÆ ALB.] in eadem provincia. Notitia.

[l] ICOSIT.] in Mauritania Cæsariensi, ex itinerario Antonini. Hujus sedis Episcopus Laurentius interfuit Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX.

[m] TURSN.] in Numidia, ni fallor. Nam Mensius Episcopus Turrensis nominatur inter Episcopos Numidas in notitia Africæ.

[n] ITEM RECITAVIT] Puto hæc esse superflua, & verba quæ sequuntur cohærere debere cum superioribus Cresconii Siguitensis.

[o] NEBIT.] fortè *Nepitanus* in Byzacena, ut patet ex notitia.

[p] RUSUBICCAR.] in Mauritania Cæsariensi, ut colligitur ex eadem notitia. Assentior autem doctissimo viro Henrico Valesio, qui in libro 29. Ammiani Marcellini legi volt *Rusubbicarensi castellum* pro *Subicarense.*

[q] ALTIBUR.] in proconsulari, ut docet notitia Africæ & epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum.

[r] TAMAGRIST.] in Mauritania Sitifensi, ut docet eadem notitia.

[s] TIBILIT.] in Numidia; ut docet eadem notitia, & Optatus lib. 1. qui inter Episcopos Numidas nominat Marinum ab Aquis Tibilitanis, quas haud procul Circa fuisse colligi potest ex tabula Peutingeriana. Vide Augustin. lib. 22. de civitate Dei cap. 8.

[t] QUI REBAPTIZATUS] ætatis suæ anno nonagesimo, ut dictum est suprà cap. 188.

[u] FACTUS EST AUDIENS] id est, positus est inter catechumenos.

Adeodatus

ANNO CHRISTI 411. CCCVIII. — COLLATIO CARTHAG.

Adeodatus Episcopus dixit. Hoc cognitioni servandum est. Agnovit veritatem. *Item recitavit.* Vestianus Episcopus à [a] Turre alba. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Verissimus Episcopus [b] Tacaratensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Servatus Episcopus [c] Amporensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Martialis Episcopus Vatarbensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Item recitavit.* Donatus Episcopus [d] Tamascaninensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Quadratianus Episcopus plebis [e] Sicilibbensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Saturnus Episcopus [f] Sitensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Iunior Episcopus [g] Rusiceadiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Miggin Episcopus Edistianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Fidentius Episcopus [h] Dianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Geminius Episcopus Clypiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Marcianus Episcopus [i] Assabensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Rogatianus Episcopus [k] à Vico Ateri. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus [l] Bucconiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Item recitavit.* Donatus Episcopus [m] Tegulatensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus [n] Zicensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus [o] Magarmelitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Marcellinus Episcopus Mullitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Benenatus Episcopus à Casis Silvanæ. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Rufinius Episcopus [p] Labdensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victor Episcopus [q] Dionysianensis. *Primianus Episcopus Carthaginis dixit.* Ægrotat. *Item recitavit.* Benenatus Episcopus [r] Mesarfeltensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, & adversarium non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Habes. Persecutio tua plurimos cives evertit. Lucianus ibi fuit Episcopus. Adhuc ordinari habet. *Item recitavit.* Gloriosus Episcopus [s] Migirpensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Iunianus Episcopus Lamigigensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi.

[a] TURRA ALB.] in Mauritania Sitifensi, ut colligitur ex notitia.

[b] TACARAT.] in Numidia, ut eadem notitia tradit. Itaque Tacara diversa fuit à Tagara, quæ sita erat in proconsulari.

[c] AMPORENSIS] sive Amburensis. Nota enim est permutatio literarum. In veteri exemplari perperam scriptum est *Amphorensi*. Cresconius Amporensis Episcopus in Numidia nominatur in veteri notitia apud Victorem Vitensem. Vide suprà cap. 121.

[d] TAMASCANIN.] in Mauritania Sitifensi. Honoratus Episcopus Tamascanensis vixit tempore Hunerici Regis Vandalorum. In tabula Peutingeriana municipium Tamastani ponitur haud longè à Taumanuna sive Tarnamuna.

[e] SICILIBB.] in provincia proconsulari, ut docet præfatio Concilii Carthaginensis anni CCCCXIX cui interfuit Prætextatus Episcopus Sicilibensis, istius Quadratiani successor. Porrò variè scribitur nomen hujus civitatis. Heic & in vulgata editione Concilii habiti sub sancto Cypriano vocatur *Sicilibba*, in codice Fuxensi *Sicibba*, omissa haud dubiè una syllaba, in Colbertino vetustissimo & in itinerario Antonini *Sicilibra*.

[f] SITENSIS] fortè *Silensis* in Numidia, ut patet ex notitia.

[g] RUSICCAD.] in eadem Numidia, ut docet notitia. Porrò in epistola CLXIV. S. Augustini videtur legendum, *de Rusicadensi Episcopo vestro*

[h] DIANENSIS] in Numidia, ut patet ex itinerario Antonini. Sed dubium est utrum Diana illic simpliciter dicta eadem sit cum Diana Veteranorum, quæ ibi paulò pòst recensetur, an verò diversa. Quippe Dianam utrobique exhibent vetus exemplar bibliothecæ Colbertinæ & vetustiores editiones. At ea quæ à Surita emendata est, habet *Diana veteranorum*; qui coactus est fateri eam lectionem nullibi extare præterquàm in exemplari Scorialensi Regis Hispaniarum Philippi II. Apud Optatum lib. II. nominatur Felix Episcopus Diabensis, pro quo haud dubiè scribendum *Dianensis*.

[i] ASSABENSIS] in Mauritania Sitifensi, ut opinor. Nam Vitalis Episcopus Assafensis nominatur inter eos qui tempore Hunerici Vandalorum Regis succubuerunt procellæ barbaricæ. Nota est autem affinitas quæ est inter literas *f* & *u*, & mutuum inter literas *b* & *u*. Scribebant itaque Assaba, Assava, Assafa. Eodem modo scribebant *Taifaltensis* pro *Taibaltensis*, & *Lamfuensis* pro *Lampuensis*. Hinc corrige itinerarium Antonini, ubi Surita edidit *Ad Sava*. Meliùs codex Colbertinus & prima editio, *A sava*, cui consentiunt aliæ veteres editiones & antiqui codices à Surita laudati. Legendum ergo illic *Asava*, sive *Assava*. Surita ad eam emendationem descendit, quamvis adversantes sibi haberet omnes veteres codices & editiones, quia *Σαύου* fluminis ostii meminit Ptolemæus in Cæsariensi. At heic Assava est in Sitifensi.

[k] A VICO ATERI] in Byzacena. Pacatus Episcopus Vico-Ateriensis nominatur inter eos quos Hunericus Vandalorum Rex egit in exilium. In epistola Episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum Imperatorem, quæ extat in Concilio Lateranensi Martini Papæ, nominatur Ebasius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Vico Ateriensi. Vico Ateriensis Episcopi mentio extat in epistola quam Petrus Abbas scripsit ad Bonifacium Episcopum Carthaginensem his verbis: *Docemus monasterium de Pracisu, quod in medio plebium Leptiminensis Ecclesiæ ponitur, prætermissa eodem Episcopo vicina, Vico Ateriensis Ecclesiæ Episcopi consolationem habere, qui in longinqua positus est.*

[l] BACCONIANSIS] in Numidia. Vitalianum Episcopum Bucconiensem involvit eadem tempestas procellæ barbaricæ de qua paulò antè dictum est.

[m] TAGULATANSIS] in Numidia, cujus Episcopus Donatianus particeps fuit pœnarum quas Hunericus Vandalorum Rex imposuit Episcopis catholicis.

[n] ZICENSIS] Fallitur Holstenius dum scribit per Zicensem Episcopum isthic intelligi Siccensem. Nam paulò pòst Paulus Episcopus Siccensis nominatur. Zicensis igitur Episcopus is fuit qui Ziggensis vocatur in notitia Episcoporum provinciæ proconsularis quos Hunericus afflixit.

[o] MAGARMEL.] in Numidia, ut patet ex eadem notitia.

[p] LABDENSIS] in provincia proconsulari. In notitia Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem legitur *tona Episcopus Lapdensis*, in synodo verò Carthaginensi Bonifacii *Victor Episcopus plebis Lapdensis*. Fallitur ergo Carolus à S. Paulo, qui locum istum ponit in Mauritania.

[q] DIONYSIAN.] in provincia Byzacena, ut patet ex eadem notitia. In Concilio Carthaginensi sub Cypriano nominatur Pomponius à Dionysiana.

[r] MESARFELT.] in Byzacena, ni fallor. Quippe Mesarfilia seu potiùs Mesarfilta in tabula Peutingeriana locatur inter Zymas Masculi & Gemellas oppida provinciæ Byzacenæ. Num in itinerario Antonini Gemellæ ponuntur inter Telepten & Capsen oppida Byzacena.

[s] MIGIRPAN.] in provincia proconsulari, ut docet eadem notitia. Felix à Migirpa interfuit eidem Concilio S. Cypriani. In Concilio Carthagine habito anno CCCXC. Casario & Attico Coss. legitur nomen Titi Migirpensis. At in Græco per transpositionem literarum scriptum est *μιγεμπιτανοῦ*. Quod fraudi fuit Gentiano Herveto, qui *Micripetana* vertit apud Balsamonem. Rectè itaque censuit Ortelius heic agi de Episcopo Migirpensi.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

Item recitavit. Paulus Episcopus [a] Siccensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felicianua Episcopus [b] Aquænovensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Æmilianus Episcopus Verronensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Secundinus Episcopus Vvaziensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Bellicius Episcopus Teleptensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Lucius Episcopus [c] Zabensis. *Cùmque accessisset, idem dixie.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Bebianus Episcopus Dusensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Bonifacius Episcopus Vtimmensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [d] Restitutus Episcopus Membressitaous. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus Aquensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, & traditorem in plebe mea non babeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Habemus ibi Presbyterum. Nam & Episcopus ibi fuit, modò defunctus est, & in loco ejus necdum est ordinatus. *Item recitavit.* Victor Episcopus [e] Curubitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Saturus Episcopus Bizaciensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Florentious Episcopus Fornitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Æmilianus Episcopus Casensium Medianensium. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victor Episcopus [f] Gatianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Luculus Episcopus [g] ab Hospitiis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. Duos adversùm me habeo, & ordinaverunt modò unum. *Item recitavit.* Romanus Episcopus [h] Lesuitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Restitutus Episcopus [i] Segermitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus ab [k] Horrea Aninicensi. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Faustinus Episcopus Tambaiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Primilianus Episcopus Locimagnensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Item recitavit.* Maximianus Episcopus [l] Bennefensis. *Primianus Episcopus Carthaginis dixit.* [m] Hodie exivit de corpore. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Tiseditanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Vrbanus Episcopus Talensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Innocentius Episcopus Guzabetensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Item recitavit.* Felix Episcopus [n] Zummensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Leontius Episcopus [o] Rusticianensia. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. *Terentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Iste rebaptisabat post partem Donati. Rebaptizatus est postea, & sic est ordinatus.

CXCIX. *Adeodatus Episcopus dixit.* Serva partibus quæ competunt. *Item recitavit.* Evasius Episcopus Girbitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi.

CC. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ Siccensis dixit.* Felix Zummensis quomodo absens subscribere potuit doceatur. *Et alia manu.* Recognovi.

CCI. *Marcellinus v. c. Tribunus & notarius dixit.* Videtis quid à partibus vestria flagitetur. Quæritur enim quis nomine istioa qui inpræsentiarum videtur minimè constitutua subscripserit mandato. *Adeodatus Episcopus dixit.* Expecta, hoc quæritur. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. *Optatus Episcopus dixit.* Felix Lambiensis infirmatur. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Cujus loci Felix Episcopus subscripserit, officium apertè demonstret. *Et recitavit.* Felix Zummensis. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Subscriptionis falsitatem deprebensam fuisse testatum sit. *Et alia manu.* Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit.* Hic [p] error est, non falsitas. *Et alia manu.* Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Magnus error. Nescivit unde esset. *Et alia manu.* Recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.*

[a] SICCENSIS] in provincia proconsulari, ut patet ex Ptolemæo & ex itinerario Antonini, ubi vocatur Sicca Veneria. Candidus Episcopus Siccensis subscripsit epistolæ Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham CP.

[b] AQUÆNOVAN.] in Numidia, ut colligitur ex notitia Episcoporum Africæ toties laudata.

[c] ZABENSIS] in Numidia aut in Sitifensi. Duplex enim fuit Zaba. Vide notitiam.

[d] RESTITUTUS MEMBRESS.] Quum in Concilio Bagaitosi habito anno CCCXCIV. damnatus fuisset Salvius Episcopus Membressitanus cum undecim aliis collegis suis, eis tamen integer honor reservatus est si intra diem octavum Kalendarum Ianuarii redire vellent. Itaque secondum regulas nemini licebat cathedram alicujus ex illis duodecim damnatis occupare ante diem illum. Et tamen Restitutus in locum Salvii ordinatus est *antequam ipse dies dilationis transiret*, ut ait Augustinus epist. 255. Ordinatus ergo fuit anno CCCXCIV.

[e] CURUBIT.] in provincia proconsulari; ut patet ex notitia, ex Concilio Carthaginensi sub Bonifacio, & ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

[f] GATTIANAN.] in provincia Byzacena, ut patet ex Victore Vitensi in fine libri 3. & ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Constantinum Imperatorem. Atque hinc emendanda haud dubiè est notitia Episcoporum Byzacenorum; in qua nominatur Secundinus Episcopus *Garrianensis*, cùm legendum sit *Gattianensis*.

[g] AB HOSPITIIS] sive Hospitensis in Numidia, ut docet notitia Africæ.

[h] LESUIT.] in Mauritania Sitifensi, ut docet eadem notitia.

[i] SEGERMIT.] in Byzacena, ut patet ex eadem notitia. In Concilio Carthaginensi S. Cypriani legitur nomen Nicodemi Episcopi à Segermis.

[k] HORREA ANIN.] in Mauritania Sitifensi, ut opinor. Quippe Horream Cæliam constat fuisse in Byzacena. At in notitia Episcoporum Sitifensium recensetur Victor Horrensis. Verùm in epistola Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham CP. nominatur Donatus Episcopus *Orreensis*, ut legitur in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Bellovacensis; pro quo editiones repræsentant *Hortensis*. In Concilio Carthaginensi Bonifacii nominatur Avus Episcopus plebis Horreensis.

[l] BENNEF.] in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia. Bennefam territorio Iuncensi vicinam fuisse testatur Ferrandus in vita S. Fulgentii cap. 14. prout legitur in antiquissimo & optimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Nam editiones habent *Vicensi*.

[m] HODIE EXIVIT] Vide suprà cap. 133. pag. 212. ubi eadem dicuntur.

[n] ZUMMENSIS] In veteri libro & in editionibus scriptum est *Tuzummensis*. Nos emendavimus propter ea quæ sequuntur. Quod etiam probatur ex his quæ Adeodatus Episcopus Milevitanus ait suprà cap. 124.

[o] RUSTICIAN.] in Numidia, ut docet notitia.

[p] ERROR EST] Vide infrà cap. 213. hujus primæ cognitionis.

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

Quis sub ejus nomine subscripserit, saltim hoc Notarius eorum edicat. [a] ut suprà. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sufficit non nos prætermisisse ist. aut suprà. *Petilianus Episcopus dixit.* Felix quidam Lambiensis, collega noster, hic ægrotat; sed & alii duo, id est, [b] Flavianus & [c] Donatus, ibidem non mediocri ægritudine retinentur. Credo quòd alicui mandaverit pro se subscribi ille Felix, & in nomine sedis vel loci factus est error; quem aut simpliciter accipiant, aut facimus hujus nominis jacturam. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Accepistis prosecutionem quam vobis æstimo posse sufficere. Vnde patimini ut reliqua perlegantur. *Et recitavit.* Ianuarius Episcopus de [d] Tubursico Numidiarum. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Secundus Episcopus [e] Tenitanæ urbis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Hic sum, & mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [f] Donatus Episcopus Arensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, & traditores in plebe mea non habeo. *Item recitavit.* Marinianus Episcopus [g] ab Oca. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Montanus Episcopus à Cemeriniano. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium non habeo. [h] *Fortunatus Episcopus Ecclesiæ* [i] *catholicæ Constantiniensis dixit.* Habemus illic Ecclesiam & Presbyterum Terentium. *Item recitavit.* Donatianus Episcopus [k] Carcabianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Iustus Episcopus [l] Nicibensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus Tagaraiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victor Episcopus [m] Equizetensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus [n] Horreæ Cæliensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus [o] Pudentianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, traditores verò in plebe mea & omni diocese mea non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Episcopum ibi habebamus Memmianum reverentissimum virum. Postea alterum Memmianum illic ordinavimus. Defuncti sunt. Ordinamus alium. *Adeodatus Episcopus dixit.* Cui? *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Remotis vobis ordinamus. Ipsi deposuerunt basilicas, ipsi tulerunt ornamenta Ecclesiæ. Ille qui loquitur quatuor basilicas deposuit uno loco. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus [p] Aptucensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Victor Episcopus Ecclesiæ catholicæ Libertinensis dixit.* Vnitas est illic, publicam non latet conscientiam. *Item recitavit.* Fidentius Episcopus [q] Cullitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Saturninus Episcopus Gazabianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item*

[a] VT SVPRA] id est. *Et alia manu Recognovi.*

[b] FLAVIANVS] Episcopus Pauzaicosis. supra cap. 187. pag. 237.

[c] DONATVS] Sucardensis. infrà cap. 250.

[d] TVBVRSICO NVM] quod vicinum erat Tagastæ, ut patet ex epistola 163. S. Augustini. Ianuarius autem iste successerat Fortunio, quem valde senem eo tempore fuisse testatur Augustinus in eadem epistola.

[e] TENIT.] in provincia Byzacena, ut docet notitia Africæ. Thenarum coloniæ haud procul ab Vsula, quæ est civitas Byzacenæ, meminit itinerarium Antonini. In epistola Episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum Imp. subscribit Felix Episcopus civitatis Thentius. Sic enim habet vetus codex Ecclesiæ Bellovacensis, cùm in editionibus scriptum sit *Themisu.* Sed hoc discrimen non est magni momenti.

[f] DONATVS ARAN] Mirum est quod ait iste, non habere se traditores in plebe sua, quo nomine pars Donati intelligebat catholicos. Nam infrà cap. 207. nominatur Secundus Episcopus Arensis, & ipse Donatista, qui item profitetur se non habere adversarium in plebe sua. Porrò inter Episcopos Concilii Cabarsussitani subscribit Annibonius Rabaatensis pro Augendiarensi Episcopo. Pro quo legendum esse *Augendo Arensi* illic monuimus.

[g] AB OCA] Massonus edidit *Abeca*, Pithœus à *Bisa*. Neuter bene. Oca fuit civitas provinciæ Tripolitanæ, cujus Episcopus Natalis interfuit Concilio Carthaginensi sub sancto Cypriano. Cresconius Episcopus Oeensis recensetur inter eos quos Hunerici Vandalorum Regis persecutio afflixit. Meminit & Plinius lib. 5. cap 4. civitatis Oeensis in Africa, quam docet sitam fuisse inter duas Syrtes. Item Solinus. ubi vide Salmasium. Meminit etiam Oea coloniæ itinerarium Antonini. Vide Henricum Valesium ad librum 28. Amm. Marcellini.

[h] FORTVNATVS] In veteri libro & in editionibus legitur *Fortunatianus*, certo errore. Fortunati enim Episcopi Constantiniensis, istius nimirum, mentio est suprà cap. 138 pag. 211. & cap. 141 pag. 223.

[i] CATH. CONSTANT.] Ita nos emendavimus, & emendatio nostra certa est. In veteri exemplari legitur: *cathol. d. Constantinus habemus.* Sed sub litera *s* additum est punctum quod indicat eam esse tollendam. Imperitia fuit veteris grammatici qui ista correxit. Legendum *Constantiniensis* pro *Constantinus.* Et sic constat sensus. Quare meritò rejicienda est lectio Massoni & Pithœi, qui ediderunt. *Constantinam habemus illic Ecclesiam.*

[k] CARCABIAN.] in provincia Byzacena, ut docet notitia. Famosum est nomen Victoriani Episcopi Carcabianensis, qui damnatus est in Concilio Cabarsussitano.

[l] NICIBEN] fortè Nibensis in Numidia, ut patet ex notitia.

[m] EQVIZET.] in Mauritania Sitifensi, ut docet eadem notitia. *Equizeto* legitur in tabula Peutingeriana.

[n] HORREÆ CÆL.] Massonus ista prætermisit in sua editione. Pithœus reposuit; sed aut non bene legit, aut heic erratum est à typographis. Sic enim editum ab illo est: *Ianuarius Episcopus Horrea. . celiensis.* Istius Ianuarii successor Hilarianus interfuit Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. inter legatos provinciæ Byzacenæ. Duæ fuere Horreæ in Africa, Aninicensis videlicet & Cæliensis. Prioris, quæ fuisse videtur in Mauritania Sitifensi, Episcopus fuit Victor, qui nominatur inter Episcopos quos Hunericus Rex Vandalorum persecutus est. Horrea Cælia erat in provincia Byzacena, & Episcopum non habebat tempore illius persecutionis. Horreæ in Sitifensi meminit itinerarium Antonini, alterius verò inter civitates Byzacenæ. Tenax Episcopus ab Horreis Cæliæ interfuit Concilio Carthaginensi sub Cypriano.

[o] PVDENTIAN.] in Numidia, ut opinor. Quippe in notitia Episcoporum illius provinciæ nominatur Peregrinus Paneneianensis.

[p] APTVCENSIS] Vir doctissimus Holstenius putavit Aptucam & Aptungam non esse diversas civitates. Et tamen diversas eas esse admonere illum poterant hæc ipsa gesta collationis Carthaginensis, in quibus cap. 128. nominatur Felix Episcopus Aptugnitanus, & paulò pòst Ianuarius Episcopus plebis Aptucensis. Sed alia heic se nobis offert difficultas. In eodem capite 128. Ianuarii Aptucensis Episcopi nomen recitatur inter Episcopos catholicos, & Dominicus Episcopus catholicus Bullensium regiorum testatur ideo eum nunc non adesse quia corporis infirmitate commotus erat. Deinde Victor Episcopus Ecclesiæ catholicæ Libertinensis ait in capite 201. (quod est hoc nostrum) unitatem esse in Ecclesia Aptucensi, remque esse omnibus notam. Et tamen heic Ianuarius Episcopus Aptucensis recitatur inter Donatistas; & cùm accessisset, mandasse se profitetur & subscripsisse. Cùm autem Victor Libertinensis adversùs ejus professionem exclamet unitatem illic esse, valde puto suppositum fuisse Ianuarium illum & re vera Episcopum Aptucensem non fuisse; sicut infrà cap. 204. cùm in medium prodiisset Donatus Episcopus Medianensium Zabuniorum partis Donati, Novatus Episcopus catholicus Sitifensis audacter renuntiavit falsum id esse, unitatem esse in Ecclesia Medianensi, nullam illic esse Donatistam, Episcopum autem Donatistarum in eodem loco non esse.

[q] CVLLIT.] in Numidia, ut patet ex itinerario Antonini.

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

recitavit. Vitalis Episcopus [a] Masculitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Iste Vitalis Diaconus fuit catholicus in civitate Sitifensi. Rebaptisatus, factus est Presbyter. Projectus est causa adulterii, & factus est postea Episcopus. *Petilianus Episcopus dixit.* Accusatoris loco stare voluisti. *Et alia manu.* Recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Non accusatoris loco, sed purgationis. *Item*
b *recitavit.* Rufinianus Episcopus [b] Tuburbitanus. *Cùmque accessisset* [*idem dixit.*] Mandavi & sub-
c scripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus [c] Baiesitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Saturninus Episcopus
d [d] Victorianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & sobscripsi. *Item recitavit.* Locianos Episcopus Burugiatensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Ma-
e ximus Episcopus [e] Abitinensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.*
f Victor Episcopus [f] Gibbensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & sobscripsi. *Item recitavit.* Victorianus Episcopos Tunosudensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius [Episcopus] Ausugrabensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item* [*recitavit.*] Fortunatianus Episcopus
g á [g] Senemsalis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & sobscripsi. *Item recitavit.* Salustios Episcopus Zertensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Hilarus Episcopus Sullitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. [*Item recitavit.* Victor Episcopus Taborensis.] *Et cùm recitasset, Victor Episco-*
h *pus* [h] *Taborensis dixit.* Susceperam quidem mandatum; sed quia beatissimus pater & [i] princeps noster i
[k] Primianus nunc suscepit, me necesse est mandare k
his actis. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Voluntatem tuam gesta retinebunt. *Item recitavit.* Argutus Episcopus Tabodensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus Manazenensium regionum. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [l] Macrobius Episcopus l
Hipponiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Maximinus Episcopus [m] Vzabirensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* m
Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus [n] Silemsilensis. *Cùmque accessisset, idem* n
dixit. Mandavi & subscripsi. traditores non habeo in plebe mea. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Presbyterum babemos qui intervenit.

Adeodatus Episcopus dixit. Intervenit dixisti. Si CCI.
obique vestros spargere velitis, jam videmini habere nobiscum partem in his locis [o] ubi Christiani o
sunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Item recitavit.* Gaudentius Episcopus Nigizubitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus [p] Sinitensis. *Cùm-* p
que accessisset, idem dixit. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Torrasius Episcopus [q] Fissanensis. q
Cùmque accessisset, idem dixit. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Speratus Episcopus Cataquensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Fortunatianus Episcopus Vensaoensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus [r] Centurionensis. *Cùmque accessisset,* r
idem dixit. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Comparator Episcopus [s] Mactaritanus. *Cùmque* s

[a] Mascvlit.] in Numidia, ut colligitur ex eadem notitia & ex Concilio Carthaginensi anni CDXXV.

[b] Tvbvrbit.] id est, Tuburbitanorum majorum, ut patet ex capite 135. extremo.

[c] Baiesit.] sive Vadesitanus, ut opinor, in Numidia. Vide notitiam Africæ.

[d] Victorian.] in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia.

[e] Abitin.] in provincia proconsulari, ut colligitur ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum. Vide Augustin. lib. 3. contra Parmen. extr. & lib. 4. contra Cresbon. cap. 49.

[f] Gibben] sive Gilbensis in Numidia, ut patet ex notitia.

[g] A Senemsalis] Massonus & Pithœus ediderant *Afcnemsalensis.* In synodo Bonifacii Episcopi Carthaginensis legitur subscripsisse *Patronianus Episcopus plebis Senemsalensis.* In Concilio verò Lateranensi sub Martino, ubi recitatur epistola Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum, nominatur *Iulianus Episcopus Ecclesiæ duarum Senepsalitanarum*, seu potiùs Senemsalitanarum. Itaque verum hujus loci nomen fuit Senemsal. Quia verò duplex istius nominis civitas fuit, utraque eundem babens Episcopum, ideo interdum Episcopi illius sedis se vocabant Episcopos duarum Senemialitanarum, interdum simpliciter Senemsalitanos. Itaque omnino sentio cum viris doctissimis binc emendandam esse notitiam Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem, ubi inter Episcopos provinciæ proconsularis recensetur *Mannacius Duassedemsal;* pro quo legendum *duas Senemsal,* vel potiùs *duarum Senemsaliū*

[h] Tabor. dixit] Antea pessimè scriptum & editum fuit *Tabborensis diocesis.* Nos emendavimus.

[i] Princeps] Concilium Carthaginense III. cap. 26. *Vt primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum.*

[k] Primianvs Svsc.] Primò quidem mandavit, ut legitur suprà cap. 104. pag. 191. Postea suscepit. Suprà cap. 157. pag. 217. *Mandaverum, sed ego hoc mandatum suscepi.*

[l] Macrobivs Hippon.] adversarius sancti Augustini, qui ad eum scribit epist. 155. & 265. ejusque meminit in epistola 158. ad Marcellinum.

[m] Vzabirensis] fortè *Vnisibirensis.* Cyprianus Episcopus Vnisibirensis recensetur inter Episcopos provinciæ Byzacenæ qui crudelitatem experti sunt Hunerici Vandalorum Regis. In epistola verò Episcoporum ejusdem provinciæ ad Constantinum Imperatorem, quæ extat in Concilio Lateranensi Martini Papæ, subscribit Donatus Episcopus Vniaiverensis. Quare certum est Voisibitam eam urbem esse quam Ptolemæus Οὐιζίβιρραν vocat, & sub Adrumeto civitate provinciæ Byzacenæ ponit. An verò Vlizibirra Ptolemæi sit oppidum Vlusubritanum Plinii, non liquet.

[n] Silemsilensis] id est, Selemselitanus, ut ego quidem arbitror. cujus sedis Episcopus Felix anno CCCXCVII interfuit Concilio quod habitum est in urbe Carthaginensi apud Genetlium Episcopum. Ita enim illic constanter legitur in omnibus editionibus. Quare oportet valde mendosum fuisse codicem quo usus est vir doctissimus Petrus Franciscus Chifletius, qui ubique in hoc Concilio edidit *Felix Sefemlitanus.* Non moror autem depravatam lectionem quæ extat in antiquis libris & editionibus Gratiani 16. q. 1. c. *Felix;* ubi correctores Romani rectè reposuerunt *Selemselitanus.*

[o] Vbi Christiani svnt] id est, Donatistæ, tamquam hi soli essent Christiani qui baptismum Donati tenebant. Vide infrà collat. 3. cap. 93. 99. Augustinus epist. 166. ad Donatistas. *Vestri Episcopi conventi à nobis, nunquam nobiscum pacificè conferre voluerunt, quasi fugientes cum peccatoribus loqui.* Aiebant subitò Ecclesiam Christi quorundam peccatorum periisse contagio & in sola remansisse parte Donati, ut legitur in collatione prima cap. 16.

[p] Siniten] in Numidia, ut docet notitia. In indiculo Possidii refertur sermo à S. Augustino habitus Siniti contra Donatistas. Ceterùm iste Cresconius Episcopus Donatista adversarium habuit, ut opinor, Maximinum, cujus mentionem facit S. Augustinus epist. 166. & lib. 22. de civitate Dei cap. 8. Hic ergo, ut ego quidem arbitror, fuit unus ex Episcopis catholicis quorum nomina exciderunt in bis gestis.

[q] Fissanan] Donatus Episcopus Fisciansensis interfuit Concilio Cabarsussitano anno CCCXCIII.

[r] Centvrion.] in Numidia, ut docet notitia.

[s] Mactarit.] in Byzacena, ut patet ex eadem notitia.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

accessisset, idem dixit. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus Banzatensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, traditorem non habeo in plebe mea. *Item recitavit.* Victor Episcopus Hiltensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victor Episcopus Titulitanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus [a] Vosetanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi.

CCIII. [b] *Palatinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Diaconus fuit, & rebaptizatus est. *Adeodatus Episcopus dixit.* Serva partibus quæ competunt. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. *Item recitavit.* Rogatus Episcopus Zaraitensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Cresconius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Diaconus catholicus erat, & rebaptizatus est. *Adeodatus Episcopus dixit.* Serva partibus quæ competunt. *Item recitavit.* Maximinus Episcopus [c] Tuburbitanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus [d] à Medianis Zabuniorum. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi.

CCIV. *Victor Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [e] Probet se accessisse ad unam domum quam dicit. *Novatus Episcopus Ecclesiæ catholicæ Sitifi dixit.* [f] Scriptum sit Medianas Zabuniorum habere Presbyterum. Ipse hodie tenet plebem & basilicam. Unitatem habet, nullus illic est Donatistarum. Supra corpus Episcopi catholici Presbyterum ordinavi, & Deo volente ordinabitur illic Episcopus. [g] Episcopus autem Donatistarum in eodem loco non est. *Adeodatus Episcopus dixit.* Contra hæc serva quæ competunt. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quæ partibus competunt, salva erunt. *Item recitavit.* Felix Episcopus [h] Vzalensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Servandus Episcopus à Casis Favensibus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. traditorem non habeo. *Item recitavit.* Felix Episcopus [i] Puriensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi.

ANNO CHRISTI 411.

CCV. *Petilianus Episcopus dixit.* De mandato constet non de causa, quæ postea est ventilanda. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

COLLATIO CARTHAG. CCVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ista frequentius interloquutus sum, superfluè in his creditis immorandum. *Item recitavit.* Messianus Episcopus Seleucianensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Liberantius Episcopus Tisanianensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus Advocatensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Scillitanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Urbanus Episcopus Vicensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victorinus Episcopus Adrumetinus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Maximus Episcopus Canianensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Ampelius Episcopus Neapolitanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Maximus Episcopus [k] Macrensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Idaxius Episcopus Muzucensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Restitutus Episcopus [l] Flumenpiscensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Tertullus Episcopus [m] Cilibiensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. [*Item recitavit.*] Ianuarius Episcopus [n] Natensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [o] Honoratus Episcopus [p] Thusdritanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Crescentilianus Episco-

[a] VOSETEN.] sive Bosetensis, ut suprà cap. 125 pag. 200.

[b] PALATINVS EPISC.] Bosetensis catholicus.

[c] TVBVRBIT.] id est, Tuburbitanorum minorum, ut patet ex cap. 133. pag. 208. ubi iste Maximinus nominatur.

[d] A MEDIAN. ZAB.] In notitia Episcoporum provinciæ Byzacenæ accensetur *Autatius Medianensis*, & in notitia Episcoporum Mauritaniæ Cæsariensis *Valentinus Castelli Mediani*. In utra harum provinciarum sitæ fuerint Medianæ Zabuniorum non liquet. Amm. Marcellinus lib. 29. commemorat munimentum nomine Medianum.

[e] PROBET SE] id est. Adeo falsum est hunc Donatum regere plebem Zabuniorum ut nominare non possit ullam domum ad quam accesserit. Plebes enim Zabuniorum, quæ per Presbyterum regitur, unitatem habet, & nullus hic est Donatistarum.

[f] SCRIPT. SIT MED.] In veteri libro legitur: *Scriptum sit memedianas.* Pro quo Massonus edidit *me Nec dianas*, Pithœus *me Medianas*. Sed hæc emendatio falsa est. Novatus enim Episcopus non dicit se esse Presbyterum Medianarum, sed Presbyterum illic esse catholicum. Error ortus ex modo agendi veterum librariorum, qui frequenter syllabas geminabant.

[g] EPISC. DONAT. N. EST] Vide quæ suprà dicta sunt de Ianuario falso Episcopo Aptucensi pag. 246.

[h] VZALENSIS] in provincia proconsulari, ut docet notitia. Hic autem Felix Episcopus Vzalensis Donatista non profitetur se non habere adversarium in plebe sua. Itaque arbitror Evodium Episcopum catholicum illius sedis, virum ea tempestate insignem, ac propterea à Donatistis vocatum præcursorem ac navigatorem & fortem catholicorum legatum, unum fuisse ex Episcopis quorum nomina exciderunt in recitatione mandati. Certè Theasius Episcopus Memblositanus, perpetuus ferè socius Evodii, nominatur suprà cap. 133 pag. 216. inter Episcopos qui collationi interfuerunt.

[i] FELIX EP. PVRIENSIS] Suprà cap. 133. pag. 210. mentio est Felicis Episcopi Pisitensis Donatistæ, qui erat adversarius Ambibii Episcopi catholici. Et quamvis sciam Servandum Puriensem in Byzacena provincia Episcopum nominari in veteri notitia Episcoporum Africæ quos Hunerici Vandalorum Regis crudelitas afflixit, valde tamen suspicor hunc Felicem, qui hic dicitur Puriensis, eum fuisse qui adversus Ambibium stetit.

[k] MACREN.] in Mauritania Sitifensi, ut docet notitia.

[l] FLVMENPISC.] in Mauritania Sitifensi. Victor Episcopus Flumenpiscensis exagitatus est cum aliis Episcopis catholicis ab Hunerico Rege Vandalorum. Quare vera est docti cujusdam viri conjectura, qui ex hoc loco conjecit apud Optatum lib. 1. legi debere *Ianuarius Flumenpiscensis* pro eo quod editum est *Flamen Pistensis.*

[m] CILIBIENSIS] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum. Vir doctissimus Lucas Holstenius hoc loco legendum putat *Sicilibrensis*. Verùm errare eum hinc patet quòd jam antea cap. 198. pag. 241. nominatus est Quadratianus Episcopus Sicilibbensis, & ipse Donatista.

[n] NATEN.] in provincia Byzacena, ut docet notitia.

[o] HONORATVS] Quatuor istius nominis Episcopi Donatistæ interfuerunt huic collationi. Arbitror autem ad aliquem eorum scriptam esse epistolam CXXI. sancti Augustini, ad eum nimirum qui Thusdritanus Episcopus fuit. Nam aliorum sedes erant in Mauritania Cæsariensi, inter quam & Numidiam, ubi Augustinus, interjacet Mauritania Sitifensis. At Augustinus in fine ejusdem epistolæ testatur illum cui inscripta est epistola vicinum suum fuisse. Fuit ergo apud Thusdrum in provincia Byzacena.

[p] THVSDRIT.] Vide quæ occasione Navigii Episcopi Dydritani dicta sunt suprà cap. 121. pag. 195.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

pus [a] Lambiritensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi, & profiteor me traditores non habere. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Superfluè profiteris. Episcopus ibi fuit, proximè defunctus est. Ordinandus illic erit alius. *Item recitavit.* Habetdeus Episcopus [b] Aurusulianensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Burcaton Episcopus [c] Gemellensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. traditorem non habeo, nec unquam habui. *Item recitavit.* Ianuarius Episcopus Betagbaritanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatianus Episcopus Lamzellensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. traditorem autem nec habeo, nec habui, nec habiturus sum. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Rufus Episcopus ibi fuit noster. Lamzelli in basilica nostra positus est [d] Gildo. Scriptum sit, dum expectatur electio. Ceterùm in nomine Christi ordinabitur illic Episcopus. *Item recitavit.* Celer Episcopus Capsensis. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus [e] Musertitanus. *Cumque accessisset, idem dixit.* Mandavi [& subscripsi,] *Item recitavit.* Donatus Episcopus Tubursicensis. *Cumque accessisset, idem dixit* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Quodvultdeus Episcopus [f] Cessitanus.

CCVII. *Petilianus Episcopus dixit.* [g] In itinere defecit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Qui in itinere dicitur defecisse, quemadmodum invenitur subscripsisse doceatur. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Non de ipso dictum est, calumniosè agis, de altero suggestum est. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* De quo? *Petilianus Episcopus dixit.* Qui decessit in via. *Et alia manu ut suprà. Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Recitentur nomina, ut eadem agnoscat. *Et alia manu.* Recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si in via defecit, quomodo subscripsit? *Et alia manu.* Recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Clericus pro mortuo subscripsit? *Et alia manu.* Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Eligat, sibi ut ostendam quomodo mentiatur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Doceatur quomodo is qui in itinere dicitur defecisse subscripserit. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Recitetur utrum clericus ex nomine suo subscripserit, an ex nomine defuncti. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Recitetur cujus nomine subscripserit qui in itinere dicitur defecisse. *Et recitavit.* Quodvultdeus Episcopus Cessitanus æger subscripsi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Advertit nobilitas tua nullius clerici nomen pro defuncti nomine subscripsisse, sed tamquam vivi, mortui nobis, qui in via juxta eorum professionem dicitur defecisse, subscriptionem obtulisse. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Quid si & iste moriatur qui æger subscripsit? Quasi [h] hodie non unus defecit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit.* Sed in itinere defecisse dixisti. *Et alia manu.* Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sufficiunt ista deprehensa. Cetera subsequantur. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Nihil deprehendisti, argumentaris contra veritatem. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Tu dixisti. *Et alia manu.* Recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si verum est, ut asseritis, quòd in itinere defecit, constat subscriptionem ejus falsissimè recitatam; sin verò ipse subscripsit, non potuit in itinere deperire. *Petilianus Episcopus dixit.* Non est humanum mori? Non etiam morientes testamentis suis subscribunt? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Humanitatis est mori, sed inhumanitatis est fallere. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Non est hoc fallere, quia potuit revertens in itinere mori. Mandatum adhuc modò accipio. Dico quid moveat. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Mandatorum dies prolatus à partibus recitetur, ut appareat de nomine defuncti quæ pars in mendacium prosilierit. *Et alia manu.* recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Mandati diem pandat officium. *Rufinianus scriba dixit.* Recitabo, sicut præcepit sublimitas tua, diem mandati. *Et recitavit.* Post consulatum Varanis viri clarissimi octavo Kalendas Iunias Carthagine. *Et cùm recitaret, Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Cetera perlegantur. *Rufinianus scriba recitavit.* Ianuarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis, & ceteri, Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato, coepiscopis nostris præsentes præsentibus salutem. *Et cùm recitaret, Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Iamdudum ipse subscripsit. Modò dixit, Clericus subscripsit, modò

[a] LAMBIRIT.] in Numidia, ut patet ex notitia & ex tabula itineraria Peutingeri.

[b] AVRVSVL.] In Concilio Cabarsussitano legitur adfuisse Secundianus Episcopus Aurisilianensis, qui haud-dubiè istius Habetdei decessor fuit.

[c] GAMBEL.] in Numidia, ut colligitur ex eadem tabula & ex itinerario Antonini.

[d] GILDO] qui Africam tenuit, ut verbis utamur Hieronymi, & à fratre Mascezele victus fugatusque est & strangulatus anno CCCXCVIII. ut probat Baronius. Is ergo sepultus est in Ecclesia catholica Lamzellensi. Sed ut id credi facilè possit obstat auctoritas Marcellini Comitis, qui Gildonem testatur fuisse paganum. At ego cùm videam uxorem sororemque ejus ac filiam fuisse Christianas, quod in epistolis ad Ageruchiam & ad Salvinam scriptis testatur Hieronymus, & ex Orosio colligatur Mascezelem quoque fuisse hominem religionis nostræ, valde dubius sum an fidem integram adhibere debeam Marcellino ista scribenti post centum & triginta sex annos à morte Gildonis, præsertim cùm nullus alius in his gestis intelligi posse videatur Gildo quàm is qui tenuerat Africam quatuordecim annis ante tempora istius collationis. Quòd si ita est, oportet Lamzellum fuisse in Numidia, cùm ex Orosio lib. 7. cap 36 constet Gildonem periisse prope Ardalionem fluvium inter Thebastem sive Thevestem & Ammederam Numidiæ oppida. Sic enim illic legendum, non *Metrideram*, probant vetustissimi codices MSS. bibliothecæ Colbertinæ.

[e] MVSERTIT.] In veteri exemplari & in vulgaris editionibus legitur *Musit.* certo errore. Nam suprà cap. 121. nominantur duo Episcopi Mustitani, Victorianus nimirum catholicus, & Felicianus Donatista. At cap. 133. pag. 213. nominatur Leontius Episcopus catholicus plebis Musertitanæ, & statim additur Cresconium in eadem plebe ordinatum esse ex parte Donati. Quod apertè evincit legitimam esse hanc emendationem nostram.

[f] CESSIT.] in Mauritania Cæsariensi, ut patet ex notitia.

[g] IN ITINERE DEFECIT] Hanc historiam explicat Augustinus in breviculo primæ diei cap. 14.

[h] HODIE VNVS DEFECIT] nimirum Maximianus Bennefensis, uti dictum est suprà cap. 133. pag. 212. & cap. 198. pag. 244

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

Episcopus. *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.) *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Advertitis præsentes præsentibus peragendi negotii dedisse mandatum. Quomodo igitur hic qui præsens in hac urbe se inter ceteros sine dubio mandasse professus est, & in itinere dicitur defecisse, & in hac orbe sobscripsisse mandato? *Adeodatus Episcopus dixit.* Octo dies emensi sunt ut mandatum confectum est. Is qui mandavit, de cujus nomine nunc agitur, cùm ægrotare cœpisset, ad propria remeans, in itinere defecit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Dicat quo in loco defecit. *Et alia manu.* Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit.* Non novi locum. *Et alia manu ut suprà. Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam probabilis est vestræ sanctitatis prosecutio, qua eum hic fuisse & ægrum ad propria remeantem defecisse testaris, saltim hoc docere te convenit ut utrum in hac urbe fuerit sub Dei testificatione designes. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si præcipit sublimitas tua, Petiliani viri gravissimi prosecutio recitetur, ut ex lectione cognoscant universi quàm non verè nunc dicatur eum repedantem de Carthagine in itinere defecisse, quia aliter eum ejus prosecutio demonstravit. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Legatur prosecutio postulata. *Cùmque ex codice legeretur, Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Nihil mihi videtur amplius de hac parte quærendum nisi ut sub testificatione divina utrum hic præsens fuerit de quo agitur simplici professione pandatur. *Emeritus Episcopus dixit.* Quid si se alius pro eodem apposuit? *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. De hoc Dei erit etiam sine sacramenti interpositione circa fallentes omni ex parte judicium. Vnde reliqua subscribentium nomina relegantur. *Et recitavit.* Quodvultdeus Episcopus [a] Volitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus [b] à Turre Rutunda. [*Cùmque accessisset, idem dixit.*] Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victorius Episcopus [c] Selendetensis. *Crescentianus Episcopus dixit.* Hic est, ægrotat. *Item recitavit.* Crescentianus Episcopus Ammederensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus [d] Bullensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Cresconius Episcopus à [e] Cibaliana. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Iurata Episcopus [f] à Turre Tamallumensi. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Liberalis Episcopus [g] Milidiensia. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopos [h] Auzagerensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victor Episcopus Villaregensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Buzensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Lucius Episcopus Tamallensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Quintus Episcopus [i] Tagatatensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [k] Datianus Episcopus Teleptensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Avegasius Episcopus [l] Tuccaborensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Honoratus Episcopus [m] Iommitensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Vitalis Episcopus [n] Vcensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Plutianus Episcopus [o] Masclianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Faustinus Episcopus [p] Naraggaritanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felicianus Episcopus [q] Viltensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item*

[a] VOLITANVS] Retractanda heic necessariò sunt quæ supra pag. 205. diximus de hac Ecclesia; quia illic ea malè confundi videtur cum Volis Mauritaniæ Tingitanæ populis, & illa Mauritania dicitur esse eadem quæ & proconsularis. quod quomodo mihi excidere potuerit, assequi non possum. Volitana ergo sive Bolitana Ecclesia, ut illic dictum est, sita erat in provincia proconsulari.

[b] A TVRRE RVT] Ptolemæus lib. 4. cap. 2. Rhobondam locat inter oppida Numidiæ. Vide autem an Rhobonda convenire possit cum Turre Rutunda.

[c] SELENDET.] Inter Episcopos qui Concilio Carthaginensi interfuerunt anno DXXV. nominatur Felicissimus Episcopus plebis Sedelensis.

[d] BVLLEN.] sive Bullensium regiorum, ut patet ex cap. 135.

[e] CIBALIANA] In Concilio Carthaginensi S. Cypriani nominatur Donatus à Cibaliana

[f] A TVRRE TAMALLVM.] Massonus ediderat *Aturreta Mallemen*. Pithœus, *à Turre Tamallemen*. Verùm suprà cap 126. pag. 201. legitur unica dictione *Turretamallumensis*. Quare hinc emendanda etiam est epistola Episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum Imperatorem, ubi nominatur Pentasius Episcopus sanctæ Ecclesiæ *Turriam Tamulus*. Pro quo vetustissimus codex Ecclesiæ Bellovacensis habet *Turrumtamal*.

[g] MELIDIENSIS] Quid si legamus *Mididiensis*? Mididi enim fuit civitas provinciæ Byzacenæ, cujus Episcopus Eubodius vixit tempore Hunerici Regis Vandalorum. Ejusdem civitatis meminit & Ferrandus Diaconus in vita sancti Fulgentii cap. 12. ubi malè editum est *Ididi*. Vetus codex Colbertinus rectè habet *Mididi*. Quæ lectio confirmatur auctoritate veterum exemplarium a Chiffletio laudatorum, quæ *Indidi* habent.

[h] AVZAGER.] in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

[i] TAGATAV.] in proconsulari, ut docet notitia Africæ.

[k] DATIANVS TELEPT.] Aut fatendum est mirum, quod negari non potest, fuisse Donatistarum impudentiam, qui falsorum Episcoporum nomina proferre auderent, aut necesse est affirmare locum hunc esse mendosum. Nam suprà cap. 121. pag. 194. nominati sunt Donatianus Episcopus Teleptensis catholicus & Bellicius ejus adversarius, & Bellicius rursum cap. 198. pag. 243.

[l] TVCCABOR] in provincia proconsulari; ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum. Fortunatus à Tuccabori interfuit Concilio Carthaginensi S. Cypriani.

[m] IOMMIT.] in Mauritania Cæsariensi. Sed in itinerario Antonini legitur *Iomnium municipium*, etiam in vetustissimo exemplari bibliothecæ Colbertinæ. Quo etiam modo vocatur à Ptolemæo. Quare valde suspicor legendum isthic esse *Iomnitensis*.

[n] VCENSIS] fortè *Verensis*; ut in notitia Episcoporum Africæ, ubi inter proconsulares recensetur *Exitiosus Verensis*. Nisi si notitia emendanda est ex his gestis.

[o] MASCLIANEN] in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia. Masclianasum in provincia Byzacena mentio extat in itinerario Antonini. Iulianus à Mascilianis interfuit Concilio Carthaginensi sub Cypriano.

[p] NARAGGARIT.] in provincia proconsulari; ut patet ex notitia Episcoporum Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem, ubi nominatur *Maximinus Maraggaritanus* sive Naraggaritanus. Eadem emendatio adhibenda est Concilio Carthaginensi sub Bonifacio, cui subscribit *Victorinus Episcopus plebis Nagargaritana.* In epistola Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham C.P. reperimus nomen Benenati Episcopi sanctæ Ecclesiæ Naraggaritanæ. Naraggaram porrò post Tagastem commemorat itinerarium Antonini.

[q] VILTANSIS] in provincia proconsulari, ut colligitur ex citata paulò antè epistola, cui subscribit Theodorus Biltensis.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

recitavit. Felix Episcopus [a] Boncarensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Felix Episcopus [b] Telensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [c] Secundus Episcopus Arensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. adversarium in plebe mea non habeo. *Item recitavit.* Iulianus Episcopus Tignicensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [d] Splendonius Episcopus [e] Mutugennensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Serenianus Episcopus Mammillensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Salvianus Episcopus [f] Leptitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Reparatus Episcopus [g] Vindensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Leontius Episcopus [h] Præsidiensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Titianus Episcopus Sufetulensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Nestorius Episcopus Malianensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Ancusensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [i] Flavosus Episcopus Cissitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Maximinus Episcopus [k] Turreblandensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Miggin Episcopus [l] Vagalitanus. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Donatianus Episcopus Capsensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Marcianus Episcopus [m] Cebarsussensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Licèt adversarium non habeam, tamen mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Restitutus Episcopus Lamitensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* Victorinianus Episcopus [n] Aquensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Asellicus Episcopus Ecclesiæ catholicæ municipii Tusuritani dixit.* Sub testificatione omnipotentis Dei & Iesu Christi salvatoris nostri dico nos sic esse de [o] Arzugibus profectos die tertio Kalendarum Maiarum. Presbyter fuit, non Episcopus. In via ordinatus est. Sed hac factione qua valet est illic Episcopus, in adulterio detectus. Adhuc pendet cognitio. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Episcopum sufficit ordinatum; ac parte transita, reliqua percurrat officium. *Et recitavit.* Faustinus Episcopus [p] Nationensis. *Cùmque accessisset, idem dixit.* Adversarium non habeo. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit.* [q] Marcianus Episcopus. *Eminentius Episcopus in itinere remansit.* Felix Novasinnensis subscripsi pro eo. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quomodo præsentes præsentibus mandaverunt? *Felix Novasinnensis Episcopus dixit.* Ipse me rogavit in itinere, & ego pro ipso subscripsi.

CCIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Licèt hoc lectum atque dictum sit quòd præsentes præsentibus mandaverunt, tamen, ne mora superflua conteratur, reliqua percurrat officium.

[a] BONCAR.] sive Voncariensis in Mauritania Cæsariensi, ut patet ex notitia.

[b] TELEN.] in provincia proconsulari, ut patet ex epistola paulò antè laudata. Natalicus Episcopus Telensis interfuit Concilio Cabarsussitano.

[c] SECVND. E. ARAN.] Duos oportet istius sedis Episcopos fuisse, aut duas fuisse Aras in Africa. Nam suprà cap. 201 pag. 245. Donatus Episcopus Arensis commemoratur, qui profitetur se non habere traditores in plebe sua. quod isthic quoque de plebe sua profitetur Secundus.

[d] SPLENDONIVS] Vide an is esse possit Diaconus in catholica damnatus, & à Donatistis rebaptizatus ac Presbyter factus, cujus meminit Augustinus lib. 3. contra literas Petiliani cap. 38. Certè tempora congruunt.

[e] MVTVGAN.] Antea legebatur *Mutigennensis*. Verùm quia suprà cap. 133 pag. 211. & apud Augustinum epist. 203. & 204. legitur *Mutugennensis*, nos ita emendavimus.

[f] LEPTIT.] Duæ, ut patet ex itinerario Antonini, fuere Leptes in Africa, una magna, altera minor. De Lepte magna isthic agi hinc conjici posse videtur quòd Leptis minoris sive Leptiminensis Episcopus Donatista Victorinus suprà nominatus est cap. 121. pag. 196. & cap. 187. pag. 235 Porrò Leptis magna distabat M. P. XVIII. ab Adrumeto. A minore autem usque ad majorem numerantur M. P. DI.

[g] VINDAN.] sive Bidensis, ut opinor, in Mauritania Cæsariensi. Vide notitiam Africæ.

[h] PRÆSID.] in provincia Byzacena, ut eadem notitia docet.

[i] FLAVOSVS CISSIT.] Ordinatus fortassis in via fuerat ab Episcopis Donatistis, quia Quodvultdeus in itinere defecerat. Verùm hæc res non minimum habet difficultatis. Nam horum duorum Episcoporum nomina uno die recitata sunt ex subscriptionibus; & tamen Donatistæ, quum aiant Quodvultdeum defecisse in itinere, nullam successoris ejus mentionem faciunt. Et catholici, qui controversiam moverant de nomine Quodvultdei, nunc silent ad pronuntiationem nominis Flavosi; qui tamen interrogare poterant Donatistas quomodo iste potuerit subscribere ut Episcopus Cissitanus, vivente adhuc Quodvultdeo.

[k] TVRREBLAND.] in provincia Byzacena. In notitia Episcoporum Africæ quos Hunericus Vandalorum Rex afflixit, quæ extat apud Victorem Vitensem, nominatur Paulus Turreblandinus. Item in epistola Episcoporum ejusdem provinciæ ad Constantinum Imperatorem, quæ descripta est in actione secunda Concilii Lateranensis Martini Papæ, legitur Darianus Episcopus Ecclesiæ Turreblandis.

[l] VAGALIT.] in Mauritania Cæsariensi, ut patet ex notitia Africæ.

[m] CEBARSVSS.] Sic etiam scriptum est in Chronico Victoris Tunonensis sub finem & apud Augustinum lib. 4. contra Cresconium cap. 6. At in enarratione psalmi 36. *Cabarsussi* habent omnia antiqua exemplaria, non verò *Cavernas Susis*, ut malè in editis. Quare eleganter errant qui heic Concilium Caverneuse comminiscuntur, & Cavernas Susis Carthagini propinquas fuisse scribunt.

[n] AQVENSIS] in provincia Arzugitana, ut patet ex prosecutione Asellici.

[o] ARZVGIBVS] Provinciæ Arzugitanæ meminit Aurelius Episcopus Carthaginensis in epistola de damnatione Pelagii & Cælestii. Existimat autem Ortelius provinciam illam eam esse quæ vulgò Tripolitana dicitur. Verùm in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 49. & 52. Tripolitani & Arzugitani sic commemorantur ut diversarum provinciarum fuisse videantur. Itaque dicendum videtur Arzugitanos fuisse quidem in provincia Tripolitana, sed tamen aliquam tum divisionem intercessisse quæ eos quodam modo distraxerat. Sanè in epistola synodica Concilii Byzaceni quæ extat in tomo secundo Conciliorum pag. 1179 mentio est utriusque Tripolis, non quidem in editionibus, sed in optimo & vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ, hoc modo: *Mauritania ac utriusque Tripolis.* Vide Sirmondum ad Sidonium.

[p] NATION.] in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

[q] MARCIANVS EP.] Deest, ut videtur, nomen loci cujus ille Episcopus fuit. Ceterùm cùm ista non bene hactenus edita fuissent, inventus est qui ex nomine sequentis Episcopi faceret cathedram Marciani, quem propterea dixit Episcopum fuisse Eminentianensem. Sanè in notitia Episcoporum Mauritaniæ Cæsariensis nominatur Victor Eminentianensis. Vide autem an hinc sanari possit hic locus. Quòd si ista emendatio placet, ita restituendus esset: *Marcianus Episcopus Eminentianensis, Felix Novasinnensis Episcopus dixit: in itinere remansit, subscripsi pro eo.*

Et

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

Et recitavit. Martialis Episcopus Idicrensis pro Felice [a] Garbensi & Iusto Formensi, qui in itinere causa infirmitatis detenti sunt, pro eis subscripsi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Etiam hoc superiori constat esse consimile. *Et adjecit.* Aliud recitetur. [b] *Marcianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Felix Episcopus Garbensis de domo sua non exivit. *Et recitavit.* [Gaudentius Episcopus [c] Tigisitanus.] *Cresconius Episcopus* [d] *Signitanus dixit.* Gaudentius collega noster Episcopus loci Tigisitani infirmitatis causa in itinere remansit; pro eo subscripsi.

CCX. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Testatum sit actis sublimitatis tuæ ideo hæc fieri ut major videatur eorum numerus Episcoporum, quamvis nec sic catholicis possit æquari. *Et alia manu.* Recognovi. *Item recitavit.* Donatus Episcopus Sucardensis. [e] *Marinianus Episcopus dixit.* Hic est in civitate, sed ægrotat.

CCXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Vt statui, lecta in seriem referentur actorum. Quoteni autem sint utriusque partis Episcopi, quorum subscriptio recitata est, cauculatim pandat officium.

CCXII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Adhuc sunt præsentes collegæ nostri, qui subscriptiones suas mandato non indiderunt. Occupati enim fuerant vel infirmitate vel necessitate, vel etiam postea supervenerunt. Hi etiam jube ut cogniti accedant. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Interim eorum numerus qui subscripserunt ab officio demonstretur. *Rufinianus scriba dixit.* Excepta ea [f] pagina quæ errorem habet, in subscriptione Donatistarum invenimus nomina contineri. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Ipsa autem pagina quot nominibus continetur? *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [g] Sex, annumeratis etiam absentibus. *Et cùm diceret, (Et alia manu.* Recognovi. *) Rufinianus scriba dixit.* Sex; ac sic efficiuntur omnes ducenti septuaginta novem.

CCXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Alterius quoque partis quot Episcopi recitati sunt intimetur. *Rufinianus scriba dixit.* Catholicæ partis Episcopi secundùm subscriptionem huic brevi insertam efficiuntur ducenti sexaginta sex, exceptis his quos dicunt necdum subscripsisse.

CCXV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Nunc quot sunt ii quos subscripsisse testantur, edicere non morentur. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Transeant, & cognoscantur. Viginti sunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ergo, si adsunt, suam debent singuli demonstrare præsentiam. *Cùmque Apronianus Episcopus accessisset, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Cujus es civitatis Episcopus? *Apronianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [h] Mazacensis. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Mandato cui per absentiam non subscripsisti consentis? *Apronianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ Mazacensis dixit.* Consentio. *Item & accedente Maximino Suffetano Episcopo, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Consentis tu quoque mandato? *Idem dixit.* Consentio, & mando. *Item accedente Victore Episcopo Aiurensi, idem dixit,* Mando & consentio. *Item accedente Felice Episcopo* [i] *Ficense, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Felice Episcopo Macrianensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Lucio Episcopo* [k] *Olivensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Tertulliano Episcopo* [l] *Hirenensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Iohanne* [m] *Gummitano Episcopo, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente* [n] *Ampelio Vagensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Primulo Episcopo Vagense, idem dixit.* Mando & consentio. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Diù observavit [o] Severus, sed nunc infirmitate discessit. *Item accedente Regino Episcopo Tigillabensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [p] Delphinus Episcopus hic est, sed infirmitate detinetur. Nam & [q] Faustinianus Episcopus Rusiccadensis hic est, in hac civitate, sed malè habet; & Felix Serteita-

Vide suprà cap 176.

[a] GARBEN. ET FORM.] in Numidia, ut docet eadem notitia. Optatus Milevitanus lib. 1 de Concilio Cirtensi loquens, quod compositum erat ex Episcopis Numidiis: *Victor Garbiensis, Felix à Rotario.* Idem lib. 2. *De Numidia Vrbanus Formensis & Felix Idicrensis.* Videtur ille Garbiensis fuit primus Donatistarum Episcopus in urbe Roma, ut docet idem auctor.

[b] MARCIANUS EPISC.] Idicrensis, suprà cap. 128. pag. 205.

[c] TIGISIT.] in Mauritania Cæsariensi, ut colligi potest ex notitia Episcoporum illius provinciæ.

[d] SIGVIT.] Cùm iste Episcopus subscribat pro eo qui erat Episcopus in Mauritania Cæsariensi, dubium non est quin ipse fuerit etiam Episcopus in eadem provincia.

[e] MARINIAN. EPISC.] Oeensis, suprà cap. 132 pag. 207. & cap. 201. pag. 245.

[f] PAGINA QUÆ ERR. HAB.] id est, suprà in cap. 201. pag. 244. in qua acriter disputatur de subscriptione Felicis Episcopi Zummensis Donatistæ, & Adeodatus Episcopus Milevitanus ait: *Hic error est, non falsitas.* Et Petilianus: *In nomine judis vel loci factus est error.*

[g] SEX, ANNUMERATIS] Malè antea legebatur: *Sed annumeratis.* Verùm ita legendum esse uti nos reposuimus probant sequentia Rufiniani verba. Augustinus in breviculo primæ diei cap. 24. *Respondit officium nomina Donatistarum Episcoporum esse ducenta septuaginta novem, annumeratis etiam illis pro quibus absentibus alii subscripserant, computato & illo defuncto.*

[h] MAZACENSIS] in Numidia Benenatus Episcopus Mazacensis vivebat tempore Hunerici Regis Vandalorum.

[i] FICENS.] in Mauritania Sitifensi, ut docet notitia.

[k] OLIVEN.] in Mauritania Sitifensi. Nam Oliva locatur inter Assavam & Moptum in tabula Peutingeriana. Sed hæc loca fuisse in provincia illa jam ostendimus suprà.

[l] HIREN] in provincia Byzacena, ut patet ex epistola Episcoporum ejusdem provinciæ ad Constantinum Imperatorem.

[m] GUMMIT.] in eadem Byzacena, ut docent eadem epistola & notitia. Concilio Carthaginensi anni DXXV. subscripsit Sabinianus Episcopus plebis Gummenarium. Ævo Leonis IX. cùm Ecclesiæ Africanæ Episcopi ad quinarium numerum redacti essent, Gummitanus Episcopus invasit in nomen dignitatemque Primatis, ut patet ex epistola quarta ejusdem Leonis.

[n] AMPELIO VAGENSI] Vir clariss. Ioannes Garnerius contendit mendum heic esse, proque *Vagensi* legendum *Vadensi*, cujus duos tum Episcopos, & eos quidem pacificos sive catholicos, fuisse ait; sed unde illud acceperit, non indicat. At isthic certè legendum est *Vagensi*, ut patet etiam ex capite 176. pag. 230. Nam & in Concilio Carthaginensi sancti Cypriani legitur interfuisse Felix à Vaga.

[o] SEVERUS] Episcopus Milevitanus catholicus, cujus adversarius erat Adeodatus. Ad hunc Severum scripta est epistola 155. sancti Augustini, qua respondet ei quam à Severo acceperat, quæ est 37. inter epistulas Augustini. Ejusdem mentio est etiam in epistola 110. ejusdem Augustini.

[p] DELPHINUS] Episcopus Numida, ut patet ex capite 65. istius primæ cognitionis & ex epistola 158. sancti Augustini. Posita autem fuit ejus Ecclesia intra veteres limites Ecclesiæ Cirtensis.

[q] FAUSTINIAN. RUSICCAD.] cujus adversarium fuisse Iunionem patet ex capite 198. pag. 241. Rusiccadem in Mauritania Cæsariensi locat itinerarium Antonini.

ANNO CHRISTI 411. nus pedem dolet. *Item accedente Victore Episcopo Abitinensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Ænea Episcopo à Turbunice, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Annibonio Episcopo* [a] *Abbiritano, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Felice Episcopo* [b] *Novensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Argyrio Episcopo* [c] *Sitipensi, idem dixit.* Mando & consentio.

COLLATIO CARTHAG. a b c

CCXVI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quot sunt isti quorum professio nunc processit, edicat officium. *Nampius scriba dixit.* Viginti sunt. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Omnium Episcoporum partis utriusque claruit & certa esse mandata & firmas adstare personas. Et ideo debent egredientes reliqui eis jam præstare secretum quibus omne negotium crediderunt.

CCXVII. d *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Scriptum sit [d] centum viginti esse absentes, quos aut infirmitas aut ætas aut certè necessitas detinuit. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Scriptum erit. *Petilianus Episcopus dixit.* Scriptum sit multò plures [nostros] absentes esse, etiam cathedras viduatas, quibus Episcopi ordinandi sunt. *Et alia manu.* [e] *ut suprà.* e *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Hoc quoque gesta retinebunt. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ Siccensis dixit.* Quia de viduatis cathedris dixit sanctissimus Petilianus, nos quoque [f] sexaginta quatuor vacuas habere his gestis intimamus. f *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Etiam hoc hæret publicis monumentis. [[g] *Et adjecit.* g Remaneant utriusque partis Episcopi qui electi sunt,] & alii exeant. *Quibus egressis,*

CCXVIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Utrum ii tantùm adsint qui à partibus secundùm imperiale præceptum electi esse noscuntur, edicat officium. *Rufinianus scriba dixit.* Partis Ecclesiæ catholicæ secundùm formam edicti tot stant, id est, decem & octo, id est, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas. Etiam ex parte Donati adstant decem & octo, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas.

ANNO CHRISTI 411.

CCXIX. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Edicat officium quantum diei jam videatur emensum. *Rufinianus scriba dixit.* Exemptæ sunt horæ undecim diei.

COLLATIO CARTHAG.

CCXX. h *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* [h] Quoniam diei penè omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu negotium differri placeat intimetur. *Ab utrisque partibus dictum est.* Placet, quoniam jam iste dies videtur emensus.

CCXXI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso [i] propter descriptionem schedarum, perendie, si i præcipis, observabimus. *Et alia manu.* Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit.* Etiam nos consentimus ut perendino die negotium peragatur. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi.

CCXXII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Sicut partibus placuit, interjecto die negotium repetatur. Illud autem utræque partes observare debebunt, ut designatos custodes exceptoribus atque codicibus in describendis schedis invigilare faciant, quatenus fideliter omnia conscribantur, alios quoque binos, ut quaterni sint, sicut dispositum est, his qui nuper exceperunt adhibere custodes.

CCXXIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Alii duo præsentes sunt, sicut jam & officium suggessit, id est, fratres nostri [k] Leo & [l] Asterius. *Et alia* k l *manu.* Recognovi. *Primianus Episcopus dixit.* Damus etiam nos custodes tabularum quatuor. Duos jam dedimus, duos nunc subrogamus, id est, [m] Veratianum & [n] Victorem, præsentes collegas m n nostros. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CCXXIV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.*

[a] ABBIRIT.] id est, Abbir minoris, ut ego arbitror. Nam suprà cap. 133 pag. 809. nominatur Felix Episcopus Abbiritanorum *majorum*. Tertiam quoque Abbir invenio cognominatam Germanicianam, cujus Episcopus Successus interfuit Concilio Carthaginensi sancti Cypriani. Verùm hanc non esse diversam ab Abbirita simpliciter dicta putat Holstenius, eò quòd Candidus, qui Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. inter legatos provinciæ proconsularis interfuit, cùm in ipso Concilio Episcopus Abbiritanus dicatur, in subscriptionibus tamen dicitur Episcopus Germaniæ sive Germanicianorum. Variant enim heic vetera exemplaria. At quòd idem Holstenius Abbiram cum Abzira confundit, falli eum constat ex cap. 126. pag. 104. ubi Fructuosus Episcopus plebis Abziritensis nominatur; qui neque Abbiritanorum majorum Episcopus esse potuit, cùm in ea ipsa collatione interfuerit Felix sedis illius Episcopus, neque item minorum, quorum cathedram tenuit Annibonius.

[b] NOVEN.] in Mauritania Cæsariensi, ut docet notitia.

[c] SITIPENSI] In notitia Beveregii Sitiphnos civitas episcopalis locatur inter Byzacenas.

[d] CENTUM VIGINTI] Ita omnino vetus codex. At editiones Massoni & Pithœi habent ducentos viginti, omnino contra veritatem. Nam Augustinus in breviculo primæ diei cap. 14. ita ait: *Dictum est à catholicis alios Episcopos centum viginti non venisse Carthaginem, quòd quidam eorum senectute, quidam infirmitate, quidam diversis necessitatibus impediti.* Idem in libro ad Donatistas post collationem cap. 24. *Nam cùm aliquantò amplior nostrorum numerus assisset, dictumque à nobis esset alios centum ferme Episcopos catholicos partim senectute, partim valetudine, partim diversis necessitatibus impeditos non venisse Carthaginem, illi hoc audito plures suos non venisse dixerunt.* Porrò hæc prava lectio imposuit viro clarissimo Emanueli à Schelstrate, qui in libro de Ecclesia Africana pag. 188. hinc collegit fuisse tum in Africa DLXX. cathedras episcopales partis catholicæ, ex parte verò Donati quingentas aut circiter.

[e] UT SUPRA] id est, *Recognovi.*

[f] SEXAGINTA QUATUOR] Itaque quod Augustinus ait in breviculo primæ diei cap. 14. dictum esse à catholicis sexaginta suorum cathedras esse quibus successores Episcopi nondum fuerant ordinati, sic intelligendum est ut numerum rotundum ponere voluisse videatur, ut sæpe fit. Sic paulò antè vidimus eum alicubi dixisse centum viginti Episcopos abfuisse, alibi ferme centum.

[g] ET ADJECIT] Hanc pericopen nos addidimus, quia necessaria erat. Suprà: Et *ideo debent egredientes reliqui eis jam præstare secretum quibus omne negotium crediderunt.* Augustinus in breviculo primæ diei cap. ultimo: *Egressis omnibus qui jam superfluò præsentes erant, & remanentibus eis quos necessarios utrique delegerant, in perendinum diem collatio dilata est utrorumque consensu.*

[h] QUONIAM DIEI] Vide infrà collat. 2. cap. 32. 44. 59.

[i] PROPTER DESCR. SCHED.] Quia gesta scripta erant per notas in tabulis Notariorum, neque ea natura rerum ac litterarum est ut quis notas legat alienas, describenda erant in schedis & digerenda in paginas, ut Episcopi subscriptiones suas in eis apponere possent. Vide infrà in collat. 2. cap. 38. & seqq.

[k] LEO] Episcopus municipii Mopetensis. suprà cap. 143. pag. 824.

[l] ASTERIUS] Episcopus Vicensis, ibidem.

[m] VERATIANUM] Episcopum Carpitanum. suprà cap. 125. pag. 799. & cap. 187. pag. 834.

[n] VICTOREM] Tot istius nominis Episcopi Donatistæ fuerunt in hac collatione Carthaginensi ut difficile sit æstimare de quo heic agatur.

ANNO CHRISTI 411. a

Etiam istis advertantibus, id quod postea exceptum est, [a] signatis nunc tabulis crastino describetur. *Et alia manu.* Edantur. *Item alia manu.* Hilarus & Martialis exceptores [b] edidimus.

ANNO CHRISTI 411. b

Explicit gesta primæ cognitionis.

COLLATIO CARTHAG.

[a] SIGNATIS TABULIS] id est, sigillatis, ex more quodam Conciliorum. Sic in actione septima Concilii sexti œcumenici Constantinus Imp. jubet ut *tres codices qui prolati sunt à parte venerabilis Macarii sigillentur.* Vide infrà collat. 2. cap. 53. & collat. 3. cap. 220.

[b] EDIDIMUS] Antea legebatur *edicimus.* Sic infrà collat. 2. cap. 73. *Hilarus & Martialis exceptores edidimus.*

COLLATIO CARTHAG.

a

INCIPIUNT GESTA SECUNDÆ COGNITIONIS, [a] CUM EDICTO.

F*Lavius Marcellinus vir clarissimus & spectabilis Tribunus & Notarius dixit.* Omnium conscientia retinetur id me dudum edicto proposito fuisse pollicitum, ut quicquid inter utriusque partis Episcopos ageretur, subinde in publicam notitiam perveniret. Unde ea quæ interim gesta sunt sanctitati vestræ demonstrare curavi, quatenus habiti partem conflictus etiam oculis judicetis. *Et alia manu.* Proponatur.

I. *Post consulatum Varanis v. c. tertio Nonas Iunias in secretario Thermarum Gargilianarum Carthagini, adstantibus Sebastiano, Maximiano, & Petro viris devotissimis Protectoribus domesticis, Urso, Petronio, & Libosu Ducenariis, sed & Bonifacio & Evasio apparitoribus inlustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore inlustris comitiva sedis, Exitioso adjutore Cornicularii, Possidio, Quodvultdeo, & Colonico, adjutoribus commentariorum officii Domini nostri v. c. & spectabilis Proconsulis, Navigio adjutore numerorum Domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v. c. Legati alma Carthaginis, Rufiniano scriba v. c. Curatoris celsa Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Pratextato exceptoribus Domini nostri v. c. & spectabilis Proconsulis, Fabio exceptore Domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, & Romulo exceptore v. c. Legati alma Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale Notariis Ecclesia catholica, Victore & Crestonio Notariis Ecclesia Donatistarum, Libosus Ducenarius inlustrium potestatum dixit.* Quoniam in hodiernum diem comperendinata cognitio est, & præsentes sunt utriusque partis Episcopi, si jubet sublimitas tua, intromittentur.

II. *Flavius Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Veniant. *Et ingressis Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, Possidio, Novato, Florentio, Maurentio, Prisco, Sereniano, Bonifacio, Scillacio, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto Episcopis Ecclesia catholica, ingressis etiam ex alio latere Primiano, Petiliano, Emerito, Protbasio, Montano, Gaudentio, Adeodato Episcopis partis Donati,*
III. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Et superiore judicio sæpe me obtulisse certissimum est, & nunc deprecor ut sedere dignemini. *Cùmque catholici Episcopi consedissent, Petilianus Episcopus dixit.* Quòd priore judicio factum non est facere non audemus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Licèt & superiore judicio me obtulisse meminerim, tamen illa arbitror tunc minimè factum esse ratione quia multis sacerdotibus convenientibus locus considendi esse non poterat. Unde quia nunc definitas video convenisse personas, deprecor ut vel nunc sedere dignemini.

Petilianus Episcopus dixit. Patribus nostris absentibus non sedemus, maximè cùm lege divina consessus prohibeatur ne cum hujusmodi adversariis nostris considere velimus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. IV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si petitionem meam sanctitas vestra audire neglexit, ut considere dignaretur, hoc mihi extorqueri non poterit quò minùs [b] stando cognoscam. *Cùmque Episcopi catholici surrexissent, atque [c] sessus judicis auferretur ejusdem judicis jussione, & D. N. vir clarissimus & spectabilis Marcellinus Tribunus & Notarius stetisset,* V. b c

Petilianus Episcopus dixit. Scriptum sit hoc tuæ voluntatis esse, non nostræ. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. VI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Decet me vobis stantibus habere hujusmodi voluntatem, quæ ad reverentiam tantorum pertinet sacerdotum. *Petilianus Episcopus dixit.* Honorificè feceris. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. VII.

Martialis exceptor dixit. Cujusmodi notariam Episcopi hesterno nobilitati tuæ obtulerint, hanc in manibus habemus. Si præcipit nobilitas tua, recitamus. VIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ne quid celatum parti alteri videatur, recitetur. IX.

Petilianus Episcopus dixit. Episcopos nos veritatis Christi Domini nostri & dicimus & sæpe actis publicis dictum est. Donatum autem sanctæ memoriæ, martyrialis gloriæ virum, [d] præcessorem scilicet nostrum, [e] ornamentum Ecclesiæ istius civitatis, loco suo meritoque veneramur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. X. d e

Possidius Episcopus Ecclesia catholica dixit. Episcopos veritatis probare opus est, non jactare. *Et alia manu.* Recognovi. XI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Utrarumque partium prosecutiones gesta retinebunt. *Et adjecit.* Quod præceptum est recitetur. *Martialis exceptor recitavit.* Post consulatum Va- XII.

a

[a] CUM EDICTO] id est, edicto cognitoris, quod in veteri libro positum est in fine secundæ cognitionis. Sed quia certum est datum fuisse post collationem, Massonus & Pithœus illud ex eo loco removerunt & in finem gestorum rejecerunt. quod nos secuti sumus.

[b] STANDO COGNOSCAM] Sed neque heic sedere voluit Marcellinus, ait Balduinus, nisi si assiderent collocutores, cùm tamen in judicio civili solus sedeat judex, stare autem jubeantur litigatores.

[c] SESSUS] id est, sedes. Vetus versio sextæ synodi act. VI. *Proposito venerando sessu pissimi & Christo amabilis magni Imperatoris Constantini.* Et infrà: *Ex latere venerandi sessus pissimi & Christi amatoris Imperatoris.* Vide etiam act. 13. 14. 15. 16. 17. Scilicet cathedra Imperatoris tenebat locum ejus in Concilio, sicut hodie apud nos cathedra regia locum Regis obtinet in sacro consistorio.

[d] PRÆCESSOR NOSTRUM] id est, auctorem nostri dogmatis, Episcopum communionis nostræ principem. Alioqui enim verum non erit quod heic ait Petilianus. Quippe Donatus fuit Episcopus Carthaginensis, Petilianus verò Constantinensis.

[e] ORNAMENTUM] Meminit istius loci Augustinus in libro ad Donatistas post collationem cap. 16. 17.

ANNO CHRISTI 411 a

COLLATIO CARTHAG.

ranis viri clarissimi, quarto Nonas Iunii, Flavio Marcellino viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario, Primianus, Petilianus, Emeritus, Prothasius, Montanus, Gaudentius, Adeodatus Episcopi & defensores ecclesiasticæ veritatis per notariam hæc dicunt. Hesterna die [a] Kal. Iunii inter nos & adversarios nostros spectabilitas tua audire dignata est. Et quoniam evoluto penè die partibus patientiam præbens, aliquanta quæ principia negotii fuerant audire dignatus es, opusque est ad causam ut mandatum quod adversarii nostri obtulerunt, nobis in notitiam perferatur, quoniam series actorum propter sui prolixitatem non potest explicari, ne imparati ad judicium venire videamur, id mandatum quod adversarii nostri legendum dederunt, in exemplaribus nobis hodie, quod est quarto die Nonarum Iuniarum, dari præcipias; ut instructi negotio nobis injuncto adesse valeamus. *Et alia manu.* Primianus Episcopus huic notariæ subscripsi quarto Nonas Iunias Carthagini. *Flavius Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam ea quæ instructionis gratia postulantur concedi debere perspicuum est, ut nulla cognitionem futuram moratum impedimenta suspendant, mandatum à catholicis Episcopis datum, sub ea quæ comminus constituta est custodum adservatione descriptum, vobis tradere maturabit officium. *Cùmque recitasset,*

XIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Lecta gestis indentur. *Et adjecit.* Quoniam inter multas conditiones, de quibus superiore judicio definitum est, unà illam constat fuisse dilatam, ut sicut ergo interloquutionibus meis, ita prosecutionibus suis unusquisque subscriberet, quid de hoc videatur sanctitati vestræ debetis edicere.

XIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nos in hoc consensisse literis nostris expressimus. *Et alia manu.* Recognovi.

XV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quid etiam voluntas partis alterius habeat intimetur.

XVI. *Petilianus Episcopus dixit.* Multùm nos sollicitos facit quòd de nobis id quæritur idque præcipimur facere quod usus nunquam habere consuevit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XVII. b *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Testatum sit [b] partem adversam noluisse quod edicto nobilitatis tuæ publicatum est. *Et alia manu.* Recognovi.

XVIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Testatum sit vos adhuc Ecclesias plerasque non reddidisse nec fecisse satis priori ejus edicto. *Et alia manu.* ut suprà.

XIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ergo ad integram gestorum fidem contenta est sanctitas vestra custodibus ab utraque parte delectis, qui Notariis & exceptoribus videntur appositi?

XX. *Petilianus Episcopus dixit.* Edantur nobis primitus gesta. Tunc respondebimus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XXI. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Dubitatur ergo vel de fide officii, vel de fide custodum. *Et alia manu.* Recognovi.

XXII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad hoc etiam consensisse sanctitatem vestram superiorum gestorum fides evidenter ostendit.

ANNO CHRISTI 411.

XXIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Legamus & recenseamus. *Et alia manu.* ut suprà.

COLLATIO CARTHAG.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Et de custodibus ab utrisque partibus delectis, & ad quam partem fuerit dilata cognitio, ab officio recitetur.

XXIV. *Emeritus Episcopus dixit.* [c] Si jubes, edantur nobis primitus gesta, relegantur à nobis, recenseantur verba nostra, & adversariorum instructio. Sic legibus semper concessum est. Hæc est humanitas rerum. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXV. c

XXVI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quamvis recens actio nullum potuerit præterire, tamen ex hoc sensus nobilitatis tuæ volumus esse edoctos, ut intelligantur jam dilatione quadam ad causæ negotium nolle venire. *Et alia manu.* Recognovi.

XXVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Legatur quod præcepi, ut noverim ad quem articulum sit dilata cognitio.

XXVIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Si jubes, ad hoc competit mihi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Age. *Emeritus Episcopus dixit.* Sunt quidem humana ingenia ita velocitate sui prompta ut vel visu vel auditu facilè cuncta capiant quæ in eorum notitiam perferuntur. Sed hoc doctis fortè aut d eruditis viris pro rei ipsius qualitate [d] permissum sit; me autem ad hanc rem minùs idoneum esse profiteor. Quis enim levem vocem & facilem sermonem ipso penè apice transeunte aut sensu retinere aut concipere potest, vir nobilis, cùm ad tractatum omnem disceptationemque & verba & sensus & interiora sint negotii pertractanda. Ergo cùm de scheda legitur, & leves voces aura quodammodo ventilantur, sensus nostri capere & retinere non possunt. Vbi hoc aut cui concessum est? Si hac felicitate ingenii gaudent, non se jactent de arrogantia memoriæ suæ. Mihi autem non competit nisi sæpius repetere & diuturna lectione edoceri, e [e] ut fidem veri & quæ dixerim relegam, & quæ adversarius objecit advertam. Intelligis ita rem esse gestorum. Ideo memoriæ scripturarum per litteras digeruntur, ne sola memoria, quæ capax esse non potest, oblivione decepta quid gesserit nesciat. Neque enim aliter sapientia providente scripturarum notitia monumentisque publicis provisa est nisi ut ex lectione quæ per silentium fortè aut per longum tempus aut per ipsorum actuum continuationem minùs capi atque minùs intelligi potest, & ex lectione & ex ipso assiduo tractatu possit agnosci quid sit in judicio ventilatum. Vides ergo, vir nof bilis, justa nos deposcere, nec [f] per transitum causam debere ventilari, sed editis gestis in notitiam nostram datis, universis pertractatis, causam debere cognoscere. *Et alia manu.* ut suprà.

XXIX. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Scriptum est: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Hoc quoniam nos ante oculos habemus, Deo inspirante verbosi videri nolumus. Itaque, si placet, ad causam veniatur, quæ proximè agi poterit & definiri; moratorias autem prosecutiones. *Et cùm diceret,*

[a] KAL. IVNII] Antea legebatur, *Idibus Ianuariis*, manifesto errore, quem nec Massonus nec Pithœus sustulerunt. Certa autem est emendatio nostra.

[b] PARTEM ADV. NOLV.] Augustinus in libro ad Donatistas post collationem cap. XI. *Ecce quàm diligenter actum est pro salute vestra ut verbis nostris subscriberemus. quod fieri omnino nolebant, & ut facerent tandem aliquando pudore compulsi sunt. Nam extant verba eorum ubi hoc facere recusarunt, & rursus alia verba ubi hoc facere consenserunt quod primò negaverant.*

[c] SI IVBES] Postea sequebatur in veteri libro & in editionibus: *Petilianus Episcopus dixit.* Quæ verba nos sustulimus, quia non possunt esse hujus loci.

[d] PERMISSVM] In veteri libro scriptum est *permixtum*. Non videntur autem editores locum hunc esse mendosum.

[e] VT FIDEM VERI] Locus mendosus.

[f] PER TRANSITVM] per transennam, quasi aliud agendo.

ANNO CHRISTI 411.

(*Et alia manu.* Recognovi.) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Legatur quod præcepi.

XXX. *Emeritus Episcopus dixit.* Sicut de scriptura proposuit, scriptum est nobis: *Sapientia absconsita, thesaurus invisus. Quæ utilitas in utroque? Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

COLLATIO CARTHAG.

XXXI. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* In multiloquio nunquam fuit sapientia. *Et alia manu.* Recognovi.

XXXII. *Martialis exceptor ex codice recitavit. Nobilitas tua dixit.* Quoniam diei penè omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur. *Ab utrisque partibus dictum est.* Placet, quoniam jam iste dies videtur emensus. *Nobilitas tua dixit.* In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, observemus. *Adeodatus Episcopus dixit.* Etiam nos consentimus ut perendino die negotium peragatur. *Nobilitas tua dixit.* Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitasset, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Videt sanctitas vestra contra proprios vos venire non posse consensus. Vnde causa dicatur.

Vide collat. 1. cap. 220. & seqq. & collat. 1. cap. 44. 59.

XXXIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Non adeo immemores sumus ut contra nostra veniamus; nec ego hic injuriam officii aut exceptorum neglegentiam damno ubi intelligo prolixitate gestorum [ad] diem minimè occurrere potuisse. Quod si factum est, & explicitis omnibus gesta res est, quur non in notitiam nostram quæ acta sunt perferuntur? Cùm enim ea quæ nobilitas tua recenseri jussit ab officio fuerint ventilata, necesse ut acceptis universis tractem discutiamque quibus causis quibusve modis debeam respondere. Tantam etenim ex mandato illorum confusionem causæ esse cognovi ut & de præteritis instrui debeam, & agnoscam de præsentibus cui debeam respondere. *Et alia manu.* Emeritus recognovi.

XXXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Licèt professio sanctitatis vestræ sola sufficiat, tamen quicquid vobis ad instructionem plenissimam credidistis posse sufficere, hesterna die & postulasse vos & accepisse non dubium est. Vnde nunc ad causæ meritum veniatur.

XXXV. a *Petilianus Episcopus dixit.* Advertit sublimitas tua [a] exceptorem ex codicibus legisse quid nudiustertiana die vel promissum fuerit vel pronuntiatum. Ex qua re magis agnosco acta adhuc exposita non fuisse. Quòd si exposita sunt & parata, idem exceptor respondeat. Proferat gesta, subscribe, tractamus, postea respondemus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XXXVI. b *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Studium dilationis agnosco & mutatæ voluntatis [b] indiciom. Poterat enim sanctitas vestra ex magnitudine gestorum, et hodie negotium differretur, superiori judicio postulare. Huc additur, quòd ea quæ vobis ad plenissimam instructionem sufficere credidistis, hesterno die edi vobis data notoria postulastis.

ANNO CHRISTI 411.

XXXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Dicant exceptores utrum exponere una die potuerint quod una die videtur esse confectum. *Et alia manu.* ut suprà.

XXXVIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Exceptores, utrum hesterno die omnia potuerint in schedis gesta describi, apud acta designent. *Martialis exceptor dixit.* Adhuc partem in codicibus habemus. Siquidem etiam ii Episcopi qui nobis custodes dati sunt, non nesciunt.

COLLATIO CARTHAG.

XXXIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Accepit sublimitas tua ex responsione officii acta adhuc digesta non esse in paginas, nec esse quod pars utraque legat atque recenseat, nec dari aut revocari memoriæ paululum possit. Proinde sublimitas tua, quoniam res honesta postulatur, largiri dignetur quod petimus, ut gesta ex more edantur. Legamus, ut respondere possimus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XL. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Longitudo gestorum magis in numero & responsione utriusque partis Episcoporum est quàm in aliqua commendatione negotii. Nihil ergo est unde causetur pars diversa, aut hodie cognitio differatur; præcipuè quia etiam ipsi professi sunt ad hodiernum diem differendum esse negotium. *Et alia manu.* Recognovi.

XLI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Vt iterum partibus evidenter appareat, venerabilium virorum denuo professio recitetur. *Petilianus Episcopus dixit.* Vnde recitabitur? *Et alia manu.* ut suprà. c *[c] Montanus Episcopus dixit.* De scheda nobis recitetur. *Et alia manu.* ut suprà.

XLII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ergo quæ codicibus tenentur inserta, cùm tanti sacerdotes custodes appositi fuerint, in dubitationem aliquam existimant devocanda?

XLIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Notas non novimus; neque ea natura rerum est atque ipsarum, or ita dixerim, litterarum ut quisquam notas legat alienas. In codicibus legere non possumus. Nisi edita fuerint gesta in paginis, non habeo quod tractem, non habeo quod legam. *Et alia manu.* ut suprà. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Vt dictum est, iterum venerabilium virorum professio recitetur.

XLIV. d *Martialis exceptor [d] ex codice iterum notarum [recitavit. Nobilitas tua] dixit.* Quoniam diei penè omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur. Ab utrisque partibus dictum est. Placet, quoniam jam iste dies videtur emensus. *Nobilitas tua dixit.* In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, observemus. *Adeodatus Episcopus dixit.* Etiam nos consentimus ut perendie negotium peragatur. *Sublimitas tua dixit.* Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitasset, Petilianus Episcopus dixit.* Vnde legit?

XLV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quid super hac parte legum sit auctoritate definitur infrà collat. 3. cap. 5.

[a] EXCEPTOREM] Ita vetus exemplar. Massonus & Pithœus ediderunt *exceptionem*. Tamen paulò pòst legitur: *idem exceptor respondeat*.

[b] INDICIUM] Hæc est lectio veteris libri. Sed in vulgaris editionibus legitur *judicium*.

[c] MONTANUS EPISC.] Totum hoc segmentum omiserunt Massonus & Pithœus in suis editionibus. Et tamen exstat in vetusto exemplari. Montanus porrò ille fuit Episcopus Donatista Zamensium regiorum, ut legi-

[d] EX CODICE ITER. NOTAR.] Ita vetus liber. Massonus & Pithœus omiserunt ultimam vocem. Sed cùm ea juncta esset cum voce *codice*, facilè erat judicare de notis heic agi. Nam in capite superiore Petilianus ait non posse se legere notas alienas, non posse legere in codicibus. Additur autem isthic *iterum*, quia primò verba quæ sequuntur, ex codice lecta erant suprà cap. 32. istius secundæ cognitionis.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

nitum, sanctitatem vestram arbitror non latere, cùm [a] contra proprios non liceat venire consensus. Vnde, ne qua fortè de exceptoribus officii fraude suspecti sint, ex tabulis Notariorum ecclesiasticorum hæc eadem conditio relegatur.

XLVI. *Emeritus Episcopus dixit.* Ingredientibus nobis nobilitas tua interfari dignata est si edictis propositis adhiberemus assensum, & utrum subscriptiones nostras accommodaremus propriis prosecutionibus. Cui rei satisfaciam, non adverto. Tenet me enim propositum nobilitatis tuæ, quo me subscriptionem indere gestis & universa quæ publicè acta sunt publicè proponi promisisti. Nunc autem cogor agere & ante agnitionem gestorum in negotium præcipitari. Quæ ista sunt? Quid primum eligam nescio, quod votum tuorum judiciorum teneam non agnosco. Si subscribendum est paginæ; edatur pagina, ut subscribi possit. Si hujus rei est facienda jactura, edictum tuum omne vacillabit, quicquid proposuisti in publicam conscientiam destruetur. Dixisti enim ex subscriptione nostra & ex sublimitatis tuæ adnotatione cuncta quæ gesta sunt in notitiam publicam debere deferri. Prius est ergo ut ea quæ gesta sunt recitentur & publicentur & agnoscantur, ut ex judicio tuæ sublimitatis ad cetera quæ sunt negotii veniatur. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XLVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Sicut interloquutus sum, ab ecclesiasticis Notariis ea quæ ab exceptoribus officii recitata sunt percurrantur.

XLVIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Tene modum tuum, vir nobilis, tene promissam sæpe justitiam. Nam cùm à parte nostra nudiustertiana die fuisset objectum quòd dies legitimus causæ jam videretur fuisse transactus, & à causa cecidisse eos qui nos in judicium vocaverunt, coacti sumus id velle, ut recedentes ab eadem conditione in tempus præsens consentire videremur. Nemo mihi sit hac in parte ingratus, vir nobilis. Nam si ego concessi tantundem temporis, salvis his tamen, si illi adstipulationibus suis non fuerint refragati, quur mihi breve non conceditur tempus ut scribantur gesta, ut subscribatur à sublimitate tua, videamque ac perlegam cui rei subscribere debeam, percipiamque ac recipiam meos scilicet sensus, adversariorum quoque calliditatem subtilemque argutiam; ut scilicet plenissimè instructus, intentionibus eorum valeam respondere. Humanum esse arbitror atque justum. Ne dederis, vir nobilis, huic rei atque huic justissimæ petitioni aliquid quod in sollicitudinem abeam. Siquidem te justissimum promiseris, & nos id credere sit necesse, si tamen justa nobis nullatenus denegentur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XLIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hæc rectiùs & justiùs præterito judicio debuerant postulari, in quo ex consensu utriusque partis in hunc diem dilata cognitio est. Vnde ab ecclesiasticis Notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur. *Petilianus Episcopus dixit.* Ergo circumventi sumus. *Et alia manu ut suprà. Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Non est nostra causa factum quod nobis volunt imputare fratres nostri è diverso sistentes. *Et cum diceret, (Et alia manu.* Recognovi.) *Petilianus Episcopus dixit.* Injuriam nobis facis. *Et alia manu ut suprà.*

[b] *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* L.
Edictum nobilitatis tuæ sic se habet, quartum mensem concludi ad diem Kalendarum [c] Iunii. Antè autem nos venimus; & ipsi qui videntur nobis hinc facere invidiam, octavo Kalendas Iunias mandaverunt; cùm utique si ante diem venerant, ante ipsum diem mandare debuerint. Legatur etiam ipsius Primiani professio, [d] ad quem diem se pollicitus est occursurum, & solvatur ista quæstio, de qua nobis jam apud populum [e] magna invidia concitata est. *Et alia manu.* Recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. LI.
Hæc superiore judicio determinata jam constat, præsertim cùm personæ ab utraque parte videantur esse firmatæ. Et tamen si cùm causa cœperit retractari, putaverit hæc sanctitas tua relegenda, tunc rectiùs relegentur; quamvis superfluum sit ut post confirmationem personarum hæc denuo retractentur. Vnde, ut interfatus sum, ab ecclesiasticis Notariis quod præceptum est recitetur.

Emeritus Episcopus dixit. Scriptum sit tunc nos in diem consensisse cùm isti suam retinuerint voluntatem. *Et alia manu. ut suprà.* LII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. LIII.
Susceptæ tabulæ ab ecclesiasticis Notariis recitentur. *Cùmque intra* [f] *sabanum volumen scheda* [g] *membranacium pro parte descriptum & codices tabularum pariter obsignati judiciariis offerrentur aspectibus, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Custodes edicant utrum signa cognoverint. [h] *Leo Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Agnosco [i] sigillum meum. [k] *Marinianus Episcopus dixit.* Agnosco sigillum meum. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam ab utraque parte impressionem signorum agnitam constat, ea quæ præcepi à Notariis relegantur.

Petilianus Episcopus dixit. Sic solent testamenta, non gesta, reserari. *Et alia manu. ut suprà.* LIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. LV.
Quod propter sollicitudinem partis utriusque factum est, & ex communi consensu, non decet reprehendi. *Petilianus Episcopus dixit.* Non reprehendo cautelam, sed peto [secundùm] consuetudinem rerum ut gesta legitimè exponantur, ut legi ac pertractari possint. Quæ res urguet? Quid festi-

[a] CONTRA PRO. CONSENSVS] Codex canonum Ecclesiæ Africanæ cap. XV. *Sanè si ex consensu partium electi fuerint judices, etiam à pauciore numero quàm constitutum est non liceat provocari.* Id etiam legibus prohibitum testatur infrà Marcellinus collat. 3. cap. 210.

[b] AVGVST. E. E. C. DIXIT.] Hanc lineam omiserunt Massonus & Pithœus.

[c] IVNII] Massonus & Pithœus ediderunt *Ianuarii*, prorsùs malè. Emendationem nostram multa confirmant, sed in primis auctoritas sancti Augustini, qui de hac ipsa re agens in breviculo secundæ diei cap. 3. ita ait: *Sed tunc eis catholici etiam ad hoc responderunt quòd non solùm in edicto cognitoris Kalendarum Iuniarum dies constitutus legeretur, sed etiam ipsi octavo Kalendas Iunias suum mandatum conscripsissent, cùm jam transisset dies quo dicebant agi debuisse causam, id est, quartodecimo Kalendas Iunias.* Error ortus ex eo quòd in veteribus notis illa quæ Ianuarium mensem significat maximam habet affinitatem cum ea quæ Iunium exprimit.

[d] AD QVEM DIEM] id est, ad Kalendas Iunias, ut ait Augustinus ibidem.

[e] MAGNA INVIDIA] Augustinus ibidem: *Quæ omnia ideo à catholicis dicta sunt quòd audierant eos etiam in populo suo de hac re invidiosè locutos.*

[f] SABANVM] id est, lineum.

[g] MEMBRANACIVM] Ita disertè vetus codex. Sed Massonus & Pithœus maluerunt *membranarum*.

[h] LEO EPISCOPVS] municipii Moptensis.

[i] SIGILLVM] Vide collat. 1. cap. 133. pag. 207. & cap. 214. pag. 261.

[k] MARINIANVS EPISC.] Oecensis, Donatista. Ceterùm quæ heic de Mariniano dicuntur, ea omnia desunt in vulgatis editionibus.

ANNO CHRISTI 411.

narit? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LVI. a *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hoc solum constet, ipsos tem velle differre. ᵃ Ut concedat sublimitas tua petimus te. Humanum est, considerare volunt, discutere volunt, paratiores volunt venire, ne nolentes differre prolixiora gesta faciamus, & ipsa gestorum prolixitas majores nobis moras incutiat. *Et alia manu.* Recognovi.

COLLATIO CARTHAG.

LVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Et ut in hunc diem cognitio differretur utriusque partis constat fuisse consensum, quod video hodie prodesse non posse. Interim, ut præcepi, ab ecclesiasticis Notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur.

LVIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Scriptum sit hoc non nostro vitio fieri, sed tantùm quòd Notarii occurrere non potuerunt vel exceptores. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

LIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Recita. *Ianuarius Notarius Ecclesiæ Sitifensis partis Donati ex codice recitavit. Nobilitas tua dixit.* Edicat officium quantum jam diei videatur emensum. *Rufinianus scriba viri clarissimi Curatoris dixit.* Exemptæ sunt horæ undecim diei. *Nobilitas tua dixit.* Quoniam diei penè omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur. *Ab utraque parte dictum est.* Placet, quoniam iste dies videtur emensus. *Nobilitas tua dixit.* In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, observamus. *Adeodatus Episcopus dixit.* Etiam nos consentimus ut perendino die negotium peragatur. *Sublimitas tua dixit.* Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cùm recitasset,*

Vide cap. 32. hujus cognit.

LX. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Utrarumque partium professione monstratum est in hunc diem cognitionem fuisse dilatam; ita ut hodie negotium tractaretur.

LXI. *Petilianus Episcopus dixit.* Si perfecerunt gesta exceptores, agatur. *Et alia manu ut suprà.*

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Licèt apertissimis fuerit professionibus designatum in quem diem dilatum esset judicium, tamen, ne quid ei parti quæ dilationem postulat negatum esse videatur, cognitio differetur; ita ut edicat in quem diem debeat judicium protelari.

Petilianus Episcopus dixit. Dicant exceptores quando edituri sunt gesta. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Exceptores quando possunt in schedis gesta conscribi & edenda compleri, edicere non morentur. *Hilarus exceptor dixit.* Sicut consensus accessit utrarumque partium, dum in scheda prosecutiones suas subscripserint, tunc demum diem edendorum gestorum possumus edicere.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Possunt hodie schedæ vel ab officio compleri vel ab utraque parte subscribi? *Hilarus exceptor dixit.* Hodie schedas complemus.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quoniam suggessit officium hodie se schedas posse complere, edicat sanctitas vestra utrum hodie vel crastino die sit parata subscribere.

LXII. *Adeodatus Episcopus dixit.* Cùm nobis scheda oblata fuerit, subscribemus. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi.

ANNO CHRISTI 411.

LXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Edicat nunc officium post subscriptionem schedarum, etiam in editione gestorum quot dierum sufficere possit sine ulla excusatione dilatio.

COLLATIO CARTHAG.

LXIV. *Hilarus exceptor dixit.* Si crastino die subscripserint vel hodie, possumus die noctuque invigilantes post tertium diem gesta edere, ita ut Notarii eorum nobis de scheda subscripta dictent. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quis iste dies sit, ab officio designetur. *Rufinianus scriba viri clarissimi Curatoris dixit.* Hodiernus dies est III. Nonas Iunias. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Diem quarto quo edi gesta promissum est. *Hilarus exceptor dixit.* Possumus gesta edere septimo Iduum Iuniarum die.

LXV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Licèt jam de professionibus dubietas mihi magna nascatur, tamen denuo utrum sexto Iduum Iuniarum die, omnibus ambagibus amputatis, negotium sit principale tractandum, pars utraque designet.

LXVI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nos & hodie volumus, & si fieri posset vellemus. Tamen quia humanum fuit hoc concedere fratribus nostris quod nobis non injustè videntur postulasse, ad diem sextum Iduum Iuniarum adjuvante Domino Deo nostro adfuturos nos ad peragendum principale negotium Ecclesiæ pollicemur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Etiam pars alia quid voluntatis habeat dignetur edicere.

LXVII. *Emeritus Episcopus dixit.* De professionibus nostris nulla est ambiguitas. Quantum autem ad instructionem, quam fieri debere in judicio flagitavimus, advertit nobilitas tua nos justa & legitima postulasse. Diem autem statutum, hoc est, sextum Iduum Iuniarum, si Deus jusserit, observabimus; ita tamen ut acceptis gestis nobis largiatur aliquid æquissimus judex, quo possit esse tractatus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Septimo Iduum Iuniarum die matutinis horis vobis gesta tradentur. Edicite utrum alia die, id est, sexto Iduum Iuniarum, adesse dignemini ut principale negotium peragatur. *Emeritus Episcopus dixit.* Aderimus ad judicium, si quæ statuit nobilitas tua habuerint effectum. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXVIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Memores periculi & professionis propriæ exceptores constituto die, matutinis horis, id est, septimo Iduum Iuniarum, gesta edere festinabunt, ita ut Notarii partis utriusque in dictando non desint. Sciat autem utraque pars officio se cavere debere de perceptione gestorum hora pariter designata. Sacerdotale vero est, ut amputatis ambagibus, nulla moratum impedimenta nectantur.

LXIX. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Secundùm præceptum nobilitatis tuæ, cùm gesta susceperimus, de subscriptione & de tempore consequenter cavebimus. *Et alia manu.* Recognovi.

LXX. *Emeritus Episcopus dixit.* Cùm oblata nobis fuerint gesta, satisfaciemus judicatis. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Etiam istius diei gesta, ne qua possit esse denuo causatio, eadem die edere vobis festinabit officium.

ᵃ UT CONCEDAT] Augustinus in breviculo secundæ diei cap. 3 *Quod cùm vidisset catholicus, adhuc eos diu nugari ut gesta multis verbis onerarentur, petierunt cognitorem ut eis quam petebant dilationem concederet.*

ANNO CHRISTI 411. LXXII. COLLATIO CARTHAG. LXXIII.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit Multa nudiustertiana die falsa jactata sunt. Ne hujusmodi inlusionibus populus perturbetur, petimus ut ipsos petisse dilationem nobilitatis tuæ edicto noscatur. *Et alia manu.* Recognovi.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Ea quæ populus loquitur sanctitatem vestram permovere non condecet. Tamen, sicut edicto meo definitum est, gesta proponentur. *& infrà.*

Hilarus & Martialis exceptores edidimus, & hæc similiter ut suprà emendavimus.

a *Explicit gesta secundæ cognitionis, ubi Donatistæ dilationem poposcerunt.*

a Vide Notas ad Capitularia pag. 1285.

Hoc loco vetus exemplar exhibet edictum Marcellini; quod in editionibus positum est in fine tertiæ cognitionis, loco sanè suo. Nam cùm collatio finita sit sexto Idus Iunias, edictum verò datum sit aut propositum sexto Kalendas Iulias, manifestum est illud sequi debere tertiam cognitionem. Ob eam itaque causam nos secuti sumus judicium virorum doctissimorum qui edictum ab eo loco transtulerunt ad finem gestorum. Nam in fine indiculi capitulorum tertiæ cognitionis adnotatum est recitatam fuisse sententiam post finitam collationem.

INCIPIT GESTA TERTIÆ COGNITIONIS.

I. *Post consulatum Varanis viri clarissimi, sexto idus Iunias, Carthagini in secretario Thermarum Gargilianarum, adstantibus Sebastiano, Maximiano, & Petro viris devotissimis Protectoribus domesticis, adstantibus etiam Vincentio & Taurillo viris devotissimis agentibus in rebus, Vrso, Petronio, & Liboso Ducenariis inlustrium potestatum, Bonifacio & Evasio apparitoribus inlustrium atque eminentium potestatum, Fileto & Octaviano apparitoribus inlustris comitiva sedis, Restituto & Exitioso adjutoribus cornicularii, Possidio, Quodvultdeo, & Colonico adjutoribus commentariorum officii D.N. viri clarissimi & spectabilis Proconsulis, Navigio adjutore numerorum, & Peregrino adjutore subadjuvarum officii D.N. viri clarissimi & spectabilis Vicarii,* a *Nampio scriba officii viri clarissimi Legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba v.c. Curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus D.N. viri clarissimi & spectabilis Proconsulis, Fabio exceptore D.N. viri clarissimi & spectabilis Vicarii, Romulo exceptore v.c. Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale Notariis Ecclesiæ catholicæ, Victore & Cresconio Notariis Ecclesiæ Donatistarum, Vrsus Ducenarius inlustrium potestatum dixit.* Præterito judicio Donatianæ partis Episcopi in hodiernam diem, ut exinde instructi in judicio sublimitatis tuæ responderent, caosa sibi edendorum gestorum inducias postularunt. Nunc utræque partes pro foribus sunt. Si præcipis, intromittentur.

II. *Flavius Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Veniant. *Et ingressis Episcopis catholicis, Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio, cum Novato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Prisco, Seremano, & Scillacio coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto atque coepiscopis & custodibus gestorum, item è diverso ingressis Episcopis Donatistarum, Primiano, Petiliano,* b *Emerito, Montano, Gaudentio, Adeodato, cum Peregrino, Apto, Clarentio, & Habetdeo coepiscopis eorum,*

III. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Certum est ob hoc dilatum fuisse negotium ut hodierno die gestis editis principalis actio tractaretur. Quod utrum factum sit, edicat officium. *Martialis exceptor D.N. viri clarissimi & spectabilis Proconsulis dixit.* Constat juxta præceptum nobilitatis tuæ gesta ante eum diem edita qua parvitas nostra fuerat professa. Quod, si jubet nobilitas tua, ad plenam fidem c ex cautionibus partis utriusque monstrabimus.

IV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur. *Martialis exceptor recitavit.* Post consulatum Varanis viri clarissimi octavo Idus Iunias Fortunatianus Episcopus catholicus civitatis Siecensium scripsi me gesta geminæ cognitionis pariter suscepisse, habita primùm die Kalendarum Iuniarum, item habita die tertia Nonarum; & suscepi tradente Martiale exceptore sedis proconsularis, qui sit deputatus Flavio Marcellino viro clarissimo Tribuno & Notario die octava Iduum Iuniarum, hora diei quinta, in Ecclesia catholica Restituta. Et quamvis exceptores septimo Iduum Iuniarum gesta promiserint edituros, melius tamen eorum festinavit industria ot nobis ante diem promissum acta cognitionum duarum pariter traderentur. Quibus perceptis, loco & tempore suprascripto instructos nos ad peragendum negotium die qui actis expressus est pollicemur esse venturos. *Cùmque recitasset, idem dixit.* Lego aliam, si præcipit nobilitas tua.

V. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Lege. *Martialis exceptor recitavit.* Post consulatum Varanis v.c. octavo Idus Iunias. Montanus Episcopus civitatis Zamensium regiorum. Scripsi vobis, Hilare & Prætextate exceptores, me acce-

a NAMPIO SC. LEGATI AL.] Ita omnino vetus codex. Nescio itaque quo modo factum sit ut heic in editionibus Massoni & Pithœi irrepserit vox *Donati* in locum vocis *Legati*.

b EMERITO] Deest heic nomen Protasii, qui fuit Episcopus Tubunensis. Cùm verò ex capite 218. primæ cognitionis constet decem & octo electos ab utraque parte fuisse, id est, septem actores, septem consiliarios, & quatuor ad chartas, manifestum est deesse in hoc loco nomina duorum consiliariorum Donatistarum & quatuor custodum.

c EX CAUTIONIBUS] id est, ex subscriptionibus Episcoporum, qui testabantur se gesta primæ & secundæ cognitionis accepisse ab exceptoribus, ut patet ex capitibus sequentibus. Augustinus in breviculo tertiæ diei cap. 1. *Et recitatæ sunt cautiones quibus constitit catholicos accepisse gesta octavo Idus Iunias hora diei quinta, Donatistas autem eodem die, tertia.* Sanctus Gregorius lib. 3. epist. 37. *cautionis suæ juramenta transcendit.*

pisse

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

pisse à vobis gesta geminæ cognitionis, in quibus unà cum traditoribus & persecutoribus nostris conflixımus, habita primùm die Kalendarum Iuniarum, & alia habita die tertia Nonarum earundem, quæ vos exceptores suprascriptæ sedis proconsularis tradidistis nobis coram patribus & coepiscopis nostris die octava Iduum Iuniarum, hora diei tertia, [a] in Ecclesia Theoprepia; quibus perceptis loco & tempore suprascripto, profitemur nos ad agendum negotium die actis expressa ordine integro esse venturos.

VI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Lectæ cautiones gestis præsentibus adhærebunt. *Et adjecit.* Quoniam constat ante diem editionem factam esse gestorum, superest ut principale negotium proponatur.

VII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Principale negotium jamdiu est ut cupimus terminari. Proinde, si vel serò conceditur, probent, quoniam ex parte adversa esse desiderant, totiens objecta Ecclesiæ sanctæ catholicæ toto orbe diffusæ crimina & nunquam probata. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.)

Vide August. lib. ad Donat. post collat. cap. 18.

VIII. *Adeodatus Episcopus dixit.* Proponant. Sciamus quid agunt. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi.

IX. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Propositionem ex mandato non didicisti? *Et alia manu.* Recognovi.

X. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Moratum tendiculas nullus interponat, si de causæ nostræ defensione aliquam habemus fiduciam. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.)

XI. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Si quid intenditur, proponatur.

XII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Mandatum ipsorum legatur, & intentionem ipsorum inde agnoscet nobilitas tua. *Et alia manu.* Recognovi.

XIII. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Amotis omnibus moris, quoniam constat omnia quæ ad principia negotii pertinebant superiore judicio terminata, causa dicatur.

XIV. *Fortunatus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Duo in mandato suo objecisse monstratur pars adversa, traditionem & persecutionem. Si igitur causam Ecclesiæ volunt ut peragamus, jamjamque te judicante finiatur. Nefas est enim ut exspectatione populus in errorem mittatur. Si agnoscenda est Ecclesia toto terrarum, sicut promissa est, orbe diffusa, testimoniis scripturarum doceatur. Sin verò solitis præstigiis solitisque ambagibus id intendit pars adversa ne ad veritatem veniamus, dicatur, ut hoc omnibus innotescat. *Et alia manu.* Recognovi.

XV. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quid his refertur?

Emeritus Episcopus dixit. Nunquam memini in judicio condemnatam esse patientiam. Quin immo semper id laudi est, ut secretum retinens lingua objectis, si potest, dilucidè respondeat. Ergo quoniam omnium actionum debent esse principia, totiusque negotii initia ex se sumere consueverunt, quid præteritorum dictum actus involvimus, & quasi non fuerint peracta, iterum refricamus, cùm præsentis diei propositio suam debeat sumere accipereque personam? Vnde si propositio eorum & responsio nostra in judicium mittitur, personarum primùm est discutienda qualitas, quis in judicium adduxit, quis convenire fecit, quis principes seculi convenit, quis legatos misit, quis supplicavit, quis legem meruit, quis judicium postulavit; ut cùm eorum intentionibus docti fuerimus, respondere valeamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Diffidentia est causæ personas velle discutere quas priore conflictu visus est confirmasse. Et ideo causam Ecclesiæ peragamus; quæ, sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur. *Et alia manu.* Recognovi. XVI.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Sanctitas tua propositionem, quantum arbitror, non diligenter advertit. Alia enim constat esse quæsita. XVII.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Ad id ergo quod quæsierunt jube recitari partis utriusque mandata, & instruentur ad id quod desiderarunt. *Et alia manu.* Recognovi. XVIII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Quæsitum est per quos hæc sit postulata conlatio, quive Episcopos qui è diverso consistunt ad judicium postularit. Vnde ad hæc sanctitas vestra respondere debebit. XIX.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit Si ad rem judicas pertinere, præstantiæ tuæ est considerare. Catholicis Episcopis vel legatis catholicorum Episcoporum concessum esse habendam conlationem tenor rescripti imperialis ostendit. Venimus utrique, hic sumus; & Deus nos disputatores & conlatores magis quàm litigatores esse præcepit, & nihil aliud voluit Deum timens & Deo serviens clementissimus Imperator. Adstitisse legitimas personas & confirmata esse mandata primo die conflictus nostri judicavit sublimitas tua. Non interponantur quæ ad rem necessaria non sunt. Ecclesia est quam asserimus testimoniis scripturarum divinarum, omnibus nota, in monte, sicut scriptum est, altissimo constituta, ad quam veniunt omnes gentes. Si est aliquid contra istam Ecclesiam quod dicatur, jam dicatur, & nullæ moræ interponantur. Si nihil est quod dicatur, cedat veritati qui criminationem suam adfirmare & ostendere & probare hominibus non potest. Quandiu ista tanta populi expectatio suspensa est? De anima sua omnes cogitant, & nos moratorias præscriptiones ad hoc interponimus ut ad finem cognascendæ veritatis nunquam veniatur? *Et alia manu.* Recognovi. XX.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Vt adverti possit in quem modum sit delegata cognitio, imperialis præcepti forma relegatur. XXI.

Petilianus Episcopus dixit. Catholicos se sine præjudicio nostro dixisse his actis signatum est. Hujusce rei serva conflictum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quod præceperas recitetur. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Apud nos est enim vera catholica, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salvo appellationis effectu. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hoc probare opus est, non jactare. *Et alia manu.* Recognovi. XXII.

[a] In Ecclesia Theoprepia] Clarissimi viri qui nuper sancti Augustini epistolas meliore luce donarunt, rectè ex hoc loco collegerunt Theoprepiam fuisse nomen cujusdam apud Carthaginem Ecclesiæ tunc pertinentis ad Donatistas. Sicut enim catholici receperant gesta in Ecclesia catholica Restituta, sic Donatistæ ea receperunt in Ecclesia Theoprepia partis suæ.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hoc utrarumque partium conflictus invenier. *Et adjecit.* Imperialis sanctio interim relegatur.

XXIII. XXIV. *Martialis exceptor recitavit.* Imperatores Cæsares Flavii Honorius & Theodosius pii, felices, victores, ac triumphatores semper Augusti, Flavio Marcellino suo salutem. *Et cum recitaret,*

XXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Terreri me Imperator voluit, non occidi, non persecutionem pati, non pertrahi, non spoliari. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

XXVI. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quod amplius est, nec territus es. *Et alia manu.* Recognovi.

XXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Laudasti constantiam bonæ fidei & veræ catholicæ disciplinæ. *Et alia manu.* [Petilianus Episcopus] salva appellatione recognovi.

XXVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nec territus es, ut dictum est, nec timuisti. *Et alia manu.* Recognovi.

XXIX. Vide collat. 1. c. 4. *Martialis exceptor recitavit.* Inter imperii nostri maximas curas catholicæ legis reverentia aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus aut pacis consiliis ordinamus nisi ut verum Dei cultum orbis nostri plebs devota custodiat, ut etiam Donatistas vel terrore vel monitu olim jam implere convenerat, qui Africam, hoc est, regni nostri maximam partem, & secularibus officiis fideliter servientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentiùs non piget explicare quæ omnium retro principum devota in Deum definivit auctoritas; ne temporibus nostris, si quid fortè in injuriam legis catholicæ fuerit generatum, justo judicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sanè latet conscientiam nostram sermo cœlestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæva Donatistarum interpretatio profitetur: qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitiùs invitaret, aboleri eum tamen antè jussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus; illúdque meritò profitemur libenter nos ea quæ statuta fuerant submovere, ne in divinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamvis una sit omnium & manifesta sententia catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cœlesti sententia comprobatam, studio tamen pacis & gratiæ venerabilium virorum Episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas Episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat civitatis, ut lectis etiam sacerdotibus quos pars utraque delegerit, habitis disputationibus, superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari ut conversos animos populorum etiam nostra clementia, sicut desiderat, celeriùs possit agnoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiosè Donatistarum Episcopi declinaverint convenire, trini edicti evocationem volumus custodiri, ita ut vicenis diebus in evocatione contumacium tempora concludantur; quibus emensis atque transactis, si provocati ad esse contempserint, cedat cum Ecclesiis populus qui doctores suos silentio cognoverit superatos, & victum se aliquando gratuletur, sciatque si non præceptis nostris, vel catholicæ legis veris imperiis serviendum. Cui quidem disputationi principe loco te judicem volumus residere; (Quicquid * etiam antè in mandatis acceperis plenissimè meministi) omnemque vel in congregandis Episcopis vel evocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere; ut & ea quæ antè mandata sunt, & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere sollertia; id ante omnia servaturus, ut ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella subreptione submota, integra & inviolata custodias. Ut sanè adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles Proconsulem atque Vicarium serenitas nostra commonuit ut si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis quàm ex omnium judicum apparitione abundè necessarios faciant deputari. Erit jam sollicitudinis tuæ, si quid ulla cognoveris arte differri, missis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correptio. Omnia sanè quæ vel in unum Episcopis congregatis disputatio completa firmaverit, vel desistentibus fortè statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conveniet; ut quod ad confirmandam catholicam fidem præceptio nostra profecerit, celeriùs possimus agnoscere. *Et divina manu.* Vale Marcelline carissime nobis. Datum pridie Idus Octobris Ravennæ.

XXX. *Petilianus Episcopus dixit.* Donatistas nos appellandos esse credunt cùm si nominum paternorum ratio vertitur, & ego eos dicere possim immo palam apertèque designo Mensuristas & Cæcilianistas esse, eosdemque traditores & persecutores nostros. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis nostræ.

XXXI. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Et hoc recusas quod in Præfectorum judicio pro voto complexus es? *Et alia manu.* Recognovi.

XXXII. *Petilianus Episcopus dixit.* Nec nunc abnuo esse mihi principem ac fuisse beatissimæ sanctæque memoriæ Donatum hujus civitatis Episcopum, ejusque tanta merita floruisse ut & illius temporis gloriam vetustas ipsa. *Et cùm diceret, (Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salvo appellationis affectu.)

XXXIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Damnent nomen Donati, & deinceps non appellabimus illos Donatistas. *Et alia manu.* Recognovi.

XXXIV. *Petilianus Episcopus dixit.* Damna nomen Mensurii & Cæciliani, & non diceris [Mensurista neque] Cæcilianista. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis nostræ.

XXXV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Feci enim mentionem Mensurii? *Et alia manu.* Recognovi.

XXXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hæc omnia utrisque partibus salva erunt. *Et adjecit.* Evidenter apparuit Episcopis postulantibus disputationem à venerando principe me disceptante fuisse mandatam, ut causa primi discutiatur erroris, quæ jam in medium proferatur.

XXXVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Lectum est rescriptum. Legantur & preces, ut causa possit audiri. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXXVIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Peritiam sanctitatis vestræ arbitror non latere pragmaticis rescriptis preces inseri non solere; quas

* Etiam] pro *enim.* quod sæpe contingit in antiquis libris.

quidem ab Episcopis qui conlationem postulaverant, sicut ejusdem sanctionis textus ostendit, processisse non constat. Unde tandem aliquando negotium proponatur.

XXXIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Si pragmatico rescripto preces inseri non solere præstantiæ tuæ interlocutione signatum est, eos quos legatos esse dixerunt, utrum ex omnium voluntate, utrum ex communi mandato perrexerint, doceant; ut si non
a [a] in precibus, certè vel in legatis possit stare persona. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis meæ.

XL. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ad-
b vertat nobilitas tua [b] quanta aguntur ut nihil agatur. *Et alia manu.* Recognovi. *Montanus Episcopus dixit.* Ordine integro causa peragenda est. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi salva provocatione.

XLI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Præsentes sunt, utrique convenimus, locus iste Episcopis penè refertus est, mandata recitata atque firmata sunt, non negatur à partibus nostris postulatam esse conlationem, ut in ea conlatione tandem aliquando vel probent vel probare non potuisse monstrentur quæ solent non nobis, non unicuique nostrum, sed universo orbi Christiano objicere crimina; qui Christianus orbis, non opinione humana, sed divinis testimoniis & promis-
c sus est & impletur. Quid? Adhuc nescio qua [c] tergiversatione moratoria ab eis interponuntur qui se Episcopos Christi dici volunt? Expectatio, non dico hujus civitatis, sed universi penè generis humani suspensa est, aliquid de Ecclesia cupit audire, & nos adhuc forenses formulas discurimus, & miserrimè litigamus. Iam advertat nobilitas tua quid agatur. Iam aliquando nos de hoc negotio, amputatis omnibus morulis, adjuvante Deo liberare dignare. *Et alia manu.* Recognovi.

XLII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad omnem confirmationem sufficere posse non ambigo universorum subscriptiones superiore judicio mandato insertas atque digestas. Unde quoniam omnium consensus expressus est, amotis superfluis aliquando negotium proponatur.

XLIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Duo sunt in judicium missa, à quibus deviari nullo modo potest; unum quòd secundùm imperiale præceptum, aliud quòd secundùm mandati tenorem agere se judicio demonstrarunt. Igitur si utraque connexa sunt, debet edoceri; si autem separata atque sejuncta sunt, unius necesse est faciant jacturam qui utrumque nolunt ad probationem in judicium mittere. Convenire enim debet cum rescripto mandatum, & ad formulam statuti imperialis mandatorum debet sensus astringi. Quòd si neutrum esse intelligit præstantia tua, neque moratoriis nos velle agere, neque nos à causæ actione suspendere, sed constitutis primitus fundamentis ecclesiasticum negotium velle definire, quid est quòd nobis de mora præscribitur; & tamquam cavillatoribus & à cognitione refugientibus quasi moras quasdam per nos innecti causantur, cùm utique, si advertant, magis his qui proponunt incumbere aut necessarium esse dicimus ut omnibus motis amputatis ad negotii instrumenta arcemque veniatur, ut ostendatur ex adversa parte quis petierit, quemadmodum petierit, vel quid petierit; ut cum de mandatu vel de rescripto utraque concordantia complexus fuero, & ea quæ in rescripto sunt confirmata, & ea quæ ex ipsorum petitione suggesta sunt possint judiciis approbari. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Tuæ sunt partes, vir nobilis. Si respondit ad ea quæ diximus, opus est ut respondeamus. Si autem pervidet præstantia tua nihil eum respondisse ad id quod justè flagitamus, sed motis superfluis alias moras superfluas addidisse, judica ut videtur. *Et alia manu.* Recognovi. XLIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Certum cognitionis tenorem principali constat auctoritate definitum. Hoc enim relectæ sanctionis series demonstravit, ut convocatis Episcopis atque partibus delectis, superstitionem, ut ipsius legis verbis loquar, ratio manifesta confutet. Unde dignabitur sanctitas vestra clariùs demonstrare in qua sit parte superstitio constituta. XLV.

Petilianus Episcopus dixit. Advertit sublimitas tua magnam diffidentiam eos habere magnumque mendacium, si ea quæ petimus prodere noluerint. Etenim antè de sua conscientia judicat qui petitionem suam timuerit publicare. Non igitur moram aliquam facimus, sed per ipsos moras fieri sublimitati tuæ. *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Petilianus Episcopus salvo appellationis nostræ merito recognovi.) XLVI.

Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Non sufficit quod tibi respondit judex? *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Aut legant quod petimus, aut negent. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salva appellatione nostra. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quid ad rem pertinet quod pars adversa est prosecuta, & non propter moras quasdam. *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.) *Petilianus Episcopus partis Donati* [*dixit.*] Iudica. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salvo nostræ appellationis effectu. XLVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Evidentiùs sanctitas vestra quid postulet designare debebit. XLVIII.

Emeritus Episcopus dixit. Longo volumine præterito judicio quasi mandati tenorem pars adversa prodidit. Cui rei si vera adstipulatur adsertio, id in judicio publicare ac prodere debent, tantummodo se sequi hoc ipsum, jacturam autem facere imperialis rescripti, ad cujus promulgationem neque tenorem precum neque mandatum legatorum monstrare voluerunt. Igitur quia nihil ab re est quod in judicio postulamus, petimus ut primitus aut rescripti jacturam aut mandati sui faciant cessionem, ut ad causam venire valeamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis [nostræ.] XLIX.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Legatur mandatum nostrum, & intelligent quàm cuncta contineat. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus partis Donati dixit.* Patere, præsta judici patientiam quam nobis præstat. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi sine præ- L.

a IN PRECIBUS] Antea in codice MS. & in editionibus legebatur *præcipibus*. Legitimam esse emendationem nostram & sensus ostendit, & probatur etiam ex cap. 37. 38. & 49. istius tertiæ cognitionis. Vide Augustinum in breviculo diei tertiæ cap. 2.

b QUANTA AGUNTUR] Hæc verba frequenter repetit Augustinus in variis lucubrationibus suis.

c TERGIV. MORAT.] Ita vetus codex & editio Massoni. Pithœus sic emendavit, *tergiversationes moratoria*. Sed hæc emendatio non est necessaria, ut patet etiam ex cap. 63. istius cognitionis.

judicio appellationis nostræ.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.
LI. Nihil aliud præcipuè principali sanctione adverti esse constitutum nisi ut convenientibus Episcopis, disputatione habita, causa primi inveniatur erroris. cui disputationi me judicem voluit residere. Accepit autem sanctitas vestra prosecutionem partis è diverso sistentis, in qua evidenter ostensum est atque promissum ut Ecclesia toto orbe diffusa divinis testimoniis demonstretur, cùm videatis ex mandati serie & ex præsenti professione id fuisse declaratum ut legis exemplis atque documentis omnia comprobentur. Nec enim clementissimus princeps formam conlationi dedisse monstratus est, sed tantùm conlationem debere fieri judicavit. Vnde quoniam secundùm desiderium vestrum divinis testimoniis se agere eorum professio declaravit, quid ampliùs desideretis ignoro.

LII. *Petilianus Episcopus dixit.* Apertissimè intelligitur eos diffidentia vel sero pudore id agere ne petitionem suam omnibus publicent, quoniam eos constat clementissimo Imperatori mentitos. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjodicio appellationis nostræ recognovi.

LIII. *Augustinus Episcopas Ecclesiæ catholicæ dixit.* Conlatio petita est à legatis nostris. Lex ipsa hoc continet, quæ ad tuam nobilitatem data est. *Et alia manu.* Recognovi.

LIV. *Petilianas Episcopus dixit.* Non differimus agere. *Et alia manu.* [Petilianus Episcopus] salva appellatione nostra recognovi.

LV. *Aagastinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Data est. Omnes fatemur nos petisse conlationem, quoniam eam recusabatis, ut tandem sic saltem ad hunc locum vel ad hoc tempus conlationis & disputationis & demonstrandæ veritatis gratia veniremus. Factum est. Venimus, & nihil vultis prodesse quod venimus. Confitemur nos conlationem petisse. Nihil aliud Imperator quàm nos conlationem petisse suis verbis expressit. Iam fiat ipsa conlatio. Videamus quid dicatur contra Ecclesiam toto orbe diffusam, quam demonstramus divinis testimoniis & promissam esse & nunc ita exhiberi ut cæcorum oculos feriat, surdorum aures irrumpat. Ad hanc demonstrandam nolunt pervenire fratres nostri, ut demonstretur quod latere non potest. Edicant crimina. Videamus quibus criminibus periit quod promissum est Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Quæ crimina istam promissionem jurantis Dei delere potuerunt audiamus, discamus, noverimus, sequamur. Si autem nihil est quod contrà dici possit, aut pronuntia, aut tolle omnes moras, & aliquando negotium finiatur. *Et alia manu.* Recognovi.

LVI. *Emeritus Episcopas dixit.* Magno argumento veritas occultatur; ut cùm ad inquisitionem nostram modicum quid ex parte adversa prolatum sit, cetera sileantur. Dixit enim suos isse legatos, quorum neque nomina neque ordinem neque mandatum vult judicio publicare. Igitur aut hujus rei jacturam faciat, quia non potest approbare; aut si valet hoc legibus edocere, vel qui legati fuerint, vel quando missi sint, vel quid pertulerint, legati mandatum in judicio totum notitiam adserere debebunt. Videt præstantia tua nihil nos absque repetere, quippe cùm ipsorum sit causa quur non ad interna negotii veniamus. Proposuerunt enim ex mandati sui tenore nescio quibus se allegationibus adversùm nos stare debere. Has ipsas allegationes & nos possumus legalibus testimoniis superare. Prius est ergo ut initio actionis exposito, personam suam, sive suscipientis, sive mandantis, in judicio approbare valeat, tunc demum ad negotii merita descendatur. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

LVII. *Vincentius Episcopas Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quid est aliud causam dimittere & personas quærere nisi effugere velle? Quare venisti? *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* A personis incipit omnis causa. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salvo nostræ appellationis effectu. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Non tibi forum tuum designavit quæ omissa sunt repeti non posse? *Et alia manu.* Recognovi.

LVIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Conlationem fuisse postulatam & conlationem fuisse concessam cœlestis sanctionis forma declaravit. Quur nunc legatorum personæ in medium veniant, needum diligenter adverti.

LIX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si negaremus nos petisse conlationem, Imperatoris testimonio convinceremur. Habemus Imperatorem testem, petisse nos confitemur. Venimus ut fiat quod & nos petivimus & ille concessit, & adhuc nescio quæ dubitationes vel moræ interponuntur. *Et alia manu.* Recognovi.

LX. *Emeritus Episcopus dixit.* Ecce jam professus es partem. Dic quando petisti, dic per quos petisti. *Et alia maaa.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ad demonstrandam veritatem personarum non est necessaria inquisitio. *Et alia manu.* Recognovi.

LXII. *Montanus Episcopus dixit.* Quoniam pars adversa ad clementissimum Imperatorem confugit, oportet eandem & mandatum edere & legationem; ut cùm hæc potuerimus advertere, in judicio nobilitatis tuæ noverimus quid possimus respondere; *Et alia manu.* Montanus Episcopus salva appellatione recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Satis longum est à causa & præter hanc caosam illa velle repetere quæ hujus judicati tenor in statum inquisitionis suæ omnino non quæsivit. *Et alia manu.* Recognovi. *Montanus Episcopus dixit.* Tuæ actionis est quod flagito. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi salvo provocationis effectu. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Definitiva est judicis qui præsidet sententia ad quid nos ad hodiernum diem distulit, satis pudoris esse debere hoc si transimus quòd de causa judicamus nos ipsi. *Et cùm diceret, (Et alia manu.* Recognovi.) *Montanus Episcopus dixit.* Tuæ actionis est quod flagito, tu fundamentum causæ constituisti, tu ad Imperatorem confugisti. Oportet ergo me & mandatum repetere & legationem, quibus usus sis verbis; ut cùm hæc omnia in judicio nobilitatis tuæ à nobis fuerint pertractata, tum demum quid utilitati nostræ conveniat valeam respondere. *Et alia manu.* Montanus Episcopus salvo provocationis effectu recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Professionem tuam tu superare non potes. Vnde recessisti cognosce. Omissa repetere non potes. *Et alia manu.* Recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quid flagitas quando petierim, cùm videas quando venerim. Quid quæris utrum petierim, cùm universum catholicum præsens in hac urbe Concilium mandatum dederit, mandato subscripserit, subscriptiones præsens te instante cognoverit? Nihil hic aliud quàm moræ inquiruntur, quia contra Ecclesiam universam Dei testimoniis com-

mendatam nihil est quod dicatur. *Et alia manu.* Recognovi.

LXIII. *Montanus Episcopus dixit.* Scriptum sit partem adversam moratoria invectione, cùm quòd a nostris partibus flagitatur non produnt. Ac per hoc si volunt eandem moram de medio tolli, prodant quod flagitamus, prodant mandatum, prodant & legationem; tum deinde ad merita negotii veniemus. *Et alia manu.* Montanus Episcopus salvo provocationis effectu recognovi.

LXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Non hoc quæri voluit clementissimus Imperator. Causam dissidii & erroris jussit inquiri.

LXV. *Montanus Episcopus dixit.* Sed clementissimus Imperator rescripto suo eosdem publicavit legationem inseruisse. Vnde quia etiam ipse hanc facultatem nobis tribuere voluit pro clementia sua ut hoc in judicio requiramus, oportet eosdem & mandatum proferre & legationem, ut sciamus quid iidem in eodem textu fortassè fuerint ementiti; ut tum demum, his omnibus pertractatis, noverimus personarum meritum, an valeant honoribus suis integro ordine respondisse. *Et alia manu.* Montanus Episcopus salvo provocationis effectu recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Legationi eos consensisse universi Concilii & subscriptionis tenor evidenter ostendit. Denique ad integram confirmationem, cùm omnium subscribentium nomina legerentur, sanctitas vestra dixit sibi hoc plenè non posse sufficere nisi etiam omnes advenissent, ut in præsentiarum positi, utrum ipsi subscripsissent atque mandassent, propriis professionibus indicarent. *Montanus Episcopus dixit.* Personas eorum flagito qui mandatum dederunt ad clementissimum Imperatorem, non eorum qui hodie ad hoc judicium pervenerunt. Vnde, vir sublimis, oportet istos quam refugiunt actionem in judicio nobilitatis tuæ prodere. Iam ergo prodant mandatum, prodant & legationem; ut cùm his recensitis adverterimus qui hisdem commendarint, valeamus eorum objectionibus respondere. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi salvo provocationis effectu.

LXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & notarius dixit.* Eos quos legationem peregisse dicis, si præsentes esse vel in præsentiarum mandato subscripsisse cognoscis, evidenter ostende. Sin verò absentes, necesse est ut veniant, quatenus omne possit negotium pertractari.

LXVII. *Montanus Episcopus dixit.* Ergo, vir sublimis, eorum præsentia facienda est qui ad clementissimum Imperatorem per maria volaverunt. Ipsorum ergo & persona adstans doceat sibi aliquid ab istis esse mandatum; ut de ipso mandato intelligam quid in sua causa voluerint innectere, quid deinde forsitan in eadem legatione contra nos ementiri. Est enim studium semper adversariorum, incerta de adversariis auribus sacratissimis innectere. Ergo unde probabo episcopalem, quam sibi jactant esse, personam sub verecundia & texta aliquid Imperatori suggerere potuisse, nisi eandem legationem vel mandatum sibi creditum potuero perlegere & de eodem judicare. *Et alia manu.* Montanus Episcopus salvo appellationis effectu recognovi.

LXVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Eadem superfluò repeti etiam nobilitas tua nobiscum considerat. Sufficit persona adsertorum præsentis mandati auctoritate firmata. Iam nunc temporis superfluis ad negotium veniamus; cujus firmamentum nullam poterit habere dubitationem, quando persona nostra, quibus universale Concilium mandavit, disputationem ab Imperatore præceptam ita firmavit ut ne ipsi quidem dubitare possint in quorum aspectibus processerunt omnes qui mandaverunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Petisse nos conlationem quis negare potuit aut potest? *Et alia manu.* Recognovi.

Emeritus Episcopus dixit. Quid petisti? Quem LXIX.
misisti? Dic nomen, quæ mandasti. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo appellationis effectu recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* De causa loquere, mandatum audisti. Recitetur identidem, & responde si habes quod dicas. Superfluis immoraris. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Quem misisti, quid mandasti, quid egisti, advertere debeo. Non enim clanculò tibi licet suggerere quod postea non debeat publicari. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. LXX.
Qua ratione legatorum nomina postulentur ignoro, cùm conlationem tantùm postulatam esse & conlationem fuisse concessam, sicut superiùs interfatus sum, principalis sanctio diligenter ostenderit. Vnde sanctitas vestra jam ad negotii interna venire dignetur, quatenus veritas elucescat.

Montanus Episcopus dixit. Sed clementissimus LXXI.
Imperator me magis instruere voluit quid de adversariis nostris requiramus, dum utique eorum legationem publicat. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi salvo provocationis effectu.

Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. LXXII.
Separationis & dissensionis tuæ ab Ecclesia universali, quæ toto orbe diffunditur, causas expone. *Et alia manu.* Recognovi.

Montanus Episcopus dixit. Legatur ad locum, si LXXIII.
legationem eorum non publicavit clementissimus Imperator. De hac re, de hac causa me voluit disputare, eorum legationem in judicio voluit publicari. Ab statutis clementissimi Imperatoris non est deviandum, faciendum est satis in hoc loco clementissimo Imperatori. Siquidem de eorum legatione in judicio publicata nos voluit pertractare. *Et alia manu.* Montanus Episcopus manente appellationis nostræ effectu recognovi.

Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. LXXIV.
Hoc clementissimus non censuit Imperator; sed id partibus dignatus est statuere, ut ab utrisque partibus electis Episcopis, veternosum errorem tandem aliquando propter salutem populorum & animarum in medium prolata veritas monstret. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Lege utrum hoc petiveris. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione nostra recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ceterùm superfluis immoramini. Catholicam monstramus Ecclesiam de lege, de prophetis, de evangeliis, de psalmis, de omnibus divinis testimoniis. Contra hoc à vobis profertur mandatum. Publica. Tecum ad Ecclesiam demonstrandam evangelium proferamus. *Et alia manu.* Recognovi.

Petilianus Episcopus dixit. Ecclesiam catholicam LXXV.
penes me esse & pura observatio nostra facit & vitia vestra atque flagitia nostra. Omnis Ecclesia Dei pura, sancta, sine macula & ruga esse debebit. Quare igitur, ut ad hujus disputationem rei possimus descendere, & congruo tempore testimoniis dominicis, ut prius est, quod de te flagito, si non diffidis, maximè cùm id agat causæ justissimus cognitor, ut quicquid agendum sit populo publi-

cetur. Mentitum te igitur clementissimo Imperatori sat constat, cùm dubitas proferre quid dixeris, quid egeris, quid mandaveris, quid susceperit ille legatus, quod mandatum acceperit, quid peregerit. Noverit hæc conscientia populi, sciat universa provincia, hoc acta ista quæ controversia plenè contineant, sciant vos apertissimè de mendacio vestro diffidere, morasque innectere actioni, ne ad veritatem aliquando vestris præstigiis nebulisque obstantibus veniatur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione nostra recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quod nescis an petiverim, quomodo reprehendis? *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Petisse se confessus est. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXVI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ecclesiam catholicam apud se esse testatus est. Hanc volumus residente nobilitate tua testimoniis edoceri. Publicet quod promittit; ut aut in ejus apertam veritatem noster consensus accedat, aut patiatur monstrari luce clariùs veritatem, & tandem aliquando ab errore desciscens cedat veritati congruè pro salute qui cogitat in errore vincere contra salutem. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Vt possimus facere hæc, priùs fac quod de te flagitamus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si ordo gestorum flagitat, publicamus. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXVII. *Macellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Cùm legationis formam demonstrarit augusta præceptio, quur legatorum nomina postulentur ignoro. An invictissimum principem aliquid contra rationem dixisse vestra sanctitas putat? Cùm ad causam peragendam personæ videantur expressæ atque firmatæ, quur nunc legationis mentio fiat necdum potui diligenter advertere, vel quur legatorum nomina postulentur ignoro. Vnde tandem aliquando, amotis superfluis, [a] negotium proponatur.

LXXVIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Mandatum quod in recenti negotio recitatum est, actis videtur insertum. Quid autem per legatos suos mandaverint insinuare noluerunt. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

LXXIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Conlationem postulatam evidenter recitata principalis sanctio declaravit, hancque fuisse [b] concessam constat. Et quoniam in unum sanctitas vestra de delectis ab utraque parte qui negotium possent actitare convenit, quæso vos ut tandem proponere negotium & peragere atque explanare dignemini. *Emeritus Episcopus dixit.* Hoc ipsum dicat quod præstantia tua sua interlocutione signavit. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hoc olim clamamus ut fiat. Conlatio postulata est, conlatio concessa est, causa conlationis utrique venimus. Iam tandem fiat quod & petitum fatemur & concessum esse ipsa concessio declaravit. *Et alia manu.* Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit.* Postulatam esse dixit. Per quem petiit? *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Finem superfluis imponere nolunt. *Et alia manu,* Recognovi. *Montanus Episcopus dixit.* Tu ad actionem moras innectis. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi salvo provocationis effectu.

LXXXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Legatorum personæ ibi fuerant exigendæ ubi peracta legatio est. Cùm autem de nominibus legatorum clementissimus tacere voluerit Imperator, quur hic desiderentur ignoro. *Emeritus Episcopus dixit.* Ipsi non taceant, si tacuit Imperator. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXXII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Causam dicant, ut jam diximus, separationis & divisionis ab Ecclesia toto terrarum orbe promissa, lege firmata, testimoniis prophetarum luce clariùs demonstrata, evangelio usque hodie magna firmitate perducta; & discedant moratoriæ tergiversationes, & separationis crimen vel serò cognoscant. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXXIII. *Montanus Episcopus dixit.* Cùm edideris ea quæ postulamus, adsertionibus nostris non deerimus. *Et alia manu.* Montanus Episcopus prosecutiones meas salvo appellationis effectu recognovi.

LXXXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Legationem à catholicis susceptam imperialis sanctionis tenor ostendit, in qua conlationem constat fuisse postulatam, cui me judicem idem clementissimus princeps voluit residere. Vnde quoniam de personis legatorum nihil inquirere præceptus sum, nec excedere me posse præcepti formam vestra sanctitas mecum meliùs recognoscit, dignamini tandem aliquando negotium proponere, ut & ipsi veritati & principali jussioni satisfactum esse in omnibus videatur.

LXXXV. *Emeritus Episcopus dixit.* Quid secretò agatur intelligis, vir spectabilis, dum rem in medio positam & penè ipsa luce clariorem volunt nebulis obligare. Conlationem imperiale præceptum inter partes fieri pro sua censuit voluntate. Nos quoque secundùm eorum petitionem, ut dicunt, quam nunc in judicio negant, quam approbare nolunt. *Et* [*cùm diceret,* (*Et*] *alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.) *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Non negamus. *Et alia manu.* Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit.* [c] quam publicare detrectant, provinciis nostris acciti, conflictum quem se proponere pollicentur refugere nos non debere omnimodo profitemur. Igitur quoniam nihil de re, nihil de causa, nihil de persona actum est, cùm primitus illud debeat ventilari utrum petierint, per quos petierint, vel quid petierint, quare id sileant, quare non publicent, advertit sublimitas tua. Si concordant petitiones, debent in judicio ventilari. Si neutrum volunt, unius debent facere cessionem. Si ad prioris mandati volunt nos tenere consensum, non negamus secundùm imperiale præceptum adesse nos conflictationi debere. Si autem secundùm præsens mandatum volunt agere, debent cognitionem ejusdem quoque rei, profiteantur adstipulationem. Si dubitans

[a] NEGOT. PROPONATUR] Antea legebatur *provocatur.* Emendatio nostra confirmatur ex capite 86. ubi ita legitur: *Vnde, sicut jam sæpius interfatus sum, negotium proponatur.* Item cap. 79 *Quæso vos ut tandem proponere negotium dignemini.* Et cap. 84. *Dignamini tandem aliquando negotium proponere.* Et cap. 96. *Negotium proponere tandem aliquando dignetur.*

[b] CONCESSAM CONSTAT] Et hæc quoque emendatio nostra est. Nam antea legebatur *restat.* Verùm ita legi debere uti nos edidimus probatur ex capite seq. *conlatio concessa est,* & ex Augustino in breviculo tertiæ diei cap. 2. *quod ea collatione agi ab Imperatore præceptum est, quam & petitam ab illo & concessam esse constabat.* Et cap. 4. *collationem petitam concessamque constabat.*

[c] QUAM PUBLICARE] Hæc pendent à prima parte prosecutionis Emeriti.

Anno Christi 411. Collatio Carthag.

proponere, ut nos eorundem propositionibus respondere valeamus, videat præstantia tua non è nostris partibus nasci quò minùs negotium ventiletur. Quippe cùm hac [a] agoga & hac quodammodo janua ad negotii merita descendendum sit, intelligit præstantia tua vel negare saltim eos vel reticere vel contemnere respondere propositionibus nostris; ut cùm hæc adverteris, judicare digneris. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

LXXXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quid petierint vel quid pertulerint inquirere me debere non jussit clementissimus Imperator. Quare autem petita conlatio sit, apertissimè demonstratum est, id est, ut superstitionem ratio manifesta confutet. Hoc hodie fieri posse non dubium est; siquidem delectas ab utraque parte personas convenisse cognosco. Vnde jam, sicut sæpius interfatus sum, negotium proponatur.

LXXXVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Petierunt aut non petierunt. Dicant per quos vel quid petierunt. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXXVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sufficit jam rescripti recitatio. Agnoverunt quid voluerit inter nos discuti clementissimus Imperator. Removeantur superflua, ad causam veniamus. Considerandum est enim quid agat pars diversa. Videlicet quemadmodum priore judicio longitudine præteritorum gestorum prætendit dilationem, ita etiam hodie desiderat superfluis codices onerare, ut item causentur de mora describendorum vel edendorum gestorum. *Et alia manu.* Recognovi. *Montanus Episcopus dixit.* Tu moras innectis cùm non profers quod nos à te flagitamus. *Et alia manu.* Montanus Episcopus prosecutionem meam recognovi salvo provocationis effectu.

LXXXIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Proximè præterita cognitione atque controversia, quamvis ante causæ principium ventilatum, non nostro vitio neque nostra petitione dilationem provenisse manifestum est, sed humanitate judiciorum tuorum, quam non poteras denegare; quippe cùm exceptores onerati longitudine controversiæ ac prolixitate, id etiam professione sua responderint. Vnde quoniam ista peracta sunt, sed fecit inde hodie mentionem, ideo hæc volui replicare. At nunc eosdem nunc moras innectere, eosdem in præsenti actione obtendere nebulas, ne ad eorum mendacia veniamus, ipsa eorum taciturnitas monstrat. Loquuntur enim cùm tacent se vereri id proferre quod clementissimo Imperatori mentiti sunt. Si igitur freti sunt bonæ petitionis voluntate atque ordine, quid eam dubitant ventilare? Et quoniam potestas tua meminisse dignatur id priore controversia agitatum, ut aut jure publico agerent, aut legis dominicæ auctoritate descenderent disputare, idque suo mihi promisere consensu, nobilitas autem tua id sibi exceperit, à legibus tolli se minimè oportere, tuarum partium est, vir nobilis, id tenere quod legum est, illorum autem est promissa necessitas ut lege divina debeant experiri. Si igitur apud te legibus publicis agitur, quoniam tu hisdem præsidere te professus es, exige quod leges habent. Si autem disputatio legalis in medium mittitur, interrogo te hic qui desideras disputare, quid petieris, qoid egeris, qoid contra me dixeris: quem si invenero vera dixisse, necesse habeo ejus legis disputationem committere. Si autem cognovero à perfidia atque mendacio te cœpisse, necesse est ut tuam personam longè prorsùs evitem. Quid enim mihi prodest docere mendacem? Quid mihi prodest refragatori ac refragaturo reddere rationem? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Conlationem à catholicis tantùm postulatam fuisse relecta imperialis sanctio declaravit. XC.

Petilianus Episcopus dixit. [b] Catholicos nos esse acta contineant. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. XCI. b

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Necesse est me eos [eo] nomine appellare quo eos appellari volnit clementissimus Imperator. XCII.

Petilianus Episcopus dixit. Ante causam inane nomen est illis. Etiam de ipso nomine erit disputatio nobis atque contentio. Tum demum obtinebit hoc nomen qui fuerit inventus esse Christianus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. XCIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Certum est post habitum conflictum eos catholicos nuncupandos apud quos veritas fuerit deprehensa. Ego autem etiam in hac parte formam necesse habeo sequi præceptionis augustæ, in qua catholicos eos appellare dignata est. XCIV.

Petilianus Episcopus dixit. Sine præjudicio nostro hoc interfari dignata fuerit præstantia tua. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salvo nostræ appellationis effectu. XCV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sanctitas vestra si eos falsò hoc nomine adserit nuncupatos, negotium proponere tandem aliquando dignetur; quatenus de præsumpto nomine, si potuerit comprobari, pars è diverso consistens in omnibus confutetur. XCVI.

Emeritus Episcopus dixit. Magnis actum est voluminibus, & respondere noluerunt, tenentes apud se quodam præjudicio voluntatem ne satisfacerent judicatis. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.) *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quibus judicatis? *Et alia manu.* Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit.* Vel illud reverentiæ ac patientiæ judiciorum præstare dignentur [ut [c] respondeant] utrum petitoris loco adsistant, utrum ipsi proponant, utrum ipsi nos in judicium vocent; ut cùm ex eorundem responsione vel hoc cognitum fuerit, ad eorum propositiones respondere valeamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Respondeatur objectis. XCVII. c

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Ecclesia, quod audire non vultis, & necesse est audiatis, quoniam tot testimoniis & divinis eloquiis proclamatur toto terrarum orbe diffusa, cujus communionem videmur tenere, falsis criminationibus à vobis appetita est. unde extitit vestra separatio, quam dolemus. Istæ criminationes quibus insectari soletis Ecclesiam toto, sicut promissa XCVIII.

[a] Agoga] In veteri libro & in editionibus ita scriptum est: *Quippe cùm hac ago & hac quodammodo janua* nullo sensu. Emendationem nobis indicavit Plinius lib. 33 cap. 4. ubi de modis auri quærendi agens, agogas vocari ab Hispanis ait fossas quæ in plano cavantur in quas aurum profluat.

[b] Catholicos nos esse] Vide Augustinum in breviculo tertiæ diei cap. 3.

[c] Utrum petitor. loco] Vide infrà cap. 107. 113. Augustinus in breviculo diei tertiæ cap. 3. de Donatistis: *Dixerunt ut si ea legatur vel mandato quod eis datum est manifestando noluissent catholici obtemperare judicatis, saltem hoc responderent, utrum loco petitorum consisterent.*

Anno Christi 411. — Collatio Carthag.

est, orbe diffusam, hodie audire volumus utrum veræ sint. Si enim veræ sunt istæ criminationes quas Ecclesiæ memoratæ obicere consuestis, si eam pollutam, maculatam, eversam, destructam, & extinctam nescio quibus [a] nostris criminibus demonstrare potueritis, supererit ut quæramus utrum apud vos remanserit, quam ubique perisse clamatis. Si autem illa perire non potuit, superest ut eam vos agnoscatis, & litem tandem aliquando finiatis. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Accepistis prosecutionem partis adversæ, cui respondere dignamini.

XCIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Puto importunum esse alienam causam velle defendere & id in medium negotium mittere quod præter tutorem non potest unisquisque sine mandato in judicio ventilare. Possem enim nunc asserere & clamare adversùs istos universum orbem reluctari, reniti. Non vobis mandavi, ab hujus cognitionis eventu longè mea posita est conscientia. Ego agnosco victorem. Quicunque justis legitimisque ex causis Christianus fuerit approbatus, ille meus est catholicus, illi hoc nomen imponitur, ille debet sibi hanc regulam vindicare; quamvis ipsa catholica, quæ nunc pro præscriptione partis adversæ quasi in fronte quadam rite adversùm nos temperari cognoscitur, medium esse debet & in judicio ita constitui ut hoc nomen victor accipiat. Intelligit præstantia tua nihil nobis [b] de peregrinis, nihil nobis de longè positis præjudicare posse, cùm inter Afros hoc negotium ventiletur, sed magis hoc expectari, ut quicumque ex veridica cognitione fuerit superatus, is ab orbe videatur esse rejectus. Intelligant è diverso venientes propositionibus nostris se respondere debere, ut adstantes aut non adstantes, quid personæ gerant dicere non morentur, ut eorum intentionibus respondere valeamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Quid refertur? *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Personas primo die judicii esse firmatas & sequenti etiam die interlocutionis tuæ. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Aliud quæsitum est.

C. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [c] interlocutionis tuæ forma declaravit. Sed quia dicit cum peregrinis Christianis non se habere aliquam rationem, sed hoc totum quod agitur, inter Afros agi, Afrorum Christianorum catholicorum hæc vox est: Nos universo orbi Christiano communione cohæremus. Hanc Ecclesiam elegimus retinendam quam in eis scripturis invenimus. [*Et cùm diceret.*] (*Et alia manu.* Recognovi.) *Emeritus Episcopus dixit.* Sic semper eligere & mutare consuesti. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nos eam Ecclesiam retinemus quam in illis scripturis invenimus in quibus etiam cognovimus Christum. Scripturæ quippe nostræ, quarum auctoritati utrique subdimur, Christum & Ecclesiam tanquam sanctum commendant conjugium, Christum sponsum, illam sponsam. Ubi illum cognoscimus, ibi & illam invenire debemus. Si itaque nunc exorti essemus, & cogitaremus in Africa cui communioni Christianorum sociari deberemus, procul dubio eam tenere deberemus quam in scripturis inveniremus, & criminatrices opiniones hominum repudiare, ad sola eloquia divina, quæ mentiri nesciunt, nos tenere. Hoc fecerunt Christiani Afri, & appellantur & meritò sunt catholici, ipsa sua communione nomen testantes. Catholon enim secundùm totum dicitur. Qui autem à toto separatus est, partemque defendit ab universo præcisam, non sibi usurpet hoc nomen, sed nobiscum teneat veritatem. *Et alia manu.* Recognovi.

Vide Notas ad Agobard. pag. 45.

Vide Augustin. lib. 2. contra Gaudent. cap. 2.

CII. *Gaudentius Episcopus dixit.* [d] Catholicum nomen putant ad provincias vel ad gentes referendum, cùm hoc sit catholicum nomen quod sacramentis plenum est, quod perfectum, quod immaculatum, [e] non ad gentes. Nam doceat sibi omnes gentes communicare, & plenus est catholicus. Sed prius est tamen ut doceant quid petierint, quid meruerint. *Et alia manu.* Gaudentius Episcopus salva appellatione nostra recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Utrum debeant edere quæ poposcimus necne statuere dignare, ut scilicet. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine appellationis nostræ præjudicio recognovi.) *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Aut interloquere, aut jube nos [f] satisfacere postulatis. *Et alia manu.* Recognovi.

CIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad transacta recurritur. *Et adjecit.* Catholici nominis doceatur adsertio, & illud quod pars è diverso sistens credidit prosequendum, utrum in omnibus gentibus eadem catholica esse ostendi possit Ecclesia.

CIV. *Emeritus Episcopus dixit.* Si proponit, doceat. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Dignare pronuntiare de suprà comprehensis. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione nostra recognovi. *Emeritus Episcopus dixit.* Si proponit, doceat. Nam si proponere noluerit, quemadmodum docebit? *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis interpositæ recognovi.

CV. *Petilianus Episcopus dixit.* Pronuntia de singulis. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quod postulaverunt doce me. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Hoc nobis debet tua persona. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CVI. *Emeritus Episcopus dixit.* Petimus ut nulla sit mora, ut aut proponentis aut respondentis possit esse persona. Igitur quoniam approbandum est & de causa jam in judicio ventilandum, edicant utrum petunt aut respondent; ut cùm eorum intentionem in judicio videro, valeam respondere. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

[a] NOSTRIS CRIMINIB.] Antea legebatur *vestris*, contrario sensu. Donatistæ enim, quod & frequenter inculcat Augustinus, & in his gestis sæpe reperitur, secessionem suam ab Ecclesia catholica hinc probare studebant quia catholici varia crimina commiserant quæ ipsos non sinebant in eorum communione persistere. Res est notissima.

[b] DE LONGE POSITIS] id est, de Ecclesia transmarina, ut docet Augustinus in breviculo tertiæ diei cap. 3.

[c] INTERLOCUT.] Hæc pendent à priore parte prolocutionis Augustini. Interruptus enim fuit à Marcellino.

[d] CATHOLICUM NOMEN] Augustinus in breviculo diei tertiæ cap. 3. *Donatistæ autem responderunt non catholicum nomen ex universitate gentium sed ex plenitudine sacramentorum institutum; & petiverunt ut probarent catholici sibi communicare omnes gentes.*

[e] NON AD GENTES] Desunt heic nonnulla.

[f] SATISFACERE POSTULATIS] id est, ut ostendamus gentes omnes nobis communicare. Vide Augustinum ibidem.

Marcellinus

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Iusta poscuntur. Sanctitas vestra dignetur edicere utrum petitoris loco in judicio adstare videatur.

CVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Tuæ
CVIII. sublimitatis est judicare. Nos ad eorum criminationes refellendas ingressi sumus. Solent Ecclesiam quam tenemus crimine traditionis arguere. *Et alia manu.* Recognovi.

CIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Quis me in judicium vocavit? Ad cujus suggestionem conflictum voluit fieri Imperator? *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis recognovi.

CX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Solent Ecclesiæ quam tenemus crimina traditionis obicere, & nescio quorum peccatis eam contendere esse destructam & extinctam. *Et alia manu.* Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit.* Non hoc à te petii. Fac satis judicatis. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* atque his criminationibus fallere corda simplicium, de quorum salute satagimus. His nos permoti, convenimus eos ut nobiscum conferrent, & quod intendunt, utrum probare possent in Ecclesiam, cui intendunt, ostenderent. Quam conventionem nostram quoniam recusaverant, cùm nuper in comitatum venissent quidam illorum, apud acta etiam præfectoria dixerunt audiri se velle & discuti velle, amplectentes nos; aliquando eorum de conlatione consensum petendum ab Imperatore credidimus, ut conlatio ad hoc fieret ut ea crimina quæ solent dicere in universam Ecclesiam aut probarent, ut veritas appareret, aut non probarent, ut nihilominus veritas appareret. Hæc crimina si volunt aut possunt ostendere, proferantur & demonstrentur. Si autem non possunt aut nolunt, jam tuæ sublimitatis est de re tota, sicut ratio ipsa indicat, judicare. *Et alia manu.* Recognovi.

Vide Codic. canon. Eccles. Afric. c. 92.

CXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Accepistis prosecutionem partis adversæ. Si quid obicitis, jamjamque proponite.

CXII. *Petilianus Episcopus dixit.* Pronuntiet priùs nobilitas tua utrum rectè petamus quæ petimus, necne; tum demum eis ad singula respondebimus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Rectè vos petere prosecutionis vestræ textus ostendit, & rectè respondisse partem è diverso sistentem eorum similiter prosecutionibus declaratum est. Adsertum est enim quòd criminibus nescio quibus Ecclesiam quam tenent à vobis hodieque adserant infestari; quæ, si qua sunt, debetis edicere. Si verò non sunt, est necesse ut ad hæc respondere [a] dignemini.

CXIV. *Emeritus Episcopus dixit.* Sic agitur causa, hæc judicii forma est, sic veritas inquiritur ut de persona taceatur. Dicit me nescio quo auctore crimina in Ecclesiam ventilare, & quasi per famam quandam honorem suum meritumque destruere. Quicquid velit, quo nomine velit, quo potest argumento huic ipsi causæ nomen imponat, necesse est ut quia iterum provocat, petitor adsistat. Vtrum ego dixerim necne, utrum verè dixerim, anne confinxerim, cùm ipsius propositione cognovero, cùm ea quæ mihi obicit vera esse & ex me prolata constiterit, tunc demum necesse est eorundem me intentionibus respondere. Videt ergo præstantia tua sine provocante respondentis superfluam esse personam, nec posse quemquam dici respondentem nisi primò fuerit provocator. Ergò si provocatoris loco, hoc est, quod dicitur petitoris, adsistit, instituat actionem, cui respondere debeam. Sæpissime enim dicunt nos superfluis moratoriis uti ne ad negotium veniatur. Ergo cùm iste cardo sit causæ, ut is qui alterum in judicium vocat instituere actionem debeat & provocare ad responsionem, advertat præstantia tua eos prosequi debere utrum nobis vel quam instituam actionem, ut respondere possimus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Edicat pars catholica utrum è diverso sistentibus aliquid obiciendum credit. CXV.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Nos conlationem poposcimus ubi [b] objecta diluamus, non ubi obiciamus diluenda; quandoquidem cùm illi objecta probare non potuerint, quid sint, quid remaneant, nobis non dicentibus manifestum erit omnibus, & à tua sublimitate judicabitur. Nunc ingressi sumus diluere criminationes eorum, quas solent Ecclesiæ quam tenemus obicere. Mandatum quoque ipsorum hoc continet. *Adversus traditores & persecutores nostros.* Quondam autem Primianus, si dignatur, frater noster conventus pro ipsa conlatione respondit. [c] *Indignum est ut in unum conveniant filii martyrum & progenies traditorum.* Hæc crimina diluenda suscepimus, ut hæc crimina diluantur istam conlationem poposcimus. Concessa est. Aut probentur, aut purgentur. *Et alia manu.* Recognovi. CXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Mandati series traditorum partem è diverso sistentem esse profitetur. Conlationem verò, si tamen prosecutio catholicæ partis veritate subnixa est, ab utrisque partibus constat esse postulatam. Vnde nunc id quod mandato videtur expressum sanctitas vestra probationibus fulcire dignetur. Accepistis enim ex eorum prosecutionibus magis à vobis aliqua obici & ea objecta se velle diluere. CXVII.

Petilianus Episcopus dixit. Pronuntiare dignare de persona, tunc itur in causam. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. CXVIII.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Iam non est nostrarum partium de hoc aliquid superfluò respondere. *Et alia manu.* Recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Interlocutiones superiores sublimitatis tuæ recitentur, & agnoscant quid postulant. *Et alia manu.* Recognovi. CXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si conlationem ab utrisque partibus constat esse postulatam, constat eum esse petitorem qui crimen intendit. CXX.

Emeritus Episcopus dixit. Docent ab utrisque partibus conlationem esse in judicio flagitatam. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi. CXXI.

Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Docemus. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hoc pars catholica docere debebit. CXXII.

[a] DIGNEMINI] Sic reponi debere postulat sensus. Antea legebatur *dignentur.*

[b] OBIECTA DILVAMVS] Augustinus in breviculo tertiæ diei cap. 4. *Sed catholici respondebant ad hoc se petisse collationem, non ubi objicerent diluenda, sed ubi objecta diluerent.*

[c] INDIGNVM EST] Hæc etiam verba refert Augustinus in eodem loco.

CXXIII. a *Adeodatus Episcopat dixit.* [a] Catholicos non esse scriptum sit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salvo appellationis effectu recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Donatistas vos esse ex Primiani mandato docemus. *Et alia manu.* Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit.* Cæcilianistas vos esse scriptum sit. *Et alia manu.* Adeodatus Episeopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CXXIV. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si præcipis, gesta recitamus in judicio habita præfecturæ; ubi se pars adversa audiri tantopere flagitavit. Et ideo, si præcipis, recitantur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinas v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Gesta habita in judicio inlustrium potestatum suscepta ab officio recitentur.

CXXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Contra hæc serva quæ comperuni. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Salva erunt. *Petilianus Episcopat dixit.* [b] De persona pronuntia. Quid petierint, quid suggesserint clementissimo Imperatori, quidve mentiti sint, hoc prodatur. Hic pronuntia utrum id superfluè flagitem necne. Tum demum itur in causam. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salvo merito appellationis nostræ recognovi.

CXXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Conlationem fuisse postulatam missis legatis sermo cœlestis ostendit, hanc fieri evidenter sanctione præcepit; cui me judicem residere pariter constitutum est. Excedere me hujus præceptionis formam etiam sanctitas vestra omnino non posse mecum meliùs recognoscit.

CXXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Pronuntiare te constanter convenit, vir nobilis, utrum proferri debeant illa quæ clanculò habentur, quæ rubore compressa sunt mentientium; aut certè si superfluè petimus hoc pronuntia. *Et alia manu.* [Petilianus Episcopus] sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXVIII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si quid est quod contra nos, ubi mentitos esse pars adversa designat, proferre poterit, jam proferat; ne superfluis nos accusationibus agens, populus adhuc usque, cui consulere volumus, decipiatur. Et ideo, si nobilitas tua præcipit, apud præfecturam gesta habita recitentur. *Et alia manu.* Recognovi.

CXXIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Ordine suo cuncta legantur. Legantur primò quæ petimus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Emeritus Episcopus dixit.* Hoc est quod volebamus in judicio prodi, utrum imperialibus auribus intimarint nos in judicio præfecturæ vel voluntarios adstitisse vel quæsisse conflictum. Si enim ista dixisses, possem te de gestorum fide in judicio confutare. Si autem non dixisses, intelligat is qui cognitor datus est de omnibus se imperatoriæ notioni referre oportere. Igitur quoniam evidentissimè comprobamus istos docere minimè valuisse vel ea quæ Imperatoris auribus intimasse se dicunt, vel utrum ierint, vel quando ierint, vel cum quo mandato ierint, hoc ipsum potestas tua judicare dignetur; ut si putant personam nostram umquam petitorum de actorum confectione, quæ apud inlustrissimas potestates sunt habita, in judicio comprobare, cùm ex recitatione gestorum fuerit approbatum, judicare digneris. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

CXXX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad ea ex quibus constat esse transitum regressum fieri minimè oportere sat clarum est. Vnde ut evidenter petitoris persona monstretur, inlustrium potestatum gesta relegantur.

CXXXI. *Petilianus Episcopus dixit.* Nebula est ista quæ obtenditur. Nam ab initio ipsos esse petitores certo loco monstrabimos, cùm dignaberis de his quæ jamdudum petivimus atque petimus pronuntiare. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXXII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Etiam sanctitas vestra quæ offert per ordinem relegentur. *Et adjecit.* Patimini nunc interim quæ postulata sunt ab officio recitari.

CXXXIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Pronuntia, & patior recitari. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salvo merito appellationis nostræ recognovi.

CXXXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Petitoris persona tunc apertè poterit demonstrari cùm hoc gestis evidentissimis fuerit approbatum.

CXXXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Pronuntia me rectè an non rectè petisse quod diutiùs flagitavi. Res enim nobis cum populo est. Tu quoque cum populo voluisti habere rationem, qui de judicio tuo voluisti judicari. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXXVI. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Legantur gesta. *Et alia manu.* Recognovi.

CXXXVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Pronuntiare me postulat sanctitas tua, cùm ab alia parte gesta necessaria probationibus publicentur. Vnde hoc fieri patiatur sanctitas tua. Tum demum utrum de parte negotii pronuntiari debeat existimabo.

CXXXVIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Aliud ostendit, cùm aliud postulem. Conscientia ipsa publica tenet, nec tacebo ulteriùs, nec differam, vir nobilis, te ipsum populo fuisse edictis frequentibus pollicitum, quicquid auditurus esses, inter disceptantes scilicet partes, te rursum edictis subsequentibus prolaturum. Tu hoc videris, tuæ existimationis est causa, utrum tam facilè me cogere debeas de causæ meritis disputare, cùm id mihi adversarius meus negaverit quod ego magnopere postulo esse prodendum. Ipse videris, ipse hoc quomodo volueris æstimes. Ego tamen tuam desidero providere præstantiam quid hoc loco sentias. Mihi hoc expedit, nolo à populo denotari quòd prætermiserim id & eundem locum prætermiserim ubi occultè video tegi mendacium quod debeat publicari. Proinde tu, vir nobilis, qui mediam tenes hoc loco personam, assume illam puram innocentemque constantiam, nec dubites pronuntiare quod licet. Neque enim fas est ut cùm mihi satisfactum non fuerit, ego cogar ad intima causæ descendere. Vnde quidem magnopere præsumo; sed

a CATHOLICOS NOS ESSE] Augustinus in breviculo diei tertiæ cap. 4. *Ortus est iterum moratorius conflictus de catholico nomine & Donatistarum & Cæcilianistarum.*

b DE PERSONA PRONVNTIA] Augustinus in breviculo tertiæ diei cap. 4. cùm dixisset cognitorem jussisse recitari gesta habita in judicio vicariæ præfecturæ, ait Donatistas ad præterita redisse & petisse rursum à cognitore uti de persona & de mandato legatorum pronuntiaret. *Hoc autem agebant*, inquit, *quantum intelligebatur, timentes ne gesta præfectoria legerentur, ubi suam causam quibusdam inconsideratis & temerariis responsionibus vulneraverant.*

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

ea quæ expetò non debeo præterire. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salvo merito appellationis nostræ recognovi.

CXXXIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Vt diligentiùs adverti possit quid debeat judicari, patiamini gesta recitari.

CXL. *Petilianus Episcopus dixit.* Non is est ordo gestorum ut hæc primitus recitentur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva nostra appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Nihil debet partibus denegari. *Adeodatus Episcopus dixit.* Si nihil partibus denegandum est, tandem nobis concedendum est quod flagitavimus: Ostendant legationem. Neque enim nudis verbis hæc potuit concipi legatio. Scripta sunt; demonstrentur, prodantur in publicum. Videamus utrum hæc contra nos vera an falsa sint ficta. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus meam prosecutionem salva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Iam pronuntiavi atque judicavi formam me excedere non posse imperialis oraculi. Nec enim in judicio meo legatorum certum est discuti debere personas. Vnde gesta relegantur, ut quis petitoris loco adsistat clariùs demonstretur. *Adeodatus Episcopus dixit.* Hoc Imperator non præcepit, ut gesta inlustrium potestatum in judicio prodantur; & tamen datur adversæ parti licentia prodendi. Produnt ipsi quæ volunt, nobis non sinitur accipere quod poscimus. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Et sanctitas tua quæcunque gesta obtulerit, vel prolaturam se esse promittit, necesse est ut eadem relegantur. *Adeodatus Episcopus dixit.* Quæcunque causæ necessaria sunt, negari non debent. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Patere igitur ut hoc quod causæ propriæ necessarium dicit pars è diverso sistens, ab officio recitetur. *Adeodatus Episcopus dixit.* Concedere non possum ut ea quæ volunt in judicio ventilent, nisi ea quæ de ipsis flagitavi in judicio deprompserint. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nos ista de archivis accepimus. Si quid est quod & tu accipere potuisti, si recitandum popósceris, & à nobis fuerit contradictum, iniquos deputa, & vicem redde. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Suspicionem judiciis facis, quòd ea non pateris, cùm & tibi fas sit universa quæ ingesseris publicare. Vnde tandem aliquando ea quæ oblata sunt recitentur. *Petilianus Episcopus dixit.* Noluisse pronuntiare potestatem tuam quod petimus acta contineant. Vlteriùs non possumus aliquid dicere; maximè cùm videam potestatem tuam aliud velle, cùm ego aliud flagitem. Pronuntia superfluè me postulare quod peto. Sit quod teneam, sit quod populus noverit. Tum demum ad necessaria causæ descendam. *Et alia manu.* Petilianus [Episcopus] prosecutionem mem appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Non possum de eo judicare quod necdum est approbatum. *Petilianus Episcopus dixit.* Verum rectè petam prodi oportere id quod clanculò Imperatori suggesserint, hoc pronuntia. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus hanc prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Clanculò Imperatori nihil suggestum esse ad universos judices datæ sanctionis [forma] & ad meam quoque mediocritatem ipsius recitatione monstratum est. Vnde cùm ex lectione gestorum cognovero quid debeam judicare, sine dubio judicabo.

Martialis exceptor recitavit. Exemplum actorum habitorum sub die tertio Kalendas Februarias, Ravennæ, D. N. Arcadio PP. Augusto & Probo IV. Consulibus. *Et cùm recitaret, Petilianus Episcopus dixit.* Si jubes, contra hoc advertit sublimitas tua non adhuc satisfactum petitionibus nostris, ut exceptione eorum constaret ipsos esse peritores ipsosque intendere oportere quæ obicienda esse putaverunt. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Iam nunc ex lectione gestorum qui petitor adsistat evidenter apertèque monstrabitur. *Petilianus Episcopus dixit.* Sunt longè primitus gesta confecta, quibus spectabilis viri Proconsulis. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.) *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [a] Prosecutiones suas formidat, ideo gesta recitari non permittit. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Petilianus Episcopus dixit.* Sunt gesta habita in judicio proconsulari, habita etiam in judicio vicariæ præfecturæ, quibus nobis [b] plurima intendisse monstrantur. Sunt etiam alia quæ de clementissimo Imperatore, eidem scilicet mentientes, [c] longè antè petiverunt [per] adsistentes ac supplicantes, scilicet [d] Theasium & Euvodium, illos scilicet quos præcursores ac navigatores semper habent, furiæque suæ legatos, qui expetant sanguinem, expetant proscriptiones, incutiant metus, pericula ingerant, homines per provincias diver-

CXLI.

a PROSEC. S. FORMIDAT] Augustinus in breviculo diei tertiæ cap. 4. de hac ipsa re agens: *Hoc autem agebant; quantum intelligebatur, timentes ne gesta prosecutoria legerentur, ubi suam causam quibusdam inconsideratis & temerariis responsionibus vulneraverant.* Et paulò pòst, quod magis ad verba Possidii facit: *Contra à catholicis dictum est ideo illos nolle ut gesta prosecutoria legerentur, quod in eis prosecutiones proprias formidarent.*

b PLVRIMA INTENDISSE] id est, hæreticos vocaverant, & multa dixerant contra divinas leges humanasque committere, ut docet Augustinus ibid. cap 5.

c LONGE ANTE] id est, anno CCCCIV. quum in Carthaginensi totius Africæ Concilio decreta est legatio adversùs Donatistas. Ad hæc enim tempora respicere Petilianum ostendunt nomina Theasii & Evodii.

d THEASIVM ET EVVODIVM] In veteri codice scriptum est, *Theasio & Euvodio.* quod nobis facile fuit emendare. Nescio autem cur Massonus maluerit ita supponere, *Theodosio & Emadio*, in erratis etiam admonens legendum esse *Theodosio & Rumorido.* At Pithœus utramque lectionem rejecit, & reposuit: *Theodosio & Ennodio.* Quàm autem falsi sint viri doctissimi ostendit codex canonum Ecclesiæ Africanæ cap 93 ubi extat commonitorium datum anno CCCCIV. eisdem Theasio & Evodio legatis ex Carthaginensi Concilio ad Imperatorem Honorium missis adversùs Donatistas. Eosdem cæsos fuisse, id est, verberatos & vulneratos, anno CCCCVIII. appatet ex cap. 106. ejusdem codicis. Theasium fuisse Episcopum Memblositanum patet ex collatione prima cap. 133. pag. 216. Falsus est enim ex similitudine nominum vir clarissimus Ioannes Garnerius, dum putavit hunc Theasium fuisse Episcopum Membressitanum. Nam tum Gennadius erat Episcopus Membressitanus, ut patet ex eodem capite 133. pag. 213. Theasii porrò nomen rectè restitutum est in epistola 80 sancti Augustini à nuperis editoribus. Evodius fuit Episcopus Vzalensis; de quo multa mentio apud Augustinum & alibi. Ei quidam codices tribuunt librum adversùs Manichæos editum inter opera sancti Augustini, ut admonet Sirmondus in capite primo historiæ prædestianæ. quod etiam adnotatum est antiquitus in codice 939. bibliothecæ Colbertinæ.

sas occidant. Hæc omnia igitur principio præcipe recitari. Tum demum eos invenies petitores. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CXLII. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Qua impatientia & tumultu agant sit testatum his gestis interlocutione nobilitatis tuæ. Causam enim satis [a] timent, ad cujus meritum omnino descendere nolunt. Non sint vacua omnia quæ à partibus nostris in prosecutionibus tanta dicta sunt de Ecclesiæ Dei promissionibus & exhibitionibus. Quid tergiversantur, quid nescio quæ forensia rimantur? Iam dignetur nobilitas tua pronuntiare [b] faciem defensionis eorum. *Et alia manu.* Recognovi.

CXLIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Ordine suo à principio cuncta recitentur. Tum demum invenies petitorem. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CXLIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si à principio [cuncta recitanda sunt,] ex quo [c] causam ad Imperatorem Constantinum miserunt criminum Cæciliani jube recitari. *Et alia manu.* Recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quia voluistis de prioribus gestis mentionem facere. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.)

CXLV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hæc gesta quæ recitari postulat sanctitas vestra sunt posteriora his gestis quæ obtulit pars catholica, an priora?

CXLVI. *Petilianus Episcopus dixit.* Non est equidem pars catholica nisi quæ hujus conflictationis sumpserit palmam. Igitur cupimus recitari quæ in judicio proconsulari & vicariæ præfecturæ ab ipsis sunt antè longiùs prompta atque petita. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si de causa præsumere, ad causæ meritum venires. *Et alia manu.* Recognovi.

CXLVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Sine præjudicio catholicos dico, sequens nuncupationem clementissimi Principis. Vnde ea gesta quæ antiquiora sunt, si placet, ab officio recitentur.

CXLVIII. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Offerimus antiquissima, quæ petimus suscipi ab officio. Præcipiat nobilitas tua ea recitari.

CXLIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Si hoc potestati tuæ mandatum est, si non recesserunt ab his quæ jamdudum promiserant se legaliter agere oportere, redde nobis illam primam objectionem cujus visi quodammodo sumus sub hujus exceptionis ratione fecisse jacturam. Si igitur ad legem se retinet, pervidet præstantia tua nullatenus eos harum chartularum quas proferunt facere posse mentionem. Et nunc etiam atque etiam flagito ut promant quid eligant, utrum forensi actione mecum agant, an legali concertatione disceptent. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione recognovi.

CL. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Suscipiat officium quæ ab utrisque partibus offeruntur, & conferat tempus; ut quæ priora esse constiterit, eadem recitentur.

CLI. *Petilianus Episcopus dixit.* Sensim in causam inducimur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Quod petistis offerimus. Non vos pœniteat petisse. Antiqua gesta voluistis recitari. Hæc in manibus habemus. Iubeat nobilitas tua quod offerimus recitari. *Et alia manu.* Recognovi.

CLIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Me id petisse adhuc recalent gesta ut ea quæ Imperatori mentiti sunt proferant, legant quæ objecerunt, contra hæc hujusmodi nebulas, ut vellent acta relegere quæ sunt habita in judicio præfecturæ, his quæ ego longè pretuli antiquiora. Igitur, vir nobilis, si tenor se ita habet causæ sicut ab initio videtur esse formatus, aut jacturam chartularum istarum publicarum faciant, & ad legalem disceptationem veniant; aut si his rebus ut desiderant, faciant legis divinæ jacturam. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Proconsularia gesta & habita in judicio inlustrium potestatum officium diligenter inspiciat, ut ea quæ priora sunt primitus recitentur.

CLV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ad ea quæ prosecuta est modò pars diversa paucis advertat sublimitas tua. Nos Ecclesiam catholicam retinere ipsa nostræ communionis testificatione monstramus; quam Ecclesiam probare descendimus, si permittant, non rumoribus humanis, neque errantibus opinionibus, sed divinis eloquiis declaratam. Vt autem leges vel gesta vel quæcunque de archivis prolata offeramus in hac conlatione recitanda, ipsi cogunt qui talibus agunt. Nam si remotis hujuscemodi omnibus chartis, nollent Ecclesiam nisi in scripturis adverti, nihil vellemus, nihil aliud optaremus. Crimina dicunt traditionis. Ea crimina traditionis aut non probant archivis, & nihil dicunt; aut probant, & archivis nos vicissim agere compellunt. Itaque pervidet præstantia tua distinguendas esse causas, quando cogamur publicis legibus agere, quando autem velimus & optemus negotium Ecclesiæ nonnisi divinis eloquiis terminari. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Quid elegerit dicat. Ambo enim tenere non poterunt. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione recognovi.

CLVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Apertissimam prosecutionem partis adversæ fuisse satis clarum est; in qua id videtur ostensum, ut si traditionis crimen obicitur, quod sine dubio legibus divinis non potest approbari, sed gestorum fide diligentiùs inveniri, tum demum gestis publicis omnia peragantur. Sin verò causa fidei cœperit agi, tunc ad ea quæ veteris & novi testamenti exemplis docenda sunt venietur. Vnde sanctitas vestra, si petitionem suam prosecutionemque adversæ partis vult professionibus roborari, evidenter ostendat utrum traditionis crimen, quod probari nullatenus potest nisi quibusdam evidentissimis documentis, agi in judicio desideret, an tantùm fidei causam cupit in judicio mediocritatis meæ disquiri atque terminari.

CLVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Quæ ad causam pertinent sæpius me replicare non pudet. Adeo enim & in prima fronte negotii postulavimus ut mandatum legatorum suorum luce clariùs demonstrarent; ne cùm hæc in judicium mitterentur, forrè renuerent.

[a] TIMENT] Vide Augustini locum ex breviculo primæ diei cap. 4. paulò antè laudatum.
[b] FACIEM] Vox corrupta.
[c] CAUSAM AD IMP.] Augustinus in breviculo diei tertiæ cap. 5. *Ubi Donatistæ primitus causam Cæciliani ad Imperatorem Constantinum per Anulinum Proconsulem accusando miserunt.*

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

Possunt enim dicere: Alia mandavimus, non eadem censuimus, nec petenda ab imperiali præcepto consensimus. Sicut enim nunc. *Et cùm diceret;* (*Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.)

CLVIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hæc universorum subscriptionibus constat esse mandata.

CLIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Quoniam duo sunt negotia, duo debent esse mandata. Mandatum quod in negotio præsenti recitatum, actis insertum est; mandatum verò quod legatis videtur traditum, nullo modo recitatum est. Debemus ergo advertere utrum & hoc antè, ut imperialibus auribus deferretur, ab iisdem videtur esse conscriptum; ut cùm utraque mandata in judicio fuerint recitata, utrum unam habuerint voluntatem judicare digneris. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis recognovi.

CLX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Iam toties conclamavimus. Mandatum quod injunctum est legatis Episcoporum, ab Episcopis flagitant sibi recitari. Hoc est aliena requirere ad causam non pertinentia. Mandatum quod nobis propter conlationem cum his faciendam injunctum est, hoc recitatum est, hoc eis sufficiat. Quid si enim aliqua legatis mandata sunt, ad causam quidem istam non pertinentia, sed quæ ipsos scire nolumus? Sufficit quòd Imperator conlationem nos petisse suo testimonio declaravit. Hæc concessa est, ad hanc venimus, hæc aliquando agatur. Veritati aures hominum patent. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXI. *Adeodatus Episcopus dixit.* Confessus es quæ olim tacuisti. Ostendisti te multa adversùs nos mandasse quæ scire non facilè debeamus. Vnde advertit sublimitas tua quid ex ejus prosecutione debeamus advertere, quid illud mandatum continet quod contra nos mandatum scire non facilè debeamus. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CLXII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Non hoc dixi. Non advertisti, aut dissimulas te audisse quod dixi. Audi, planiùs hoc dicimus, ne fortè culpa mea non intellexeris, dum id obscuriùs aliquantum dixi, [a] studio brevitatis, quod percipere nequiveris. Notum est omnibus multas causas habere Ecclesiam, & suam & privatarum personarum sibimet commissarum; & potest fieri ut ad Episcoporum intercessionem multa pertineant. Secreta nobis committuntur negotiorum & causarum alienarum, in quibus nostra interventio sæpe postulatur, propter quæ auxilium ab Ecclesia poscitur. Hæc prodenda non sunt, ne proditores inveniamur. Sufficit tibi quòd conlationem me petisse in causa tua ipse testis est clementissimus Imperator. Nihil ultra quæras, si negotia aliena non quæris. Negotio tuo sufficit quod de ipsa Imperatoris lege recitatum est, quod nostro mandato subscriptionibusque firmatum est. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXIII. *Adeodatus Episcopus dixit.* Non possunt in uno mandato diversa mandari negotia. Sed si forsitan eadem quæ adversùs nos mandastis, etiam adversùs alias provincias mandasse te constat, bene facis non prodere. Non te ergo in medium proferas. Quoniam me primum insequi desideras, servas hoc aliis provinciis. Ostendisti quid fecisti, ostendisti quid celes. Teneo tuum mendacium, teneo falsitatem. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi.

CLXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Prosecutione sua vir venerabilis, si dignatur sanctitas tua diligenter advertere, non adversùm te aliquid se mandasse, sed ea quæ ad te non pertineant, propria prosecutione signavit. Illud tantùm evidenter confessus est, conlationem se omnibus modis postulasse, & hanc fuisse concessam. Vnde illius mandati, ne excedere videamur imperialis præcepti formam, mentionem fieri video non debere. Quapropter ad ea quæ quæsivit sanctitas vestra respondere dignetur, utrum traditionis crimen, quod archivis publicis poterit monstrari, agi in judicio velitis, an Ecclesiæ & fidei tantùm causam cupiatis inquiri.

CLXV. b *Petilianus Episcopus dixit.* Vrbanè nobis [b] illuditur, ut cùm ipsi sint petitores, semperque nostram pacem inquietaverint atque turbaverint, nos loco petitorum constituamur, cùm pacis & Ecclesiæ Dei possessores semper fuerimus ac simus. Peto igitur nobilitatem tuam ut hunc ordinem serves. Ostendant quid egerint. Ibi invenies petitores. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi.

CLXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Si sanctitas tua permitteret vel permisisset gesta recitari, jam olim qui petitoris loco adsisteret potuisset ostendi. Vnde vel nunc antiquiora, ut interfatus sum, gesta recitentur. *Petilianus Episcopus dixit.* Ordinem serva gestorum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXVII. c *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Eorum gestorum quæ à partibus offeruntur, id est, proconsularium & [c] & inlustrissimæ sedis, tempora recitentur.

CLXVIII. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Offerimus chartas antiquiores nostris definitionibus profuturas. *Et alia manu.* Recognovi. *Montanus Episcopus dixit.* Si jubes, de codice lego. *Et alia manu.* Montanus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Sicut statui, ab officio recitetur. *Navigius adjutor numerorum recitavit.* Post consulatum D. N. Theodosii PP. Augusti, Idibus Septembris, Carthagini. *Et cùm recitaret.*

CLXX. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Antiquiora proferimus. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Interim ista quæ antiquiora sunt gesta in sede inlustrium habita potestatum patimini relegantur. *Navigius adjutor numerorum recitavit.* D. N. Arcadio Augusto [VI.] & Probo viro clarissimo Consulibus. An. 406. *Et cùm recitaret,*

CLXXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quæ priora sunt, ab officio suggerantur.

CLXXII. d *Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit.* Ea sunt priora quæ [d] in codice oblato continentur.

[a] STUDIO BREVITATIS] Ex Horatii libro ad Pisones. *Brevis esse laboro, obscurus fio.*

[b] ILLUDITUR] Antea legebatur *eluditur*. Nos emendavimus. Certam autem esse emendationem evincit etiam lemma istius capitis in indiculo capitulorum, ubi ita legitur: *Donatistarum prosecutio, quòd eis persona petitoris inludenter opponitur.*

[c] INLUST. SEDIS] id est, præfecturæ, ut suprà cap. 146. istius tertiæ cognitionis. Vnde in indiculo hujus nostri capitis apposita non sunt hæc verba, sed tantùm præfecturæ vocabulum, *gestorum proconsularium sive præfectura.*

[d] IN CODICE OBLATO] à Donatistis nimirum, ut docet indiculus: *Vbi respondet officium antiquiora esse gesta quæ obtulerunt de codice Donatistæ.* Vide paulò antè cap. 168.

ANNO CHRISTI 411.

CLXXIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ecce antiquiora proferimus. *Et alia manu.* Recognovi. *Rufinianus scriba viri clarissimi Curatoris dixit.* Si quidem, sicut suggessimus, consulatum contineant Theodosii Augusti & Rumotidi viri clarissimi, alia verò consulatum contineant D. N. Arcadii v. c. & Probi viri clarissimi.

COLLATIO CARTHAG.

CLXXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ea quæ antiquiora sunt recitentur. *Navigius adjutor numerorum officii viri clarissimi & spectabilis Vicarii recitavit.* Æquitatem tuam petimus, Septimine vir clarissime Proconsulum summe sublimis. Multa contra divinas bumanasque leges ab hæreticis de parte Donati Ecclesia catholica sustinet, quæ si vel anterioribus vel recentiotibus imperialibus jussis probibenda & tollenda postulanda vellemus, nequaquam audere deberent de nostris actionibus conqueri, scientes se, cùm nulla tali lege adjuvarentur, schismaticos tamen suos Maximianistas per judicum jussa locis ac sedibus eorum pellendos exturbandosque curasse. Veruntamen nos saluti eorum & nostræ existimationi pacifice consulentes, propter caritatem qua Christiani sumus, leniter eos volumus admonere ut errorem suum cogitando & agnoscendo non negligant; aut si putant se habere aliquid veritatis, non eam furiosis circumcellionum violentiis contra publicam quietem, sed tranquilla rationis redditione defendant. Vnde petimus sublimitatem tuam ut cùm eot de hac re per magistratus sive in civitatibus sive in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiam nobis præberi gestorum & eos ex allegatione nostra honestè convenire præcipias; quod consecuti, agamus excellentiæ tuæ apud Deum uberes gratias. [a] Data ab universis Episcopis catholicis [b] ex Concilio Carthaginiensi D. N. Theodosio PP. Augusto & Rumorido v. c. Consulibus, Idibus Septembris, Carthagine. *Septiminus vir clarissimus Proconsul dixit.* In quolibet loco antistitibus legis venerabilis ob quietis imperium gestorum conficiendorum tribuitur facultas; hoc etiam tenore hujus præceptionis limitato, ut intelligant se deviæ plebis magistris salubriter petentibus propriæ persuasionis ratiocinia persolvere; ut rebus in medio prolatis, amica legis moderatio servetur, superstitione supplosa. *Quo recitato,*

Vide cod. canon. Eccles. Afric. c. 92.

CLXXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Petitor est qui petit, an quid vocabitur? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXXVI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hæc postulavimus, sed præcedentibus vestris criminationibus & accusationibus. Nam proferimus antiquissima gesta, quibus vestri majores tunc in tempore ad Anulinum venerunt Proconsulem, & illi chartas in quibus dicerent majorum nostrorum crimina esse conscripta obtulerunt, & rogaverunt ut easdem ad Constantinum Imperatorem misisset. Has offerimus, & petimus nobilitatem tuam ut eas suscipi ab officio & ex ordine recitari præcipias. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXXVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Libellus datus à vobis evidenter ostendit schismatis & hæreseos crimen objectum. quod probare vos convenit.

Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Omnia probabuntur, si ea quæ obrulimus & suscipi & ab officio recitari præcipere fueris dignatus. *Et alia manu.* Recognovi. CLXXVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Vniversa per ordinem recitentur. CLXXIX.

Emeritus Episcopus dixit. Ergo loco est petitoris. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Cùm chartæ fuerint recitatæ, petitor faciliùs invenietur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Licèt ex his gestis petitorum loco adstare videantur, tamen meliùs & evidentiùs approbabitur cùm omnia fuerint recitata. CLXXX.

Petilianus Episcopus dixit. Si in forensem conflictum revertimur, constat eos legis divinæ fecisse jacturam. Respondeant igitur etiam atque etiam quod exegi, utrum legibus publicis agant, an legis divinæ conflictu. Eligant alterum de duobus. Vtrumque enim tenere non possunt. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi. CLXXXI.

Macellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hæc quæ sanctitas vestra obtulit relegenda non ambigitur, quia in judicio viri spectabilis Proconsulis acta sunt, ad forensem disceptationem absque dubio pertinere. Vnde, sicut interfatus sum, ut diligentiùs ostendatur qui loco petitoris adsistat, etiam illa patimini recitari. CLXXXII.

Petilianus Episcopus dixit. Contra ista præscribo. Si forensis est actio, hujus temporis causam audire præceptus es, vir nobilis. Si simpliciter & ecclesiastico more res geritur, acquiescam in ea quæ lege divina proferuntur vel à me vel à parte diversa. Si autem annosas antiquasque chartulas cupiunt recitare, haben pro me validas præscriptiones, recito illud tempus cujus sub contestatione prætermissionem interim feci. [c] Lapsum causa incurrit, non potest rursus audiri. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Crimina traditionis obiciunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Hoc causæ est. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Redde vicem. Auditus es, cùm prosequereris, nobis patientibus. Crimina traditionis Ecclesiæ quam tenemus obicere consueverunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* [d] Legaliter agit, an more forensi? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Prior chartas obtulisti. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Redde mihi tempus. Cautuletur officium de temporibus, utrum hodierna die causa dicenda sit, si ad forenses descendimus actiones. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. CLXXXIII.

[a] DATA AB UNIVERSIS] Hanc pericopen huc transtulimus ex fine istius capitis, ubi loco non suo posita erat ab imperito librario. Quòd sanè frequenter in his gestis evenisse compertum habeo.

[b] EX CONCILIO CARTHAG.] quod habitum est anno Christi CCCCXII. exeunte mense Augusto, cujus acta extant in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 90. Continuatum porrò fuisse usque ad Idus Septembres patet ex hoc loco collationis. Horum autem gestorum sive piccum mentio fieri videtur in capite 92. ejusdem codicis Africani.

[c] LAPSUM CAUSA INCURRIT] id est. Lapsum est tempus intra quod collatio fieri debebat, nimirum dies transiit quo menses quatuor complerentur, ut ait Augustinus in breviculo diei tertiæ cap. 1.

[d] LEGALITER] id est, secundùm leges ecclesiasticas, ecclesiastico more, ut dicitur infrà cap 185. Vide Augustinum in breviculo diei tertiæ cap. 6. ubi pro *legaliter* & *more forensi* ponit *divina testimonia* vel *documenta*, & *gesta publica*.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

CLXXXIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Et ani vestra sanctitas in hac parte judicare deberet. Constat enim ex consensu utriusque partis judicium fuisse dilatum. Cur nunc superfluò temporis præscriptionem obiciendam esse creditis, cùm eam constet ex consensu partium fuisse seclusam? Vnde nunc ea quæ ad causam pertinent peragi debere manifestum est.

CLXXXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Quia ipsi [a] se ad forensia contulerunt, ideo forensia postulavi. Respondeatur mihi ad ea quæ postulo. Forensi more agit, an ecclesiastico? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CLXXXVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Respondeatur objectis. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* [b] Si patiantur. Ecclesiæ quam tenemus (sicut omnes noverunt quorum solent animos suis sollicitare criminationibus, & etiam sui mandati tenore declararunt) Ecclesiæ inquam quam tenemus crimina solent traditionis obicere. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus partis Donati dixit.* Profiteantur ad quæsita. Professionem petivimus, non conflictum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CLXXXVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si horum criminum jacturam faciunt, de chartis publicis nihil proferimus. Si autem in eadem criminatione persistunt, chartis publicis docemus hanc causam olim esse finitam, nec tamen eos ab hujusmodi obiciendis criminibus cessavisse. Vnde nunc conlationem istam poposcimus, non ut illam causam traditionis quam Cæciliano & ejus collegis obiciebant susciperemus denuo finiendam, sed demonstremus olim esse finitam; ut hoc cognoscentes populi qui nesciunt, & istorum adhuc criminationibus commoventur, tandem aliquando cognoscant in qua Ecclesia Christianæ salutis viam requirant. Si ergo de Ecclesia quæritur quæ sit, quanta sit, qualis sit, sola divina testimonia ad eam demonstrandam sufficient. Si homines appellant, si hominibus crimina intendunt, quamquam Ecclesiæ causa ab hominum causa distinguenda est, [c] nec in hominibus spes ponenda est Ecclesiæ, si boni sunt, neque si mali sunt, judicanda est Ecclesia [d] Dei perisse; sed tamen etiam ipsorum causam tamquam fratrum nostrorum suscipimus, & si nobis ostendi potuerint criminosi, hodie illos anathemamus, non tamen propter illos Ecclesiam à Deo promissam & exhibitam deserimus aut relinquimus. Ipsi ergo eligant quod volunt. Non obiciant crimina hominibus, & chartæ cessabunt. Sola divina loquetur auctoritas; sola Dei scriptura, cui utrique subdimur, in medium proferetur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quid refertur his?

CLXXXVIII *Emeritus Episcopus partis Donati dixit.* Prolixæ orationi respondere non possum. Tamen summatim, ut valeo, quæ superfluè in judicium missa sunt ventilabo, cùm optationes à nostris partibus propositas ne vel relectione confundant, ut neque velint esse petitores, neque se dicant responsores adstare, intulerintque nostris partibus prosecutionem, ut si forensis regulæ ordinem tenent, conditionalis diei non omittam internis sensibus notionem; si autem legalibus magis cupiunt in judicio conluctari, divinis scripturis nos eis necesse est respondere. Primum est autem quod in judicio flagitamus, ut quoniam de mandatorum suorum allegatione in judicio vacillant, quippe cùm unum legentes, aliud negent, dicantque tamen se legatos ad imperiales aures destinasse antea, secutumque est identidem ut ex responsione gestorum dilucidè claruisset utrum nos inquietatores essemus an inquietati ad judicium veniremus, bis tot propositionibus respondere nolentes, ad alia se nescio qua argumentatione deicinnt, quæso, vir nobilis, constituant gradum, dicant se quo ordine quave actione in judicio consistant. Nos enim, qui adducti sumus ad disceptationem, petitoris loco adstare non possumus. Ipsos necesse est proponere, ut eorum propositionibus pars nostra valeat respondere. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Si petitoris loco adsistunt qui crimina objecta defendunt, tuæ nobilitatis est pronuntiare. *Et alia manu.* Recognovi. CLXXXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Etiam prosecutione viri venerabilis Petiliani id constat fuisse signatum ut utrum pars catholica, quod nomen sine præjudicio dicere me multis interlocutionibus patefeci, jure publico agi vellet, an certè divinis testimoniis, evidenter ostenderet. Sed denuo ad quæsita responsum est, ita ut evidentissimè monstraretur, si crimina non obicerentur, à documentis publicis discedendum, quæ probari non posse aliter nisi publicorum certum est attestatione gestorum; sin verò causa Ecclesiæ tractaretur, legalia tantùm testimonia proferrentur. De quibus quid placeat, evidentiùs designetur. CXC.

Petilianus Episcopus dixit. Duo sunt quæ præter cetera à diei hujus principio cœpimus ventilare. Vnum, ut ipsi legissent quid Imperatori clementissimo suggesserint; aliud, utrum disceptationem legis divinæ tenere cupiant, an publicas leges. De utroque nihil mihi apertè responsum est. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. CXCI.

Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Ad omnia esse responsum superiora testantur gesta. *Et alia manu.* Recognovi. CXCII.

Petilianus Episcopus dixit. [e] Pervidet igitur sublimitas tua [f] sensim nos ad causæ interna deduci. Pervidet illa tua præstantia atque vivacitas sensus magis mihi interlocutionibus nobilitatis tuæ quàm responsionibus adversariorum fuisse responsum. Igitur evidentiùs aliquid decernatur, evidentiùs constet, noverim quid debeam respondere. Mihi enim, sicut tua meminit nobilitas, idem à patribus CXCIII.

[a] SE AD FORENS. CONTULER.] id est, *forensi more chartis oblatis agere voluerunt*, ut legitur suprà in initio istius capitis. Vide cap. 157.

[b] SI PATIANTUR] In veteri libro scriptum est *patiatur*. Verùm ista referentur ad Donatistas, qui patientiam commodare nolebant catholicis à se amoliri conantibus crimen traditionis quod Ecclesiæ catholicæ objiciebatur. Ait ergo Augustinus: Respondebo objectis, si Donatistæ patiantur. Hunc puto loci istius sensum esse. Suprà cap. 183 idem Augustinus ita alloquitur Petilianum: *Redde vicem. Audivimus te, cùm prosequereris, nobis patientibus.*

[c] NEC IN HOMINIB. SPES] Hic locus ex capite 187. istius tertiæ cognitionis refertur in collatione quinta Concilii quinti œcumenici.

[d] DEI PERISSE] Antea legebatur *deperisse*. Nos emendavimus ex actis Concilii quinti.

[e] PERVIDET SUBL.] Hunc locum bis saltem refert Augustinus, sed paulò aliter quàm legitur in his gestis. Nam ita ipse habet in libro ad Donatistas post collationem cap. 24. & 25. *Pervidet potestas tua sensim nos in causa interna deduci.*

[f] SENSIM] id est, paulatim, ut interpretatur Augustinus in breviculo diei tertiæ cap. 7.

meis mandatum est, ut objectis respondeam, non ut obiciam aliquid. Non enim loco peritoris adsisto, sed responsuri. Qui sæpius apud Imperatoris aures & coram omni populo sanè apud se constituto in crimen nos invidiamque deducunt, ut hæreticos nominent, ut schismaticos quoque appellent, hoc doceant, hoc diluo, huic rei responsurus sum, si modò se ad legalia convertant, ipsiusque legis quærant responsa atque judicia. Sin verò utraque miscent, evidentiùs designetur. Noverim genus actionis, nemo me reprehendat in publico, nemo bonæ causæ infirmum esse judicet defensorem, nemo judicet obliquum, nemo adversarium dolosum ac licentiosum, cui omnia permittuntur; ut cùm de his justa atque evidentia requirantur, libeat illis delicatè quomodo voluerint nebulas ac tenebras obtendere, ut veniri non possit ad cardinem veritatis. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CXCIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Duo sunt quæ sanctitas tua credidit postulanda, unum ut mandatum in quo legati delecti sunt à parte è diverso sistente relegeretur, aliud utrum à divinis legibus recederent evidentissimè demonstrarent. *Petilianus Episcopus dixit.* Respondeant breviter ad utrumque. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Vni rei, quoniam mea intererat, ipse respondi. Nec enim de his legatis poteram dubitare de quorum legatione pronuntiaverat clementissimus Imperator, ne in ejus injuriam refricari aliquid videretur. Aliud vero eorum constat prosecutionibus definitum; quibus id evidenter ostensum est, velle se à publico jure sub ea conditione discedere, si de personarum criminibus taceretis. Vnde quoniam hinc conflictus tantùm remansisse cognoscitur, ut qui petitoris loco adsistat evidentissimè demonstretur, quoniam gesta à vestra parte oblata recitata sunt, patimini denuo etiam ea quæ à diversa parte offeruntur, ab officio recitari.

CXCV. *Petilianus Episcopus dixit.* Cujus gesta sunt quæ à partibus meis recitata sunt? Si absentes essent è diverso sistentes, licuit tibi, vir nobilis, absentum partes judiciario animo defensare. Nunc præsentes sunt. Ipsi mihi respondeant, ipsi edicant, ipsi ad utraque quæ proposui respondere non differant. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Nec respondere nos permittis. *Petilianus Episcopus dixit.* Tuum est pronuntiare quid audias; illorum est agere causam qui adversùs me loco petitoris. *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.)

CXCVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hoc pronuntiavi, ut ex gestorum lectione hæc omnia possint diligenter agnosci. *Petilianus Episcopus dixit.* Ipsi dicant, ipsi profiteantur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus incolumi appellatione recognovi.

CXCVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Iam diximus unde agamus potiùs, id est, utrum publicis documentis, an divinis testimoniis. In vestra est positum potestate. Si enim à criminibus hominum cessatis, & nos cessabimus à publicis documentis, & solam Ecclesiæ causam divinis testimoniis asseremus. Si autem ab hominum criminibus non desistitis, necesse est nos & à vobis publica documenta flagitare & contra vos publica documenta proferre. Hoc autem cùm cognitori insinuaremus, quia illi de corde non est excussum multiplicibus & superfluis prosecutionibus vestris, ideo vobis jam à nobis hæc acta esse ipse respondebat, non partes nostras agena, sed suas, cui jam insinuavimus, ejusque cordi penitùs infiximus quid dicamus. *Et alia manu.* Recognovi.

Adeodatus Episcopus dixit. Quo ordine agere debeamus, in nostra non est positum potestate, cùm ipsum venire in potestate nostra non fuerit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi. CXCVIII.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Ergo ad interrogata respondete. Receditis à criminibus traditionis? Respondeant ad breve interrogatum nostrum. Facitis jacturam criminum quæ soletis obicere Cæciliano & collegis ejus, an in eadem criminatione persistitis? *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad quæsita respondete. CXCIX.

Emeritus Episcopus dixit. Breve suum dicit esse postulatum, breve nostrum debet esse responsum. Omnis actio duas solet suscipere personas, petitoris, & è diverso respondentis. Cùm hæc causa suum ordinem teneat, conflictumque desideret, quid est quòd ante principia negotii quasi quædam mihi electio ex adversa parte proponitur, ut dicam utrum criminibus interitatis Cæciliani refrager atque ab hisdem quæ objeceram sileam, an objecta in judicio valeam confirmare. Memento, judicum summe, sicut adsoles, qui sit ordo dicendi. Nemo enim adversùm se adstanti dicit: Elige tibi utrum me accusas necne. Nemo dicit: Intentaturus es crimen, an nihil mihi in judicio [a] oblaturus es? & intentionibus tuis mutuum quoddam silentium imponens, inanis ac sine ratione de tam longinquis regionibus venisse dicatis, cùm ad hoc ego adsistam ut si me ipse dixerit illa dixisse quæ graviter ferre aut imperialibus auribus aut in suo mandato subscripsit, tum demum eligam atque respondeam utrum velim intentionibus ejusdem secundùm prosecutionis suæ tenorem legum confirmatione robustus accedere, an me ab hac actione removere. Videt præstantia tua me respondere non posse, cùm incertum dixerit, cùm nihil tale proposuerit cui debeam revocare responsum. Dico enim eum utrum petitor an responsor ster. Ille mihi dicit: Si Cæciliani causam intermiseris, tunc petitor sum; si autem non prætermiseris, necesse est me respondere ad ea quæ videntur objecta. Si times Cæciliani causam, metuisque tibi aliquid objectum, tu proponere, tu instituere actionem in judicio debebis. Adtrahe me, & in publicum conloca. Dic me aliquod tibi crimen quod ad aures imperatorias detulisti per publicam conscientiam commendasse. Cùm ego autem de te magis expetam quid audieris, quid me dixisse, quid me insinuasse judiciis intimes, quur metuis, qur vereris actionem istam in judicio firmare? Nimirum illud adtendis, ne petitoris suscipiens personam, ea quæ in judicium mittis, aut accepta aut dicta, aut ab aliquo promulgata docere in judicio compellaris. Adtende, vir nobilis, in quo stam sit ista causa, cùm ego, qui pulsor, petitionem illorum promi in judicium petam, eosque qua possum postulatione deprecor semper ne moratoriis ad negotii cardinem venire minimè permittamur. Non ergo ex nostra parte est quòd adhuc usque nihil de negotio gestum est, cùm si CC.

[a] Oblaturus] Iuretus in Miscellaneis ad Symmachum pag. 169. contendit legi hoc loco debere *objecturus*, non *oblaturus*. Deinde vult legi: *ut intentionibus tuis mutuum quoddam &c.*

ANNO CHRIST 411. personam suam judiciis adstruere voluissent, necesse nos erat objectis ilico respondere. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

COLLATIO CARTHAG. CCI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* O breve responsum! Quàm multum dicitur ubi inveniri non potest quid dicamus! Breviter respondi ego postulationibus tuis. Voluisti ex me scire utrum legalibus testimoniis divinis agam, an publicis gestis. Respondi: Si recedis à criminibus quæ non possunt nisi gestis publicis declarari, recedo à publicis gestis, & solis divinis testimoniis adseram causam Ecclesiæ quam defendo. Si autem tu ab illis criminationibus non vis recedere, nec ego recedam ab eis documentis quibus te ostendam falsa crimina vel nobis vel ipsi Ecclesiæ quam tenemus obicere. *Et alia manu.* Recognovi.

CCII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad hæc plenè constat esse responsum. Quæ autem pars loco petitoris adsistat, sciri omnino non potest nisi ex recitatione gestorum; quæ, ut statui, quoniam à parte vestra quæ oblata sunt constat esse recitata, tandem aliquando perlegantur.

CCIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Nemo duo eligit de duobus. Cùm ergo proposuerim ut alterum elegisset, ille sibi ambo evidentiùs vindicavit. Non timeo, non recuso, si hoc potest esse retinendum. Serva mihi primitus tempora legum, statuatur dies. Respondeat officium de die causæ, cognoscatur lapsus fuisse. Hinc judica, hinc debes ferre sententiam. Siquidem contra me sententiam ferres, si fortè defuissem. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si die decimo quinto venerunt, ut ad quartum decimum occurrerent, quare octavo Kalendas constituerunt? *Et alia manu.* Recognovi.

CCV. *Petilianus Episcopus dixit.* Non inquerasti, scivi te lapsum, superfluè ingressus sum judicium, qui intrare non debui post diem lapsi negotii. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCVI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quare ad Kalendas se promisit adfuturum esse Primianus? *Et alia manu.* Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hoc jube recitari. Quamvis ista transacta sint, quamvis ad inlusionem populorum has nebulas inicìat pars diversa, tamen etiam hoc petimus præcipias recitari, ut sic saltim cognoscant quàm impudenter hæc iterum repetant quæ jam antè transmissa sunt. *Et alia manu.* Recognovi.

CCVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Dum non vis designare alterum de duobus, ambo tenens, facies me eadem repetere. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCVIII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sciunt se in causa Ecclesiæ nihil habere. Ideo moratoriis agunt. Quapropter quoniam illa jam transacta sunt, ut cognoscatur qui sit petitor, jube antiqua gesta recitari. *Et alia manu.* Recognovi.

CCIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Si legibus publicis uti vis, præscribo ne legas. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Contra consensus proprios, quod legibus inhibetur, venire desideras. Ex consensu enim partium constat primum dilatum fuisse judicium, ut alio die vel tertio vel certè post editionem gestorum negotium tractaretur. Unde, ut quis loco petitoris adsistat diligentiùs declaretur, gesta recitentur.

CCX. *Petilianus Episcopus dixit.* Servarem consensum, si & ipsi servarent. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur gesta. *Adeodatus Episcopus dixit.* Contra hæc serva quæ competunt. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ea quæ rationi & æquitati competere potuerint salva erunt.

CCXIII. *Adeodatus Episcopus dixit.* Si enim consensus servandus est, & retinendi sumus ad consensum nostrum, debent etiam nobis ipsi fidem sui consensus, qui se legibus divinis acturos esse promiserunt. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Sed causam Ecclesiæ, non causam Cæciliani & collegarum ejus, quibus crimina intenditis. Ecce pollicemur, & totiens pollicemur quoties exactum fuerit à nobis, & cùm non exigitur offerimus, Ecclesiæ causam non nisi testimoniis divinis firmamus, docemus, ostendimus, Cæciliani autem & quorumlibet hominum nonnisi his documentis quibus solent ista vel demonstrari vel purgari. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ista frequentiùs dicta sunt. Unde quoniam constat primitus petitoris personam debere disquiri, gesta recitentur. *Martialis exceptor recitavit.* Incipit relatio Anolini Proconsulis, ubi ostendit Donatistas Cæciliani causam ad Imperatorem Constantinum detulisse. *Et cùm recitaret,*

CCXVI. *Montanus Episcopus dixit.* Ut quid iste titulus legitur? *Et alia manu.* Montanus Episcopus salva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit* [a] Neuter titulus actis inseretur. *Martialis exceptor recitavit.* [b] Augustis nostris Anolinus [c] vir clarissimus Proconsul Africæ. Scripta cœlestia majestatis vestræ accepta atque adorata Cæciliano & his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio mea apud acta parvitatis meæ insinuare curavit. *Et cùm recitaret,*

CCXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Unde hoc profert, ex publico scrinio, an de suo? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CCXVIII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Legat, & tunc de nobis exigat hujus lectionis firmitatem. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXIX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Antè lectionem unde proferas evidenter ostende.

CCXX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si inde dubitant, archiva Proconsulis requirantur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam in archivio publicis ea quæ recitantur inesse dixisti, sicut cœperat officium, omnia relegere debebit. *Martialis*

[a] NEUTER TIT. AC. INS.] Locus iste obscurus est. Ait Marcellinus titulum istum non insertam iri in actis; & tamen insertus est. Forsassis dicere voluit omissum iri post descriptionem schedarum.

[b] AUGUSTIS NOSTRIS] Constantino & Licinio. Quamquam relationem missam esse tantùm ad Constantinum satis certum est. Et tamen certum quoque est inscriptam fuisse nominibus duorum Augustorum. Quare contra morem seculi illius fecit vir clarissimus Henricus Valesius cùm hunc titulum relationi sua auctoritate fecit: *Constantino Maximo Aug. Anulinus.*

[c] VIR CLARISS.] Vide Notas ad librum secundum Miscellaneorum nostrorum pag. 481.

exceptor ex superioribus gestis recitavit. eosdemque hortata est ut unitate consensu omnium facta, [cùm omni omnino] munere [indulgentia] majestatis vestræ liberati esse videantur, catholica custodita, sanctitati legis debita reverentia ac divinis rebus inserviant. Verùm post paucos dies extiterunt quidam; adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum & libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ, atque impendio postularunt ut ad sacrum ac venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem, quæ manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorundem actis, quò cuncta majestas vestra possit dinoscere, parvitas mea dirigere curavit. Transmisi [a] libellos duos, unum in aluta signatum ita: *Libellus Ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani traditus à parte Majorini.* Item alium sine sigillo cohærentem eidem alutæ. Datum die decimo septimo Kalendarum Maiarum Carthagini D. N. Constantino Augusto III. Consule. *Quo recitato*,

CCXXI. *Petilianus Episcopus dixit.* Quis est iste qui agit? Cæciliani filius est, an non? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCXXII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ne vobis dicatis patrem in terra, simul audivimus, simul legimus, simul populis prædicamus. Quid de me quæris utrum sim filius Cæciliani? Cæcilianus, si innocens fuit, gaudeas de sua innocentia, me congaudente, non in ejus innocentia me spem meam ponente. Si autem nocens fuit, quod fortasse discussa causa vel sic vel aliter declarabis, sustinuit eum Ecclesia quam teneo, ut à similitudinibus dominicis non recedam, sicut paleam in area, sicut in eisdem pascuis hædos, sicut in eisdem retibus pisces malos; non tamen propter malos nos aut aream dominicam deserere debemus, aut retia dominica nefaria animositate dissensionis abrumpere, & in mare ante tempus littoris prosilire. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Sicut statutum est, omnia relegantur. *Emeritus Episcopus dixit.* Iube nos prosequi. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Agite. *Emeritus Episcopus dixit.* Recitata scriptura quam pars adversa protulit. *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.)

CCXXIV. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quis possit esse petitor his gestis poteris inveniri. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXV. *Emeritus Episcopus dixit.* Recitata scriptura quam pars adversa protulit, consors meus justa prosecutione signavit nomen sibi imponere debere eum qui causam defendit in judicio Cæciliani. Sed arctatus his nodis veniens è diverso, quasi quodam lubrico fugere atque elabi conatur, duas in judiciis inserens personas & geminas actiones. Dicit enim. Si Cæciliani persona pro objectis criminibus poterit destrui, Ecclesiæ, inquit, nihil oberit, cùm unius hominis persona destructa adstare videatur in fide. Quid ergo opus est, vir sublimis, Cæciliani causam in medium mittere si nihil obest his, si nihil adversùs eos facit? aut cur in judicio defenditur vel accusatur? Cùm enim dicat neque sibi obesse ejusdem reatum neque posse aliquam nebulam vel maculam Ecclesiæ innectere, vides ergo superfluè Cæciliani nomen in judicium missum, cùm hac quasi peremptoria præscriptione excusatus esse videatur, ut si reus sit, ab Ecclesia videatur extraneus, si innocens, quasi objectis criminibus purgatus atque liberatus bene in Ecclesia sua stetisse videatur. Iudica, vir sublimis, unum eos tenere debere; si Cæciliani causam defendunt, superbire se & prosequi ea quæ in judicio adversùs Cæcilianum de veritate promuntur. Si autem dicunt obesse sibi omnino non posse quid fecerit Cæcilianus, quid opus est Cæciliani causam in medium mittere, cùm eis obesse non possit si fuerit in judicio reus manifestissimus deprehensus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Doceatur à parte diversa quod quæritur.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Cæciliani causam vel collegarum ejus solent ipsi Ecclesiæ catholicæ obicere, vel, ut sine controversia loquar; ipsi Ecclesiæ quam tenemus. Proinde, ut video, magnum volunt adferre compendium. Si hanc causam non obiciunt Ecclesiæ quam tenemus, dicant quid ei obiciant. Si enim nihil, quare separamur? Si aliquid præter causam Cæciliani, id ipsum offerant, id ostendant. *Et alia manu.* Recognovi. CCXXVI.

Petilianus Episcopus dixit. Tu quis es? Filius es Cæciliani, an non? Tenet te crimen Cæciliani, an non, si fuerit? *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.) CCXXVII.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Ego in Ecclesia sum in qua Cæcilianus fuit. *Et alia manu.* Recognovi. CCXXVIII.

Petilianus Episcopus dixit. Vnde cœpisti? Quem habes patrem? Alioquin si patrem tuum damnaveris, hæreticum te esse profiteris, qui nec originem vis habere nec patrem. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. CCXXIX.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. In Ecclesia sumus in qua Cæcilianus episcopatum gessit & diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus, ejus memoriæ communicamus, tamquam memoriæ fratris, [b] non tamquam patris aut matris. Quæris autem à me unde communio mea sumat exordium. Dominus ipse Christus adserit exordium communionis meæ dicens: *Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem.* Cœpit ista prædicatio ab Hierusalem, inde se ab inlustrissimo exordio diffudit, diffundens Ecclesiam quam tenemus; primò per vicina, deinde per longinqua, etiam in Africam venit. In hanc oculos aperimus, hanc in divinis eloquiis & testimoniis sicut ipsum Dominum Christum & redemptorem nostrum comperimus. Ab illo Deo patre, ab hac Ecclesia matre, nullius me hominis crimina, nullius calumniæ separabunt. *Et alia manu* Recognovi. CCXXX.

Petilianus Episcopus dixit. Cæcilianus sibi pater aut mater est, ut dixisti? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. CCXXXI.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Iam CCXXXII.

[a] LIBELLOS DUOS] Henricus Valesius existimat per libellum in aluta signatum intelligi libellum seu chartas criminum Cæciliani, per alium verò libellum precum quem Episcopi partis Majorini ad Constantinum miserunt, petentes ut ex Gallia sibi judices daret. Qui liber extat apud Optatum.

[b] NON TAMQUAM PATRIS] Idem Augustinus in sermone habito post collationem, qui infrà editus est: *Nec justitia Cæciliani coronat Ecclesiam, nec culpa Cæciliani damnat Ecclesiam. Videamus & ipsius causam qualis sit. Suscepimus eum discutiendam, sed tamquam fratris, non tamquam patris aut matris.*

audisti quia frater erat. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Frater non est qui generat filios. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius* dixit. Nec patrem nec matrem sibi esse Cæcilianum apertissima prosecutione signavit. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Cæcilianus [a] non est pater meus. Si bonus est, frater meus est bonus; si malus est, frater est malus. Tamen propter sacramenta frater est, sive bonus, sive malus. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Vt nec patrem suum nec matrem Cæcilianum fuisse diligentiùs demonstretur, ejusdem prosecutio superior relegatur.

CCXXXIV. *Petilianus Episcopus dixit.* Satis illos defendis per Deum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ecce dico, quotiens volueris dico. Cæcilianus non est pater meus, quia audio Dominum meum dicentem: *Ne vobis patrem dicatis in terra. unus est pater vester Deus.* Dico Cæcilianum fratrem, bonum fratrem, si bonus, malum fratrem, si malus est, quoniam propter communia sacramenta frater meus est. Si autem judicium de illo meum vis audire, etiam innocentem credo, appetitum falsis criminationibus existimo, sed tamquam homo de homine existimans, non tamquam certum aliquid credens. Tu si obicis Ecclesiæ crimina Cæciliani, adsisto, defendo tamquam fratris, ostendens non pertinere ad Ecclesiam nec ad ejus causam, nec ei præjudicare; & sic demonstro nihil te obicere Ecclesiæ catholicæ, etiamsi vera fortasse; quod nullo modo poteris demonstrare, sint crimina Cæciliani. Si autem nec ipsa vera potueris demonstrare, etiam te judice vides ubi remanseris, & quid rejecta tandem animositate erroris eligere debeas, ut nobiscum teneas veritatem, nobiscum amplectaris damnato errore caritatem. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXXVI. *Petilianus Episcopus dixit.* Ipsa sunt illa ambigua quibus ab hodierni diei percurrit principio, nec tamen se alterum tenere aliquando professus est, cùm utraque magno amplexu retineat, utrumque metuens dimittere vel tenere. Tandem aliquando expressiùs dicat utrum patris loco habeat Cæcilianum, ex quo deducta est ista progenies. Non enim potest aliqua res sine generatore suo nasci, aut sine capite incipere, aut sine radice sua crescere. Videt igitur nobilitas tua se originem non habere sæpius protestatum. Si igitur originem non habet, ipse est magis hæreticus, qui non habet patrem, qui habitum patrem judicio suo damnavit. Astipuletur igitur, ut si criminosum patrem ejus constiterit, eum crimina teneant, si autem innocentem, necesse habeat esse filius innocentis, ita quoque è diverso necesse habeat ut sit filius criminosi, si constiterit criminosum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Habeo caput, sed Christus est. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Diligentiùs demonstretur utrum patrem vestrum Cæcilianum aut matrem, sicut quæsitum est, esse dicatis. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Habeo caput, sed Christus est, cujus Apostolum audio. *Et cùm diceret, (Et alia manu.* Recognovi. *)*

Petilianus Episcopus dixit. Quis te ordinavit ut Episcopus esses? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salvo appellationis effectu. CCXXXVIII.

Montanus Episcopus dixit. Et quid est quod dicit Apostolus Paulus: *Et si decem millia pædagogorum habueritis in Christo, sed non multos patres. Per Christum enim ego vos generavi per evangelium.* CCXXXIX.

Cùmque streperent, Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. De tumultu restatum sit. *Et alia manu.* Recognovi. CCXL.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad quæsita responde. CCXLI.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Habeo caput, sed Christus est, cujus Apostolum audio dicentem: *Omnia vestra, vos autem Christi, Christus verò Dei.* Nam & ubi se patrem dixit Apostolus, ne ipsius paternitatis velut basem humanam infirmitatem crederemus, addidit. *Per evangelium ego vos genui.* Semen ergo & vena seminis mei de evangelio dicitur. Honorificentiæ causa patres appellamus eos qui nos vel tempore vel meritis præcesserunt. Aliud est cùm quærimus ad fidem quem habeamus patrem, ad salutem æternam quem habeamus patrem, ad retinendam Ecclesiam & percipienda Dei promissa quem habeamus patrem. Nam illud honoris est ut quotidie senibus dicamus *Pater.* Quotidie etiam quibusdam non nobiscum in una Ecclesia nec in iisdem sacramentis constitutis dicimus *Frater.* Sodomitis etiam dixit Loth, *Fratres*, utique ad leniendum eorum animositatem, non ad cognitam fraternitatem & quasi unius hereditate consortium. Tollantur ergo ista, distinguamus vocabula quæ hominibus propter honorem debentur & vocabulum quod propter salutem requirimus. Pro salute æterna, pace Apostoli dixerim, immo jubente Apostolo dixerim, non pater meus Apostolus est ad salutem æternam, qui mihi dicit, *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* De hoc Dominus dixit. *Nolite vobis dicere patrem in terra.* Vtique scivit dicturum Apostolum. *Per evangelium ego vos genui.* Non enim Domino dicente, *Ne vobis dicatis patrem in terra*, contrarius futurus erat Apostolus dicens: *Etsi multos habeatis patres, per evangelium ego vos genui.* Sed quia distinxit ad quam rem patrem nobis constituerit Dominus, & pro qua honorificentia enim Apostolum possemus patrem accipere, ideo sic locutus est ut ejus oratio non esset contraria dominicæ veritati. Patres igitur quoscunque agnosco in terra, honorificentiæ causa agnosco. Patrem salutis meæ non teneo nisi Deum, de quo mihi Dominus dixit, *Ne vobis patrem dicatis in terra*, & cui quotidie dicimus, *Pater noster qui es in cælis. Et alia manu.* Recognovi.

1. Cor 3.

1. Cor. 4.

1. Cor. 3.

Petilianus Episcopus dixit. Quis dicitur qui eum ordinavit? Dicat quis eum ordinavit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ordinator ejus inquiritur. Vnde quis eum ordinaverit evidentiùs designetur. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quem? CCXLIII.

Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Quid ad causam pertineat veritatis uniuscujusque CCXLIV.

a NON EST PATER] Idem Augustinus in sermone paulò antè laudato: *Pater nobis Deus est, mater nobis Ecclesia est. Cæcilianus frater fuit, aut frater est; si bonus, bonus frater; si malus, malus frater; tamen frater.* Vide infrà cap. 255. Eodem modo Augustinus in sermone de Emerito ad plebem Ecclesiæ Cæsariensis eundem Emeritum, qui erat partis Donatistarum, vocat fratrem, sic dicens: *Si eos susciperemus, jam istum susciperemus fratrem nostrum Emeritum, sive bonum, sive malum, tamen fratrem.*

Episcopi ordinator, non satis agnoscimus. Testimoniis divinis pater Deus est edoctus. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Qui vocatur qui eum ordinavit edicat. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ordinavit quem? Multi adstamus, multi assertionem causæ secundùm tenorem mandati suscepimus. Cujus ordinatorem quærit, aut quem quærit, exponat pars diversa, ut videamus utrum dignum sit ad hæc respondere. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXLV. *Adeodatus Episcopus dixit.* [a] Augustinus hæc dixit. Dicat quis eum ordinavit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Non modò Augustini causam suscepimus defendendam, qualemcunque ipse habet. *Et cùm diceret, (Et alia manu.* Recognovi.) *Adeodatus Episcopus dixit.* Hoc est indicium causæ desperatæ, ut cùm nos flagitemus alia, alia respondeantur; ut quoniam objectis respondere non possunt, quærant alia quibus nebulas innectant. Dicat igitur Augustinus quis eum ordinaverit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Superflua quæri video. *Et cùm diceret, (Et alia manu.* Recognovi.)

CCXLVI. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad interrogata respondere dignare.

CCXLVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Superflua quæri video à fratribus nostris è diverso sistentibus; & ad ipsa superflua non denego responsionem, dum tamen Ecclesiæ causa, cui responderi nihil potest, in fundamento tutissimo conlocetur. Ego, cujus ordinatorem requiris, homo sum Christianus, fidelis, quod Deo teste loquor, catholicus. unde adhuc ambigimus quis dignus hoc nomine vocitetur. Ego illam Ecclesiam defendo, hanc assero qualicunque voce, in qua quicquid fuero, illa Ecclesia est. Video quò tendas, humanas calumnias consectaris; & quæ soleatis jactare & dicere, non alienum est ab auribus vel à cordibus nostris. [b] Megalius me ordinavit Primas Ecclesiæ Numidiæ catholicæ eo tempore quo ille me potuit ordinare. Ecce respondi. Prosequere, profer quæ præparas. Ibi etiam calumniosus appareas. Ecce dixi ordinatorem meum. Profer jam calumnias tuas. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXLVIII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Accepisti prosecutionem. Vnde quid competat respondere dignare, licèt hæc quæ de personis aguntur cognitionem differre non debeant.

CCXLIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Si nulla est actio personarum, cur Cæciliani in judicio faciunt mentionem? Aut enim justè timent, quòd eum desiderant excusare; aut si superflua actio adversùs Cæcilianum intenta liberat mores, vitam purgat, hoc ipsum debent legalibus testimoniis adprobare. Didicimus etenim multis legalibus documentis sacerdotum vitia ac probrosos mores & nefariam conversationem maculam aut rugam Ecclesiæ semper inferre. Vnde enim est quod Apostolus ait, *non habentem maculam neque rugam*, & iterum, *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse?* Multis etiam documentis lex divina diffunditur, quibus immaculata vita pastoris debeat cœlestibus testimoniis adprobari. Sed ne per longitudinem prosecutionis [c] audientiæ fastidium faciam, aut fortè prætercam quæ competunt causæ, quoniam habemus in manibus divinorum sacramentorum collectam undique uniformitatem, idipsum potestas tua adversùm eorum mandatum, quod legaliter se scripsisse dixerunt, jubeat recitari; ut post adsertionem nostræ prosecutionis lectionemque libelli, sive litterarum quas in judicio petimus recensendas, universa quæ nostris partibus competunt specialiter peragamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCL. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Constare quidem primitus volueram ut quis loco petitoris adstaret, ex recitatione gestorum evidentissimè monstraretur. Sed si vultis ab hac me parte discedere, evidenter ostendite, ut ea quæ offertis debeant recitari.

CCLI. *Montanus Episcopus dixit.* Interim jube recitari, & respondebimus. *Et alia manu.* Montanus Episcopus salva appellatione prosecutionem meam recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur. *Romulus exceptor recitavit.* Flavio Marcellino viro clarissimo spectabili Tribuno & Notario Ianuarianus & ceteri Episcopi veritatis catholicæ, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandavimus. [d] *Et cùm recitaret,*

CCLII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quantum ex istius epistulæ, quæ profertur, principiis demonstratur, denuo aliud video processisse mandatum, cùm post confirmationem personarum ea omnia quæ partibus [e] competunt vestro nomine debuerint judiciis intimari, quoniam ab illis post mandatum semel factum constat transisse negotium.

CCLIII. *Emeritus Episcopus dixit.* In mandato suo legalia quæque se posuisse dixerunt. Hæc eadem legalia nos scripturis legalibus convincimus. Nihil absque mandato est. Immo ut audientiam præstantia tua præbeat, huc rogamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Non hæc proferri prohibui; sed rectius erat ut vestro nomine qui adsistitis proferrentur. *Emeritus Episcopus dixit.* Cùm actio nobis competat, scriptura mandati nihil interest utrum ex nostra persona an ex eorum qui mandaverunt [proferatur,] dummodo hoc ipsum jubeas recitari. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCLIV. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur. Ego enim, ne quod juris esset omitterem, id videor interfatus. *Romulus exceptor recitavit.* magnum justi cognitoris indicium est quod uni parti concesserit. *Et cùm recitaret.*

CCLV. *Emeritus Episcopus dixit.* Non legit, non distinguit sensus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

CCLVI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Ipsi legant. Concedamus eis quod ipsi nobis concedere noluerunt. *Marcellinus v. c. Tribunus & No-*

[a] AVGVSTIN. HAEC DIXIT] id est, ea adversùs quæ Petilianus & reliqui Donatistæ in superioribus capitibus disputarunt.

[b] MEGALIVS] Episcopus Calamensis in Numidia, & ideo Numidiæ Primas, à quo ordinatum fuisse sanctum Augustinum scribit etiam Possidius in vita ejus cap. 8. *ad visitandum adveniente ad Ecclesiam Hipponensem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamensi Episcopo.* Vide quæ nuper viri doctissimi adnotarunt ad epistolam 38. S. Augustini.

[c] AVDIENTIA] cognitionis. Infrà cap. 258. *maximè cùm populos edictis invites de audientia tua libramine judicare.*

[d] Vide sequentia infrà cap. 254. & 258.

[e] COMPETVNT] Malè antea legebatur *competiturum*, nullo sensu.

tarius dixit. Ecclesiastici Notarii ea relegant, ut apertiùs designent quæ à venerabilibus viris constat oblata. *Possidius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Scriptum sit ipsos petisse ut à suis Notariis gesta quæ proferunt recitentur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Nihil interest à quo relegantur. *Petilianus Episcopus dixit.* Non de fide dubitatur officii, sed
a [a] de pronuntiatione. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CCLVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Superflua est ista causatio. Unde, ut diligentiùs omnia cognoscantur, ab ecclesiasticis Notariis quod oblatum est recitetur. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Legatur concedentibus nobis quod ipsi nobis concedere noluerunt. *Habetdeus Episcopus dixit.* Ego lego. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Lege.

CCLVIII. *Habetdeus Episcopus dixit.* Flavio Marcellino viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario Ianuarianus & ceteri Episcopi veritatis catholicæ, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandavimus, magnum justi cognitoris indicium est quod uni parti concesserit alteri non negare, ne uni parti favere, alteram premere videatur. Quod te pro tua prudentia & longè prospicere & longiùs condecet præcavere; maximè cùm populos edictis invites de audientiæ tuæ libramine judicare. Adversarii igitur, traditores, persecutoresque nostri cùm elucubratum volumen sui mandati diùque conceptum & expositum actis ingererent, sine præjudicio equidem nostro libenter audisti. Quod ut huic epistulæ nostræ concedas, impendio postulamus. Non quò illorum prava perversaque doctrina nos terreat, sed ne labor sit defensoribus nostris contra librum illorum prolixum & contra prosecutiones eorum confligere, cùm nec dies totus causæ sufficiat, nec vox aut latera defensioni, ut liber cum libro & defensio cum defensione concertet. Quare igitur hanc epistulam nostram petimus accipi atque inseri jubeas, tunc deinde causam audire digneris. Adversarii enim nostri decursis testimoniis quibus Ecclesia cum laude sui ubique diffunditur, id priùs mandant suis defensoribus peragendum, ut contra nos, qui Ecclesiæ defendimus puritatem, isto modo agant ut eandem Ecclesiam habituram in se permixtos simul bonos & malos usque in finem seculi dicant esse prædictam. Cujus rei causa nos magis ostendimus Ecclesiam Domini in scripturis divinis sanctam & immaculatam fore ubique nuntiatam. Per
Isa. 51. Esaiam. *Exurge Sion, indue fortitudinem tuam Hierusalem civitas sancta, non adiciet transire per te in-*
Isa. 62. *circumcisus & immundus.* Et iterum. *Dic filia Sion. Ecce tibi salvator adveniet, habent mercedem & opus ante faciem suam, & vocabit illum populum sanctum, redemptum à Domino. Tu autem vocaberis desiderata*
Isa. 35. *civitas, & non derelicta.* Et iterum. *Confortamini manus dissoluta, & genua debilia confortamini. Qui estis pusillanimes, nolite timere. Dominus noster judicium retribuet, & ipse veniet, & salvos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, plana erit lingua mutorum, & claudus saliet sicut cervus: quoniam rupta est in deserto aqua, & fons in terra sitienti.* Et adjecit. *Illic via munda, & via sancta vocabitur; & non transibit illic immundus, neque erit illic via immunda. Etiam illic non erit leo, neque ex bestiis malis ascendet in illa, neque invenietur in illa, sed ambulabunt illic redempti & electi.* De qua in canticis canticorum ex persona Domini scriptum est: *Tota speciosa es, soror mea, & reprehensio non est in te.* Cant. 4.
Quod Paulus Apostolus apertissimè demonstravit, dicens: *Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit propter eam, ut eam sanctificaret, purgans eam aquæ lavacro in verbo, & adjungens sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam aut aliquid ejusmodi,* Ephes. 5.
sed sanctam & immaculatam. Et iterum. *Despondi enim vos uni viro virginem sanctam adsignare Christo.* 2. Cor. 11.
His ergo tot & tantis documentis de Ecclesiæ puritate, quæ per spiritum promittebatur, spretis atque contemptis, malos in illa inter bonos esse mansuros per zizaniorum similitudinem incompetenter affirmant, cùm ipsam similitudinem Dominus interpretatus sit Apostolis suis, dicens: *Qui seminat semen bonum, filius est hominis. Ager autem est hic mundus, bonum autem semen ii sunt filii regni, zizania autem filii sunt maligni, inimicus autem qui seminat ea diabolus est, messis autem consummatio seculi, messores autem angeli sunt.* & cetera. *Ager,* inquit, *est mundus.* Non ergo Ecclesia, sed mundus, in quo boni simul & mali usque [ad] messem, id est, usque ad divinum judicium, reservantur. Quia nec potest a Domino interpretata [*] immo corrumpere. Quoniam si Apostoli, ipsius Domini comites, in Ecclesia zizania id est filios diaboli pullulantes in sanctorum communione dimittendos esse didicissent, nunquam Simonem, Erastum, Filetum, Alexandrum, Deman, Hermogenem, ceterosque consimiles Ecclesiæ liminibus ejecissent. Immo, si ita esset, vacaret totum præconium scripturarum divinarum, quo jubentur polluti è medio sanctorum sacerdotum diligentia separari, dicente Domino per Moysem: *Legitimum inquit æternum in progenies vestras, dividere inter sanctos & profanos, inter mundos & immundos.* Quod alibi neglectum in persona sacerdotum spiritus increpat dicens: *Sacerdotes ejus repulerunt legem meam, profanabant sancta mea, inter mundum & immundum non dividebant, & inter sanctum & pollutum non separabant.* Ad hanc parabolam illud quoque adversarii subjungunt, paleas cum frumentis debere simul in Ecclesia permanere. Quod Hieremias repercutit, dicens: *Quid paleis ad frumentum?* Et Paulus Apostolus: *Quæ particula est fidei cum infideli aut quæ communio luci ad tenebras?* Et Salomon: *Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo.* Pisces etiam bonos & malos uno retiaculo usque ad littus, id est, justos & injustos usque in finem seculi simul contineri & protrahi confirmant, non intuentes hoc de reis latentibus dictum, quoniam reticulum in mari positum quid habeat, a piscatoribus, id est, à sacerdotibus, ignoratur, donec extractum ad littus, ad purgationem boni seu mali prodantur. Ita & latentes & in Ecclesia constituti & à sacerdotibus ignorati, in divino judicio proditi, tanquam pisces mali à sanctorum consortio separantur, sicut Dominus in evangelio de latenti reo, qui per obreptionem sacerdotes fefellerat, per figuram loquitur, dicens: *Intrans,* inquit, *Rex videre recumbentes, vidit illic hominem non habentem vestimentum nuptiale, & ait illi: Amice, quomodo huc venisti? Ille autem obmutuit. Et dixit Rex ministris suis: Auferte illum pedibus & manibus, & mittite illum in tenebras exteriores. illic erit ploratio & stridor dentium.* Secundùm hanc igitur rationem frustra dixerunt bonos propter malos sacrilega se-

[a] De pronuntiat.] Hinc colligitur aliter verba Latina pronuntiasse Afros, aliter exteros, ita ut Afri non intelligerent quæ Romulus exceptor, homo haud dubiè Italus, pronuntiabat.

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

patatione non deseri, sed malos propter bonos pia unitate tolerari, cùm propter hanc profanam permixtionem commoveri & sejunctionem maximam provocare alio loco Dominus indignatus ostendat. *Pro eo*, inquit, *quod facta est mihi omnis domus Israel permixtio, omnes æramentum, argentum, ferrum, stagnum, & plumbum, in medio camini ardentis permixtam, propterea dicit. Hac dicit Dominus. Propter quod facti estis omnes in permixtione una, ideo ego recipio vos in medio Hierusalem. Sicut recipitur æramentum, argentum & ferrum & stagnum & plumbum in medio camini, ad insufflandum in igni, ut confletur, ita recipiam vos in ira mea, & concremabo, & insufflabo in vos insufflationem ignis ira mea, & conflabimini in medio ejus, & scietis quia ego sum Dominus, qui effudi iram meam super vos.* Contra hæc & talia, quibus Ecclesia Dei à contaminatione permixtorum immundorum defenditur, clarum est adversarios qua conscientia patrocinantes erroribus malos nolint à bonorum communione discerni. Sequuntur enim apertissimè blasphemantes, ut dicant Ecclesiam malorum delictis, etiam manifestorum, non posse maculari, adhibentes exempla prophetarum, qui licèt eos increparent pro delictis, tamen se ab eis corporaliter non separarunt, cùm ostendamus longè aliud fuisse illud tempus in quo frequentare baptismum totiens quotiens peccabant permittebantur. Tamen etiam sic inveniuntur iidem prophetæ à malorum communione se abstinuisse, quando Sofonias propheta, qui ad Hieroboam in schismate positum missus, nec panem nec aquam jubetur accipere, qui circumventus violato præcepto à leone confectus est, Helias etiam & Heliseus altaribus schismatis Samariæ nunquam communicaverint neque consenserint, qui magis in solitudine morabantur, Osee quoque propheta ostenditur non interfuisse mysteriis eorum quorum sacrificia detestatur & damnat dicens: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus. Omnis qui tetigerit ex eis inquinabitur.* Amos denique quando potuit Samariæ mysteriis misceri, de quo pseudopropheta ita Regi invidiam facit dicens: *Conglobationes facit adversùm te Amos in medio domus Israel. Non potest terra supportare sermones ejus, & ob hoc insuper expellitur.* Iam verò in ipsa Hierusalem quomodo poterant prophetæ sacrificiis peccantium hominum communicare, quæ ipsi divino spiritu pleni damnabant, Esaia dicen-

Isai. 1. te: *Quò mihi multitudine sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum. Holocaustomata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo, nec sic veniatis in conspectu meo. Quis enim exquisivit ista de manibus vestris? Calcare aulam meam non adicietis; si attuleritis similaginem, vanum. Incensum abominatio est mihi. Neomenias vestras & sabbata & diem magnum non sustineo. Iejunium & ferias & dies festos vestros odit anima mea. Facti enim estis mihi in abundantia multa. Iam non parcam peccatis vestris. Cùm extenderitis manus, avertam oculos meos à vobis; & si multiplicaveritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestra san-*

Isai 66. *guine plena sunt.* Et iterum. *Facinorosus autem qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat; & qui similam offert, quasi sanguinem porcinum; & qui thus in memoriam, quasi blasphemus.* Aggæus etiam non modò sacrificia sed ipsam gentem peccatricem penitùs execratur dicens: *Sic & populus iste, & sic gens ista: & si quis illuc accesserit, inquinabitur.* Et Malachiel. *Vos ô sacerdotes qui profanatis nomen meum, & dixistis, In quo profanavimus nomen tuum? & ponentes in altari meo panes pollutos, & dixistis, In quo polluimus illos? in eo ut diceretis, Mensa Domini benedicta est, & qua superponebantur annullastis.* Et ita in omnibus Prophetis invenies, quoniam si communicassent eis quos tantis vocibus condemnabant, prævaricationis crimen incurrerent. Quòd ergo inter eos erant, commorationis fuit, non communionis. In defensionem deinde sceleris sui auctoritatem sibi exemplum Iudæ traditoris assumunt; quo cum dicunt à Domino & præcognitum adsumptum & cognitum toleratum, cùm utique sine præjudicio præscientiæ suæ Dominus Christus Iudam in Apostolorum numerum assumpserit, cognitum autem sibi, non hominibus, hac ratione pertulerit qua & hodie perferre videtur occultos. Scriptum est enim. *Quæ occulta sunt mihi, quæ manifesta vobis & filiis vestris.* In psalmis. *Nonne Deus inquiret ista. Ipse enim scit latentia cordis.* In regnorum. *Homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Et in Apocalypsi. *Et scient omnes Ecclesiæ quoniam ego sum scrutator renum & cordis.* Denique Domino cum discipulis recumbente & dicente, *Vnus ex vobis me tradet*, atque respondente eodem Iuda, *Numquid ego sum Domine*, & ab eodem Domino audiret, *Tu dixisti*, detectum se protinus videns, confusus abscessit, sed cum ipsa postmodum turba ad tradendum Dominum venit. Vadant ergo cum suo Iuda patrono inimici dominicæ veritatis, qui suo more defendere reos manifestissimos elaborant. Item ad defensionem pollutæ permixtionis suæ verba Apostoli obiciunt, quibus ait: *Sive per occasionem, sive per veritatem, miserebor, quoniam filii fornicationis sunt, quia fornicata est mater ipsorum, dedecoravit eos quæ peperit eos.* Et in Isaia: *Quomodo vestimentum conspersum in sanguine non erit mundum, ita nec tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & plebem meam occidisti, non manebis in æternum tempus, semen nequam. Para filios tuos interfici peccatis patris sui, ut non exurgant.* Et in regnorum libro tertio: *Et deposuit Salomon Abiathar de sacerdotio Domini, ut impleatur verbum Domini quod loquutus est de domo Heli in Selom.* Iam verò quòd dicunt baptismum Christi ita defendi sicut ipsa catholica defenditur ubique & apud omnes esse,

decretis patrum nostrorum martyrum beatissimorum compendio brevitatis excluditur. Illud autem quam incautè, immemores sui, inimici veritatis oppugnant, apud fures & raptores quoslibet extraneos datum baptisma suscipi debere, adhibito incompetenti ad hanc rem testimonio Pauli Apostoli quod scriptum est, *Qui veritatem Dei in injustitia detinent*, hoc in loco furtum furtivo voluerunt defendere testimonio. Apostolus enim de gentilibus agens, & incredulos increpans, ita loquutus est dicens. *Revelabitur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia detinent; quoniam quod cognoscibile est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Etenim quæ invisibilia sunt ejus à constitutione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque virtus ejus & divinitas, itaut sint inexcusabiles: quia cùm cognovissent Deum, non ut Deum honorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & intenebratum est insipiens cor illorum. Dicentes enim se esse sapientes, infatuati sunt, & immutaverunt claritatem incorrupti Dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentum. Propter quod tradidit illos Deus in concupiscentia cordis illorum in immunditiam.* Vnde secundùm hunc sensum etiam gentilium inquinatæ

Vide lib 2. miscellaneor nostrorum pag. 73. c. 18.

Rom. 1.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

mysteria se suscipere profitentur. Secuti autem sunt errorem suum evidentissimis accumulare blasphemiis, quò dicant eos qui hæreticorum baptisma reprobant posse Christum reprobare, quòd cum dæmonia confessa sunt. Hoc loco non solùm sanctorum martyrum decretis insultant, sed magis parati sunt dæmoniorum, quia Christum confessi sunt, communioni misceri. Quod autem subtili brevitate ita dixerunt; eum qui foris baptizatus fuerit suscipi debere, non ut quod est adsit, sed quod non inest prosit, in utroque se ipsos circumvenisse monstrantur. Omnia enim hæc, ut suprà dictum est, sanctorum martyrum sententiis evacuantur. Vnde enim fieri potest, si una est Ecclesia & indivisus est Christus, ut foris positus baptismum consequatur? Quod verò sibi à nobis obici dicunt, *Manus citò nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis*, & quasi respondentes occurrunt moribus potiùs debere homines quàm corpore separari, ad hoc non modò moribus, sed etiam corpore à malis debere disjungi multis admodum testimoniis legalibus approbamus. In Numeris: *Discedite à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & ne tetigeritis ab omnibus quæ sunt eis, ne simul p[illegible]atis & vos in omnibus peccatis eorum.* Item Esaias: *Discedite, discedite, exite inde, & immundum nolite tangere: discedite de medio eorum*

2. Cor. 6. *qui fertis vasa Domini.* Item Apostolus. *Vos enim estis templum Dei vivi. Dicit enim ipse: Quoniam habitabo in eis & in eis ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.* Illud verò quale est, ut cùm nos eis obiciamus persecutiones & immanes crudelitates quibus ipsi & majores eorum nos patresque nostros per annos centum vel ampliùs sine cessatione afflixerint atque vexaverint, illi isto non erubescant uti suffragio quòd dicant ab aliquibus nostrorum Maximianistis fuisse persecutiones inlatas, cùm utique longè aliud sit usurpata ecclesiastica & compauperum civiliter repetere voluisse, nec ullum ad communionem nostram nolentem invitumque coegisse, & aliud sit aperto furore per universum populum Christianum omnia mala crudeliter exercere. Quis enim nesciat istos traditores persecutoresque nostros ab ipso exordio condemnatæ traditionis commentitiis precibus cunctis in nostram necem hujus seculi principibus supplicasse atque ad suam communionem contra Dei præcepta minis & proscriptionibus coarctasse? Nam ut omittamus quantus sanguis Christianus effusus sit

a b per [a] Leontium, Vrsacium, [b] Macarium, Paulum, Taurinum, Romanum, ceterosque executores quos in sanctorum necem à principibus seculi meruerunt, quando plurimi venerabiles sacerdotes occisi, alii in exilium relegati, Christianitas latè vexata, sacrata stuprata virginitas, proscripti divites, spoliati pauperes, ablatæ basilicæ, atque acti in fugam profugi sacerdotes, nostro nunc tempore quanta commiserint nullus ignorat. Episcopis ingesserunt exilia, Christianis fugientibus præcipitia; oppresserunt populos, prædati sunt clericos, invaserunt basilicas, intulerunt consentire nolentibus plagas; postremò in uno tantùm oppido Bagaiensi eorum causa multorum Christianorum sanguis effusus est; & nec sic sanati, in hodiernum cessare contenti sunt. Vnde quia ad hoc tantæ immanitatis eorum acerbissimos titulos de scripturis divinis, quibus ista flagitia prohibentur, superfluum sit documenta subnectere, cùm talia nec mundanis legibus permittantur, satis sit eorum nos errori respondisse & quæ superfluò responderunt divinis testimoniis eluisse. *Et alia manu.* Dominus te incolumem conservet. quod optamus. *Recitavi.*

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. CCLIX.
Id quod lectum est gestis præsentibus adhærebit. *Et adjecit.* Et quoniam in hoc præbitam patientiam constat, ea quæ dudum sunt oblata recitentur; & ad hæc omnia pars è diverso sistens respondere cogatur.

Emeritus Episcopus dixit. Priùs testimoniis testi- CCLX.
monia revincant. Tunc ad ea quæ sublimitas tua judicaverit veniendum est. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Per- CCLXI.
mitte nos, vir sublimis, pro causa Ecclesiæ non diutiùs superfluis immorari. Atque utinam fratres nostri è diverso sistentes hanc epistulam ante illos omnes moratorios sermones suos protulissent; ut jam de Ecclesia, unde causa vertitur, aliquid ageremus. Animadvertit ergo nobilitas tua in hac epistola duo quædam genera vel objectionum vel rerum inserta quibus respondere debeamus, unum de divinis scripturis & sanctæ legis eloquiis, alterum de criminationibus humanis, quæ obicienda nescio qui invidiosiùs potius quam veriùs putaverunt. Ad hæc duo paucis, si Dominus adjuverit, respondebimus, ne prolixum sermonem tantæ prolixitati reddamus. Quæstio est de Ecclesia, utrum permixtos malos usque in finem habitura prædicta est, an omnino omnes bonos, omnes sanctos, atque immaculatos in hoc seculo isto etiam tempore usque in finem ultimum seculi. Vtraque testimonia divina sunt; & utique repugnantia esse non debent, nec omnino possunt, si intellectorem inveniant. Aream esse Ecclesiam non ego dixi. Non quisquam nostrum, sed evangelium loquitur, ubi scriptum est venturum qui ventilabrum ferat in manu sua & mundaturum aream suam, frumenta recondet in horreo. *Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.)

Emeritus Episcopus dixit. [c] Non legit aream. *Et* CCLXII. c
alia manu. Emeritus Episcopus recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Iohannes dixit: *Mundabit aream suam, frumenta recondet in horreo. Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Hoc quod postulat relegatur.

[d] *Emeritus Episcopus dixit.* De occultis reis hoc CCLXIII. d
dixit evangelista, non de evidentibus, quos tu vis tecum esse permixtos. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Pro- CCLXIV.
secutio nostra pro ipsorum epistula habeatur. Legi

[a] LEONTIUM] Hic primus omnium, ut rectè notat Baronius, in Africam missus est ab Imperatore ad revocandam unitatem, dein Vrsacius, postea Macarius & Paulus, & ceteri. Vide Optatum Milevitanum lib. 3. & Augustinum lib. 2. contra literas Petiliani cap. 92.

[b] MACARIUM] Hinc famosum illud Macarianarum temporum vocabulum, quæ tantopere recantata & objecta catholicis sunt à Donatistis.

[c] NON LEGIT] Apud Augustinum lib. 2. contra Gaudentium cap. 4. editum est, *Non legis.* Videndum autem an hinc emendari debeat collatio, utrum verò lectio quæ extat in his gestis restituenda sit apud Augustinum.

[d] EMERITUS] In veteri exemplari & in editionibus legitur *Petilianus.* Sed ex Augustini loco paulò antè laudato apparet hanc responsionem esse Emeriti, quod etiam tenor gestorum ostendere videtur.

cœpit, nullus à nobis relatus est strepitus, nulla interturbatio, nulla interruptio. Permittat ut finiam quod cœpi eloqui, & sic respondeat. Quare non nobis rependitur quod prærogavimus. Animadvertit nobilitas tua patientiam nostram cùm tam longa recitaretur epistula. *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.) *Emeritus Episcopus dixit.* Nos gravat cùm se dicit esse patientem; & non debet de se ferre sententiam de quo alius judicat. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

CCLXV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* O si esses & tu patiens donec finiam quod prosequor! Ergo, ut dicere cœperam, divina sunt testimonia de zizaniis & tritico ea quæ intelligere conati. Veruntamen de retibus aliquando confessi sunt quòd malos & bonos habitura est Ecclesia; sed eos dixerunt esse sacerdotibus incognitos, & ideo non præjudicare bonis, quoniam ignorarentur. Ego autem possem qualibuscunque facultatulæ meæ adsertionibus ostendere illum esse veriorem intellectum quòd Ecclesia habeat & bonos & malos, zizania scilicet & triticum, mundumque ipsum appellatum esse pro Ecclesiæ nomine, quandoquidem Dominus ipse dicit: *Non ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum*, cùm sciamus Dominum non salvare nisi Ecclesiam. *Et alia manu.* Recognovi.

CCLXVI. *Emeritus Episcopus dixit.* Mundus te non cognovit. Ergo Deum Ecclesia non agnovit, si mundus Ecclesia est. Et iterum dixit: *Vt reus fiat totus mundus Deo.* Et iterum dixit: *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset amasset: sed nunc, quoniam de mundo non estis, propterea odit & persequitur vos mundus.* Et iterum: *Ipsi de mundo sunt, & mundus obaudit eis.* Et iterum. *Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo. Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCLXVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Omnia ista possemus & nos dicere & velut contraria primò proposita solvere. Itaque sine causa interrumpont isto strepitu, quia epistulæ ipsorum potuissemus talia facere, ne recitaretur. Patienter audiant. Admoneantur à sublimitate tua facere quod sponte facere debuerunt. Patienter audiant. Non est res levis quæ tractatur à nobis. Suscepimus hodie respondere, si Deus adjuverit, prolixæ epistulæ eorum. Nec rogamus ut edatur nobis & consideremus & postea respondeamus, sicut ipsi de mandato nostro fecerunt. Præbeant nobis aliquam patientiam per incolomitatem tuam. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Iusta postulantur. Patientiam ejusdem prosecutioni certum est debere commodari.

CCLXVIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Ipse sibi obstrepit, dum longa prosequitur. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

CCLXIX. *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Si respondere volunt, removeatur epistula, & singuli respondeamus. Sin autem, permittant responsionem.

CCLXX. *Adeodatus Episcopus dixit.* Possumus præbere patientiam. *Et cùm diceret*, (*Et alia manu.* Adeodatos Episcopus recognovi.) *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Quando legebatur epistula, sic habebamus tamquam ipsi prosequerentur. Prosecutioni ipsorum præbuimus silentium. Nolo enim dicere patientiam, quia id calumniantur. Præbeant nobis & ipsi silentium. *Et alia manu.* Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit.* Possumus præbere patientiam; quam quidem præbemus, si ea quæ pars diversa adserit habeant firmissimam rationem. Nam cùm àliter lex interpretetur quam est, quis ferat, quis patiatur silentio adferri præjudicium? *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Serva tibi quod reprehendas, si aliquid contradicitur. *Et alia manu.* Recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. CCLXXI.
Promissa patientia præbeatur. *Montanus Episcopus dixit.* [a] Quando omnia in animo retinentur, si non ad singula respondeamus. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Tenorem universæ epistulæ patienter constat auditum. Consequens est ut responsiones ad singula patienter audite dignemini.

Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. CCLXXII.
[b] Ideo & illa conscripta sunt, & hæc excipiuntur. Si quid memoriam fallit, & ego possum petere ut mihi de epistula recitetur; & ipsi possunt, ut illis ex codicibus recitetur, præbere silentium. Agamus aliquid. Vt ergo dicere cœperam, ipsis admonentibus invenimus in scripturis mundi nomen in malo, mundi nomen in bono. Nam mundi nomen in malo, sicut ipsi dixerunt. *& mundus eum non cognovit.* Et. *Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo.* & cetera. Mundi autem nomen in bono. *Vt credat mundus quoniam tu me misisti.* Non enim credere malorum est. Mundi nomen in bono: *Non venit ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* Non salvabitur nisi Ecclesia in mundo. Cùm ergo & in bono mundus & in malo mundus, unde ista scripturarum rixa? Si intellectore careat, adhibe lumen intelligentiæ. Vide mundum in malo omnes dilectores temporalium per universas gentes: vide mundum in bono omnes fideles & spem gerentes æternæ vitæ per universas gentes. *Deus erat in Christo*, inquit, *mundum reconcilians sibi.* Si reconciliari potest Deo detestatus ille mundus de quo dictum est quia non est caritas Christi in eo qui dilexerit mundum, judicent qui loquuntur. Audiat ergo patienter nobilitas tua. Video scripturam sanctam [per] commixtos bonos & malos, sicut ipsi de retibus jam confessi sunt, præsignasse Ecclesiam. *Et cùm diceret, cùmque streperetur, Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Scriptum sit quia perstrepunt.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. CCLXXIII.
[Ipsos perstrepere acta contineant.] *Alypius Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Vbi est promissa patientia; quæve vicissitudo rependitur? Non ne indicant quemadmodum diffidant? *Et alia manu.* Recognovi.

Petilianus Episcopus dixit. Quid sit mundus, quid CCLXXIV.
sit Ecclesia, apertissimè definitum est ab ipso auctore mundi atque factore, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil est factum. Ipse enim Dominus dixit: *Mundus hic ager.* Potuisset dicere: Mundus Ecclesia est. Quis igitur hominum audet definire quid mundus sit, cùm ipse Dominus hujus factor atque opifex jam dignatus fuerit definire? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. CCLXXV.
Quid mundus sit, qui salvandus dicitur, evidenter ostendite.

[a] QUANDO OMNIA] Puto legi debere ita. *Quanta in animo retinentur &c.*

[b] IDEO ET ILLA] Respondet ultimæ prosecutioni Montani. Ex his autem verbis Augustini confirmatur superior conjectura nostra.

Petilianus

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

CCLXXVI. *Petilianus Episcopus dixit.* Homo dictus est mundus ubi dixit, *mundum reconcilians sibi.* Non enim sibi Deus belluas sed homines voluit reconciliari. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CCLXXVII. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ex his omnibus qui mundi nomine nuncupantur dicis Ecclesiam posse constare postea declaratam, an certè renuis?

CCLXXVIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Tollis nôs à manifesta præscriptione. Ait Dominus Christus in evangelio. *Ager mundus est. Et cùm diceret,* (*Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Patimini ergo ut ad omnia quæ epistulæ textus continet respondeant, & tunc plenissimè de omnibus judicabo.

CCLXXIX. *Hilarus exceptor dixit.* Quoniam à diluculo partes egerunt, & codices binos implevimus, si jubet præstantia tua, alii nobis exceptores subrogentur; ut ad conferendum exeamus, datis nobis custodibus. *Vitalis Notarius Ecclesiæ catholicæ dixit.* Hoc & ego suggero quod & exceptor nobilitati tuæ adstans suggessit.

CCLXXX. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Sicut etiam superiore judicio factum est, hi qui se tabulas implesse commemorant, cum custodibus exeant, in eorum locum aliis subrogatis. *Cùmque id fieret,*

CCLXXXI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit.* Mundus ergo, non enim aliter & nobis videri potuit, in hominibus intelligitur: Non utique ita stulti sumus ut belluas etiam & quæcunque irrationabilia animantia ad salutem, quam Christus promisit, pertinere dicamus. Prorsùs hoc dicimus: *Mundus in maligno positus est.* homines sunt. *Ut credat mundus quia tu me misisti.* homines sunt. *Mundum reconcilians sibi.* homines sunt. & cetera quæ in malo dicta sunt, homines illi, homines illi. Per totum enim mundum utrique, mali mixti bonis. Sic & Ecclesia, quam confessi sunt retium nomine declaratam habere malos, sed dixerunt latere piscatores, constat jam quòd habeat bonos & malos. De latendo & de non latendo quæstio est utrum pertinuerit ad pietatem bonorum etiam malos cognitos tolerare, ne desererent bonos, an propter malos totum deserere voluerint quibus mali quid in Ecclesia apparuerit. Ipsa quæstio est. Hoc probamus. Dicimus enim nos non negligendam quidem ecclesiasticam disciplinam, & ubicunque fuerint proditi mali, coercendos eos esse ut corrigantur, non solùm sermone correctionis, verùm etiam excommunicationibus & degradationibus, ut humilem locum salutis in Ecclesia quærant, ad medicinam ipsorum fieri, non odio, sed studio salutis fraternæ; sicut quodam loco etiam ipse Apostolus evidentissimè declarat dicens: *Si quis non obaudit verbo nostro, per epistulam hunc notate, & nolite commisceri cum eo.*

Quæ sequuntur, quia exciderunt in collectione gestorum, sumpta sunt ex libro tertio breviculi collationis Donatistarum quod scripsit sanctus Augustinus.

Brevicul. diei 3. c. 9.

FLagitantibus itaque patientiam eorum catholicis & per multas cognitoris interlocutiones vix impetrantibus, responderunt litteris eorum, ostendentes multis sanctarum scripturarum testimoniis & exemplis malos in Ecclesia sic nunc esse permixtos ut quamvis debeat invigilare ecclesiastica disciplina ad eos non solùm verbis sed etiam excommunicationibus & degradationibus corripiendos, tamen non solùm in ea latentes nesciantur, sed plerunque propter pacem unitatis etiam cogniti tolerentur, sic ostendentes divina testimonia consonare ut & illa quibus commendaretur Ecclesia cum malorum commixtione, hoc tempus ejus significarent qualis est in præsenti seculo, & illa testimonia quibus commendatur non habere commixtos malos, illud ejus tempus significarent qualis venturo seculo in æternum futura est; sicut nunc mortalis est, id est, ex mortalibus hominibus constat; tunc autem immortalis erit quando in ea nemo morietur, sicut ipse Christus isto tempore fuit pro illa mortalis, post resurrectionem autem jam non moritur, & mors illi ultrà non dominabitur. quod etiam Ecclesiæ suæ in fine seculi præstiturus est. Hæc duo tempora Ecclesiæ, quæ nunc est, & qualis tunc erit, significata esse etiam duabus piscationibus, una ante resurrectionem Christi, quando mitti jussit retia, nec sinistram nec dexteram nominans partem, ut nec solos malos, nec solos bonos, sed commixtos bonis malos intra retia suorum sacramentorum futuros doceret; post resurrectionem autem, quando jussit retia mitti in dexteram partem, ut post resurrectionem nostram bonos solos in Ecclesia futuros intelligeremus, ubi ulteriùs hæreses & schismata non erunt, quibus modò retia dirumpuntur. Nam & evangelium non tacuit in prima piscatione commemorare retia esse dirupta; & in novissima dictum, *Et cùm tam magni essent pisces, retia non sunt dirupta*, de tali Ecclesia dictum esse, quòd per illam non erat transiturus incircumcisus & immundus, ad immundos enim pertinere schismaticas separationes, quia tunc non erunt, quia retia non sunt dirupta. Hoc etiam significasse, quòd corvus avis immunda exierit de arca, & non redierit. Quæ tamen arca exeunte corvo non utique omnibus immundis animalibus caruit, sed in ea fuerunt & munda & immunda usque ad diluvium, sicut in Ecclesia boni & mali usque ad seculi finem. Sed sicut non de immundis sed de mundis animalibus Noë obtulit sacrificium, ita non ii qui mali [illegible] in Ecclesia, sed ii qui boni sunt, perveniunt ad [illegible]m. De Prophetis etiam, quia dixerant Dona[illegible]stæ in literis suis non eos communicare illis in qu[illegible]s mala tanta dixerunt, responderunt catholici quòd unum templum fuerit, quo universi orebantur, nec quemquam Prophetarum, qui tanta dixerunt in malos, constituisse sibi aliud templum, sacrificia, sacerdotes. Et quia Donatistæ in litteris suis posuerant testimonia scripturarum, quibus ostenderent ad peccata parentum etiam filios pertinere, (cùm hoc utique nunquam rectè intellectum sit nisi de iis filiis qui parentum iniquitates imitarentur) responderunt catholici, cùm tanta in illum populum & acerba dicta sint divinis eloquiis, quæ etiam ipsi in suis litteris commemoraverunt, ut quasi nullus illic remansisse videretur bonus, non solùm ibi fuerunt iidem ipsi Prophetæ sancti, verùm etiam ex ipso populo exorti erant, quos ipse Dominus in suæ carnis adventu laudabiles reperit, sicut fuerunt Zacharias & Elizabeth, & sicut Ioannes filius eorum, sicut Simeon senex, & Anna vidua. Unde apparet quàm impiè, quàm calumniosè objicerentur catholicis toto orbe diffusis crimina Cæciliani, cùm Simeoni & Annæ &

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

ceteris talibus objici non possent crimina illius populi in quo nati fuerant sacramentis ejusdem populi consecrati, quæ crimina eidem populo non humana opinio sed sermo divinus objecerat. Commemoratum est etiam testimonium propheticum ubi signati sunt, ne cum malis perirent, qui gemebant facinora quæ fiebant in medio eorum, nec tamen corporaliter separati sunt. Deinde ubi commemoratum est qualis separatio bonis hoc tempore ab impiis & malis fieri debeat ne communicetur peccatis alienis, corde videlicet & vitæ morumque dissimilitudine, nec aliter intelligi debere quod scriptum est, *Exite de medio eorum, recedite inde, & immundum ne tetigeritis*, id est, discernamini aliter vivendo, & immunditiæ non consenseritis; ubi etiam opportunissimo loco responsum est Donatistis ad illud quod dixerant, cùm

Vide suprà pag. 162. cap. 4.

eos peteret cognitor ut sederent, scriptum sibi esse ut cum talibus non sederent. Dictum est enim à catholicis, cùm eorum litteris responderent, non sic intelligendam esse separationem à malis hoc tempore quemadmodum illi intellexerant, qui secum tamquam cum impiis non sederunt; quia scriptum est, *Non sedi in concilio impiorum*; cùm utique si impios putarent, nec illud quod in eodem psalmo consequenter prohibetur facere debuerunt. Nam ibi sequitur, *& cum iniqua gerentibus non introibo*. Cùm ergo illi intrassent cum eis quos impios putarent, quare non etiam sederunt, ut in utroque non corporalem sed spiritualem consessum & ingressum devitasse viderentur. Ibi commemorata est etiam causa Maximianistarum totiens jam illis objecta, ubi & se & illos quibus dilationem dederunt in Maximiani schismate positos, in

Vide Concil. Bagai. suprà pag. 97.

damnatione ejusdem Primiani socios, tamen illius contagio dixerunt non esse pollutos, qui Cæciliani criminibus orbem Christianum usque ad terminos terræ perisse contenderent.

Cap. 10.

Ad hæc Donatistæ, cùm validissimis scripturarum documentis & exemplo suo de Maximianistis respondere non possent, ad illud quod jam peractum fuerat redierunt, dicentes mundum non bene intelligi Ecclesiam, in qua simul & triticum & zizania jussa sunt crescere; cùm catholici & tot testimonia divina jam commemorassent quibus ostenderetur mundus etiam in bona significatione positus, & in ea nonnisi Ecclesia posset intelligi, & quomodolibet acciperetur mundus, quando utrumque semen per mundum cresceret, non debere propter zizania totius mundi triticum deseri. Cùm ergo hæc jamdicta fuissent, & quæstio ipsa jam terminata videretur, ad eam rursus summa inopia redierunt, eadem per eadem replicantes, quærentes quomodo potuerit diabolus in Ecclesia seminare zizania. Deinde calumniantes quod duas Ecclesias catholici dixerint, unam quæ nunc habet permixtos malos, aliam quæ post resurrectionem eos non esset habitura, veluti non iidem futuri essent sancti cum Christo regnaturi qui nunc pro ejus nomine, cùm justè vivunt, tolerant malos. Ad hæc catholici responderunt etiam ipsos jam fuisse confessos esse in Ecclesia vel occultos malos; & vicissim quæsierunt quomodo eos in Ecclesia diabolus seminaverit, quod illi, quasi fieri non posset, de zizaniis requirebant. Repe-

S. Cyprian. epist. 51.

tierunt etiam catholici testimonium Cypriani, qui eandem evangelicam similitudinem non aliter intellexit quàm ut in Ecclesia diceret zizania, nec latere, sed cerni. Contra quod testimonium illi omnino nihil ausi fuerunt respondere, cùm auctoritatem Cypriani tanti habeant ut per illam conentur defendere quod malè de iterando baptismo sentiunt & faciunt. De duabus etiam Ecclesiis calumniam eorum catholici refutarunt, identidem expressiùs ostendentes quid dixerint, id est, non eam Ecclesiam quæ nunc habet permixtos malos alienam se dixisse à regno Dei, ubi non erunt mali commixti, sed eandem ipsam unam & sanctam Ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futuram; nunc habere malos mixtos, tunc non habituram, sicut nunc mortalem, quòd ex mortalibus constaret hominibus, tunc autem immortalem, quòd in ea nullus esset vel corpore moriturus; sicut non ideo duo Christi quia prior mortuus, postea non moriturus. Dictum est etiam de homine exteriore & interiore: quæ cùm sint diversa, non tamen dici duos homines, quanto minùs dici duas Ecclesias, cùm iidem ipsi qui nunc boni tolerant permixtos malos & resurrecturi moriuntur, tunc nec mixtos malos habituri sint, nec omnino morituri. De ipso quoque numero, quoniam Donatistæ scripturarum testimonio unam Ecclesiam commendaverunt, velut contra duas quas catholicos affirmasse jactabant, responsum est à catholicis etiam multas Ecclesias in scripturis inveniri dictas, & septem ad quas Ioannes scribit, quæ tamen multæ illius unicæ membra esse intelligerentur; ut hinc appareret multò minùs sibi debere objici duas, cùm eandem ipsam unam dixerint non talem nunc esse qualis in resurrectione futura esset, quandoquidem apostolicis litteris non objiciantur multæ, ex quibus una ipsa constaret. Ad hæc Donatistæ rursus eadem replicare non destiterunt, insuper adjicientes & invidiosè jactantes quòd Ecclesiam mortalem catholici dixerint, & ideo negantes eam mortalem esse quia trinitas immortalis est, cujus gratia consecratur Ecclesia, & quia Christus ideo pro ea mortuus sit ut eam faceret immortalem: quasi catholici dixerint non eam fieri immortalem gratia Dei & effuso pro ea sanguine Salvatoris: sed tempora esse discernenda dixerunt, præsens videlicet, quo moriuntur omnes sancti, & sicut mortuus est ipse Christus, & futurum, quo resurgent, & nullo morituro vivent cum illo qui jam resurrexit.

Cap. 11.

Hæc inter eos cùm agerentur, & quamvis manifesta atque dilucida Donatistis certantibus superflua replicarentur, promisit cognitor de his se quæ satis audisset extrema sententia judicaturum; & jussit illud agi potiùs unde extiterit prima causa dissidii. Tunc Donatistæ urgere cœperunt ut de his quæ audisset primitus judicaret. Quod cùm etiam catholici exigerent, & ille in eo quod dixerat permaneret, juberetque illud agi potiùs ut causa primi dissidii monstraretur, petierunt catholici ut quæ offerebant recitarentur. Quod cùm fieri præcepisset, obnixiùs Donatistæ resistere cœperunt & [a] cogere ut jam de cognitis judicaret, eadem quæ transacta fuerant repetentes, & addentes quòd omnino judicare de illa causa non deberet quam volebat agi recitatione eorum quæ à catholicis oblata fuerant recitanda, dicentes hujus causæ Christum judicem esse debere, & invidiam facientes catholicis quòd hominem petiverant judicem, dicentes etiam solita de persecutionibus quas perpeti viderentur. Ad hoc catho-

[a] COGERE] id est, rogare. E diverso lib. 3. Capitular. cap. 72. rogare significat cogere. *Vt in hoste nemo parem suum bibere roget.* Et lib. 2. cap. 151. *Vt nullum pœnitentem invitet bibere.* Pro quo quædam vetera exemplaria & Herardus Turonensis habent *cogat*.

Collatio Carthag.

lici responderunt, nec de homine judice postulato eos debere facere invidiam, qui & de causa Maximianistarum judicaverunt, nec eam Christo judici servaverunt, & ipsam Cæciliani causam primitus ad hominem, hoc est, ad Imperatorem Constantinum accusantes miserunt, nec de persecutionibus, quòd aliquid ab Imperatoribus pro Ecclesia catholici peterent, cùm eorum circumcelliones ducibus clericis tam horrenda mala committerent. Ubi frustra responderunt nihil hoc ad sacerdotes pertinere, cùm Clericis ducibus illi talia fecisse asserebant. Ibi etiam cùm dictum esset quod * calce & aceto humanos oculos persecuti sint, in quo scelere diabolum crudelitate pervicerunt, qui hoc in sancti viri carne non fecit, quam in potestatem acceperat affligendam, hic Donatistæ quæsierunt utrum qui faciunt, filii essent diaboli, an qui patiuntur: quasi catholici aliud quàm passiones suas dixerint immanissimas à Clericis & circumcellionibus eorum. Veruntamen etiam hic non prætermiserunt catholici, occasione oblata, eis Maximianistas objicere, & dixerunt secundùm eorum sententiam meliores esse Maximianistas, quos apud tres vel eo ampliùs Proconsules persecuti sunt. Illi enim si passi sunt, victi fecerunt. Et urgebant catholici ut responderent utrum ex ipsis quos damnaverant & persecuti sunt, non susceperint Felicianum, & utrum non eum habeant in collegio suo. Ad quod illi objectum sicut semper omnino obmutescentes in aliud ierunt, objiciendo catholicis quòd diabolum defendissent, quia dixerant eum sancti Iob oculis pepercisse, unde illum isti crudelitate vicissent, & susceperunt accusare diabolum velut defensum à catholicis, dicentes eum magis crudeliter in carne Iob oculis pepercisse, ut manerent ad spectaculum vulneris quod universo corpori inflixerat. Quod multùm mirum est quare hoc pro magno dicere voluerint, nisi fortè ut intelligeretur piè fecisse qui oculos in hominibus persecuti sunt, ne cruciarentur videndo vulnera sua, quæ ab eis per totum corpus acceperant. Sed cùm iterum Donatistæ persecutiones quas patiuntur exaggerarent, suorum quasdam mortes commemorarent in oppido Bagaiensi, responsum est à catholicis eos hoc passos esse dum eorum violentiæ resisteretur, quam & judici inferre conati sunt. In illo oppido commemoraverunt catholici ab eis horrenda esse commissa, ita ut etiam basilica esset incensa, & in ignem missi codices sancti, mortes autem illorum magis esse ex consuetudine quam habent ut se ipsi præcipitent. Cùmque his Donatistæ respondentes exaggerarent identidem velut persecutiones quas paterentur, tanquam ex his fructibus suos adversarios malam esse arborem jactitantes, & petentes identidem ut de agro & zizaniis & de una & immortali ecclesia judicaretur, contrà autem catholici fructus eorum commemorarent schismata & tebaptizationes, & quòd ipsi primitus majores suos apud Imperatorem accusassent, atque in hujusmodi mutuis objectis diù conflictatio versaretur, maluit cognitor hæc omnia cohibere, promittens de his judicium posteriore sententia. Et recitari jussit quod à catholicis oblatum jam legi cœperat & fuerat interruptum. Sic peracta est causa Ecclesiæ, quam magnopere catholici curaverant à

Vide August. epist.

Cæciliani causa distinguere, quoniam ei non posset cujuslibet præjudicari criminibus quæ contra omnes humanas criminationes tot testimonia divina meruisset. Ex hoc jam non cœpit agi etiam causa Cæciliani.

Quinto ergo loco hæc acta sunt. Recitatæ sunt duæ relationes Anulini Proconsulis ad Constantinum Imperatorem. Vna quæ jam * superiùs erat recitata, quæ ostendit majores Donatistarum, id est, de parte Majorini, dedisse sibi chartas criminum Cæciliani & postulasse Constantino mittendas, seque illas memorato Imperatori misisse. Altera autem qua ostendit ex ejusdem Imperatoris jussione denos ex utraque parte ad agendam causam ut mitterent eos se convenisse, atque illos promisisse facturos. Tum deinde lectæ sunt etiam * litteræ supradicti Imperatoris ad Episcopos datæ, ubi eis causam Cæciliani injunxit audiendam. Atque inde ex ordine legi cœpit etiam episcopale judicium Melchiadis Romani Episcopi & aliorum cum illo Gallorum & Italorum Episcoporum in eadem urbe Romæ factum. Cujus judicii prima parte, id est, gestis primi diei recitatis, ubi accusatores Cæciliani, qui missi fuerunt, negaverunt se habere quod in eum dicerent, ubi etiam Donatus à Casis nigris in præsenti convictus est adhuc Diacono Cæciliano schisma fecisse Carthagine; de Carthaginis enim schismate exorta est adversùs Ecclesiam catholicam pars Donati: ubi etiam promiserunt iidem adversarii Cæciliani alio die se præsentaturos quos causæ necessarios subtraxisse arguebantur; & hoc mentiti, ulteriùs ad judicium accedere noluerunt. Hac ergo judicii parte recitata, cùm cœpisset recitari quod alio die gestum sit, interruperunt Donatistæ, & petere instantissimè cœperunt ut priùs ea quæ offerebant recitarentur, asserentes non esse ordinis ut priùs absolutio Cæciliani, quem nondum accusaverant, legeretur; & de hoc aliquanto diutiùs conflixerunt, cùm catholici dicerent non debere interrumpi quod legi jam cœperat, donec ejusdem judicii omnia gesta terminarentur, illi autem è diverso assererent ea quæ interrumpebantur, nec incipi debuisse ut legerentur, quoniam non competeret priùs defendi hominem quàm accusari. Ad hoc catholici respondebant, cùm causa schismatis à cognitore quæreretur, petisse ut illa legerentur quæ oblata fuerant ad legendam cùm ageretur de persona petitoris. Duas itaque ob res illa voluisse recitari; ut appareret eos primitus in hac causa hominem judicem postulasse, qui facicbant catholicis invidiam quod in hac collatione homo cognitor residebat, & ut petitoris persona constaret, quoniam legi cœpta fuerant, non debere interrumpi, sed usque ad finem recitando perduci. Inter hæc cognitor cùm hoc primò voluisset quod à catholicis petebatur, ut ea quæ recitari cœperant finirentur, postea tamen ei Donatistæ extorserunt ut ea quæ ipsi offerebant, dilatis illis, legi permitterentur.

Tunc Donatistæ aliquantum prælocuti sunt quòd Mensurius, qui fuerat ante Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas scripturas. Et hoc ut probarent, legerant ejus epistolam ad Secundum Tigisitanum datam, qui tunc habe-

Collatio Carthag. Cap. 12.

* collat. 3. cap. 216.

* Apud Euseb. lib 10. cap. 5.

Cap. 13.

* Calce et aceto] Idem Augustinus epist. 68. ad Ianuarianum Primatem Numidiæ: *In oculos extinguendos calcem mixto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt.* Et paulò pòst: *Nostri oculi ab armatis vestris calce & aceto extinguuntur.* Item epist. 122. *Quis enim barbarus excogitare potuit quod isti, ut in oculos Clericorum nostrorum calcem & acetum mitterent?* Possidius in vita sancti Augustini cap. 10. *Aliquibus etiam calcem cum aceto in oculos miserunt.*

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

bat primatum Episcoporum Numidiæ; in qua epistola videbatur Mensurius velut de suo crimine confiteri, qui tamen non scripserat se sanctos codices tradidisse, sed potiùs, ne à persecutoribus invenirentur, abstulisse atque servasse, dimisisse autem in basilica novorum quæcunque reproba scripta hæreticorum; quæ cùm invenissent persecutores & abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse; veruntamen quosdam Carthaginensis ordinis viros postea suggessisse Proconsuli quòd illusi fuerant qui missi erant ad Christianorum scripturas auferendas & incendendas, quia non invenerant nisi nescio quæ ad eos non pertinentia, ipsas autem in domo Episcopi custodiri, unde deberent proferri & incendi; Proconsulem verò ad hoc eis consentire noluisse. In eisdem etiam litteris lectum est eos qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, & ultro dicerent se habere scripturas quas non traderent, à quibus hoc nemo quæsierat, displicuisse Mensurio, & ab eis bonorandis eum prohibuisse Christianos. Quidam etiam in eadem epistola facinorosi arguebantur & fisci debitores, qui occasione persecutionis vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent & quasi abluere facinora sua, vel certè acquirere pecuniam, & in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum. Crimen tamen Donatistæ non ingerebant Mensurio nisi de codicibus traditis. Mentitum eum quippe dicebant, quòd illi non fuerint codices sancti, & peccatum suum tegere voluisse; quamvis & ipsam fictionem criminarentur. Recitarunt etiam rescripta Secundi Tigisitani ad eundem Mensurium pacificè data, ubi & ipse narravit in Numidia persecutores quæ egerint, & qui comprehensi, & scripturas sanctas tradere nolentes, & multa mala passi, & gravissimis suppliciis excruciati & occisi sunt; eosque bonorandos pro martyrii sui merito commendavit, laudans eos nôn tradidisse scripturas sanctas, illius mulieris exemplo quæ duos exploratores in Hiericho, in quibus figurarentur duo testamenta vetus & novum, tradere persecutoribus noluit. Quod quidem exemplum si sub hac figura est intelligendum, Mensurium potiùs adjuvabat. In suis enim litteris Mensurius reprehendebat eos qui scripturas sanctas, quamvis eas non traderent, se tamen habere faterentur. quod mulier illa non fecit. Neque enim eos exploratores qui quærebantur apud se esse confessa est, sed negavit. Scripsit etiam Secundus & ad se ipsum missos à curatore & ordine centurionem & beneficiarium qui peterent divinos codices exurendos, eisque respondisse: *Christianus sum & Episcopus, non traditor.* Et cùm ab eo vellent aliqua ecbola aut quodcunque accipere, neque hoc eis dedisse, exemplo Eleazari Machabæi, qui nec fingere voluit suillam carnem se manducare, ne aliis præberet prævaricationis exemplum. Hæ litteræ Mensurii & Secundi donec legendo terminarentur, catholici patienter audierunt; quamvis testati fuerint eas esse familiares, nec ad causam Ecclesiæ pertinere.

Cap. 14. Cognitor ergo commonens Donatistas ut patientiæ vicem redderent, jussit perlegi quæ oblata à catholicis jam ex parte fuerant recitata. Hic Donatistæ poposcerunt ut priùs etiam legeretur quod de causa Cæciliani offerebant. Hoc quoque sine ulla difficultate catholicis permittentibus, & commendantibus quàm patienter hoc permitterent, ut hoc eis & illi rependerent, jussit quod offerebatur cognitor recitari. Et recitatum est à Donatistis Concilium ferme septuaginta Episcoporum contra Cæcilianum apud Carthaginem factum, ubi cum absentem damnaverunt quòd ad eos venire noluerit, tamquam à traditoribus ordinatus, & quia cùm esset Diaconus, victum afferri martyribus in custodia constitutis prohibuisse dicebatur. Nominati sunt etiam [a] quidam collegæ Cæciliani, qui traditores asserebantur publicis gestis; quæ tamen gesta non legebantur. Inter hos autem maximè Felix Aptugnensis acerbiùs accusatus est, ita ut fons malorum omnium diceretur. Deinde sententiæ à singulis dictæ sunt, primitus à Secundo Tigisitano, qui eorum princeps fuit, deinde à ceteris, quibus expresserunt se Cæciliano & collegis ejus non communicare. Hoc itaque Concilio recitato, catholici responderunt illas literas Mensurii & Secundi ad invicem datas satis demonstrasse pacatos, nihil postea criminis de facto Mensurii vel accusatum vel judicatum, Concilium verò quod contra Cæcilianum factum legerant, non quidem habere Consulem & diem, sed hinc se nullum crimen objicere quod magis negligentiæ quàm fraudis esse potuerit.

Vide lib. 2. miscellaneor. nostrorum pag. 73.

Cap. 15. Sed obtulerunt iidem catholici aliud Concilium sub eodem Tigisitano habitum in civitate Cirtensi; cujus Consul & dies cùm legeretur, Donatistæ dixerunt nec Consulem nec diem talia solere habere decreta. Hic catholici responderunt illorum esse forsitan morem, qui Concilia sua nollent in aliqua falsitate convinci, catholicorum autem Concilia Consules & dies semper habuisse. Deinde cœpit identidem Concilium quod catholici attulerant recitari; ubi Secundus quosdam, de quorum traditione audierat, & sigillatim interrogabat, & eos confessos à consessu removebat. Quod eo modo recitabatur ut cùm ex Cirtensi Concilio lecta esset confessio traditorum, legeretur etiam de Concilio Carthaginensi nomen [b] ejus velut traditoris in Cæciliani causa damnati. Deinde ventum est ad ipsius Secundi Tigisitani à Purpurio Limatensi crimen objectum; cui Purpurio idem Secundus occisos ab eo in carcere Milei filios sororis ejus objecerat; ubi ille vicissim ei crimen traditionis objecit, dicens detentum eum fuisse à curatore & ordine ut scripturas daret, nec eum potuisse dimitti nisi aliquid tradidisset. Hoc autem quod ei objecit Purpurius, detentum eum fuisse à curatore & ordine, ut scripturas daret, idem Secundus in litteris quas Mensurio rescripserat penè confessus est, ubi ait missum ad se fuisse à curatore & ordine centurionem & beneficiarium, & à se scripturas petitas, vel quælibet ecbola: quæ quidem se non tradidisse dixit. Sed cùm ipse illic commemoraverit tot martyres qui cùm tradere noluissent, excruciati & occisi sunt, quomodo ipse detentus & convictus, & nolens aliquid tradere, nihil pati & dimitti potuerit, nec Mensurio scripsit, nec Purpurio respondit. Non enim Centurioni & beneficiario dixit se scripturas non habere, sed respondit se omnino non tradere. Quod illi auditum quomodo illo dimisso renuntiare potuerint sine suo exitio, non apparet; præsertim quia idem Secundus non quoslibet infimos, sed etiam patresfamilias, cùm hoc

Acta extant apud Augustin. lib. 3. contra Cresc. con. c. 27.

[a] QUIDAM COLLEGÆ] inter quos fuere Novellus Tyzicensis & Faustinus Tuburbitanus, ut colligi potest ex Augustini libro ad Donatistas post collationem cap. 22.

[b] EJUS] Lovanienses putant hanc vocem respicere Secundum Tigisitanum. Sed verius est eam referri debere ad unumquemque traditorem.

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

idem persecutoribus respondissent, crudelissimis mortibus dixit occisos. Sed de hac re catholici nullum Secundo crimen objecerunt, sed tantummodo quod ei Purpurius objecit, & propter quod pacem, ne schisma fieret, omnia illa Deo dimittens, cum traditoribus fecit, recitari voluerunt, ut quales homines in absentem Cæcilianum sententias dixerint appareret.

Cap. 16. a Hoc autem recitato, petierunt catholici ut etiam illa quæ dilata fuerant legerentur de [a] Concilio Carthaginensi, in quo lectum fuerat absentem Cæcilianum à multis Episcopis fuisse damnatum. b [b] Hoc illud Concilium; quia catholici recitaverant relationes Anulini Proconsulis, quibus appareret chartas criminum Cæciliani Constantino Imperatori esse transmissas. Quod utique agentes, confirmaverunt à majoribus suis Cæcilianum apud Imperatorem accusatum. Responsum est autem à catholicis illud Carthaginense Concilium sic non præjudicate absenti Cæciliano quemadmodum non præjudicavit absenti Primiano Concilium eorum, à quibus in Maximiani causa damnatus est, quoniam magis tenuit pars Donati quod actum est postea pro Primiano quàm illius Concilii auctoritatem quo fuerat antè damnatus; sic ergo & in Cæciliani causa debere attendi quod postea gestum est. Hic Donatistæ [Donati] & Maximiani causa coarctari dixerunt nec causam causæ nec personam præjudicare personæ. Quàm sententiam in ore habere solent omnes catholici, cùm Donatistæ aliorum crimina aliis objicientes suam separationem defenderent & orbem Christianum nescio quibus Afrorum criminibus accusarent. Nam & ista collatione totum quod egerant catholici ut Ecclesiæ causam à causa Cæciliani distinguerent, asserentes in Ecclesia permixtos malos non obesse bonis, nec eos suis maculare peccatis, hoc utique egerant ut nec causa causæ præjudicaret nec persona personæ. Quod ab adversariis, dum aliud ageretur, voce apertissima confirmatum est. Sed cognitor cùm quæsisset quid de Carthaginensi Concilio catholici responderent, iterum responderunt non esse contemnendam similitudinem causæ Primiani, quia & Dominus Christus Iudæos de factis eorum convincens perducebat ad verum. Deinde Donatistæ longa prosecutione agebant ut ex illius auctoritate Carthaginensis Concilii confirmaretur Cæciliani damnatio, quòd ad tot Sacerdotes venire noluerit, (quasi non & Primianus ad eos à quibus damnatus est, cùm eorum factionem cognosceret, simili voluntate non venerit) & quòd non expectaverit Cæcilianus ut princeps à principe ordinaretur; cùm aliud habeat Ecclesiæ catholicæ consuetudo, ut non Numidiæ sed propinquiores Episcopi Episcopum Ecclesiæ Carthaginis ordinent, sicut nec Romanæ Ecclesiæ ordinat aliquis Episcopus metropolitanus, sed de proximo Ostiensis Episcopus. Hoc autem dicentes de sua consuetudine, quam nescio quando instituerunt, Ecclesiæ catholicæ præjudicare conabantur. Quæ consuetudo si antiqua esset, hoc ipsum objecissent Cæciliano quando eum absentem damnaverunt. Dixerunt etiam scripsisse Optatum quòd Cæcilianus dixerit: *Si traditores sunt qui me ordinaverunt, ipsi veniant, & ordinent me.* Quod quidem si dictum est, ideo dici potuit ad eos irridendos quibus hoc mandasse perhibetur; quoniam certus erat ordinatores suos non esse traditores. Non enim ait, *Quia traditores sunt*, sed, *Si traditores sunt*; ut innocentia eorum probanda restaret, ubi probari rectè potuisset. Ad hæc, & si qua alia prolixa prosecutione dixerunt, breviter responderunt catholici non sufficere ad causam Cæciliani Carthaginense Concilium ipsos etiam judicasse, qui eam ad Imperatorem accusando miserunt; & sic demonstrarunt hoc potiùs esse expectandum quò res pervenerit usque ad Imperatoris sententiam, cui eandem causam mittendam duxerunt. Hoc enim catholici instabant, ut omnibus morarum umbraculis amputatis, illa potiùs legerentur quibus lectis olim causa finita & Cæciliani innocentia manifestata luce clariùs appareret. Quæ Donatistæ ut legerentur omnino nolentes, quidlibet aliud interponendo impediebant. Nam cùm cognitor quæsisset utrum priùs esset factum Carthaginense Concilium, & postea missa fuerit ad Imperatorem causa Cæciliani, dixerunt catholici, quoniam Consulem & diem illud Concilium non haberet, ad utrumque se respondere, quia si priùs causa ad Imperatorem missa est, quo exitu terminata sit expectari oportere; si autem postea, nihilominus non istorum sed illius judicium esse quærendum quò eam post judicium suum mittendam putarunt. Sed cùm multa Donatistæ insererent de Consule & die, cur in suorum majorum Concilio non legeretur, ne hinc falsitatis arguerentur, & assererent hanc esse ecclesiasticam consuetudinem ne dies & Consules decretis Episcoporum conscriberentur, legi volentes etiam Concilium Cypriani ut hoc probarent, quia nihil aliud nisi moræ quærebantur, (Neque enim catholici in eo causam suam constituerant quando ad utrumque responderant, sive prius, sive posterius esset illud Concilium quod contra Cæcilianum apud Carthaginem fecerant) jussit cognitor, catholicis instantibus, ut ista potiùs quæ dilata fuerant legerentur.

Optat. lib. 1.

Tunc Donatistæ aliam quæstionem interposuerunt morarum plenissimam, sed re vera in qua pro se laborare voluerunt, si possent ostendere quod volebant, illud scilicet Cirtense Concilium falsum esse ubi lectæ fuerant confessiones traditorum invicem sibi ignoscentium ne schisma fieret, quia ipsi legebantur inter ceteros contra Cæcilianum absentem sententias protulisse. Hoc ergo falsum demonstrare conantes multa dixerunt; sed alia levia esse ipsi judicantes, duo quædam in ea quæstione multùm commendaverunt, & in eis multùm immorati sunt; unum, quia contra ecclesiasticam consuetudinem ipsum Cirtense Concilium Cap. 17.

[a] Concilio Carthag.] Lovanienses admonent hunc locum esse corruptum, eo præcipuè argumento quòd ex capite 14. constet lectum jam fuisse illud Concilium Carthaginense. Quæ sic intelligenda sunt, non quidem petiisse catholicos ut Concilium Carthaginense iterum legeretur integrum, sed tantùm *illa quæ dilata sive interrupta fuerant*, ut patet ex capite 369 indiculi hujus cognitionis Nam constat ex capite 11. simul cum Carthaginensi Concilio recitatum quoque fuisse Cirtense, & utrumque recitatum fuisse per partes. Unde quoniam Cirtense Concilium recitatum fuerat integrum, petunt nunc catholici ut quæ lecta non fuerant ex Carthaginensi recitentur.

[b] Hoc illud Concil.] Rectè admonuerunt Lovanienses hunc quoque locum depravatum esse ac mutilum. In indiculo capitulorum cap. 369. scriptum est. *Ubi exigunt à catholicis Donatistæ utrum illud verum esse Concilium quo Cæcilianus damnatus est fateantur.* Hinc ergo, tum etiam ex epistola Concilii Cirtensis ad Donatistas, & ex libro Augustini ad eosdem post collationem, colligi potest sic restitui posse hunc locum. *Hic Donatistæ petierunt à catholicis utrum verum esse fateantur illud Concilium; quia catholici &c.*

Anno Christi 411.

Collatio Carthag.

diem & Consulem haberet; alterum autem, qoòd persecutionis tempore non posset Concilium congregari. Exigebant ergo Donatistæ à carholicis ut vel alia Concilia proferrent antiqua Episcoporum, ubi ostenderent Consules & dies etiam conscripros, vel de ipsis sanctis scripturis tale aliquid recitarent. Vbi catholici cùm viderent de re inanissima moras mirabiles & inexplicabiles interponi, (Quis enim eos hinc falsitatem crederet objecturos ubi ad majorem diligentiam remporum attestatio prænotata legererur, ne forrè per hanc esset aliquando necessaria indagatio veritatis? Quis ergo eos crederet hoc objecturos, or præpararet antiqua Coocilia, quibus hanc consuetudinem demonstrarer? Aut quis tunc irer & vetusta ecclesiastica archiva revolveret?) cùm boc viderent catholici, & in Melchiadis Concilio diem & Consulem demonstrabant, & de ipsis sanctis scripruris commemoraverunr Prophetas indicia antiquissimorum temporum suis litteris prænotasse, quoto anno, cujusque mense anni, qooto die mensis factum esset super eos verbum Domini. Cognitor autem illud de die & Consule objectum contemnendum & removendum existimans, jussit gesta apud Melchiadem habita recitari; & recitara sunt. Quibus apparuit omnium qui tunc consederant Episcoporum sententiis & ipsius Melchiadis Cæcilianum absolutum atque purgatum, Donatum verò damnatum, qui præsens in prima fuerat actione convictus, ille scilicer Donatus à Casis nigris, quem præsentem fuisse tunc constirit. Sed hoc recitato, cùm quærerentr á Donatistis quid responderent ad illud Cirtense Concilium, eò redierunt, conantes falsum esse monstrare. Tum dixerunt tempore persecutionis congregari non potuisse Concilium. Quod cognitor non coutempsit, & validum existimans, à catholicis responsionem popościt; atque inter hæc quæsivir uode probaretur tempus fuisse persecutionis. Tunc Donatistæ protulerunt martyrum gesta, ubi auditi & pro confessione passi sunt. Iussit etiam cognitor computare officium & renuntiare, consideratis utriusque Consulibus & diebus, & qui de Concilio Cirtensi, & qui de gestis martyrum legebantur, quia dictum fuerat a carholicis post illorum martyrum passionem, onde persecutionis tempus probabatur, propè annum consecutum fuisse usque ad Consulem & diem Concilii Cirtensis. Responsio autem computantis officii mensem interfuisse suggesserat. Voluerunt ergo catholici de tabulis tolli quod dixerant, ut boc solum gesta retinerent quod officium responderat. hoc enim verius esse crediderant. Sed Donatistæ quod à carholicis dictum erat noluerunt de tabulis tolli. unde catholici non contenderunt, ut eorum in hoc calumniosus animus appareret. Porrò autem illud erat verius quod catholici dixerant. Officium autem in computando errans, falsum renuntiaverat. quod postea conscripta & diligentiùs considerata gesta docuerunt, sicut potest probare quem libuerit legere & non piguerit computare. Nam gesta martyrum, quibus ostendebatur tempus persecutionis, Consulibus facta sunt Diocletiano novies & Maximiano octies, pridie Idus Februarias; gesta autem episcopalia decreti Cirtensis post eorundem consulatum, tertio Nonas Martias; ac per boc tredecim menses interesse inveniuntur, plures utique quàm undecim, quos prius catholici minùs diligenter computando responderant. Sed officium ut falleretur & mensem interesse responderet, eundem consulatum supputavit, postconsulatum autem non advertit, ubi annus jam alius agebatur. Proinde catholici ramquam ex vera officii responsione cogebantur ostendere tempore persecutionis illos undecim vel duodecim Episcopos in domum privatam convenire potuisse, Donatistis instantis ut hoc ex aliis Conciliis ostenderent, si aliquo tempore persecutionis facta Episcoporum Concilia reperire potuissent. Quod carholici quoniam tunc inquirere & ad horam veteres chartas in archivis ecclesiasticis discutere non poterant, respondebant multò faciliùs duodecim homines in domum [privatam] convenire potuisse eo tempore quo etiam congregationes plebium fieri solebant, quamvis persecutione fervente, sicut ipsis gestis martyrum monstrabatur, qui confirebantur in passionibus suis se collectam & dominicum egisse. Hoc autem catholici dixerant, & antequam sopputaret & responderet officium, dictum est etiam à catholicis, episcopalia gesta illa Cirtensia, qoæ diligentia majorum usque ad hæc tempora servari & inveniri potuerint, sic habenda quemadmodum illæ epistolæ Mensurii & Secundi, quas Donatistæ recitaverunt. Concilium quippe Carthaginense, ubi absentem Cæcilianum septuaginta damnaverunt, commemoratum est etiam à Melchiade habitum, ubi Cæcilianus est absolutus. Litteræ verò illæ Mensurii & Secundi nusquam alibi commemoratæ dicebantur, (Vnde nullo alio testimonio veritas earum asserebatur) nec tamen ideo dicebant catholici falsas esse. Dictum est etiam hoc à catholicis, ut probarent Donatistæ, si possent, tempore persecutionis sic ad se invicem scripsisse Episcopos quemadmodum Mensurium & Secundum scripsisse proferebant. Quod non ideo dicebant catholici ut hinc illas Mensurii & Secundi litteras falsas esse monstrarent, quæ seu veræ seu falsæ essent, causæ nihil officerent, sed ut hinc intelligerent Donaristæ quàm vana tergiversatione catholicos cogerent alia proferre Concilia persecutionis tempore congregata: quia si eis simili obstinatione diceretur, Proferte & vos alias epistolas persecutionis tempore sic scriptas & missas, quæ si aliquo modo deprehenderentur, & codices occultati exigi possent, & ordo & curator & centurio & beneficiarios ad discrimen capitis pervenire, qui Secundum tradere nolentem impunitum dimisisse prodebantur, nullo modo ad horam reperirent alias epistolas tempore persecutionis ab Episcopis ad Episcopos in tam longinqua terrarum similiter datas. Cùm ergo hinc diuturna conflictatio fieret, sœpe repetentibus Donatistis non potuisse tempore persecutionis Concilium congregari ad Episcopom ordinandum, quia in apostasia erat mundus, nec erant quibus ordinaretur, & cetera talia, catholicis autem respondentibus quòd & Episcopi facilè congregarentur tam pauci ut nec Concilium dici debeat quando plebes congregabantur, sicur gesta martyrum testarentur, & erant sine dubio quibus ordinarentur Episcopi, ipsæ utique plebes, quas tunc solitas congregari gesta martyrum loquebantur. Hæc cùm assiduè multis & variis modis dicerentur & responderentur, (Nam & domum privatam Christianis congregandis præstitam constitit tempore persecutionis, sicut in quibusdam gestis martyrum legebatur) quia Donatistæ dixerunt fieri non potuisse ut illo tempore domum suam quisquam præberet, & commemoratum est usque adeo non esse incredibile quòd in privatam domum pauci illi Episcopi persecutionis tempore convenerunt, ut fervente persecutione etiam in carcere doceantur baptizati

Vide lib. 2. miscellaneor. nostrorum pag. 62. & seqq.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG. Cap. 18.

martyres, & illic à Christianis celebrata sacramenta ubi Christiani propter eadem sacramenta tenebantur inclusi.

Inter hæc ergo tandem aliquando, sæpe etiam cognitor interlocutus fieri potuisse illum conventum ab Episcopis quando & plebes congregatæ probabantur, compulit Donatistas ut contra Concilium judiciumque Melchiadis, quo Cæcilianus purgatus atque absolotus legebatur, si haberent aliquid dicerent, quoniam illic potiùs quam in illo Cirtensi Concilio causa consisteret. Tunc Donatistæ ipsum Melchiadem cœperunt crimine traditionis arguere & dicere majores suos propterea illius judicium refugisse quòd traditor fuisset; quasi noo jam judicio ejus assisterent, & responderent se in Cæcilianum non habere quod dicerent. Sed tamen facto judice intento utrum de traditionis crimine Melchiadis aliquod judicium, vel publicum, vel ecclesiasticum proferretur, ipsisque catholicis id ut probaretur expectantibus & exigentibus, legerunt Donatistæ gesta quædam prolixissima apud Præfectum, ubi nec Præfectus ipse cujusmodi esset apparebat, nec locus legebatur ubi hæc agebantur, sed gesta ipsa multa multos ecclesiastica tradentes longissima recitatione sonuerunt, ubi nomen Melchiadis omnino non sonuit. Quibus peractis, cùm cognitor miraretur aliud promissum & aliud recitatum, illi adhuc ejus patientiam deposcentes, gesta alia recitarunt; in quibus legebatur Melchiades misisse Diaconos cum litteris Maxentii Imperatoris & litteris Præfecti prætorii ad Præfectum urbis ut ea reciperent quæ tempore persecutionis ablata memoratus Imperator Christianis jusserat reddi. Et cùm his quoque gestis nullum Melchiadis crimen & cognitori & catholicis defensoribus appareret, dixerunt Donatistæ Stratonem Diaconum, quem cum aliis Melchiades ad recipienda loca ecclesiastica miserat, superioribus gestis recitatum esse traditorem, & ideo volebant etiam Melchiadem crimine traditionis aspergere quòd Diacono illo non degradato uteretur. In prosecutione autem sua dixerunt Melchiadem tertium Episcopum fuisse ab illo qui tunc erat cùm traditio illa facta esset. Hic cognitor requisivit utrum saltem in illis traditionis gestis esset expressum quòd Straton Diaconus fuerit. Et recitatum est eum hortatorem vanissimæ superstitionis appellatum. quod non solùm ipse, sed etiam ceteri qui tradebant appellabantur. Sed Donatistæ responderunt, à gentilibus persecutoribus in contumeliam religionis & Diaconos & Presbyteros ita vocitatos. Ergo catholici responderunt, cùm mirum non esset, essetque in rebus humanis usitatissimum, ut non duo tantùm, verùm etiam plures homines uno nomine vocarentur, fieri quidem potuisse ut ille traditor Straton Presbyter fuerit, iste autem alius Straton Diaconus, quoniam Donatistæ dixerant & Diaconos & Presbyteros hortatores vanissimæ superstitionis à gentilibus appellari; (quamquam omnes Clericos isto contumelioso nomine gentiles appellare potuerint, & multò esset incertius cujus gradus Clericus ille traditor fuerit) verumtamen etiamsi eum Diaconum fuisse posset ostendi, neque hoc esse incredibile aut mirum, cùm ante parvum tempus in ipsa urbe Roma duo Petri Diaconi fuerint. Illud quoque additum est à catholicis, quia etsi

V. de Augustin. lib. ad Donatist. post collat. cap. 13.

id monstraretur, quod omnino non demonstrabatur, eundem Stratonem Diaconum tradidisse quem postea Melchiades ad recipienda loca ecclesiastica cum aliis Diaconis misit, non continuò Melchiadem isto crimine aspergi, quem potuit persecutio longè facere absentem, ut hoc omnino nesciret, eumque innocentem putaret quem nemo reum accusando monstrarat. Contra hæc frustra Donatistæ eadem diutissimè clamaverunt. Post collationem sanè etiam de Cassiano Melchiadi calumniati sunt, quia etiam hoc nomen & in Diaconis invenitur quos ad Præfectum misit Melchiades, & in illis gestis ubi facta traditio recitata est. Quod si in collatione dicerent, facilè potuit à catholicis responderi, in tanta turba Romanorum Clericorum nihil mirum fuisse si duo vel plures non solùm Stratones, sed etiam Cassiani repetirentur, cùm in duodecim Apostolis non solùm duo Iudæ, sed etiam duo Iacobi legerentur; nisi fortè ipsis licuisset [Donatum] Casensem à Donato Carthaginensi distinguere, cùm timerent ne major auctor ipsorum Donatus Carthaginensis damnatus in Melchiadis judicio putaretur, & catholicis non liceret in tanta multitudine Clericorum Romanorum habere plures similibus nominibus appellatos. Falsum enim erat quod Donatistæ dixerant, convenire personas, convenire loca, convenire regiones, quando nec loca, nec regiones ipsæ expressæ personarum dignitates de utrisque gestis, sed sola nominum convenientia legebatur, quam in diversis personis generis humani consuetudo frequentare non cessat.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

Cap. 19.

Spernens itaque cognitor incertissimas suspiciones, jussit aliquid manifestum contra illa gesta proferri, aut certè Constantini judicium, cujus mentio jam facta fuerat, recitari. Et recitatum est judicium Constantini, quemadmodum se inter se partes causam Cæciliani cognovisse ad [a] Eumalium Vicarium Africæ scripsisset, quòd remotis omnibus arbitris Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos cognovisse testatus est, commemorans etiam in Arelatensi oppido pro Cæciliano factum episcopale judicium, cui judicio jam plurimi ex dissensione consenserant, reliquis adhuc resilientibus & discordantibus. unde ipse de re tota inter partes coactus est judicare. Post harum imperialium literarum recitationem, quæsivit cognitor à Donatistis quid contradicerent. Ibi Donatistæ rursus ad Melchiadis calumniosam criminationem redire conati sunt; unde cùm essent cognitoris interlocutione depulsi, & ab eis esset flagitatum ut contra judicium Melchiadis vel imperialem sententiam, si haberent aliquid, recitarent, responderunt etiam imperatorias aures pravis suggestionibus inflatas. Ibi eis cognitor respondit, quod attentissimè adverterat, inter partes fuisse judicatum. At illi exigere cœperunt ut hoc legeretur, utrum inter partes judicaverit Imperator. Quod cùm fuisset cognitore jubente recitatum, nihil invenientes quod dicerent, cœperunt de [b] memoratis imperialibus litteris calumniari quòd sine Consule fuerant recitatæ. Hinc exorto conflictu, cùm Donatistæ invidiosè dicerent episcopale Concilium cum Consule fuisse recitatum, & Imperatoris litteras Consulem non habere, & catholici responderent non ibi causam consistere, cognitor etiam interlocutus est eviden-

a

b

[a] AD EUMALIUM] Meminit istius epistolæ Augustinus in fine libri ad Donatistas post collationem scripti, tum etiam in libro tertio contra Cresconium cap. 71. ubi ejus fragmentum refertur.

[b] DE MEMORATIS IMP.] Antea legebatur *de Consule memoratis*. Sed nos vocem *Consule* sustulimus, quia constat illam esse superfluam.

Anno Christi 411.

Vide capita collat. 3. cap. 528.

rissimis legibus definitum imperialia constituta, etiam si Consules non legerentur, in dubium non vocari. Deinde catholici urgebant ut apertè dicerent falsum esse quod lectum est, posse enim archiva conquiri.

Cap. 20. Collatio Carthag.

Sed hinc repulsi, velut aliquid validissimum prolaturi, petierunt Optatum legi, (quod & antè petiverant.) unde se probaturos dicebant Cæcilianum ab Imperatore damnatum; & promissum eis fuerat, sed dilatum. Prius ergo volebat cognitor ut exprimerent utrum litteras imperatorias arguere falsitatis auderent. Quod quidem illi minimè audebant; tamen nihilominus Consulem deesse invidiosissimè causabantur. Optatum verò legi multò instantiùs flagitabant. Hæc cùm diutiùs agerentur, in alia charta illatum imperialium litterarum inventus est Consul. Quod cùm esset suggestum, Donatistæ dixerunt: *Certè Consulem habere non debuit.* quasi hoc aliquando dictum esset quòd habere non debuerit, ac non etiamsi Consul defuisset, non impediri imperialis constituti veritatem. Quod cùm eis cognitor identidem respondisset, recitatus est & Optatus, recitantibus Donatistis, ubi ait: [a] *Eodem tempore idem Donatus petiit ut ei reverti licuisset & ad Carthaginem accederet. Tunc à Philomeno* [b] *suggestore ejus Imperatori suggestum est ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ teneretur; & factum est.* (Optat. lib. 1.) In quibus verbis Optati cùm omnino nulla Cæciliani damnatio, sicut illi demonstraturos se esse promiserant, reperiri potuisset, jussit cognitor totam paginam recitari, ut de superioribus & inferioribus verbis voluntas ejus qui scripserat nosceretur. Et ex officio recitatum est: *Cæcilianus omnium suprà memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus.* Quod cùm recitaretur, Donatistæ dixerunt hoc se non petisse recitari, stomachantes adversùs eos qui [c] risum tenere non potuerant cùm audissent quàm apertam contra se ipsos paginam protulissent. Deinde cùm illis verbis quæ ipsi recitaverant extenuasse dicerent Optatum damnationem Cæciliani & exprimere noluisse, flagitatum est ab eis ut aliunde manifestum legerent quod ab illo dicerent extenuatum. Quod cùm minimè potuissent, etiam inde post aliquantas morarum inanium perplexitates, cùm & de Donati nomine contendissent quòd non Carthaginensis, sed Casensis Donatus in judicio Melchiadis adversùs Cæcilianum astitisset, (quod & catholici concedebant) aliquando transitum est.

Cap. 21. Deinde quia Constantini litteris, quibus eum inter partes cognovisse & pro Cæciliano contra illos judicasse constabat, cognitor eos, si quid haberent, respondere cogebat, petiverunt suum libellum esse recitandum, quem dicebant datum Constantino à majoribus suis. In quo libello satis apertèque monstraverunt quàm falsum dixerint de damnatione Cæciliani apud Brixiam. Idem quippe libellus ostendit quemadmodum contra eos senserit Constantinus. (Vide concionem Augustini de gestis cum Emerito.) Nam ibi dicunt nullo modo se communicaturos antistiti ipsius nebuloni, paratosque esse perpeti quicquid eis facere voluisset. Quem Constantini antistitem nebulonem utique Cæcilianum intelligi volebant. Quomodo ergo eum Constantini antistitem dicebant cui se contra Constantinum loquentes non communicare confirmabant, si eum apud Constantinum superaverant, ita ut ab illo Brixiæ scirent esse damnatum?

Anno Christi 411. Collatio Carthag.

Cap. 22. Cùm ergo catholici dixissent hoc eos contra se ipsos recitasse, hoc idem ipse etiam cognitor esset interlocutus, addiderunt etiam illi suæ falsitati convincendæ magnum aliud firmamentum, recitantes ipsius Constantini litteras scribentis ad Verinum Vicarium ut libero eos dimittat arbitrio, se jussisse insinuans ut de exilio remearent; in quibus litteris Constantinus sic eos detestatur ut nihil illa indulgentia possit deformius inveniri. Quos utique non ita culpasset, sed magis laudasset, si ab eis Cæcilianus apud illum victus ab eoque damnatus Brixiæ relegaretur. Ac per hoc ita contra seipsos proferentes atque recitantes, & à Cæciliano se superatos memorati Imperatoris judicio manifestissimè monstraverunt, & suam falsitatem, qua eum dicebant esse damnatum, apertissimè convicerunt. Et quia catholicos persecutionem facere, se autem pati gloriabantur, Cæcilianum tamen per suas accusationes ab Imperatore damnatum etiam falsò gloriari voluerunt. His itaque recitatis, cùm catholici dicerent & cognitorem breviter admonerent, quod etiam ipse cernebat, pro se illa, hoc est, pro innocentia Cæciliani, contra illos fuisse recitata, & hoc idem etiam ipse fuisset interlocutus, Donatistæ responderunt dicentes: *De libero arbitrio nihil dicit potestas tua.* Hoc enim putantes secundùm Constantini litteras sibi posse à præsente cognitore concedi, eas etiam contra se pro Cæciliani causa recitandas existimaverunt. Hic cùm eis cognitor respondisset aliud sibi esse à præsentis temporis Imperatore præceptum, ierunt in aliud quod contra se identidem multò mirabiliùs protulerunt.

Cap. 23. Recitaverunt etiam alias litteras ejusdem Constantini Imperatoris ad Probianum Proconsulem datas, quæ quidem Consules non habebant; sed nihil quasi de objectione mutua catholici agere voluerunt: quamvis & hinc se ipsos Donatistæ convincerent quàm calumniosè catholicis id objecerint, cùm prior chartula, ex qua recitatum est judicium Constantini quo absolutus est Cæcilianus, Consules non haberet, qui tamen mox in alia chartula inventi sunt. Istæ itaque litteræ ad Probianum Proconsulem datæ continent Imperatoris jussionem, qua præcepit ut ad se Ingentius mitteretur, cujus confessione in Proconsulis Æliani judicio Felix Aptugnensis ordinator Cæciliani à crimine traditionis fuerat absolutus. Hoc autem imperiale præceptum ideo Donatistæ se recitare dicebant ut quasi ostenderent Cæciliani (Vide lib. 2. Miscell. nostror. pag. 89.)

a Eod. tempore] Paulò aliter habet hic locus apud Optatum, ubi ita legitur. *Eodem tempore idem Donatus petiit ut ei reverti ad Carthaginem contingeret. Tunc à Philumeno suffragatore ejus Imperatori suggestum est ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ retineretur; & factum est.*

b Suggestore] In editione Lovaniensium legitur *suffragatore*. Verùm iidem in annotationibus admonent hanc vocem huc translatam esse ex Optato, cùm antea in excusis omnibus scriptum esset *suggestore*. Itaque nos verbum suum reddidimus Augustino, quod eundem heic sensum habet. Suggerere enim significat referre apud veteres Jurisconsultos & auctores ecclesiasticos illorum temporum.

c Risum tenere] Ut iste locus bene possit intelligi, sciendum est Donatistas, cùm adversùm se protulissent locum Optati paulò antè descriptum, ab omnibus esse risos, ut legitur in epistola 152. sancti Augustini. *Qui tamen risus* (inquit idem Augustinus in libro ad Donatistas post collationem cap. 31.) *non utique conscriptioni gestorum potuisset adjungi, & omnino latuisset, nisi & ipsum latere non sinerent dicentes: Audiant qui riserunt. Hoc sanè scriptum est & subscriptum.* Quomodo autem istud scribi potuerit, idem docet in epistola 152. *Sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis suis apud acta risos se esse testati sunt.*

causam

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

causam adhuc fuisse suspensam, etiam post illud judicium quo se Constantinus inter partes omnia terminasse jam scripserat; cùm & in ipsis litteris quas ad Probianum Proconsulem datas recitaverunt, quibus quasi ostenderent adhuc pendere judicium, quoniam ad se mitti jusserat Imperator Ingentium, tanta contra se legerint ut omnino mirum sit quibus illa oculis aspicere vel quo ore pronuntiare potuerint. Ibi enim Constantinus dixit, ab Æliano Proconsule audientiam præstitam competentem, Felicemque innocentem ab exustione codicum divinorum constitisse, illos autem esse in præsentia confutandos qui diuturnis diebus eum interpellare non quiescerent; ut eis liquidò appareret frustra eos Cæciliano invidiam comparare & adversùs eum violenter insurgere voluisse. Hic ergo per illas litteras non solùm Cæcilianum sed etiam Felicem purgatum, seque innocentium persecutores apud Imperatorem extitisse docuerunt.

Cap. 14. Hac autem accepta opportunitate catholici recitandam protulerunt & ipsius Æliani tunc Proconsulis relationem de hac re ad Constantinum datam, ubi se causam Felicis audisse & finisse commemorat; & ipsa gesta proconsularia, quibus absolutus est Felix, & omnium necessariarum personarum testimonio à traditionis crimine innocens comprobatus. Quibus recitatis, quid contradici posset cognitor inquisivit. Tunc Donatistæ, quod & antè dicere cœperant, identidem repetierunt, quærentes utrum ex præcepto Imperatoris directus ad comitatum fuisset Ingentius, & quid postea gestum esset, ut ostenderetur à catholicis exigentes, & gesta proconsularia quibus possent verbis refellere conantes quibus absolutus est Felix, objicientes gratiam judicis, vel suppositas fuisse personas, & cetera quæ solent homines contra gesta quibus vincuntur suspiciosa querimonia jactitare. Dicebant etiam non rectè Felicem absentem fuisse absolutum. Ad ista responsum est à catholicis, omnia quæ lecta sunt, ad absolutionem Cæciliani & Felicis apertissimè pertinere; si quid autem Donatistæ arbitrarentur misso ad comitatum Ingentio pro se fuisse judicatum, & mutatum esse judicium quo Constantinus inter partes cognoscens purgato Cæciliano illos calumniosissimos judicaverat, ipsos debere proferre. Quando autem hoc catholici dicebant, in illa temporis brevitate non poterant considerati Consules; quorum ordinem in ipsis gestis qui

Vide lib. 1. Marcell. nostr. pag. 81.

voluerit considerare, inveniet posteriùs ab Imperatore Constantino absolutum esse Cæcilianum quam Felicis causam ab Æliano Proconsule discussam atque purgatam, post aliquot etiam annos Constantinum scripsisse ad Verinum Vicarium; quas litteras ipsi recitaverunt ubi sibi asserebant liberum arbitrium ab illo Imperatore concessum, in quibus litteris eos tamquam pessimos & Christianæ pacis inimicos ostendit. Quod utique non fecisset, si aliquid pro illis contra Cæcilianum judicasset cùm ad comitatum missus esset Ingentius. Cognitor ergo interlocutus est non posse gesta quæ tanta roboravit antiquitas removeri nisi aliis posterioribus gestis è contrario recitatis. Dictum est etiam a catholicis magis ad declarandam Felicis innocentiam profuisse quòd absens fuerat absolutus: quia gratiæ suspicio, si præsens esset, potiùs oriretur.

Cap. 15. Vrgere deinde cognitor cœpit ut si qua posteriora gesta Donatistæ haberent contra absolutionem Cæciliani vel Felicis, jam jamque proferrent. Hic illi ad ea quæ jam totiens dixerant, & catholicis totiens ad omnia respondentibus transacta jam fuerant, rursus quasi à capite redire & ea replicare conati sunt. Vbi cùm interlocutus esset cognitor, admonens ut eos jam pigeret eadem repetere quæ peracta & transacta jam fuerant, & identidem proferre compelleret si quid recitandum haberent adversùs Cæciliani & Felicis sic evidentissimas absolutiones, & illi nihil omnino adversùs illa proferentes, eadem repetere non cessarent, ut de illis quæ dixerant judicaretur, & contrà cognitor illud potiùs flagitaret ut legerent si haberent quod legi posset adversùs imperiale & proconsulare judicium, ut posset de omnibus pronuntiari quoniam legibus prohibetur semiplenam proferre sententiam, instarent etiam catholici ut rebus omnibus cognitori manifestatis, & Donatistis quid respondeant non invenientibus [&] eadem repetentibus, tandem aliquando causa finiretur, in ultimo cognitor dixit: *Si contra nihil est quod legatis, exire dignemini, ut possit plena de omnibus scribi sententia.* Et utrisque exeuntibus, sententiam dixit, quam rursus intromissis partibus recitavit, qua complexus est omnia quæ de prolixa trium dierum actione potuit recordari; in quibus quædam non eo ordine quo gesta sunt commemoravit, omnia tamen veraciter posuit, confutatos à catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione pronuntians.

SENTENTIA COGNITORIS.

F*Lavius Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Vellem quidem, quod & omni devotorum intentione nunc cupio, ut quanta ex demonstratione veritatis & tandem proditi erroris orta lætitia est, tanta ex conversione superstitionis antiquæ & in melius mutatæ sententiæ gratulatio nasceretur. Magna enim gaudia esse quis dubitet cùm inveteratæ ægritudini provenit insperata curatio; causamque exultationis in talibus majorem facit sanitas restituta quàm semper retenta. Sed quia obstinatio mentium perditarum, quas pravæ simul persuasionis vincula nexuerant, ad viam salutis ostensæ aut redire dissimulat aut, quod est deterius, impudentia reformidat, exserenda jam legum est & exercenda sententia, ut quos ad bonam valetudinem leniora post apertam cominus veritatem medicamina non revocant, acrior restituat curationis intentio. Cui enim ratio proxima, sicut gestorum series subjecta demonstrat, sicut divinorum quoque voluminum indita exempla testantur, non liquidò declaret alieni, etiamsi probari potuisset, sceleris noxa alium fieri reum omnino non posse, & universalis Ecclesiæ statum Cæciliani insimulatione, de quo nihil reprehensibile po-

tuit approbari, non debere subverti, nec etiam eorum qui se à corpore Ecclesiæ separarunt lata adversùs eum præjudicare valuisse sententia, sicut nec à Maximianistis recenti tempore in absentem Primianum prolata damnatio eidem nocere prævaluit? Cui etiam illud ad correptionis causam non omni ex parte sufficiat tot judiciis patefacta Donato auctore schismatis comprobatio, Cæciliani persolutio atque purgatio, ultimaque sententia triumphabilis memoriæ Constantini, qua evidentiùs docetur expressa & Cæciliani innocentia & Donati sociorumque ejus calumniosa criminatio, Felicis quoque Aptugnensis ordinatoris ejus proconsularis sententiæ documentis ostensa purgatio? Vnde si hæc tam perspicua atque manifesta inveterato mederi nequeunt morbo, putris est vulneris sanies reprimenda; ut libertate præclusa, sibi tantùm nocere, quia hoc potiùs elegit, incipiat. Per hæc enim fiet ut velit aliquando sanari. Declaratæ igitur veritati detecta falsitas colla summittat. Vnde universos ordinis viros, dominos etiam fundorum, actores, conductores tam domus divinæ quàm etiam privatarum possessionum, senioresque omnium locorum, hujus edicti auctoritate commoneo quatenus memores legum, dignitatum, æstimationis salutisque propriæ, Donatistarum conventicula in omnibus civitatibus & locis prohibere contendant, ita ut Ecclesias quas eis humanitate mea absque imperiali præcepto usque ad diem sententiæ constat indultas catholicis tradere sine ulla dilatione festinent, ni malunt tot sanctionum laqueis inretiri: quas quidem, si unitati catholicæ consentire voluerint, eorum esse sat certum est. Majore autem causa atque sollertia post detectam modis omnibus unitatem superstitionemque convictam à proprii debent facinoris intentione depelli. Hi autem qui post vetita legum eorum se cœtibus miscuerint, indubitanter intelligant pœnam se imperiali arbitrio præstitutam ulteriùs vitare non posse, quos principe loco post agnitæ catholicæ reverentiam legis ad prophanos eorum cœtus communionemque redisse sat clarum est. Quod ut antè non fieret, patientiæ tantùm consideratione & spe correctionis aliqua parte ex parte distuleram. Hactenus igitur inimicos fidei Christianæ legibus insultasse sufficiat, maximè cùm eorum notas certum sit esse personas. Quid necesse est tot sanctionum, quoniam nulla emendatio subsecuta est, nexibus subdi? Ipsam verò catholicorum Episcoporum, etiam post victoriam veritatis, novetint Donatistæ manere sententiam; ut completis conlationibus quas eis & antè oblatas publica conscientia retinetur, & nunc offerri sine dubitatione sat certum est, sese suscipi posse cognoscánt. Superioris autem edicti fidem in omnibus certum est reservari. Vnde unusquisque Donati communionis Episcopus ad loca propria sine ulla debet inquietudine ac molestia remeare; quatenus in propriis constitutus, aut ad unam veramque Ecclesiam revertatur, aut satis legibus facere sine dissimulatione non differat. Hi autem qui in prædiis suis circumcellionum turbas se habere cognoscunt, sciant, nisi eorum insolentiam omnimodis comprimere & refrænare gestierint, maximè ea loca à fisco mox occupanda. Siquidem tam catholicæ legi quàm quieti publicæ, ut eorum conquiescat insania, in hac parte consulitur. Gestorum autem relectio qua profertur superiùs memoratum à Donatistis errorem schismatis extirisse, atque Cæcilianum & ceteros, quos improbè crediderant accusandos, fuisse purgatos, sanctitatem vestram plenissimè poterit edocere. [*Et alia manu.*] PROPONATUR. [Datum Carthagini] post consulatum Varanis v. c. VI. Kal. Iulii.

Explicit edictum.

Nomina Episcoporum catholicorum quæ recitata sunt in collatione.

A

Adeodatus Bazaritanus.
Adeodatus Belalitensis.
Adeodatus Bencennensis.
Adeodatus Satafensis.
Adeodatus Simidicensis.
Æmilianus Aggeritanus.
Æmilianus Bennefensis.
Æneas Turbunicensis.
Alypius Tagastensis.
Ambibius Pisitensis.
Ampelius Vagensis.
Annibonius Abbiritanus.
Antonius Carpitanus.
Antonius Mutugennensis.
Apronianus Mazacensis.
Aptus Tigiensis.
Argyrius Sitipensis.
Asmunius Tigualensis.
Aspidius Tacaratensis.
Asellicus Tusuritanus.
Asterius Vicensis.
Aufidius Tignicensis.
Augendus Villemagnensis.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

Auguſtinus Hipponenſium regiorum.
Avitus Lamaſuenſis.
Aurelius Carthaginenſis.
Aurelius Magomazienſis.
Aurelius Nummulitanus.
Auxilius Nurconenſis.

B

BArbarianus Crepeculenſis.
Barbarus Hierpinianenſis.
Baſilius Alnburitanus.
Benenatus Hoſpitenſis.
Benenatus Simittenſis.
Bonifacius Cataquenſis.
Bonifacius Cenenſis.
Bonifacius Vallitanus.

C

CAndorius Mullitanus.
Caſſianus Bamaccorenſis.
Catulinus Girtenſis.
Cericius Vculenſis.
Creſcentianus Arenenſis.
Creſconius Centenarienſis.
Creſconius Cuculitanus.
Creſconius Ruſucenſis.
Creſconius Temonianenſis.
Creſconius Titulitanus.
Creſconius Tubinenſis.
Creſconius Zaraitenſis.
Criſpulus Volitenſis.
Cultaſius Mataritanus.
Cyprianus Tuburbitanorum majorum.

D

DAtianus Legenſis.
Delphinus .....
Deuterius Cæſarienſis.
Dialogus Zamenſis.
Dominicus Bullenſium regiorum.
Donatianus Montenus.
Donatianus Teleptenſis.
Donatianus Zellenſis.
Donatus Amburenſis.
Donatus Buritanus.
Donatus Saienſis.
Donatus Tiſilitanus.
Dulcitius Tacapitanus.

E

EVangelus Aſſuritanus.
Eunomius Marazanenſis.

F

FAuſtinianus Ruſiccadenſis.
Fauſtinianus Tanfogadenſis.
Fauſtinus Silitanus.
Felicianus Cufrutenſis.
Felicianus Feraditan. minor.
Felix Abbirit. major.
Felix Aptugnitanus.
Felix Caniopiranorum.
Felix Ficenſis.
Felix Izirianenſis.
Felix Macrianenſis.
Felix Novenſis.
Felix Segermitenſis.
Felix Settetenſis.
Felix Tubienſis.
Felix Villategenſis.
Felix Viſicenſis
Ferox Macrinianenſis.
Fidentius Ceſalenſis.
Florentius Hipponenſium Diarrhytorum.
Fortunatianus Neapolitanus.
Fortunatianus Siccenſis.

Fortunatus Abenſenſis.
Fortunatus Capſenſis.
Fortunatus Caſenſis Calanenſis.
Fortunatus Conſtantinienſis.
Fortunatus Ruſuccuritanus.
Fortunatus Vndeſitanus.
Fructuoſus Abziritanus.
Fuſcinullus Elienſis.

G

GAllus Ticenſis.
Gennadius Membreſſitanus.
Germanus Gypſarienſis.
Geta Iubaltianenſis.
Gorgonius Liberalienſis.
Gratianus Metenſis.
Gregorius Tamallenſis.
Gududus Ancuſenſis.

H

HElpidius Aquenſis.
Hilarianus Hiltenſis.
Hilarus Boſeranus.
Honoratius Matharenſis.
Honoratus Abiddenſis.
Honorius Cellenſis.

I

IAnuarius Aptuenſis.
Ianuarius à Caſis Medianenſibus.
Ianuarius Cenculianenſis.
Ianuarius Giſipenſium major.
Ianuarius Tubulbacenſis.
Ianuarius Tunuſudenſis.
Innocentius Germanienſis.
Innocentius Lamiggigenſis.
Ioannes Gummitanus.
Iocundus Suſetulenſis.
Iſaac Vtinenſis.
Iulianus Taſfaltenſis.

L

LAmpadius Tiſeditanus.
Laodicius Clypienſis.
Laronius Tenitanus.
Leo Moptenſis.
Leontius Muſertitanus.
Licentius Zattarenſis.
Limenianus Tapturenſis.
Litorius Suavenſis.
Lucianus Guirenſis.
Lucianus Tuneienſis.
Lucidus Marcellianenſis & Bazitenſis.
Lucius Olivenſis.
Lucius Tagaratenſis.
Lucrus Nigrenſium major.

M

MAjorinus Zemtenſis.
Maius Amudarſenſis.
Malcus Maſculitanus.
Marcianus Idierenſis.
Marianus Ruſinianenſis.
Marianus Vtzipparenſis.
Marinus Taborenſis.
Maurentius Tuburſicenſis.
Maximianus Aquenſium regiorum.
Maximianus Turenſis.
Maximianus Zugabbaritanus.
Maximinus Enerenſis.
Maximinus Suffetanus.
Menſurius Medeſeſſitanus.
Milicus Tagamutenſis.
Montanus Auguritanus.

Collatio Carthag.

N

NAdos Sabtatensis.
Navigius Thusdritanus.
Niventius Tunugabensis.
Novatus Sitifensis.
Numidius Maxulitanus.

O

OCtavianus Ressianensis.
Octavianus Vci majoris.
Octavius Vtimmensis.
Optatus Vesceritanus.

P

PAlatinus Bosetensis.
Pannonius Puppitanus.
Pascasius Anguiensis.
Pascasius Tijucensis.
Paulinus Zurensis.
Paulus Vzittarensis.
Philoloetus Adrumetinus.
Placentinus Madaurensis.
Pompeianus Sucardensis.
Possidius Calamensis.
Posthumianus Tagorensis.
Potentius Bladiensis.
Primulus Tamagristensis.
Primulus Vagensis.
Priscus Quidiensis.
Privarianus Vegeselitanus.
Privatus Vsilensis.
Probantius Trosimanensis.
Proculus Giutsitanus.
Proculus Serrensis.
Publianus Bazaridiaccensis.
Publicius Gratianopolitanus.

Q

QVadratus Gegitensis.
Quodvultdeus Centuriensis.
Quodvultdeus Gtruitensis.

R

REginus Tigillabensis.
Reginus Vegeselitanus.
Reparatus Sufasaritanus.
Restitutianus Sululittensis.
Restitutus Cincaritensis.
Restitutus Muzucensis.
Restitutus Novasinnensis.
Restitutus Simingitensis.
Restitutus Tagorensis.
Rogatianus Tigimmensis.
Rogatus Gaguaritanus.
Romanus Leptiminensis.
Romanus Meglapolitanus.
Rufinianus Bonustensis.
Rufinianus Muzuensis.
Rufinus Drusilianensis.
Rusticianus Tabracensis.

S

SAbatius Turretamallumensis.
Sabinus Tuccensis.
Safargius Lampuensis.
Scyllacius Scilitanus.
Secundianus Hermianensis.
Secundus Magarmelitanus.
Secundus Rufpitensis.
Setenianus Miditensis.
Serotinus Turuzitanus.
Servus-Dei Tuburficuburensis.
Severianus Ceramunensis.
Severus Vtimari.
Severus Milevitanus.
Sextilius Assabensis.
Silvanus Carianensis.
Silvanus Macrianensis.
Silvanus Perdicensis.
Silvanus Summensis, sive Zummensis.
Solemnius Tigisitanus.
Sopater Tambalensis.
Speratus Ammederensis.
Squillacius. *Vide* Scyllacius.
Stephanus Simnuaritanus.

T

TErentius Seleucianensis.
Tertiolus Cillitanus.
Tertullianus Hirenensis.
Theasius Memblositanus.
Thomas Cubdensis.
Timianus Vtmensis.
Trifolius Aborensis.
Tutus Melzitanus.

V

VAlentinus Vaianensis.
Valerius Vrinsensis.
Venustus Turudensis.
Victor Abitinensis.
Victor Azurensis.
Victor Bahannensis.
Victor Bartanensis.
Victor Bartimisiensis.
Victor Cullitanus.
Victor Furnitanus.
Victor Iusitensis.
Victor Libertinensis.
Victor Malianensis.
Victor Mamillensis.
Victor Migirpensis.
Victor Tabaicariensis.
Victor Tibaritanus.
Victor Timicitensis.
Victor Trisipensis.
Victor Tuburbitanorum minorum.
Victor Vinensis.
Victor Vticensis.
Victor Vvazensis.
Victorianus Mustitanus.
Victorinus Larensis.
Victorinus Tabudensis.
Villaticus Sinnipsensis.
Vincentius Culusitanus.
Vincentius Feraditens. major.
Vrbanus Theodalensis.
Vrbicosus Eguilguilitanus.
Vrbicus Tevestinus.

Omnes sunt CCLXVI.

Verùm ex collatione prima cap. 214. *&* 215. *tum etiam ex Augustino in breviculo primæ diei cap.* 14. *constat fuisse* CCLXXXVI.

Desunt ergo nomina. Episcoporum catholicorum XX. Ex his tres puto me deprehendisse, nimirum Maximianum Bagaiensem suprà pag. 229. *Maximinum Sinitensem pag.* 248. *& Evodium Vzalensem pag.* 249.

Nomina Episcoporum Donatistarum quæ recitata sunt in collatione.

A

ADeodatus Milevitanus.
Æmilianus à Casis Medianensibus.
Æmilianus Verronensis.
Ampelius Neapolitanus.
Antonianus Drnensis.
Antonianus Lamsottensis.
Aptus Tusuritanus.
Argutus Tabudensis.
Augustalis Altiburitanus.

B

BEbianus Dusensis.
Bellicus Teleptensis.
Benenatus Casen. Bastalen.
Benenatus à Casis Silvanæ.
Benenatus Mesarfeltensis.
Bonifacius Vrugitanus.
Bonifacius Vtimmensis.
Burcaton Gemellensis.

C

CAlipodius Bazatitanus. *Non interfuit.*
Campanus Cincaritensis.
Candorius Aggeritanus.
Cattherus Lampuensis. *Non interfuit.*
Castus Cellensis.
Celer Capsensis.
Clarentius Tabracensis.
Colonicus Timistensis.
Comparator Mactaritanus.
Constantius Rusubiccariensis.
Crescens Icositanus.
Crescentianus Ammederensis.
Crescentianus Lambititensis.
Cresconius Advocatensis.
Cresconius Aquensis.
Cresconius Ausugabrensis.
Cresconius Baicsitanus.
Cresconius Banzatensis.
Cresconius Cæsariancnsis.
Cresconius Centutiensis.
Cresconius à Cibaliana.
Cresconius ab Horrea Aninicensi.
Cresconius Legensis.
Cresconius Musertitanus.
Cresconius Pudentianensis.
Cresconius Siguitensis.
Cresconius Silemsilensis.
Cresconius Sinitensis.
Cresconius Vndesitanus.
Crispinus Calamensis. *Non interfuit.*
Cyprianus à Siccenni. *Non interfuit.*

D

DAtianus Tamicensis.
Datianus Teleptensis.
Dativus Novapettensis.
Dativus Visensis.
Deuterius Gratianopolitanus.
Donatianus Bagaiensis.
Donatianus Capsensis.
Donatianus Carcabianensis.
Donatianus Lamxellensis.
Donatus Ancusensis.
Donatus Apissanensis.
Donatus Arensis.
Donatus Auzagerensis.
Donatus Bamaccorensis.
Donatus Botrianensis.
Donatus Bucconiensis.
Donatus Buzensis.
Donatus Celetinensis.
Donatus Cresimensis.
Donatus Cillitanus.
Donatus Madaurensis.
Donatus à Medianis Zabuniorum.
Donatus Merferebitanus.
Donatus Scilitanus.
Donatus Sicardensis. *Non interfuit.*
Donatus Tamascanimensis.
Donatus Tanudaiensis.
Donatus Tegulatensis.
Donatus Tigillavensis. *Non interfuit.*
Donatus Tisiditanus.
Donatus Tubursicuburensis.
Donatus Turensis. *Non interfuit.*
Donatus à Turre Rutunda.
Donatus Zicensis.

E

EMeritus Cæsariensis.
Eminentius .....:
Evasius Giebitanus

F

FAustinus Naraggaritanus.
Faustinus Nationensis.
Faustinus Tambalensis.
Felicianus Aquenovensis.
Felicianus Mustitanus. *Non interfuit.*
Felicianus Trisipensis.
Felicianus Viltensis.
Felicianus Vtinensis.
Felicissimus Obbensis.
Felix Boncarensis.
Felix Bosetensis.
Felix Bullensium regiorum.
Felix Garbensis. *Non interfuit.*
Felix Lambiensis. *Non interfuit.*
Felix Magarmelitanus.
Felix Manazenensis.
Felix Maxulitanus.
Felix Moptensis.
Felix Novasinnensis.
Felix Pisitensis. *Non interfuit.*
Felix Puziensis.
Felix Romanus.
Felix Tacapitanus. *Non interfuit.*
Felix Tagaraiensis.
Felix Telensis.
Felix Vozetensis.
Felix Vtmensis. *Non interfuit.*
Felix Vzalensis.
Felix Zummensis. *Non interfuit.*
Fidentius Cesalensis. *Non interfuit.*
Fidentius Cullitanus.
Fidentius Dianensis.
Fidentius Gypsariensis.
Flavianus Panzerensis.
Flavosus Cissitanus.
Florentinus à Tubusubtu.
Florentius Furnitanus.
Florinus Putixiensis.
Fortis Cediensis.
Fortunatianus Metensis.
Fortunatianus Senemsalensis.
Fortunatianus Vensanensis.
Fortunatus Vesceritanus.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

G

GAianus Tigualensis.
Gaudentius Nizigubitanus.
Gaudentius Tamogadensis.
Gaudentius Tigisitanus, *Non interfuit.*
Gaudentius Zertensis.
Gavinus Vegeselitanus.
Gedudus Vticensis.
Geminius Clypiensis.
Germanus Zugabbaritanus.
Gloriosus Migirpensis.

H

HAberdeus Aurusulianensis.
Habetdeus Marazanensis.
Hilarus Sullitanus.
Honoratus Adquesirensis.
Honoratus Iomnitensis.
Honoratus Larensis.
Honoratus Tusdritanus.
Honorius Vartanensis.

I

IAnuarianus Casensium Nigrensium.
Ianuarianus Vagensis.
Ianuarius Aptucensis.
Ianuarius Aquæalbensis.
Ianuarius Betagbarensis.
Ianuarius Centurionensis.
Ianuarius Horreæ Cælensis.
Ianuarius Lamasbensis.
Ianuarius Libertinensis.
Ianuarius Narensis.
Ianuarius Numidiensis.
Ianuarius Tuburficensis.
Ianuarius de Tuburfico Numidiarum.
Idaxius Muzucensis.
Innocentius Guzabetensis.
Iulianus Midlensis. *Non interfuit.*
Iulianus Tignicensis.
Iunianus Lamiggigensis.
Iunior Rusiccadiensis.
Iurata Turretamallumensis.
Iustus Formensis. *Non interfuit.*
Iustus Nicibensis.

L

LEontius Præfidiensis.
Leontius Rusticianensis.
Liberalis Mihdiensis.
Liberalis Nafairensis.
Liberantius Tisanianensis.
Lucianus Burugiarensis.
Lucius Tamallensis.
Lucius Zabensis.
Lucullus Hospirensis.

M

MAcrobius Hippon. regiorum.
Marcellus Mullitanus.
Marcianus..... *Non interfuit.*
Marcianus Assabensis.
Marcianus Cebarsussensis.
Marcianus Sirifensis.
Marcianus Tabaicariensis.
Marcianus Tabazagensis.
Marcus Midicensis.
Marintanus Oeensis.
Martialis Idicrensis.
Martialis Vatarbensis.
Martinianus Tibuzabetensis.
Martinus Siceefiranus.
Maximianus Bennefensis. *Non interfuit.*
Maximianus Hermianensis.
Maximianus Serteitensis.
Maximinus ....
Maximinus Tuburbitanor. minorum.
Maximinus Turreblandensis.
Maximinus Vzabrensis.
Maximus Abitinensis.
Maximus Canianensis.
Maximus Macrensis.
Megasius Tuccaborensis.
Mescianus Seleucianensis.
Miggin Edistianensis.
Miggin Vagalitanus.
Mœcopius Hierpinianensis. *Non interfuit.*
Montanus à Cemeriniano.
Montanus Zamensis.

N

NAtalicus Zellensis.
Nestorius Malianensis.

O

OPtatus Rusuccuritanus.
Optatus Timicirensis.

P

PAncrarius Badiensis.
Paschasius Dusitensis.
Paschasius Tigisitanus.
Paschasius Tuggensis.
Paschasius Turensis.
Paulus Siccensis.
Pelagius Vanarionensis.
Peregrinus Sufetanus.
Perseverantius Tebestinus.
Petilianus Constantiniensis.
Plutianus Mascilianensis.
Pomponius Macrianensis.
Possidius Sillitanus.
Primianus Carthaginensis.
Primulianus Lucimagnensis.
Primulianus Mandasumitanus.
Privatus Auzaggensis.
Privatus Tigualensis. *Non interfuit.*
Proficentius Macomazensis.
Protasius Tubiniensis.

Q

QVadratianus Sicilibbensis.
Quintasius Vaiensis.
Quintianus à Lacu dulce. *Non interfuit.*
Quintus Tagaratensis.
Quodvultdeus Cessitanus. *Non interfuit.*
Quodvultdeus Volitanus.

R

REcargentius Lamiggigensis.
Reparatus Aquensis.
Reparatus Vindensis.
Restitutus Drusilianensis.
Restitutus Flumenpiscensis.
Restitutus Laritensis.
Restitutus Membressitanus.
Restitutus Segermitensis.
Restitutus Vallitanus. *Non interfuit.*
Rogatianus Idassensis.
Rogatianus Vico-Ateriensis.
Rogatianus Villemagnensis.
Rogatus Perdicensis.
Rogatus Zaraitensis.
Romanus Lesuitensis.
Rufinus Labdensis.
Rufinus Tuburbitanor. major.
Rusticianus Mataritanus. *Non interfuit.*

S

SAlvianus Leptitanus.
Salustius Magomaziensis.
Salustius Zertensis.

Sarmentius Ternamosensis.
Saturninus Gazabianensis.
Saturninus Tamagristensis.
Saturninus Victorianensis.
Saturnus Siteosis.
Saturus Bizaciensis.
Saturus Izirianensis.
Secundinus Iucundianensis.
Secundinus Vvazensis.
Secundus Arensis.
Securus Tenitensis.
Serenianus Mammillensis.
Servandus à Casis Favensibus.
Servatus Amborensis.
Severinus Castellanus.
Simplicius Tibilitanus.
Speratus Cataquensis.
Splendonius Mutugennensis.

T

Tertullus Cilibiensis.
Titianus Sufetulensis.
Turrasius Fissanensis.

V

Valentinianus Iuncensis.
Veratianus Carpitanus.
Verianus Turrealbensis.
Verissimus Tacaratensis.
Victor Curubitanus.
Victor Dionysianensis. *Non interfuit.*
Victor Equizetensis.
Victor Gatianensis.
Victor Gibbensis.
Victor Hiltensis.
Victor Hippon. Diarthytorum.
Victor Liberaliensis. *Non interfuit.*
Victor Oriensis.
Victor Rotariensis.
Victor Taborensis.
Victor Titulitanus.
Victor Villaregensis.
Victorianus Abissensis.
Victorianus Puppitanus.
Victorianus Tibaritanus.
Victorianus Tigimmensis.
Victorianus Tunusudensis.
Victorianus Vci majoris.
Victorinianus Aquensis.
Victorinus Adrumetinus.
Victorinos Leptiminensis.
Victorinus Sesendetensis. *Non interfuit.*
Vindemius Cenensis.
Vitalis Masculitanus.
Vitalis Verensis.
Vrbanus Satafensis.
Vrbanus Talensis.
Vrbanus Vicensis.

Omnes sunt CCCXIII.

Sed ex collatione prima cap. 213. *& ex Augustino in breviculo primæ diei cap.* 14. *& lib. ad Donatistas post collationem cap.* 24. *constat* CCLXXIX. *tantùm fuisse.*

Itaque qui super numerum sunt, ii neque Carthaginem venere, neque mandaverunt; sed data occasione nominati sunt quum ceterorum nomina recitarentur.

Nomina Episcoporum utriusque partis qui electi sunt pro collatione facienda, sive qui collationem susceperunt.

ACTORES.

CATHOLICI.

Aurelius Carthaginensis.
Alypius Tagastensis.
Augustinus Hipporegiensis.
Vincentius Culusitanus.
Fortunatus Constantiniensis.
Fortunatianus Siccensis.
Possidius Calamensis.

DONATISTÆ.

Primianus Carthaginensis.
Petilianus Constantiniensis.
Emeritus Cæsareæ Mauritaniæ.
Protasius Tubiniensis.
Montanus Zamensis.
Gaudentius Thamogadensis.
Adeodatus Milevitanus.

CONSILIARII.

Novatus Sitifensis.
Florentius Hippon. Diarrhytor.
Maurentius Tuburficensis.
Priscus Quidiensis.
Serenianus Miditensis.
Bonifacius Cataquensis.
Seyllacius Seillitanos.
Peregrinus Sufetanus.
Aptus Tusuritanus.
Clarentius Tabracensis.
Habetdeus Aurusulianensis.
. . . .
. . . .
. . . .

CVSTODES CHARTARVM.

Deuterius Cæsareæ Mauritaniæ.
Leo Moptensis.
Asterius Vicensis.
Restitutus Tagorensis.
Victor Hippon. Diarrhytor.
Marinianus Oeensis.
Veratianus Carpitanus.
Victor . . . .

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

SERMO SANCTI AVGVSTINI EPISCOPI Hipponensis post collationem, de lite & concordia cum Donatistis.

De eo quod scriptum est in Ecclesiastico, *Concordia fratrum & amor proximorum &c.*

Editio Sirmondi collata cum veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ.

PRima lectio divinorum eloquiorum de libro qui appellatur Ecclesiasticus commendavit nobis tria quædam excellentia & consideratione dignissima, concordiam fratrum, & amorem proximorum, & virum ac mulierem sibi consentientes. Bona hæc sunt planè, jocunda, & laudabilia in rebus humanis, sed in divinis rebus multò potentiora. Quis est enim qui non congaudeat concordibus fratribus? Et, quod dolendum est, in rebus humanis tam magna res rara est res. Ab omnibus laudatur, à paucissimis custoditur. Beati qui in se ipsis amplectuntur quod etiam in aliis laudare coguntur. Nulli fratres non laudant concordantes fratres. Et unde fratres concordes esse difficile est? Quia litigant de terra, quia volunt esse terra. Audivit enim ab initio peccator homo: *Terra es, & in terram ibis.* Vnde discutiamus & perscrutemur vocem quam justus debet audire à contrario. Si enim rectè dictum est peccatori, *Terra es, & in terram ibis*, rectè dicitur justo: *Cælum es, & in cælum ibis.* Aut non sunt isti cœli, cùm de evangelistis apertissimè dictum sit: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Nam quidem quia de ipsis dictum sit consequentia satis edocent. *Et opera*, inquit, *manuum ejus annuntiat firmamentum.* Quos dixit cœlos, ipsos dixit firmamentum. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Quæris quorum, & non invenies nisi cœlorum. Dictum ergo de Apostolis, dictum de annuntiatoribus veritatis. Vnde sequitur: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Quando in eos venit Spiritus sanctus, & cœpit Deus habitare cœlum, quod fecit de terra, locuti sunt, implente & donante Spiritu sancto, linguis omnium gentium. Inde dictum: *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Et quia inde missi sunt ad prædicationem evangelii per omnes gentes, in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quorum? cœlorum. Quibus rectè dicitur: *Cælum es, & in cælum ibis.* sicut rectè peccatori: *Terra es, & in terram ibis.* Fratres ergo si volunt esse concordes, non ament terram; sed si volunt non amare terram, non sint terra. Quærant possessionem quæ dividi non potest, & semper concordes erunt. Vnde inter fratres discordia, unde perturbatio pietatis, unde unus uterus, & non unus animus, nisi dum curvatur anima eorum, & partem suam quisque respicit, & parti suæ opimandæ & exaggerandæ operam impendit, & in possessione sua vult habere unitatem qui cum fratre suo possidet divisionem? Bona est ista possessio. Cujus est? Nostra est magna possessio. Sic dici solet. Tota tua est, frater; non habeo hic consortem; sed si vult Deus, vendet mihi partem suam. Adulator respondet: * Faciat Deus. Quid faciat Deus? Vt opprimatur vicinus & partem suam vendat vicino? Faciat Deus. Bene cogitas. Compleat tibi Deus, quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Quid tam iniquum quàm velle ditescere alterius paupertate? Et tamen abundat hoc. Qui iniqua gerit, benedicitur. Et fortè prævaluit, & fortè pressit & oppressit, torsit & extorsit, non quemcunque consortem, sed forsitan fratrem. Melius est ut ego emam quàm extraneus. Et ille facilè oppressus, si est justus, habet consolationem. Audiat scripturam quam modò audivit. Ille laborat inopia, frater ejus plenus est copia; sed plenus est terra, & inanis justitiæ. Advertat terra quid audiat ille pauper. *Noli timere cùm dives factus fuerit homo, neque cùm multiplicata fuerit gloria domus ejus; quoniam non cùm morietur accipiet ea.* Tene tu pauper quod non dimittas moriens. Tene justitiam. Non te pœniteat. Contristaris quia in terra pauper es tu? Pauper hic fuit qui creavit terram. Consolatur te Dominus Deus tuus, consolatur te creator tuus, consolatur te redemptor tuus, consolatur te non avarus frater tuus. Dignatus est enim esse frater noster, ille dominus noster solus frater sine dubitatione fidissimus, cum quo concordia possidenda est. Dixi eum non avarum, & fortè invenio avarum. Avarus est; sed nos vult habere, nos vult acquirere. Pro nobis tantùm pretium dedit ipsum se. Nihil ad hoc pretium addi potest. Dedit pretium se ipsum, & factus est redemptor noster. Non enim sic se dedit pretium ut nos dimitteret inimicus & ipsum possideret. Dedit se morti, occidens mortem. Morte quippe sua mortem occidit, non morte occisus est; & occisa morte liberavit nos à morte. Vivebat enim morientibus nobis mors, & moritur viventibus nobis, quando eis dicetur: *Vbi est mors contentio tua?* Talis ergo frater interpellatus est à quodam fratre contra fratrem, inter quos non erat concordia propter terram. Et ait illi: *Domine, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem. Totam tulit, mihi partem meam non vult dare. Contemnit me; audiat vel te.* Quid pertinebat ad dominum? Sicut cogitavimus nos humiles humillima, reptantes in terra, constituti in hac vita, & neminem volentes contristari, & plerunque inde graviùs contristantes, quid diceremus? Veni frater, redde fratri tuo partem suam. Non hoc dixit dominus. Et quid illo justius? Quis talem judicem inveniat, quem interpellet contra avaritiam fratris sui? Nonne gaudebat ille homo tandem se invenisse magnum solatium. Magnum quoque adjutorium sine dubitatione sperabat, dicens tanto judici: *Domine, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem.* At ille quid dicit? *O homo, quis me constituit divisorem hereditatis inter vos?* Repulit dominus, non dedit quod petebatur, non concessit gratuitum beneficium, quod magnum erat. Quid inde perdebat? Quid in eo beneficio saltem laborabat? Non dedit. Vbi est: *Omni petenti te da?* Non hoc egit ille qui nobis vivendi præbuit exemplum. Quomodo nos id facturi sumus, aut quomodo dabimus quod impendimus, si non damus beneficium

* Codex Colbertinus habet ubique Faciet.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

beneficium ubi nihil impendimus, ubi nihil erogamus, ubi nihil amittimus? Non dedit Dominus hoc, nec tamen nihil dedit. Minus negavit, ſed quod plus eſt donavit. Dixit manifeſtè, dixit, *Omni petenti te da.* Quid ſi aliquis petat à te, non dico quod inutile eſt dare, ſed quod turpe eſt dare? Quid ſi petat mulier aliqua quod petiit mulier à Ioſeph? Quid ſi petat vir aliquis quod falſi ſeniores à Suſanna petierunt? Etiam hic ſequenda eſt illa tamquam generalis ſententia: *Omni petenti te da*? Abſit. Faciemus ergo hic contra præceptum Domini? Immo faciamus ſecundùm præceptum Domini, & mala petentibus non demus, nec contra illam ſententiam faciemus. Dictum eſt enim: *Omni petenti te da.* Non eſt dictum: *Omnia petenti te da.* Omni petenti da, prorsùs da; etſi non quod petitur, tu tamen aliquid da. Malum petit, tu bonum da. Fecit hoc Ioſeph. Non dedit quod petebat mulier impudica, & dedit tamen quod audire deberet, ne eſſet impudica exemplo ſuo; & ipſe non incidit in foveam libidinis, & dedit conſilium caſtitatis. Hoc enim reſpondit: Abſit à me ne hoc faciam domino meo, ne polluam thorum ejus qui credidit mihi omnia in domo ſua. Si ſervus * ære emptus hanc fidem ſervavit domino, qualem debet conjux ſervare marito? Hoc erat admonere. Ego ſervus non hoc facio domino meo. Tu, conjunx, debes hoc facere marito tuo? Dedit & Suſanna, nec dimiſit eos inanes, ſi impleri vellent conſilio pudicitiæ. Non ſolùm enim non conſenſit, ſed & non tacuit. Quare non conſenſit? Si conſentio, inquit, vobis, pereo Deo. Si non conſentio, non effugio manus veſtras. Melius autem eſt in manus veſtras incidere quàm Deo perire. Quid eſt autem, melius eſt in manus veſtras incidere quàm Deo perire? Vos Deo periſtis, qui talia quæritis. Ergo hanc regulam tenete. Date quando petimini, etſi non hoc quod petimini. hoc fecit Dominus. Petebat ille. Quid? Diviſionem hereditatis. Dedit Dominus. Quid? peremptionem cupiditatis. Quid petebat? Quid accepit? *Dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem. Dic, homo, quis me conſtituit diviſorem hereditatis inter vos?* Ego autem dico vobis. Quid? *Cavete ab omni cupiditate.* Numquid petitorem inanem dimiſit, & non potiùs veritate implevit, ſi ille impleri vellet ab eo qui ait: *Cavete ab omni cupiditate.* Et dico, quare? Fortè enim dimidium hereditatis ad hoc petis ut diteſcas? Audi. Hominis cujuſdam divitis ſucceſſit regio, ſucceſſus magnos habuit, & multis fructibus fœcundata eſt; & cogitavit apud ſe dicens: Quid faciam, quò congregem fructus meos? Et diligenter cogitans, inveni, inquit, quid faciam; deſtruam veteres apothecas, faciam novas, implebo eas, majores enim faciam quàm erant veteres; & dicam animæ meæ: Habes multa bona, ſatiare, jocundare. Ait illi Deus. Stulte, quia valde videris eſſe cordatus. Noſti enim deſtruere vetera & ædificare nova, & tu in vetuſtate ruinæ remanſiſti, qui vetera in te ipſo deſtruere debuiſti, ut jam terrena non ſaperes. Stulte, quid dixiſti? Animæ tuæ dixiſti: Iocundare, habes multa bona. Hac nocte repetetur anima tua, cui talia promiſiſti. Quæ promiſiſti, cujus erunt? Noli ergo timere cùm dives factus fuerit homo; quia non cùm morietur accipiet ea. Ecce quale conſilium Dominus fratribus dedit diſſidentibus, quòd concordes eſſent, ut carerent cupiditate, & continuò implerentur veritate. Inveniamus ergo talem hereditatem. Quandiu loquimur de concordia terrenorum fratrum, quæ rara eſt, quæ ſuſpecta eſt, quæ difficilis eſt, loquamur de illa fratrum concordia quæ vera eſſe debet & poteſt. Fratres, ſicut Chriſtiani omnes, fratres ſint, fideles omnes; fratres ſint nati ex Deo & ex viſceribus matris Eccleſiæ per ſpiritum ſanctum. Fratres ſint, habeant & ipſi hereditatem tenendam, non dividendam. Hereditas eorum Deus ipſe eſt. Cujus ſunt & ipſi hereditas, ipſe eſt viciſſim eorum hereditas. Quomodo ſunt ipſi ejus hereditas? *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Quomodo & ille eſt ipſorum hereditas? *Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei.* In hac hereditate concordia cuſtoditur: pro hac hereditate non litigatur. Alia hereditas litigando acquiritur, iſta litigando amittitur. Nolentes homines perdere hanc hereditatem, vitant litigare; & quando fortè videntur litigare, non litigant, ſed videntur litigare; aut fortè putantur litigare cùm volunt fratribus conſulere. Videte quàm conſors ſit eorum litigatio, quàm pacifica, quàm benigna, quàm juſta, quàm fidelis. Nam & nos litigare videmur cum Donatiſtis, ſed non litigamus. Ille enim litigat qui adverſario ſuo malè vult; ille litigat qui adverſarium ſuum vult detrimentum pati, & augmentum, illi aliquid decedere, ſibi accedere. Non ſic ſumus nos, ſcitis & vos, ſcitis qui * extra unitatem litigatis. Scitis & vos qui ex diviſione acquiſiti eſtis. Scitis quia lis iſta non eſt talis lis, quia non eſt malivola, quia non tendit in detrimentum adverſarii, ſed magis in lucrum. Volebamus enim eos cum quibus litigare videbamur vel adhuc videmur acquirere nobiſcum, non perdere, ut nos acquiramus. Denique alia vox noſtra eſt quàm fuit fratris illius qui interpellavit Chriſtum in terra ambulantem. Nam & nos interpellamus eum in hac cauſa in cælo ſedentem, & non dicimus: *Domine, dic fratri meo dividat mecum hereditatem*; ſed: Dic fratri meo ut teneat mecum hereditatem. Quomodo hoc volumus, etiam publica geſta teſtantur. Quomodo hoc voluerimus, judices ſunt non tantùm ſermones, ſed litteræ noſtræ datæ ad illos. Epiſcopatum amatis? Nobiſcum habete. Nos in vobis nihil odimus, nihil deteſtamur, nihil execramur, nihil anathemamus, niſi humanum errorem. Humanum, diximus, deteſtamur errorem, non divinam veritatem. Si quid Dei habetis, agnoſcimus: quod veſtrum improbum habetis, corrigimus. Signum domini mei, ſignum Imperatoris mei, characterem Regis mei in deſertore agnoſco; quæro, invenio, accedo, moneo, apprehendo, duco; corrigo deſertorem, non violo characterem. Si quis advertat, ſi quis attendat, hoc non eſt litigare, ſed amare. Diximus poſſe in una Eccleſia pacis cauſa eſſe fratres concordes. Specioſa enim res eſt concordia fratrum. Non poſſe enim duos Epiſcopos eſſe. Diximus ut * ambo ſedeant in una ſimplici baſilica, ille in cathedra, ille ut peregrinus; ille in cathedra Chriſtiana, ille in hæretica quaſi collega juxta ſedeat. Rurſus ille in congregatione fraterna præſideat, viciſſim ille in ſua. Pœnitentiam prædicatam eſſe in remiſſionem peccatorum per omnes gentes ab Apoſtolis incipientibus ab Hieruſalem diximus. Quid reſpondetis huic Eccleſiæ quæ eſt per omnes gentes ab Apoſtolis incipientibus ab Hieruſalem ædificata? Ponamus omnino quòd malam habuerit cauſam Cæcilianus. Vnus homo malam cauſam habens, duo homines, quinque, decem præjudicabunt tot millibus fidelium toto orbe terrarum multiplici

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

* Cod. Colbert. heri.

* Cod. Colbert. ex unitate litigaſtis

* Cod. Colbert. alterni

Collat. 3. cap. 230.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

fœcunditate diffusorum? Diximus ista. Credidit Abraham, & promissæ sunt ei omnes gentes. Peccavit Cæcilianus, & perierunt omnes gentes, ut plus valeat quod iniquitas commisit quam quod veritas promisit? Dicta sunt hæc, leguntur. Omnino contra exempla divina, contra testimonia quæ asserunt Ecclesiam toto terrarum orbe diffundi, cujus Ecclesiæ in nomine Domini tenemus unitatem, nihil illi respondere potuerunt. Salva ergo causa Ecclesiæ, confirmata & incommutabiliter fixa ac stabilita, tamquam super fundamentum petræ, quam portæ inferorum non vincant. Hac ergo salva, venimus & ad causam Cæciliani, jam securi, quicquid ille inveniretur admisisse. Fortè enim, si, ut homo, inveniretur in aliqua culpa, nos litigaturi eramus, ut propter culpam unius hominis damnandi aut rebaptizandi judicaremur? Et diximus: Salva causa Ecclesiæ, cui nihil præjudicat peccatum Cæciliani, nec justitia Cæciliani coronat Ecclesiam, nec culpa Cæciliani damnat Ecclesiam. Videamus & ipsius

Collat. 3. cap. 233. 235.

causam qualis sit. Suscepimus eam discutiendam, sed tamquam fratris, non tamquam patris aut matris. Pater nobis Deus est, mater nobis Ecclesia est. Cæcilianus frater fuit, aut frater est; si bonus, bonus frater; si malus, malus frater; tamen frater. Si invenerimus eum innocentem, jam vos ubi eritis, qui & in ipsa humana calumnia defecistis? Si autem inventus fuerit nocens, si inventus fuerit reus, nec sic victi sumus, quia unitatem Ecclesiæ, quæ invicta est, obtinemus. Inventus sit prorsus reus; hominem anathemo, Christi Ecclesiam non desero. Hoc fecimus, di-

* Collat. 3. cap. 230.

ximus; deinceps eum ad * altare inter Episcopos, quos fideles & innocentes credimus, non recitabimus. Hoc solum fecimus. Numquid propter Cæcilianum rebaptizaturi estis orbem terrarum? Hac securitate constituta & firmata, cœpit dis-

Ibid. cap. 316.

cuti causa Cæciliani. Inventus est innocens, inventus est à calumniantibus appetitus. [a] Semel absens damnatus, præsens ter absolutus; damnatus à factione, absolutus ab ecclesiastica veritate. Lecta sunt hæc, probata sunt hæc. Quæsitum utrum haberent quod contradicerent. Consumptis omnibus tergiversationibus calumniarum suarum, at ubi nihil proferre contra evidentissima documenta nec contra ipsius innocentiam Cæciliani potuerunt, prolata sententia est adversùs eos. Et tamen ipsi dicunt: Vicimus. Vincant, sed se, ut possideat eos Christus. Vincat eos qui redemit eos, & tum de multis gaudemus. Multi illorum fructuosè victi sunt, quia nec victi sunt. Error humanus victus est, homo salvatus est. Nam me-

* Negatio deest in cod. Colberti.

dicus * non contendit cùm ægroto. & si ægrotus facit cum medico, vincitur febris, & sanatur ægrotus. Nam hoc intendit medicus, vincere; hoc intendit & febris, vincere. Positus est quasi in medio ægrotus. si vicerit medicus, salvus erit ægrotus. si vicerit febris, morietur ægrotus. In contentione ergo nostra contendebat medicus pro salute, pro febre contendebat ægrotus. Qui animadverterunt medici consilium, vicerunt, febrem superaverunt. Habemus eos sanos & gaudentes nobiscum in Ecclesia. Blasphemabant nos antea, quia fratres nos non agnoscebant. Febris enim mentem turbaverat. Nos tamen illos & detestantes nos & sævientes in nos amabamus, & sævientibus illis serviebamus, tetistebamus, contendebamus, & quasi litigabamus, & tamen amabamus. Molesti enim sunt omnes qui talibus languentibus serviunt, sed ad salutem molesti sunt. Invenimus autem homines aliquando pigros dicentes: Verum est, Domine, verum est, non est quod dicere. Quid ergo? Veni, age, pater meus ibi est mortuus, mater mea ibi est sepulta. Mortuam nominasti & sepultam. Vivis, adhuc est cum quo loqui. Parentes tui Christiani, fuerant in parte Donati; parentes eorum, fortè & ipsi Christiani, aut proavi, certè pagani. Qui ergo primo facti sunt Christiani, cum extulissent parentes suos paganos, numquid contra veritatem frigidi fuerunt, numquid authoritatem mortuorum parentum secuti sunt, & non potiùs mortuis parentibus vivum Christum prætulerunt? Si ergo hic vera unitas est extra quam necesse est in æternum moriaris quare mortuos parentes tuos sequi vis mortuos tibi & Deo? Quid dicis? Responde. Verum dicis, non est quid dicere. Quid vis faciam? Consuetudo nescio quæ tenet sibi homines tales. Lethargici sunt. Contrario marbo laborant. Dormiendo morituri sunt. Alii phrenetici sunt, molesti sunt, Nam etsi moriturus est lethargicus, vel servienti sibi non est molestus. Phrenetici molesti sunt, qui mentem perdiderunt; & insani atque furiosi, armati vagantur hac atque illac, quærentes quos occidant, quos excæcent. Nova enim nobis nun-

Vide Augustin. ep. 10.

tiata sunt; cuidam Presbytero nostro linguam exsecuerunt. Isti phrenetici sunt. Exercenda est caritas amanti. Ex ipsis multi correcti fleverunt; multi correcti, nos novimus, ad nos venerunt de numero ipsorum furiosorum. Flent quotidie, nec satiantur lacrymis, præterita sua, attendentes eorum furorem qui non digesta ebrietate vanitatis adhuc sæviunt. Ergo quid facimus? Talibus servire caritas cogit. Non molesti sumus utrique generi, & lethargico eum excitando, & phrenetico ligando; ambos tamen amamus. Bona res concordia fratrum; sed videte ubi. In Christo Christianorum, & amore proximorum. Quid si adhuc nondum est frater in Christo? Quia homo proximus est, ames & ipsum, ut lucreris & ipsum. Si ergo concordes cum fratre Christiano, ames autem proximum, etiam cum quo modo concordia non est, quia nondum in Christo frater est, quia nondum in Christo renatus est, nondum Christi sacramenta novit, paganus est, Iudæus est, est tamen proximus, quia homo est. Si amas & ipsum, accessisti & ad aliam dilectionem alio dono; & sic sunt in te duo, concordia fratrum, & amor proximorum. Fx iis omnibus concordiam tenentibus cum fratribus & amantibus proximum constat Ecclesia devota Christo & subdita viro, ut fiat tertium vir & mulier sibi consentientes. [b] Vnde admonemus caritatem vestram & vos exhortamur in Domino, præsenria contemnatis, fratres mei, quæ non vobiscum moriendo portatis; caveatis peccata, caveatis iniquitates, caveatis seculares cupiditates. Tunc enim est fructus vester in vobis integer, & merces nostra apud Dominum plena gaudiorum. Nam etsi dicimus quod dicendum est,

[a] SEMEL ABSENS] nimirum in Concilio Carthaginensi Donatistarum anno CCCXI. de quo nos suprà Purgatus postea fuit Romæ anno CCCXIII. in Concilio cui Melchiades Papa præfuit. Verùm cùm nihilominus adversarii ejus iterum pro hac causa adissent Constantinum Imp. missis quibusdam è suo numero qui Cæcilianum dicerent indignum esse sacerdotio, Imperator Episcopos convenire pro hac causa jussit apud Arelatem anno CCCXIV. ubi rursum absolutus est Cæcilianus. Et [illegible] nec sic conquiescerent, tertiò absolutus est à Constantino apud Mediolanum anno CCCXV.

[b] VNDE] Hunc locum citat Beda in caput tertium epistolæ primæ D. Pauli ad Thessalonicenses.

ANNO CHRISTI 411.

COLLATIO CARTHAG.

etsi prædicamus quod prædicandum est, & solvimus nos apud Dominum in conspectu Domini, quia non tacuimus quod timemus, non tacuimus quod amamus, ut super quem venerit gladius vindictæ dominicæ, quid speculatori imputet non inveniat, tamen nolumus mercedem nostram securam esse vobis perditis, sed vobis inventis. Nam & apostolus Paulus securus erat de mercede sua; & tamen quid ait populo? *Nunc vivimus, si vos statis in Domino.* Loquor vobis & caritati vestræ secundùm jussionem Domini, patres & fratres. Loquor etiam pro fratre meo Episcopo vestro, cujus gaudium esse debetis, obediendo Domino Deo nostro. Certè in nomine Dei facta est vobis hæc Ecclesia per opera ipsius; per fidelium fratrum collationes beneficas, misericordes, devotas facta est vobis hæc Ecclesia; sed vos magis estis Ecclesia. Facta est vobis quò corpora vestra intrent; sed mentes vestræ debent esse quò Deus intret. Honorastis Episcopum vestrum, ut hanc [a] basilicam Florentiam vocare velletis; sed florentia ejus vos estis. Nam sic dicit Apostolus: *Gaudium & corona mea vos estis in Domino.* Quicquid est in seculo vanescit, transit. Vita ista quid est nisi quod psalmus dixit: *Manè sicut herba transiet; manè floriet; & præteriet; vespere decidet, durescit & arescit.* Hoc est omnis caro. Ideo Christus, ideo nova vita, ideo spes æterna, ideo consolatio immortalitatis promissa, & in Dei carne jam reddita. A nobis enim assumpta est illa caro quæ jam immortalis est, & in nobis quod in se implevit ostendit. propter nos enim carnem habuit. nam propter se in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quære carnem & sanguinem. Vbi? In verbo. quia vere nobis compati voluit, & nos redimere; induit formam servi, & descendit qui hic erat, ut appareret qui non aberat; & voluit fieri homo qui fecit hominem creari de matre, qui creavit matrem: ascendit usque in crucem, mortuus est, & ostendit nobis quòd noveramus, & nasci & mori. Implevit in se humilia, & vetera nostra usitata & nota. Nasci & mori noveramus, resurgere & in æternum vivere non noveramus. Duo ergo nostra vetera humilis assumpsit; duo alia magna & nova excelsus implevit. Resuscitavit carnem, levavit in cælum carnem, sedet ad dexteram patris. Caput nostrum esse voluit, caput pro membris clamavit; qui & cùm hic esset dixit: *Pater, volo ut ubi ego sum, ibi sint & isti mecum.* Speremus hoc & de carne nostra resuscitationem, commutationem, incorruptionem, immortalitatem, in æternum mansionem, & agamus ut perveniamus. Hæc erit florentia, vera florentia.

[a] BASILICAM FLORENTIAM] Sirmondus hoc loco rectè conjicit eam sic dictam de nomine Florentii Episcopi, quem suspicatur eum esse qui tempore istius collationis Carthaginensis tenebat Ecclesiam Hipponensium diarrytorum. At Nicolaus Faber in præfatione ad fragmenta Hilarii putat eam ab Aurelio Carthaginensi Episcopo constructam, qui & Florens dicebatur, ac in ejus gratiam Florentiam fuisse cognominatam.

CONSTITVTIONES HONORII IMP. ADVERSVS Donatistas, datæ post collationem Carthaginensem.

Impp. Honorius & Theodosius Augusti Seleuco Præfecto prætoris.

L. 52. Cod. Theodos. de hæret.

CAssatis quæ pragmatici vel adnotatione manus nostræ potuerint impetrari, & manentibus his quæ etiam dudum super hoc definita sunt, & veterum Principum sanctione servata, nisi ex die prolatæ legis omnes Donatistæ tam sacerdotes quàm clerici laicique catholicis ea qua sacrilegè descivere reddiderint, tunc inlustres singillatim pœnæ nomine fisco nostro auri pondo quinquaginta cogantur inferre, spectabiles auri pondo quadraginta, senatores auri pondo triginta, clarissimi auri pondo viginti, sacerdotales auri pondo triginta, principales auri pondo viginti, decuriones auri pondo quinque, negotiatores auri pondo quinque, plebei auri pondo quinque, circumcelliones argenti pondo decem. Qui nisi à conductoribus sub quibus commanent vel procuratoribus executori exigendi fuerint præsentati, ipsi teneantur ad pœnam, ita ut ne domus nostræ homines ab hujuscemodi censura habeantur immunes. Vxores quoque eorum maritalis segregatim multa constringat. Eos enim quos nequaquam inlata damna correxerint, facultatum omnium publicatio subsequetur. Servos etiam dominorum admonitio vel colonos verberum crebrior ictus à prava religione revocabit; ni malunt ipsi ad prædicta dispendia, etiamsi sunt catholici, retineri. Clerici verò ministrique eorum ac perniciosissimi sacerdotales ablati de Africano solo, quod ritu sacrilego polluerunt, in exilium viritim ad singulas quasque regiones sub idonea prosecutione mittantur; Ecclesiis eorum vel conventiculis prædiisque, si qua in eorum Ecclesias hæreticorum largitas prava contulit, proprietati potestatique catholicæ, sicut jamdudum statuimus, vindicatis. Data III. Kal. Februarii Ravennæ, Honorio IX. & Theodosio V. A A. Conss.

An. Chr. 412.

Iidem Augusti Iuliano Proconsuli Africæ.

Ibid. l. 54. Vide Possid. in vita S. August. ni cap. 13.

Donatistas atque hæreticos, quos patientia clementiæ nostræ nunc usque servavit, competenti constituimus auctoritate percelli; quatenus evidenti præceptione se agnoscant & intestabiles & nullam potestatem alicujus ineundi habere, sed perpetua onustos infamia, à cœtibus honestis & à conventu publico segregandos. Ea verò loca

Anno Christi 411. Anno Christi 411.

Collatio Carthag. Collatio Carthag.

in quibus dira superstitio nunc usque servata est catholicæ venerabili Ecclesiæ socientur; ita ut Episcopi, Presbyteri, omnesque antistites eorum & ministri spoliati omnibus facultatibus, ad singulas quasque insulas atque provincias exulandi gratia dirigantur. Quisquis autem hos fugientes propositam ultionem occultandi causa susceperit, sciat & patrimonium suum fisci nostri compendiis aggregandum, & se pœnam quæ his proposita est subiturum. Damna quoque patrimonii pœnasque pecuniarias evidenter imponimus viris, mulieribus, personis singulis & dignitatibus pro qualitate sui quæ debeant inrogari. Igitur Proconsulari aut Vicariano vel comitivæ primi ordinis quisque fuerit honore succinctus, nisi ad observantiam catholicam mentem propositumque converterit, ducentas argenti libras cogetur exsolvere fisci nostri utilitatibus adgregandas. Ac ne id solum putetur ad resecandam intentionem posse sufficere, quotienscunque ad communionem talem accessisse fuerit confutatus, totiens multam exigatur; & si quinquies eundem constiterit nec damnis ab errore revocari, tunc ad nostram clementiam referatur, ut de solida ejus substantia ac de statu acerbiùs judicemus. Hujusmodi autem conditionibus etiam honoratos reliquos obligamus; scilicet ut senator qui nullo munitus extrinsecus privilegio dignitatis, inventus in grege Donatistarum, centum libras solvat argenti, sacerdotales eandem summam cogantur exsolvere, decem primi curiales quinquaginta libras argenti addicantur, reliqui decuriones decem solvant libras argenti, quicunque in hæresi maluerint permanere. Conductores autem domus nostræ, si hæc in prædiis venerabilis substantiæ uti permiserint, tantam pensionem pœnæ nomine cogantur inferre quantum in conductione pensitare consuerunt. Eadem quoque emphyteuticarios auctoritas sacræ definitionis adstringet. Conductores verò privatorum si permiserint in hisdem prædiis conventicula haberi, vel eorum patientia sacrum mysterium fuerit inquinatum, referetur per judices ad scientiam dominorum; quorum intererit, si pœnam volunt sacræ jussionis evadere, aut * certantes corrigere aut perseverantes commutare, ac tales prædiis suis præbere rectores qui divina præcepta custodiant. Quod si procurare neglexerint, hi quoque in pensiones quas accipere consuerunt prolatæ præceptionis auctoritate multentur; ut quod ad compendia eorum pervenire poterat, sacro jungatur ærario. Officiales autem diversorum judicum si in hoc errore fuerint deprehensi, ad triginta librarum argenti inlationem pœnæ nomine teneantur, ita ut si quinquies condemnati abstinere noluerint, coërciti verberibus exilio mancipentur. Servos verò & colonos coërcitio ab hujusmodi ausibus severissima vindicabit. Ac si coloni verberibus coacti in proposito perduraverint, tunc tertia peculii sui parte multentur; atque omnia quæ ex hujusmodi generibus hominum locisque colligi poterunt, ad largitiones sacras ilico dirigantur. Data x. Kal. Iul. Ravennæ, Constantio & Constante Conss. An. 414.

* errantes

Iidem A A. Iuliano Proconsuli Africæ.

Ibid. l. 55. Notione & sollicitudine Marcellini spectabilis memoriæ viri contra Donatistas gesta sunt ea quæ translata in publica monumenta habere volumus perpetim firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Data 111. Kal. Septembr. Ravennæ, Constantio & Constante Conss. An. 414.



CONCILIVM DIOSPOLITANVM
Habitum anno CCCCXV.

Editio Vignerii collata cum codice 1907. bibliothecæ Colbertinæ.

Augustin lib 1. contra Iulian. cap. 5.

Hieron. epist 77.

F*Amosum illud ac miserabile, ut verbo Hieronymi utar, Diospolitanum Concilium*, obi Pelagius, *ut scribit sanctus Augustinus*, ab Episcopis quatuordecim provinciæ Palæstinæ catholicus est pronuntiatus, *celebratum esse Honorio X. & Theodosio VI. Augustis Conss. exeunte anno rectè monuit vir doctissimus Henricus de Noris, argumento sumpto ex libro Luciani Presbyteri de inventione reliquiarum sancti Stephani. Interfuere huic synodo Eulogius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ, Ioannes Hierosolymorum, Ammonianus, Porphyrius, Eutonius, (sive Eleutherius Sebastenus) Porphyrius alter, Fidus, Zosimus, Zoboenus, Nymphidius, Chromatius, Iovinus, Eleutherius Hierichuntinus, & Clematius. Interfuit etiam ac Pelagium acerrimè defendit Annianus Diaconus Celedensis, quem viri docti putant non esse diversum ab eo qui Latinitate donavit aliquot homilias sancti Ioannis Chrysostomi. Hujus synodi gesta nobis conservavit sanctus Augustinus in libro de gestis Pelagii, ex quo & ex libro ejusdem secundo de peccato originali nos sequentia delibavimus.*

Primùm Pelagio objectum est dixisse eum in quodam libro suo non posse esse sine peccato nisi qui legis scientiam habuerit. Quo recitato, synodus dixit. Tu hæc edidisti, Pelagi? *At ille respondit.* Ego quidem dixi, sed non sicut illi intelligunt. Non dixi non posse peccare qui scientiam legis habuerit, sed adjuvari per legis scientiam ad non peccandum, sicut scriptum est: Legem in adjutorium dedit illis. *Hoc audito, synodus dixit.* Non sunt aliena ab Ecclesia quæ dicta sunt à Pelagio.

Synodus dixit. Legatur & aliud capitulum. *Et lectum est in eodem libro posuisse Pelagium omnes voluntate propria regi. Quo lecto, Pelagius respondit.* Et hoc dixi propter liberum arbitrium, cui Deus adjutor est eligenti bona. Homo verò peccans, ipse in culpa est, quasi liberi arbitrii. *Quo audito, Episcopi dixerunt.* Neque hoc alienum est ab ecclesiastica doctrina.

Item recitatum est quod in libro suo Pelagius posuit, in die judicii iniquis & peccatoribus non esse parcendum, sed æternis eos ignibus exurendos. Sed cùm respondisset Pelagius hoc secundum evangelium se dixisse, ubi dicitur de peccatoribus, Illi ibunt in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam, *& addidisset*, Si quis aliter credit, Origenista est, *sancta synodus dixit.* Neque istud alienum est ab Ecclesia.

Objectum est & illud Pelagio, tamquam in suo libro scripserit malum nec in cogitationem venire. Respondit autem. Hoc non ita posuimus; sed diximus debere studere Christianum ne male cogitet. *quod Episcopi approbarunt.*

Cum ergo & hanc Pelagii responsionem judices approbassent, recitatum est aliud quod in suo libello scripsit. regnum cælorum etiam in veteri testamento promissum. Ad quod Pelagius. Hoc & per scripturas probare possibile est. Hæretici autem in injuriam veteris testamenti hoc negant. Ego verò scripturarum auctoritatem secutus dixi, quoniam in propheta Daniele scriptum est: Et accipient sancti regnum altissimi. *Qua ejus accepta responsione, synodus dixit.* Neque [a] enim hoc alienum est à fide ecclesiastica.

Post hæc objectum est quòd Pelagius in eodem libro suo dixerit posse hominem, si velit, esse sine peccato, & quòd scribens [b] ad viduam adulatoriè dixerit. Inveniat apud te [c] pietas, quæ nusquam invenit, locum. Inveniat ubique [d] in peregrinatione sedem justitia; veritas, quam jam nemo cognoscit, domestica tibi & amica fiat; & lex Dei, quæ ab omnibus propè hominibus contemnitur, à te sola honoretur. *Et iterum ad ipsam:* [e] O te felicem & beatam, si justitia, quæ in cælo tantùm esse credenda est, apud te solam inveniatur in terris! [f] *Et in alio ad ipsam libro, post orationem Domini & salvatoris nostri, docens* [g] *quemadmodum debeant sancti orare, ait:* Ille ad Deum dignè elevat manus, orationem bona conscientia effundit qui potest dicere: Tu nosti, Domine, quàm sanctæ & innocentes & mundæ sint ab omni malitia & iniquitate & rapina quas ad te extendo manus, quemadmodum justa & munda labia & ab omni mendacio libera quibus offero tibi deprecationem ut mihi miserearis. *Ad hoc autem Pelagius respondens ait:* Posse quidem hominem sine peccato esse & Dei mandata custodire, si velit, diximus. Hanc enim possibilitatem Deus illi dedit. Non autem diximus quòd inveniatur aliquis ab infantia usque ad senectam qui nunquam peccaverit, sed quoniam à peccatis conversus, proprio labore & Dei gratia adjutus possit

Augustin. epist. 252.

[a] ENIM] pro *etiam*. Addita autem est hæc vox ex codice Colbertino.

[b] AD VIDVAM] Livaniam, ut docet Marius Mercator in commonitorio super nomine Cælestii. *Denique libellus est ejus*, id est, Pelagii, *quem habemus in manibus, ad quamdam Livaniam viduam, sermonem continens exhortatorium &c.* Facilè autem assentior Labbeo, qui tomo 11. Concilior. pag. 1516. suspicatus eam epistolam scriptam esse ad Iulianam, id est, Olybrii Consulis viduam, quam Pelagius, ut consilium suum occultaret, Livaniam vocarit. Nam & illam fuisse viduam eo tempore patet ex epistola octava Hieronymi, & familiaritatem inter eam & Pelagium fuisse satis ostendit ejus epistola ad Demetriadem Julianæ filiam. Ad eandem Iulianam extat epistola 13. Innocentii Papæ, & epistola 143. sancti Augustini.

[c] PIETAS] Hujus loci meminit Hieronymus in fine dialogi tertii adversus Pelagium. *Eidem adulans vidua non erubescis dicere pietatem, quæ nusquam reperitur in terra, & veritatem, quæ ubique peregrina sit, in illa potissimùm commorari.*

[d] IN PEREGRINATIONE] Codex Florentinus, *peregrinante.* sed istud est mendosum.

[e] O TE FELICEM] Et hunc quoque locum refert Hieronymus, sed paulò aliter. *O te felicem nimiùm, & beatam, si justitia, quæ esse jam nonnisi in cælo creditur, apud te solam inveniatur in terris.*

[f] ET IN ALIO] Hinc collegit vir clariss. Ioannes Garnerius duos ad viduam libros scripsisse Pelagium, quorum unus fuit consolatorius, ex quo desumpta sunt fragmenta quæ relata sunt in Concilio Diospolitano & ab Hieronymo; alter exhortatorius, ex quo Mercator sua decerpsit.

[g] QVEMADMODVM] Hieronymus paulò antè: *Scribens ad viduam quomodo sancti debeant orare, pronuntiat.* Ille enim meritò ad Deum extollit manus, ille preces bona conscientia fundit qui potest dicere. Tu enim nosti, Domine, quàm sanctæ, quàm innocentes, quàm puræ sint ab omni fraude & injuria & rapina quas ad te expando manus, quàm justa & immaculata labia & ab omni mendacio libera quibus tibi ut mihi miserearis preces fundo.] Probabile est hæc esse ipsa verba Pelagii, ea verò quæ referuntur in Concilio Diospolitano, versa esse ex Græco.

esse sine peccato, nec propter hoc tamen in posterum erit inconvertibilis. Reliqua verò quæ subjecerunt, neque in libris nostris sunt, neque talia unquam diximus. *His auditis, synodus dixit.* Quoniam negas te talia scripsisse, anathematizas illos qui sic tenent? *Pelagius respondit.* Anathematizo quasi stultos, non quasi hæreticos. Siquidem non est dogma. *Deinde judicaverunt Episcopi dicentes.* Nunc quoniam propria voce anathematizavit Pelagius insertum stultiloquium, rectè respondens hominem cum adjutorio Dei & gratia posse esse sine peccato, respondeat & ad alia capitula.

Aliud capitulum in doctrina Calestii discipuli Pelagii, ex eis qua Carthagine à sancto Aurelio Carthaginensi Episcopo cum aliis Episcopis audita sunt & commemorata. Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus esset. Quoniam peccatum Ada ipsum solum laserit, & non genus humanum. Quoniam lex sic mittat ad regnum quemadmodum & evangelium. Quoniam ante adventum Christi fuerint homines sine peccato. Quoniam infantes nuper nati in eo statu sint in quo Adam fuit ante prævaricationem. Quoniam neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat. Quoniam sanctus Episcopus Augustinus adversus discipulos ejus in Sicilia respondit Hilario ad subjecta capitula, scribens librum in quo ista continentur; posse hominem sine peccato esse, si velit: infantes, etsi non baptizentur, habere vitam æternam; divites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, neque regnum Dei posse eos habere. Pelagius dixit. Posse quidem hominem sine peccato esse dictum est superiùs. De eo autem quòd fuerint ante adventum Domini homines sine peccato, dicimus & nos quoniam ante adventum Christi vixerunt quidam sanctè & justè secundùm scripturarum sanctarum traditionem. Reliqua verò etiam secundùm ipsorum testimonium à me dicta non sunt, pro quibus ego satisfacere non debeo; sed tamen ad satisfactionem sanctæ synodi anathematizo eos qui sic tenent aut aliquando tenuerunt. *Post hanc ejus responsionem synodus dixit.* Ad hæc quæ dicta capitula sufficienter & rectè satisfecit præsens Pelagius anathematizans ea quæ non erant ejus.

Objectum est deinde Pelagio quòd diceret Ecclesiam hic esse sine macula & ruga. Pelagius respondit. Dictum est à nobis scilicet ita, quoniam lavacro ab omni macula & ruga purgatur Ecclesia, quam velit ita Dominus permanere. *Ad quod synodus dixit.* Hoc & nobis placet.

Deinde objecta sunt de libro Calestii, quid in unoquoque capitulo contineat, magis secundùm sensum quàm secundùm verba; qua quidem ille latiùs exequitur, sed tunc subjicere omnia, qui libellum adversùs Pelagium dederunt, se non potuisse dixerunt. Ergo in primo capitulo libri Calestii hoc scriptum esse posuerunt, quoniam plus facimus quàm in lege & evangelio jussum est. Ad quod Pelagius respondit. Hoc quasi nostrum posuerunt. Dictum est verò à nobis secundùm Apostolum de virginitate, de qua Paulus dicit: Præceptum Domini non habeo. *Synodus dixit.* Hoc & Ecclesia recipit.

Objecta sunt etiam Pelagio alia Calestii capitula capitalia & sine dubitatione damnanda, nimirum in tertio capitulo scripsisse Calestium gratiam Dei & adjutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse vel in lege ac doctrina. Et iterum, Dei gratiam secundùm merita nostra dari, quia si peccatoribus illam det, videtur esse iniquus: & his verbis intulisse: Propterea & ipsa gratia in mea voluntate posita est, sivo dignus fierem, sive indignus. Si enim per gratiam omnia facimus, quando vincimur à peccato, non nos vincimur, sed gratia Dei, quæ voluit nos adjuvare omnimodo & non potuit. *Et iterum ait.* Si gratia Dei est quando vincimus peccata, ergo ipse est in culpa quando à peccato vincimur, quia omnino custodire nos aut non potuit aut noluit. *Ad ista Pelagius respondit.* Hæc utrum Cælestii sint, ipsi viderint qui dicunt ea Cælestii esse. Ego verò nunquam sic tenui; sed anathematizo qui sic tenet. *Synodus dixit.* Recipit te sancta synodus ita verba reproba condemnantem.

Postea objectum est ei de quinto capitulo libri Calestii, ubi affirmat unumquemque hominem omnes virtutes posse habere & gratias, ac præterea in eo aufere diversitatem gratiarum quam Apostolus docet. Ad quod Pelagius respondit. Dictum est à nobis, sed malignè & imperitè reprehenderunt. Non enim auferimus gratiarum diversitatem, sed dicimus donare Deum ei qui fuerit dignus accipere omnes gratias, sicut Paulo Apostolo donavit. *Ad hac synodus dixit.* Consequenter & ecclesiastico sensu & ipse sensisti de dono gratiarum quæ in sancto Apostolo continentur.

Susurrantibus autem interea quibusdam & dicentibus quòd sine Dei gratia diceret Pelagius posse hoc perfici, id est, quod superiùs dixeras, esse posse hominem sine peccato, Ioannes Episcopus Hierosolymitanus ait: Culpam super hoc etiam intuli, quia & Apostolus Paulus multùm laborans, sed non secundùm suam virtutem, sed secundùm gratiam Dei, dixit: Ampliùs omnibus illis laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum. & iterum: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. & illud: Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. *In eundem modum multa de scripturis sanctis protulit idem Ioannes; qua cùm non susciperentur ab astantibus, dixit Pelagius.* Et ego sic credo. Anathema sit qui dicit absque adjutorio Dei posse hominem ad profectum omnium venire virtutum.

Deinde objectum est ex capitulo sexto libri Calestii, filios Dei non posse vocari nisi omni modo absque peccato fuerint effecti. unde secundùm ipsum dictum est neque Apostolum Paulum esse filium Dei, qui dixit: Non quòd jam acceperim, aut quòd jam perfectus sim. *In septimo, oblivionem & ignorantiam non subjacere peccato, quoniam non secundùm voluntatem eveniunt, sed secundùm necessitatem, cùm David dicat:* Delicta juventutis meæ ne memineris & ignorantiæ meæ. *& cùm in lege sacrificia pro ignorantia sicut pro peccato offerantur. In decimo capitulo, non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio, quoniam in propria voluntate habet unusquisque aut facere aliquid aut non facere. In duodecimo capitulo, victoriam nostram non ex Dei esse adjutorio, sed ex libero arbitrio. quod inferre dictus est his verbis.* Nostra est victoria, quoniam propria voluntate arma suscepimus; sicut è contrario nostrum est quando vincimur, quoniam armati propria voluntate contempsimus. *Et de Apostolo Petro posuit testimonium, divina nos esse consortes natura. Et syllogismum facere nititur, quoniam si anima non potest esse sine peccato, ergo & Deus subjacet peccato; cujus pars, hoc est anima, peccato obnoxia est. In tertio decimo capitulo dicit quoniam pœnitentibus venia non datur secundùm gratiam & miseri-*

ANNO CHRISTI 415.

cordiam Dei, sed secundùm merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerunt misericordia.

His recitatis, synodus dixit. Quid ad hæc quæ lecta sunt capitula dicit præsens Pelagius monachus? Hoc enim reprobat sancta synodus & sancta Dei catholica Ecclesia. *Pelagius respondit.* Iterum dico quia hæc etiam secundùm ipsorum testimonium non sunt mea, pro quibus, ut dixi, satisfactionem non debeo. Quæ verò mea esse confessus sum, hæc recta esse affirmo. Quæ autem dixi non esse mea, secundùm judicium sanctæ Ecclesiæ reprobo, anathema dicens omni contravenienti & contradicenti sanctæ catholicæ Ecclesiæ doctrinis. Ego enim in unius substantiæ trinitatem credo, & omnia secundùm doctrinam sanctæ catholicæ Ecclesiæ. Si quis verò aliena ab hac sapit, anathema sit.

Synodus dixit. Nunc, quoniam satisfactum est nobis prosecutionibus præsentis Pelagii monachi, qui quidem piis doctrinis consentit, contraria verò ecclesiasticæ fidei reprobat & anathematizat, communionis ecclesiasticæ eum esse & catholicæ confitemur.

ANNO CHRISTI 417.

Hactenus gesta Concilii in Palæstina habiti in causa Pelagii. Quæ verò de hoc argumento leguntur in vulgatis Conciliorum editionibus, edita primùm à Baronio ex collectione Cresconiana, ea ad verbum sumpta sunt ex epistola CVI. *sancti Augustini data ad Paulinum Episcopum Nolanum, & continent tantùm breviarium eorum quæ nos suprà retulimus ex gestis. Ea nos emendatiora inveneramus in tribus antiquissimis & optimæ notæ codicibus manuscriptis; quorum unus extat in bibliotheca regia, alter est Ecclesiæ Bellovacensis, tertius monasterii Corbeiensis. Verùm supervacaneum arbitrati sumus istis inutilibus retardare diligentiam studiosorum historiæ ecclesiasticæ, cùm exhibeamus illa ipsa gesta ex quibus reliqua abbreviata sunt.*

CONCILIVM THVSDRITANVM
Habitum circa annum CCCCXVII.

HAbitum in Africa fuisse Concilium istud patet ex præfatione Concilii Telensis, in qua Vincentius & Fortunatianus legati provinciæ proconsularis ita loquuntur: Etiam cùm Thusdrum fuissemus, sicut mecum recolit memorialis auditio vestra, & epistolas sanctæ memoriæ Siricii sedis apostolicæ Episcopi dederamus recitandas, ex quibus cùm unam relegeret sanctimonium fratris nostri Episcopi Latonii, utrasque nos nunc referre suggestio indicat. *Apud Thusdrensem itaque conventum lecta est epistola Papæ Siricii, illa ipsa fortassis quæ hodie extat in actis Concilii Teleptensis. Duos ejusdem, ut videtur, synodi canones nobis conservavit breviatio canonum Ferrandi Diaconi, qui sic habent.*

Vt exceptis senibus, qui loco moveri non possunt, & infirmis Episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur. Ferrand. c. 70.

Vt Episcopus qui, non suscepta legatione universali Concilio interesse præsumpserit, ab eis Episcopis qui legationem suscipiunt, ad ipsum Concilium non admittatur. Ibid. c. 77.

CANONES AFRICANI
in diversis Conciliis editi, quorum incerti sunt anni.

DIfficile est pronuntiare de tempore quo habita sunt aliquot Africanæ Ecclesiæ Concilia quorum nonnulli canones referuntur à Ferrando. Tametsi porrò nonnulla ex his diù post Aurelii Carthaginensis Episcopi tempora putem celebrata fuisse, quia tamen certus eorum locus constitui non potest, visum est heic describere canones qui ex iisdem Conciliis descripti habentur apud eundem Ferrandum. In quo nullum ordinem servavimus, quia difficile admodum & operosum esset adnotare quod anterius fuerit, quodve posterius.

CANON
CONCILII SVFETVLENSIS.

Ferrand. c. 2. VT quicunque laicus ad episcopatum eligitur, priùs annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat.

CANONES DVO
CONCILII MACRIANENSIS.

Ferrand. c. 21. VT ad eligendum Episcopum sufficiat matricis arbitrium.

Ibid. c. 23. Vt interventores Episcopi conveniant plebes quæ Episcopum non habent, ut Episcopum accipiant. Quòd si accipere neglexerint, remoto interventore sic remaneant quandiu sibi Episcopum quærant.

Anno Christi 417.

CONCILIVM SEPTIMVNICENSE.

Anno Christi 418.

Ibid. c. 21. VT ad eligendum Episcopum sufficiat matricis arbitrium.

Ibid. c. 56. Vt Episcopi qui in causa judices dantur, definito temporis die cognoscant.

Ibid. c. 76. Vt exceptis senibus qui loco moveri non possunt & infirmis Episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur.

Vt non liceat clericum à populo excommunicari, sive præsente sive absente Episcopo. Ibid. cap. 139.

Vt die quintæ feriæ septimanæ sanctæ Paschæ secundò offeratur. Ibid. cap. 212.

Vt ante Pentecosten nullus audeat jejunare. Ibid. cap. 215.

CONCILIVM THENITANVM.

Ibid. c. 61. VT si judicibos quos Primas dederit appellaverit, alii judices amplioris numeri decernantur. Vt si & ab ipsis appellaverit, ad sententiam Concilii differatur.

Ibid c. 76. Vt exceptis senibus qui loco moveri non possunt & infirmis Episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur.

Vt qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem accusandi oon habeat. Ibid. cap. 194.

CONCILIVM MARAZANENSE.

Ibid. c. 44. VT liceat unicuique Episcopo preces constituere quando de judiciis publicis contra hæreticos aliquid est petendum.

Ibid. c. 76. Vt exceptis senibus qui loco moveri noo possunt & infirmis Episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur.

Vt Clerici sine formata & conscientia Episcopi per alienas plebes non vagentur. Ibid. cap. 127.

Vt una sit in sacramentis per omne Byzacium disciplina. Ibid. cap. 220.

CONCILIVM HIPPONIREGIENSE.

Ibid. c. 54. III. VT si quis Episcopus à synodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat; & si fecerit, spem restitutionis non habeat.

Ibid. c. 34. V. Vt Episcopi sive Presbyteri ea quæ soot in locis ubi ordinaotur ad alia loca non transferant, nisi causas antè reddiderint.

Ibid. c. 35. VIII. Vt Episcopi quicquid nomine suo comparaverint, cogantur Ecclesiæ refundere. Quicquid autem eis donatur, cui voluerint conferant.

IX. Vt Episcopus matricis non usurpet quicquid fuerit donatum Ecclesiis quæ io diocesi constitutæ sunt. Vt Episcopi rem Ecclesiæ sine Primatis consilio non vendant. Vt Presbyteri rem Ecclesiæ sine conscientia Episcopi oon vendaot. Ibid. c. 38. 47. 95.

CANONES

CONCILII TELENSIS *sive* ZELLENSIS
Habiti anno Christi CCCCXVIII.

FVit nuper vir doctus qui totum illud Concilium, cujusmodi habetur in vulgatis editionibus Conciliorum, suppositilium esse pronuntiaret, & canonum quidem qui ex eodem citantur à Ferrando partem susciperet, partem repudiaret. Nos eam controversiam omittimus, damusque simpliciter canones uti extant in breviatione Ferrandi.

Ferrand. cap 3. Vt qui post baptismum seculari militiæ nomen dederit, ab ordinatione arceatur.

Ibid. c. 4. Vt Episcopus à tribus ordinetur, consentientibus aliis per scripta, cum coofirmatione Metropolitani vel Primatis.

Ibid. c. 6. Vt unus Episcopus Episcopum non ordinet, excepta Ecclesia Romana.

Ibid. c. 16. Vt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi ab uxoribus abstioeant.

Vt Episcopi qui in digna causa judices dantur, ipsi locum audientiæ diligant. Ibid. c. 65.

Vt Episcopus qui secunda vel tertia auctoritate conventus fuerit, & venire contempserit, ab Episcoporum consortio suspendatur. Ibid. c. 68.

Vt mulierem clericus non ducat uxorem. Et ot is qui laicus viduam duxerit, oon admittatur ad clerum. Ibid. cap. 130.

Vt abjectum clericum alia Ecclesia non admittat. Ibid. cap. 138.

Vt venientes à Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur. Ibid. cap. 174.

Vt Conciliorum statuta priscorum ab omnibus observentur. Ibid cap. 218.



CONCILIVM

CONCILIVM RAVENNATENSE
Habitum anno CCCCXIX.

Vacante sede apostolica post mortem Papæ Zosimi, magna contentione disceptatum est in clero quis in hunc celsissimum thronum ascenderet; aliis Bonifacium Presbyterum eligentibus, aliis Eulalium Archidiaconum. Divisa igitur Ecclesia Romana propter hanc causam, Episcopisque & Clericis partis Bonifacii petentibus ab Imperatore ut causa illius cognitionem ad se revocaret, Honorius Imperator Episcopos Ravennam evocavit, ut in synodo examinarentur suffragia eligentium & merita electorum. Convenerunt ergo sub initium mensis Februarii; ita tamen, quemadmodum legimus in commonitorio Honorii ad Episcopos qui evocabantur, ut hi Episcopi quos interfuisse Bonifacii & Eulalii ordinationibus constabat & postea subscripsisse, sine injuria sui, & manente reverentia, judices non sederent, nec ullum præstare testimonium possent; ne non tam novam prolaturi sententiam quàm servaturi factum præteritum viderentur. Præstat autem referre integrum commonitorium, quod ex veteri codice Vaticano edidit illustrissimus Cardinalis Baronius.

Omnia quidem clementia nostra in præsenti beatitudini vestræ congrua ordinatione mandavit, ut sequestratis * omnibus, vestro judicio quid observari propter quietem populi deceat sinceretis. Meminimus quoque hoc à nobis in primis quod æquitas expectabat esse mandatum, ut hi Episcopi quos interfuisse eorum ordinationibus constat & postea subscripsisse, sine injuria sui, & manente reverentia, judices non sederent, nec ullum præstare testimonium possent; ne non tam novam prolaturi sententiam quàm servaturi factum præteritum viderentur. Hi ergo, sicut superiùs diximus, ab ea disceptatione se abstinere debebunt. Illud quoque similiter custodiendum beatitudo vestra cognoscat, nulli parti præjudicium comparatum quod à nobis antea claruerat constitutum. Cùm & celeriter destinata jussa propter quietem populi, pietatis nostræ secuta auctoritate, summota sint, nihil hinc aut vindicare pars altera poterit aut altera formidare. Attendentes ergo judicium Dei, quod in tali causa vobiscum simul residere manifestum est, examinatis omnibus, id vos custodire decet quod, infundente cœlesti spiritu, habere Christianæ legis integram reverentiam possit.

* Videntur hic deesse nonnulla.

In eodem codice Vaticano ex quo Baronius hoc commonitorium edidit, ista sequebantur, alio charactere exarata. Hæc synodus inter se dissentiens præsentem causam terminare non potuit. Vnde venerabilis Imperator Honorius ad Maias Kalendas hoc credidit negotium differendum. Et interim, propter dies qui imminebant sanctæ Paschæ, utrosque, Bonifacium scilicet & Eulalium, ab urbe jussit abscedere, & Spoletinum Episcopum Achilleum Romæ sacra mysteria celebrare. *Extant epistolæ de ea re ab Honorio scripta ad Symmachum Præfectum urbis, & ad senatum populumque Romanum; quas qui legere voluerit, inveniet apud eundem Baronium. Interim verò Imperator cogitavit de alia synodo propter eam causam celebranda post Pascha; ad eamque invitavit Episcopos Italos, Africanos, & Gallos. Verùm ea non fuit habita propter Eulalii temeritatem, quæ pluribus explicatur in relatione à Symmacho missa ad Constantium Cæsarem. Hanc enim castigaturus Honorius, eum pelli jussit ex urbe; & sic finis impositus est huic magnæ controversiæ. Porrò ex rescripto Honorii ad Symmachum dato VIII. Kal. Aprilis colligitur eum non proprio motu cepisse consilium de continendis extra urbem Bonifacio & Eulalio mittendoque Achilleo ad celebranda mysteria sed id fecisse post judicium synodale, quod ille vocat moderatam synodi ordinationem*

Addenda est autem epistola Imperatoris Honorii ad Largum Africæ Proconsulem scripta, quæ utriusque synodi, ejus nimirum quæ habita fuit, & illius quæ indicta fuerat, mentionem facit. Ea autem sic habet apud eundem Baronium.

Victor Honorius inclytus Imperator semper Augustus Largo Proconsuli.

INter omnes curas nec illa nos minùs sollicitat quam pertinere ad sacerdotium judicamus. Cùm enim de confirmando Episcopo urbis æternæ controversia tractaretur, atque hi qui in unum positi erant Episcopi, de tanto negotio paucos se esse existimaverint ad sententiam proferendam, placuerat, sicut sacri apices cucurrerunt, ut ex Africanis & Gallicanis provinciis plures Episcopi commearent; ea videlicet ratione, ne medio tempore quicquam præsumeretur [contra] id quod nostra sententia ordinaverat & quod statuisse synodi sententia videbitur. Sed his omnibus despectis, Eulalius sola usurpatione motam credidit occupandam; quem, sicut decebat, nostra auctoritate constat expulsum, ac sanctum Bonifacium Episcopum roboratum. Et quoniam consumptum negotium est, incongruum nostra clementia judicavit si Episcopi navigationis & itineris injuriam paterentur. Vnde sciat spectabilitas tua synodum fuisse solutam. Admone igitur, præmissis sacris affatibus, auctoritate tua singulos sacerdotes, ut sciant hanc ordinationem esse servandam quæ continet ut quisque in Ecclesia sua orationibus vacet, ut convenit, propterea quòd causa optimo judicio jam terminata videatur. Data sub die VII. Idus Aprilis.

EMENDATIO

Ponenda in tomo II. Conciliorum pag. 1599.

REctè Labbeus illic in margine monuit delendum esse numerum XXI. positum in fine canonum synodi Nicænæ editorum in fine Concilii sexti Carthaginensis. Verùm non admonuit quid illud esset quod post canones illos additur. Aliter autem ista habentur in editione Merlini, quæ talis est. Sanctum Concilium traditis omnibus & rite dispositis ut Ecclesiarum pax & fides in orientis atque occi-

ANNO CHRISTI 420.

dentis partibus una eademque servetur, hæc ecclesiastica statuta necessario credimus inserenda. *Sumpta sunt ista* de ecclesiastica historia, *id est, ex Rufino lib. 2. hist. eccles. cap. 6. Legendum enim* de ecclesiastica historia, *non verò* ecclesiastica statuta, *& sensus admonet, & docet auctoritas vetustissimi codicis MS. Ecclesiæ Vrgellensis.*

ANNO CHRISTI 423.

CONCILIVM CARTHAGINENSE
Habitum anno CCCCXX.

Istius Episcoporum conventus meminit auctor Prædestinati cap. XLVI. *ubi ait quandam puellam in conventu Episcoporum confessam esse nefanda quædam se pertulisse à Manichæis. Accepisse autem ista hunc auctorem ex Augustino in libro de hæresibus ad Quodvultdeum cap.* XLVI. *& ex Possidio in vita sancti Augustini cap.* XVI. *manifestum est. Porrò huic Episcoporum conventui interfuisse ipsum Augustinum docet Possidius ibidem. Tum verò Quodvultdeum fuisse Diaconum Ecclesiæ Carthaginensis testatur Augustinus.*

CONCILIVM CILICIÆ
Habitum anno CCCCXXIII.

Istius Concilii memoriam debemus uni Mario Mercatori, qui de eo sic scribit in præfatione ad symbolum Theodori Mopsuesteni. Agnoscat supradictus Iulianus ex hac translatione, si legere non fastidierit, manente apud memoratum Theodorum illa qua eum diximus mala fide secum Nestorium decepisse, etiam sibi magis suoque dogmati, de quo malò turgidus & malè sanus libros confecit, esse contrarium; seque etiam post de Cilicia abscessum, ab eo in Episcoporum provinciæ suæ conventu anathemate esse damnatum. *Vide clarissimum virum Ioannem Garnerium in parte prima operum Marii Mercatoris pag. 219.*

CONVENTVS EPISCOPORVM, CLERI ET PLEBIS Ecclesiæ Hipponensis habitus anno CCCCXXVI. in quo Heraclius Presbyter electus est ut successor esset sancti Augustini Episcopi ejusdem Ecclesiæ. Titulus sic habet in veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ:

Gesta beati Augustini Episcopi, in quibus Heraclium Presbyterum sibi pronuntiat successorem.

S. Augustin. epist. 110.

Gloriosissimo Theodosio XII. & Valentiniano Augusto iterum Consulibus, sexto Kalendas Octobris, cum Augustinus Episcopus unà cum Regiliano & Martiniano coëpiscopis suis consedisset in Ecclesia Pacis Hipponensium regiorum, præsentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Rustico, Lazaro, & Heraclio Presbyteris, adstante clero & frequenti populo, Augustinus Episcopus dixit. Quod hesterno die promisi caritati vestræ, propter quod vos volui frequentiùs convenire, & video frequentiùs convenisse, mota omni postposita hoc agendum est. Si enim aliud velim loqui, in illud suspensi, minùs auditis. Omnes in hac vita mortales sumus; & dies hujus vitæ ultimus omni homini est semper incertus. Veruntamen in infantia speratur pueritia, & in pueritia speratur adolescentia, & in adolescentia speratur juventus, & in juventute speratur gravitas, & in gravitate speratur senectus. Vtrum contingat, incertum est; est tamen quod speretur. Senectus autem aliam ætatem quam speret non habet. Incertum est enim ipsa senectus quandiu sit homini. Illud tamen certum est, nullam remanere ætatem quæ possit succedere senectuti. Quia voluit Deus, ad istam civitatem cum vigore ætatis adveni; sed tamen juvenis fui, & senui. Scio post obitus Episcoporum, per ambitiosos aut contentiosos solere Ecclesias perturbari, & quod sæpe expertus sum & dolui, debeo, quantum ad me attinet, ne contingat huic prospicere civitati. Sicuti novit caritas vestra, in Milevitana Ecclesia modo fui. Petierunt enim me fratres, & maximè servi Dei qui ibi sunt, ut venirem: quia post obitum beatæ memoriæ fratris & coëpiscopi mei Severi, nonnulla ibi perturbatio timebatur. Veni, & quomodo voluit Dominus, adjuvit nos pro sua misericordia, ut cum pace Episcopum acciperent quem vivus designaverat Episcopus eorum. Hoc enim eis cùm innotuisset, voluntatem præcedentis & decedentis Episcopi sui libenter amplexi sunt. Minùs tamen aliquid factum erat, unde nonnulli contristabantur, quia frater Severus putaverat sufficere ut successorem suum apud Clericos designaret, apud populum inde non est locutus; & erat inde aliquorum nonnulla tristitia. Quid plura? Deo placuit; tristitia fugata est, gaudium successit. Ordinatus est Episcopus quem præcedens Episcopus designaverat. Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatem meam, quam credo Dei esse, in omnium vestrum notitiam perfero. Presbyterum Heraclium mihi successorem volo. *A populo acclamatum est:* Deo gratias, Christo laudes. *Dictum est vicies ter.* Exaudi Christe, Augustino vita. *Dictum est sedecies.* [a] Te patrem, te Episcopum. *Dictum est octies. Cùmque reticerent, Augustinus Episcopus dixit:* Non opus est me de laudibus ejus aliquid dicere. Faveo sapientiæ, & parco verecundiæ. Sufficit quia nostis eum, & hoc me velle a

[a] TE PATREM] Codices Colbertini, quorum unus est vetustissimus: *Te patre, te Episcopo.* Sic etiam infrà.

Anno Christi 426.

dico quod vos velle scio; & si antè nescirem, hodie probarem. Hoc ergo volo: hoc à Domino Deo nostro nunc etiam in ætate frigida votis ferventibus posco; hoc ut mecum orctis exhortor, admoneo, rogo, ut omnium in pace Christi collatis & conflatis mentibus, confirmet Deus quod operatus est in nobis. Qui misit mibi eum, servet eum, servet incolumem, servet sine crimine; ut qui facit gaudium viventis, locum suppleat morientis. A Notariis Ecclesiæ, sicut cernitis, excipiuntur quæ dicimus, excipiuntur quæ dicitis; & meus sermo & vestræ acclamationes in terram non cadunt. Apertiùs ut dicam, ecclesiastica nunc gesta conficimus. Sic enim hoc esse, quantum ad homines attinet, confirmatum volo. *A populo acclamatum est:* Deo gratias, Christo laudes. *Dictum est tricies sexies.* Exaudi Christe, Augustino vita. *Dictum est* [a] *tredecies.* Te patrem te Episcopum. *Dictum est octies.* [b] Dignum & justum est. *Dictum est vicies.* Bene meritus, bene dignus. *Dictum est quinquies.* Dignus & justus est. *Dictum est sexies. Cùmque reticerent, Augustinus Episcopus dixit:* Ergo, ut dicebam, voluntatem meam & voluntatem vestram gestis ecclesiasticis, quantum ad homines attinet, confirmatam volo: quantum verò ad latentem omnipotentis voluntatem, omnes, ut dixi, oremus ut confirmet Deus quod operatus est in nobis. *A populo acclamatum est:* Iudicio tuo gratias agimus. *Dictum est sedecies.* Fiat, fiat. *Dictum est duodecies.* Te patre, Heraclium Episcopum. *Dictum est sexies. Cùmque reticerent, Augustinus Episcopus dixit:* Scio quod scitis & vos; sed nolo de illo fieri quod de me factum est. Quid autem factum sit, multi scitis: illi soli nesciunt qui tunc aut nondum nati erant, aut nondum habebant ætatem sciendi. Adhuc in corpore posito beatæ memoriæ patre & Episcopo meo sene Valerio, Episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo, quod Concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam, nec ipse sciebat. Quod ergo reprehensum est in me, nolo reprehendi in filio meo. *A populo acclamatum est.* Deo gratias, Christo laudes. *Dictum est tredecies. Cùmque reticerent, Augustinus Episcopus dixit:* Erit Presbyter ut est, quando Deus voluerit futurus Episcopus. Sed planè modò facturus sum, adjuvante misericordia Christi, quod adhuc usque non feci. Nostis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non permisistis: & placuit mihi & vobis propter curam scripturarum, quam mihi fratres & patres mei coëpiscopi duobus Conciliis Numidiæ & Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus esset. Gesta confecta sunt, placuit, acclamastis. Recitatur placitum vestrum, & acclamationes vestræ. Parvo tempore servatum est circa me, & postea violenter inruptum est, & non permittor ad quod volo vacare. Ante meridiem, post meridiem, occupationibus hominum teneor. Obsecro vos & obstringo per Christum ut huic juveni, hoc est, Heraclio Presbytero, quem hodie in nomine Christi designo Episcopum successorem mihi, patiamini me refundere onera occupationum mearum. *A populo acclamatum est:* Iudicio tuo gratias agimus. *Dictum est vicies* [c] *sexies. Cùmque reticerent, Augustinus Episcopus dixit.* Ego caritati & benivolentiæ vestræ apud Dominum Deum nostrum gratias ago, immo de illa Deo gratias ago. Ergo, fratres, quicquid est quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Vbi necessarium habuerit consilium meum, non negabo; auxilium absit ut subtraham. Tamen quicquid illud est quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ipse me aut consulat, si fortè non invenerit quid facere debeat, aut poscat adjutorem quem novit patrem; ut & vobis nihil desit, & ego tandem aliquando, si quantulumcunque spatium mihi hujus vitæ donaverit Deus, ipsam meam quantulamcunque vitam non dem segnitiæ nec donem inertiæ, sed in sanctis scripturis, quantum ipse permittit & largitur, exerceam. Hoc & ipsi proderit, & per ipsum etiam vobis. Nemo ergo invideat otio meo, quia meum otium magnum habet negotium. Video me de hac re, propter quam vos invitavi, omnia vobiscum egisse quæ debui. Hoc ad ultimum rogo, ut gestis istis dignemini subscribere qui potestis. Hic mihi responsione vestra opus est: teneam responsionem vestram, de hac assensione aliquid acclamate. *A populo acclamatum est:* Fiat, fiat. *Dictum vicies quinquies.* Dignus est, justus est. *Dictum vicies octies.* Fiat, fiat. *Dictum quaterdecies.* Olim dignus, olim meritus. *Dictum vicies quinquies.* Iudicio tuo gratias agimus. *Dictum tredecies.* Exaudi Christe, Heraclium conserva. *Dictum* [d] *octiesdecies. Cùmque reticerent, Augustinus Episcopus dixit:* Bene habet, ut ea quæ Dei sunt, circa sacrificium ejus agere valeamus; in qua hora supplicationis nostræ maximè commendo caritati vestræ ut omnes vestras causas & negotia intermittatis, & pro ista Ecclesia & pro me & pro Presbytero Heraclio Domino precem fundatis. *Explicit.*

Anno Christi 426.

[a] TREDECIES] Vnus Colbertinus: *quater decies.* Item infrà.
[b] DIGNVM] Iidem Codices. *Dignus & justus est.* Quo modo habent etiam alia exemplaria.
[c] SEXIES] Codices Colbert. *septies.*
[d] OCTIES DECIES] Vnus Colbert. *vicies novies.*

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno Christi CCCCXXVI.

Concilium istud jussu & auctoritate Theodosij Imperatoris congregatum est propter ordinationem Sisinnii Episcopi Constantinopolitani, qui recens electus erat in locum Attici. Interfuerunt autem Theodotus Episcopus Antiochenus, Neon incertæ sedis Episcopus, & multi alii. Quoniam verò interdum Episcopi qui propter ordinationes tantùm convenerant, fidei tamen ac morum causas per eam occasionem tractare solebant, in hac synodo actum est adversus Messalianos hæreticos, qui heic quoque damnati sunt. Refert Photius initium epistolæ synodicæ ad Berinianum Pergensem, Amphilochium Sidensem, & ceteros Pamphyliæ Episcopos scriptæ, quod sic habet. Phot. cod. 52.

ANNO CHRISTI 416.

Deo carissimis sacrorum collegis Beriniano & Amphilochio omnibusque adeo in Pamphylia Episcopis Sisinnius atque Theodotus & universa sancta synodus quæ Dei gratia in magna urbe Constantinopolitana coacta est consecrandi gratia Deo amantissimi Episcopi Sisinnii, jussu & auctoritate pientissimi & Christo cari Imperatoris nostri Theodosii, salutem in Domino.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις συλλειτουργοῖς Βερινιανῷ καὶ Ἀμφιλοχίῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ ἐπισκόποις, Σισίννιος καὶ Θεόδοτος, καὶ πᾶσα ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ θείαν χάριν συγκροτηθεῖσα ἐν τῇ μεγαλοπόλει Κωνσταντινουπόλει, τῆς χειροτονίας ἕνεκα τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Σισιννίου, θεσπίσματι τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως Θεοδοσίου, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ANNO CHRISTI 428.

In ea ipsa synodica epistola, ut ait idem Photius, Neon Episcopus exclamavit ut si quis post anathematismum ullo tempore deprehensus fuerit re aut verbo in suspicionem malæ hujus sectæ incidisse, nunquam postea locum teneat, ne si millies quidem pœnitentibus constitutas pœnas luiturum se polliceatur. Pari cum hoc periculo & eum subjicit qui consentiat applaudatque, sive Episcopus, sive quis alius ille fuerit. Falluntur autem qui hæc Neonis verba nobis obtrudunt tamquam synodi canonem. Quamvis enim haud dubiè ita decretum fuerit ab omnibus Episcopis, heic tamen non referuntur eorum verba, sed Neonis tantùm.

Mentionem porrò istius synodi Constantinopolitanæ sub Sisinnio reperi in actis Concilii Ephesini primi editis à Roberto VVintero, quæ dein à Peltano recusa sunt in parte III. *ejusdem Concilii act.* VII. *Illic enim legitur Valerianum Iconiensem & Amphilochium Sidensem Episcopos in eo Concilio conquestos esse de Messalianitis.* At nobis considerantibus, *inquiunt,* attulit pientissimus & religiosissimus Episcopus Valerianus schedulam synodicam de illis compositam in magna Constantinopoli sub beatæ memoriæ Sisinnio. Quæ ubi lecta, ab omnibus probata est quòd bene sit condita rectèque habeat. Et placuit nobis omnibus & pientissimis Episcopis Valeriano & Amphilochio & omnibus Pamphyliæ & Lycaoniæ provinciarum pientissimis Episcopis ut omnia quæ in synodica charta contenta robur habeant, & nullo modo prætereunda, ut solida sint.

Hinc ergo, itemque ex Photio, discere potuit illustrissimus Cardinalis Baronius locum in quo synodus illa Sisinnii habita est, quem ignorare se professus est in annalibus ecclesiasticis.

CONCILIVM CONSTANTINOLITANVM
Habitum anno CCCCXXVIII.

Post mortem Attici Episcopi Constantinopolitani, ingens contentio de ordinatione successoris exorta
Socrat. lib. 7. c. 26. *est, aliis Philippum Presbyterum, qui factus fuerat Diaconus à sancto Ioanne Chrysostomo, cupientibus, aliis verò Proclum, qui etiam Presbyter erat. Et hæc quidem in clero. Sed universus populus communi consensu Sisinnium optabat, qui presbyterii gradum sortitus fuerat in suburbano Constantinopoleos cui nomen erat Elea, virum pietatis nomine celeberrimum, ac præterea ita liberalem in pauperes ut eis multò plura tribueret quàm posset. Prævaluit igitur studium laicorum; ordinatusque est Sisinnius anno Christi* CCCCXXVI. *pridie Kalendas Martias. Graviter & iniquo animo ista tulisse Philippum collegerunt Socra-*
Phot. cod. 35. *tes & Photius ex illius historia Christiana: ubi ordinationem illam pluribus reprehendit, ordinatum simul & ordinatores, ac præcipuè laicos, acerbè ac immodestè perstringens. Sisinnium sanè propterea vehementius carpit quòd cùm ambo ejusdem gradus atque ordinis essent, & ipse in dicendo atque in omni genere doctrinæ superior esse videretur, Sisinnius tamen ad pontificalem apicem, eo spreto, evectus fuisset. Sed hi clamores frustra fuere.*

Sisinnius autem cùm in episcopatu nondum biennium explevisset, ex hac luce migravit anno CCCCXXVIII. IX. *Kal. Ianuarii. Cùm igitur eadem studia recalescerent in Proclum & Philippum, placuit Imperatoribus neminem ex Ecclesia Constantinopolitana ad episcopatum promovere, propter homines inanis gloriæ*
Socrat. lib. 7. c. 29. *studiosos, ut ait Socrates. Peregrinum igitur hominem, Nestorium, virum, quod dicendum est, sonora voce & expedita facundia, atque adeo idoneum ad docendum populum, Antiochia Constantinopolim evocant, eumque Episcopum Constantinopoleos ordinari curant* IV. *Idus Aprilis ejusdem anni. Probabile est Philippum, qui reprehenderat ordinationem Sisinnii, gravius in istam invectum esse, utpote quæ facta fuerat in contemptum cleri Constantinopolitani; quo reprobato, Nestorius de aliena Ecclesia prælatus illis erat qui suam in Ecclesia Constantinopolitana per omnia officia transegissent ætatem. Quare durum admodum videbatur eum in aliena stipendia obrepere & aliis debitam sibi vendicare mercedem. Certè statim inimicitiæ inter Nestorium Philippumque fuere, quæ ita exarserunt ut etiam Nestorius synodum adversùs eum congregaret. Testatum id nobis reliquit Cyrillus Episcopus Alexandrinus in commonitorio quod dedit Possidonio Diacono quum eum Romam mitteret ad Papam Cælestinum in causa Nestorii. Illic enim scriptum est Philippum arguisse Nestorium prava dogmata prædicantem, cumque eo convenire recusasse quia eum hæreticum esse putabat, eaque re commotum adversùs eum Nestorium celeberrimo illi Cælestio hæretico, qui tum Constantinopoli degebat, persuasisse uti libellos daret adversùs eundem Philippum, tamquam si Manichæus esset.* Deinde vocavit, *inquit,* hominem ad Concilium, *nimirum apud Constantinopolim.* Non detrectavit Philippus; *sed fiducia bonæ conscientiæ venit in Synodum, paratus diluere quæ sibi objicerentur. Verùm inutilis fuit illa congregatio sacerdotum. Cælestius enim non adfuit, adeoque accusatio evanuit. Ista collegimus ex commonitorio Cyrilli nondum edito, quod dabimus in sequenti Concilio Romano.*



CONCILIVM ROMANVM
Habitum anno CCCCXXX.

Concilii sanè istius mentionem fecere Binius & post eum novissimi Conciliorum editores, sed nimis profectò jejunè & exiliter, præsertim in re magni momenti. Agebatur enim de perverso dogmate Nestorii Episcopi Constantinopolitani, quod Ecclesiam conturbabat. Docebat quippe beatam virginem Mariam, non Theotocon, sed Christotocon appellandam esse. Et quia sermones ab eo habiti ad populum dederant locum rumoribus, cùm intelligeret causam fidei, qua communis est, ad omnes Episcopos pertinere, præcipuè verò ad Romanum, Cælestinum Papam, qui tum apostolicæ sedi præerat, in partes suas trahere conatus, literas ad eum commentariosque doctrinam de matre Christi suam continentes misit per Antiochum virum illustrem. Sed eodem tempore Cyrillus Episcopus Alexandrinus, qui secundam sedem tenebat, Diaconum Ecclesiæ suæ nomine Possidonium Romam misit cum commentariis quibus Nestorii impietas confutabatur. Inventum est nuper inter schedas celeberrimi viri Iacobi Sirmondi commonitorium quod tum Cyrillus dedit Possidonio, quod mecum pro amicitia nostra & humanitate sua liberalissimè communicavit vir clarissimus Ioannes Harduinus cum Latina interpretatione viri item clarissimi Ioannis Garnerii. Sic ergo habet.

ὙΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΤΟΥ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου γενόμενον πρὸς Ποσειδώνιον ἀποσταλέντα παρ' αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ τῶν κατὰ Νεστόριον ἕνεκεν.

Ἡ Νεστορίου πίστις, μᾶλλον δὲ κακοδοξία ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν· φησὶν ὅτι ὁ θεὸς λόγος προεγνωκὼς ὅτι ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεννώμενος ἅγιος ἔσται καὶ μέγας, εἰς τοῦτ' ἐξελέξατο αὐτὸν, καὶ παρεσκεύασε μὲν γεννηθῆναι, δίχα ἀνδρὸς ἐκ τῆς παρθένου, ἐχαρίσατο δὲ αὐτῷ τὸ καλεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ ὀνόμασιν, ἤγειρεν αὐτόν.

Ὥστε κἂν ἐνανθρωπήσας λέγηται ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ὅτι συνῆν ἀεὶ, ὡς ἀνθρώπῳ ἁγίῳ τῷ ἐκ τῆς παρθένου, διὰ τοῦτο λέγεται ἐνανθρωπῆσαι. ὥσπερ δὲ συνῆν τοῖς προφήταις, οὕτω φησὶ καὶ τούτῳ, κατὰ μείζονα συνάφειαν.

Διὰ τοῦτο φεύγει πανταχοῦ τὸ λέγειν τὴν ἕνωσιν, ἀλλ' ὀνομάζει συνάφειαν, ὥσπερ ἐστὶν ὁ ἔξωθεν, καὶ ὡς ἂν λέγῃ πρὸς Ἰησοῦν, ὅτι καθ' ὡς ἦν μετὰ Μωϋσῆ, οὕτως ἔσομαι καὶ μετὰ σοῦ.

Κρύπτων δὲ τὴν ἀσέβειαν λέγει, ὅτι ἐκ μήτρας συνῆν αὐτῷ. Διὰ τοῦτο οὔτε θεὸν ἀληθινὸν αὐτὸν εἶναι λέγει, ἀλλ' ὡς ἐν εὐδοκίᾳ τοῦ θεοῦ κεκλημένον οὕτως· κἂν κύριος ὀνομασθῇ, οὕτως πάλιν αὐτὸν βούλεται κύριον, ὡς τοῦ θεοῦ λόγου χαρισαμένου αὐτῷ τὸ καλεῖσθαι καὶ οὕτω.

Μὴ, φησὶν, ὅτι ὥσπερ λέγομεν ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἀναστῆναι, ὁ ἄνθρωπος ἀπέθανε καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀνέστη. καὶ οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ λόγον.

Καὶ ἡμεῖς μὲν γὰρ ὁμολογοῦμεν, ὅτι καὶ ἀθάνατός ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ ζωή ἐστιν· ἀλλὰ πιστεύομεν, ὅτι γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἑνώσας ἑαυτῷ τὴν σάρκα μετὰ ψυχῆς λογικῆς ἔπαθε σαρκὶ, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ πέπονθεν, αὐτὸς λέγεται παθεῖν, καίτοι τὴν φύσιν ἀπαθὴς ὤν· καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀνέστη, οὐ γὰρ εἶδε διαφθορὰν ἡ σὰρξ αὐτοῦ, λέγεται ὅτι αὐτὸς ἀνέστη ὑπὲρ νεκρῶν.

Ἐκείνῳ δὲ οὐ ταῦτα δοκεῖ, ἀλλὰ φησὶν ὅτι ἀνθρώπου γέγονε τὸ πάθος, καὶ ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις, καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις σῶμά ἐστιν ἀνθρώπου τὸ

COMMONITORIVM sanctissimi Episcopi Cyrilli datum Possidonio, cùm mitteretur Romam propter Nestorii negotium.

Nestorii fides, aut hæresis potiùs, sic se habet. Deus Verbum, *inquit*, cùm prænovisset eum qui ex beata virgine natus est sanctum & magnum futurum, ipsum idcirco elegit, fecitque ut sine viro nasceretur ex virgine: quin & hanc ei gratiam contulit ut suis nominibus appellaretur, atque ita diceretur filius, Dominus, & Christus. Fecit etiam ut pro nobis moreretur, mortuumque rursus excitavit.

Propterea verò unigenitus Dei filius verbum dicitur incarnatus, quia semper est cum homine illo sancto quem virgo peperit. Quemadmodum autem est cum Prophetis, sic, *inquit*, est cum isto, sed majore connexione.

Quare ubique fugit dicere unionem, sed connexionem vocat, qua nempe connectitur qui exteriùs adhæret, & quomodo Deus dixit ad Iosue: *Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum.*

Vt verò tegat impietatem, ex ipso utero dicit simul cum ipso fuisse. Non ergo fatetur ipsum esse verum Deum, sed ita fuisse appellatum, ex benevola Dei voluntate; & quamvis Dominus vocatus sit, ita rursus vult esse Dominum ut cui Deus verbum gratia ita concessit vocari.

Ait insuper hominem esse mortuum hominemque resurrexisse, non verò, sicut dicimus, Dei filium pro nobis mortuum esse & resurrexisse. Homo, *inquit*, mortuus est, & homo resurrexit; nihilque ejusmodi Deus verbum passus est.

Nos verò confitemur quidem immortalem esse Deum verbum, imò esse vitam: sed credimus tamen carnem esse factum, & cùm univisset sibi carnem anima rationali præditam, passum esse carne secundùm scripturas. Et quoniam corpus ejus passum est, dicitur ipse passus, quamvis natura sit impassibilis. Et quoniam corpus ejus surrexit, non enim vidit corruptionem caro ejus, dicitur & ipse surrexisse pro mortuis.

Nestorius verò non ita opinatur; sed ait hominis fuisse passionem hominisque resurrectionem, & quod proponitur in mysteriis, esse hominis

ANNO CHRISTI 430.

corpus. Nos autem credimus verbi carnem idcirco vivificatam esse quòd facta sit verbi cuncta vivificantis caro & sanguis.

Hæc ille non sustinens dicere, fecit ut Cælestius libellos daret adversùs Presbyterum Philippum, qui ipsum arguerat, nec jam cum ipso propter hæresim volebat convenire. In his autem libellis accusationis caput erat quòd Manichæus foret.

Deinde vocavit hominem ad Concilium. Venit ille rem agens secundùm canones, promptus ad se defendendum. Quoniam verò Cælestius non habebat unde probaret objectum crimen, à conspectu se removit, & ad Concilium non venit.

Cùm non reperisset Nestorius opportunam occasionem hanc, ad aliam confugit. Dicebat enim Philippo: Aliquo consilio conventus fecisti, & in tuis ædibus oblationem peregisti. Cùmque omnis clerus diceret, Quisque nostrum id in tempore & data opportunitate efficit, adversùs virum depositionis sententiam tulit.

Ecce habes etiam tomos quibus continentur capita blasphemiarum Nestorii.

Post acceptas Nestorii Cyrillique literas & commentarios, Cælestinus congregavit Episcopos apud Romam, & cum eis examinavit totum istud negotium: tandemque universarum sententia fuit damnandum esse impium dogma Nestorii, eique anathema intendendum nisi resipisceret intra decimum diem postquam ei ista sententia publicè innotuisset. Cetera Concilii istius acta, quia notissima sunt, non persequar. Addam tantùm fragmentum allocutionis Cælestini in Concilio isto, quod idem Garnerius deprehendit in conflictu Arnobii cum Serapione. Hæc sunt igitur ejus verba.

a [a] Recordor beatæ memoriæ Ambrosium in die natalis Domini nostri Iesu Christi omnem populum fecisse una voce Deo canere: *Veni redemptor gentium, ostende partum virginis; miretur omne seculum: talis decet partus Deum.* Numquid dixit: *Talis decet partus hominem?* Ergo sensus fratris nostri Cyrilli, in hoc quod dicit Θεοτόκον Mariam, valde concordat: *Talis decet partus Deum.* Deum partu suo virgo effudit, ipso potente qui omnipotentia plenus est. Hilarius quoque, vir acris ingenii, scribens [b] in Constantium Imperatorem, de incarnatione Domini sic ait: *Filius*, inquit, *Dei factus est homo: Deus est.* Et præposterans repetit: b

προκείμενον. ἡμεῖς δὲ πιστεύομεν ὅτι τοῦ λόγου ἐστὶ σὰρξ ζωοποιὸν ἰσχύουσα, διὰ τοῦτο, ὅτι τοῦ τὰ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου γέγονε σὰρξ καὶ αἷμα.

Ταῦτα οὐκ ἀνέχων λέγειν ἐκεῖνος Κελέστιον παρεσκεύασεν ἐπιδοῦναι λιβέλλους κατὰ Φιλίππου τοῦ Πρεσβυτέρου, ἐλέγχοντα αὐτὸν, καὶ μηκέτι θελήσαντα συναφθῆναι μετ' αὐτοῦ διὰ τὴν αἵρεσιν· ἐν δὲ τοῖς λιβέλλοις αἰτία τις ἦν ὅτι Μανιχαῖός ἐστιν.

Εἶτα κέκληκε τὸν ἄνθρωπον εἰς συνέδριον, κακεῖνος ἦλθεν, πρᾶγμα ποιῶν κανονικὸν, ἑτοίμως ἔχων ἀπολογήσασθαι· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν εἶχε δεῖξαι ὁ Κελέστιος, ἀφανῆ ἑαυτὸν κατέστησε, καὶ οὐκ ἀπῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον.

Οὐχ εὑρὼν ἑαυτῷ τὴν ἀφορμὴν, ἐφ' ἑτέραν ἐχώρησεν· ἔφη γὰρ ὅτι τινὸς ἕνεκεν παρασύναξιν ἐποίησας, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ προσφορὰν ἐτέλεσας, παντὸς σχεδὸν τοῦ κλήρου λέγοντος, ὅτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος ἐν καιρῷ καὶ χρείας τοῦτο ποιεῖ, ἐξένεγκεν ἀπόφασιν καθαιρέσεως κατὰ τοῦ ἀνθρώπου.

Ἰδοὺ, ἔχεις τόμους ἔχοντας κεφάλαια τῆς βλασφημιῶν Νεστορίου.

[c] *Deus filius hominis factus est; sed homo non est factus Deus, nec filius hominis factus est filius Dei. Superavit enim magnitudo Domini parvitatem servilis formæ, ita ut ipsa forma servilis, quam adsumsit, cessaret esse servilis per eum Dominum qui eam adsumpsit. Si enim qui natura non filii Dei, per ipsum efficiuntur filii Dei, quanto magis ipse, qui natura filius Dei est, hunc cum quo voluntate sua alvo virginali conceptus & natus est ita sublimavit in Deum ut in nomine ejus omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris?* Item præcessor meus Damasus scribens ad Paulinum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum, inter cetera ait. *Anathematizamus eos qui duos filios Dei asserunt, alterum qui ex patre ante secula est genitus, & alterum qui ex adsumptione carnis natus est ex virgine.* Item ipse apostolicæ memoriæ vir Damasus [d] in altera epistola ad Paulinum. [e] *Anathematizamus eos qui duos in Salvatore filios confitentur, alium ante incarnationem, & alium post adsumptionem carnis ex virgine, & non eundem Dei filium & antè & postea ipsum esse Christum Dominum Dei filium, qui natus est ex virgine, confitentur.* c d e

a Fragmentum istud orationis Cælestini in Concilio Romano contulimus cum veteri exemplari monasterii Corbeiensis, in quo continetur altercatio Arnobii cum Serapione.

b IN CONSTANTIVM] Codex Corbeiensis habet *ad Constantium.* Vtraque lectio bona est. Sanè in codice 2574. bibliothecæ Colbertinæ, pro eo quod in vulgatis Hilarii editionibus legitur *in Constantium*, disertè scriptum est *ad Constantium.* Et Ferrandus Diaconus in epistola ad Pelagium & Anatolium: *Quæ verba, non mea, sed beati Hilarii in secundo libro quem ad Constantium Imp. scripsit.* Ceterùm hic locus deest in hac Hilarii epistola. Itaque rectè in calce monuerunt editores illam videri esse imperfectam.

c DEVS FILIVS]. In veteri exemplari sic legitur *Deus. filius hominis factus est Deus. Homo enim factus est Deus, non Deus factus est homo, & filius hominis factus est filius Dei. Superavit &c.* Nos hanc lectionem recipere in textum noluimus.

d IN ALTERA EPISTOLA] In aliquot codicibus ista referuntur ad unicam Damasi epistolam. Quam auctoritatem secutus Holstenius anathematismos Damasi in unam compegit epistolam. Verùm diversas fuisse hinc patet quòd anathematismi de divinitate & incarnatione filii bis illic ponuntur. Quod certum ab ullo, multò minùs à tanto viro admitti debuit. Sed quia posteritas amavit duas illas Damasi epistolas consequenter describere, mirum non est si quibusdam proclive fuit existimare unam eandemque epistolam esse. In veteri codice regio hæc posita sunt in fronte epistolæ, quæ pertinet ad secundam: *Formula fidei subrogata, cui deberent hi qui ab hæresi revertuntur subscribere.* Quæ verba rectè cohærent cum illis quæ in fine anathematismorum addita sunt in veteri exemplari Ecclesiæ Bellovacensis. *Explicit confessio catholica quam subdidit Damasus Papa epistolæ suæ ad Paulinum contra Macedonium, Eunomium, & Apollinarem hæreticos.* In duobus antiquis collectionibus canonum, quorum una habetur in bibliotheca Ecclesiæ Lugdunensis, altera in Colbertina, epistola secunda, quæ incipit *Post Concilium Nicænum*, hunc titulum habet. *Epistola confessionis Damasi II ad Paulinum de damnatione quorundam hæreticorum.* Codex celeberrimi monasterii sancti Galli in Helvetia, in quo anathematismi istius secundæ epistolæ ponuntur post epistolam Hieronymi ad Damasum de Alleluya, hæc habet in fronte. *Quæ sunt in urbe Roma Concilio Nicæno superadjecta.*

e ANATHEMATIZAMVS] Hic anathematismus paulò aliter refertur in ipsa epistola. Verùm satis fuit Cælestino sensum referre.

CONCILIVM ROMANVM
Habitum anno CCCCXXXI.

Post damnatam superiore anno dogma Nestorii, Cælestinus Pontifex Romanus epistolam se suaque fide dignam scripsit ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum, qua ei curam imposuit significandi Nestorio ut aut intra decem dies ab hujus conventionis die numerandos pravas professiones suas scripta professione condemnaret & hanc se de nativitate Christi Domini nostri fidem tenere confirmaret quam & Romana & Alexandrina & universalis devotio tenebat, aut sciret se ab Ecclesiæ corpore modis omnibus removendum. Hujus sententiæ executionem suspendit auctoritate sua Theodosius Imperator, jubens per literas ad omnes Metropolitanos scriptas XIII. *Kal. Decembr. ut & ipsi ad Ephesiorum urbem convenirent in ipso sancto Pentecostes die, qui hoc anno incidit in diem septimam Maii, & secum adducerent quosdam Episcopos suarum provinciarum. Cùm ergo Cælestinus accepisset sacram Imperatoris, fecit quod tum solebant apostolicæ sedis antistites, Romam evocavit Episcopos occidentales; atque* illic congregati, *ut aiunt patres Ephesini Concilii in relatione ad Imperatores*, præsente etiam magnæ Romæ sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Cælestino, *& rectam de fide sententiam magno consensu prædicaruat, eosque qui diversa sentirent, alienos esse penitùs sacerdotio & clero & gradu definierunt. Præterea legationem decreverunt mittendam esse ad synodum Ephesinam: ad idque munus obeundum delecti sunt Arcadius & Projectus Episcopi, qui totius occidentalis sanctæ synodi sententiam œcumenico Concilio exponerent, & Philippus Presbyter Romanus, qui Cælestini locum in eo teneret. Data fuisse Legatis mandata, ut verbo veteris interpretis utar, sive instructiones, ut loqui amant Cælestinus ejusque successor Leo, docemur primò ex commonitorio quod Cælestinus illis dedit, tum etiam ex relatione Concilii Ephesini ad Augustos; ex qua etiam illud discimus, eos mandata sua ex scripto deposuisse apud synodum. Ea nunc non extant. Sed illustrissimus Cardinalis Baronius ex epistola Cælestini ad synodum Ephesinam collegit sic ab eo Romanaque synodo missos esse Legatos in orientem, non ut redditis irritis quæ anno superiore adversùs Nestorium ab eodem Pontifice decreta essent, causa ejusdem novo subjaceret examini, sed potiùs ut sententiæ in Nestorium latæ iidem Legati essent executores. Quod sanè confidentiùs asseruisset Baronius, si commonitorium Cælestini vidisset quod nos daturi mox sumus. Illustre hoc antiquitatis monumentum, hactenus ineditum, invenimus in vetustissimo & optimo codice M.S. bibliotheca Colbertinæ; ac præterea aliud ejusdem exemplar habuimus ex codice Vaticano quem circa tempora Nicolai Papæ V. scriptum esse accepi ab eo qui illud ad me misit, eminentissimo doctissimoque viro Hieronymo Cardinale Casanata. Emendatius autem est in codice Colbertino quàm in Vaticano. Sic ergo habet.*

Commonitorium Papæ Cælestini Episcopis & Presbyteris euntibus ad orientem.

Ex codice 1865. Colbert. & 1310. Vaticano.

CVM Deo nostro, sicut credimus & speramus, auctore ad destinata vestra caritas venerit loca, ad fratrem & coëpiscopum nostrum Cyrillum consilium vestrum omne convertite, & quicquid in ejus videritis arbitrio facietis. Et auctoritatem sedis apostolicæ custodiri debere mandamus. Siquidem & instructiones quæ vobis traditæ sunt hoc loquuntur ut interesse conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis judicare debeatis, non subire certamen. Quòd si transactam synodum & rediisse omnes Episcopos videritis, requirendum est qualiter fuerint res finitæ. Si pro antiqua fide catholica res gestæ sunt, & sanctum fratrem meum Cyrillum Constantinopolim didiceritis profectum, ire vobis illò necesse est, ut epistolas nostras Principi porrigatis. Quòd si aliter actum est, & in dissensione res sunt, ex ipsis rebus conicere poteritis quid cum consilio supradicti nostri fratris agere debeatis. Data VIII. Iduum Maiarum, Basso & Antiocho Consulibus.



VERSIO ANTIQVA CONCILII EPHESINI PRIMI

Habiti anno CCCCXXXI.

PRÆFATIO.

SOEpenumero mecum admiratus sum quid causæ esse potuerit quòd cùm Conciliorum generalium collectionibus quæ ad hunc usque diem vulgatæ sunt per typographos insertæ fuerint antiquæ versiones Latinæ Concilii Chalcedonensis, septimi œcumenici, quod apud Nicæam habitum est, & octavi, quod apud Constantinopolim, omissa sit Ephesinæ synodi œcumenicæ vetus interpretatio qua occidentalis Ecclesia utebatur. Neque enim viris clarissimis qui collectiones illas adornarunt ignota esse potuit vetus illa interpretatio, cùm edita pridem sit ab Antonio Contio, & præterea laudata ab iis qui Romæ Gratiani collectioni recognoscendæ recensendæque præfuerunt, tum etiam à Theodoro Peltano, Hieronymo Commelino, Antonio Possevino, & ab illustrissimo Cardinale Baronio. Quin & idem aliquoties commemorat duo antiqua ejusdem synodi Ephesinæ Latina exemplaria, unum ex bibliotheca Vaticana, quo etiam usos se esse testantur iidem Correctores Romani & qui anno MDCVIII. præfuerunt editioni Conciliorum quæ Romæ facta est, aliud ex blibliotheca Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis. Ac mihi quidem in hanc rem curiosiùs intuenti nihil probabilius occurrit quàm offensos fuisse viros doctissimos mendis & lacunis quæ extant in editione Contii, & fortean incidisse in codices nihilo meliores. Vtcunque se res habeat, ad institutum meum pertinere putavi ut in collectionem meam referrem antiquam illam versionem, quæ & in Concilio V. laudata est, & Liberato Carthaginensi Archidiacono ac Gregorio magno Papæ nota fuit; (S. Gregor. lib. 6 epist. 31.) præsertim cùm eam daturus sim multò meliorem factam ope trium vetustissimorum exemplarium, quorum duo antiquiora extant in bibliotheca Colbertina, tertium, quod fuit olim monasterii sancti Iuliani Turonensis, nobis suppeditavit humanitas eruditissimi viri Ioannis Mabillonii monachi Benedictini. Omnium antiquissimum est Colbertinum, ex quo descriptum puto fuisse Turonense illud. Vtrumque enim ex urbe Turonensi huc pervenit. Aliud fuit olim insignis Ecclesiæ Bellovacensis; & à celeberrimo viro Nicolao Fabro relictum bibliothecæ Thuanæ, demum in Colbertinam translatum est. Animus fuerat huic exemplari insistere, quòd mihi constet Concilium V. simili usum fuisse, adeoque hinc confirmetur istius versionis auctoritas. Verùm quia is codex est valde mutilus & imperfectus, reliqui verò sunt integri & sani, si primam paginam Colbertini excipias, quæ propter vetustatem ferè obliterata est, coactus sum eos sequi qui sani & integri sunt, licèt interdum dissentiant à Bellovacensi. Quamvis enim persuasum habeam unam eandemque versionem esse eam quæ in tribus illis antiquis exemplaribus continetur, verum tamen est permulta illic esse dissimilia, nimirum mutata ab iis qui offendebantur fortassis obscuritate veteris translationis. Ceterùm variantes lectiones adnotavimus

vimus in singulis paginis, ut lector eam præferre possit quam meliorem esse putaverit. Antequam verò huic præfationi finem imponam, illud quoque admonendos esse putavi lectores, nescire me quas antiquas hujus Concilii versiones Latinas curatoribus Conciliorum editionis Romanæ, quos redarguit, objiciat Hieronymus Aleander in capite quarto secundæ dissertationis de regionibus suburbicariis. Etenim omnes quæ ante illam Romanam prodierunt, si Contianam excipias, quæ est hæc nostra, non habuerunt actionem in qua Cyrillus Episcopus Alexandrinus & Memnon Ephesinus libellos obtulerunt adversùs Nestorium, à quo damnati ac depositi fuerant. Itaque editiones illæ docere non poterant viros doctissimos quid emendandum esset in libellis istis. Multò minùs Contiana illis dux esse potuit ad constituendam diversam lectionem ab ea quæ negotium facessere visa est hominibus eruditis, cùm ea illic lectio verbis conceptis habeatur cui emendandæ frustra hactenus insudatum est, quemadmodum nos ibi dicemus.

Theodorus Peltanus in præfatione ad acta Concilii Ephesini.

Neque tamen mihi tantum arrogo ut me hoc assecutum dicam; ut assequerer, omni ope contendi. Id apertè constabit, si qui nostra cum appendicibus quæ quinque postremis tomis accesserunt vel cum Contiana editione comparare voluerit. Constat enim pleraque usque adeo incultè, horridè, atque obscurè decurrere ut sæpe quid dicatur intelligi non queat. Et paulò pòst. *Usus sum item editione Contiana. Qui liber, quamquam imperfectus & ad verbum de Græco expressus est, (unde frequenter multa obscurissima sunt, ut Oedipo quondam opus esse videatur) tamen ab homine Græcis literis imbuto non difficulter quid Græcum exemplar habuerit intelligi potest.*

Correctores Romani in indice librorum quibus usi sunt in emendando Decreto Gratiani.

Ephesini Concilii primi antiqua versio, ex Vaticana.

Iidem in annotationibus ad cap. *De illicita.* 24. q. 3.

In Concilio Ephesino bibliothecæ Vaticanæ & Lutetiæ impresso, in epistola ipsa Cælestini ad Nestorium hæc leguntur ad hoc caput pertinentia. Scias volo post primam & secundam &c. *ut infrà in gestis Concilii cap.x.*

Possevinus in Apparatu sacro.

Ephesinum Concilium, ex quatuor primis generalibus Conciliis ordine tertium, è bibliotheca Antonii Contii primò prodierat; sed quod Peltanus è bibliotheca Bavarica vertit, superavit omnino illam priorem editionem.



ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

ANTIQVA VERSIO
CONCILII EPHESINI PRIMI
Habiti anno CCCCXXXI.

Tractatus primus beati Cyrilli Alexandrini Episcopi de incarnatione Domini ad totius Ægypti monachos contra Nestorium Constantinopolitanum Episcopum.

CAP. I. CYrillus Presbyteris & Diaconibus patribus monachorum, & qui vobiscum solitariam vitam adepti & in Dei fide stant collocati, dilectissimis & desiderabilibus in Domino salutem. Venerunt quidem aliqui eorum qui vobiscum sunt secundùm consuetudinem in Alexandrinam civitatem. Me verò requirente & vehementer sciscitante si per vestigia paternæ [a] mansuetudinis ambularent, & vos ipsi in fide recta & immaculata clarere festinantes, [b] conversatione præcipua, nobilitate abstinentiæ, laboribus regeremini, vera arbitrantes pascua propter bonitatem eligere decertari, nuntiaverunt illi hæc quidem apud vos sic se habere, adicientes quia priscas virtutes munificentiùs augeatis. Necessario itaque ego gaudebam, mensque mea magnanimiter lætabatur, suas faciens filiorum virtutes. Et meritò. Est enim incongruum nutritores quidem puerorum virtutibus juvenum congaudere, & si quid ab eis agatur arte laudabili, hoc velut quandam coronam suis capitibus applicare, illorumque fortitudine participare decorem. Nos autem cùm simus patres spiritales & vos doctrinis ad bona certamina [c] perurgeamus, ut motum corporis evincentes, & respuentes in peccatum incidere & à satana tentatore devinci, palmam percipiatis, non potiore quàm illi Deo amabili magnanimitate [d] lætari. Quapropter, sicut ait discipulus Salvatoris, omne studium conferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia verò continentiam, in continentia verò patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate verò fraternam dilectionem, in fraterna dilectione caritatem. Hæc enim dum vobis præsentia sunt & abundant, non segnes nec infructuosos vos facient in cognitione Iesu Christi. Ego namque reor oportere eos qui eligunt intelligibilem in Christo vitæ gloriam & sacram perambulare viam, primùm quidem simplici & inviolata nobilitari fide, deinde eis augendam esse virtutem, quo facto studere ditari Christianæ scientiæ sacramentis & ad perfectam scientiam valde consurgere. Hoc arbitror esse quod dictum est in virum venire perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis ejus. Prudentia itaque monachis conveniente vestros [e] accingire lumbos, dimicate contra passiones animarum simul & corporum. Sic enim eritis clari atque probabiles & in [f] spe bona quæ sanctis est præparata. Sit autem in vobis præ omnibus aliis recta fides, & quæ omnino reprehendi non possit. Sic enim vos ipsi pietatis sanctorum patrum vestigia sequentes, commorabimini cum eis in mansionibus supernis, & in tabernaculis cœlestibus habitabitis; de quibus sacratissimus Esaias meminit dicens: *Oculi tui videbunt Hierusalem.* [g] *Civitas dives, tabernacula quæ* [h] *non movebuntur.* Conturbatus enim non mediocriter sum audiens quia tumultus quidam ad vos pessimi pervenerunt, & circumeunt aliqui simplicem vestram solventes fidem, ac verbis inanibus [i] excitant populum, interrogantes atque dicentes sanctam virginem utrum Dei genitricem an non oporteat nominare. [k] Erat quidem melius à talibus quæstionibus vos modis omnibus abstinere, & quæ vix possunt velut in speculo & in ænigmate contemplari, [l] sapientia perfectos & mente præcipuos omnino nec tangere. Subtiliores namque contemplationes etiam perfectorum transcendunt sensum. Sed quia jam semel hi sermones ad vestrum pervenisse probantur auditum, & forsitan nituntur aliqui contendere & eis qui non sunt mente robusti [m] hoc ipso inserere veluti quodam aculeo læsionem, oportere necessarium judicavi pauca, carissimi, apud vos de his verba proferre, non ut contendatis, sed potiùs ut si qui contra vos insurgunt, illorum vanitatibus veritatem obicientes, ipsi erroris dispendia declinetis, & aliis sermonibus competentibus prodesse valeatis, tamquam fratribus suadentes ut antiquam fidem Ecclesiis à sanctis Apostolis traditam in suis animabus habeant sicuti quandam pretiosissimam margaritam. Miratus itaque sum si omnino quidam dubitant utrum Dei genitrix an non dicenda sit sancta virgo. Si enim est Deus Dominus noster Iesus Christus, quomodo non Dei genitrix, quæ peperit, virgo? Hanc nobis tradiderunt fidem sacri discipuli, licèt sermonis memoriam non fecerunt. Sic quoque sapere didicimus à patribus sanctis. Denique laudandæ memoriæ pater noster Athanasius exornans Alexandrinæ Ecclesiæ sedem in [n] cunctis quadraginta & sex annis, & contra nefandissimorum

[a] MANSVETVDINIS] Hæc est lectio codicis Turonensis. Contius habet *consuetudinis*. Codex Colbertinus mutilus est in hoc loco.

[b] CONVERSATIONE] Apud Contium legitur, *conversatione & præcipua nobilitatis abstinentia laboribus*. Sed nos secuti sumus consensum veterum exemplarium.

[c] PERVRGEAMVS] Codex Colbertinus & Turonensis habent *perungamus*.

[d] LÆTARI] Codex Bellovac. *lætantes impleri*. Voces autem *Deo amabili* heic additæ sunt ex eodem libro.

[e] ACCINGITE] Ita codex Turonensis. At Bellovacensis & Colbertinus, item etiam Contius habent *accingentes*.

[f] SPE BONA] Codex Bellovac. *spei bono quod sanctis est præparatum*.

[g] CIVITAS DIVES] Retinuimus lectionem codicis Bellovacensis, quæ meliùs congruit cum vulgatis translationibus & cum textu Græco. In codice Colbertino & in Turonensi & apud Contium legitur, *civitas vivens*.

[h] NON MOVEBVNTVR] Codex Bellovac. *non commovebuntur. Vnde verò non nescio conturbatus verò non mediocriter.*

[i] EXCITANT] Idem codex, *exercitant*.

[k] ERAT] Ibid. *Et erat equidem*.

[l] SAPIENTIA PERF.] Hanc lectionem exhibent codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *à sapientia perfectos & me præcipuos*. Contius, *sapientia perfecti & mente præcipui*.

[m] HOC IPSO] Codex Bellovacensis, *quod attinet ad ipsos inferro*.

[n] CVNCTIS QVADRAG.] Ita Contius & codices Turonensis & Colbertinus. In Bellovacensi legitur, *cunctis numero quadraginta*.

ANNO CHRISTI 431.

hæreticorum adinventiones inexpugnabilem quendam & apostolicum obiciens intellectum, & velut odorifero unguento suis conscriptionibus omnem satians mundum, cui pro rectitudine & integritate dogmatum omnes pariter attestantur, de sancta & consubstantiali trinitate nobis componens librum, in tertio sermone superiùs & inferiùs Dei genitricem vocat virginem sanctam. Necessariò namque utar ejus voce ipsis sermonibus sic habente. *Intentio igitur hæc est & figuratio divinæ scripturæ, sicuti sæpe diximus, duplicem in ea esse de Salvatore promissionem, & quia Deus semper fuit & est filius, verbum existens & splendor & sapientia patris, & quia novissimè propter nos carnem adsumens ex virgine Dei genitrice Maria homo factus est.* Et post alia rursus. *Plurimi siquidem sancti fuerunt & omni peccato puri. Hieremias autem & ex ventre sanctificatus est. [a] Iohannes adhuc in utero exultavit in voce Dei genitricis Mariæ.* Dignus itaque vir & fiducia pollens non diceret ea quæ sacris non conveniunt libris. Quomodo enim à veritate frustraretur ita clarus & famosissimus & [b] in ipso sancto magnoque Concilio, id est, Nicæno, per tempora congregato coram omnibus admirabilis, nondum quidem episcopatus sede percepta, sed magis inter Clericos constitutus, attamen propter sapientiam altamque mansuetudinem & subtili valde incomparabilique prudentia tunc quidem adsumptus est à beatæ memoriæ Alexandro Episcopo; eratque cum sene velut filius, patri ducatum ad utilia quæque præbens, & ad singula viam quæ erant agenda demonstrans. [c] Sed quia verisimile est quosdam se putare ex ipsa scriptura divinitus inspirata refellere & super hæc sanctum illum magnumque Concilium videre neque Dei genitricem dixisse Domini matrem neque omnino tale aliquid definisse, age nunc, age, & velut sub uno monstremus de intelligendo dispensationis Christi mysterio quomodo à divina scriptura nobis sit prædicatum, & quid ipsi dixerint patres immaculatæ fidei definitionem proferentes, inspirante scilicet eis sancti spiritus veritate. Non enim erant qui loquebantur ipsi secundùm Salvatoris vocem, sed spiritus Dei & patris qui loquebatur in eis. Cùm enim ita probatur quia Deus secundùm naturam est qui ex sancta virgine natus est, nullum reor omnino segnem ut intelligere dubitet aut loqui quia genitrix Dei sit dicenda, sed apertè profiteri, [d] & nimiùm consequenter. Sic enim se habet nostræ fidei symbolum. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex substantia ejus, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est [e] & homo factus, passus, & resurrexit tertia die, ascendit in cælos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum.* Hæreseon igitur inventores perditionis sibimetipsis & aliis foveam fodientes, in tantam sensuum vanitatem lapsi sunt ut putent & dicant recentem esse filium & sub æqualitate creaturarum, ut subsisteret, esse productum à Deo & patre, & eum qui est ante omne seculum & tempus, magis autem ante secula, & factorem [f] principio circumscribentes, fatui non erubescunt; minorantes autem secundùm quod eis videtur æqualitatem ejus & gloriam à patre, eminere eum aliis vix concedunt, mediatorem esse dicentes Dei & hominum, neque summitatem eminentis gloriæ sortitum, neque creaturarum præsidentem mensuris. Quis etenim est qui & divina excellentia minor & creatura mensuris præest? Inconsiderata omnino res est, & locus aut ratio nulla conspicitur inter creatorem & creaturam. Abstrahentes igitur eum, quantum ad ipsos est, à sede divinitatis, filium & Deum nominant, & adorandum existimant, palam clamante lege, *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*, & per vocem quoque David Deo dicente Israelitis: *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.* Sed illi quidem tamquam planum iter tritumque veritatis relinquentes, ad foveas petrasque [g] procedunt, & sicut ait Salomon, axibus agri sui erraverunt, & coacervant manibus sterilitatem. Nos autem, quibus divinum lumen in mente coruscavit, ab illorum stultitia recedentes, & eligentes sapere incomparabiliter meliora, & sanctorum patrum sequentes fidem, natum dicimus verè ex Dei patris substantia filium Deo decibiliter & ineffabiliter, & [h] in subsistentia quidem intelligi propria, eademque substantia unitum genitori & esse quidem in eo, habere vero rursus in semetipso patrem. Confitemur autem esse lumen ex lumine, Deum ex Deo, secundùm naturam æquæ gloriæ & [i] æquæ operationis, figuramque & splendorem, & per omnia [k] æqualiter habentem & nullo modo imminuendum. Sic etiam annumerato spiritu sancto, sancta & consubstantialis trinitas in una unitur natura divinitatis. Sed scriptura quidem divinitus inspirata carnem dicit [l] factum Deum verbum, hoc est, unitum carni animam habenti rationalem. Sequens autem evangelicas prædicationes sancta & magna synodus dixit ipsum unigenitum, qui ex substantia Dei & patris natus est, per quem omnia & in quo omnia, propter nos homines & nostram salutem advenisse quidem de cœlis, & incarnatum, & [m] hominem factum,

Athanas. orat. 4. cont. Arrian. pag. 483.

[a] IOHANNES ADHUC] Codex Bellovac. *Et Iohannes dum adhuc in utero portaretur, exultavit in gaudio super voce Dei genitricis Mariæ.*

[b] IN IPSO SANCTO] Idem codex: *in ipsa sancta magnaque synodo id est Nicæna per tempus congregata.*

[c] SED QUIA] Codex Turonensis & Colbertinus habent: *Et quia.* Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Itaque secuti sumus editionem Contii, quæ propiùs accedit ad textum Græcum.

[d] ET NIMIUM CONSEQ.] Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi. Non habentur enim in Colbertino, neque in Turonensi, neque in editione Contij. Non habentur etiam in contextu Græco.

[e] ET HOMO FACTUS] Codex Bellovac. *inhumanatus est.*

[f] PRINCIPIO CIRCUMSC.] Idem codex, *principio temporis circumscrib.*

[g] PROCEDUNT] Contius, *confugiunt.*

[h] IN SUBSISTENTIA] Hæc est lectio veterum exemplarium Colbertini & Turonensis. At Bellovacense habet *substantia.*

[i] ÆQUÆ OPERATIONIS] Codex Bellovac. *æquæ pulchritudinis & æquæ operationis.* In Græco est ἰσοκλεᾶ τε καὶ ἰσουργόν. quod Peltanus vertit, *ejusdem cum patre potentiæ & gloriæ.*

[k] ÆQUALITER HAB.] Codex Bellovac. *æqualis mensura habendum.*

[l] FACTUM DEUM] Ita codex Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *factum ex Deo.* In Græco est ἐκ Θεοῦ. Et paulò pòst scriptum est in omnibus antiquis exemplaribus: *Nominaverunt autem ex Deo verbum.*

[m] HOMINEM FACTUM] Codex Bellovac. *inhumanatum.*

ANNO CHRISTI 431.

passum & resurrexisse, & quia secundùm tempora veniet judex. Nominaverunt autem ex Deo verbum unum Dominum Iesum Christum. Contemplandum itaque quomodo unum dicentes filium, Dominumque eum & Christum Iesum nominantes, ex Deo & patre natum dicunt, & esse unigenitum & Deum ex Deo, & lumen ex lumine, natum & non factum, & consubstantialem patri, cùm unique possit dicere quilibet quia Christi nomen aptetur non solùm Emmanuel, sed etiam in aliis hoc positum inveniamus. Ait enim alicubi Deus de electis & sanctificatis in spiritu: *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* Sed etiam sacratissimus David unctum in Regem à Deo per manum Samuel Christum Domini Saul appellat. Et quid hoc dicam, cùm facile sit considerare volentibus inspicere eos qui in fide Christi justificati sunt & sanctificati in spiritu honoratos ista vocatione. [a] Abacuc denique Propheta Christi sacramentum & per eum salutem præconatus est dicens. *Egressus es ad salutem populi tui ut salvos facias Christos tuos.* Ergo Christus nomen convenit non [b] solùm & specialiter, sicut dixi, Emmanuel, sed etiam aliis omnibus quicunque sancti spiritus gratia fuerint inuncti. Factus namque est ex re sermo, & ab unguento uncti, id est, à chrismate Christi vocantur. Quia verò etiam nos ipsi hujusmodi gloria dignaque verè gratia [c] ditati sumus, adfirmat dicens sapientissimus Iohannes: *Et vos unctionem habetis à sancto.* Et iterum: *Non opus habetis ut doceat vos aliquis aliter, sed sicut ejus unctio docet vos.* Scriptum verò est etiam de Emmanuel: *Iesum à Nazareth, quia unxit eum Deus spiritu sancto & virtute.* Sed etiam sacratissimus David ad eum alicubi dicit: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Quid ergo videbit aliquis ampliùs in sancta virgine præter alias, licèt peperisse eam dicat Emmanuel? Nihil enim absurdum est etiamsi voluerit quispiam matrem uniuscujusque unctorum Christi nominare genitricem. Immo multùm interest & incompatabilibus differentiis gloriæ & eminentiæ Salvatoris nostri [d] munientis ea quæ nostra sunt. Nos enim famuli sumus; ille verò naturaliter Dominus & Deus, licèt factus sit nobiscum & in his quæ sunt nostra dispensativè. Propterea & beatus Paulus Christum eum nominavit & Deum; ita dicens: *Hoc enim estote cognoscentes, quia omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum cultor, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* Ergo alii quidem omnes, sicuti dixi, erunt utique, [e] & nimis consequenter, propter quod uncti sunt, Christi. Solus autem Christus etiam Deus verè, qui Emmanuel est. Neque veritate frustrabitur si quis voluerit dicere quoniam aliorum matres Christi quidem genitrices, non tamen Dei genitrices, sola verò præter illas sancta virgo & Christi genitrix simul & Dei genitrix intelligitur ac profertur. Genuit enim non purum hominem secundùm nos, sed incarnatum potiùs & hominem factum [f] ex Deo Patre verbum. Nuncupamur etenim & nos ipsi per gratiam Dei. Veruntamen non ita Deus filius, sed natura magis & veritate, licèt caro sit factus. Sed forsitan illud ais: Dic mihi, putasne divinitatis mater facta est virgo? Ad hæc quoque dicimus, quia natum quidem est indubitanter ex ipsa substantia Dei & patris vivens atque subsistens ejus verbum & sine principio in tempore existentiam habet, semper coexistens genitori & in eo & cum eo existens est intelligendus, in novissimis autem seculi temporibus, quoniam caro factum est, hoc est, unitum carni animam habenti rationalem, natum dicitur etiam carnaliter per mulierem. Assimilatur autem quodammodo nativitati secundùm nos sacramentum ejus. Matres etenim terrenorum ministrantes naturæ ad nascendum, habent quidem in vulva coagulatam paulatim carnem & ineffabilibus quibusdam Dei operationibus procedentem & perfectam in specie humana, immittit autem animali spiritum Deus quo novit modo. Format namque spiritum hominis in eo secundùm Prophetæ vocem. Altera ergo carnis, & altera similiter animæ ratio est. Sed licèt sint istæ solummodo [g] terrenorum corporum matres, attamen totum parientes animal, quod ex anima constat & corpore, non partem peperisse dicuntur. Neque dicere [h] potest aliquis Elisabeth carnis quidem genitricem, non tamen jam & animæ genitricem. Peperit namque animatum Baptistam, & tamquam unum ex ambobus hominem, anima dico & corpore. Tale aliquid gestum percipimus & in generatione Emmanuel. Natum etenim est, sicuti dixi, ex Dei patris substantia unigenitum ejus verbum. Quia verò carnem adsumens, & propriam eam faciens, appellatus est etiam filius hominis & factus secundùm nos, nihil reor absurdum dicere, magis autem & necessarium confiteri quia natus est secundùm carnem per mulierem, sicuti denique & hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tamquam unum reputatur ad illud, licèt altera natura præter illam intelligatur & sit secundùm propriam rationem. Et si voluerit quispiam cujusdam matrem dicere quia est quidem carnis, non tamen etiam animæ genitrix, nimis superfluè loquitur. Peperit enim, sicut dixi, bona arte compositum ex dissimilibus animal & ex duobus quidem, veruntamen hominem unum, manente quidem utroque hoc quod est, concurrentibus autem velut ad unitatem naturalem & quasi contemperantibus ad invicem quod velut proprium utriusque est. Quia verò necessaria nimis est unitas in Christo considerare, facile & omnino sine labore est etiam ex aliis multis. Si tamen videtur, age, beati Pauli perscrutemur voces perfectum sensum, sicuti possibile est, subtiliter attendentes. Ait enim de unigenito: *Qui*

[a] ABACUC] Secuti sumus editionem Contii, quæ juvatur auctoritate Bellovacensis exemplaris. Admonendum est tamen in aliis exemplaribus legi *Ambacum*. Quo etiam modo nomen istius prophetæ scriptum vidi in multis antiquis libris.

[b] SOLUM] Ita editio Contii & vetusti codices Colbertinus & Turonensis. At in Bellovacensi scriptum est *solo*, quod eodem recidit. Scriptum est autem *solo* pro *sole*. Quare Peltanus vocem *solo* vertit *sole*.

[c] DITATI] Si veterum librorum auctoritatem heic sequeremur, legendum esset *dicati*, cùm omnes ita habeant. Sed retinuimus lectionem Contii, quæ magis congruit cum Græco textu.

[d] MUNIENTIS] Codex Bellovacensis, *excludens*.

[e] ET NIMIS CONSEQ.] Hæc addita sunt ex eodem codice Bellovacensi.

[f] EX DEO PATRE VERBUM] Ita vetera exemplaria. In editione verò Contii legitur, *& hominem factum Dei verbum*.

[g] TERRENORUM] Codex Bellovacensis, *ex terra*.

[h] POTEST ALIQUIS] Ita vetera exemplaria. Contius pro his legit *possis*. Codex Bellovacensis postea addit, *ut puta si dicamus*.

ANNO CHRISTI 431.

cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi suscipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum. Quis igitur [a] ille est qui cùm in forma Dei esset, rapinam non arbitratus est esse aequalis Deo? Aut quomodo exinanitus & descendit ad humilitatem & formam servilem? Siquidem in duos dividentes unum Dominum Iesum Christum, id est, in hominem & verbum ex Deo patre, eum qui ex sancta virgine natus est dicunt sustinuisse exinanitionem, separantes ab eo Dei verbum, [b] praeostendendum est quia & in forma & aequalitate intelligitur & [c] fuit, ut etiam exinanitionis sustineret modum, in hoc quod non fuit descendens. Sed nihil creaturarum est si secundùm propriam intelligatur naturam in patris aequalitate. Quomodo ergo exinanitus dicitur si natura homo existens natus est secundùm nos ex muliere? Dic mihi ex qua seniori [d] eminentia homine potiore, ut esset homo, descendit, aut quomodo intelligitur adsumpsisse, tamquam non habens in principio, servi formam, qui naturaliter conversatus est inter homines & sub jugo servitutis est positus. Sed aiunt: Utique qui naturaliter & verè & liber filius ex Deo patre verbum in forma genitoris & ei aequalis existit, inhabitavit in homine nato per mulierem; & hoc est exinanitio & humilitatis causa & in servi forma inhabitasse. Ita, ô boni viri, habitare solùm in homine Dei Verbum sufficit ei ad exinanitionem, & cautum est dicere quia ita suscepit servi formam; & iste ejus erit humilitatis modus; cùm audiam quippe dicentem sanctis Apostolis: *Si quis me diligit, verbum meum custodiat, & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Audis quomodo diligentibus se cohabitare sibi & ipsum dixit Deum & patrem? Putas ergo ipsum vacuatum dabimus & similem sustinuisse humilitatem filio & servi formam suscepisse, quia diligentium se animas sanctas [e] facit solas? Quid autem spiritus habitans in nobis? Putas & ipse inhumanationis dispensationem adimplet, an certè per solum filium gestum dicimus causa salutis omnium atque vitae? Amove sic superfluam & vanam omnino sententiam. Humiliavit igitur [f] semetipsum verbum in forma Dei & patris existens, quando factum caro, sicuti Iohannes ait, natum est per mulierem; & qui nativitatem habet ex Deo patre, etiam secundùm nos sustinuit pati propter nos. Nam doceant ipsi quomodo ex Deo patre verbum Christus intelligatur atque dicatur à nobis, si ab unguendo Christus nominatur, quem unxit pater oleo exultationis aut sancto spiritu. Siquidem propriè eum qui ex eo & solo natus est Deum verbum & hoc esse dicunt quod verum ignorant, quomodo & unigeniti naturae contumelias inferunt, & dispensationis cum carne sacramenta corrumpunt? Si enim unctus est sancto spiritu Deus existens verbum, eguisse eum sanctificatione etiam nolentes [g] confitentur secundùm superiora adhuc tempora quibus nondum unctus sine participio erat donationis postea ei donatae. Quicquid verò sanctificatione privatur, nutat per naturam, neque intelligitur omnino inexpertum peccato, aut certè non posse delinquere. Sustinuit ergo & mutationem ad meliora forsitan verbum? Quomodo ergo idem ipse adhuc & non est mutatus, si Deus existens verbum & in forma & aequalitate patris ungebatur & sanctificabatur? Dicet quilibet forsan vel ex causa ad obscuros intellectus perductus, quia fortè & ipse pater eguit sanctificatione. Magis autem jam etiam major ipse apparuit filius, si sanctificatus est quidem ipse aequalis existens ei & in forma ante sanctificationem. At ille permansit in quibus fuit semper est, nequaquam ad meliora sumens erementum per sanctificationem secundùm similitudinem filii. Major autem jam etiam ambobus videtur spiritus sanctificans eos, si est indubitatum quia absque ulla contradictione quod minus est à meliore benedicitur. [h] Sed haec sunt inania & horribilia & magnae anxietatis crimina. Sancta enim est per naturam consubstantialis trinitas. Sanctus pater, sanctus autem & filius substantialiter aequali modo, similiter autem & spiritus. Ergo quantum ad propriam naturam non est sanctificatum solitariè ex patre verbum. Si quis autem putet eum qui ex sancta virgine natus est unctum & sanctificatum solum, & id ipso nominatum Christum, dicat transiens si sufficit unctio ad monstrandum eum qui unctus est aequae gloriae & aequae sedis Deo, qui super omnia. Et siquidem sufficit, & hoc dicunt quia est verum, uncti sumus & nos, & testabitur dicens sanctus Iohannes: *Et vos unctionem habetis à sancto.* [i] Erimus ergo sub aequalitate forsitan & nos ipsi Deo, prohibebitque reor penitùs nihil etiam adsidere ei sicuti denique & ipsi Emmanueli. Dictum est enim ad eum: *sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Adoret etiam nos supernorum spirituum sancta multitudo. Quando enim, inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: *Et adorent eum omnes angeli Dei.* Sed nos quidem, etsi sancto uncti sumus spiritu, adoptionis quidem ditamur gratia, vocamurque etiam Dei. Nostrae verò naturae mensuram non ignoremus. Sumus enim ex terra, & [k] habitamus inter servos. At ille est, non in quibus nos, sed natura & verè filius & omnium Dominus & de coelis. Et nequaquam dicimus rectè sapere eligentes carnis factum patrem Deum, neque ipsam deitatis naturam natam per mulierem nondum assumentem humanitatem, copulantes autem magis ad unitatem, & ex Deo natum verbum & ex sancta virgine perfectè hominem unum Christum Iesum & Dominum adoremus, neque divinitatis terminis foris ponentes propter carnem, neque in humanitatem puram deponentes propter similitudinem nostram, sic

[a] ILLE EST QUI CUM IN F.] Codex Bellovac. *ille est qui est in forma Dei & rap.*

[b] PRAEOSTENDENDUM] Ita vetera exemplaria. Sed Contius habet *praeostensum.*

[c] FUIT UT ETIAM] Codex Bellovac. *fuit patris sui, ut etiam.*

[d] EMINENTIA] Codex Turon. *obedientia.* Sed haec lectio non potest esse bona.

[e] FACIT SOLAS] id est, sedes, metaphora ducta ab infima parte calceorum.

[f] SEMETIPS. VERBUM] Codex Bellovac. *semetipsum illud verbum quod in forma Dei & patris existit.*

[g] CONFITENTUR] Codex Bellovac. *confitebuntur omni modo secundùm superiora adhuc tempora quibus nondum unctus sine participatione erat adhuc donationis qua postea ei donata est. Quod verò &c.*

[h] SED HAEC SUNT INANIA] Codices Turonensis & Colbertinus habent: *Si haec sunt inania & (sanctum spiritum) ergo quantum ad.* Et haec quidam lectio bona esse potest. Sed nos praetulimus eam quae habetur in exemplari Bellovacensi, quae magis congruit cum Graeco textu. Multa porrò heic desunt in editione Contiana.

[i] ERIMUS] Codex Bellovac. *Erimus autem.*

[k] HABITAMUS] Idem codex, *der mus*

ANNO CHRISTI 431.

intelligentes ex Deo natum verbum spontaneam sustinuisse exinanitionem. Sic humiliavit semetipsum, formam servi suscipiens, secundùm naturam propriam liber. Sic semen Abrahæ adprehendit, & communicavit sanguini & carni. Nam si homo intelligatur purus [a] secundùm nos, quomodo aliud præter se naturaliter adprehendit semen Abrahæ? Quomodo autem propriæ carni communicasse dicitur, ut per omnia fratribus similis sit? Quod enim aliquibus adsimilari dicitur, ex dissimili quodam ad hoc quod oporteat assimilari [b] currit. Adprehendit igitur semen Abrahæ, & communicavit sanguini & carni Dei verbum proprium faciens corpus quod ex muliere est, ut non solùm existens Deus, sed etiam & homo factus secundùm nos intelligatur propter [c] unitionem. Quocirca ex duabus quidem rebus indubitanter, divinitate & humanitate, Emmanuel est. Veruntamen unus Dominus Iesus Christus, unusque & verus filius Deus simul & homo. Et non homo Deus factus sub æqualitate horum qui per gratiam, sed Deus potiùs verus in humana forma apparens propter nos. Dat nobis autem fidem ad hoc & deiloquus Paulus dicens: *Cùm autem venisset plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem reciperemus nos.* Proinde qui est qui missus est, sub lege & ex muliere, sicuti dixit, factus, nisi quia [d] rursus ipse qui supra leges quidem est sicut Deus, quia verò etiam vocatus est homo, factus & sub lege, ut per omnia fratribus similis esset. Denique tributum quidem reddebat simul cum Petro didragmon secundùm Moysi legem. Quia verò est liber sicut filius, & lege superior sicut Deus, [e] licèt factus sit sicut homo, docebat dicens: *Reges terræ à quibus accipiunt censum aut tributum, à filiis suis, an ab alienis?* Petro autem dicente, *ab alienis*, intulit ipse: *Ergo liberi sunt filii.* Verè itaque palam est quia non dicitur Christus & extra carnem existens & velut solitariè ex Deo verbum, cùm deceat potiùs eum hujusmodi appellatio quando factus est homo. Age nunc, age, monstremus ex ipsis ostendentes fidem sacris litteris quia Deus secundùm naturam est & adunitatem copulavit, dico propriam carnem. Quo verè probato, Dei genitrix dicetur à nobis, & satis meritò, sancta virgo. Quapropter Propheta Esaias solum, quia non etiam inhumanatum filium, & cùm adhuc nondum adesset, præostendebat dicens: *Confortamini manus remissæ & genua dissoluta. Consolamini pusillanimes mente, confortamini. Nolite timere. Ecce Deus noster judicium reddit & retribuit, Ipse veniet & salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc* [f] *exiliet claudus sicut cervus, & clara erit lingua mutorum.* Contemplare igitur quomodo & Dominum vocat & Deum nominat, cùm utique loqueretur in spiritu, quia non hominem simpliciter deiphorum sciebat Emmanuel, neque tamquam instrumenti officio assumptum, sed Deum [g] verè inhumanatum. [h] Etenim tunc aperti quidem sunt oculi cæcorum, audierunt verò & aures surdorum. Tunc etiam instar cervi [i] claudus exilivit. Facta autem est etiam plana vox mutorum. Sic cum sanctis evangelistis prædicare jubebat spiritus dicens: *Super montem excelsum ascende qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam* [k] *qui evangelizas Hierusalem.* [l] *Exalta, noli timere.* [m] *Dic civitatibus Iuda: Ecce Deus noster, ecce Dominus cum virtute venit, & brachium cum dominatione. Ecce merces cum ipso, & opus in conspectu ejus. Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos.* Apparuit enim nobis Dominus noster Iesus Christus fortitudinem habens Deo decibilem & brachium cum dominio, hoc est, [n] cum potestate & dominatione. Denique etiam dicebat leproso quidem: *Volo, mundare.* Tetigit autem lectum, & suscitavit mortuum viduæ filium. Congregavit etiam agnos. Pastor enim est bonus, animam suam ponens pro ovibus. Vnde etiam dicebat: *Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrem, & animam meam pono pro ovibus: & alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovile, & illas oportet adducere, & vocem meam audient, & fiet unus grex & unus pastor.* Inchoans autem prædicationes ejus etiam sanctissimus Baptista, neque divinitatis instrumentum, neque hominem simpliciter deiphorum secundùm quosdam, sed Deum potiùs cum carne seu inhumanatum omnibus in Iudæa evangelizabat dicens: *Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* Cujus itaque præcepit parare vias nisi Christi, hoc est, in humana forma apparentis verbi? Sufficit, arbitror, ad fidem etiam sanctissimus Paulus, qui testatur dicens: *Quid ergo dicemus? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum ipso omnia nobis donavit.* Proinde dicito mihi quomodo intelligatur Dei proprius filius qui ex sancta virgine. Sicut enim proprium hominis necnon & uniuscujusque aliorum animalium quod ex eo [o] proprium generatur, ita proprium Dei quod ex substantia ejus est intelligitur atque dicitur. Quomodo ergo proprius Dei filius nominatus est Christus, qui etiam traditus est à Deo & patre causa omnium salutis & vitæ. Traditus est enim propter peccata nostra, & ipse iniquitates multorum portavit in corpore suo, in ligno, secundùm Prophetæ vocem. Palam ergo est quia unitatis res assumpta

[a] SECVNDVM NOS] Hæc non habentur in libro Bellovacensi.

[b] CVRRIT] Ita codices Colbertinus & Bellovacensis. Turonensis habet *dicitur*. In Græco est τρέχει.

[c] VNITIONEM] Codex Turon. *veritatem*, Colbertinus *unitatem*.

[d] RVRSVS] Hæc est lectio veterum exemplarium bibliothecæ Colbertinæ. Turonense habet *versus*.

[e] LICET FACTVS] Codex Bellovac. *etsi factus est sicut homo docebat.*

[f] EXILIET CLAVDVS] Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Turonensis & Colbertinus legunt: *Tunc exiliet sicut cervus claudus.*

[g] VERE] Ita Colbertinus & Bellovacensis. Turonensis habet *verum*.

[h] ETENIM TVNC] Ita codex Bellovacensis. Turonensis & Colbertinus habent: *Tunc etiam.*

[i] CLAVDVS] Sic habet exemplar Bellovacense. At in Colbertino scriptum est *cladus*. Locus hîc vacuus relictus est in Turonensi.

[k] QVI EVANGELIZAS HIER.] Secuti sumus hoc loco auctoritatem codicis Bellovacensis, cui convenit cum vulgata versione. In Colbertino & in Turonensi legitur simpliciter *evangelizans*.

[l] EXALTA] In Turonensi & Colbertino scriptum est *Exalta te*. In Græco etiam, prout hîc refertur à sancto Cyrillo, legitur ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε, *exaltate, nolite timere.*

[m] DIC CIVITATIS] Ita codex Bellovacensis & in vulgata editione Isaiæ. At vetera exemplaria Colbertinum & Turonense habent *Dicite*.

[n] CVM POTEST] Eadem vetera exemplaria legunt *in potestate*, cùm in Bellovacensi scriptum sit ut nos edidimus.

[o] PROPRIVM] Codex Bellovac. *secundùm naturam*.

necessariò proprium filium declaravit Dei qui ex sancta virgine est. Corpus enim non alterius cujuspiam secundùm nos, sed magis proprium ex parte existentis verbi quod est natum ex ea. Si vero puram & solam attribuit aliquis ei instrumenti ministrationem, negabit etiam invitus [a] esse verum filium. [b] Ponatur enim quis verbi gratia homo, [c] sitque ei & puer ad lyram artifex & ad psallendum optimè meditatus. Putasne iste talis reputabitur quantum ad lyram & cantilenæ instrumentum in filii loco cum filio? Quomodo ergo non est valde levis hæc res? Lyra siquidem assumpta est ad ostensionem artis. Ille autem & præter instrumentum filius genitoris. Si verò dixerint quia adsumptus est ad ministrandum qui ex muliere est, ut per eum fierent miracula & evangelicarum sanctionum prædicatio resplenderet, dicatur etiam unusquisque sanctorum Prophetarum deitatis instrumentum, & ante alios sacratissimus Moyses, qui extendens virgam, mutavit quidem in sanguinem flumina, dividens autem etiam ipsum mare, per medios ire fluctus jussit filios Israël, inferens quoque eam petris aquarum, eas fecit matres, & fontem ostendit lapideo, & mediator factus est Dei & hominum, & legis minister fuit, ac populum præcedebat. Nihil ergo plus in Christo, & superior in nullo fuit præcedentium qui velut instrumentorum opere & officio æquali modo assumpti sunt; inaniterque [d] locutus est fortè sanctissimus David illud dicens: *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei?* Sed sapientissimus Paulus constitutum quidem inter famulos ostendit Moysen, Deum verò & Dominum vocat eum qui ex muliere dispensativè factus est, hoc est, Christum. Sic enim scripsit. *Ideoque fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum fidelem existentem ei qui fecit eum, sicut & Moyses in domo ejus.* [e] *Ampliori enim iste gloria quàm Moyses honoratus est, secundùm quod majorem honorem habet domus qui ædificavit eam. Omnis enim domus fabricatur ab aliquo. Qui autem fecit omnia, Deus est. Et Moyses quidem fidelis in tota domo ejus sicut minister ad testimonium horum quæ dicenda erant. Christus autem tamquam filius in domo sua; cujus domus sumus nos.* Contemplare igitur quomodo & humanitatis ei servavit mensuram, & supernæ gloriæ & Deo decibilis dignitatis attribuit celsitudinem. Pontificem enim & Apostolum dicens, necnon & factum fidelem ei qui fecit eum, & valde bene confirmans honoratum potiùs quàm Moysen, ait: *Secundùm quod majorem honorem habet domus qui fabricavit eam.* Deinde infert: *Omnis enim domus fabricatur ab aliquo. Qui verò omnia fabricavit, Deus est.* Ergo status quidem est inter facturas & inter ea quæ fabricata sunt sanctissimus Moyses, fabricator autem omnium ostensus est Christus, cùm utique Deus dicatur fabricare omnia. Deus igitur & verus indubitanter est. Et Moyses quidem tamquam minister in tota domo fidelis. Christus autem tamquam filius in domo sua, cujus domus sumus nos. Deo quippe dicente per vocem Prophetæ: *Quia ego inhabitabo in eis, & inambulabo; & ero eorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Sed dicet aliquis forsitan, Quæ differentia Christi & Moysi intelligenda est, si ambo facti sunt per mulieres? Quomodo iste quidem famulus & tamquam in domo fidelis, hic autem etiam naturaliter dominus tamquam filius in domo sua, hoc est nos? Arbitror ego rem omni homini esse claram, si tamen boni sensus est & mentem habet Christi secundùm beatum Paulum. Ille siquidem erat homo & [f] subjugatus servituti; hic autem naturaliter liber tamquam Deus & creator omnium, & exinanitionem [g] passus voluntariam propter nos; sed non hoc eum Deo decibili gloria segregabit, neque ex sublimissima [h] super omnes celsitudine removebit aliquando. Sicut enim nos eodem spiritu ditati, (Nam inhabitavit in cordibus nostris) constituti quidem sumus inter filios Dei, esse tamen hoc quod sumus non desistimus, (sumus enim homines [i] naturaliter dicentes utique Deo, *Abba Pater*) sic & ipse, qui ex Dei & patris substantia ineffabiliter apparuit Deus verbum, assumens [k] humanitatem, honoravit quidem naturam, non tamen foris propriam excellentiam factus est, mansit autem & in humanitate Deus. Ergo non instrumenti officio adsumptum esse [l] dicimus è virgine templum; sed sequentes magis fidem sacratum litterarum sanctionumque voces, caro factum verbum adseveramus secudùm eos qui jam sæpius à nobis approbati sunt modos. Sic etiam posuit pro nobis suam animam. Quia enim erat mors ejus mundo salutaris, sustinuit crucem, confusionem contemnens, cùm vita naturaliter existeret tamquam Deus. Quomodo ergo vita mortua fuisse dicetur propria carne patiens mortem ut appareret vita vivificans rursus eam? Age enim, etiamsi in nobis ipsis mortis perscrutetur modus, nonne omnis quilibet bene sapientium dicit cum terrenis corporibus animas non perire? Et arbitror hoc esse nulli existentium dubium. Tamen hominis mors hoc quod accidit nominatur. Sic intelliges & in ipso Emmanuel. Erat siquidem verbum tamquam in proprio corpore quod ex muliere est, tradebatque illud morti secundùm tempus, patiens quidem nihil in propria ipse natura, vita namque est & vivificator, sed propria faciens quæ carnis sunt, ut etiam ipsius passio diceretur, & unus omnium dignus mortuus pro omnibus redimeret proprio sanguine quicquid sub cœlo est, & offerret Deo & patri eos qui in omni terra consistunt. Et hoc tamquam verum beatus Propheta Esaias præconatur dicens in spiritu: *Propterea ipse hereditate possidebit multos, & fortium dividet spolia, pro eo quòd tradita est ad mortem anima ejus, & inter iniquos reputatus est, & ipse peccata multorum portavit, & propter iniquitates eorum traditus est.* Vnus ergo omnium dignior,

[a] ESSE VERVM FILIVM] Secuti heic sumus consensum veterum exemplarium Turonensis & Colbertini. Nam Bellovacense habet: *invitus & esse secundùm veritatem filium.*

[b] PONATVR] In libro Turonensi & in Colbertino scriptum est *Vocatur.* Sed nos sequi sequi maluimus auctoritatem codicis Bellovacensis, quòd in Græco legatur [illegible] quod Peltanus rectè vertit *Proponatur.*

[c] SITQVE EI ET PVER] Codex Bellovac. *sitque ei & sit ars circa ea quæ pertinent ad lyram artifex.*

[d] LOCVTVS] Bellovac. *verbosus.*

[e] AMPLIORIS] Idem codex. *Ampliori enim iste gloria quàm Moyses dignatus est pro quanto majorem honorem.*

[f] SVBIVGATVS SERVITVTI] Codex Turon. & Colbertinus, *sub juga servitutis.*

[g] PASSVS] Bellovac. *perpessus.*

[h] SVPER OMNES] Idem codex, *& super omnia.*

[i] NATVRALITER] Item idem, *naturaliter & certè dicentes Deo.*

[k] HVMANITATEM] Idem, *quod est hominis.*

[l] DICIMVS E VIRG.] Idem codex, *dicimus illum ex virgine.*

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

a suam pro omnibus posuit animam. Et permittebat quidem dispensativè deponi [a] breviter carnem morte. Destruxit verò rursus eam, sicut vita pati non ferens contra naturam propriam, ut & in omnium corporibus deficeret corruptio, & mortis destrueretur imperium. Sicut enim in Adam omnes morimur, sic & in Christo omnes vivificabimur. Si enim non pateretur humanè pro nobis, neque operaretur divinè quæ ad salutem sunt nostram. Dicitur enim priùs quidem mori ut homo, reviviscere autem postea eò quòd sit naturaliter Deus. Si igitur non est passus mori carne secundùm scripturas, neque vivificatur spiritu, hoc est, non revixit. Et si hoc est verum, vana est fides nostra, adhuc sumus in peccatis nostris. Baptisati enim sumus in mortem ejus secundùm beati Pauli vocem, & remissionem peccatorum habuimus per sanguinem ejus. Sed si est Christus neque filius verè, neque naturaliter Deus, sed homo purus secundùm nos, & divinitatis organum, salvati quidem sumus, non in Deo quodam modo, sed in uno magis secundùm nos moriente pro nobis & virtutibus alienis resuscitato. Quomodo ergo destructa est mors per Christum, cùm utique audiam dicentem palam de propria anima: *Nemo auferet eam à me sed ego pono eam à memetipso; potestatem habeo ponere eam, & potestatem habeo rursus sumere eam.* Descendit namque nobiscum in mortem per propriam carnem qui mortem nescit, ut nos resurgeremus cum eo ad vitam. Revixit enim depopulatus infernum, non tamquam homo secundùm nos, sed sicut Deus in carne nobiscum & ultra nos. Ditata est autem natura tamquam in eo, & primò per incorruptionem, & mors vitæ corporis hostis instar congressa contrita est. Sicut enim vicit in Adam, ita cecidit in Christo. Ascendenti quoque propter nos & pro nobis ad patrem & Deum qui in cœlis est, ut eis qui in terra sunt adibile demonstraret cœlum, victricia cantica consecravit dicens sanctissimus decantator: *Ascendit Deus in jubilatione & Dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite. Psallite Regi nostro, psallite: psallite sapienter. Regnavit Deus super gentes.* Dixit verò alicubi etiam Paulus de eo: *Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super cælos ut impleret omnia.* Quando igitur & Deus est verè & Rex naturaliter, dictus est autem & Dominus gloriæ crucifixus, quomodo dubitabit quispiam Dei genitricem dicere sanctam virginem,
b [b] adorans tamquam unum, non dividens in duos post unitatem? Tunc ridebit frustra insipiens Iudæus? Tunc Dominicidæ erit secundùm veritatem. Capietur autem delinquens, non in unum secundùm nos, sed in ipsum omnium salvatorem Deum, & audiet: *Væ gens peccatrix; populus plenus delictis, semen malignum. Filii iniqui, reliquistis Dominum, & ad iracundiam provocastis sanctum Israel.* Paganorum verò filii nullo modo Christianorum abominabuntur fidem. Colimus autem, non hominem purum, absit, sed Deum potiùs naturaliter, non ignorantes ejus gloriam, licèt factus sit secundùm nos, permanens hoc quod erat, hoc est, Deus. Per ipsum & cum ipso Deo & patri gloria cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Epistola sancti Cyrilli ad Nestorium.

CAP. II.

REverentissimo & Dei cultori consacerdoti Nestorio Cyrillus in Domino salutem. [c] Viri modesti & fide digni pervenerunt in Alexandriam; deinde retulerunt nobis quasi quòd tua reverentia indignetur satis & omnia commoveat, [d] provocans nos ad tristitiam. Volenti verò mihi tuæ reverentiæ tristitiam agnoscere, dixerunt quia epistulam quæ facta est ad sanctos monachos circumferunt quidam Alexandrinorum, & odii occasio & [e] ægrimoniæ hæc facta sit. Miratus sum igitur si non illud magis tua reverentia apud se cogitavit. Non enim primùm ex mea scripta epistola de fide facta est perturbatio, sed de dictis quibusdam à tua reverentia [f] sive non dictis. [g] Quod etsi non tamen chartis vel expositionibus quæ circumferebantur laboramus nos volentes corrigere [h] eversos. Iuxta enim facti sunt quidam non pati jam confiteri quia Deus est Christus, sed magis instrumentum deitatis & homo Deum ferens. Et quid enim non ultra talia? Nostrum igitur erat sævire de quibus dixit vel non dixit tua reverentia. Circumlatis enim chartis non valde credo. Quomodo igitur erat tacendum cùm fides læditur & tanti evertuntur? Annon astabimus tribunali Christi, & non satisfaciemus pro importuna taciturnitate, qui ordinati sumus ab ipso ad dicenda quæ oportet? Quid faciam nunc, (oportet enim me consultare cum tua reverentia) nuntiante reverentissimo & beatissimo Romanorum Episcopo Cælestino & reverentissimis cum eo Episcopis de allatis sibi nescio quomodo chartis priùs tuæ reverentiæ. Scribunt enim utpote valde scandalizati: Quomodo autem ab orientis omnibus Ecclesiis venientes curabimus & chartas reprehendentibus? An fortè arbitratur tua reverentia quia modica Ecclesiis [i] facta est perturbatio ex hujusmodi sermonibus? Omnes sumus in certamine & laboribus, eos qui alia [k] sapere nescio quomodo suasi sunt transferentes ad verum. [l] Cùm igitur quæ necessitatem omnibus murmurandi

c d e f g h i k l

a BREVITER] Codex Bellovac. *ad modicum.*

b ADORANS] Ita codices Colbertinus & Turonensis. At Bellovacensis habet: *Adora tamquam unum.*

c VIRI MODESTI] Hanc epistolam citat Liberatus ex alia versione, quæ sic incipit: *Venerabiles fide ac fide digni.*

d PROVOCANS NOS AD TRIST.] Codex Bellovac. *ad contristandum me.*

e ÆGRIMONIÆ] Idem codex Bellovac. *molestiæ.*

f SIVE NON DICTIS] id est, ex non dictis à tua reverentia, sed cujuspiam alterius. Hæc autem verba, quæ non extant in codice Turonensi neque in Colbertino, addita sunt ex Bellovacensi.

g QUOD ETSI] Codex Bellovac. *Veruntamen chartis.*

h EVERSOS] Idem vetus exemplar, *perversos. Prope enim ad hoc quidam venerunt ut non patiantur jam confiteri quia Deus est Christus, organum autem magis & instrumentum deitatis & homo Deum ferens. Et quid amplius quàm hac? Erat ergo irasci nostram pro his quæ dixit aut non dixit tua reverentia. Chartis enim quæ circumferuntur non nimis credo. Quomodo igitur tacendum est fide injuriam perferente & tantis perversis? Anon adstabimus ante tribunal Christi, & non satisfaciemus pro inepta taciturnitate, dum ordinati sumus ab ipso ad dicenda quæ oportent? Quid autem faciam nunc (cognare enim debeo cum tua reverentia) nunt. rev. & beat. Romano Ecclesiæ Episcopo Cæl. & rev. coepisc. de perlatis nescio quomodo illuc chartis antea tua reverentiæ? Scribunt enim tamquam satis scandalizati: Quomodo autem ab orientalibus omnibus Ecclesiis venientes curavimus & contra chartam murmurantes?*

i FACTA EST] Codex Bellovac. *exorta est.*

k SAPERE] Codex Bellovac. *sapiunt nescio quom. suasos.*

l CUM IG. QUÆ NECESSIT] Idem codex: *Cùm igitur necessitatem omn. murm. tua rev. intulerit, quomodo justè accusas.*

randi

Anno Christi 431. a b c

Concil. Ephes.

randi intulerit tua reverentia est, quomoda accusat justè? Quomodo autem odit & inaniter [a] proclamat, & non magis emendat suum sermonem, ut compescat [b] scandalum mundi? Si enim [c] defluxit sermo, oportet in populo currens, [d] sed emendetur per circumspectionem, & dignare donare verbum scandalizatis Dei genitricem nominans sanctam virginem; ut sanaotes contristatos, & rectam apud omnes sententiam habentes, in pace & unanimitate populorum collectiones celebremus. Quoniam autem profide quæ in Christo est omnia parati sumus pati & ad vioculorum experientiam venire & ipsius mortis, non ambigat tua reverentia. Coram veritate autem dico quia & superstite adhoe beatæ memoriæ Attico conscriptus est à me codex de sancta & consubstantiali trinitate, in quo & liber est de incarnatione unigeniti. Quibus ounc scripsi consonans. Et relegimus ea & Episcopis & clero & amorem habentibus audiendi laicis, edidi verò adhuc nulli. Congruum igitur est libro edito rursus argui, quia ante ordinationem reverentiæ tuæ composui librum.

e [e] Istam primam epistolam misit sanctissimus Archiepiscopus Cyrillus impio Nestorio, cùm agnosceret eum malè sapere.

Nestorii epistola ad Cyrillum.

Cap. III. DOmino meo Deo amantissimo & sanctissimo comministro Cyrillo Nestorius in Domino salutem. Nihil mansuetudioe Christiana suavios. Ab hac itaque nunc per reverentissimum Presbyterum Lamponem ad præsentes compulsi litteras sumus, multa quidem dicente nobis de tua reverentia, plurima autem audiente, novissimè verò non sinente oos donec præsentes à oobis exigeret litteras; & hac viri violentia victi sumus. Timorem namque profiteor habere me multum circa omnem totius viri Christianam mansuetudinem, tamquam insidentem ei Deum possidentem. Hæc itaque sint à nobis, licèt plurima à tua reverentia noo secuodùm fraternam caritatem, oportet enim dicere clarius, facta sint, in longanimitate & litterarum [f] caritatis eloquio. f Monstrabit autem experimentum quantus nobis à reverentissimo Presbytero Lampone violentiæ fructus erit. Omnem quæ tecum est fraternitatem & ego & qui mecum sunt salotamus.

Incipit epistola sancti Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad eos qui in scripto eum accusaverant quia non tacuit ex auditu cognoscens repere in pejus impiam Nestorii doctrinam.

Cap. IV. g QVia mihi scripsit reverentia vestra tamquam contristato [g] Dei cultore Nestorio quia ad mooachos feci epistolam commovere volens eos [h] qui super fama scandalizati sunt, occessariò hoc dico, quia non tantum factum est à me quantum ab ejus [i] reverentia. Ego namque, scandalizatis [k] hominibus propter expositiones ejus, rectæ fidei exposui rationem. Ipse verò [l] quievit in Ecclesia catholica & orthodoxorum, bono [m] Dorotheo Episcopo apertè dicente: Anathema si qui esse dicit Dei genitricem Mariam. Et non solùm hoc aodiens tacuit illo dicente, sed etiam in communionem eum mysticam repentè suscepit & communicatorem fecit. Ecce igitur anathematizati sumus coram eo, ut interim non dicam ab eo. Non enim ille coram Ecclesiæ dixisset talia præter ipsius voluntatem. Itaque & nos vivi & per totum orbem terrarum Episcopi, & qui ad Deum profecti sunt patres nostri, anathematizati sumus. Quid ergo prohibebat & nos illius vocibus scribere contraria & dicere anathema si quis non dicit Dei genitricem esse Mariam? Sed non feci hoc propter eum interim, ne qui dicerent quia anathematizavit eum Alexandrinus Episcopos sive synodus Ægyptiaca. Si autem cognoverint & qui in occidente & qui in oriente sunt Dei cultores Episcopi quia anathematizati sunt, (Nam & dicunt omnes & confitentur quia Dei genitrix est sanctissima Maria) quomodo putas afficientur, aut quomodo non omnes contristabuntur, etsi oon propter se, sed tamen propter sanctos patres in quorum conscriptionibus invenimus semper Dei genitricem nominatam sanctam virginem Mariam. Si verò non videretur onerosum fore, multos direxissem libros plurimorum sanctorum patrum, in quibus potest inveniri non semel, sed [n] frequenter, vocem positam in qua confitentur esse Dei genitricem sanctam virginem Mariam. n

Anno Christi 431. h i k

Concil. Ephes. l m

[o] *Contestatio proposita in publico* [p] *contra Clericos Constantinopolitanos & in Ecclesia insinuata, quia sectator esset Nestorius Pauli Samosateni anathematizati ante annos* CLX. *ab orthodoxis Episcopis.* o p

COnjuro accipientem hanc chartam per sanctam trinitatem ut eam palam facias Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Lectoribus, laicis habitantibus Constantinopolim, insuper etiam exemplar eis præbeat ad increpationem hæretici Nestorii, quia similia sapit aoathematizato Paulo Samosateno ante annos CLX. ab orthodoxis Episcopis. Sunt autem quæ ab utroque dicta sunt, hæc. Cap. V.

I. Paulus dixit: *Maria verbum non genuit.*

II. Nestorius consonè dixit: *Non genuit, ô optime, Maria divinitatem.*

[a] Proclamat] Cod. Bellov. *acclamat.*

[b] Scandalum mundi] Idem codex, *scandalum universale.*

[c] Defluxit] Item idem, *præterfluxit.*

[d] Sed emendetur] Idem: *sed retractionibus corrigatur, & dignare.*

[e] Istam pr. epist.] Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi.

[f] Caritatis eloquio] Hanc lectionem præferunt vetera exemplaria Colbertinum & Turonense. In Bellovacensi scriptum est *caritate allocutoria.*

[g] Dei cultore] Codex Bellovac. *reverentissimo.*

[h] Qui super fama] Ita codex Bellovacensis. Turonensis non habet vocem *super.*

[i] Reverentia] Codex Bellovac. *religiositate.*

[k] Hominibus] Idem codex, *omnibus.*

[l] Quievit] Idem codex, *sustinuit.*

[m] Dorotheo Episcopo] Marcianopolis Mysiæ, qui depositioni Cyrilli & Memnonis à Conciliabulo Ephesino factæ subscriptus reperitur inter Metropolitanos.

[n] Frequenter] Codex Turonensis & Contius habent *plerunque.* Ita etiam codex Colbertinum.

[o] Contestatio] Expressimus titulum horum capitulorum qualis reperitur in tribus antiquis exemplaribus quibus usimus. In editione Contii sic scriptum est: *Contestatio publicè proposita Missa Constantinopolim à Cyrillo Alexandrino Episcopo contra Nestorium.*

[p] Contra Clericos] In Græco scriptum est ὑπὸ τῶν κληρικῶν. Quod in editione Romana ita versum est, *à Clericis.* Atque eadem sanè mens Peltano fuit. Verùm ego veriorem puto sententiam istius nostri veteris interp. etc.

III. Paulus dixit: *Nec enim fuit ante secula.*

IV. Nestorius dixit: *Et matrem temporalem opifici temporum assignant divinitati.*

V. Paulus dixit: *Maria verbum suscepit, & non est senior verbo.*

VI. Nestorius dixit: *Quomodo ergo Maria se antiquiorem peperit?*

VII. Paulus dixit: *Maria peperit hominem nobis aqualem.*

VIII. Nestorius dixit: *Homo qui natus est ex virgine.*

IX. Paulus dixit: *Meliorem verò per omnia, quoniam ex spiritu sancto & ex promissionibus & ex scripturis in eo gratia.*

X. Nestorius dixit: *Vidi enim*, inquit, *spiritum descendentem quasi columbam & manentem super eum illum qui ascensionem ei donavit*, *mandans*, inquit, *Apostolis quos elegit per spiritum sanctum, assumptus est, qui videlicet tantam Christo donavit gloriam.*

a XI. Paulus dixit: *Ut neque qui ex David* [a] *unctus est alienus sit sapientia, neque sapientia in alio sic inhabitet. Etenim in Prophetis erat, magis autem in Moyse & in multis dominis, potiùs autem in Christo tamquam in templo.* Et alibi dixit alium esse Iesum Christum & aliud verbum.

XII. Nestorius dixit: *Numquid possibile est eum qui ante omnia secula natus est, aliud semel nasci, & hoc divinitate?*

Ecce probatus est transgressor apertè dicens: *Non est natus de Maria qui natus est ex patre.* Ecce consentit hæretico Paulo dicenti alium esse verbum & alium Iesum Christum, & non esse unum, sicut recta prædicat fides. Propterea designavi tibi,
b ô zelota sanctæ fidei, & pattem [b] mathematis Ecclesiæ Antiochenæ, ex qua etiam Christianorum vocabulum in primis habuimus, quia non novit alium & alium filium Dei, sed unum, quia ante omnia secula natus est, Deum ex Deo patre, consubstantialem patri, & eundem sub Augusto Cæsare ex Maria natum. Habet enim expressim Deum verum ex Deo vero, consubstantialem patri, per quem & secula creata sunt & omnia facta, qui propter nos venit & natus est ex Maria sancta virgine, & crucifixus sub Pontio Pilato, & reliqua symboli. Concordat autem his & beatus Eustathius, qui fuit Episcopus Antiochiæ, unus existens ex trecentis decem & octo Episcopis in sancto magnoque Concilio, dicens: *Itaque non solum homo, sed etiam Deus est, sicut & Hieremias Propheta dicit: Hic Deus noster, non reputabitur alter præter eum? Adinvenit omnem viam disciplina, & dedit eam Iacob puero suo & Israel dilecto suo. Post hoc & in terra apparuit, & cum hominibus conversatus est.* Quando igitur conversatus est cum hominibus nisi quando natus est cum eis ex virgine, & cum his infans, & concrevit & concomedit & conbibit, & alia? Si quis ergo præsumpserit dicere alium esse filium ante secula unigenitum qui de patre natus est, & alium ex Maria virgine natum, non eundem Dominum Iesum Christum, sit anathema.

Hæc contestatio posita est Constantinopolim in publico, adhuc tenente Nestorio sedem ejusdem Constantinopolis & male docente

Altera Cyrilli epistola ad Nestorium.

[c] REverentissimo & Dei cultori comministro Nestorio Cyrillus in Domino salutem. Obloquuntur quidem, ut disco, quidam de mea opinione apud tuam reverentiam, & hoc frequentius, [d] synodos quæ in fine sunt tempore custodientes magis, prito & delectare æstimantes tuum auditum, & inconsultas emittunt voces, læsi quidem nihil, [e] increpati autem, & hoc utiliter, [f] alius quidem quia cæcos lædebat & pauperes, alius autem tamquam qui in matre gladium extenderit, alius vero cum ancilla furatus aurum alienum, & hujusmodi semper habens opinionem quam non [g] oravit aliquis contingere aliquibus etiam valde inimicis. [h] Attamen non mihi multus hujusmodi sermo est, ut non super dominum & doctorem, neque quidem super patres, existentis in me brevitatis extendam mensuram. Non enim possibile est [i] pravorum evitare scævitates, si quomodo quis eligat vivere. Sed illi quidem maledictione & amaritudine plenum habentes os, omnium judici reddent rationem. Convertar autem rursus ego ad hoc quod me magis condecet, & [k] commemorabo & nunc ut fratrem in Christo doctrinæ verbum & fidei

CAP. VI.

[a] UNCTUS] Ita vetera exemplaria Colbertinum & Turonense. Bellovacense mutilum est in hoc loco. Malè apud Contium *ortus*. Vide Græca verba.

[b] MATHEMATIS] Ita rectissimè codex Colbertinus. Nam reliqua exemplaria & editio Contii malè habent *anathematis*. Nihil vulgatius in antiquis libris quàm commutatio vocabulorum mathematis & anathematis, ut alibi diximus. Interim consule quæ de hoc argumento scripsit vir doctissimus Henricus Valesius ad librum 1. cap. 8. historiæ eccles. Socratis.

[c] REVERENTISSIMO] Hanc epistolam laudat Liberatus ex alia versione. Ex alia rursum interpretatione extat in actione prima synodi Chalcedonensis, & in collatione sexta Concilii Quinti. Denique diversam ab illis omnibus interpretationem ejusdem epistolæ exhibent Crabbus in eadem actione prima synodi Chalcedonensis & Quesnellus in collectione canonum quæ edita est cum epistolis sancti Leonis.

[d] SYNODOS QUÆ IN FINE] Ita codex Colbertinus, à quo non dissentit Turonensis. Interpres iste Græca verba secutus est. Editio Crabbi habet: *& maximè tunc cum virorum illustrium atque prudentium præsto esse plurimos vident.* In Concilio Chalcedonensi: *tempora maximè observantes cùm magistratus conveniunt.* Codex Bellovacensis & Concilium Quintum: *conventus maximè nobilium observantes, inpote delectare tuum æstimantes auditum.* Versio Theodosii Peliani: *atque etiam aliàs crebro, tum maxime quando magistratus coguntur.* Omnium, ut arbitror, optimè sensum istius loci cepit is cujus versionem extare diximus apud Crabbum & Quesnellum.

[e] INCREPATI] In codice Bellovacensi, cui & Concilium quintum & editio Crabbi consentiunt, legitur *convicti*. Sed melior est lectio quam nos retinuimus.

[f] ALIUS QUIDEM] Codex Bellovacensis: *Unus quidem quia cæcos lædebat & pauperes, alter verò quòd contra matrem tetendit gladium, alius autem quòd cum ancilla aurum furatus sit alienum.* Ita etiam in Concilio Quinto.

[g] ORAVIT] Ita codices Colbertinus & Turonensis, & Contius. Sed in codice Bellovacensi & in Concilio V. legitur *optet* quam lectionem confirmant etiam aliæ interpretationes.

[h] ATTAMEN NON MIHI] Codex Bellovac. & Concilium V. *Veruntamen non mihi multus de talibus sermo est.* In Concilio Chalcedonensi: *Verùm non multa mihi de talibus cura est.* Crabbus: *Ceterùm talium hominum nullam omnino habeo curam.*

[i] PRAVORUM EVITARE SCÆVIT.] Ita Contius & exemplar Colbertinum. Codex Turonensis, *pravorum evitare vitates.* In Bellovacensi & in Concilio V. *pravorum importunitates evitare.* Concilium Chalcedonense: *maledicorum hominum improbitatem vitare.*

[k] COMMEMORABO] Ita codices Turonensis & Colbertinus, tum etiam Contius. Ita etiam Concilium Quintum, non quidem in vulgatis editionibus, sed in antiquis exemplaribus manuscriptis, ut illic monebitur. Codex Bellovacensis habet: *& commonebo etiam nunc fratrem.* Itaque commemorare hoc loco significat commonere, ut in l. 66. D. de contrah. empt. *Si cùm servitus venditis prædiis debeatur, nec commemoravit venditor, sed sciens esse reticuerit &c.* Vide Glossarium Dufresnii.

sensum cum omni cautela facere ad populos, cogitate etiam quia scandalizare unum solum ex pusillis credentibus in Christum intolerabilem habet indignationem. Si autem multitudo sit tanta mœrentium, quomodo non [a] in omni bona arte necessariò constituamus ut oporteat prudentiùs auferre scandala & sanum fidei dirigere sermonem quærentibus veritatem? Erit autem hoc & valde rectè si sanctorum patrum legentes libros, pro magno eos facere festinemus, probantes nosmetipsos si sumus in fide, secundùm quod scriptum est, illorum rectis & inreprehensibilibus [b] dogmatibus nostros intellectus bene valde conformemus. Ait igitur sancta & magna synodus ipsum ex Deo patre genitum filium unigenitum ex Deo vero Deum verum, lumen de lumine, per quem omnia fecit pater, descendisse inhumanari, carnari, pati, resurgere tertia die, & ascendere ad cælos. [c] Hæc & nos sequi oportet verba & dogmata, cogitantes quid incarnari & humanari significetur ex Deo verbum. Non enim dicimus quia verbi natura translata facta est caro, [d] neque quia in totum hominem translata est ex anima & corpore, illud autem magis, quia carnem animatam animæ rationabili uniens verbum sibi secundùm subsistentiam ineffabiliter & [e] ininteliegibiliter factus est homo & appellatus est filius hominis, non secundùm [f] voluntatem solùm aut complacitum, sed neque ut in adsumptione personæ solius, [g] sed quia diversæ quidem [h] adunationem collatæ naturæ, unus autem ex utrisque Christus & filius, non quasi differentia naturarum ablata propter adunationem, perfecerunt autem magis nobis [i] unum Christum & filium & Dominum deitatis & humanitatis per ineffabilem & arcanum adunationis concursum. [k] Sic dicitur, licèt ante secula habens essentiam & genitus sit ex patre, nasci & secundùm carnem ex muliere, non quasi quòd divina ejus natura initium ut esset acceperit in sancta virgine, neque quidem quòd indiguerit necessariò propter se secunda nativitate post eam quæ ex patre est. Est enim fatuum etiam simul & indoctum existentem ante omnia secula & consempiternum patri [l] indigere dicere initio ut sit secundo. Quoniam autem propter nos & propter nostram salutem uniens sibi secundùm subsistentiam [m] humanum corpus processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter. Non enim primùm homo natus est communis de sancta virgine, deinde sic descendit in eum verbum; sed ex ipsa vulva adunitam sustinuisse dicitur nativitatem carnalem, utpote suæ carnis nativitatem propriam faciens. Sic dicimus eum & pati & resurgere, non quasi quòd [n] Dei verbum passum sit in sua natura aut plagas aut [o] fixuras clavorum aut altera vulnera, (Impassibilis enim est deitas, [p] quia & incorporea est) sed quoniam quod factum est ejus proprium corpus passum est, hæc iterum ipse dicitur pati pro nobis. Erat enim impassibilis in corpore passibili. [q] Secundùm parem autem modum & in moriendo [r] intelligimus. Immortalis etenim secundùm naturam & incorruptibilis & vita & vivificator est Dei verbum. [s] Quoniam autem iterum ejus corpus gratia Dei, secundùm quod ait Paulus, pro omnibus gustavit mortem, dicitur ipse pati pro nobis mortem; non quasi quòd in experientiam mortis venerit, quantum adtinet ad ejus naturam, ([t] Percussio etenim est hoc dicere vel sentire) sed, sicut [u] diximus nuper, caro ejus gustavit mortem, sic & resurgente carne

[a] IN OMNI BONA] Hæc est lectio veterum exemplarium Turonensis & Colbertini. Bellovacense habet: *quomodo non omni arte necesse est ut.*

[b] DOGMATIBUS] Concilium V. *fidei.* Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Quesnelli editio, *constitutis.* Concilium Chalcedonense, *instituta.*

[c] HÆC ET NOS] Segmentum hoc refert integrum Rusticus Diaconus in libro contra Acephalos, sed ex alia versione.

[d] NEQUE QUIA IN TOTUM] Codex Bellovacensis: *neque quia in totum hominem, qui est ex anima & corpore, translata est, illud autem magis.* Ita etiam in Concilio Quinto. Concilium Chalcedonense & editio Quesnelli: *nec quòd in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit.* Crabbus: *commutata.*

[e] ININTELLIGIBILITER] Codex Bellovac. *incomprehensibiliter.* Sic etiam in Concilio Quinto. Rusticus, *inexplicabiliter.* Crabbus habet, *inscrutabiliter,* editio Quesnelli *irreprehensibiliter.* Sed rectè in margine admonuit vir clarissimus legendum hic esse *incomprehensibiliter,* ut habent aliquot manuscripti codices.

[f] VOLUNTAT. SOLUM] Ita codex Turonensis & Comius. Bellovacensis & Concilium V. *solam.* Editio Quesnelli, *non nuda tantummodo voluntate.* Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

[g] SED QUIA DIVERSÆ] Codex Bellovac. & Concilium V. *& quia differunt quidem quæ ad unitatem sunt veram collatæ naturæ.*

[h] ADUNATIONEM] Ita codices Colbertinus & Turonensis & Comius. Ita etiam in Concilii V. vulgatis editionibus. Sed in antiquis libris illic legitur *adunitionem,* ut & apud Rusticum. Codex Bellovacensis habet *adunitatem.* Sic etiam Crabbus. Item paulò pòst in eodem codice Bellovacensi scriptum est *adunitionis* pro *adunationis.*

[i] UNUM CHR. ET FILIUM] Codex Bellovacensis: *unum Deum & Christum & filium.* Rusticus, *unum Dominum & Christum & filium.*

[k] SIC DICITUR] Idem vetus exemplar: *Sic etiam dicitur, cùm ante secula habeat essentiam, & genitus sit ex patre, nasci etiam secundùm.* Ita etiam in Concilio Quinto.

[l] INDIGERE DICERE] Codex Bellovacensis & Concilium V. *dicere opus habere ut esset secundum initium.*

[m] HUMANUM CORPUS] Ita codex Colbertinus & Comius. Codex Turonensis habet *humanam.* Bellovacensis, *quod est humanum.* Rusticus, *quod humanum est.* Vox *corpus* illic deest, uti & in Concilio V. ubi legitur simpliciter *humanitatem.* Sic etiam apud Crabbum. At in Concilio Chalcedonensi & apud Quesnellum legitur *naturam humanam.* Quæ omnia in eundem sanè sensum recidunt.

[n] DEI VERBUM] In antiquis exemplaribus Turonensi & Colbertino scriptum est *Deum verbum passus.*

[o] FIXURAS] Codex Bellovacensis & Concilium V. *perforationes clavorum aut quæcunque alia vulnera.* Crabbus: *perforationes clavorum aut reliqua vulnera.* Concilium Chalcedonense & Rusticus, *clavorum transfixiones aut alia vulnera.* Sic etiam apud Quesnellum.

[p] QUIA ET INCORP.] Hæc est lectio Bellovacensis exemplaris & Rustici Diaconi. Colbertinum & Turonense habent, *quo incorporea.*

[q] SECUNDUM PAREM] Codex Bellovacensis: *Secundùm eundem autem modum.* Ita etiam in Concilio V. non quidem in vulgatis editionibus, sed in libris manuscriptis. Vide Rusticum.

[r] INTELLIGIMUS IMMORT.] In codice Bellovacensi & in Concilio V. ista sic distinguntur *intelligimus immortalem. Etenim secundùm naturam & incorruptibile & vita & vivificans est Dei verbum.* Sic etiam ferme Rusticus.

[s] QUONIAM AUTEM] Codex Bellovac. & Concilium V. *Quoniam autem proprium ejus corpus.* Sic etiam Crabbus & Quesnellus. Sic denique in Concilio Chalcedonensi. Et tamen vox *proprium* neque in codice Turonensi extat neque in Colbertino, neque in editione Comii.

[t] PERCUSSIO] Codex Bellovacensis & Concilium V. *Stuporis enim est istud dicere aut sentire.* Rusticus: *Dementia est enim hoc dicere.* Crabbus: *Summa enim dementia est hoc dicere vel sentire.* Quesnellus: *Insania enim est hoc sentire vel dicere.* Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

[u] DIXIMUS NUPER] Codex Bellovac. & Concilium V. *nuper dixi.* Ita etiam Crabbus. Apud Quesnellum legitur, *ut suprà diximus.* In Concilio Chalcedonensi, *ut modò diximus.* Rusticus, *ut dixi nuper.*

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

iterum resurrectio ejus dicitur; non quasi quòd ceciderit in corruptionem, absit, sed quia [a] suum iterum resuscitavit corpus. [b] Sic Christum unum & Dominum confitemur, non quasi hominem coadorantes verbo, ut non sectionis phantasia introducatur cùm dicitur [c] CYN, sed ut unum & eundem adorantes, quia non alienum est à verbo corpus ejus, cum quo & ipse considet patri, non ut [d] duobus considentibus filiis, sed ut uno secundùm [e] adunationem cum carne. Si autem secundum subsistentiam adunationem vel quasi impossibilem vel quasi indecotam recusamus, incidimus ut duos dicamus filios. [f] Necesse est enim omnino dividere & dicere hominem quidem specialiter filii vocatione honoratum, specialiter autem iterum Deum verbum filiationis nomen & appellationem habentem naturaliter. Non ergo dividendus est in duos filios unus Dominus Iesus Christus. Proderit autem nullo modo rectæ fidei rationi ita dicere, licèt personarum unitionem divulgent quidam. Non enim dicit scriptura quia verbum hominis personam adunivit sibi, sed quia factum est verbum. [g] Quòd verò caro factum est verbum, nihil aliud est nisi quia similiter nobis [h] participatus est sanguinis & carnis, suum etiam corpus nostrum fecit, & processit homo ex muliere, non abiciens esse Deus & ex Deo nasci patre, sed in assumptione carnis permanens quod erat. [i] Hoc allegat ubique integræ fidei ratio, ita reperimus sanctos sapuisse patres. Sic præsumpserunt Dei genitricem dicere sanctam virginem, [k] non quasi natura aut deitate ejus initium, ut esset, accipiente à sancta virgine, sed ut nato ex ipsa sancto corpore animato etiam rationabiliter, cui & secundùm subsistentiam adunitum verbum nasci dicitur secundùm carnem. Hæc & nunc ex dilectione quæ in Christo est scribo, petens ut fratrem & contestans coram Deo & electis angelis hæc nobiscum & sapere & docere, ut custodiatur Ecclesiarum pax & concordia, & dilectionis vinculum indisruptum permaneat sacerdotibus Dei. [l] Alloquere apud te fraternitatem. Te quæ nobiscum est in Christo salutat.

Incipit epistola Nestorii Archiepiscopi ad sanctum Cyrillum Episcopum, in qua confitetur non esse Dei genitricem sanctam virginem Mariam; adversatur autem & litteris sancti Archiepiscopi Cyrilli, tamquam malè ei scripserit.

Cap. vii.

[m] REverentissimo & Deo amabili comministro Cyrillo Nestorius in Domino salutem. [n] Injurias quidem quæ contra nos sunt mirandarum tuarum litterarum dimitto, utpote medicinali patientia dignas, [o] dilata rerum ipsarum responsione usque ad tempus idoneum. Quod verò taciturnitatem non patitur, quasi magnum ferat, si taceatur, periculum, hoc, [p] secundùm quod possibile est, non ad multiloquium tendens, facere tentabo narrationem compendiosam, [q] obscuri & indigestibilis longi sermonis vomitum cavens. Incipiam autem à sapientissimis tuæ dilectionis vocibus, ipsas hisdem sermonibus apponens. Quæ sunt igitur admirandæ tuarum litterarum doctrinæ voces? *Sancta*, inquit, *& magna synodus ipsum ex Deo & patre secundùm naturam genitum filium unigenitum ex Deo vero Deum verum, lumen de lumine, per quem omnia fecit pater, descendisse incarnari, humanari, pati, resurgere.* Hæc sunt tuæ reverentiæ verba, & cognoscis fortè quia tua. Audi verò & à nobis fraternam pro pietate admonitionem, quam & magnus ille Paulus amato à se Timotheo contestatus est. *Attende lectioni, consolationi, doctrina. Hoc enim faciens, & tibi proderis & audientibus te.* [r] Quid autem in hoc in hoc attendere vult, quia sanctorum illorum ex superficie legens traditionem, venia dignam ignorasti ignorantiam, passibilem eos dixisse arbitratus patri consempiternum verbum. Inspice autem, si placet, dicta diligentiùs, & [s] sanctum reperies patrum chorum non consubstantialem patri deitatem passibilem dicentes, [t] nec recentem nativitatem patri consubstantialem, nec resurgentem eam quæ solutum templum suscitavit. Et si mihi aures

[a] SVVM ITERVM] Codex Bellovac. & Concilium V. *sed quia ejus iterum resurrexit corpus.* Crabbus, *sed quia ejus iterum corpus surrexit.* Quesnelius, *sed quia ejus resurrexit corpus.* Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

[b] SIC CHRISTVM VNVM] Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi. Non extant enim in Colbertino, neque in Turonensi, neque in editione Contiana. Habentur tamen in Concilio Chalcedonensi, ex Quinto, apud Crabbum & Quesnellum. Habentur etiam in Græco textu istius epistolæ.

[c] CYN] Hanc vocem huc transtulimus ex contextu Græco, cùm in duobus antiquis exemplaribus Colbertino & Turonensi legatur CŌN, in Bellovacensi verò *co.* Malè autem Contius edidit *corpus.*

[d] DVOB. CONSID.] Codex Bellovac. & Concilium V. *duobus iterum consedentibus.*

[e] ADVNATIONEM] Codex Bellovac. & Concilium V. *unitionem cum propria carne.* Ita etiam Crabbus. Et paulò pòst pro *adunationem* legitur in eodem libro Bellovacensi & in Concilio V. *unitionem.*

[f] NECESSE EST ENIM] Codex Bellovac. & Concilium V. *Omnino enim necesse est distinguere & dicere hominem quidem specialiter filii vocatione honoratum, specialiter autem iterum Dei verbum filiationis nomen & rem naturaliter.*

[g] QVOD V. C. F. E. VERBVM] Hæc non extant in codice Colbertino neque Turonensi neque in editione Contiana. Extant tamen in Bellovacensi & in omnibus aliis exemplaribus, præterquam in collectione Quesnelli.

[h] PARTICIPATVS EST] activa significatione. In libro Bellovacensi & in Concilio V. legitur *participavit sanguinem & carnem.*

[i] HOC ALLEGAT] Crabbus: *Istud allegat ubique subtilis fides ratio.* Codex Bellovac. & Concilium V. *Hoc adunatur ubique integra fidei ratio.* Concilium Chalcedonense: *Hoc ubique recta fides ratio profitetur.* Ita etiam editio Quesnelli.

[k] NON QVASI NATVRA] Codex Bellovac. & Concilium V. in codice Ioliano: *non quod verbi natura aut deitatis ejus initium ut esset acceperit.* Crabbus: *non quia natura verbi vel deitas ejus ex sancta virgine initium ut esset accepit.*

[l] ALLOQVERE] Hæc non extant in codice Bellovacensi neque in Concilio V. neque in Chalcedonensi. Desunt etiam in editionibus quæ habentur apud Crabbum & Quesnellum. Non dubito tamen quin verè sint hujus loci, præsertim cùm sint in Græco textu.

[m] REVERENT] Codex Bellovac. *Venerando & reverentissimo commini. stratori Cyrillo Nestorius.*

[n] INIVRIAS] Hanc Nestorii epistolam ex ista versione citat Liberatus, & ex eadem extat in collatione texta Concilii Quinti. Extat porrò etiam ex interpretatione Marii Mercatoris.

[o] DILATA RER.] Ita codex Bellovacensis & Concilium Quintum. Colbertinus & Turonensis & editio Contii habent: *sed per ipsas litteras tunc tempore ad eas responsionem.* Hic verò tacet.

[p] SECVNDVM QVOD POSS.] Codex Bellovac. & Concilium V. *ut possibile est.*

[q] OBSCVRI] Concilium V. *obscura & indigesta loquacitatis cavens fastidium.* Multa hîc desunt in codice Bellovacensi.

[r] QVID AVTEM MIHI] Concilium V. *Quid autem vult hoc quod dico, Attende.*

[s] SANCTVM RESPIRIES] Codex Bellovacensis & Concilium V. *divinum illum reperies.*

[t] NEC RECENTEM] Idem codex & Concilium V. *nec recens natam patri consempiternam, nec resurrexisse eam.*

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

in fraternam medelam adhibueris, ipsa tibi sanctorum illorum voces apponens, à calumnia quæ contra illos est liberato & ab illa quæ contra divinas scripturas per illos est. *Credo igitur & in Dominum nostrum Iesum Christum filium ejus unigenitum.* Considera quomodo [a] Dominus & Iesus Christus unigenitus filius, primùm ponentes communia deitatis & humanitatis, ut fundamenta, nomina, tunc humanationis & [b] passionis, resurrectioni superædificant traditionem, ut nominibus naturæ utriusque communibus quibusdam significativis propositis, neque quod filiationis & proprietatis est secentur, [c] neque ea quæ naturarum sunt in filiationis singularitate confusionis exterminatione periclitentur. In hoc enim eis eruditor Paulus factus est, qui humanationis divinæ [d] memoriam faciens & futurus inferre quæ passionis sunt, priùs ponens *Christus* commune, sicut paulò antè dixi, naturarum nomen, infert [e] sermonem utrasque condecentem naturas. Quid enim dixit? *Hoc sapiatur in vobis quod & in Christo Iesu; qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est* [f] *esse æqualis Deo*; sed ne per singula [g] dicam, *obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quoniam enim memoriam mortis facturus erat, ut ne verbum Deum [h] hinc aliquis æstimet passibilem, ponit *Christus* impassibilis & passibilis substantiæ in singulari persona appellationem significativam, quatenus impassibilis Christus & passibilis sine periculo [i] vocetur, impassibilis quidem deitate, passibilis autem corporis natura. [k] Multa dicere de hoc valens, & primùm quidem neque nativitatis in dispensatione sed humanationis sanctos illos memoriam fecisse patres, brevis sermonis in initiis pollicitationem sentio refrænate sermonem & ad secundum tuæ dilectionis movere capitulum, in quo naturarum quidem laudabam divisionem secundùm humanationis & deitatis rationem & earum in unius personæ conjunctionem, [l] & cùm Deum verbum secunda ex muliere non eguisse dicitur nativitate, & passionis incapabilem profiteri deitatem. Orthodoxa enim, sicut verè est, hujusmodi sunt & hæresium omnium [m] pravis sensibus circa dominicas naturas contraria. Reliqua autem, siquidem aliquam sapientiam occultam inferebant legentium auribus incomprehensibilem, tuæ est diligentiæ sci[illegible]. [n] Mihi ergo prima pervertere videbantur. In primis enim impassibilem prædicatum & secundæ nativitatis incapabilem, iterum passibilem & [o] in recenti iterum creatum nescio quomodo [p] intulit, [q] quasi hæc quæ secundùm naturam Dei verbi sunt, templi copulatione corrupta sint, aut parum aliquid hominibus putetur quòd sine peccato templum & à divina inseparabile natura pro peccatoribus nativitatem & mortem sustinuisset, aut non credi debeat dominica vox ad Iudæos clamans: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud,* non: *Solvite meam divinitatem, & in tribus diebus* [r] *suscitabitur.* Rursus dilatare hic volens, à [s] tuæ promissionis recolligor memoria. Dicendum tamen est, brevi sermone me utente. Vbique divina scriptura, [t] quandoque memoriam facit dominicæ dispensationis, nativitatem nobis aut passionem non deitatis sed humanationis Christi tradidit, ut vocetur secundùm [u] integram appellationem sancta virgo Christi genitrix, non Dei genitrix. Et audi hæc evangeliis clamantibus. *Liber*, inquit, *generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* Et certum est quia David filius Deus verbum non erat. Accipe & aliud, si placet, testimonium. *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, ex qua natus est Iesus qui dicitur Christus.* Considera iterum alteram adtestantem nobis vocem: *Iesu verò generatio ita est. Desponsata enim matre ejus Maria Ioseph, inventa est in utero habens de spiritu sancto.* Creaturam verò spiritus quis utique unigeniti æstimabit deitatem? [x] Quid oportet dicere, & quod ait quia *mater Iesu erat ibi*, & rursus, *cum Maria matre Iesu*, & *quod in ea natum est, de spiritu sancto est*, & *accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*, & de filio ejus qui factus est ei ex semine David secundùm carnem, & de passione rursus, quia Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnavit peccatum in carne. Et iterum, *Christus mortuus est pro peccatis nostris*, & *Christo passo carne.* Et hoc est, non deitas, sed corpus meum, quod pro vobis frangitur. & mille aliis vocibus [y] protestantibus hominum genus non filii putare deitatem recentem aut passionis corporeæ capabilem, sed conjunctam naturæ deitatis carnem. Vnde & Dominum David Christus semetipsum & filium nominat. *Quid enim*, ait, *vobis videtur de Christo, cujus est filius? Dicunt ei: David. Respondit Iesus, & dixit eis: Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat*

[a] Dominvs et Iesvs] Idem codex & Concilium V. *Dominus & Iesus & Christus & unigenitus & filius.*

[b] Passionis resvrr.] Ibidem: *& resurrectionis & passionis.*

[c] Neqve ea qvæ nat.] Ibidem: *neque naturarum in filiationis singularitate conf. ext. periclitetur.*

[d] Memoriam] Ibidem, *mentionem, & ea quæ passionis sunt illaturus*

[e] Sermonem] Ibidem: *dictum utrisque condecens naturis.*

[f] Esse æqvalis] Ita codices Colbertinus & Turonensis, quibus Concilium V. concordat. Bellovacensis habet, *esse se æqualem Deo.*

[g] Dicam] Codex Bellovac. & Concilium V. *disseruam*

[h] Hinc aliqvis] Ibidem: *ne Deum verbum ex hoc quisquam passibile suspicetur, ponit.*

[i] Vocetvr] Contius, *nominetur.*

[k] Mvlta dicere] Codex Bellovac & Concilium V. *Multa de hoc potens dicere, & primùm quidem quod non nativitatem in disp. sed humanationem sanctos illos patres commemorasse.*

[l] Et cvm Devm] Codex Bellovac *& quòd Deum verbum.* Concilium V. *& Deum verbum secunda.*

[m] Pravis sensibvs] Codex Bellovac. & Concilium V. *malis sectis.*

[n] Mihi ergo] Ibidem: *Mihi enim.*

[o] In recenti] Ibidem, *recens*

[p] Intvlit] Contius, *natalitis.* quam lectionem in margine adnotarunt editores Romani.

[q] Qvasi hæc] Codex Bellovacensis & Concilium V. *quasi secundùm naturam Dei verbo accidentibus templi copulatione corrupta, aut parum putatur quod fiat.*

[r] Svscitabitvr] Codex Bellovac. *resurget. Iterum & hic latiùs volens agere, promissionis meæ memoria conterebo. Dicendum est tamen* Concilium V. in antiquis exemplaribus ita etiam habet; nisi quòd in uno scriptum est *conterar*, in alio *conticeat.*

[s] Tvæ promissionis] Hanc lectionem, quæ primò statim intuitu falsa esse videtur, exhibent veteres codices Colbertinus & Turonensis, cùm in Bellovacensi legatur *mea*. Sed hoc loco vox *tua* sic intelligenda est quasi diceret, promissionis à me tibi factæ, adeoque tuæ.

[t] Qvandoqve] Itaque omnia vetera exemplaria. Sed legendum est *Quandocunque*. Contii editio habet *quando.*

[u] Integram] Codex Bellovac. & Concilium V. *scrupulosam.*

[x] Qvid oportet] Codex Bellovac. & Concilium V. *Quid oportet dicere quia mater Iesu erat ibi.*

[y] Protestantib.] Codex Bellovac. & Concilium V. *attestantibus.*

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, utpote filius existens omnino David secundùm carnem, secundùm deitatem autem Dominus. [a] Esse enim filii deitatis corpus templum, & templum secundùm summam quandam & divinam unitum conjunctionem, quatenus propria ducat quæ ejus sunt divina natura, confiteri bonum est & dignum evangelicarum traditionum. Nomini verò propriæ factæ carnis attercre etiam carnis proprietates, nativitatem dico & passionem & mortem, aut [b] errantis est secundùm paganos, frater, intelligentiæ, aut læsæ mentis Apollinaris & Arrii & quæ sunt aliarum ægrotantium hæreseon, [c] magis verò illis aliquid gravius. Necessitas enim est ad proprietatem hujusmodi substractos nominis & lactis nutrimenti socium propter proprietatem Deum verbum facere & paulatim incrementi participem, & in tempore passionis, pavoris etiam, & auxilio angelico eguisse. Et taceo circumcisionem & sacrificium & sudores [d] & esuriem, quæ tamquam propter nos carni quidem contigerunt, [e] adoranda coaptanda. In deitate vero hæc mendacia sunt, cùm suscipiuntur & à nobis calumniæ blasphemiæ condemnationis causâ. Hæc sunt sanctorum patrum traditiones, hæc divinarum scripturarum præcepta. Sic aliquis & quæ sunt misericordiæ divinæ & quæ sunt auctoritatis deificæ loquitur. *Hæc meditare, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit omnibus*, Paulus ad omnes dicit. Quod vero pro scandalizatis curam geris, bene facis sollicitus. Et gratulamur divinorum curam gerenti animæ tuæ & de nobis sollicitæ. Cognosce autem deceptum esse temetipsum [f] ab eis qui hic à sancta synodo depositi sunt, [g] utpote quæ sunt Manichæorum sapientes, aut fortè à clericis qui sunt tuæ caritatis. Quæ sunt enim Ecclesiæ, quotidie proficiunt, & [h] populi in augmentum per gratiam Dei sunt; ut videntes multitudines quæ

Isa. 11. sunt Prophetæ clament: *Implebitur terra ad cognoscendum Dominum quasi aqua multa cooperire maria.* [i] Etiam quæ regni sunt, in supereminenti lætitia sunt, illuminato dogmate. Et ut colligens scribam, illam in omnibus hæresibus quæ [k] contra Deum reluctantur Ecclesiæ rectis dogmatibus quotidie quis reperiet apud nos vocem impleri: *Domus Saul ibat & infirmabatur, & domus David ibat & firmabatur.* Hæc a nobis, utpote fratribus, ad fratrem suasiones sunt. Si vero aliquis contendit, [l] præconabitur & per nos ad hujusmodi Paulus: *Nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei.* Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem & ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus. [m] Incolumis orans pro nobis permaneas, Domine honoratissime & Deo amabilis.

Incipit epistola synodica Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Nestorium Constantinopolitanum Episcopum.

Cap. VIII.

REverentissimo & Deo amantissimo comministro Nestorio [n] Cyrillus & quæ convenit synodus in Alexandria ex Ægyptiaca diœcesi in Domino salutem. [o] Salvatore nostro dicente apertè, *Qui [p] amat patrem aut matrem plus quàm me non est me dignus, & qui amat filium vel filiam super me, non est me dignus*, quid patiamur nos, qui à tua reverentia exigimur te diligere super omnium nostrum salvatorem Christum? Quis nos in die judicii [q] juvare poterit, aut quam reperiemus excusationem, qui silentium ita longum dileximus in factis à te contra ipsum blasphemiis? Etsi quidem temetipsum solum læderes talia sapiens & docens, minùs utique curæ esset. Quoniam verò omnem scandalizasti Ecclesiam, & fermentum insolitæ hæreseos & [r] peregrinæ injecisti populis, & non ibidem solummodo constitutis, sed enim & his qui ubique sunt, ([s] Delati namque sunt tuarum expositionum codices) [t] qualis jam nostræ taciturnitatis sufficiet sermo, aut quomodo non necessarium est meminisse, dicente Christo: *Non putetis quia veni mittere pacem super terram. Non veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim dividere hominem contra patrem suum & filiam contra matrem suam.* Cùm enim [u] fideles læduntur, rumpatur quidem ut

[a] Esse enim] Codex Bellovac. *Esse quidem deitatis filii corpus templum, & templum summa quadam & divina unitam conjunctione, quatenus propria dicat deitatis natura bonum est confiteri & evangelicis traditionibus dignum. Nominis verò proprietatem atterere.* Concilium V. *Esse quidem deitatis filii cor. tem. & tem. secundùm summam quandam & divinam unitam conjunctionem, ut quæ sunt corporis, deitas propria ducat, bon. e. conf. & ev. trad. dignum. Nomini verò proprietates adscribere & carnis proprietates.*

[b] Errantis] Codex Bellovac. *errantis est, frater, intelligentia secundùm paganos, aut desipientis Apollinaris.* Ita etiam in Concilio V.

[c] Magis vero] Codex Bellovac. & Concilium V. *Magis autem si quid est illis gravius. Necesse est enim hujusmodi, qui proprietatis nomine attrahuntur, & lactationis consortem propter proprietatem Deum verbum facere, & paulatim nutrimenti* (Concilium V. *incrementi*) *participem, & pavoris tempore passionis auxilio etiam angelico indigentem.*

[d] Et esuriem] Hæc non extant in codice Colbertino neque in Turonensi neque demum apud Contium. Addita autem sunt ex Bellovacensi. In Concilio V. legitur *esuritionem*. In Græco est πεῖναν καὶ δίψαν, *famem & sitim.*

[e] Adoranda coaptanda] Codex Bellovacensis & Concilium V. *adorabilia contingentia. In deitate verò hæc falsè suscepta, & nobis tamquam calumnia justa condemnationis causa sunt.*

[f] Ab eis] id est, à Philippo Presbytero Constantinopolitano. Vide supra pag. 376. 379. in commonitorio Cyrilli.

[g] Utpote quæ] Codex Bellovacensis: *utpote sapientes ea quæ Manichæorum sunt, aut certe forsitan à lectionis tuæ Clericis.*

[h] Populi in augum] Ibidem: *populorum tanta multitudo cresc't per gratiam Christi.*

[i] Etiam quæ regni] Ibidem: *Principes verò incredibile gaudium ha[...], etiam quæ regni sunt illuminato dogmate. Et ut compendiose dicam.*

[k] Contra Deum rel.] Ibidem: *contra Deum certant & contra Ecclesiæ recta dogmata, quotidie quis reperiet apud nos impleri.*

[l] Præconabitur] Ibidem. *clamabit.*

[m] Incolumis] Concilium V. *Salvus & pro nobis orans permaneas, Domine honoratissime & Dei cultor.*

[n] Cyrillus] Contius: *Cyrillus Episcopus & synodus quæ convenit.*

[o] Salvatore] Hanc epistolam ex alia versione citat Liberatus. Ex alia item versione, sed quæ multa habet communia cum ista, extat in collatione sexta Quintæ synodi. Eandem paucis admodum mutatis edidit Christianus Lupus in collectione veterum epistolarum. Aliam quoque versionem antiquam reperire licet in tomo tertio Conciliorum pag. 411.

[p] Amat] Concilium V. *diligit.*

[q] Juvare] Ita codices Bellovacensis & Colbertinus, Concilium V. & Contius. Codex Turonensis habet *adjuvare.*

[r] Peregrinæ] Concilium V. *extraneæ.*

[s] Delati] Concilium V. *circumdacti sunt etenim.*

[t] Qualis jam] Codex Bellovac. *quis jam nostræ.* Concilium V. *quæ jam pro nostra taciturnitate sufficiet ratio.*

[u] Fideles læduntur] Codex Bellovac & Concilium V. *fides læditur, valeat quidem ut irrita & vitiosa* (Concilium V. *infirma*) *circa parentes reverentia.*

ANNO CHRISTI 431

CONCIL. EPHES.

itrita & vitiosa parentum reverentia, quiescat autem & quæ in filios est & fratres affectionis lex, & piis jam melior sit mors quàm vita, ut meliorem resurrectionem mereantur, secundùm quod scriptum est. [a] Ecce igitur simul præsidente sanctæ synodo quæ in magna Roma congregata est sanctissimo & reverentissimo fratre & comministro nostro Cælestino Episcopo, tertia hac contestamur scriptura, persuadentes desistere à [b] vanissimis & distortis dogmatibus quæ & sapis & doces, [c] adprehendere autem rectam fidem quæ Ecclesiis ab initio tradita est per sanctos Apostolos & Evangelistas, qui & perspectores & [d] ministri facti sunt. Aut si hoc non egerit tua reverentia secundùm definitas inducias in litteris memorati sanctissimi & reverentissimi Episcopi & comministri nostri [e] Romanorum Cælestini, cognosce te ipsum nullam [f] sortem habentem nobiscum, neque locum in sacerdotibus Dei & Episcopis. Non enim possibile est prætermittere nos Ecclesias sic perturbatas & scandalizatos populos & rectam fidem injurias sustinentem & dissipatos à te greges, qui salvare debueras, siquidem esses secundùm nos rectæ gloriæ amator, sanctorum patrum [g] investigatus pietatem. [h] Omnibus autem qui à tua reverentia separati sunt propter fidem vel [i] depositionem, tam laicis, quàm clericis, communicatores sumus omnes. [k] Nec enim æquum est rectum sapere cognoscentes tuis condemnare sententiis, quia tibi benefacientes contradixerunt. Hoc enim [l] ipsum indicasti in epistola quæ scripta est à te ad magnæ Romæ sanctissimum [m] coëpiscopum nostrum Cælestinum. Non sufficiet autem tuæ reverentiæ confiteri solum fidei symbolum, quod expositum est [n] in tempore per spiritum sanctum à sancta & magna synodo tunc in tempore congregata in Nicæna. Intellexisti enim & interpretatus es hoc non rectè, distortè autem magis, quamvis confitearis voce [o] sermonem. Sed hoc consequens est scripto & cum jurejurando confiteri quia & anathematizas quidem tua [p] prava & profana dogmata, sapies autem & docebis quæ & nos omnes & [q] qui in occidente & oriente Episcopi & doctores populorum præpositi. Consensit autem & Romana sancta synodus & nos omnes rectè habentibus & irreprehensibiliter epistolis ad tuam reverentiam scriptis ab [r] Alexandrinorum Ecclesia. [s] Subdidimus autem his nostris litteris quæ te oporteat sapere & docere, & à quibus abstinere convenit. Hæc enim catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ fides est; cui consentiunt omnes quique in occidente sunt &. qui in oriente orthodoxi Episcopi. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est & [t] humanatus, passus, & resurrexit tertia die; ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos, & in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & prius quàm nasceretur non erat, & quia ex non extantibus factus est, aut ex alia [u] subsistentia vel substantia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.* Sequentes autem ubique sanctorum patrum confessiones, quas fecerunt loquente in eis sancto spiritu, [x] & intelligentiæ quæ in eis est investigantes intentionem, [y] per regiam viam incedentes, dicimus quia [z] ipsum unigenitum Dei verbum, [aa] quod ex ipsa natum patris substantia est, quod ex Deo vero Deus verus, lumen de lumine, quod est, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & in terra, propter salutem nostram descendens, semetipsum deponens in exinanitionem, [bb] incarnatum & humanatum est, hoc est, carnem accipiens de sancta virgine, & suam eam faciens, ex vulva secundùm nos pertulit nativitatem, & processit homo ex muliere, non hoc quod erat amitt-

[a] ECCE IGITUR] Concilium V. *Ecce igitur unà cum synodo quæ in magna Roma congregata est, præsidente sanctissimo &c.*

[b] VANISSIMIS] Codex Bellovac. *vanis sic.* Concilium V. *pravis sic.*

[c] ADPREHENDERE] Concilium V. *pro his autem eligere rectam fidem.*

[d] MINISTRI] Concilium V. *Ministri Verbi.*

[e] ROMANORUM] Idem Concilium: *Romanæ urbis Episcopi.*

[f] SORTEM HABENT.] Idem Concilium, *communionem habere nobiscum, neque lectum aut verbum inter sacerdotes Dei & Episcopos. Nec enim possibile est despicere nos Ecclesias sic perturbatas & scan. pop. & rec. fidem disperatum & dissipatos.* Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

[g] INVESTIGATUS] Concilium V. *investigans.*

[h] OMNIB. AUT] Idem Concilium: *Omnibus autem à tua reverentia separatis propter fidem vel depositis.*

[i] DEPOSITIONEM] Hæc lectio codicum Turonensis & Colbertini, itemque Bellovacensis. Contius habet *depositis*, Concilium V. *depositis.*

[k] NEC ENIM ÆQUUM] Concilium V. *Nec enim justum est illos qui rectè sapere cognoverunt tuis condemnare.* Codex Bellovacensis & Contius: *Nec enim æquum est rectè sapere cognoscentes tuis condemnare* (Codex Bellovac. *condemnare.*) Colbertinus: *Nec enim æquum est rectè sapere.*

[l] IPSUM] In codicibus Colbertino & Turonensi, *ipsud.*

[m] COEPISCOPUM] Ita scriptum est in codice Turonensi & in Colbertino & in editione Contiana. Verùm in codice Bellovacensi & in Concilio V. legitur *Episcopum.*

[n] IN TEMPORE] Ita codex Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis: *in tempore in spiritu sancto & à sancta & commagna synodo tunc temporis magis Nicænorum.* Concilium V. *illo tempore in sancto spiritu à sancta & magna synodo tunc temporis cong. in Nicænorum civitate.*

[o] SERMONEM] Concilium V. *dictionem. Sed enim consequens*

[p] PRAVA ET PROFANA] Idem Concilium: *scelerata & abominanda.*

[q] QUI IN OCCID.] Concilium V. *qui per occidentem & orientem Episcopi & doctores & populis præsidentes sumus.* Contius, *& populorum præpositi.* Codex Bellovac. *populis proditi.*

[r] ALEXANDRINOR] Ita vetusta exemplaria & Contius. Concilium V. legit *Alexandrina*

[s] SUBDIDIMUS] Idem Concilium: *Subjecimus.*

[t] HUMANATUS] Idem Concilium: *homo factus.*

[u] SUBSIST. VEL SUBST.] Idem Concilium: *aut ex alia substantia aut essentia.* Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

[x] ET INTELLIG. Q. IN EIS EST] Idem Concilium: *& sensuum qui in eis sunt.*

[y] PER REGIAM] Idem Concilium: *tamquam regalem semitam ambulantes.*

[z] IPSUM UNIGENITUM] Idem Concilium: *ipse unigenitus.* In his omnibus locis mutilus est codex Bellovacensis.

[aa] QUOD E. I. NATUM] Idem Conilium: *qui ex ipsa natus est.*

[bb] INCARNATUM] Codex Bellovac. & Concilium V. *& incarnatus est & humanatus, hoc est, carnem accipiens de sancta virgine, & suam eam faciens de vulva* (Concilium V. *fecit ex utero, & sec.*) *secundùm nos pertulit nativitatem, & processit homo ex muliere, non hoc quod erat amittens, sed quamvis factus in adsumptione.*

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

tens, sed licèt factus sit in assumptione carnis & sanguinis, [a] etiam ita permanens quod erat, Deus videlicet natura & veritate. [b] Sed neqoe carnem dicimus in deitatis verti naturam, neque quidem in naturam carnis ineffabilem Dei verbi translatam naturam. Inconvertibilis etenim est & immutabilis omnino, idem ipse semper manens secundùm scripturas. [c] Cùm videretur autem & puer & in pannis existens, & in sinu matris virginis, omnem implebar creaturam ut Deus, & coosessor erat genitori. Divinitas etenim sine quantitate & magnitudine est, & circumterminationem non sustinet. Vniri autem carni secundùm subsistentiam confitentes verbum, unum adoramus filium & Dominum Iesum Christum, neque [d] seorsum ponentes & dividentes hominem & Deum [e] qoasi conjunctos ad invicem dignitatis & auctoritatis unitione, (Novitas enim vocis est hoc, & aliud nihil) [f] neque quidem Christum specialiter [g] nominantes & Deum verbum, similiter nec specialiter Christum alterum eum qui ex muliere, sed unum solum scientes Christum ex Deo patre verbum [h] cum sua carne. Tunc enim humanè unitus est nobis cùm orique his qui digni eraot accipere spiritum daret ipse, & non in mensuram, sicut dicit beatus evangelista Iohannes. Sed neque illud dicimus, quia habitavit quod ex Deo verbum est quasi in homine communi de sancta virgine nato, ut non [i] Deum ferens homo intelligatur Christus. Etsi enim dicitur, habitavit in nobis verbum, & in Christo habitare omnis plenitudo deitatis corporaliter, sed tamen sentimus quia factum est caro. Nec sicut in sanctis babitare dicitur, secundùm parem modum fieri definimus habitationem; sed unitum secundùm naturam, & non in carnem versum, talem fecit habitationem qualem utique habitare dicitur & hominis anima ad proprium suum corpus. Vous igitur Christus & filius & [e] Dominus, non ut conjunctionem simpliciter in unitione dignitatis vel etiam auctoritatis habente bomioe ad Deum. Non enim unit naturas par honor. Etenim Petrus & Iohannes pares bonore sunt quidem ad invicem secundùm quod & apostoli & sancti discipuli, [k] attamen ooo unus sunt duo. Neque quidem secundùm appositionem conjunctionis intelligimus modum. Non sufficit enim hoc ad unitionem naturalem. Neque quidem quasi secundùm participationem affectualem, sicut & nos adhærentes Domino, secundùm quod scriptum est: *Vnus spiritus sumus ad eum*. Magis autem conjunctionis nomen recusamus, utpote non idoneum existens significare unitionem. Sed nec Deum nec Dominum Christi ex Deo patre verbum nominamus, ne rursus apertè secemus in duo unum Christum filium & Dominum, & blasphemiæ crimen incurramus, Deum suum & dominum facientes eum. Vnitum enim, sicut prædiximus, Dei verbum carni secundùm subsistentiam, Deus quidem est omnium, dominatur autem oniversitati. [l] Neque enim ipse sibi servuus est aut dominus. Fatuum enim est, magis autem & impium, ita sapere vel dicere. Ait enim Deum suum patrem, cùm sit Deus oatura & ex substantia ejus. Sed non ignoravimus quia cùm sit Deus, & homo factus est sub Deo secundùm legem quæ condecet humanam naturam. Ipse verò sibi quomodo fiet Deus aut dominus? [m] Ergo ut homo, & quantum attinet & decet exinanitionis mensuras, sub Deo nobiscum semetipsum esse dicit. Sic factus est & sub lege, cùm locutus ipse sit legem, & legislator existens ut Deus. Recusamus autem [n] dicere: Propter indutum indumentum veneror, propter invisibilem adoro quod videtur. Pavore plenum est super hoc etiam illud dicere. Assumptus assumenti coappellatur Deus. Qui enim hæc dicit, secat iterum in duo Christum, & hominem statuit [o] per partem specialiter & Deum similiter. Denegat enim evidenter unitionem secundùm quam non ut alter alteri coadoratur quispiam. Neque quidem coappellator Deos, sed unus intelligitur Christus Iesus filius unigenitus una [p] adoratione honorandus cum sua carne. Confitemur autem quia ipse ex Deo patre natus filius [q] & Deus onigenitus, [r] licèt secundùm naturam suam existens impassibilis, carne passus est pro nobis secundùm scripturas, & erat in crucifixo corpore suæ carnis impassibiliter [s] proprias faciens passiones. Gratia autem Dei pro omnibus gustavit mortem, dans ei suum corpus, quamvis secundùm naturam existens vita, & ipse sit resurrectio. Vt enim per ineffabilem naturam conculcaos mortem, ot primùm quidem per suam carnem fiat primogenitus ex mortuis & primitiæ dormientium, iter faciat etiam bumanæ naturæ ad iocorruptionis recursum, gratia Dei, sicut diximus nuper, pro omnibus gustavit mortem; triduanus etiam revixit, expolians infernum. Vnde licèt dicatur per hominem facta resurrectio mortuorum; sed intelligimus hominem factum ex Deo patre verbum & solutam esse per eum mortis potestatem. Veniet autem in tempore ut unus filius & Dominus in gloria patris, ut judicet mundum [t] in justitia, sicut scriptum est.

[a] ETIAM ITA PERM.] Codex Bellovac. *& sic permansit* Concilium V. *& sic mansit.*

[b] SED NEQVE CARNEM] Codex Bellovacensis: *Neque carnem autem dicimus.*

[c] CÙM VIDERETVR] Concilium V. *Cùm videretur autem & infans & pannis involutus adhuc & in sinu genitricis virginis, & tunc omnem implebat creaturam ut Deus, & consedebat genitori. Divinitas etenim sine quantitate & sine mensura est, & circumterminationem non suscipit. Vnitum autem esse verbum carni secundùm substantiam confitentes, unum adoramus.*

[d] SEORSVM] Codex Bellovac. & Concilium V. *per partem.*

[e] QVASI] Concilium V. *utpote conj. sibi invicem.*

[f] NEQVE QVIDEM] Idem Concilium: *neque Verbum quod ex Deo est, specialiter Christum nominantes, & simili modo specialiter quasi Christum, alterum eum qui ex muliere est.* Vide ibi reliqua.

[g] NOMINANTES] Codex Bellovacensis: *nominantes ex Deo verbum, & similiter specialiter.*

[h] CVM SVA CARNE] Idem codex: *cum propria carne. Tunc enim humanè conversatus est nobiscum, cum his utique qui digni erant accipere spiritum sanctum.*

[i] DEVM FERENS] Ita vetera exemplaria, Concilium V. habet *deifer.* Malè apud Contium, *Dominum ferens.*

[k] ATTAMEN] Codex Bellovac. *veruntamen.*

[l] NEQVE ENIM] Codex Bellovac. *Neque verò.* Ita etiam in Concilio V.

[m] ERGO VT HOMO] Codex Bellovacensis *Ergo ut homo quantum attinet ad quod decet exinanitionis mensuris sub Deo nobis semetipsum esse dicit.*

[n] DICERE] Codex Bellovacensis & Concilium V. addunt *de Christo.*

[o] PER PARTEM] id est, seorsum, ut suprà. Vnde in Concilio V. scriptum est *separatim.*

[p] ADORATIONE HONORANDVS] Codex Bellovac. *adoratione adorandus.* Concilium V. *adoratione venerandus.*

[q] ET DEVS VNIGENITVS] Ita vetera exemplaria & Concilium quintum. Contius habet, *unigenitus & Deus.*

[r] LICET SECVNDVM] Codex Bellovac. *cùm utique secundùm naturam suam existens impassibilis.* Concilium V. *cùm utique secundùm suam naturam impassibilis esset.*

[s] PROPRIAS] Codex Bellovac. *suas proprias.*

[t] IN IVSTITIA] Codex Bellovac. & Concilium V. *secundùm justitiam.*

Necessariò

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

Necessariò verò & illud adiciemus. Adnuntiantes enim secundùm carnem mortem unigeniti filii Dei, hoc est, Iesu Christi, & ex mortuis resurrectionem & ad cœlos ascensionem confitentes, [a] sine sanguine in Ecclesiis celebramus sacrificium. Accedimus etiam ita ad mysticas benedictiones, & sanctificamur, participes [b] effecti sanctæ carnis & pretiosi sanguinis omnium nostrum salvatoris Christi; & non ut carnem communem [c] accipimus, absit, neque quidem ut viri sanctificati & conjuncti verbo secundùm unitionem dignitatis, vel etiam quasi inhabitationem divinam habentis, sed ut vivificatoriam verè & [d] propriam ipsius verbi. [e] Vita enim est secundùm naturam ut Deus. Quoniam autem fecit suam carnem, vivificatoriam eam ostendit. Quare licèt ad nos dicat, *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem*, [f] non ut hominis communis secundùm nos uniuscujuslibet hanc esse æstimamus, (Quomodo enim hominis caro vivificatoria erit secundùm naturam suam?) sed ut propriam verè factam ejus qui propter nos & filius hominis factus est & appellatus. Evangelicas autem salvatoris nostri voces nec subsistentiis duabus neque quidem personis dividimus. Nec enim est duplex unus & solus Christus, licèt ex duabus intelligatur & diversis rebus in unitionem [g] indivisibilem introductis; sicut certè homo ex anima intelligitur & corpore, & non duplex magis, sed unus ex utroque. [h] Humanas etiam ad hoc & deificas voces ab uno dici certi sumus, sapientes rectè. Quando enim Deo decibiliter dicit de semetipso, *Qui videt me, videt patrem, & ego & pater unum sumus*, divinam ejus & ineffabilem [i] sentimus naturam, secundùm quam & unum est ad suum patrem, [k] propter id quòd ejusdem substantiæ imago & figura & splendor gloriæ ejus sit. Quando autem humanitatis mensuram non [l] exhonorans Iudæos alloquitur, *Modò me quæritis* [m] *occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum*, iterum nihilominus [n] eundem qui in æqualitate & similitudine est patris Deum verbum & ex humanitatis ejus mensuris agnoscimus. Si enim est necessarium credere quia Deus existens natura, factus est caro vel homo animatus anima rationali, qualem utique habebit rationem [o] vereri quempiam in vocibus ejus, si factæ sunt hominem condecentes? Si enim recuset hominem decentia verba, quis est qui coëgit eum fieri secundùm nos hominem? [p] Qui deposuit semetipsum in spontaneam exinanitionem, ob quam causam recusavit exinanitioni convenientes sermones? Vni igitur personæ in evangeliis quæ sunt omnes applicentur voces subsistentiæ uni verbi incarnati. Vnus enim Iesus Christus secundùm scripturas. Si autem vocatur & Apostolus & Pontifex confessionis nostræ, ut sacrificans Deo & patri quæ ex nobis est suam & per se Deo patri oblatam fidei confessionem, necnon sancto spiritui, iterum ipsum esse dicemus ex Deo secundùm naturam [q] unigenitum, & non homini impertiemus quidem præter ipsum alteri sacerdotii nomen; & ipsa verò re. Factus est enim mediator Dei & hominum & conciliator pacis, semetipsum consecrans in odorem suavitatis Deo & patri. Nam & dicebat: *Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustomata & de peccato non* [r] *placuisti, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me* [s] *facere voluntatem tuam.* Obtulit enim pro nobis in odorem suavitatis suum corpus, & non magis pro se, [t] potior existens omni peccato ut Deus. Si enim omnes peccaverunt & egent [u] gloria Dei, secundùm quod facti sumus nos prompti ad transgressionem, & infirmata est [x] & ægrotavit humana natura in peccato, ipse verò non ita, [y] & eguimus ob hoc gloria ejus, quomodo jam etit ambiguum quia [z] mactatus est propter nos & pro nobis agnus Dei verus, & dicere quia obtulit semetipsum pro se & pro nobis, exsors erit nullo modo ab impietatis criminibus. Deliquit etenim nullo modo, neque fecit peccatum. [aa] Qua ergo eguit oblatione, peccato non existente pro quo utique fieret? Et valde congruum esset.

[a] SINE SANGVINE] Codex Bellovac. *mundam*. id est, incruentum.

[b] EFFECTI SANCTÆ] Ita Contius & exemplaria Colbertinum ac Turonense. Bellovacense & Concilium V. *effecti tam sanctæ carnis quàm pretiosi sanguinis.*

[c] ACCIPIMVS] Idem exemplar Bellovac. & Concilium V. *accipientes.*

[d] PROPRIAM] Idem exemplar & Concilium, *suam.*

[e] VITA ENIM EST] Idem codex Bellovacensis: *Vita enim existens secundùm naturam ut Deus, quoniam factus est ad suam carnem, vivificatoriam eam ostendit.* Concilium V. *Vita enim existens secundùm naturam ut Deus, quoniam factus est unum cum sua carne, vivificam eam ostendit.*

[f] NON VT HOMINIS] Hæc est lectio codicis Turonensis & Colbertini, tum etiam editionis Contianæ. Codex Bellovacensis habet: *non ut hominis secundùm nos unius & hanc esse æstimamus.* Ita etiam in Concilio V.

[g] INDIVISIBIL. INTRODVCTIS] Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi, quæ neque extant apud Contium neque in aliis antiquis exemplaribus. In Concilio V. legitur, *in unitionem individuam coadunatus.*

[h] HVMANAS ETIAM] Codex Bellovac. & Concilium V. *sed humanas etiam & super hos divinas ab uno dictas esse rectè sentimus. Quando enim Deo condecenter dicit de semetipso.* Concilium V. *divinè dicitur de ipso.*

[i] SENTIMVS] Codex Bellovac. & Concilium V. *intelligimus.*

[k] PROPTER ID] Idem codex & Concilium V. *propter identitatem substantiæ, imago etiam & figura & splendor gloriæ ejus. Quando.*

[l] EXHONORANS] Concilium V. *dedignans.*

[m] OCCIDERE] Concilium V. *interficere.*

[n] EVNDEM] Idem Concilium, *ipsum.*

[o] VERERI QVEMPIAM] Concilium V. *erubescere quosdam.*

[p] QVI DEPOSVIT] Idem Concilium: *Qui verò descendit propter nos in spont. exin. ob q. ca. recusaret exinanitioni convenientia verba?* Vide reliqua ibi.

[q] VNIGENITVM] Codex Bellovac. *filium unigenitum.* Ita etiam in Concilio V.

[r] PLACVISTI] Codex Bellovac. *complacuisti.* Concilium V. *complacuit*, ut quidem legitur in antiquis codicibus: sed editiones vulgatæ habent *complacuerunt.* Contius, *placuerunt.*

[s] FACERE VOLVNT.] Codex Bellovac. & Concilium V. *facere Deus voluntatem.*

[t] POTIOR EXISTENS] Codex Bellovacensis: *Qualis enim indigebat oblatione vel sacrificio pro se extra omne peccatum existens ut Deus?* Concilium V. *Qua enim indigeret oblatione vel sacrificio pro se, superior omni peccato existens ut Deus?*

[u] GLORIA DEI] Ita vetera exemplaria omnia. Ita etiam Concilium Quintum. Contius habet *gratia.* Quo modo legendum esse admonuerunt editores Romani in margine Concilii V.

[x] ET ÆGROTAVIT] Hæc desunt in codice Bellovacensi & in Concilio V.

[y] ET EGVIMVS] Codex Bellovac. *& indigemus.* In Concilio V. *& vincimur.*

[z] MACTATVS] Codex Bellovac. & Concilium V. *immolatus.*

[aa] QVA ERGO EGVIT] Codex Bellovac. *Qua ergo opus habuit oblatione, dum peccatum non esset pro quo fieret?* Concilium V. *Qua ergo opus habuit oblatione, dum peccatum non esset pro quo meritò fieret?* Contius: *Qua igitur eguit oblatione, peccato non existente pro quo utique fieret.*

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

Cùm autem dicit de spiritu, *Ille me glorificabit*, intelligentes rectè, non ut gloria indigentem alterius, dicimus unum Christum & filium a sancto spiritu gloriam accipere, quia nec potior eo est, [a] & super eum ejus spiritus est. Quoniam autem ad demonstrationem suæ divinitatis utebatur suo spiritu ad magnas operationes, glorificari se ab eo dicebat; [b] veluti si quispiam dicat eorum qui secundùm nos sunt de insita sibi fortitudine forsitan vel disciplina vel de quolibet, quia glorificabunt me. Quamvis enim est in subsistentia spiritus speciali, (Nam & intelligitur per se secundùm quod spiritus est & non filius) sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & est Christus veritas, & profluit ab eo, sicuti denique & ex Deo patre. Operatus est enim spiritus, & per manum sanctorum Apostolorum mirabilia post ascensum Domini nostri Iesu Christi ad cœlos, glorificavit eum. Creditus est enim, quia Deus secundùm naturam est, iterum ipse operans per suum spiritum. Propter hoc & dicebat: *De meo accipiet, & nuntiabit vobis*. Et non ut ipsum dicimus, quasi ex participatione spiritus est sapiens & potens. Vndique enim perfectus est, & non indiget omni bono. Quoniam autem patris virtutis & sapientiæ, hoc est, filii, spiritus est, ipse est sapientia est & virtus. Quoniam verò Deum adunitum carni secundùm subsistentiam sancta virgo genuit carnaliter, hinc & Dei genitricem esse dicimus eam, non quasi Dei verbi natura essentiæ initium habente de carne, (Erat enim in principio, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse est [c] seculorum factor, consempiternus patri, & omnium opifex) sed sicut jam prædiximus, quoniam secundùm subsistentiam uniens sibi humanitatem, & ex vulva ejus nativitatem sustinuit carnalem, [d] non ut indigens necessariò seu propter suam naturam etiam in tempore & in ultimis seculi momentis nativitate, sed ut ipsum essentiæ nostræ benedicat [e] initium, & pariente muliere eum adunitum carni, quiescat jam quæ contra omne humanum genus erat maledictio transmittens ad mortem [f] terrena nostra corpora, & illud, quod in tristitia paries filios, per ipsum [g] destructum, verum ostenderet quod Prophetæ voce dictum est: *Absorbuit mors prævalens*. Et iterum: *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie*. Propter hanc enim causam dicimus eum dispensativè & ipsas benedixisse nuptias, [h] & pertexisse vocatum in Chana Galileæ simul cum sanctis Apostolis. Hæc sapere edocti sumus tam à sanctis Apostolis quàm Evangelistis & omni à Deo inspirata scriptura & ex beatissimorum patrum vera confessione. His omnibus & tuam reverentiam consentire oportet & [i] polliceri sine dolo aliquo. Quæ vero sunt [k] necessariò anathematizare tuam reverentiam, subjecta sunt huic nostræ epistolæ.

Anathematismus primus.

I. Si quis non confitetur Deum esse secundùm veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam virginem, (genuit enim carnaliter carnem [l] factum ex Deo verbum) anathema sit.

II. Si quis non confitetur carni secundùm subsistentiam [m] unitum ex Deo patre verbum, unumque esse Christum cum sua carne, [n] eundem videlicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit subsistentias post adunitionem, sola [o] copulans eas conjunctione quæ secundùm dignitatem vel [p] auctoritatem est, & non magis concursu secundùm [q] adunitionem naturalem, anathema sit.

IV. Si quis personis duabus vel subsistentiis quæ sunt in evangelicis vel apostolicis scripturis impertit voces aut de Christo à sanctis dictas aut ab ipso de se, & quasdam velut homini præter ex Deo verbo specialiter intellecto applicat, quasdam verò velut Deo [r] decibiliter soli ex Deo verbo, anathema sit.

V. Si quis audet dicere [s] Deum ferentem hominem Christum, & non magis Deum esse secundùm veritatem ut filium unum & natura secundùm quod factum est caro verbum, & communicavit similiter nobis sanguine & carne, anathema sit.

VI. Si quis dicit [t] Dominum esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur Deum simul & hominem, utpote facto carne verbo secundùm scripturas, anathema sit.

VII. [u] Si quis dicit sicut hominem operatum

---

[a] Et super eum] Concilium V. *nec supra eum spiritus ipsius*. Codex Bellovac. *nec ultra eum spiritus ejus est*.

[b] Veluti si quispiam] Concilium V. *veluti si quidam homo dicat de insita sibi fortitudine forsan vel disciplina qualibet, quia glorificabant me*.

[c] Seculorum] In vulgatis editionibus Concilii V. legitur *cælorum*, ut in exemplari Bellovacensi ejusdem Concilii. Sed in Ioliano scriptum est *seculorum*.

[d] Non ut indigens] Codex Bellovac. *non quia* .... *necessariò aut propter propriam naturam & ejus quæ in tempore & in ultimis seculi momentis nativitatis*. Concilium V. *non quia indigebat necessariò propter propriam naturam & generatione temporali & in ultimis seculi temporibus*.

[e] Initium, et pariente] Codex Bellovac. *initium. Cùm eum parturiret mulier adunitam carni*.

[f] Terrena nostra] Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Nam Colbertinus & Turonensis, cum etiam Contius, habent, *de terra nostra corp.*

[g] Destructum] Idem codex, *destruendum*.

[h] Et pertexisse] Codex Bellovac. *& ipsum vocatum*. Concilium V. *& venisse vocatum*.

[i] Polliceri] Codex Bellovac. *promittere sine omni dolo*. Concilium V. *consentire oportet sine omni dolo*.

[k] Necessario] Ita omnia vetera exemplaria. Surius edidit in Concilio V. *Quæ verò necessariò oportet anathematizare*. ubi valde puto additam ab eo fuisse vocem *oportet*, quia putabat heic aliquid deesse. Codex Bellovacensis ejusdem Concilii habet: *Quæ verò sunt necessariò anathematizare*. Codex Iolianus: *Quæ verò sunt necessariò anathematizare*.

[l] Factum ex Deo] Codex Bellovac. *factum, qui est ex Deo verbo*. Concilium V. *factum verbum quod est ex Deo*.

[m] Vnitum] Codex Bellovac. *adunitum*.

[n] Eundem videlicet] Idem codex & Concilium V. *eundem ipsum videlicet*.

[o] Copulans] Concilium V. *jungens*. Heic deficit exemplar Bellovacense.

[p] Auctoritatem] In Concilio V. additur, *aut potentiam*.

[q] Adunit. natur.] Idem Concilium, *naturalem unitionem*.

[r] Decibiliter] Codex Bellovacensis & Concilium V. *decentes soli ex Deo patre verbo*.

[s] Deum ferentem] Codex Bellovac. *deiferum hominem Christum*. Concilium V. *hominem deiferum esse Christum*. Contius, *Theophoron idem Deum ferentem hominem Christum*. Codex Colbertinus paulò post laudatus: *hominem teophoron, id est Deum ferentem, ac &c.*

[t] Dominum esse] Concilium V. *Si quis dicit Deum aut Dominum Christum esse verbum quod ex Deo patre est, & non magis eum conf.* Codex Bellovacensis: *Si quis dicit Deum aut Deum non esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem*.

[u] Si quis dicit ut hom.] Codex Bellovacensis. *Si quis ait ut hominem operationem suscepisse ex Deo verbum Iesum & unigeniti gloriam appositam esse*. Vide Concilium V.

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

esse [a] cura Dei verbum Iesum & unigenitum, & unigeniti gloriam adhibitam esse tanquam alteri præter eum existenti, anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo & conglorificari & coappellari [b] Deum quasi alterum in altero, & non magis una adoratione honorificat Emmanuel, & unam ei glorificationem [c] adhibet secundùm quod factum est caro verbum, anathema sit.

IX. Si quis dicit unum Dominum Iesum Christum [d] glorificari à spiritu quasi aliena virtute quæ per eum est [e] utentem & accipientem operari posse, & contra spiritus immundos, & adimplere in homines [f] Dei miracula, & non magis [g] proprium ejus dicit spiritum per quem & operatus est deitatis signa, anathema sit.

X. [h] Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum Christum [i] dicit scriptura, obtulisse etiam pro nobis semetipsum in odorem suavitatis Domino. Si quis ergo Pontificem dicit & Apostolum nostrum fieri, non ipsum ex Deo verbum, quando factum est caro & secundùm nos homo, sed [k] quasi alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut si quis dicit & pro se [l] obtulisse eum sacrificium, & non magis pro nobis ipsis, nec enim indiguit sacrificio qui nescit peccatum, anathema sit.

XI. Si quis non confitetur Domini carnem [m] vivificatoriam esse & [n] propriam ejus verbi quod ex Deo patre est, sed velut alterius præter ipsum copolati quidem ei secundùm dignitatem, aut quasi solummodo divinam inhabitationem habenti, & non magis vivificatoriam, sicut diximus, quia facta est propria verbi omnia vivificare valentis, anathema sit.

XII. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne & crucifixum carne [o] & quòd mortem gustavit carne, factum etiam primogenitum ex mortuis, secundùm quod vita est [p] à patre & vivificans ut Deus, anathema sit.

Data mensis Novembris [q] die XXX. Indictione XIV.

Ejusdem Cyrilli epistola scripta ad clerum & populum Constantinopoleos; in qua scribit ut non respicerent impiam doctrinam heretici Nestorii, neque communicarent ei si permaneret lupus pro pastore, sed magis confortarentur in Domino & suam fidem servarent inflectuabilem. Super hæc scribit communicatores esse eos qui expulsi sunt à Nestorio resistentes ejus doctrinæ.

Cap. IX.

Dilectissimis & desiderabilibus Presbyteris & Diaconibus & populo Constantinopoleos Cyrillus Episcopus & synodos quæ convenit in Alexandria ex Ægyptiaca diocesi in Domino salutem. Vix quidem aliquando pervenimus ad quod fuerat melius ab initio venire, [r] ut curam haberemus, hoc est, omnium vestrum salutis, & ut non oporteret pati super fide tumultum. Satisfacimus autem omnium vestrorum propter hoc contristationibus. [s] Protraximus enim non sine lacrymis præteritum tempus. Sperabamus autem quia consiliis & monitionibus ecclesiasticis & omnium vestrum increpationibus [t] mutaret quidem semetipsum à discordantibus dogmatibus reverentissimus Episcopus Nestorius, honoraret autem nobiscum fidem traditam Ecclesiis & à sanctis Apostolis & Evangelistis & ab omnibus [u] sacris lit-

[a] CVRA] Codex Turon. *cythara*, Colbertinus *citera*. In alio vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ totus hic locus sic expressus est: *Si quis velut hominem Iesum operante Dei verbo dicit adjutum, & unigeniti gloriam tamquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.*

[b] DEVM QVASI ALTERVM] Codex Bellovac. *Deo ut alter alteri, eo tamen semper adjectum hoc intelligi cogit, & non magis una adoratione.* Vide Concilium V.

[c] ADHIBET] Idem codex & Concilium V. *refert.*

[d] GLORIFICARI] Codex Bellovac. *glorificatum ab spiritu.* Concilium V. *glorificatum esse ab spiritu.*

[e] VTENTEM] Idem codex Bellovac. *utens, & ab ipso accepisse operari posse contra.* Concilium V. *utentem, & ab ipso accepisse ut posset operari.*

[f] DEI MIRACVLA] Idem codex & Concilium V. *deitatis miracula.*

[g] PROPRIVM EIVS] Idem codex Bellovac. *proprium ejus esse spiritum dicit, per quem.* Concilium V. *& non magis ejus esse spiritum dicit, per quem.*

[h] PONTIFICEM] Concilium V. *Principem sacerdotum.* Item paulò post.

[i] DICIT SCRIPTVRA] Codex Bellovac. & Concilium V. *divina dicit scriptura. Obtulit etiam semetipsum* (Concilium V. addit *pro nobis*) *in odorem suavitatis Deo & patri.*

[k] QVASI] Codex Bellovac. *at si.* Concilium V. *ac.*

[l] OBTVLISSE EVM] Idem codex Bellovacensis: *obtulisse semetipsum sacrificium & non magis pro nobis tantum.* Concilium V. *pro se ipso obtulisse semetipsum oblationem, & non magis pro nobis solis.*

[m] VIVIFICATORIAM] Ita codex Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis, alter Colbertinus, & Concilium V. habent *vivificam.*

[n] PROPRIAM EIVS] Codex Bellovac. *propriam ipsius ex Deo patre verbi, sed velut alt.* Concilium V. *propriam ipsius verbi quod est ex Deo patre.*

[o] ET QVOD MORTEM] Concilium V. *& mortem gustasse.* Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

[p] À PATRE] Ita codex Turonensis & Contius. Sed hæc non extant in Concilio V. neque in textu Græco, neque in codice Colbertino. Bellovacensis heic deficit.

[q] DIE XXX.] Ita omnia vetera exemplaria. Laborat autem hic locus insigni difficultate; quam primus animadvertit vir doctissimus Ioannes Garnerius, Christianus Lupus expedire, sed frustra, tentavit. Data dicitur epistola isthæc die trigesima Novembris; apud Marium verò Mercatorem parte 2. pag. 84. scriptum est eam acceptam esse Constantinopoli à Nestorio VIII. Idus Decembris. Certum est epistolam quæ Alexandriæ data est die ultima Novembris, Constantinopolim pervenire non potuisse intra spatium septem dierum. Itaque quærenda est via aliqua qua hinc exire possimus. Puto autem eam inveniri facilè posse si verba Mercatoris paulisper emendentur & rectè distinguantur. Ea in antiquis codicibus Vaticano & Bellovacensi ita disposita sunt. *Item ejusdem sermo in Ecclesia habitus postquam litteras Cælestini Romani Episcopi & Cyrilli Alexandrini denuntiationis accepit, VIII. Idus Decembris, Conss. Theodosii XIII. & Valentiniani III. Aug. post sextum diem quàm easdem litteras sumpsit.* Ex his verbis colligo, non epistolas acceptas à Nestorio VIII. Idus Decembris, sed sermonem habitum eo die, post sextum scilicet diem quàm epistolas Cælestini & Cyrilli acceperat. Sextus porrò dies ante octavum Iduum Decembrium fuit ultimus mensis Novembris. Vnde concludi debet, non quidem epistolam Cyrilli datam Alexandriæ illo die, sed Nestorio datam eam sive traditam apud Constantinopolim. Et post sextum diem quàm illam accepit, id est, die sexta mensis Decembris, habuit hunc sermonem in Ecclesia. Itaque hæc homilia non est habita à Nestorio die XIII. Decembris, id est, sexto die post acceptas epistolas Cælestini & Cyrilli, ut putavit Garnerius, sed die sexta Decembris, quæ eadem est sexta postquam easdem epistolas accepit.

[r] VT CVRAM] Codex Bellovacensis: *Diximus verò ut curam haberemus omnium vestrum salutis.* Codex Turonensis & Colbertinus & Contius habent *nostrum.*

[s] PROTRAXIMVS] Codex Bellovacensis: *Permansimus enim non sine lacrymis præterito tempore.*

[t] MVTARET] Idem codex, *transmutaret.*

[u] SACRIS LITTERIS] In Græco est, καὶ πάσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. Quod & veteres verterunt *& ab omnibus sacris litteris*, & Peltanus *ab universa scriptura sacra.* Vir tamen illustrissimus & doctissimus Carolus de Montchal Archiepiscopus Tolosanus emendam versionem Peltani, mavult legere, *ab universo sacerdotum ordine.*

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

teris & [a] vocibus sanctorum Prophetarum pro habenda rectitudine obsignatam. Quia verò & ex his quæ apud vos [b] in Ecclesia loqui non cessat & ex scriptis expositionibus ejus errantem invenimus & nòn medioctiter impium circa fidem, jam necessariè [c] venimus ut oporrear per synodicas litteras eum contestari quia nisi abstinuerit velociter a suis noviraobus & secundùm definitas inducias à sanctissimo & [d] Dei cultore Romanæ Ecclesiæ Pontifice Cælestino [e] anathemaverit quidem illa [f] in scriptis quæ dixit apud vos & libris interposuit aut interponi præparavit, quæ etiam apud nos sunt, nullum communicationis locum habebit cum sacerdotibus Dei, sed erit omnium alienus. Nullus autem accuset segnitiem. Non enim dormiravimus sic magno grege turbato, magis autem & ubique populis & Ecclesiis; sed imitati sumus eos qui medicinale habent experimentum, quique passionibus quæ in corporibus fiuot non continuò ferri & ignis inferunt necessitates, sed mitioribus in principio medicamentis maturant, expectantes conveniens incisionibus tempus. Viriliter itaque agite in Domino, & [g] vestram fidem servantes immutilatam, bene complacere festinate Christo uni & soli & verè filio Dei, memores etiam sanctorum vestrorum patrum qui sacerdotium tenuerunt rectè & sanctè apud vos, quique adhuc viventes Dei genitricem nominabant sanctam virginem. Peperit enim Emmanuel, [h] quod est Deus verè. Factum est enim caro verbum, & natum est carnaliter ex muliere, ut nos inveniremur fratres ejus qui ultra omnem creaturam est. Prædicabant autem non duos apud vos Christos, sed unum eundemque Deum verbum & hominem secundùm carnem ex muliere, non copulatione pura & tamquam sub æqualitate sola dignitatum compactum hominem Deo. Hæc enim illius sunt repida & inutilia & [i] senilia dogmata. Eundem verò & passum dicebant carnaliter pro nobis mortem, & resurrexisse divinè, & conculcasse mortis imperium, & venturum dicebant omnium judicem. Hanc vobis [k] accendentes semper fidem, puros & immaculatos vosmetipsos conservate, neque communicantes memorate, neque tamquam doctorem respicientes, si lupus pro pastore remanserit & post hanc nostram admonitionem ad eum factam [l] sapere voluerit quæ perversa sunt. His autem Clericis sive laicis qui propter rectam fidem separati sunt aut depositi ab eo communicamus nos, [m] non illius confirmantes injustam sententiam, sed laudantes potiùs eos qui passi sunt, & illud dicentes eis; *Si exprobramini in Domino, beati estis, quia virtutis & Dei spiritus in vobis requiescit.*

Suscipiens autem & Archiepiscopus Romæ Cælestinus quaterniones expositionum ipsius Nestorii per Antiochum, & inveniens eos plenos blasphemiis, insuper etiam admonitus ab Archiepiscopo Cyrillo quia non receperit Nestorius consilium aut admonitionem ad rectè sapiendum & non contrariè, scripsit ei & ipse Cælestinus excommunicationis epistolam, definiens etiam decem dierum inducias. Est enim hæc.

Epistola Cælestini Papæ ad Nestorium.

CAP. X.

[n] Dilectissimo fratri Nestorio Cælestinus. Aliquantis diebus vitæ nostræ, post nefandum & sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cælestii, catholicam fidem quies habuit, quando eos cum suæ disputationis sequacibus telo unitæ sententiæ occidens oriensque percussit. Denique sanctæ recordationis Atticus, catholicæ magister fidei, & verè beato Iohanni etiam ad ista successor, eos ita persecutus est pro Rege communi ut his ne standi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post ejus exitum sollicitudo vel maxima, cùm successor suus utrum etiam in ejus fide succederet quæreremus: quia difficile est continuari quæ bona sunt. Nam sibi sæpe alternis viribus [o] adversa succedunt. Habuimus tamen post hunc, à quo eramos continuo deserendi, sanctum Sisinnium celebratum simplicitate & sanctitate collegam, eam fidem quam invenerat prædicantem. Legerat profectò simplex sanctitas & sancta simplicitas timendum magis quàm altè sibi esse sapiendum, & alibi, altiora scrutanda non esse; & iterum: *Si quis aliud prædicaverit quàm quod prædicavimus, anathema sit.* Hoc tamen exeunte de seculo, cùm se sollicitudo nostra in tantum in quantum ei Dominus permisit extenderet, lætificavit animum nostrum venientium narratio nuntiorum, quam mox firmavit eorum qui interfuerunt ordinationi tuæ relatio collegarum, qui tibi testimonii tantum tulerunt quantum ferri hunc debuit qui aliunde videbatur electus. Tanta antea opinione vixisti ut tuis te aliena civitas inviderer. Tanto nunc horrore vitaris ut tui in aliis videant qualiter fuerint liberati. Dudum sumpsimus epistolas has, quibus in angusto nihil potuimus date responsi. Erat enim in Latinum sermo vertendus. Quod cùm, licèt serò, facimus, sancti fratris & coepiscopi mei Cyrilli probatissimi sacerdotis per filium meum Possidonium Diaconum talia de te scripta suscepimus quibus his qui de tua ordinatione retulerant perisse suum testimonium doleremus. Bonis enim principiis tuis malus, quantum videmus, successit eventus, bonis inquam principiis, quæ apud nos ita celebrata fuerant, ut responsum dantes ad relationem fratrum, nos faceremus participes gaudiorum. Sed considerantes nunc & quere-

[a] VOCIBUS SANCTOR.] Codex Bellovac. *vocibus quæ per sanctos Prophetas adhibentur rectè obsignatam.*

[b] IN ECCLESIA] Idem codex, *in Ecclesiis.* Sed lectio quam nos retinuimus meliùs convenit cum textu Græco. Peltanus vertit, *pro concione.*

[c] VENIMUS UT OPOR.] Codex Bellovac. *venimus ad hoc ut debeat per synodicas litteras*

[d] DEI CULTORE] Idem codex, *Deo colentissimo.*

[e] ANATHEMAVERIT] Idem codex, *anathematizaverit.* Contius, *anathematizavit.*

[f] IN SCRIPTIS] Idem codex, *in scripto quæ vel dixit apud vos vel codicibus interposuit sive interponi præparavit.* id est, curavit.

[g] VESTRAM FIDEM] Codex Bellovac. *vestram ipsorum fidem.*

[h] QUOD EST DEUS VERE] Hæc est lectio veterum exemplarium, quæ etiam congruit cum textu Græco. Apud Contium legitur: *quod est nobiscum Deus. Verè enim factum caro.*

[i] SENILIA] Ita codex Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis habet *anilia.*

[k] ACCENDENTES] Codex Bellovac. *reaccendentes.*

[l] SAPERE VOLUERIT] Idem codex, *sapere elegerit.*

[m] NON ILLIUS CONFIR.] Codex Bellovac *qui illius infirmamus injustam sententiam.*

[n] DILECTISSIMO] Extat bis in codice Bellovacensi. Habetur autem & in collatione sexta Concilii Quinti. Ex ista porrò versione eam citat etiam Liberatus.

[o] ADVERSA] Ita constanter codex Bellovacensis, Colbertinus, & Turonensis. Ita etiam Concilium Quintum. Contius habet *mala.*

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

lam de te prædicti fratris & interpretatas tandem epistolas tuas apertam blasphemiam continentes, illud nobis apostolicum videmus esse dicendum: *Vellem mutare vocem meam, quia confundor in vobis.* Quinimmo mutavi, nisi de præcipiti se revocet impius disputatur. Necesse est enim malum ex nobis ipsis, sicut præcipitur, auferamus. Legimus ergo epistolarum tenorem & eos libros quos inlustri viro filio meo Antiocho reddente suscepimus. In his quidem nobis vestigatus, deprehensus, & tentus, quodam multiloquio labebaris, dum vera involvis obscuris, rursus utraque confundens, vel confiteris negata, vel niteris negare confessa. Sed in epistolis tuis apertam non tam de fide nostra quam de te tulisti sententiam, volens de Deo verbo aliter quàm fides habet omnium disputare. Ecce nunc in quam de te vocamur sententiam. Ecce quæ tuarum sunt beneficia novitatum. Postquam ignoratus electus es, & cognitus accusaris, jam nunc cum illo gentium doctore dicendum est: *Nam quid bremus secundum quod oportet nescimus.* Nonne hæc Ecclesiæ illi verba conveniunt quæ probatos sibi viros, non notitiam tuam, sed famam secuta contempsit? Impositum est opinioni bene de te credentium. Quis enim intra ovile velut rapacem lupum putaret abscondi? Vox est ejusdem Apostoli, oportere etiam hæreses esse, ut probati manifesti fiant. Aperi aures tuas, & ejus ad Timotheum vel Titum dictos audito sermones. Quid his aliud præcepit quàm ut novitates vitent vocum profanas. Ad impietatem quippe ista proficiunt, quæ semper spinas & tribulos intulerunt. Timotheum certè etiam rogasse se dicit ut Ephesi remanens denuntiaret quibusdam ne quis aliter prædicaret. Ante oculos mihi Hieremiæ Prophetæ verba sunt. *Horribilia*, inquit, *facta sunt super terram, Propheta iniquitatem prophetant.* Hæc dicas volo quasi ignota te transeunt, aut quasi nota contemnis? Si quasi ignota te transeunt, non sit pudoris rectum discere, quando timori non fuit docere perversum. Si quasi nota contemnis, intellige te inexcusabilem fore cùm à te commissi tibi talenti quæsiverit ille ta[illegible]m qui per nos de hoc sancto fœnore suo lucrum semper expectat. Aspice quæ pœna illum maneat qui abscondit acceptum, qui integrum certè restituit quod accepit. Vnde evidenter adverte quod sit & quale periculum nec hoc quod acceperis reddidisse. An tu Domino nostro dicturus es, *Quos dedisti mihi custodivi*, cùm sic scindi in partes audiamus ejus Ecclesiam? Qua conscientia vivis penè ab omnibus in hac civitate desertus? Optaveram eos tunc fuisse tam cautos quàm nunc sunt cùm sibi desiderant subveniri. Vnde tibi in has quæstiones verba [a] dirigere quas sit blasphemium cogitasse? Vnde in populos hæc Episcopi prædicare quibus virginei partus reverentia sauciatur? Non debent veteris fidei puritatem blasphema in Deum verba turbare. Quis unquam non dignus est anathemate judicatus vel adiciens vel retrahens fidei? Plenè etenim & manifestè tradita ab Apostolis nobis nec augmentum nec [b] imminutionem requirit. Legimus libris nostris non addi debere, non retrahi. Magna quippe & addentem & retrahentem pœna constringit. Vnde cauterium paramus & ferrum! quia ultrà non erunt fovenda vulnera quæ merentur abscidi. Scimus certè majora vitia majore semper dolore sanari. Inter multa quæ à te impiè prædicata universalis recusat Ecclesia, symbolo ab Apostolis tradito plangimus hæc verba fuisse sublata quæ nobis totius spem vitæ salutisque promittunt. Quod quare fiat loquuntur epistolæ tuæ; de quibus nulla dubitatio est, quia eas ipse misisti; quas in manus nostras nolueramus venire, ne de tanti cogeremur sceleris genere judicare. Omnium disputationum tuarum vias brevis earum sermo conclusit. Extendisti te latiùs, multis amfractibus circuisti. Serò tamen diverso itinere pervenisti ad impium constitutum. Scimus quid ille caverit qui præcepit contentiones & pugnas legis esse vitandas. *Sunt enim*, inquit, *inutiles & vanæ.* Quod igitur vanum & inutile judicatur, nemo dubitet minimè profuturum. Itaque quamvis jam frater Cyrillus secundis te epistolis suis asserat esse conventum, [c] intelligas volo post primam & secundam illius & hanc correptionem nostram, quam constat esse jam tertiam, ab universitate collegii & convento Christianorum te prorsùs esse sejunctum, nisi mox quæ malè dicta sunt corrigantur, nisi in eam viam redeas quam se Christus esse testatur. Malè in hunc atma desperatione movisti qui te super familiam suam velut fidelem prudentemque servum permiserat antè constitui. Periit tibi hujus officii beatitudo promissa. Non solùm non das cibum in tempore, verùm etiam veneno interficis quos ille suo sanguine & sua morte quæsivit. Venenum namque est sub tuis labiis, quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus, cùm contra eum qui suavis est niteris disputare. Vbi diligentia pastoralis? Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis, mercenarius verò est qui eas lupis dimittit & tradit. Quid hic tu pastor acturus es, qui dominicum gregem pro lupis ipse discerpis? Ad quæ jam grex sanctus septa confugiet, si intra ovilia Ecclesiæ sauciatur? Qua futurus est tuitione defensus qui te patitur pro custode raptorem? *Et alias*, inquit Dominus, *habeo quæ non sunt de hoc ovile, & illas oportet me adducere.* Ille alias se promittit adducere, tibi pereunt quas habebas. Siquidem certum sit, quotiens ista contingunt, non oves pastoribus sed magis ovibus perire pastores. *Et vocem*, inquit, *meam audient.* Quare? *Vt fiat unus grex.* Ad illius vocem fit unus grex, ad tuam autem inficitur aut fugatur. Durum est ut in te de actibus Apostolorum beati Pauli verba conveniant. *Ego*, inquit, *scio quia intrabunt post discessum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exsurgent homines loquentes perversa, ut adducant discipulos post se.* Hæc à te alius quàm tibi dicta vellemus. Docenda enim tibi fuerant, non discenda, quæ dicimus. Nam quis ferat [d] doceri Episcopum qualiter esse debeat Christianus? Diligenter aspice in quam conditionem voceris. Incesseris, argueris, accusaris. Quid horum convenit sacerdoti? Duris dura responsio; si tamen vicissitudo est verbis blasphemiam vindicare. An tibi à nobis existimas esse parcendum cùm animæ tuæ ipse non parcas, ut

[a] DIRIGERE QVAS] Codex Bellovac. *dirigere? Quis suasit blasphemiam cogitasse.*

[b] IMMINVTIONEM] Ita Concilium V. & codex Bellovacensis, itemque Colbertinus. Ita etiam Contius. At codex Turonensis habet *immutationem*, eodem prorsùs sensu, ut monuimus in Notis ad Capitularia pag. 1141.

[c] INTELLIGAS] Hunc locum referunt Correctores Gratiani 24. q. 3. cap. *De illicita.*

[d] DOCERI] Ita codex Bellovacensis & editio quæ extat in Concilio quinto. Sic etiam in Cresconiana collectione, unde Baronius edidit. At codices Colbertinus & Turonensis, tum etiam Contius, habent *docendo* S. Gregorius lib. 3. epist. 5. *Contumelia sacerdotum est de divinis cultibus admonere.*

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

omnibus velis & præteritis & præsentibus & futuris beneficium salutis auferre. Persequar planè boni Domini mei fidelis servus inimicos, cùm Propheta asserat eos odio se odisse perfecto. Moneor rursus, altero loquente, ne parcam. Quem hic ego respiciam, cui honoris aliquid servem, quando agitur ut mihi totius spei meæ causa tollatur? Ipsius in evangelio verba sunt Domini, quibus ait non sibi patrem, non matrem, non filios, non aliquam necessitudinem debere præponi. Est enim talis frequenter pietas ex qua nascatur impietas, cùm vincente carnis affectu, caritati illi quæ Deus est caritas præponitur corporalis. Ejus intuitu aliquibus sæpe deferimus. At cùm in hunc tenditur qui est ipsa dilectio, necesse est nec illa serventur quorum auctor vocatur ad causam. Expergescere tandem, quia non sunt istæ dicendæ vigiliæ quas non exhibes custodiæ, sed rapinæ. Dormire te velimus in hoc quod prædicas & vigilare in hoc quod impugnas. Leviùs certè ferremus si in utroque dormires. Nemo tibi perditus esset, nemo quæsitus. Nullo animarum dispendio mœreret Ecclesia, nullo compendio lætaretur. Satius ei esset si hanc sponso suo ita ut susceperas resignares. Sed quid multis immoror? Loquente architecto Paulo, frustra per te superædificatum aliquid quæro, in quo non invenio fundamentum. Audio vim maximam catholicè sentientes quibus nos communicamus Clericos sustinere, ita ut his etiam civitas interdicta dicatur. Lætamur eos præmium confessionis adquirere, sed dolemus quod Episcopo persequente. Beatus Apostolus Paulus persecutorem prædicatore mutavit. Nefas est maximum prædicatorem persecutore mutatum. Digere in numerum retro [a] hæreticos qui hujusmodi quæstiones Ecclesiis intulerunt. Quis unquam de hoc certamine victor [b] revertit? Habes certè tuæ civitatis exemplum. Paulus civis Samosateus occupata Antiochena Ecclesia cùm aliqua prædicaret, collegit suorum seminum messem. Reliquos inventores malorum Ecclesiis occupatis sententiæ censura semper non dispar ejecit. Hos quoque hæreticos de quibus nos, velut eorum quæ gesta sunt nescius, consulere voluisti, sedibus suis injusta dicentes expulit justa damnatio, quos illic invenisse requiem non putamus esse mirandum. Invenerunt enim impiam prædicationem, cujus comparatione se existiment innocentes. Hoc loco, quia opportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus quod stupemus. Legimus quàm bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asserueris debitricem, & eum debitum meritò reddere qui descenderit de genere debitoris. Quid tecum faciunt qui sunt hæc negando damnati? Nunquam sine suspicione ea quæ sibi sunt adversa conveniunt. Ejicerentur denique si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen nunc ea quæ in eos tunc sunt acta quæruntur, cùm certum sit illinc ad nos à catholico tunc antistite Attico gesta directa? Cur non sanctæ memoriæ Sisinnius ista quæsivit? Quia utique sub decessore suo probaverat eos jure damnatos. Defleant infelices spe se hominum fuisse deceptos, quibus jam potuit propter communionem sola pœnitentia subvenire. Ecce scire de his incipis, si qua antè nescisti: causam tuam magis modò quam aliorum catholica & festina deliberatione curato; quia convenienter dicimus: Medice cura te ipsum, qui aliis desideras subvenire. Ægritudinis tuæ qualitas non recipit aut præstari permittit inducias. Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis fidem & probavimus & probamus. Et tu admonitus per eum rursus senti nobiscum, si vis esse nobiscum. Cui fratri si à te præbetur assensus, damnatis omnibus quæ hucusque sensisti, statim hæc volumus prædices quæ ipsum videas prædicare. Nos & quod contra fas est etiam sacerdotes volumus esse correctos; quibus ut præmissa conventione consulimus, ita hos necesse est damnationis sententiam, si abutuntur nostra salubri admonitione, firmemus. Hoc tamen erit post damnationem pravi dogmatis plenum correctionis [c] indicium. Revocentur omnes ad Ecclesiam qui propter Christum caput ejus videntur exclusi. Revocentur omnes. Quòd nisi fiat quod dicimus, ejiciendus ejecit. Quamvis in nostra communione sunt isti in quos talis cognoscitur extitisse. Ad clerum quoque Ecclesiæ Constantinopolitanæ vel omnes qui censentur nomine Christiano qualia necessitas exigit scripta direximus, ut si in perversæ disputationis obstinatione persistis, nec hæc quæ frater Cyrillus nobiscum prædicat prædicaris, à nostro collegio, cum quibus tibi non potest esse communio, te intelligant separatum, scituri & exemplo jam cauti qualiter animæ suæ decocto & maturo judicio debeant providere. Apertè igitur hanc nostram scias esse sententiam, ut nisi de Deo Christo nostro ea prædices quæ & Romana & Alexandrina & universalis Ecclesia catholica tenet, sicut & sacrosancta Constantinopolitanæ urbis Ecclesia ad te usque optimè tenuit, & hanc perfidam novitatem, quæ hoc quod venerabilis scriptura conjungit nititur separare, intra decimum diem à primo innotescentis tibi [illegible]us conventionis die numerandum aperta & [illegible]ta professione damnaveris, ab universalis te Ecclesiæ catholicæ communione dejectum. Quam formam ad te nostri judicii per memoratum filium meum Possidonium Diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memoratæ Alexandrinæ urbis antistitem, qui ad nos super hoc ipso pleniùs retulit, destinavi, ut agat vice nostra quatenus statutum nostrum vel tibi vel universis fratribus innotescat. Quia omnes debent nosse quod agitur quotiens omnium causa tractatur. Data IV. Iduum Augustarum, Theodosio XIII. & Valentiniano III. Conss.

Incipit epistola Nestorii ad Cælestinum Papam urbis Romæ.

Cap. XI.

FRaternas nobis invicem debemus conlocutiones, [d] ut unà inter nos secundùm obtinentem concordiam pugnaturi diabolum pacis inimicum. Quorsum hoc anteloquium? Iulianus quidem &

a HÆRETICOS] Ita codices Colbertinus & Turonensis, Concilium V. & Contius. Ita etiam Baronius. Codex Bellovacensis habet *hæreticorum*.

b REVERTIT] Hæc est lectio editionum quæ extant apud Surium, Contium, & Baronium; quam confirmant codices Colbertinus & Turonensis. At Bellovacensis & exemplaria MSS. Concilii V. præferunt *revertitur*.

c INDICIUM] Codex Bellovac. *indicium, si revocentur*. Ita etiam in Concilio V. & Baronius.

d UT UNA INTER NOS] Sensus istius loci nunc planus est, neque indiget ea emendatione quam ei adhibere tentavit vir clarissimus Ioannes Garnerius. Illud ergo dicere voluit Nestorius. *Fraternas nobis invicem debemus conlocutiones*, veluti qui unà, id est, junctis viribus, pugnaturi sumus adversùs diabolum pacis inimicum, *secundùm obtinentem concordiam*, id est, inter quos semper esse concordia debet adversùs diabolum.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Florus & Orontius & Fabius dicentes se occidentalium partium Episcopos sæpe & piissimum & prædicatissimum Imperatorem adierunt, ac suas causas defleverunt, tamquam orthodoxi temporibus orthodoxis persecutionem passi, sæpe eadem & apud nos lamentantes; ac sæpe rejecti, eadem facere non desierunt; sed insistunt per dies singulos, implentes aures omnium vocibus lacrymosis. His quidem ad eos sermonibus quibus oportuit usi sumus, cùm negotii eorum veram fidem nesciremus. Sed quoniam apertiore nobis de causis eorum notitia opus est, ne piissimus & Christianissimus Imperator noster molestiam sæpe ab his sustineat, ne nos, ignorantes earum causas, circa negotii defensionem dividamur, dignare nobis notitiam de his largiri, ne vel quidam ignorando justitiam veritatis importuna miseratione contristentur, vel canonicam indignationem beatitudinis tuæ, quæ contra eos pro sectis religionis fortè probata est, aliud quiddam quam hoc æstiment. a Nam sectarum novitas [a] multam meretur defensionem à veris pastoribus. Vnde & nos non modicam corruptionem orthodoxiæ apud quosdam hic reperientes, & ira & lenitate circa ægros quotidie utimur. Est enim ægritudo non parva, sed adfinis putredini Apollinaris & Arrii. Dominicam enim in homine unionem ad cujusdam contemperationis confusionem passim commiscent, adeo ut & quidam apud nos Clerici, quorum alii ex imperitia, alii ex hæretica fraude in se olim celata, quia plurima & Apostolorum temporibus contigerunt, tamquam hæretici ægrotent & apertè blasphement Deum verbum patri homousion, tamquam originis initium de Christotoco virgine sumpsisset & cum templo suo ædificatus esset & carni consepultus; carnemque dicunt post resurrectionem non mansisse carnem, sed in naturam transisse deitatis, ut in compendio dicam, & deitatem unigeniti, & ad originem conjunctæ carnis referunt, & commortificant carni, carnem verò conjunctam deitati ad deitatem transisse blasphemant ipso verbo deificationis. Quod nihil est aliud nisi utramque corrumpere. Sed & virginem Christotocon ausi sunt cum modo quodam [b] Deo tractare divinæ. b Hanc enim Theotocon vocantes non perhorrescunt, cùm sancti illi & supra omnem prædicationem patres per Nicæam nihil ampliùs de sancta virgine dixissent nisi quia Dominus noster Iesus Christus incarnatus est ex spiritu sancto & Maria virgine. Et taceo scripturas, quæ ubique virginem matrem Christi, non Dei verbi, & per angelos & per Apostolos prædicaverunt. Propter quæ quanta certamina sustinuimus æstimo famam præcedentem docuisse beatitudinem tuam, hoc quoque attendentem quod non frustra certaverimus. Sed emendati sunt, gratia Domini, multi ex his qui perversi erant discedentes à nobis, quia propria est patienti homusios nativitas, cui vivere commissa est, illa in homine visio creatura est humanitatis dominicæ Deo conjunctæ ex virgine per spiritum. Si quis autem hoc nomen Theotocon propter natam humanitatem conjunctam Deo verbo non propter parentem proponet, dicimus quidem hoc vocabulum in ea quæ peperit non esse conveniens. Ferri tamen potest hoc vocabulum propter inseparabile templum Dei verbi ex ipsa, non quia ipsa mater sit verbi Dei. Nemo enim antiquiorem se parit. Hæc quidem existimo præcedentem famam significasse. Exponimus verò etiam nos quæ contigerunt. Rebus ostendamus quia fraterno animo negotium eorum quos prædiximus nosse cupimus, non desiderio curiositatis importunæ, cùm & nostra narramus tamquam fratres fratribus, veritatem sectarum nobis invicem publicantes, ut sit mihi principium litterarum verissimum. Dixi enim, cùm has litteras inciperem, quia fraternas nobis debemus invicem conlocutiones. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

Incipit Nestorii epistola secunda.

SÆpe scripsi beatitudini tuæ propter Iulianum, Orontium, & ceteros qui sibi usurpant episcopalem dignitatem & crebertimam aditionem apud piissimum & prædicatissimum Imperatorem faciunt, nosque concidunt frequentibus lamentationibus, tamquam temporibus orthodoxis de occidente projecti. At huc usque scripta de his à tua veneratione non suscepimus: quæ si haberem, possem eis respondere, dareinque compendiosum responsum luctibus eorum. Nunc enim ab incertis dictis eorum non habet quis ad quod se convertat, aliis hæreticos eos vocantibus, & ideo de occidentalibus partibus projectos esse dicentibus, ipsis verò jactantibus calumniam se sustinuisse & periculum pro orthodoxa fide ex subreptione perpessos: quorum utrumvis certum sit nobis gravis est ignorantia. Nam condolere eis, si verè hæretici sunt, crimen est. Et iterum non condolere si calumniam sustinent, durum & impium est. Dignetur igitur amantissima Dei anima tua informare nos, qui ad utrumque momentum huc usque dividimur, id est, & ad odium & ad miserationem eorum. Doceri autem volumus quam de his sententiam teneamus. [c] Deferimus enim eosdem viros per dies singulos, dissimulantes spe & expectatione beatitudinis tuæ. c Non est enim, ô venerandissime, sicut nosti, res vilis discussio præ sectæ, nec parva est probatio eorum qui hoc agunt. Multus enim etiam nobis labor hic celebratur, dum elaboramus eruere sordidissimam impietatem pessimæ opinionis Apollinaris & Arrii de Ecclesia Dei. Nescio enim quemadmodum quidam de ecclesiasticis quandam contemperationis imaginem ex deitate & humanitate unigeniti accipientes ægrotant ægritudine prædictorum hæreticorum, dum & corporis passiones audent superfundere deitati unigeniti, & immutabilitatem deitatis ad naturam corporis transisse confingunt, & utramque naturam, quæ per conjunctionem summam & inconfusam in una persona unigeniti adoratur, contemperationis mutabilitate confundunt; cæci, qui nec sanctorum illorum patrum expositionem meminerunt apertè ad eos reclamantes: *Credimus in unum Dominum Iesum Christum filium*

CAP. XII.

[a] MVLTAM DEFENSIONEM] Baronius reposuit in margine *nullam*. Garnerius conjecturam ex margine transtulit in textum. Nihil tamen mutandum. Sensus est. Sectarum novitas exigit ut veri pastores multam defensionem impertiant ovibus suis, id est, sint in continuis vigiliis, ne populus decipiatur à falsis doctoribus. Sanè si iste sensus verus non est, hæc verba Nestorii nullum sensum habent.

[b] DEO TRACTARE DIVINÆ] Ita codex Bellovacensis. At Baronius ex codice Antonii Augustini edidit, *cum modo quodam Theotocon dicere* Garnerius: *ausi sunt modo quodam dicere: hanc verò θεοτόκον vocantes.* Lectio Baronii videtur esse apertior.

[c] DEFERIMVS] id est, suspensos tenemus, protrahimus. In tomo primo Conciliorum editionis Romanæ pag. 276 legitur *defecimus*, & in margine *detinemus*. Baronius habet in contextu *detinemus*.

Anno Christi 431

Concil. Ephes.

Dei incarnatum ex spiritu sancto & Maria virgine. Hæc enim vox [a] in nomine quod significat utramque naturam, id est, Christus, est deitati patris homusius. Humanitas verò posterioribus temporibus nata est ex sancta virgine, quæ propter conjunctionem deitatis ab angelis & hominibus simul colitur. Eum ergo qui hic propter sectarum pravitatem tot laboribus fatigatur, considero quòd iterum pati necesse est, si negotium prædictorum virorum nesciat, timeatque nimis ne additamentum hæreticorum per ignorantiam impositis faciant. Vnde rogo ut undique studiosum sit sanctæ animæ tuæ donare notitiam prædictorum virorum, maximè cùm litterarum sequester fidelissimus Valerius cubicularius possit beatitudini tuæ per se exponere molestias eorum. Omnem in Christo fraternitatem quæ tecum est ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

Cælestini Papæ epistola scripta ad clerum & populum Constantinopolitanum, in qua eos monet ut non respiciant pravam Nestorii doctrinam, sed magis ad orthodoxam fidem, quam ab initio perceperunt à sanctis Apostolis & Evangelistis. Insuper scribit communicatores esse omnes contradicentes Nestorio & expulsos ab eo.

Cap. XIII.

CÆlestinus Episcopus Presbyteris & Diaconibus & Clericis, [b] Dei servis, & catholico populo degentibus [c] Constantinopolim, dilectissimis ftatribus, in Domino salutem. Ad eos mihi qui faciunt Ecclesiam locuturo det apostolicus sermo principium, ut sancti discipuli priùs audiant illius qui prædicavit gentibus verba doctoris. *Prater illa sunt*, inquit, *extrinsecus, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Et rursus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Ita & nos, licèt longè positi, ubi perversitate doctrinæ cognovimus nostra membra lacerari, paterna sollicitudine nos urente pro vobis, [d] alieno flagravimus incendio, licèt inter Ecclesias Dei, quæ in unum Christi thalamum ubique referuntur, nihil longè sit; nihil censeatur alienum. Cùm ergo nostra viscera sitis, jure trepidavimus ne fidem vestram, quæ ubique prædicatur, à tramite veritatis insinuatio malè docentis avertat. Nam Nestorius Episcopus de virgineo partu & de divinitate Christi Dei salvatoris nostri, velut ejus reverentiæ & communis omnium salutis oblitus, nefanda prædicat, vitanda persuadet; sicut & ejus scripta ad nos ab ipso cum propria subscriptione transmissa, sicut etiam relatio sancti fratris & coëpiscopi mei Cyrilli per filium nostrum Possidonium Diaconum ad me missa patefecit. Quibus omnibus recensitis, magnam vitandamque perversitatem impiæ prædicationis invenimus. Humanam enim in Christo nostro discutit divinamque naturam, nunc solum hominem, nunc et societatem Dei, quotiens tamen dignatur, assignans. Sed nos, sicut Hieremias ait, talium Prophetarum vanos non possumus audire sermones. Audiat & Ezechielem, & quid sibi immineat recognoscat. *Extendam*, inquit, *manum meam super Prophetas qui vident mendacia & loquuntur varia. In populi mei non erunt disciplina, neque in scriptura domus Israël scribentur, & in terram Israël non intrabunt, quia populum meum seduxerunt.* Vbi est debita erga sanctum gregem cura pastoris? Vbi est dominicorum sollicitudo septorum? Quid spei habeat grex, quando lupum se ipse pastor ostendit & sic oves invadit ut grassetur in singulas? Eo namque ore laniantur quo impia proferuntur. Præbentur pabula non refectura, sed noxia. Beatus tamen grex cui dedit Dominus de pascuis judicare. Vnde, sicut vos facere non ambigimus, impiam disputationem debet fides vestra respuere, ut apud vos vigilantes in Christo inter cibum & venenum sit certa discretio, & permaneatis in his quæ sermone superiorum pastorum docente didicistis, scientes fuisse vobis hactenus sacerdotes magisterio & sanctitate pollentes, qui nunquam à paternis traditionibus deviantes, Ecclesiam Domini summa quiete rexerunt. Nam ut à recentioribus inchoemus, quid non animis vestris eruditio sanctæ memoriæ Episcopi Iohannis infudit, cujus sermo adstruens catholicam fidem toto orbe diffusus est; qui nusquam per doctrinam suam defuit, quia ubicunque lectus est prædicavit? Illius diligenti prudentiæ constantia celebrata successit. Rexit enim sanctæ memoriæ Episcopus Atticus Christianum populum decessoris exemplo, & sacrilegos persecutus est hæreticorum furores. Habuimus, hoc decedente, collegam beatæ memoriæ Sisinnium scientem quid possit gloriæ remanere si integra & intemerata quæ ad se usque pervenerant catholicæ fidei ornamenta servaret. Intelleximus et nec columbæ simplicitatem nec prudentiam defuisse serpentis. Flevimus, fratres carissimi, velut præscii futurorum, citò vos ejus ptæsidio destitutos. In hoc enim qui de Deo nostro aliter disputat quàm ipse de se, quàm de ipso Apostoli tradiderunt, quid spei inveniamus ignoro; qui non solùm attritos non alligat, sed & atterit alligatos; non solùm elisos non elevat, sed etiam stantes conatur allidere; non solùm dispersa non colligit, sed & collecta dispergit; quamvis nec conteri possit Domino mens dicata, nec elidi qui stat virtute cœlesti, sed nec sancta turba dispergi. Apertè ergo dilectioni vestræ, quod sine lacrymis non possumus dicere, nuntiamus, movit disputaror vester prælium veritati, antiquæ fidei intulit manus. Impugnat Apostolos, Prophetas respuit, ipsius Domini nostri de se dicentis verba non sequitur. Cujus religionis vel

[a] IN NOMINE QUOD SIGN.] Vir clarissimus Garnerius existimans mendum heic esse, ita emendavit: *Hæc enim vox, in Dominum, significat utramque naturam; etenim Christus est deitati Patris ὁμοούσιος.* Nihil tamen opus est illa emendatione, cùm sensus sit apertissimus. Agitur heic de voce quæ significat utramque Christi naturam, divinam & humanam. Hæc autem vox, ut ait Nestorius, Christus est. Hanc nostram interpretationem, quæ alioqui manifesta est, veram esse probant fragmenta etiam Nestorii relata in parte secunda operum Marii Mercatoris pag. 103. ubi ita legitur: *Attendite quia cùm prius posuisset Christum, quod duarum naturarum conjunctionem demonstrat, non dixerunt in unum Deum verbum, sed acceperunt nomen quod significaret utrumque.* Item ibidem pag. 104. *Accipiens Apostolus nomen hoc, quod est Christus, tamquam duarum naturarum significativum vocabulum, absque periculo eum & servi formam accepisse & Deum nuncupat irreprehensibiliter.* Vide aliud Nestorii fragmentum in collatione sexta Concilii V. sub finem.

[b] DEI SERVIS] id est, monachis. Verùm hæc duo vocabula desunt in codice Bellovacensi.

[c] CONSTANTINOPOLIM] Ita omnia vetera exemplaria. Antiqui enim illi dicebant Constantinopolim per omnes casus, ut manifestum est iis qui libros manu exaratos tractant.

[d] ALIENO FLAG. INC.] Secuti hoc loco sumus auctoritatem codicis Bellovacensis. Nam reliqui & Concilia habent, *alienum flagravimus incendium.*

quibus

quibus legibus se Episcopum dicit, abusus novo & vetere testamento? Nam & intellectum figuræ respuit, & inter nos versatam non recipit veritatem. Aliter denique Christi Domini nostri tractat arcanum quàm fidei nostræ patitur sacramentum, quod reverenter secutus est omnis catholicus disputator. Nemo enim bene religioni deditus aliud de Christo sensit quàm de se voluit ipse sentiri. Movit aliquando sacrilegam quæstionem Samosatenus Paulus, cùm sanctæ apud Antiochiam præesset Ecclesiæ. Sed cum de throno cui feraliter præsidebat sacerdotum catholicorum sententia unita dejecit. Semper enim abscidendi sunt hujusmodi, quasi conturbantes animum populi Christiani, & pro arbitrio suo evangelia evertentes, Deo fructificare non possunt; & colenda est vinea quæ jus possessoris agnoscat. Certum est autem quia tales sermonum novitates de vano gloriæ amore nascuntur. Dum sibi nonnulli volunt acuti, perspicaces, & sapientes videri, quærunt quid novi proferant unde apud animos imperitos temporalem acuminis gloriam consequantur. Sed quis unquam veram gloriam, dum sibi sapiens videtur, obtinuit? Deus enim noster infirma mundi elegit contra fortia, & sapientes per mundi stulta confundit. Quis in mundi sapientia gloriatur nisi qui se confitetur esse de mundo, nisi qui illius se negat esse discipulum qui ait se non esse de mundo? Vna est gloria, ut, sicut ait Apostolus, qui gloriatur, in Domino glorietur. Nonne huic vestro Episcopo, sed nunc usque vestro, nisi quod credimus credat, videmus hanc sententiam convenire? Stultus factus est cùm se dicit sapientem. Professa quippe stultitia est illum quem Dei scimus esse sapientiam virtutemque nescire. Nescire enim se ex quæ discutit confitetur. Nec hunc dilectio vestra miretur à via veritatis errasse quem Christum, qui est via nostra, videat perdidisse. Deprehendimus interdum se sinistra disputatione prodentem, interdum latentem quibusdam cuniculis, & sua venena celantem. Et cùm oportuerit nos, sequentes sententiam prudentissimi Salomonis, nullum ad ejus imprudentiam præbere responsum, ne similes ejus essemus, suademus tamen ut Apostolos, ut Prophetas nobiscum sequatur; ne cùm omnibus solus occurrit, solus ab omnibus refutetur. Vobis verò diligentiùs vigilandum est ut inimici prædicationibus resistatis. Major enim vobis sollicitudo est cùm intra Ecclesiam vobis Ecclesiæ adversa dicuntur. Habeant laboris inducias quos adversarius foris positus incessit, qui dispersi propugnaculis, murorum se defensione tuentur. Nesciunt ferias in quibus intus est hostis. Sed in hoc intestino bello, in hoc domestico prælio, fides vobis murus sit, & contra perfidiam spiritalibus se telis ipsa defendat. Servemus hanc, quia nos servata custodit. Per hanc firmamentum nostrum Deus est atque refugium. Eripit de manu peccatoris, cui vos in fluctu positos convenit dicere: *Domine, libera nos, perimus.* Ad vos nunc, Clerici & omnes qui devoti estis Domino, noster sermo vertendus est. Dicat fortassis aliquis ordinem non esse servatum. Voluimus & nos priùs, quod ratio postulabat, habere verba vobiscum; sed eorum cura major obtinuit quos volumus in commune servare. Neque enim de vobis dubitare debemus, quibus utique ducibus illos pro fide stare tradamus. Sancti & Deo amabilis fratris & coëpiscopi mei Cyrilli per filium meum Possidonium Diaconum ad me directa relatio ex erga vos agi loquitur quæ potest in Ecclesiæ membra agere qui ejus capiti non pepercit. Non vos ista discutient. Major gloria est in labore majore, quia certaminis qualitas facit præmii qualitatem. Legitis enim nobiscum quod is qui legitimè certaverit coronabitur. Vnde adhortatio vobis nostra debetur, quæ & pusillanimis & viriliter resistentibus necessaria est ut tentamenta valeant ferre qui nequeunt, & firmiùs possint stare qui certant. Nunquam nostri Regis arma vincuntur. Probatio est omnis tentatio Christiano; quippe quæ patientiam, sicut legimus, operatur. Ex hac spes nascitur, quæ neminem, scriptura spondente, confundit. Vnde, fratres carissimi, quia consolatio vestra ex Deo est, cui corpora vestra, hoc est, vos ipsos, vivas, ut ait Apostolus, hostias exhibetis, repugnantes nolite deficere. Dat ille virtutem qui per Apostolum nos monens esse vult membra nostra arma justitiæ suæ. Habetis exempla sanctorum, qui olim seminantes in lacrymis, in gaudiis messuri sunt in futurum. Non amat noster dominus servum nisi experimentis probatum. Christianos animos rerum palæstra semper exercet. Currite, ut vos in viis Domini invicem transeatis. Nolo vos ab adversariis comprehendi. Oportere dicit esse Apostolus quæ videmus. Fortitudinem fidemque nonnisi campus ostendit. Difficile est otium coronari. Præmia nonnisi laboribus deferuntur. Nolo salutis galeam capita vestra deponant. Nolo se loricam fidei exuat qui idoneum Christi militem profitetur. Nostri nobis bella movetunt; si tamen nostri dicendi sunt quos ad inimicum transisse rupto fœdere sentiamus. Vestrum est stantes pedes habere in atriis Hierusalem. Volumus vobis gressus esse perfectos, ne unquam in exemplum simile alicujus vestigia moveantur. Sequantur cum malo diabolo diabolum qui se ex eo simul esse cognoscunt. Vos, qui filii Dei operibus apparetis, quia ex fructibus vult unumquemque cognosci, vicissim mentes consolamini pusillorum; infirmos quosque suscipite, confirmantes eos. Non vos seducat impietas; sed de bono & malo pro qualitate sui tenere sententiam, vitantes perversa, quæ sunt recta laudantes. Abominationi est enim à Deo, Salomone dicente, quisquis vel justum pro injusto vel pro justo ducit injustum. Nulla est tribulatio temporalis, si sit ante oculos perenne præmium, cui nihil convenit anteponi. Clamat noster hymnidicus, si adversùm se castra consistant, spe illuminationis illius sibi penitùs non timendum. Si certamen cum gentibus haberetis, esset utique magna victoria superasse eos quos semper haberetis inimicos. Quanta est dicenda victoria ubi sacerdos prædicatione mutata catholicorum factus est persecutor, contra Paulum propriè in omnibus sentiens, qui evangelii Domini, quod antè fuerat persecutus, factus est postea prædicator? Desertus est impius disputator à sancto spiritu postquam in ipsum spiritum sensit adversa. Meritò, si persistet, audiet à nobis Samuelis verba, quæ Sauli tunc ab ipso dicta sunt sacerdote: *Spernet te Dominus, ne regnes in Israel.* Si hoc ille meruit qui solùm in agendis rebus Dei præcepta contempsit, quæ huic pœna debebitur qui se in ipsum Dominum majestatis erexit? Curare nunc vestrum est quodcunque vulnus inflixit, & his præbere medicinam qui ejus sermonibus sauciati sunt. Firmis in hunc state vestigiis quem, sicut ejus sermo demonstrat, jam cecidisse videamus. Quicquid in vos intulit ferte sapienter. Indixit injurias, indixit exilia. Ille in suis hunc passus est quem susce-

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

pisse pro nobis hominem diffitetur. Vnde nullus defleat quicquid in aliquos vestrum facere molitus est. Patientiæ vobis atque constantiæ forma sit Stephanus, primus Christi testis existens. Plebs in hunc prædicantem striduit perfidorum, nec tamen idoneus Christi comes tacuit quod videbat. Exclamabat inter furentes, inter religionis inimicos, videre se apertos cœlos & filium hominis, propter quem talia pateretur, stantem ad dexteram Dei. Longum est ire per singulos qui vitam vel morte vel [a] confessione mercati sunt. Habetis vos penè nostrorum temporum, quicunque Ecclesia estis ejecti, beatæ recordationis Athanasii Alexandrinæ Ecclesiæ prudentissimi sacerdotis exemplum. Cui non consolationi sit illius tolerantia? Cui non spem faciat ejus expectata reversio? Ejicitur Arrio persequente, sed revocandus Domino prosequente. Passus est carcerem, passus angustias. Nec mirum si vir apostolicus ea passus est quibus se Apostolus exercitum gloriatur. In his tamen omnibus secutus est illum qui sibi in tribulationibus se placere testatur. Fugatus illinc, in nostris partibus recreatus est. [b] Denique hinc hic ei redintegratus status est, & in hac sede requiem communionis invenit à qua semper catholicis subvenitur. Neque tamen sensit in tribulationibus lassitudinem qui factus est in persecutione confessor. Vnde Christianorum nullus inlatum sibi temporale deflere debet exilium, quia eorum nemo exul est Deo. Timeamus ne a regione vivorum, hoc est, illa quam nostram patriam volumus, exulemus. Illud est nostrum, illud perpetuum, illud æternum. Nostrum enim non est unde transitur; sed illa vera nostra quæ spes certissima pollicetur. Sunt autem, dicente Apostolo, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendunt hæc quæ præparavit Deus diligentibus se. Ne tamen vel ad tempus ejus videatur valere sententia qui in se jam divinam sententiam provocarat, apertè sedis nostræ sanxit auctoritas nullum sive Episcopum sive Clericum seu professione aliqua Christianum, qui à Nestorio vel ejus similibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco suo vel communione dejecti sunt, vel dejectum vel excommunicatum videri, sed hi omnes in nostra communione & fuerunt & hucusque perdurant: quia neminem vel dejicere vel removere poterat qui prædicans talia titubabat. Omnes igitur præsens sermo in commune complectitur, ut magis ac magis roborati & confidentes in Domino non moveamini; quinimmo & medemini infirmitatibus aliorum. Iam enim vobis illic commendamus infirmos ubi sic videatur ipse medicus ægrotare; cui tamen volumus, si adhuc possumus, subvenire. Nam cùm ad sanctum fratrem nostrum & coëpiscopum Cyrillum responsa congrua mitteremus, hæc vobis per carissimum Possidonium ejus Diaconum & huic de quo agitur dirigenda ab eodem fratre meo scripta transmisimus. Et quia nostra in tanto negotio propemodum præsentia necessaria videbatur, [c] vicem nostram propter marina vel terrena spatia ipsi sancto fratri meo Cyrillo delegavimus, ne morbus iste longitudinis occasione crassetur. Vos tantùm apostolicos ante oculos habete sermones, in eodem sensu & in eadem sententia estote perfecti; ut, sicut legimus, permanentes in finem, salvi esse possitis. Vt autem noveritis sub qua definitione litteras miserimus, ipsam sententiam huic epistulæ fecimus subteradnecti. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data IV. Idus Augusti, Theodosio XIII. & Valentiniano III. Consulibus.

Sententia adversùs Nestorium.

Palam igitur agnosce hanc nostram esse sententiam, quia nisi de Deo Christo nostro hæc exposueris quæ & Romana & Alexandrina & omnis catholica sentit Ecclesia, sicut etiam Constantinopolitana Ecclesia usque ad te, carissime, intellexit, & nisi hanc infidelem novitatem ab adoranda & veneranda scriptura sejunxeris intra decem dies à primo innotescentis tibi hujus [d] executionis die numerandos aperta & scripta professione damnaveris, ab omni catholica Ecclesia excommunicatum.

Ejusdem Cælestini epistola scripta ad Archiepiscopum Cyrillum, in qua scribit ut obtineret opus locum in sancto Concilio, eò quòd maris & longa spatia ipse refutaverit.

CAP. XIV.

[e] CArissimo Cyrillo Cælestinus. [f] Tristitiæ nostræ sanctitatis tuæ litteræ missæ per filium nostrum Possidonium Diaconum lætitiam reddiderunt, & gaudium alternavimus cum mœrore. Cùm enim respicimus & quæ dixerat recensemus is qui Constantinopolitanam perversis prædicationibus turbare conatur Ecclesiam, non parvo animus noster dolore concussus, diversis cogitationum stimulis vexabatur qualiter populis possit, ut in fide persisterent, subveniri. Dum verò mentem nostram ad tuæ fraternitatis scripta convertimus, paratum jam remedium quo pestifer morbus salubri remedio vitaretur invenimus, puri fontis liquorem de tuæ caritatis sermone manantem qui cœnum omne malè fluentis rivi detergeret, & omnibus quid de fide nostra sentire debeant aperiret. Vt illum ergo reprehendimus & notamus, ita sanctitatem tuam velut præsentem in litteris suis dominica sumus caritate complexi, cùm unum idemque nos sentire de Domino videremus. Nec mirum est providentissimum Domini sacerdotem pro fidei amore ac virtute pugnare, ut adversorum improbæ resistat audaciæ, & sibi creditos hac ad monitione confirmet. Quàm ergo nobis illa fuerant amara, tam ista sunt dulcia; quàm illa cœnulenta, tam ista sunt pura. Gratu-

[a] CONFESSIONE] Ita codex Bellovacensis & vulgatæ Conciliorum editiones. At Turonensis, Colbertinus, & Contius habent *conversione*.

[b] DENIQUE HINC] id est, à sede apostolica Romana. In codice Turonensi, in Colbertino, apud Contium, & in vulgatis editionibus Conciliorum legitur *hic*. Sed meliùs *hinc* in Bellovacensi.

[c] VICEM NOSTRAM DELEGAVIMUS] Duabus de causis vices suas Cyrillo delegavit Cælestinus, primò ut sententiam à se latam adversùs Nestorium mandaret executioni, deinde ut si qua in oriente gerenda essent pro stabilienda recta fide, in id incumberet Cyrillus etiam tamquam delegatus à sede apostolica, adeoque Concilio, quod congregandum erat in proximo, locum & auctoritatem Cælestini teneret. Quod ex ista epistola rectè collegit vetus interpres in titulo sequentis epistolæ.

[d] EXECUTIONIS] sive *conventionis*, ut suprà cap. XI. extremo & infrà cap. XIV. extremo. In editione Romana legitur *excusationis*. Nam hæc duo vocabula, *executio*, *excusatio*, sæpe confunduntur in antiquis codicibus manuscriptis.

[e] CARISSIMO CYRILLO] Codex Bellovacensis: *Cælestinus Episcopus Cyrillo & Episcopo & Alexandrino*.

[f] TRISTITIA] Hanc epistolam ex ista versione laudare videtur Liberatus.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

lamur tantam inesse sanctitati tuæ vigilantiam ut decessorum tuorum, qui & ipsi semper defensores orthodoxi dogmatis extiterant, exempla jam viceris. Verè tibi evangelicum potest testimonium convenire quo dicitur: *Pastor bonus ponit animam suam pro ovibus suis.* Sed ut tu bonus pastor, ita ille nec tamquam malus potest mercenarius accusari; qui non ideo quòd oves relinquat arguitur, sed quòd eas ipse laniet invenitur. Adderemus aliquid, frater carissime, si non te eadem sentire quæ sentimus omnino videremus, & in ipsa adsertione fidei defensorem fortissimum probassemus. Ingesta verò nobis sunt cuncta per ordinem à filio nostro Possidonio Diacono quæcunque de hac re tua sanctitas scripsit. Omnes tendiculas prædicationis callidæ detexisti, & fidem taliter, ne Christo Deo nostro credentium cor in alteram partem trahi valeat, communisti. Magnus fidei nostræ triumphus est & adseruisse nostra tam fortiter & adversa sanctarum scripturarum testimoniis devicisse. Quid agat jam, quò se ille circumferat, qui amator impiæ novitatis, dum suo voluit potiùs ingenio servire quàm Christo, sibi creditam plebem veneno voluit suæ prædicationis inficere; cùm & legere debuerit & tenere pravas quæstiones, & quæ non proficiant ad salutem, sed ad perditionem animarum nitantur, vitandas potiùs quàm sequendas? Sed ad præcipitia festinantem, immo jam in præcipiti, unde corruat, constitutum, si præsumus, revocare debemus, ne ruinam ejus, si non succurrimus, urgeamus. Christus Deus noster, cui suæ quæstio nativitatis infertur, pro una ove laborare nos docuit, volens eam suis quoque humeris revocari, ne rapaci lupo pateret in prædam; & qui pro unius ovis currere salute nos docuit, qualiter nos vult pro ipsarum ovium laborare pastore, qui officii & nominis ejus oblitus in rapacitatem lupi se ipse convertit, gregem cupiens perdere quem debuerat custodire; quem nos à septis agnorum removere debemus, si non ita ut volumus corrigamus, sit spes veniæ corrigenti. Malumus enim ut revertatur & vivat, si vitam sibi commissorum ipse non perdat. Sit certa sententia perduranti. Abscidendum enim est tale vulnus, quo non unum membrum læditur, sed totum corpus Ecclesiæ sauciatur. Quid enim cum consentientibus faciat qui solus sibi sapiens à nostra credulitate dissentit? Sint in communione quos ipse resistentes sibi à communione summovit; nostramque communionem habere se non posse noverit si in hoc perversitatis suæ tramite apostolicæ doctrinæ contrarius perduraverit. Auctoritate igitur tecum nostræ sedis adscita, vice nostra usus, hanc exsequeris districto vigore sententiam, ut aut infra decem dies ab hujus conventionis die numerandos pravas prædicationes suas scripta professione condemnet, & hanc se de nativitate Christi Dei nostri fidem tenere confirmet quam & Romana & tuæ sanctitatis Ecclesia & universalis devotio tenet. Aut nisi hoc fecerit, mox sanctitas tua illi Ecclesiæ provisura, à nostro eum corpore modis omnibus sciat esse removendum, qui nec in se medentium curam voluit admittere, & in perditionem tam suam quàm omnium sibi creditorum malè pestifer festinavit. Eadem autem scripsimus & ad sanctos fratres & coëpiscopos nostros Iohannem, Rufum, Iuvenalem, & Flavianum, ut nota sit de eo nostra immo Christi nostri divina sententia. Data [a] IV. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentiniano III. Consulibus.

Epistola Papæ Cælestini ad Ioannem Antiochenum, Iuvenalem Hierosolymitanum, Rufum Thessalonicensem, & Flavianum Philippensium Episcopos per orientem, à pari.

Cap. XV.

[b] CÆlestinus Episcopus Iohanni, Iuvenali, Rufo, & Flaviano Episcopis per orientem, [c] à pari. Optaremus quidem, sicuti una est [d] Dei essentia, ita inter omnes qui ubique sunt homines unam rectæ fidei veritatem teneri. Minor tamen gemitus est si qui se extra gregem dominicum segregantes, & per angulos latebrasque latitantes, alios sibi vel paucos, qui secum sentiunt, occulto errore persuadeant. Cùm verò aliquis sacrosanctæ Ecclesiæ Dei sub nomine præpositus sacerdotis ipsum Christi populum à tramite veritatis in præceps deviæ persuasionis avertit, & hoc in amplissima urbe, ad quam propter inhabitantis imperii reverentiam de universo orbe confluit multitudo, tunc planè est geminanda lamentatio, & major sollicitudo, ne quid lupi rapacitas prævaleat, adhibenda. Minor enim cura est obsidentis inimici quàm intra mœnia debacchantis, leviùsque sollicitat lupus extra ovilia pererrans quàm inter gregem locum pastoris invadens; quia bellum plusquam civile est cùm intra Ecclesiam, id est, intra ipsum Christi thalamum, tela sectæ impiæ jaciuntur. Unde vehementer contristata sunt nostra viscera, quòd is qui Constantinopolitanam obtinere videtur Ecclesiam, devotissimis Christo populis perversa quædam contra reverentiam virginei partus & contra spem nostræ salutis infundit. Hæc ad nos ingerente dolore fidelium pervenerunt, hæc libris quos ipse miserat publicata sunt; & quod majoris probationis est, hæc ad nos missis epistolis ipsa auctoris subscriptione munitis ita insinuata sunt ut dubitari ultrà non liceat. Unde quoniam in talibus causis non est tuta longior con-

[a] IV. Idus Aug.] Ita vetera exemplaria Colbertinum, Turonense, & Bellovacense. Ita etiam in superiori epistola. At in editione Romana legitur; *Data iii. Idus Augusti.*

[b] Cælestinus] In veteri codice Turonensi & in Colbertino ista adnotatio posita est ab eadem manu quæ scripsit reliqua. *Hujus epistolæ locus sextus decimus est apud Græcos. Observa ergo ut ibi transcribatur.* Diversæ ergo fuerunt antiquæ collectiones Græcæ ab iis quæ reperiuntur hodie in codicibus manuscriptis, in quibus hæc epistola duodecimum locum obtinet.

[c] A pari] sive *pariter*, ut heic ait Liberatus, hoc est, eodem exemplo, iisdem verbis, in eundem modum, uti pluribus dictum est à nobis in Notis ad Gratianum pag. 487. Quare mirum est hominem multæ lectionis Christianum Lupum to. 1. pag. 177. suorum scholiorum ad Concilia generalia hinc collegisse Thessalonicensem Metropolitanum nullam potestatem habuisse in Philippensem, cùm is illi fuerit à pari. Et tamen videre potuit in Græco contextu epistolæ quam Cyrillus scripsit ad Ioannem Antiochenum, pro eo quod in ista versione antiqua legitur, *Scripserunt enim à pari*, scriptum esse, γεγράφθαι γὰρ ἐξ ἴσου, id est, paria, similia. Videre etiam potuit in epistola Theodosii Imperatoris ad Cyrillum, qua eum evocat ad synodum in Ephesina urbe celebrandam, scriptam ab eo fuisse τὰ ἴσα ad omnes Metropolitanos. quod vetus noster interpres infrà cap. XXIV. rectè vertit *à pari.*

[d] Dei essentia] Ita codex Colbertinus & Turonensis, & Contius. At Bellovacensis & editio Romana, cui consentiunt Græca verba, habent *deitatis essentia*,

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

hibentia, quia tantumdem penè criminis est [a] conhibere talibus quanti sceleris est sacrilega prædicare, & Episcopum Nestorium & si quis alius eum secutus hæc prædicat, à nostra communione secrevimus quandiu scriptura professionis emissa perversitatem quam cœperat docere condemnet, & hanc de virgineo partu, id est, de humani generis salute, fidem adserat se tenere quam secundùm apostolicam doctrinam Romana & Alesandrina & catholica universalis Ecclesia tenet & veneratur & prædicat. Si quis verò aut ab Episcopo Nestorio aut ab his qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communione & durasse & durare manifestum est; nec judicamus remotum, quia non poterat quemquam ejus removere sententia qui se jam præbuerat ipse removendum. Hæc, frater carissime, ad sanctitatem tuam scribenda duximus, ut in Domino roboratus & familiarem pectori tuo loricam Christi cum scuto catholicæ prædicationis indutus, gregis Domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis natus & passus est, qui reseratis inferis & morte devicta pro nobis die tertia resurrexit, à persuasionis pessimæ pravitate defendas. Sicut autem & ad sanctum fratrem & coëpiscopum nostrum Cyrillum bonum fidei catholicæ defensorem scripsimus, hanc de eodem Nestorio sciat sanctitas tua à nobis immo à Christo Deo latam esse sententiam ut aut infra decem dies à conventione hujus diei numerandos sacrilegas de Christi nativitate prædicationes suas scripta prædicatione condemnet, & hanc se profiteatur fidem sequi quam Romana & Alexandrina & universalis servat Ecclesia, aut ab Episcoporum cœtu remotus intelligat sibi suam obfuisse perniciem. Sed ut hæc quæ à nobis decreta sunt exercitatiùs agerentur, per filium nostrum Possidonium Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconum ad dilectionem tuam voluimus fideliùs epistolas [b] commendare. Data [c] IV. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentiniano III. Consulibus.

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini epistola scripta ad Acacium Episcopum Berææ de hæretico Nestorio.

Cap. XVI.

DOmino meo dilectissimo fratri & comministro Acacio Cyrillus in Domino salutem. [d] Vehementer & contristatum & vulneratum sollicitudine cor habentes, non parvam consolationem habent dum aliquibus concordantibus ea pro quibus contristantur aperiont. Hujusmodi factus sum etiam ego. Et propterea tuæ perfectioni scribendas esse curavi causas pro quibus ritè, ut arbitror, contristatus sum, magis autem etiam nunc contristor. Non satis fuit reverentissimo & Dei cultori Episcopo Nestorio coram Ecclesia dicere quæ coram Ecclesia scandalizaverunt & destruxerunt fidem quæ est in omnium salvatore Christo; sed etiam passus est [e] Dorotheum quendam Episcopum præsumere coram Ecclesiæ collecta dicere palam; *Si quis dicit Dei genitricem Mariam, anathema sit.* Quid igitur faciamus in Ecclesia orthodoxi anathematizati cum sanctis patribus? Invenio namque in conscriptionibus & famosissimæ memoriæ Episcopum Athanasium frequenter eam nominasse Dei genitricem, sed & beatum patrem nostrum Theophilum & alios plurimos sanctorum & per tempora Episcoporum, tam Basilium quàm Gregorium & ipsum beatum Atticum. Nullus autem, arbitror, orthodoxorum Dei genitricem eam dicere formidatus est, si est verum quia Deus est Emmanuel. Facti sunt igitur anathema [f] qui ad Deum sunt sancti patres. Sed & omnes quicumque recta veritatis dogmata sequuntur, [g] Deum confitentur Christum. Et non usque ad hæc rei damnum existit, sed etiam conversæ sunt sententiæ populorum. Lamentatus enim sum audiens alios quidem in talem jam incidisse perfidiam & ignorantiam ut neque Deum confiteantur Christum, alios autem vel si voluerint confiteri eum omnino Deum, nihil tamen super eum salubre sectantur, sed [h] placitè & per gratiam nobiscum vocatum ad hoc dicentes. Hæc lamentatione & gemini digna sunt. Quæ enim omnino utilitas etiam ad medium deducere quæ ita subtilia & occulta sunt? Cur autem non potius moralibus expositionibus prosumus populis, si non vehementer sumus eruditi ad [i] subtilitatem dogmatum? Quia verò monachis per Ægyptum & in Alexandria conturbatis ex hujusmodi lectionibus seu expositionibus rectam fidei exposuimus rationem, [k] debellat & factus est inimicus, & congregat quosdam aleatores & desperatos, & præparat ut inentiantur adversùm me quædam coram multis; & puto justè. Nam si habuissemus zelum Dei & in amore divino patrum essemus imitatores, olim adversùs eos qui præsumunt obloqui contra Christum & anathematizare nosque vivos & qui jam ad Deum sunt sanctos patres sententiam sanctam proferentes, erat possibile mederi ab his qui perquam in fide vexati sunt.

[l] *Acacii Episcopi Berœæ epistola scripta ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ de turba Ecclesiarum quam intulit eis impius Nestorius malè docens.*

Cap. XVII.

DOmino meo per omnia sancto & Deo [m] amabili Episcopo Cyrillo Acacius in Domino salutem. Legi litteras tuæ reverentiæ [n] proximè nobis datas, non optandis lacrymis & la-

[a] CONHIBERE] In codice Turon. & in Colbertino & apud Contium legitur *cohibere*, in Bellovacensi *conivere*, in editione Romana *connivere*. Antiqui sæpe scribebant *cohibere* & *conhibere* pro *connivere*.

[b] COMMENDARE] Ita codex Colbertinus & Turonensis, Contius, & editio Romana. Bellovacensis habet *commente*. quod melius videtur.

[c] IV. IDUS AUG.] Apud Contium & in editione Romana legitur, III. *Idus*. Sed antiqui codices habent uti nos edidimus.

[d] VEHEM. ET CONTRIST.] Codex Bellovacensis: *Vehementer contristantur & vulner.*

[e] DOROTHEUM EPISC.] Marcianopolitanum.

[f] QUI AD DEUM SUNT] Codex Turon. & Colbertinus, *ad Deum existentes sancti patres*. Contius, *ad Dominum existentes*.

[g] DEUM CONFITENTUR] In codice Colbertino & in Turonensi deest vox *Deum*. Deest etiam apud Contium; ubi etiam pro *confitentur* legitur *confitentes*.

[h] PLACITE ET PER GRATIAM] Codex Bellovac. *benignitate & gratia*.

[i] SUBTILITATEM] Ita omnia exemplaria vetera. Contiana editio habet *sublimitatem*. Veteres libri sæpe habent subtilitatem pro sublimitate, & sublimitatem pro subtilitate.

[k] DEBELLAT] id est, rebellat, bellum infert. Vide glossarium Dufresnii.

[l] ACACII] Hujus epistolæ mentio extat infrà cap. 46.

[m] AMABILI] Codex Bellovac. *amantissimo*.

[n] PROX. NOB. DATAS] Idem codex, *quæ proximè nobis data sunt*.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

mentatione plenas. Nam causa borum quæ Constantinopolim divulgata sunt, & tenent profunditatem fidei Christianæ secundùm quod participantur, quoniam superfluum fuit hoc ab initio ad medium deduci. Quid enim profuit Apollinaris Laodicenus unus existens in prioribus magnus decertator pro recta fide, qui fortiter contra inimicos dimicavit, præsumens de propria sapientia, & volens introducere [a] ex operibus quæstus quosdam purè & sine dolo fidei Christi, nonne præparavit inter schismaticos semetipsum apud catholicam Ecclesiam reputari. Nonne dictum est à quodam præcedentium nos Episcoporum reprimere volente ut ea quæ ultra hominem sunt non perscrutentur, bene cogitante sano sensu & perfecta sapientia hanc erumpente vocem, *Quomodo pater unigenitum genuit taciturnitate honoretur*; & procedente sermone dinumeravit quomodo lateat hæc perscrutatio paulatim omnes simul cælestes virtutes, quanto magis homines & sensum humanum. Quomodo autem non est necessaria atque decens præsens admonitio divinarum scripturarum docens: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris. Quæ tibi præcepta sunt, ea cogita. Non enim tibi opus sunt quæ abscondita sunt.* Qui verò satisfacere volent pro his qui hæc cogitare & dicere conantur, simile quiddam dicuntur pati borum quæ sustinuit beatus [b] Paulinus Episcopus, qui refutabat tres subsistentias dicere [c] expressim virtute & verè hæc ipsa sapiens, hæc ipsa metitus. Secutus autem est occidentales Deo amabiles Episcopos, eò quòd angusta sit Latina vox & non possit ad nostram Græcorum elocutionem tres subsistentias dicere. Tamen opus est omnes nos, qui possumus condolere & compati Ecclesiæ Dei, plurimùm laborare & seprimere enuntiatam vocem, ne occasio detur scindere & dividere Dei Ecclesiam præparatis. Quapropter convenit tuam integram perfectamque sapientiam, [d] licèt aliquid tale à principio dictum sit quod contristare & perturbare plurimos venerabilium & Christo amabilium possit, seprimere quod commotum est, [e] licet maximè, sicuti prædixi, plurimi de Constantinopoli ad Antiochiam venientium necnon & ad nos tam Clericorum quàm etiam laicorum, defendere videantur prolatum sermonem non contrariè habentem secundùm sensum ad apostolicam fidem insuper & sanctorum patrum in Nicæa convenientium de consubstantialitate sancitam & traditam in omnem catholicam Ecclesiam. Sapientiam igitur & compassionem & perfectionem tui sacerdotii tempore vocante demonstrare dignare mediante tua sanctitate prolato sermoni apud eos qui audierunt & disrupti sunt, ut tua sanctitas illa sapiat [f] atque conscribat quæ possint fluctuantem in præsenti catholicam Ecclesiam magis ac magis ad altitudinem [g] destinare, dominica quadam voce orens, & cogitans illam quaodo mare etiam in præsenti videtur turbari, [h] qua dixit: *Quiesce, obmutesce.* Feci verò legi epistolam tuæ sanctitatis per omnia sanctissimo & Deo amabili Iohanni Antiochenorum Episcopo; & audiens cum multa [i] gratulatione & compassione eadem ipsa nobiscum senilem agentibus ætatem, nuper ad episcopatum veniens & Dei gratia florens in triumphis qui inesse debent episcopatui, ita ut magnè super eo sapiant atque glorientur omnes orientales diocesis Deo amabiles Episcopi, rogare tuam venerationem dinoscitur ut tua sanctitas inserta sibimet sapientia utens mitiger quod emersit importabile verbum, quatenus per ea quæ loqueris, per ea quæ agis, illud apostolicum tempore vocante demonstres quo ait: *Si enim voluero uti potestate quam dedit nobis Deus ad ædificandum, & non ad destruendum, non confundar.* Desiderantissimum autem virum nostras litteras deferentem, fidelem existentem & Christianum à progenitoribus, dignare inserta & cohærenti tibi bonitate suscipere & in quibuscunque opus habuerit, ejus habere providentiam [k] te decentem. Omnem tecum fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

Epistola Cyrilli ad Iohannem Episcopum Antiochenum.

CAP. XVIII.

DOmino meo dilectissimo fratri & comministro Iohanni Cyrillus in Domino salutem. Cognovit omnino & per multos tua reverentia sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ statum nunc existentem, quia valde turbatus est, & absque collecta manserunt plurimi etiam nimis religiosi atque maturi, non fortuitum tumultum in ipsa subsistentes fide ex his quæ dicuntur coram ipsa Ecclesia à reverentissimo Episcopo Nestorio, cui etiam suasi per litteras ut abstineret se ab hujusmodi pravis ac perversis quæstionibus & patrum sequeretur fidem. Sed me quidem arbitratus est hæc scribentem inimicum, & in tanto despexit considerare quia ex caritate illa conscripta [l] apud ejus reverentiam ut etiam æstimaret talia sapiens atque dicens Romanorum quoque se posse auditus abripere. Scripsit enim illic ita quædam [m] proponens in epistola longa Domino meo Dei cultori Episcopo Romanorum Ecclesiæ Cœlestino; & in suis hæc interposuit litteris adversùs eos qui ei contraria sapiunt, quia sanctam virginem Dei genitricem dicentes non contremiscunt. Proinde etiam quaterniones suarum expositionum direxit: quos etiam legentes in maxima Roma comperti Dei [n] cultores Episcopi & Conciliis plurimis [o] celebrantes clamaverunt adversùs eum, dicentes apertè hæresim eum [p] novare valde pessimam, quæ à nullo antiquorum noscitur adinventa. Qua verò necessarium fuit mihi, scribente illius reverentia illic hæc quæ facta sunt, dicere omnia & destinare etiam exemplaria litterarum à me ad eum scriptarum, profectus est necessario Clericus

a EX OPERIB. QVÆSTVS] Codex Bellovac. *ex incomprehensibilibus comprehensiones quasdam.*

b PAVLINVS EPISCOPVS] Antiochenus. Vide Hieronymum epist. 57. & 58. Ad eum extat insignis & dogmatica epistola Damasi Papæ.

c EXPRESSIM] In codice Bellovacensi & in editione Contiana legitur: *expressi in virtutem, & verè hac ipse sapiens, hac ipse metitus.*

d LICET ALIQVID] Codex Bellovac. *etsi aliquid.*

e LICET MAXIME] Idem codex, *quamvis, sicuti prædixi.*

f ATQVE CONSCRIBAT] Codex Bellovac. *atque agat.*

g DESTINARE] Idem codex, *elevare.*

h QVA DIXIT] Idem codex: *turbari, & adiicimus illud quod ait: Quiesce.*

i GRATVLATIONE] Item idem, *consensione.*

k TE DECENTEM] Ita Contius & codex Turonensis & Colbertinus. In Bellovacensi ita scriptum est: *providentiam. Decentem omnem tecum &c.*

l APVD EIVS] Codex Bellovac. *ad ejus.*

m PROPONENS] Idem codex, *componens.*

n CVLTORES] In eodem codice, post vocem *Dei*, legitur *optimi*, & mox nonnulla desunt. Sed ex epistola quæ sequitur constat legendum esse *optimi cultores.*

o CELEBRANTES] Idem codex, *celebrans.*

p NOVARE] Idem codex, *novam invenisse valde.*

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Alexandrinorum dilectissimus Diaconus Possidonius. Lectis igitur in Concilio [a] & expositionibus ejus & epistolis, maximè in quibus est calumniæ locus, (habent enim ejus [b] subscriptionem) apertè disposuit sancta Romanorum synodus quin & scripsit ad tuam reverentiam quibus est necessarium obedire [c] retinentibus totius occidentis communionem. Scripserunt enim [d] à pari & ad Dei cultorem Episcopum Thessalonicæ Rufum & ad alios quosdam per Macedoniam Dei cultores Episcopos, qui etiam semper concurrunt decretis ejus. Scripserunt nihilominus & ad Heliorum Dei cultorem Episcopum Iuvenalem. Tuæ igitur est reverentiæ considerare quod utile est. Nos enim sequimur quæ ab eo sunt judicata, formidantes ne tantorum communione labefactemur, non pro aliis quibuslibet rebus indignantibus, neque pro paucis facientibus motum, sed pro ipsa fide & ubique positis Ecclesiis & ædificatione populorum. Saluta quæ apud te est fraternitatem. Quæ nobiscum est, in Domino salutat.

Epistola Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Iuvenalem Episcopum Hierosolymitanum.

CAP. XIX. DOmino meo desiderantissimo fratri & comministro Iuvenali Cyrillus in Domino salutem. Optabam quidem probatissimorum vestigia rectamque fidem sequi reverentissimum Episcopum Nestorium. Quis enim bene sapientium non optet probatissimos esse eos qui tegimen sunt sortiri ovilium salvatoris? Quia vero præter spem rerum natura nobis egressa est, (quem enim futurum expectabamus pastorem verum, hunc rectæ fidei persecutorem invenimus) oportet jam reminisci dicentem omnium nostrum salvatorem Christum: *Non veni mittere pacem in terra, sed gladium. Veni enim separare hominem adversùs patrem suum.* Si verò & contra parentes nobis bellum sine crimine & inreprehensibile est, magis autem etiam omni laude plenissimum, quando Christi gloriæ concertare dinoscimur; quomodo non omnis necessitas est, licèt flentes tamquam fratrem lapsum Deo amabilem, accingi zelum & per omnem terram quasi illud dicere: *Si quis Domini est, veniat ad me.* Ego siquidem & per unam & per secundam epistolam tamquam fratrem rogavi ut non suos sequeretur intellectus, sed rectam apostolicamque fidem traditam Ecclesiis, æstimans amovere eum suorum pravitate scriptorum. Sed nihil profuit affectus medicamentum, consilium effectum non habuit, & in tantum recessit velle veritatis dogmata sequi ut etiam epistolam mitteret ad me cum subscriptione sua, in qua redarguit quidem tamquam contristatus, professus autem apertè est Dei genitricem non esse sanctam virginem. quod est apertè dicere non esse Deum verè Emmanuel, in quo salutis habemus [e] expectationem. Arbitratus autem quia etiam Romanorum Ecclesiæ posset subripere, scripsit ad Dominum meum reverentissimum & [f] Dei cultorem fratrem & comministrum Cælestinum Ecclesiæ Romanorum Episcopum, interponens epistolis suorum dogmatum pravitatem. Destinavit quoque plurimas expositiones, ex quibus est sapere perversa convictus, & reprehensus [g] indubitare velut hæreticus. Quia igitur memoratus reverentissimus & Dei cultor Romanorum Ecclesiæ Episcopus Cælestinus certa scripsit de eo, & misit ad me epistolas, oportere credidi eas destinare & exercitatam ex propriis ad pietatis zelum tuam reverentiam excitare per litteras quatinus ex una anima & [h] forti alacritate, caritate quæ in Christo est accingamur, & salvos faciamus populos [i] periculum sustinentes, & statuamus Ecclesiam, quæ sic est clara, concordes utique facti singulis universi, & secundùm determinatam formam scribentes ei & populis. Siquidem profuerimus & converterimus pro veritate eum ab his quæ sapuit, lucrati sumus fratrem & salvificamus pastorem. Si verò sine effectu fuerit nostrum consilium, ipse sibimet adscribens quod evenit ei, suorum laborum comedet fructus. Oportet autem nos necessariò & Christo amabili ac piissimo Imperatori & omnibus proceribus scribere & suadere ne præponant Christi pietati hominem, sed præbeatur orbi terrarum firmitas in fide, & pastore nequissimo liberentur oves, si non omnium sequatur suasiones. Saluta apud te fraternitatem. Te quæ nobiscum est in Domino salutat.

Hæc epistola antequam fieret synodus missa est à Cyrillo Iuvenali.

Epistola Cyrilli Episcopi Alexandrini scripta [k] ad quendam zelotem.

CAP. XX. NOvimus tuæ dilectionis sinceritatem, & non ignoro studium. Et siquidem scriberem ad aliquos meum nescientes modum, multis uterer verbis, suadens quia nimis pacificus sum, & neque contentiosus, nec amator litigii, sed optans & amare cunctos & ab omnibus amari. Quia verò scienti scribo, breviter locutus illud edoceo, quia si rerum immineret aut pecuniarum privationem pati [l] & fratris amovere tristitiam, feceram libenter, ne videretur aliquid caritati præponi. Quia verò fidei ratio est, & scandalizatæ sunt etiam Ecclesiæ in universo Romanorum, ut ita dixerim, principatu, (Non enim est aliquis ex quacunque civitate seu provincia veniens & non dicens quia hæc divulgata sunt & vana doctrina infertur Ecclesiis) ad hæc quid agamus quibus commissa est à Deo ratio sacramenti, cum quibus in die judicii examinabuntur modis omnibus quos imbuimus. Dicent enim sic se reservasse fidem sicut imbuti sunt à nobis. Et siquidem rectè hoc agimus, recipiemus quoque mercedem, impetrabimus autem & laudem. Si autem aliter & perversè, quæ nobis flammæ sufficient? Audiemus enim, *Quia terram perdidisti, & populum meum occidisti*, secundùm quod scrip-

[a] ET EXPOSITIONIS.] Codex Bellovac. *tam expositionibus ejus quàm epistolis.*

[b] SUBSCRIPTIONEM] Idem codex addit vocem *quadam.*

[c] RETINENTIBUS] Idem codex, *retinentis.*

[d] A PARI] Ita codex Turonensis. Bellovacensis habet *paria*, Contius *exemplaria*. Vide quæ suprà dicta sunt ad caput XV pag. 437.

[e] EXPECTATIONEM] Codex Bellovac. *habemus spem.*

[f] DEI CULTOREM] Idem codex, *Dei optimum cultorem.*

[g] INDUBITATE] Idem codex, *indubitate.* Contius, *in pravitate.*

[h] FORTI ALACRITATE] Idem codex, *valido favore.*

[i] PERICUL. SUSTIN.] Idem codex, *periclitantes.*

[k] AD QUEM ZELOTEM] sive Nestorii studiosum, ut est in Græco contextu.

[l] ET FRATRIS AMOVERE] Ita vetera exemplaria. Contius edidit, *ut fratris amoverem tristitiam.*

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

e un est. Et singuli quidem qui in ordine laicorum sunt pro sua vita satisfacient. Nos autem, qui sacerdotii ministerio [a] functi sumus, non pro nobis solummodo, sed pro omnibus credentibus in Christum rationem reddemus. Mihi igitur sermo nullus est nec tristitiæ nec injuriarum nec oblo, qui sic plurimi quem fecerunt adversùm me quidam turpes. Sed abscedant hæc omnia in oblivionem. Judicabit autem in his [b] locutionibus Deus solus. Serventur quæ fidei sunt, & amicus & carus sum, & nulli cedo ut illum oporteat majus amari quàm Deo amabilem [c] Nestorium, quem, coram Deo dico, & probabilem esse in Christo volo, & in his quæ transacta sunt aboleri risum, & ostendere calumniam & non omnino veritatem ea quæ ab aliquibus in fide divulgantur. Nam si jussi sumus à Christo etiam odientes nos diligere, quanto magis consequens est fratribus & consacerdotibus hoc præbere? Quia enim si solvatur ab aliquibus fides, nostras animas non prodemus; [d] licèt contingat pati etiam ipsam mortem, dubium non est. Si enim metuimus pro gloria Dei dicere veritatem, ne in molestias incurramus, qua de cetero facie sanctorum martyrum præconia celebrabimus coram populis, quos laudamus quia servaverunt quod dictum est usque ad mortem certare pro veritate.

Exemplar epistolæ scriptæ ad Nestorium per Iohannem Episcopum Antiochiæ, in qua ei suadet rectè sapere & non ea quæ repugnant orthodoxæ fidei.

Cap. XXI. [e] DOmino meo amabili & sanctissimo Episcopo Nestorio Iohannes in Domino salutem. Meam intentionem circa tuam reverentiam cum omni veritate per Dominum meum magnificentissimum Irenæum Comitem tuo affectui declaravi. Et quia, sicut æstimo, omni jam sum suspicione extraneus verisque satisfactionibus usus, fiduciali jam utor ad tuam germanitatem suasione. Licebit itaque tibi ex his ipsis quæ [f] suademus pignora nostra sumere quàm circa te germanitatem habeamus, & quia cura nobis est non parva [g] secundùm Deum caritatis, quam participantes divinas implebunt leges, negligentes autem & callidè semetipsos membris propriis offerentes, primitus sibi nocent quàm etiam illis contra quos innituntur. Quia verò hæc à me bene in proœmio dicta sunt, sicut ego puto, suscipe me rogo bonum tibi futurum consiliarium, non repellens in his [h] quæ à me dicuntur utilitatem, & quod cum omni secundùm Deum profertur affectu. Oportebat itaque nos de optimis rebus consultationes ad invicem facere. Sed quia peccata nostra multam potestatem ecclesiasticis turbis [i] præbuerunt, hac causa coactus sum quæ nuper nobis scripta sunt & à Roma & Alexandria tuæ sanctitati significare. Nuper enim Alexandrini Clerici venientes epistolas nobis dederunt diversas de tua reverentia missas, alias quidem sanctissimi Episcopi Cælestini, alias autem Deo amabilis Episcopi Cyrilli: quarum exemplaria dirigens, rogo tuum affectum sic eas legere ut neque turbam quandam mente patiaris, ex qua fortè contentiones & obstinatio noxia proveniat, neque contemnas causam, [k] sciens diabolum per superbiam multas [l] inutiles causas ad culmen evehere & ad celsitudinem elevare, ita ut eas inemendabiles faciat, sed diligenter eas legere & adsumere quosdam concordes tibi ad tractatum præsentium, & dare eis etiam potestatem ut quod utile & non quod delectat insinuent. Modis omnibus enim, si habuerint licentiam plurimi existentes [m] & germanæ causæ communicantes, facilè ad suasionem descendimus, & quod esse putatur [n] obscurum, erit repentè clarum. Nam licèt inducias angustissimas interposuerit litteris Dominus meus Deo amabilis Episcopus Cælestinus decem solummodo diebus, sicut ejus litteræ continent, determinans responsum, attamen licebit hoc opus facere & [o] die solummodo uno, forsitan autem etiam parvis horis. Nam congruo nomine uti in dispensatione pro nobis facta secundùm omnium Regem Christum, frequentato quidem à plurimis patribus, veraci autem & salutari ex virgine nativitatis, hoc facile est. [p] Quod verò periculosum, oportet evitare tuam sanctitatem, nec illud minùs cogitare, quia non decet tibimetipsi contraria exponere. Nam si mens tua eundem sensum tenet quem patres & Ecclesiæ doctores, (Hoc enim per multos & communes amicos de te, Domine, didicimus) quia contristat pium sensum congruo nomine publicare, & hoc tanta instante turba & ex te quæstione? Hoc enim bene scitote, Deo amabilis, motum est capitulum & ab his qui longè sunt & qui proximè, & vehementer hoc divulgaverunt, plurimaque ob hoc tempestas inopinabiliter Ecclesias comprehendit, undique fidelibus pro hac causa alterutris per singulos sibimet infestantibus dies; & quia hoc verum est, ex ipsis rebus [q] scies apertè. Occidens enim & Ægyptus, puto autem & Macedonia, definivit scindere se ab unitate quam sudoribus plurimis & laboribus sanctorum & insignium Episcoporum & maximè per omnia sanctissimi communisque nostri patris & magni [r] Acacii Dei gratia omnibus Ecclesiis condonavit. Quis

[a] FUNCTI] Codex Bellovac. *honorati*.
[b] LOCUTIONIS] Codex Colbert. *oblocutionibus*.
[c] NESTORIUM] Codex Bellovac. *Episcopum Nestorium*.
[d] LICET CONTINGAT] Idem codex, *etsi propositum sit*.
[e] DOMINO MEO] Codex Bellovacensis. *Domino meo & Deo amantissimo & sanctissimo Episcopo Nestorio.* Ceterùm responsoria Nestorii extat infrà in Synodico adversùs Tragœdiam Irenæi cap. 112.
[f] SUADEMUS PIGNORA] Idem codex, *suadeo pignora*.
[g] SECUND. D. CARITATIS] Ibidem, *ejus quæ secundùm Deum est caritatis*.
[h] QUÆ A ME DICUNTUR] Idem codex, *quæ habere dicuntur utilitatem*.
[i] PRÆBUERUNT] Ita Contius. Codex Turon. & Colbert. *perhibuerunt*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco.
[k] SCIENS DIABOLUM] Hæc est lectio Contianæ editionis. Codex Turonensis habet *sciente diabulum*, Colbert. *sciente diabolum*, Bellovac. *sciente diabolo*.
[l] INUTILES] Ita emendavimus ope libri Bellovacensis. Nam in Turonensi & in Colbertino & apud Contium legitur *intulisse*.
[m] ET GERMANÆ CAUSÆ] Codex Bellavac. *& familiares causæ*.
[n] OBSCURUM] Idem codex, *triste, erit repentè festivum*. Atque hæc lectio meliùs convenit cum textu Græco.
[o] DIE SOLUMMODO] Item idem codex, *diei solummodo unius forsan aut etiam parvarum horarum*.
[p] QUOD VERO PERICUL.] Idem codex: *quod neque quasi periculosum oportet evitare tuam sanctitatem, nec illud suspicare quia non decet*.
[q] SCIES] Codex Turon. *scibis*. Ita etiam Colbertinus.
[r] ACACII] Episcopi Berœæ, cujus magna tum auctoritas erat propter senectutem. Habebat enim centum & decem annos ætatis, ut docet Ioannes Antiochenus ad Imperatorem Theodosium scribens. Vide infrà cap. 46.

enim causabitur si videaris dicere quæ sapis? Magis autem quis non approbabit si susceperis appellationem cujus sensum, sicut agnovimus, tua reverentia possidet, & hoc pro quiete & pace rerarum orbis? Si autem videtur, boni exempli pro tempore memorabo te, quod etiam te reminisci volo. Non enim tempus multum est ex quo apud nos evenit ut etiam tradatur oblivioni. Meministi enim omnino beatum [a] Theodorum Episcopum in expositione dixisse quiddam horum quæ non videbantur, primò quidem tibi, qui etiam fiduciam habuisti illo tempore, deinde & omnibus audientibus, dicta bene, & quomodo ille sentiens læsionem & tumultum quem parva fecisset murmuratio, & considerans quia tumultus faceret divisionem, magis autem etiam seditionem, (Amantibus quippe hominibus, si hujusmodi accipiant occasionem, hucillucque dividi & augere seditionem scandali scintilla quæ videretur esse parvissima; quod utique nunc opus apud nos factum est) quemadmodum fortissimus ille surgens non post plurimos dies quod ab eo dictum fuerat sine confusione ad utilitatem Ecclesiæ correxit, & corrigens factam contra se oblocutionem repentè detersit, cogitans aliquid rectum esse correctionem, & boc omnibus scientibus qnidem quoniam [b] debiliter ab eo prolatum erat hoc quod dictum est, approbantibus antem eum repentina [c] conversione. Ego verò tuam reverentiam non ad derogandam verbi mutationem invito, neque ad contrarietatem infantilem, ut ita quis dixerit; sed quoniam à te sæpe plurimis dictum est, sicuti dicimus, quia non declinas pium hunc sensum, sed solummodo nomen refutas. Si autem tibi quidam horam qui in Ecclesia sunt insignium etiam hoc imponant, non refutes indubitanter etiam Dei genitricem dicere sanctam virginem. Hac gratia [d] ad tuam te invito proferre provocans quod dicimus, non fallite sapientem, sed adicere verba causæ & nomen à multis partibus & compositum & dictum atque conscriptum, & non refutare omnino verbum quod ostendit pium secundùm animam intellectum. Hoc namque nomen nullus ecclesiasticorum doctorum refutat. Namque usi sunt eo plurimi & insignes; & qui non usi sunt, utentes non reprebenderunt. Et inaniter nos, ut videtur, quasi scrupnlositatis superfluæ causa ad hæreticam sectam solummodò respiciente conscientias fratrum pro nulla utilitate percutimus, quas despicimus, nomen refutantes cujus intellectum bene optimèque suscipimus. Nam si quod ex eo significatur non suscipimus, superest circa plurimos nos falli, magis autem [e] periculum pati circa ineffabilem dispensationem unigeniti filii Dei. Sequitur enim mox nimis hujus peremptionem, aut certè quod ex eo significatur neque Deum esse eum qui ineffabilem dispensationem pro nobis suscepit, neque Deum verbum exinanisse semetipsum in servi formam, & ineffabilem quandam circa nos ostendisse clementiæ magnitudinem, cùm sacræ scripturæ hinc maximè confitment in nos clementiam quando ante secula & coæternum & unigenitum Dei filium ad nativitatem ex virgine impassibiliter [f] ratione deponunt, secundùm quod dictum est à [g] divino Apostolo, *Misit Deus filium suum factum ex muliere*, ostendente palam unigeniti ex virgine, sicuti prædixi, ineffabilem nativitatem. Ex qua nativitate [h] si appellatur virgo à patribus, sicut etiam appellatur hoc nomine, nescio qua causa non necessariam hanc quæstionem (& mihi ignosce) contra nos & ecclesiasticam pacem, sicuti vides, suscipimus. Periculum enim nullum est [i] hæc dicere & sapere de doctoribus in Dei Ecclesia approbatis, quorum nomina superfluum quidem est enumerare. Nosti enim eos [k] nihilominus, quoniam esse eorum discipulos & ipse & omnes nos gloriamur. Hæc à nobis persuadentur tibi. Rogo hæc agere exorare; ne dederis locum & [l] nutrimentum discordiæ quæ serpit. Cogita enim quia si ante directas nuper litteras plurimi ineffrænati fuerunt contra nos, nunc sumentes ex litteris istis fiduciam quid non erunt, & qua contra nos fiducia non utentur. Hæc ego multos Deo amabilium Episcoporum & tuæ reverentiæ amatorum apud memetipsum habens, quos contigit adesse apud nos litteris istis inoptabilibus datis, putans etiam germani opus facere secundùm meas promissiones & fraterno consilio corrigere laborantem tuam in præsenti opinionem scripsi, optans tuam reverentiam non contentiosa voluntate suscipere quod cum timore Dei & amore circa te & cautelæ ecclesiasticæ causa persuasi, non solus existens, sicuti dixi, sed præsentibus mihi qui circa Dominum meum Deo amabilem Episcopum Archelaum, Apringium, Theodoritum, Heliadem, Melitium, & qui nuper Dei gratia ordinatus est Laodicensium Dei Ecclesiæ Episcopus Macarius, qui & dogmatum scitis subsistunt, & circa te nobiscum ferventissimè sunt amici, optantes te nobiscum, Domine, sensu bene suasibili utentem figere litterarum harum veluti tempestatis vehementissimæ [m] fluctum; qui poterit, siquidem consentiamus, non confundere, neque turbare, si verò obstinati sumus, contristare. Hæc facientes nostra quæ tua sunt, nos qnidem indicavimus; ipse vero suscipere & libenter habere dignare. Nisi fortè quispiam non diligens nos in læsione sua & communiter omnium hanc causam contemni procuret. Quod videtur rogo repentè rescribere dignare, magis autem non quod videtur, sed quod est utile.

a THEODORUM EPISCOPUM] Mopsuestenum in Cilicia, ut docet Liberatus hanc epistolam commemorans. *In qua ipsa epistola*, inquit, *meminit Theodori Mopsuesteni, ostendens ei retractationis exemplum.*

b DEBILITER] Ita codex Turonensis & Colbertinus & Contius. Bellovacensis habet *neglegenter*.

c CONVERSIONE] Ita etiam codices Colbertinus & Turonensis. Contius habet *repentinam conversationem*. Bellovac. *repentina correctione*.

d AD TUAM] Codex Colbertinus & Contius, *ad suum*. Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

e PERICULUM PATI] Ita codices Colbertinus & Turonensis & editio Contiana. Codex Bellovacensis habet *periclitari*.

f RATIONE] Hæc vox addita est ex libro Bellovacensi. Non extat enim in Turonensi, in Colbertino, neque in editione Contiana.

g DIVINO APOSTOLO] Ita rectè codex Bellovacensis. In Turonensi & in Colbertino scriptum est *divino populo*, apud Contium *ad divinum populum*. Similes errores nos emendavimus olim apud Salvianum & Agobardum & in libris Capitularium. Vide Notas ad Capitularia pag. 1173.

h SI APPELLATUR] Codex Bellovac. *si appellaretur*

i HÆC DICERE] Idem codex, *eadem dicere*.

k NIHILOMINUS] Liber Turon. & Colbert. *nullo minus*.

l NUTRIMENTUM] Prætulimus lectionem quam exhibet exemplar Bellovacense. Nam Colbertinum, Turonense, & Contius legunt *divisionem*.

m FLUCTUM QUI POTERIT] Ita codex Turonensis & Contius. Ita etiam codex Colbertinus. In Bellovacensi scriptum est, *fluctum sufficientem, siquidem consens.*

a Agnoscens

[a] Agnoſcens blaſphemus Neſtorius quia non pateretur Archiepiſcopus Cyrillus ſic eſſe conturbatas Eccleſias & ſcandalizari populos ex hujuſmodi ſermonibus, præparavit piiſſimum Imperatorem, ejus poteſtati ſubripiens, ſibi deſtinare ſacram ſtigmatibus plenam, credens per eam ſanctitatem ejus taciturnitati contradere quæ ſecundùm ipſum hæreticum ſunt Neſtorium. Eſt autem ſacra ſequens, ſicuti ſubjectum eſt.

Theodoſii Imperatoris epiſtola ad Cyrillum Alexandrinum.

Cap. xxii. IMperatores Cæſares Theodoſius & Valentinianus, victores, triumphatores maximi, ſemper auguſti, Cyrillo Epiſcopo. Curæ multæ eſt Dei cultura nobis, propter quam delinquentes venia potiuntur. [b] quod non tamen approbabile eſt in his qui laudari à nobis debent & maximè propter religionem honorati. Sacerdotes autem decet & ex morum benignitate & ex ſubtilitate circa fidem eſſe mirandos & ſimplicitatem ſemper oſtendere vitæ & agnoſcere quia uniuſcujuſque cauſæ naturam & circa pietatem maximè rationes magis invenit [c] inquæſtio quàm [d] poteſtas. [e] Scilicet ab initio nobis eas non interminatio uniuſcujuſque potentis, aut qui poſſe putaretur, ſed ſanctorum patrum & ſacri Concilii decretum conſtituit; & omnibus palam eſt quia religio firmitatem non ex juſſione habet potiùs quàm conſenſu. Nunc itaque nos tua reverentia doceat cur nos, quibus noſti tantam quidem ſemper ineſſe pietatem, contemnens ſimul & undique ſacerdotes, quibus collectis eſſet melius ſolvere dubitationem, tumultum, [f] quantum ad te, & diviſionem Eccleſiis intuliſti, tamquam audaciæ vehementia in rationibus pietatis plus valeat quàm ſubtilitatis, & apud nos ipſos non ampliùs [g] menſura quàm audacia locum obtineat atque [h] varietas, & potiùs hæc nobis placeant quàm ſimplicitas, [i] cùm non ita noſtrum plurimum honorem à tua ſuſcipi reverentia crederemus, [k] ſicut nec indignari novimus, quia univerſa pariter conturbantur. Nunc autem cura nobis [l] eſt ſacræ tranquillitatis. Omnia verò ſcito te commoviſſe [m] non oportebat. Et nihil mirabile eſt excedentem menſuram non uſque ad eccleſiaſticos & conſacerdotes figere conamen, ſed etiam de nobis ipſis credere noſtræ aliquid pietatis indiguum. Aut quam habuit rationem alia quidam ad nos & piiſſimam auguſtam Eudociam meam conjugem ſcribere, alia verò ad meam ſororem [n] reverentiſſimam auguſtam Pulcheriam? Aut diſcordare nos æſtimaſti, aut diſcordaturos ſperaſti ex tuæ reverentiæ litteris. Hoc autem etiamſi factum ſic ſe haberet, ſua [o] curioſa perſcrutatione noſſe eum qui ſic procul exiſtit omnino reprehenſibile eſt, & non factum facere velle [p] cujuſlibet potiùs quam ſacerdotis, unius tamen conaminis ejuſdemque propoſiti & Eccleſiarum ſimul & Imperatorum velle membra ſecernere, tamquam non eſſet occaſio altera probitatis. Ut autem ſcias qualia ſint quæ noſtra ſunt, & Eccleſias noveris & imperium munitum & adhuc ampliùs etiam dicentibus nobis muniendum ſalvatoris providentia Dei, data tuæ reverentiæ venia, ut non occaſionem ſumas, neque dicere poſſis quia propter ſermones pietatis excluderis, exerceri enim eos coram ſacro Concilio volumus & teneri, quomodo viſum fuerit bene, ſive [q] impetrent veniam ſive non à patribus qui vincentur. Nos igitur conturbari civitates & Eccleſias non patiemur, ſed neque inexaminatos nobis ſermones, quorum oportet judices præſidere undique præſules ſacerdotii, per quos nos firmiores verè rectè ſumus & erimus. Omnino autem nullus ita vel ſi parum participatus republica dignus licentiam habebit ſecundùm talem confidentiam declinare velle judicium, quando hoc neque volenti licebit noſtra [r] divinitate laudante quidem neceſſariò eos qui cum devotionis confidentia veniunt ad hujuſmodi diſcuſſionem, non ſinente verò ſi quis jubere magis vult quàm ſuadere aut ſuaderi de talibus. Quapropter venire oportet tuam reverentiam ſecundùm tempus quod aliæ ſignificant litteræ ad omnes directæ metropolitanos Epiſcopos, & noſtrum affectum non aliter reparandum ſperare niſi omnem quidem triſtitiam turbamque compeſcas & ad perſcrutationem quæſtionum ſponte conveniss. Sic enim [s] putaberis neque propria offenſione perculſus, nec alicui contra quod convenit indignatus, & quæ jam facta ſunt durè quidem & extra rationem, omnino tamen pro [t] gloria feciſſe, & de cetero quæ juſta ſunt velle. Non enim volentem aliter ſuſtinemus.

Inter hæc [a] directa eſt alia ſacra in omnem orbem terrarum Dei cultoribus Epiſcopis, jubens convenire eos in Epheſiorum metropolim & celebrare Concilium quod ſedaret omnem turbam quam injecerat in Eccleſias contra gloriam Chriſti hæreticus Neſtorius. Convenientibus igitur univerſis, & tardante reverentiſſimo Epiſcopo Iohanne occurrere ad Concilium, cognoſcens idem Iohan-

[a] AGNOSCENS BLASPHEMUS] Liberatus cap. 4. *Cognoſcens itaque Neſtorius quòd Cyrillus non pateretur Eccleſiam ſic eſſe in perturbatione & populos in ſcandalo, ſubripuit pio Principi Theodoſio ut ſacram ad eum dirigeret & à ſua eum perſecutione compeſceret.*

[b] QUOD NON TAMEN] Codex Bellovacenſis: *Non tamen laudabile eſt indigere venia.*

[c] INQUÆSTIO] Ita codex Turonenſis & Colbertinus. Bellovacenſis & Contius, *quæſtio*. In Græco eſt ζήτησις.

[d] POTESTAS] Codex Bellovac. *pertinacia*, quod melius eſt.

[e] SCILICET AB INITIO] Idem codex: *Ab initio etenim.*

[f] QUANTUM AD TE] Codex Bellovac. *quantum ad te attinet, diviſ.*

[g] MENSURA] Idem codex habet *honeſtas*.

[h] VARIETAS] Item idem codex, *verſutia*.

[i] CUM NON ITA] Idem codex: *Et certè non ita noſtram.* Totum verò hunc locum, rejecta Peltani verſione, ſic reddi debere putabat vir illuſtriſſimus Carolus de Montchal Archiepiſcopus Toloſanus. *Certè ſummum honorem, in quo apud nos eras, non ita accepturam pietatem tuam exiſtimabamus, aut omnia turbatum iri, cùm nos indignari etiam ſciamus. Verùm cura nobis erit Eccleſiæ tranquillitas.*

[k] SICUT NEC INDIGNARI] Codex Bellovac. *nec tamquam ſi indignari neſciremus.*

[l] EST SACRA] Idem codex, *erit ſacra.*

[m] NON OPORTEBAT] Codex Colbert. *non ut oportebat.*

[n] REVERENTISSIMAM] Codex Bellovac. *piiſſimam.*

[o] CURIOSA] Hæc vox addita eſt ex libro Bellovacenſi. Deeſt enim in Turonenſi, Colbertino, & apud Contium.

[p] CUJUSLIBET POTIUS] Hæc etiam, uſque ad vocem *tamquam*, addita ſunt ex libro Bellovacenſi, cùm deſint in Turonenſi & in Colbertino & in editione Contiana. Habentur enim in textu Græco.

[q] IMPETRENT] Codex Turon. & Colbertinus, *impertiantur.*

[r] DIVINITATE LAUDANTE] Hæc, uſque ad voces *non ſinente*, addita ſunt ex codice Bellovacenſi. Extant etiam in Græco contextu.

[s] PUTABERIS] Ita Contius. Codex Turon. & Colbert. *putaveris*. Bellovac. *fortaſſe placaberis.*

[t] GLORIA] Ita codex Colbertinus & Turonenſis & Contius. In Bellovacenſi legitur *glorificatione.*

[a] DIRECTA EST ALIA] Liberatus: *Et poſt hæc ſcripſit aliam ſacram ad univerſos Epiſcopos ut Epheſum convenirent & conferrendo libros Neſtorii & Cyrilli judicium,*

Anno Christi 431

Concil. Ephes.

nes quia tardavit in itinere, misit epistulam sanctissimo Episcopo Cyrillo per Dei cultores Episcopos nuntiantem tarditatis caulam. Est enim hæc.

Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad Cyrillum Episcopum, cùm jam sacrum Concilium Ephesi convenisset.

Cap. XXIII.

DOmino meo amabili & sanctissimo comministro Cyrillo Iohannes in Domino salutem. Neque me mediocriter mordet quod omnino vestra sanctitate in Ephesum veniente, paucis his defui diebus. Ipso enim opere desiderium circa tuam sanctitatem plus mihi inest velociùs iter arripere. Sum enim orationibus tuæ sanctitatis ad januas, jam multum passus itineris laborem. Dies enim habeo triginta tantùm. Namque circulus itineris habet iter faciens, [a] nusquam penitùs parcens mihi, nec aliquibus Dominorum Deo amabilium Episcoporum inæqualitatem pariter habentibus, animalibus autem plurimis corruentibus pro assiduitate viæ. Ora ergo Domine, & has quinque aut sex mansiones sine tristitia nos iter agere & concurrere & amplecti sacrum nobis sanctumque caput. [b] Qui circa me sunt Deo amabiles Episcopi Iohannes, Paulus, Macarius, alloquuntur tuam sanctitatem. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus. Incolumis orans pro nobis perseveres, Domino Deo amabilis & sanctissime.

EXEMPLAR MONVMENTORVM QVÆ GESTA SVNT IN EPHESO A SANCTO CONCILIO DE DEPOSITIONE IMPII NESTORII.

Cap. XXIV.

P*Ostconsulatu Dominorum nostrorum Flavii Theodosii XVII. & Flavii Valentiniani III. PP. Augustorum,* [c] *x. Kal. Iulias, synodo celebrata in Ephesinorum metropoli ex decreto religiosissimorum & Christianissimorum Imperatorum, residentibus in sancta Ecclesia quæ vocatur Maria reverentissimis & sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandriæ obtinente & locum sanctissimi Archiepiscopi Romanorum Ecclesiæ Cælestini, & Iuvenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philippensium obtinente locum Rufi reverentissimi Episcopi Thessalonicensium, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Acacio Melitinæ Armeniæ, & Iconio Gortynæ Cretæ, & Perigene Corinthi Helladæ, & Cyro Aphrodisiadis Cariæ, & Valeriano Iconii, & Hesychio Parii, & Hellanico Rhodi, & Donato Nicopoleos Epiri veteris, & Euchario Dyrrachii Epiri novæ, & Perretio Farmalii, & Eudoxio Chomatis Lyciæ, & Silvano Cheretaporum Phrygiæ, & Beriniano Pergæ Pamphyliæ, & Amphilochio Sidæ Pamphyliæ, & Epiphanio Cratiæ Honoriadis, & Gregorio Cerasuntis Ponti Polemoniaci, & Prothymio Comanæ, & Palladio Amasiæ Hellesponti, & Senecione Codrorum, & Acacio Areæ, & Docimasio Maroniæ Thraciæ, & Iohanne Proconissi, & Daniele Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Romano Raphiæ, & Pauliniano Maiumæ Gazæ, & Paulo Anthedonis, & Fido Ioppe, & Iohanne Sicamazonis, & Theodoro Gadarorum, & Letoio Libyadis, & Abdella Elensi, & Theodoro Aribdila, & Petro Parembolorum, & Iohanne Augustopoleos, & Saida Phanensi, & Rufino Taborum, & Anysio Thebarum, & Callicrate Naupacti, & Domnino Opuntis, & Nicio Megarensium, & Agathocle Coloniæ, & Felice Apolloniæ & Belliadæ, & Theodoro Dodonis, & Anderio Chersonesi Cretæ, & Cyrillo Cylonceronensi, & Paulo Lampæ, & Zenobio Gnosi, & Luciano* [d] *Toperi Thraciæ, & Ennepio Maximianopoleos, & Secundiano Lamiæ, & Dione Thebarum Thessaliæ, & Theodoro Echinei, & Martyrio Helistrorum, & Thoma Zerbæ, & Athanasio Parositi, & Themistio Iassi, & Aphtonito Heracleæ, & Phileto Amazonis, & Apella Cybiræ, & Spudasio Corameorum, & Archesao Myndi, &* [e] *Finia Arpasorum, & Promachio Alindorum, & Philippo Pergamorum Asiæ, & Maximo Cymæ, & Dorotheo Mirenæ, & Maximo Assi, & Enporo Hypaporum, & Alexandro Arcadiopoleos, & Euthyco Theodosiopoleos, & Rhodone Paleaspoleos, & Eutropio Evazorum, & Asobio Coloe, & Nestorio Sion, & Heracleone Thralleorum, & Theodoto Mysæ, & Theodoro Anineti, & Timotheo Briulorum, & Theodosio Mastrorum, & Tychico Cytherorum, & Eusebio Clazomeniorum, & Euthalio Colophonis, & Modesto Aneorum, & Theodosio Prinæ, & Eusebio Magnisiæ Sipili, & Sapricio Paphi Cypri, & Zenone Cyrii Cypri, & Rhegino Constantiæ, & Evagrio* [f] *Solorum, & Cæsario Chorepiscopo, & Triboniano Aspendi Pamphyliæ, & Nunichrio Selgæ, & Solone Caralliæ, & Acacio Cotenorum, & Nesio Corybrassi, & Maidiano Coracensiorum, & Nectario Neorum, & Eutropio Etennorum, & Tariano Lyrbæ, & Eusebio Asponorum Galatiæ, & Philmneno Cynnæ, &* [g] *Strattegio & Eusebio Heracleæ Honoriadis, & Paralio Andraporum Hellesponti, & Silvano Cerataporum, & Hermogene Rhinocururorum, & Evoptio Ptolemaidis Pentapoleos, & Eusebio Pelusii, & Eulogio Terenuthidos, & Adelphio Honupheos, & Paulo Frageneos, & Phibammone Coptæ, & Theopempto Cabaseorum, & Macario Meleos, & Adelphio Seos, & Macedonio Xoëos, & Marino Heliopolitarum, & Metrodoro Leontorum, & Macario Anteorum, & Pabisco Apollonis, & Petro Oxyrinci, & Strategio Athribidis, & Athanasio Paralii, & Silvano Coprithidis, & Iohanne Ephesti, & Aristobolo* [h] *Thumueos, & Theone Sisbrysti, & Lampetio Casii, & Cyro Achæorum, & Publio Olbiæ, & Samuele Dysthæorum, & Zenobio Barcæ, & Zenone Theuchirorum, & Daniele Dardaneorum, & Sopatro Septimiacæ; & Eusebio Nilopoleos, & Heraclide Heracliæ, & Chrysaorio Aphroditæ, & Andrea Hermopoleos, & Sabino Panos, & Abraham Ostracenæ, & Hierace Aphnaci, & Alypio*

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

[a] NVSQVAM PEN. PARCENS] Liberatus: *Scripserat enim ipse Iohannes de itinere Cyrillo, positus in sexta mansione, festinationem suam, & itineris labores, animaliumque ruinam, & Episcoporum qui secum erant necessitates insinuans.*

[b] QVI CIRCA ME SVNT] Secuti heic sumus editionem Contianam. Nam codex Turonensis & Colbertinus habent: *Qui circa Dominum meum Deo amabilem Episcopum Iohannem, Paulum, Macarium.* Deest autem hæc epistola in exemplari Bellovacensi.

[c] X KAL. IVLIAS] Ita codices Ephesinæ synodi tam Græci quàm Latini. At in actione prima Concilii Chalcedonensis, ubi ista descripta sunt, legitur, *sub die undecimo Kalendarum Augustarum.*

[d] TOPERI] Codices Colbertinus & Turon. *Poteri.*

[e] FINIA] Codex Colbert. *Fanio.*

[f] SOLORVM] Iidem codices, *Solonorum.*

[g] STRATTEGIO] Post hanc vocem locus vacuus relictus est in codice Colbertino, velut si nomen sedis Strattegii heic ponendum esset.

[h] THVMVEOS] Ita codices Toronensis & Colbertinus, Bellovac. *Thumueos.* Contius edidit *Thumneos.* Sed haudubiè in exemplari quoque quo is usus est scriptum erat *Thumueos.*

Selae, & Alexandro Cleopatridis, & Isaac Tavæ, & Ammono Buti, & Heracleo [a] *Thyneos, & Isaac Elearchiæ, & Heraclio Tamiathidis, & Theonæ Phsinchi, & Ammonio Panephyssi, & Bessula Diacono Carthaginis*, PETRVS PRESBVTER ALEXANDRIÆ ET PRIMICERIVS NOTARIORVM DIXIT.

Adhuc initio reverentissimo Nestorio ordinato Episcopo in sancta Constantinopolitanorum Ecclesia, & quibusdam non multis discurrentibus diebus, prolatæ sunt de Constantinopoli [b] à quibusdam expositiones ejus quæ turbabant legentes, ut multa ex hac causa Ecclesiis fieret perturbatio. Hoc ediscens reverentissimus Episcopus Alexandriæ Cyrillus scripsit primam & secundam epistolam ad reverentiam ejus suasionis & [c] commonitionis plenas. Ad has rescripsit renuens & adversarius destinatis super his epistolis. Adhuc ediscens idem reverentissimus Cyrillus quia & Romam destinatæ sunt ab eo epistolæ & codices expositionum ejus, scripsit & ipse ad reverentissimum Episcopum Romæ Cælestinum [d] per Possidonium Diaconum, demandans ei quia si inventi fuerint redditi [e] ipsi codices expositionum ejus & epistolæ, redde & meas epistolas; sive non, affer eas huc non redditas. Iste inveniens expositiones & epistolas ei redditas, necessariò & ipse reddidit; & scripta sunt quæ competunt à sanctissimo & reverentissimo Romanorum Ecclesiæ Episcopo Cælestino, formam certam continentia. Quoniam igitur ex imperiali & religioso nutu sancta vestra celebratur synodus, hic rursus edocemus necessariò quoniam & has chartas præ manibus habemus ad id quod placuerit vestræ reverentiæ.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Legatur religiosissimorum & amatorum Christi nostrorum Imperatorum scriptum ad singulos Metropolitanorum destinatum, & præfulgeat nunc celebrandis gestis. *Quod prolatum per religiosum Petrum Presbyterum Alexandriæ lectum est ita.*

Theodosii Imperatoris epistola ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores maximi, semper Augusti, Cyrillo Episcopo. Pendet in Dei cultura nostra vita status, & multa his inest cognatio & insertio. Complectuntur enim alterutra, & utraque alterno profecta concrescit: ut vera quidem religio per justitiam, res autem publica, dum per utraque continetur, refulgeat. Imperatores siquidem constituti à Deo & conjuncti subjectorum pietate & securitate consistentes inrumpibilem semper copulationem horum servamus, providentia & hominibus mediantes. Illi namque ministramus ad reipublicæ crementum. Per omnia verò, ut ita dicamus, subjectorum curam habentes, hos piè agere & conversari secundum quod pios decet procuramus, utriusque convenienter diligentiam habentes. Non enim possibile est, qui alterius sollicitus est, non similiter & pro altero cogitare. Studium ergo ponimus præ omnibus ecclesiasticum statum Deo decentem & nostris temporibus congruum permanere & habere ex omnium unanimitate tranquillitatem, & per pacem ecclesiasticarum rerum quietem existere pia religioni inreprehensibilem, & eos qui in clero magnoque sacerdotio constituti sunt omni conversationis querela privari. Hæc conspicientes per caritatem in Deum & voluntatem alterni amoris piè viventium roborari, sæpe quidem jam propter hæc quæ per tempus incidunt, necessariam undique sanctissimorum Episcoporum Deo amabilem synodum judicavimus, pigriores tamen circa fatigationem eorum reverentiæ facti sumus. Sed moderna necessariarum ecclesiasticarum & his conjunctarum publicarum utilitatum quæstio utilissimam & inevitabilem hanc ostendit. Vnde ne præsentis sic utilis quæstionis negligentia ad pejus sumat auxilium, quod est pietatis nostrorum temporum alienum, cogitet tua reverentia post celebrationem, quod Deo comitante dicendum est, sancti Paschæ ad Ephesiorum Asiæ convenire in ipso sancto Pentecostes die, paucos quos adprobaveris sub tua constitutos provincia sanctissimos Episcopos ad eam concurrere procurans, quatenus & sufficientes in ipsa provincia sanctissimis Ecclesiis & synodo opportuni non desint. Scriptum namque est à pari à nostra majestate de prædicta sancta synodo Deo amabilibus Episcopis ubique Metropolitanis, quatenus hoc factum & turba quæ ex dubitationibus provenit secundùm ecclesiasticas regulas dissolvatur, & in his quæ non decenter facta sunt detur correctio, & circa Deum reverentia & publicorum utilitas firma consistat. Nulla quippe ante sanctissimam synodum & futura ab ea communi decreto ab omnibus dari forma novitate seorsum ab aliquibus facienda. Et confidimus quidem unumquemque Deo amabilium sacerdotum scientem ecclesiasticarum & totius orbis gratia causarum sanctissimam synodum hac nostra sanctione cogi, concurrere festinanter, & his quæ ita necessariè ad Dei placitum pertingunt, quantum poteris subvenire. Et nos quoque horum multam habentes sollicitudinem, deesse nullum libenter patimur, nec nullam habebis ad Deum nec ad nos satisfactionem qui non repentè secundùm prædictum tempus ad definitum locum festinanter advenerit. Nam qui vocatus ad sacerdotale Concilium alacriter non occurrerit, non bonæ esse conscientiæ demonstratur. Data XIII. Kal. Decemb. Constantinopoli, consulatu Dominorum nostrorum Theodosii XIII. & Valentiniani III: P P. Augustorum.

Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit. Hoc nobis testimonium exhibeatur à reverentissimo & sanctissimo Episcopo civitatis Ephesi Memnone; quantus numerus dierum præterit post adventum nostrum.

Memnon Episcopus Ephesi dixit. A definita dilatione pii & Deo amabilis rescripti transierunt dies sedecim.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Sufficienter sancta & magna synodus sustinuit expectans adventum eorum qui venire expectabantur reverentissimorum Episcoporum. Quoniam verò multi Episcoporum, alii quidem in ægritudinem inciderunt, defuncti sunt autem & alii, consequens est hoc [f] quod decretum est agi, & quæ de fide sunt comprehendere ad utilitatem totius Ecclesiæ quæ sub cœlo est. Vnde legantur in ordine quæ ad causam conveniunt chartæ præcipuæ; maximè quia & secundum decretum piissimorum & amatorum Chri-

[a] THYNEOS] Hæc est scriptura Bellovacensis exemplaris. Turonense & Colbertinum habent *Chyneos*, Contius *Clyneos*.

[b] A QVIBVSDAM] præcipuè verò, ut arbitror, à Philippo Presbytero CP. quem gravem adversarium expertus est Nestorius, ut vidimus suprà in narratione de Concilio CP. habito anno CCCCXXVIII.

[c] COMMONIT.] ita Contius & codex Bellovacensis. Colbertinus & Turon. habent *ammonitionis*.

[d] PER POSSIDONIVM] Commonitorium ei pro hac causa datum à Cyrillo editum est suprà cum Concilio Romano anni CCCCXXX.

[e] IPSI] Hæc est lectio libri Bellovacensis. Ceteri & Contius, *ei*.

[f] QVOD DECRETVM] Ita codex Bellovacensis. Ceteri & Contius, *quod competit decretis agi*.

sti Imperatorum lectum est huic synodo per magnificum & gloriosum Comitem devotissimorum Domesticorum Candidianum, quod præcipit quæ fidei sunt inquiri & disponi sine aliqua dilatione.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. Chartarum quidem lectio erit secundùm opportunum tempus. Nunc autem consequens est in his quæ geruntur simul esse & Deo amabilem Episcopum Nestorium, ut ea quæ de pietate sunt fieri ex communi sententia atque consensu.

Hermogenes Episcopus Rhinocurorum dixit. Destinati sumus hesterno die à vestra reverentia [a] commonere reverentissimum Nestorium quia debet consedere in synodo, & non ignoravit diem hujus sanctæ synodi, & dixit: Interea video; & si oportuerit me venire, venio.

Athanasius Episcopus à Parali dixit. Missus sum à vestra reverentia hesterno die quatenus commonerem reverentissimum Nestorium considere in sancta synodo. Advenimus verò ad eum, commonentes eum de hoc. Ille autem adfirmavit dicens: Quia video; & si oportuerit me venire, venio.

Petrus Episcopus Parembolorum dixit. Hesterno die destinati sumus à vestra reverentia ad reverentissimum Episcopum Nestorium commonere eum quia in hac die consessura esset synodus, & respondit dicens: Quia video; & si oportuerit me venire, venio. Commoniti sunt autem & qui cum eo erant reverentissimi & Dei amatores Episcopi existentes minùs plus sex aut septem, & dixerunt: Et ipsi videmus; & si probaverimus, crastino veniemus.

Paulus Episcopus à Lampe dixit. Sancta vestra & beata synodo præcipiente ire nos ad reverentissimum Nestorium & commonere eum ut in hodierna die adveniret in sanctam vestram & beatam synodum; & adveniens & ego cum aliis sanctis patribus qui jam deposuerunt, commonui eum quatenus in hodiernum diem adveniret in sancta vestra synodo, & consideraret. Qui verò dixit: Si probavero, ait, tunc venio. Non solùm verò ipsum admonuimus sed & hos qui inventi sunt cum eo reverentissimos Episcopos. Existentes erant autem cum eo plus minùs sex vel septem Episcopi.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Transientes aliqui reverentissimorum Episcoporum commoneant & rursus advenire eum & consedere in sancta synodo.

Et destinati sunt à sancta synodo Theodolus Episcopus Elensia Palæstinæ, Anderius Episcopus Cheronesi Cretæ, Theopemptus Episcopus Cabasorum Ægypti, & Epaphroditus lector & notarius reverentissimi Episcopi Hellanici Rhodiorum civitatis, portantes [b] anagnosticum sanctæ synodi ad ipsum reverentissimum Episcopum continens ita.

Oportebat quidem admonitam vestram reverentiam hesterna die per reverentissimos & sanctissimos Episcopos ut conveniat ad sanctam synodum quæ in hodierno die celebratur in sancta & catholica Ecclesia, non deesse ab ea. Quoniam autem congregatæ synodo deest tua sanctitas, necessariò iterum per Theopemptum & Theodolum & Andream reverentissimos & venerabiles Episcopos & Epaphroditum lectorem & notarium civitatis Rhodi rogamus te convenire & non deesse his quæ geruntur, cùm præcipuè piissimi & Dei amatores Imperatores præceperint omnia prætermittentes nos firmationem fidei facere.

Et cum resedissent, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Quoniam advenerunt qui destinati sunt à sancta synodo reverentissimi & venerabiles Episcopi, postulamus eos deponere quale responsum acceperint.

Theopemptus Episcopus [c] Cabasorum dixit. Destinati ab hac sancta & magna synodo ad reverentissimum Nestorium, venimus in ejus domum; & videntes multitudinem militum cum fustibus, petivimus nuntiari. Isti autem prohibuerunt nos dicentes: Secretum habet, & requiescit; & jussi sumus nemini concedere ingredi & colloqui ei. Nobis autem dicentibus impossibile esse nos desistere nisi accipiamus responsum, transmisit enim ad eum sancta synodus anagnosticum legendum, supplicans simul cum eis considere, exeuntes Clerici ejus similia militibus nobis responderunt. Cùm autem insisteremus responsum quærentes accipere, exiens devotissimus Tribunus Florentius, qui cum Candidiano simul & magnificentissimo & gloriosissimo Comite devotissimorum Domesticorum, præparavit nos manere, utique responsum nobis allaturus; & expectavimus. Postea exiens cum clericis ejus, dixit ad nos: Ego quidem nec videre eum potui. Mandavit verò mihi ut dicam reverentiæ vestræ quia postquam convenerint omnes Episcopi, convenimus nos ad invicem. Nos verò contestati & ipsum & omnes præsentes milites & Clericos ejus recessimus.

Theodolus Episcopus Elensiæ dixit. Et ego eadem audivi, & eadem depono.

Anderius Episcopus Chersonensis Cretæ dixit. Et ego secundùm definitionem sanctæ vestræ & beatæ synodi adveniens ibi, dixi & audivi quæ sine prætermissione deposuerunt qui mecum fuerunt reverentissimi Episcopi.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Quoniam nihil convenit prætermittere pertinentium ad consequentiam ecclesiasticam, cùm certum existat quoniam heri & hodie secundò admonitus reverentissimus Nestorius non occurrit, & tertio iterum anagnostico admonebitur, transeuntibus videlicet Anysio Episcopo Thebarum Helladis & Domno Episcopo ejusdem Helladis & Iohanne Episcopo Ephesti Augustamnicæ, & Daniele Episcopo Dardaniæ Libyæ reverentissimis comministris nostris tertiò commonentibus eum.

Et ierunt cum Anysio lectore & notario Firmi Episcopi Cappadociæ portantes anagnosticum continens ita.

Tertia hac evocatione reverentiam tuam convocat sanctissima synodus, & obediens regulæ, & impertiens tibi inducias & patientiam. Dignare ergo vel nunc occurrens satisfacere de his quæ dicunt te dixisse hæreticis dogmatibus in communi Ecclesia, sciens quia si non occurrens satisfeceris ad ea quæ scripto vel sine scripto contra te dicuntur, necesse habebit sanctissima synodus quæ placent sanctissimorum patrum regulis in te definire,

[a] COMMONERE] Ita Contius & exemplar Bellovacense. At Colbertinum & Turonense habent *commemorare*, ac paulò pòst *commemorarem* pro *commonerem*, & *commemorantes* pro *commonentes*. quod idem est. Vide glossarium Dufresnii.

[b] ANAGNOSTICUM] sive syngrapha, ut Peltanus vertit, hoc est, epistolam citatoriam. Anagnosticon vetus interpres aliter vertit in actione XIII. Concilii sexti. Apud sanctum Gregorium lib. 7. Indict. 2. epist. 127. anagnosticum significat idem quod embolum in codice Carolino. Quidam vocant Postscriptum, Gallicè *apostille*.

[c] CABASORUM] Hæc est vera lectio, quam & textus Græcus exhibet & editio Contii. Confirmatur autem etiam ex codice Bellovacensi, ubi scriptum est à *Cavasorum*. In Colbertino & in Turonensi, *Abasorum*.

Quibus reversis, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Quoniam & nunc reversi sunt qui destinari fuerant reverentissimi Episcopi, petimus & ipsos deponere quale responsum impetraverint.

Iohannes Episcopus Ephesi dixit. Destinati à sancta hac & Dei amatrice synodo quatenus per anagnosticum tertiò commoneremus reverentissimum Nestorium concurrere ad sanctam synodum, ut præsente sanctitate ejus libri fidei discuterentur, consequenter præceptis nobis à vestra reverentia advenimus ad ejus diversorium, & ante januas constituti, invenimus multitudinem militum cum fustibus stantium ante ipsas januas. Petivimus eos ut [a] permitterent nobis ad januas advenire domus in quibus erat ipse reverentissimus Nestorius, vel ipsos nos nuntiare destinatos à sancta synodo cum anagnostico tertio, quod mitiùs eum & cum omni lenitate vocaret ad sanctam synodum. Et [b] multùm commorati sumus, neque juxta umbram stare permissi à militibus repellentibus nos atrociter & removentibus nos à locis & nullum nobis humanum responsum præbentibus. Cùm verò diù permansissemus petentes & dicentes quia quatuor sumus numero Episcopi, non injuriæ causa destinati, nec injuriosum quiddam [c] agere quod non competit, sed ut cum consequentia & nunc admoneremus ad sanctam hanc Ecclesiam advenire & consedere huic sanctæ synodo. Postea milites repulerunt nos dicentes nullum aliud responsum nos accipere, licèt usque ad vesperam expectaremus ante januas domus. Adjecerùnt verò & hoc dicentes propter hoc stare ante januas ut non permittant alicui de synodo ingredi, [d] & hæc ab ipso accepisse mandata.

Anysius Episcopus Thebarum dixit. Quæ deposuit sanctissimus frater & comminister Iohannes vera sunt. [e] Plurimùm enim stantibus nobis ante januas reverentissimi Nestorii, hæc vidimus & audivimus.

Domnus Episcopus Oponti Helladis dixit. Quæ deposuerunt sanctissimi & reverentissimi fratres & comministri Iohannes & Anysius, hæc & ego vidi & audivi.

Iohannes Episcopus Augustopoleos dixit. Quæ deposuerunt reverentissimi Episcopi, hæc audivi & depono.

Daniel Episcopus Dardani dixit. Quæ deposuerunt Dei cultores Episcopi, hæc audivi & vera sunt.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. [f] Ecclesiasticis legibus contentos esse jubentibus tertia evocatione ad satisfactionem vocatos de quibus accusantur, parati eramus ex superfluo & per quartum anagnosticum per reverentissimos Episcopos iterum evocare eundem reverentissimum Nestorium. Quoniam verò collegium militum circumponens suæ domui, sicut qui ibi missi sunt reverentissimi Episcopi deposuerunt, non concessit accedere, manifestus est non bona conscientia ad sanctam synodum adventum recusans. Vnde agantur reliqua secundùm regularem ordinem, & quanta conveniunt ad statum rectæ nostræ & piæ fidei. Legatur autem in primis exposita fides à sanctis patribus & Episcopis qui in Nicæa convenerunt CCCXVIII. quatenus huic expositioni collatis de fide sermonibus consonantes quidem confirmentur, discrepantes autem ejiciantur. *Et lectum est symbolum ita.*

Nicæna synodus fidem exposuit hanc.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, [g] factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, [h] filium Dei unigenitum, natum ex patre ante omnia secula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est [i] de spiritu sancto & Maria virgine, & humanatus est, & passus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Dicentes autem, Erat quando non erat, & priùs quam nasceretur non erat, & quia de non extantibus factus est, vel ex altera subsistentia [k] vel substantia, dicentes esse aut convertibilem vel mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Quo lecto, Petrus Presbyter Alexandriæ, & primicerius Notariorum dixit. Habemus præ manibus sanctissimi & reverentissimi Cyrilli Archiepiscopi epistolam scriptam ad reverentissimum Nestorium suasionis & admonitionis plenam, utpote non rectè sapiente eo; quam, si jusserit vestra sanctitas, legabo.

Acacius Episcopus Melitinæ dixit. Quoniam religiosissimos Presbyter Petrus, [l] qui principium narrationis fecit, dixit scripta esse quædam à reverentissimo & sanctissimo Episcopo Cyrillo ad reverentissimum Nestorium, utpote non recta doctrina utentem, consequens est & hæc legi. *Et lecta est, & posita in præcedentibus.*

Vide suprà pag. 400. 404. 412.

Et postquam lecta est epistola, Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Audivit sancta & magna hæc synodus quæ scripsi reverentissimo Nestorio, asserens pro recta fide. Certus autem sum quia nullo modo egressus [m] invenior à recta fidei ratione aut prætergressus expositum à sancta & magna synodo quæ tunc temporibus in Nicæorum urbe congregata est symbolum; & peto vestram sanctitatem dicere utrum rectè & inreprehensibiliter & consonè sanctæ illi synodo talia scripserim, an non.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Perlecta sancta fide quæ in Nicæa & epistola sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cyrilli, idem &

[a] PERMITTERENT] Hanc lectionem accepimus ex editione Contii. Nam omnia vetera exemplaria habent *præciperent.*

[b] MVLT. COMMORATI] Ita codices Colbertinus & Turonensis. quam lectionem habet etiam editio Contiana. Liber Bellovac *multa commemorati sumus.*

[c] AGERE] Ita Contius. Exemplaria Colbertinum & Turon. habent *cogere.* Sed neutra harum vocum extat in Bellovacensi.

[d] ET HÆC] Hæc est lectio libri Bellovacensis. Ceteri & Contius, *ipsa accipientes ab eo mandata.*

[e] PLVRIMVM] Codex Bellovac. *diù.*

[f] ECCLESIASTICIS] Codex Bellovacensis. *Dum ecclesiasticæ leges sufficere dicant tertiam evocationem ad satisfactionem evocatorum de quibus accusantur &c.*

[g] FACTOREM] Codex Bellovac. *visibilium & invisibilium creatorem.*

[h] FILIVM] Idem codex. *filium Dei, natum ex patre unicum, id est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, consubstantialem &c.*

[i] DE SPIR. S. ET MA. VIRG.] Hæc omittuntur in eodem veteri exemplari.

[k] VEL SVBSTANTIA] Idem codex, *vel essentia.*

[l] QVI PRINCIPIVM] Codex Bellovac *principium sermonis faciens.* quam lectionem exhibet etiam actio sexta Concilii Quinti.

[m] INVENIOR] Ita Concilium V. & codex Bellovacensis. Reliqui habent *capior.*

quæ à sancta synodo exposita sunt consona inveniuntur, & his piis dogmatibus concordo & consentio.

Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit. Compendiosè & [a] in capitulo quæ dicta sunt à sancta synodo quæ in Nicæa est exponens tua reverentia subtiliter & [b] consequenter manifestiorem nobis & liquidiorem comprehensionem expositæ fidei fecit, ut nihil sit in dictis ambiguum, omnibus invicem sibi consonantibus & fide firmata. His igitur integrè se habentibus & inconvertibiliter & nullam innovationem inferentibus & ego consentio, eandem gloriam à sanctissimis Episcopis meis patribus suscipiens.

Memnon Episcopus Ephesi metropoleos dixit. Fidei expositæ à sanctis patribus CCCXVIII. Nicæa congregatis consona & epistola quæ lecta est sanctissimi & reverentissimi patris Cyrilli continet; quibus consentimus & concordamus, nihil minùs invenientes neque dissonans.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. Mirabilem existentem & piam & rectam expositionem sanctæ fidei quæ facta est à sanctis patribus CCCXVIII. Nicæa congregatis demonstravit manifestiùs & certiùs epistola reverentissimi & sanctissimi Episcopi Cyrilli, in nullo dissonans ab expositione fidei illius; quæ verò compendiosiùs dicta sunt, latiùs exposuit. Vnde consonantia cognoscentes epistolæ & fidei trecentorum decem & octo patrum, concordamus & consentimus sicut illis, sic & patri nostro, qui per epistolam quæ illorum sunt nota fecit, & hæc credimus quæ & ipsi exposuerunt & epistola memorati sanctissimi Cyrilli apertissimè exposuit.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Lecta nobis fides quæ Nicæa exposita est à congregatis in illa civitate sanctis patribus trecentis decem & octo Episcopis, lecta etiam epistola sanctissimi patris & Episcopi Cyrilli quæ scripta est ad reverentissimum Nestorium de fide, reperimus eam convenientem apertiùs & manifestiùs Nicæa expositæ fidei & multam locum præbentem ad comprehensionem intelligentiæ dictorum. Vnde consentio & ego epistolæ scriptæ à sanctissimo & reverentissimo Episcopo Cyrillo nullo modo dissentienti à recta fide & consonanti apostolicæ prædicationi & expositæ Nicæa à sanctis patribus
c [c] fide orthodoxis. Consentire verò bis adfirmo &
d sanctissimum patrem nostrum [d] Rufum Thessalonicensem Metropolitanum. Hæc enim mihi advenienti in hanc sanctam & magnam synodum dedit
e mandata, propter ægritudinem [e] ipse excusans hic adventum suum. Et omnes autem qui sunt de Illyrico eadem sapere & in nullo ambigere de his quæ lecta sunt.

Acacius Episcopus Melitinæ dixit. Omni pietate & consonantia ad patres trecentos decem & octo qui Nicæa fuerunt plenam epistolam reverentissimi & sanctissimi Episcopi Cyrilli videns, suscipio ejus intellectum, & eadem sapere confiteor. Olim & à principio Ecclesiam hæc habere, hæc sapere, & ex laboribus sanctissimorum patrum & ex sanctissimis scripturis & ex traditione fidei novi.

Iconius Episcopus Gortynæ dixit. Fide & expositione sanctissimorum patrum in Nicæa convenientium, lecta etiam epistola sanctissimi patris & Episcopi Cyrilli, cognoscens concordem existere illis hanc expositionem, concordo & consentio similiter sicut illi, credens in nomine patris & filii & spiritus sancti. Eos autem qui non ita sapiunt abicere novit sanctum Concilium.

Hellanicus Episcopus Rhodi dixit. Expositionem orthodoxæ fidei Nicænæ sequor & epistolam sanctissimi & Deo amabilis Episcopi Cyrilli concordem existentem, & hanc servo fidem veram & rectam, & his qui huic contraria sapiunt etiam Deus ipse resistit; & anathema sit qui non credit Dei genitricem esse sanctam virginem Mariam.

Palladius Episcopus Amasiæ dixit. Lecta epistola Deo amabilis & sanctissimi patris nostri & Episcopi Cyrilli concordans per omnia est expositæ fidei à sanctis patribus congregatis in Nicæa.
[f] Rectè igitur eam habentem &, quod dixi, ex- f
positioni sanctorum patrum congruam amplector, & consentio ei, & similiter sapio ipsi & sanctis patribus qui, sicut dixi, in Nicæa civitate collecti sunt.

*Cyrus Episcopus Aphrodisiadis regionis Cariæ di-
xit.* [g] Concordem ejusdemque virtutis expositio- g
nis fidei à sanctis patribus congregatis in Nicæna civitate & ego epistolam videns sanctissimi & Deo amabilis Episcopi Cyrilli scriptam reverentissimo Nestorio, eadem quæ præcedentes patres depono.

Et omnes qui suprascripti sunt in principio actionis Episcopi hæc eadem deposuerunt, & ita credunt sicut & patres exposuerunt & epistola sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli ad Nestorium Episcopum declaravit.

Palladius Episcopus Amasiæ dixit. Consequens est & epistolam reverentissimi Nestorii relegi, cujus mentionem fecit in initio religiosissimus Presbyter Petrus, ut cognoscamus si & illa consonans est his quæ à sanctis patribus in Nicæa exposita sunt.

*Et lecta est sicuti suprà scripta est, cujus initium
est:* [h] Venerabili & Deo amabili comministratori k
Cyrillo Nestorius. Injurias quidem quæ contra Suprà cap.
nos sunt mirandarum tuarum litterarum dimitto, 7. pag. 408.
utpote medicinali patientia dignas.

Et postquam lecta est epistola, Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit, Quid videtur sanctæ huic & magnæ synodo de nuper lecta epistola? Putas & ipsa videtur consona esse definitæ fidei in synodo sanctorum patrum qui per tempora congregati sunt in Nicænorum civitate, an non?

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Nullo modo consona existit piæ fidei expositæ à sanctis patribus qui in Nicæa fuerunt, & anathema-

[a] IN CAPITVLO] Codex Bellovac. & Concilium V. *capitulariter.* id est, *summatim ac breviter*, ut vertit Peltanus.

[b] CONSEQVENTER] Idem codex Bellovac. & Concilium V. *ante pedes*, ex Græco ἐν ποσί.

[c] FIDE ORTHOD.] Secuti hic sumus auctoritatem libri Bellovacensis. Contius legit *orthodoxa fidei*. Codex Colbertinus & Turonensis, *orthodoxorum fidei*.

[d] RVFVM] Codices Turon. & Colbert. *Rufinum Thessalonicensium metropoleos.*

[e] IPSE EXCVSANS] Codex Bellovac. *suam recusans hic adventum. Et omnes quidem credo qui de Illyrico sunt eadem quæ ego sapere & nihil ambigere de his quæ lecta sunt.*

[f] RECTA] Codex Bellovacensis. *Rectam igitur habere hanc &, sicut dixi, consonare expositioni sanctorum patrum & congaudeo, & consentio ei, & similiter glorifico sicut ipse sanctis patribus qui, sicut dixi, in Nicæa urbe congregati sunt.*

[g] CONCORDEM] Idem codex. *Consonam & similem virtutem habere fidei exposita ea à sanctis patribus qui congregati sunt in Nicæa urbe & ego epistolam respiciens sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cyrilli, quæ scripta est reverentissimo Nestorio, idem depono quod sancti patres qui præcesserunt.*

[h] VENERABILI] Codex Bellovacensis. *Venerando & reverentissimo comministratori Cyrillo Nestorius.*

ANNO CHRISTI 431. — CONCIL. EPHES.

tizo ita credentes. Etenim aliena omnino hæc existunt ab orthodoxa fide.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Quæ jacent in lecta epistola, omnia repugnantia existunt omnino & aliena [a] semel fidei expositæ in
a Nicæa à sanctis patribus, & alienos esse à recta fide ita credentes judicamus.

Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit. Formam pietatis apponens in [b] primordiis epistulæ
b præcedente sermonem, nullo modo suum sensum obumbrare valens, nudum à velamine suum apposuit sensum dissentientem à fide sanctorum patrum trecentorum decem & octo & ab epistola sanctissimi Episcopi Cyrilli contrariè habentem.

Valerianus Episcopus Iconii dixit. Omnibus
c conspicua est epistolæ [c] adversitas reverentissimi Nestorii, non solùm fidei sanctorum patrum Nicææ & epistolæ reverentissimi & sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli dissonans, sed nec sibi conveniens.

Iconius Episcopus Gortynæ dixit. Epistola reve-
d rentissimi Nestorii, quæ nunc lecta est, [d] nec unam consonantiam habet ad expositionem patrum Nicæa congregatorum, neque quidem ad epistolam sanctissimi patris nostri & Episcopi Cyrilli. Vnde huic abrenuntians & anathematizans ita sapientes, consentio expositioni sanctorum patrum Nicææ & epistolæ sanctissimi patris & Archiepiscopi Cyrilli.

Hellanicus Episcopus Rhodi dixit. Et jam deposui quia expositionem rectæ fidei trecentorum decem & octo patrum qui Nicæa fuerunt sequor, & sanctam virginem Mariam Dei genitricem confiteor. Anathema verò sit qui non credit sic.

Acacius Episcopus Melitinæ dixit. Ostendit &
e [e] lecta epistola reverentissimi Episcopi Nestoris quoniam non inanem sustinuit timorem in hanc
f sanctam & magnam convenire synodum. [f] Consequens enim erat conscium sibi & divinas mutilantem scripturas & sanctorum patrum labefactantem dogmata tanto teneri timore ut militum multitudine suam circumdaret domum. Manifestissimè enim & lecta ejus significavit epistola quia de unigenito filio Dei positas fidei sanctorum patrum trecentorum decem & octo Episcoporum
g voces auferens, [g] solùm carni quæ sunt salutaris dispensationis adhibuit, purum templum Dei & nativitatem & mortem sustinuisse dicens. Et mentitus est contra scripturam, quasi & ipsa nativitatem & passionem non deitatis sed humanitatis docente. Calumniam etiam intulit sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cyrilli scriptis, quasi passibilem dicentibus deitatem. Quod nec ipse nec alter quis rectè sapientium vel cogitavit vel dicere ausus est. Per omnia autem ostendit semetipsum nomine solo unitatem Dei ad carnem confiteri, re autem ubique eam denegans. Arguit autem semetipsum & peregrina doctrina usum, cùm nunc illuminati per se dogmata dicat. Quibus omnibus extraneis existentibus à veritate & multam impietatem habentibus abrenuntio, alienum me ipsum ab horum qui hujusmodi loquantur communione faciens.

Memnon Episcopus Ephesi dixit. Non calumnia solùm, sed & blasphemia plena est lecta epistola. Vnde omnis contraria est fidei expositæ a sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt trecentis decem & octo.

Theodorus Episcopus Ancyræ dixit. In nullo consonantem epistolam reverentissimi Nestorii cognovimus expositioni sanctorum patrum Nicæa congregatorum trecentorum decem & octo. Vnde expositioni quidem obedimus; epistolam autem Nestorii alienam à recta fide ponimus, & eos qui hæc sapiunt alienos à recta fide judicamus.

Palladius Episcopus Amasiæ dixit. Ego quidem
[h] propter inscriptam epistolæ blasphemiam etiam aures obstruere non morabor, & penè lapideus factus sum præ æstuatione, ut non possim vocem emittere, tanta æstuatione detentus. Credo autem omnem Deo amabilem sanctam synodum eandem mecum habere sententiam in epistola nuper lecta. Tantùm verò dico quia vehementer dissonans lecta epistola videtur à fidei expositione sanctorum patrum congregatorum in Nicæa optima civitate. h

Omnes Episcopi simul exclamaverunt. Qui non anathematizat Nestorium, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat, hunc sancta synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit. Omnes anathematizamus epistolam & dogmata Nestorii. Hæreticum Nestorium omnes anathematizamus, communicantes Nestorio omnes anathematizamus. Impiam fidem Nestorii omnes anathematizamus. Impia dogmata Nestorii omnes anathematizamus. Impium Nestorium omnes anathematizamus. [i] Cunctus orbis i terrarum anathematizat impiam religionem Nestorii. Qui hunc non anathematizat, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat. Hunc sancta synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit.

Synodus dixit. Romanorum sanctissimi Archiepiscopi scripta legantur.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Legantur & litteræ sanctissimi & reverentissimi Archiepiscopi Romanorum Cælestini, quas destinavit de fide.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum legit. Epistola Domni Cælestini Episcopi Romani ad Nestorium.

Dilectissimo fratri Nestorio Cælestinus. Ali-

Suprà cap. 10. pag. 424.

[a] SEMEL] In Concilio V. *simul.* Codex Bellovac. mutilus est in hoc loco.

[b] PRIMORDIIS] Idem codex & Concilium V. *principiis.*

[c] ADVERSITAS] Ita omnia vetera exemplaria & Contius. In Concilio V. habetur *diversitas.*

[d] NEC VNAM] Hanc lectionem exhibent codices Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis habet, *nullam consonantiam*

[e] LECTA EPIST.] Hanc nobis lectionem, quæ cum textu etiam Græco concordat, exhibuit codex Bellovacensis. Nam in Colbertino & Turonensi & apud Contium malè hoc loco interponitur vox *est*, hoc modo: *lecta est epistola.*

[f] CONSEQVENS] Secuti heic sumus exemplar Bellovacense. Nam reliqua & Contius habent: *Consequens enim est & divinam prascribentem scripturae & sanctorum patrum removentem dogmata &c.*

[g] SOLVM CARNI] Ita Contius & duo vetera exemplaria. Bellovacense ita scriptum habet *soli carni applicavit salutaria dispensationis, purum &c.*

[h] PROPTER INSCRIPT.] Sic edidit Contius. Sic etiam legerunt qui codices Colbertinum & Turonensem transtulerunt. At in Bellovacensi ita legitur. *Propter scriptam in epistola blasphemiam & aures claudere non recuso, & penè saxeus factus sum ex mœrore, ut nec vocem possim reddere, tanto dolore detentus. Crede autem universam reverentissimam & sanctam synodum ejusdem esse sententiam de hac qua nuper lecta est epistola. In tantum autem solùm dico quia nimis dissona lecta existit epistola exposita fidei à sanctis patribus qui congregati sunt in Nicaa callipoli.*

[i] CVNCTVS ORBIS] Ita codex Colbertinus. Ita etiam Turonensis, & Contius. Bellovacensis. *Vniversus mundus anathematizat impium sectam Nestorii.* Concilium V. *Omnis mundus &c.*

quantis diebus vitæ nostræ post nefandum & sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cælestii catholicam fidem quies habuit. & cetera.

Petrus Presbyter & primicerius Notariorum dixit. His quæ lecta sunt consona dixit sanctitas reverentissimi Episcopi nostri Cyrilli, quæ & præ manibus habemus; & si jubet vestra reverentia, legimus.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Lecta & hæc inserantur gestis.

Petrus Presbyter & primicerius Notariorum legit sicut suprà scriptum est, cujus initium ita est. Salvatore nostro dicente palam: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus. & cetera.

Suprà c. 8. pag 415.

a *Et postquam lecta est & [a] gestis inserta, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit:* Non solùm hæc quæ destioata sunt à sanctissimo & beatissimo Romanorum Ecclesiæ Episcopo Cælestino missa & reddita sunt ipsi reverentissimo Nestorio, sed etiam hæc quæ destinata sunt à sanctissimo & reverentissimo Alexandrioæ Ecclesiæ Episcopo Cyrillo & ab omni Ægyptiaca synodo per Theopemptum & Danielem & Potamonem & Commarium reverentissimos Episcopos. Et supplico interrogari Theopemptum & Danielem reverentissimos Episcopos hic existentes de hoc.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Deponant reverentissimi comministri Theopemptus & Daniel præsentes si reddiderunt epistolas.

Theopemptus Episcopus Cavnsorum dixit. In episcopio ascendentes die dominica, cùm collectio celebraretur, præsente autem clero & inlustribus penè omnibus, reddidimus Nestorio.

b *Daniel Episcopus Dardaneos dixit.* [b] In episcopio ascendentes die dominica, præsente omni clero & inlustribus propè omnibus istas reddidimus Nestorio litteras

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Satisfecit ergo scriptis.

Daniel Episcopus Dardaneos dixit. Dixit nobis tunc ut veniremus postero die & secretò loqui cum eo. Sed cùm nos venissemus, clausit nobis januas, & non est dignatus dare nobis responsum.

Theopemptus Episcopus Cabason dixit. Suscipiens chartas constituit nobis postero die convenire ad eum. Ivimus. Deinde venientes non suscepit; neque quidem satisfecit litteris, sed etiam in Ecclesia eadem & pejora dogmatizavit. Non solùm autem antequam acciperet chartas hæc docebat, sed multò pejora postquam accepit & docuit usque in hodiernum diem.

Fidus Episcopus Ioppes dixit. Quia permanet usque ad hodiernum diem in eadem doctrina possunt dicere etiam præsentes reverentissimi Episcopi Acacius & Theodolus, qui & [c] collati sunt c
eum eo, ut etiam periclitaretur aliquis eorum; quos & petimus & conjuramus per proposita sancta evangelia in fide gestorum dicere quæ audierint ante tres istos dies ab ipso Nestorio.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Quoniam non [d] de fortuitis nobis est sermo, sed [e] capitali omnium causa, dico autem de recta quæ in Christum est fide, consequens est reverentissimos Episcopos Theodolum & Acacium secundùm petitiones reverentissimi Episcopi Fidi & juramenta inlata, amatores veritatis existentes & sanctos, dicere quid audierunt dicentem ipsum, locutionem ad eum pro recta fide moventes. d e

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. Doleo quidem pro amico. Attamen omni amicitiæ præpono veritatem. Propter quod necesse habeo cum multa tristitia de quibus interrogor exprimere veritatem. Non æstimo opus habere nostro testimonio, cùm id quod sapit manifestum sit ex litteris quæ ad tuam reverentiam sunt. Quæ enim ibi abnuebat de Deo dici, hoc est, de unigenito, improperans ei humana, & hic loquens dixit. Sicut enim ibi dixit non oportere de Deo dicere lacte nutriri, neque nativitatem ex virgine, sic etiam & hic sæpius dixit bimenstrem & trimenstrem non oportere dici Deum. Et hæc non nos soli, sed etiam alteri plures audierunt non ante multos dies, ad nos ipso Ephesi loquente.

Acatius Episcopus Militinæ dixit. Fide proposita & in Deum pietate, necesse est omnem vacare affectum. Unde etsi nimis super alios Dominum Nestorium [f] amavi, & omnino eum salvare studui, necesse nunc est dicere veracissimè quæ ab eo dicta sunt, quatenus non condemnetur anima mea, celante me veritatem. [g] Statim qood adveni in Ephesinam civitatem, feci ad supradictum virum colloquium, & cognoscens eum non rectè sapere, omnino festinavi eum corrigere & [h] desistere à pravo sensu, ipsumque illum videbam labiis confitentem quia [i] mutaretur ab hujusmodi intelligentia. Dies decem & duodecim prætermittens, iterum sermone aliquo moto defendebam veritatis sermonem, & contradicentem eum huic videbam, [k] & in duobus illicitis pariter cognoscebam eum incidere. Primùm quidem ex interrogatione ejus indecenti existente necessitatem imponebat respondentibus aut omnino negare unigeniti deitatem humanatam esse, aut confiteri, quod erat impium, quia & patris & sancti spiritus deitas simul incarnata esset cum verbo. Quæ erant omnino pravissimæ intelligentiæ & ejicientes piam fidem. Deinde secundò moto sermone, intulit quidam eorum qui cum eo erat Episcopus sermonem, & alium ait esse filium qui passionem suscepit, alium autem Deum verbum. Quam blasphemiam jam non potens portare, valefaciens omnibus exivi. Et alter autem qui cum eo erat adserebat pro Iudæis utique, quòd non in Deum sed hominem peccassent.

Margin: f (Nestorium), g (Statim), h (desistere), i (mutaretur), k (& in duobus)

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Manifesta existente depositione reverentissimorum &

[a] GESTIS INSERTA] Codices Colbertinus & Turonensis & editio Contiana: *inserta monumentis.*

[b] IN EPISCOPIO] Hanc Danielis prosecutionem addidimus ex codice Bellovacensi. In Colbertino quippe & apud Contium legitur simpliciter. *Daniel Episcopus Dardaneos dixit eadem quæ & reverentissimus Episcopus Theopemptus.*

[c] COLLATI SUNT] id est, contulerant, locuti sunt.

[d] DE FORTUITIS] *de quibuscunque*, ut habet codex Bellovacensis, id est, de rebus parvi momenti, de re vulgari, ut vertit Peltanus.

[e] CAPITALI] Codex Bellovac. *sed de illa re quæ capitulis omnibus majus est.*

[f] AMAVI] Codex Bellovac. *dilexi, & omnino eum liberare studui.*

[g] STATIM] Idem codex. *Continuò cùm ad Ephesinam venissem civitatem.*

[h] DESISTERE] Idem, *separare.*

[i] MUTARETUR] Ibid. *transferretur à tali sensu. Duobus autem decem aut duodecim prætermissis, iter. serm. al. modo defendi veritatis sermonem.*

[k] ET IN DUOB.] Ibid. *& duas ineptias uno eodemque tempore illum incidere. Primum quidem ex mala ejus interrogatione necess.*

beatorum

beatorum comministrotum nostrorum Theodoti & Acacii, consequens est quam habebant de propositis sententiam beati patris nostri legi & inseri gestis.

a *Petrus Presbyter & Primicerius Notariorum dixit.* [a] Quoniam pro manibus habemus & codices sanctissimorum & beatissimorum patrum & Episcoporum & diversorum martyrum, elegimus verò ex his pauca capitula, quæ, si placet, legimus.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Et hæc lecta inserantur. *Et lectum est ita.*

Vide Vincent. Cum. pag. 566. secundæ edit.

Petri sanctissimi Episcopi & martyris ex codice de deitate.

Quoniam & verè gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Unde & gratia salvi sumus facti secundùm apostolicum dictum. Et hoc ait non ex nobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Voluntate Dei verbum caro factum est, & habitu inventus est ut homo, non recessit à deitate. Nec enim ut à virtute sua aut gloria plenius desisteret, pauper factus dives existens, hoc factus est; sed etiam ut mortem pro nobis peccatoribus susciperet, justus pro iniquis, quatenus nos offerret Deo patri, mortificatos quidem carne, vivificatos autem spiritu. ET POST ALIA. b Unde & Evangelista [b] verum ait dicens: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Tunc videlicet ex quo angelus salutavit virginem dicens: *Ave gratia plena, Dominus tecum. Dominus enim tecum est.* Nunc est audire à Gabriele, eò quòd Deus verbum tecum est. Significat enim ipsum natum in vulva & carnem factum, sicut scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Unde & quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* ET ITERUM POST ALIA. c Dei verò verbum [c] præter viri absentiam per voluntatem omnia valentis operari Dei factum est in vulva virginis caro, non indigens viri operatione aut præsentia. Efficaciùs enim quàm vir perficit Dei virtus obumbrans virgini cum adveniente sancto spiritu.

Athanasii sanctissimi Episcopi Alexandriæ de codice contra Arrianos.

Multi igitur sancti fuerunt & mundi ab omni peccato. Hieremias autem & de ventre sanctificatus est, & Iohannes adhuc in utero exultavit in lætitia in voce Dei genitricis Mariæ. Et tamen regnavit mors ab Adam usque ad Moysen & in eos qui non peccaverunt in similitudine prævaricationis Adæ; & sic manebant nihilominus mortales & corruptibiles, capaces passionum. Nunc autem verbo facto homine & sua faciente quæ carnis sunt, non jam hæc corpus tangunt propter verbum quod in eo factum est, sed ab ipso quidem consumpta sunt. De reliquo autem homines non jam secundùm suas passiones manent peccatores & mortui; sed secundùm verbi virtutem resurgentes, immortales & incorrupti semper manent. Unde & cùm nasceretur caro de Dei genitrice Maria, ipse dicitur natus, quia aliis nativitatem, ut sint, præstat, ut nostram in se ipsum transferat nativitatem, & non jam sicut terra solùm existentes in terram eamus, sed ut ex cœlo verbo conjuncti, in cœlum perducamur per ipsum. Ergo ita & alias passiones corporis non incongruè in semet transtulit, ut jam non sicut homines, sed ut proprii verbi sempiternæ vitæ participes existamus. Non enim jam secundùm primam nativitatem in Adam morimur, sed de cetero nativitate nostra & omni carnali infirmitate translatis in verbo surgimus à terra, soluta quæ per peccatum est maledictione propter eum qui factus est in nobis propter nos maledictio.

Ejusdem Athanasii de epistola ad [d] Epictetum. d

Quomodo autem, *inquit*, & ambigere audent qui dicuntur Christiani, si qui ex Maria processit Deus filius quidem substantia & natura Dei est, secundùm carnem autem ex semine David, ex carne autem sanctæ Mariæ. Qui autem putas temerarii facti sunt ut dicerent Christum, qui carne passus est & crucifixus, non esse Dominum salvatorem & Deum & filium patris. [e] Aut quomodo Christiani volunt nominari qui dicunt in hominem sanctum sicut in unum Prophetarum venisse verbum, & non ipsum hominem factum sumentem ex Maria corpus, sed alterum esse Christum & alterum Dei verbum, quod ante Mariam & ante secula filius extabat patris? Aut quomodo esse Christiani possunt qui dicunt alium esse filium & alium Dei verbum? ET POST ALIA ITERUM. Non per [f] adoptionem hæc facta sunt, absit, sicut quidam æstimaverunt, sed sicut est veritas, homine facto salvatore, totius hominis salus facta est. Si enim adoptione erat in corpore verbum secundùm illos, quod autem adoptione dicitur phantasia est, reputatur & putativè salus & resurrectio hominum dici secundùm impiissimum Manichæum. Sed non equidem phantasia est salus nostra, neque corporis solùm, sed totius hominis animæ & corporis veraciter salus facta est. Humanum est naturaliter quod [g] ex Maria, secundùm divinas scripturas & verum erat salvatoris.

[a] QUONIAM] Sequentia vertit Latinè etiam Marius Mercator, quæ nos infrà dabimus post hæc gesta. Nondum enim prodierent in lucem.

[b] VERUM AIT] Apud Rusticum Diaconum in dialogo contra Acephalos: *veraciter dixit.*

[c] PRÆTER VIRI ABSENTIAM.] immo potiùs *præsentiam.* Sed cùm ita legatur in editione Contiana & in exemplaribus Colbertino & Turonensi, noluimus mutare. Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Marius Mercator vertit, *viro absente;* Peltanus, *citra viri commercium.*

[d] EPICTETUM] Hanc epistolam Athanasii fuisse corruptam à nonnullis scribit sanctus Cyrillus in epistola de pace ad Ioannem Antiochenum.

[e] AUT QUOMODO] Hunc locum verbis paulisper mutatis refert Rusticus Diaconus in dialogo paulò antè laudato.

[f] ADOPTIONEM] Ita Contius & codex Colbertinus. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Turonensis habet *optionem.* Rusticus Diaconus: *Non phantasia est salus nostra.* Antiqua versio ejusdem epistolæ edita à clariss. viro Paschasio Quesnello: *Absit autem ut figuratè ista dicta sint.* Quare loco vocis *adoptionem* videretur legi debere *opinionem.*

[g] QUOD EX MARIA] Ita codices Turonensis & Colbertinus. quam lectionem confirmant Rusticus Diaconus & antiqua versio edita à Quesnello. Nam Contius ita edidit: *quod ex Maria processit secundùm scripturas, & verum erat salvatoris corpus.*

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

[a] Iulii sanctissimi Episcopi Romæ de epistola ad [b] Prosdocium.

Prædicatur autem ad [c] plenitudinem fidei & incarnatus de virgine Maria Dei filius & inhabitasse in hominibus, non in homine operatus. Hoc enim in Prophetis est & Apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu; non duo filii, unus quidem propriè filius assumens hominem, alter autem mortalis assumptus à Deo, sed unus unigenitus in cœlo, unigenitus in terra Deus.

Felicis sanctissimi Episcopi Romæ & martyris ad Maximum Episcopum & clerum Alexandriæ.

De incarnatione autem verbi & fide credimus in Dominum nostrum Iesum Christum de virgine Maria natum, quia ipse est sempiternus Dei filius & verbum, & non homo à Deo assumptus, ut alter esset præter illum. Neque enim hominem assumpsit Dei filius, ut sit alter præter ipsum; sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus de virgine.

Theophili sanctissimi Episcopi Alexandriæ de quinta paschali epistola.

Sunt enim & nunc reliquiæ tunc factorum mirabilium. Non [d] discredant quia virtus Dei valet facere virginem parere, in qua factum est vivens Dei verbum propter similitudinem quæ ad nos est. Aliter enim eum conversari proximè nobis non erat possibile, ut non ex voluptate & somno, quemadmodum in aliis hominibus habet, acciperet corpus quod in similitudine hujus accepit ex virgine natus homo, apparens quidem ut nos secundùm servilem formam, ex operibus autem demonstratus quia omnium creator & dominus est agens opera Dei.

Ejusdem de paschali epistola sexta.

Qualiter enim artificum optimi non in pretiosis tantùm materiebus artem ostendentes in admiratione sunt, sed vilissimum lutum & ceram dissolutam plerunque assumentes, suæ disciplinæ demonstrantes virtutem, multò magis laudantur, ita omnium optimus artifex veniens efficax Dei verbum ordine coaptationis decorans universa, [e] non alicujus preciosæ materiæ corpus assumens ad hoc advenit, sed in luto [f] magnum suæ artis ostendit, ex luto formatum emendans hominem, ipse de virgine novo modo procedens homo, per modum quidem nativitatis reconcilians, similitudinem autem quæ per omnia ad nos est sine peccato non effugere judicans. Cùm nascitur, pannis involvitur, nutritur puer in præsepio jacens, naturæ nostræ infirmitatem suscipiens propter præcedentes causas; sed adhuc puer existens simul & inimicum & ejus perturbat agmen, magos trahens ad pœnitentiam, & compellens destinantem eos Regem contemnere.

Cypriani sancti Episcopi & martyris de libro de eleemosyna.

[g] Multa & maxima existunt, fratres dilectissimi, divina beneficia ex quibus nostram salutem Dei patris & Christi affluens & dives misericordia operata est & semper operatur. Vnde custodire nos & vivificare pater filium misit, ut nos renovet. Et missus filius voluit filius hominis fieri, ut nos filios Dei constituat. Humiliavit igitur semetipsum, ut populum abjectum reficiat. Vulneratus est ut nostra vulnera sanet. Servit, ut de servitute ad libertatem servientes adducat. Mortem sustinuit, ut immortalitatem mortalibus reddat.

Ambrosii sancti Episcopi Mediolanensium.

[h] Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: *Postquam verò venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Filium, inquit, suum, non unum ex multis, non communem, sed suum. Cùm dicit suum, generationis æternæ proprietatem significavit. Hunc factum ex muliere postea adstruxit, ut factura non divinitati sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per observantiam legis. Generatio autem illa cælestis ante legem, ista sub lege. (Lib. 1. de fide cap. 6.)

Ejusdem.

[i] Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones; quia regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus distinctionem divinitatis & carnis. Vnus [k] in utroque loquitur Dei filius, quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intendo in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia verbum est. Quasi homo dicit quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Hic est panis vivus qui des- (Ibid lib. 2. cap. 4.)

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

[a] IVLII] Hanc epistolam non esse Iulii, sed Timothei discipuli Apollinaris, scribit Leontius Byzantius; sed hanc sine controversia Iulio & Facundus & alii asserunt. Vide Sirmondum in Noris ad Facund. pag. 40.

[b] PROSDOCIVM] Ita Marius Mercator, Facundus, & antiqua exemplaria istius versionis gestorum Ephesinæ synodi. In Græco est, πρὸς Δόκιον id est, *ad Docium*. Anastasius Presbyter, ut monet Sirmondus, habet: πρὸς Ἀκάκιον.

[c] PLENITVDINEM] Apud Facundum, qui hoc fragmentum refert ex gestis synodi Ephesinæ, legitur *supplementum*.

[d] DISCREDANT] id est, non refugiant credere. Marius Mercator vertit, *parum credant*. Peltanus, *Nemo dubitet*. Vide Glossarium Dufresnii.

[e] NON ALICVIVS] Paulò aliter apud Rusticum Diaconum: *non velut alicujus pretiosa materia calestis accipiens corpus.*

[f] MAG. SVÆ ARTIS] Ibidem & apud Marium Mercatorem: *magnitudinem sua artis.*

[g] MVLTA] Non sunt verba ipsa Cypriani, sed veteris interpretis, qui ea ex Græca lingua rursum transtulit in Latinam.

[h] SI MIHI NON CREDVNT] Sunt ipsa Ambrosii verba, quæ oportet Latinè descripta fuisse in gestis Græcis, cùm eadem legantur etiam apud Marium Mercatorem.

[i] SILEANT] Et hæc quoque sunt ipsa Ambrosii verba, quæ etiam duobus locis referuntur à Rustico Diacono & apud Facundum lib. 1. cap. 5.

[k] IN VTROQVE] Ita vetera exemplaria & Contius & codex Corbeiensis synodi Chalcedonensis. Apud S. Ambrosium & Facundum & in actione quarta Concilii Lateranensis Martini Papæ editum est *utraque*. quo etiam modo habent codices 1047. & 1600. bibliothecæ Colbertinæ. Sed apud Rusticum legitur *utroque*. quam lectionem confirmat codex 1561. ejusdem bibliothecæ, ubi scriptum est *utroquae*. Eandem lectionem confirmare etiam videntur quæ paulò pòst sequuntur Facundi verba: *licet unus, tamen in utroque loquitur Dei filius.*

cendit de cœlo. Panis hic caro mea, sicut ipse dicit: *Hic panis quem ego dabo, caro mea est.* Hic est qui descendit, hic est quem pater sanctificavit & misit in hunc mundum. [a] Nec ipsa littera nos docet sanctificatione non divinitatem eguisse, sed carnem.

Gregorii magni sancti Episcopi Nazianzi.

Epist. 1. ad Cledonium.

Non decipiant homines, nec decipiantur, sine sensu suscipientes dominicum hominem, sicut ipsi dicunt, magis autem Dominum nostrum & Deum. Nec enim hominem dividimus à deitate, sed unum & eundem dogmatizamus, priùs quidem non hominem, sed Deum, & filium solum, & ante secula, non mixtum corpori, & quæcunque sunt corporis, in fine autem & hominem assumptum pro nostra salute, passibilem carne, impassibilem deitate, circumscriptum corpore, incircumscriptum divinitate, eundem terrenum & cœlestem, visibilem & intelligibilem, capabilem & incapabilem, ut in toto homine eodemque & Deo totus homo reformaretur, qui sub peccato ceciderat. Si quis non Dei genitricem Mariam æstimat, sine deitate est. Si quis quasi per fistulam virginem transisse & non in ipsa formari deificè simul & humanè, deificè quidem quia sine viro, humanè autem quia lege partus, anathema sit. Si quis formatum dicit hominem & ita subingressum Deum, damnatus est. Non enim nativitas Dei istud est, sed fuga nativitatis. [b] Si quis introducit duos filios, unum quidem ex Deo & patre, secundum autem ex [c] Maria, & non unum & ipsum, ab adoptione excidet quæ promissa est rectè credentibus. Naturæ enim duæ Deus & homo, [d] quod & anima & corpus. Filii autem non duo, nec Dei. Neque enim hic duo homines, licèt etiam Paulus interiorem hominem & exteriorem appellaverit. Et si oportet compendiosiùs dicere, [e] aliud quidem & aliud, ex quibus salvator est. Siquidem non idem est invisibile visibile, & sine tempore sub tempore. Non alius autem & alius, absit. Vtraque enim summæ unitionis in contemperatione, Deo quidem inhumanato, homine autem deificato, vel quomodo aliquis nominet. Dico enim aliud & aliud è contrario quàm in trinitate habet. Ibi enim alius & alius, ut non subsistentias confundamus, non aliud autem & aliud. Vnum enim tria sunt & idem deitate. Si quis ut in Propheta dicit secundùm gratiam operatum esse, & non secundùm substantiam conjunctum aut formatum, sit vacuus à meliori operatione, magis plenus contraria. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit, & reputetur cum Dei [f] interfectoribus. Si quis ex operibus perfectum, aut post baptisma, aut post resurrectionem quæ ex mortuis adoptionem meruisse dicit, sicut pagani parengraptos id est inscriptos dicunt, id est, adoptivos, anathema sit. Quod enim inchoatum est, aut proficit, aut consummatur, non est Deus, quamvis propter eum quod paulatim fit augmentum ita dicatur.

Basilii sanctiss. Episcopi primæ Cappadociæ.

Non enim tantùm cœlum & terra, & magnitudines pelagorum, & quæ in aquis versantur, & terrestria animalia, arbores etiam, stellæ, & aër, & tempora, & varius universorum ornatus, supereminentem virtutem commendant quantum ut possibile sit Deum incapabilem impassibiliter per carnem complicari morte, ut nobis sua passione impassibilitatem donet.

Gregorii sanctissimi Episcopi Nysæ.

Orat. 1. de beatitudinib. pag. 767.

Hoc enim sapiatur, ait, in vobis quod & in Christo Iesu; qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Quid pauperius in Deo quàm servi forma? Quid humilius in Rege omnium quàm in communionem egentis nostræ naturæ sponte venire? Rex Regum & dominus dominantium servitutis formam subiit; Iudex universitatis sub censu potentium fit. Creaturæ dominus in spelunca divertit. Qui cuncta comprehendit, non invenit locum in diversorio, sed in præsepe animalium jacet. Mundus & immaculatus humanæ naturæ sustinet sordes, & per omnem paupertatem nostram transiens, usque ad mortis accedit experimenta. Videtis spontaneæ paupertatis mensuram. Vita mortem gustat, judex ad judicium ducitur, vitæ omnium dominus sub sententia judicantis fit; qui totius est supermundanæ virtutis Rex, carnificum non repellit manus. Ad hoc tibi, ait, exemplum humilitatis mensura respiciat.

[g] Hæc testimonia quæ sequuntur in aliis exemplaribus non inveniuntur.

Attici Episcopi Constantinopoleos.

Hodie Christus Dominus misericordiæ nativitatem suscepit. In deifica enim dignitate præexistebat. ET ADJECIT. *Deinde his infert iterum.* Misericordiæ verbum exinanitur, inexinanibilis natura existens. Semetipsum enim exinanivit formam servi accipiens. Qui sine carne est, propter te incarnatur. Verbum enim caro factum est. Qui tactui non subiciebatur propter naturæ incorporeum, palpatur. Qui sine initio est, sub initio fit corporeo. Qui perfectus est crescit, qui inconvertibilis est proficit. Qui dives est, in paupere diversorio fit. Qui cooperit cœlum nubibus, pannis involvitur. Rex in præsepe ponitur.

[a] NEC IPSA] Secuti hoc loco sumus vetera exemplaria horùm gestorum, quibus consentiunt codices 1563. & 1600. bibliothecæ Colbertinæ. Apud Marium Mercatorem & in editione Contii scriptum est: *Et ipsa littera.* In editis Ambrosii operibus: *Hæc ipsa littera.* In Græco est, τὸ δὲ αὐτὸ τὸ γράμμα, etiam in manuscriptis libris. Ex quo confirmari posse videtur scriptura veterum exemplarium.

[b] SI QVIS INTRODVCIT] Hunc locum refert Facundus, sed ex interpretatione paulò diversa.

[c] MARIA] Apud Facundum, *matre.*

[d] QVOD ET ANIMA] Ita codex Colbertinus. Turonensis, *quod anima & corpus.* Editio Contii: *quoniam & anima & corpus.* Facundus: *quemadmodum & anima & corpus.* Ita etiam Peltanus.

[e] ALIVD QVIDEM] Refert hanc partem istius loci Rusticus Diaconus in libro adversùs Acephalos.

[f] INTERFECTORIB.] Ita Contius. In codicibus Colbertino & Turonensi scriptum est *interpeccatoribus.*

[g] HÆC TESTIMONIA] Istam adnotationem nos addidimus ex codicibus Colbertino & Turonensi. Non extat enim in Bellovacensi, neque in editione Contiana. Et Vincentius Lirinensis enumerans patres quorum in Concilio Ephesino vel tamquam judicum vel tamquam testium scripta recitata sunt, nullam Attici aut Amphilochii mentionem facit. Contrà Innocentius Episcopus Maroniæ in epistola de gestis cum Severianis scribit hæc duodecim patrum testimonia adversùs Nestorii blasphemias prolata in Ephesina synodo fuisse à sancto Cyrillo,

Amphilochii Iconii Episcopi.

Quoniam enim ipse & Rex & Deus est, & mortem propter passionis dispensationem gustavit. Munera magorum, mysteriorum sunt indicia. Offerunt aurum. Cognoscunt enim eum Regem. Offerunt thus. Deo enim sciunt offerendum. Adiciunt [a] myrrham propter mortem quæ in mysterio est passionis.

Item ejusdem.

Nisi enim ille nasceretur carnaliter, non tu renasceteris spiritaliter. Nisi ille sustinuisset servi formam, non tu dignitatem adoptionis lucratus esses. Propter hoc enim in terra cœlestis ut tu in cœlis letareris terrenus. Propter hoc Christus semetipsum exinanivit ut nos omnes de plenitudine ejus accipiamus. Illius mors tua facta est immortalitas. Domini passio servi facta est altitudo. Tu autem beneficium [b] accipis ad commodum blasphemiæ.

[c] *Similiter Attici Episcopi Constantinopoleos.*

Siquidem ambiguum facit unigeniti humanatio & virginis partus & passionum communicatio & crux & passio & mors, ediscens cognoscat providere hæc mundi salutem, sed nec [d] indigno misericordia potioris. Si enim turpe est Deo in virgine habitare, turpius utique omnino est & facere. Si verò creans non [e] injuriam passus est, nec habitare in creatura opprobrio dignum judicavit. Et si pati malum est, passionibus liberare quantum est? Vnde & mortuus est immortali morte mortificans mortem, & resurrexit nostram largiens resurrectionem. Et omnia hæc suscepit, non natura deitatis, sed adsumptione carnis. Huic quidem inviolabilibus suæ habitans impassibilitatis. Huic verò omnia passus est sustinens ut fieret vitæ optimæ dux & legistator.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Habemus verò & codices blasphemiarum reverentissimi Nestorii, de quibus unius elegimus capitula; quæ, si placet, legimus.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Legantur & inserantur gestis.

De codice ejusdem Nestorii, [f] quaternione XVII. *in dogmate.*

Cùm igitur divina scriptura dictura est aut nativitatem Christi quæ ex Maria virgine est, aut mortem, nusquam videtur ponens *Deus*, sed aut *Christus* aut *filius* aut *Dominus*, quoniam hæc naturarum sunt significativa duarum, aliquando quidem hujus, aliquando quidem illius, aliquando autem istius & illius. Quid dico? Quando ex virgine nativitatem nobis scriptura exponit, quid dicit? *Misit Deus filium suum.* Non dixit: Misit Deus Deum verbum; sed accepit nomen quod nuntiat naturas duas. Quoniam enim filius homo est & Deus, dixit: *Misit Deus filium suum factum ex muliere*; ut cùm audieris factum ex muliere, inde vides nomen propositum quod indicat naturas duas, ut nativitatem, quæ ex beata virgine est, filii quidem voces. Filium enim genuit Dei & Christi genitrix virgo. Sed quoniam filius Dei duplex est secundùm naturas, non genuit quidem filium Dei, sed genuit humanitatem, quæ est filius, propter conjunctum filium.

Similiter ejusdem de [g] quaternione quarto.

Et vide quid contingit, hæretice. Non invideo voci Christigenitricis virginis; sed novi venerabilem quæ suscepit Deum, per quam processit universorum dominus, per quam resplenduit sol justitiæ. [h] Iterum suspicor plausum. Quomodo processit intellexistis. Non dictum est a me hoc, *processit* pro eo quod *natus est*. Non enim sic citò obliviscor meorum. Procedere Deum de Christi genitrice virgine à scriptura divina didici. Nasci verò ex ea nusquam didici. *Et post alia.* Nusquam igitur divina scriptura Deum ex Christi genitrice dicit natum, sed Iesum Christum Dominum. Hæc omnes confitemur. Quæ enim docuit scriptura miser est qui non statim accipit. *Surgens accipe puerum & matrem ejus.* Hæc angelorum vox. [i] Ampliùs autem quàm tu quæ nativitatis sunt noverant angeli. *Surgens accipe puerum & matrem ejus.* Non dixit: Accipe Deum & matrem ejus.

Similiter ejusdem de quaternione XXIV.

Quid ergo dicebamus? *Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam. Quod enim in ea natum est*, hoc est [k] γεννηθὲν, (sive per unum N, sive per duo, intellectum nihil lædit) *quod enim in ipsa natum est, de spiritu est sancto*, si diximus quia Deus verbum natus est in utero. Aliud enim est simul esse cum absente, & aliud nasci. *Quod enim in ipsa*, ait, *natum est, de spiritu est sancto.* Viderunt ergo patres, utpote scientissimi scripturarum, quia

[a] MYRRHAM] In codicibus Colbertino & Turon. scriptum est *murram*. Belluvacensis mutilus est in hoc loco.

[b] ACCIPIS AD COM. BLA.] Contint, *beneficium accipis blasphemiæ occasionem*. Peltanus, *beneficium vertis in occasionem blasphemiæ*. Marius Mercator, *in blasphemiam rapis*.

[c] SIMILITER] Sequens Attici testimonium non extat in vulgatis editionibus Conciliorum, neque in exemplaribus Græcis bibliothecæ regiæ. Illud tamen exhibent tres antiqui codices quibus utimur in editione horum gestorum, & Marius Mercator.

[d] INDIGNO] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis & editio Contiana, *indigne*.

[e] INIVRIAM PASSVS EST] Liber Bellovac. *injuriatus est*.

[f] QVATERN. XVII.] Sic scriptum est in Græcis exemplaribus, in Turonensi & Colbertino codicibus & apud Contium. Codex Belluvacensis habet XIV. Marius Mercator XVI.

[g] QVATERN. QVARTO] Variant hoc loco vetera exemplaria. Nam Colbertinum & Turonense & illud quo Contius utebatur ita legunt uti nos edidimus. Bellovacense & Marius Mercator habent, *vicesimo primo*. Quo etiam modo habet textus Græcus in editionibus & in exemplaribus manuscriptis bibliothecæ regiæ.

[h] ITERVM SVSPICOR] Codex Bellovacensis: *Iterum suspectum habeo plausum*.

[i] AMPLIVS] Hic locus editus est ex fide Bellovacensis exemplaris. Nam Colbertinum & Turonense habent: *Hæc angelorum vox, magis verò tua. Puto quæ nativitatis erant sciebant archangeli*. Eadem ferme Contianum. Marius Mercator ista confudit.

[k] ΓΕΝΝΗΘΕΝ] Mirum est quantum depravatus sit hic locus in antiquis libris. In Colbertino & in Turonensi ita scriptum est. *Quod enim in ea natum est, hoc est* SENNNOEN. *sive per unum non sive per duo intellectum nihil lædit.* In eo quo Contius usus est, ita legebatur: *hoc est sennonem sive per unum n sive per duo intellectum nihil lædit.* In Belluvacensi denique sic: *hoc est sennneon sive per unum non, id est, genitum, sive per duo, id est, quod in ea factum est, intellectum nihil lædit.* Ex iis tamen pravissimis lectionibus nos veram eruimus.

a b [a] si de incarnato posuerimus natum, invenietur aut filius sancti spiritus [b] Dei verbum, aut duos patres habens, aut per unum non invenietur Deus verbum creatura spiritus existens. Fugientes ergo nativitatis sermonem posuerunt: *Qui descendit propter nos homines & propter nostram salutem, & incarnatus est.* Quid est *incarnatus est?* Non conversus ex divinitate in carnem, incarnatus est de spiritu sancto. Secuti sunt evangelistam. Evangelista enim veniens ad inhumanationem, fugit nativitatem dicere in verbo. *Et verbum caro factum est.* Non dixit, Verbum per carnem natum est. Vbi enim memoriam faciunt Apostoli vel evangelistæ filii, ponunt quia natus est ex muliere. Attende dictum. Peto ubi dicunt nomen filii? Et quia natus est ex muliere, ponunt *natus est.* Vbi verò mentionem faciunt verbi, nemo eorum ausus est dicere nativitatem per humanitatem. Audi beatum Iohannem evangelistam: *Veniens in verbum & humanationem ejus.* Audi qualia ait. *Verbum caro factum est*, hoc est, adsumpsit carnem. *Et habitavit in nobis*, hoc est, nostram induit naturam, *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus filii.* Non dixit: Vidimus nativitatem verbi.

Similiter ejusdem de quaternione XV. *in dogmate.*

Sic & secundùm carnem Christum ex conjunctione quæ ad Deum verbum est Deum nominamus, visibilem scientes sicut hominem. Audi utraque Paulo prædicante. Ex Iudæis ait Christum secundùm carnem primùm, & tunc Dei copulatione divinè loquitur de visibili, ut nemo hominis cultricem Christianitatem suspicetur.

Similiter ejusdem de quaternione XXVII.

c [c] Sed sicut dicebamus Deum omnium creatorem & Deum Moysen, *Deum enim*, ait, *posui te Pharaonis*, & filium Israel Dei, *Filius enim*, ait, *meus primogenitus Israel*, & sicut dicebamus Christum Saul, *Non enim*, ait, *mittam manum meam in eo, quia Christus Domini est*, & Cyrum similiter, *Hæc dicit*, ait, *Dominus Christo meo Cyro*, & Babylonium sanctum, *Ego enim*, ait, *præcipiam eis, sanctificati enim sunt, & ego adduco eos*, ita dico & Dominum Christum & Deum & filium sanctum & Christum. Sed communio quidem nominum similis, non autem eadem dignitas.

Similiter ejusdem de quaternione XV.

Hoc sapite in vobis quod & in Christo Iesu: qui in forma Dei existens, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, Non dixit, *Hoc sapite in vobis quod & in Deo verbo, qui in forma Dei existens formam servi accepit*, sed *accipiens* Christus,
d [d] nomen utpote duarum naturarum appellationem significativam, sine periculo eum & servi formam
e quam accepit & Deum nominat, [e] his quæ dicuntur in naturarum geminationem inreprehensibiliter partitis.

Similiter ejusdem de quaternione XVI.

Vt in nomine Iesu, ait, *omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus.* Propter indutum indumentum veneror, propter occultum adoro visibilem. Indivisibilis à visibili Deus. Propter hoc indivisi honorem non divido. Divido naturas, sed unio adorationem.

Similiter ejusdem de quaternione XVII. *in dogmate.*

Erat quidem Deus verbum & ante humanationem filius & Deus & coëxistens patri. Adsumpsit autem in ultimis servi formam; sed cùm existeret ante hoc filius & vocaretur, post adsumptionem non potest vocari separatus filius, ut ne duos filios dogmatizemus. Sed quoniam illi conjunctus est [f] in principio existenti filio qui sibi junctus est, non potest secundùm dignitatem filiationis divisionem suscipere. Secundùm dignitatem dixi filiationis, non secundùm naturas. Propter hoc & Christus Deus verbum nominatur, quoniam quidem habet conjunctionem ad Christum continuam. f

Similiter ejusdem de quaternione XV. *in dogmate.*

Inconfusam igitur naturarum custodimus conjunctionem. Confitemur in homine Deum, veneramur [g] divinam conjunctionem omnipotenti Deo coadorandam. g

Similiter ejusdem de quaternione VI.

Considera & quod his statim copulatur. *Vt misericors*, ait, *fiat & fidelis Pontifex ad Deum.* In quo enim passus est ipse tentatus, potest tentatis subvenire. Ergo qui passus est, Pontifex misericors est. Passibile verò templum, non vivificator passi Deus.

Similiter ejusdem de quaternione XXVII.

Vt discatis, *ait*, quòd valde quædam deitatis existebat conjunctio & in pueritia conspecta dominica carne, erat enim idem & puer & pueri dominus. Laudastis vocem. Sed nec ipsam indiscussam plaudite. Dixi enim quòd ipse erat puer & pueri habitator.

Similiter ejusdem de quaternione I.

Communes enim sunt trinitatis operationes, & in solis subsistentiis divisionem habentes. Vnigeniti ergo gloria aliquando patri adhibetur. *Est enim*, ait, *pater qui glorificat me.* Aliquando spiritui. *Spiritus enim*, ait, *veritatis me glorificabit.* Aliquando Christi potentiæ.

[a] DE INCARNATO NATVM] id est, si pro eo quod incarnatum dicimus, genitum diceremus, ut rectè vertit Peltanus. Idem est sensus Marii Mercatoris, qui sic vertit: *si eum qui incarnatus est natum dixerimus.*

[b] DEI VERBVM] Ita vetera exemplaria Bellovacense & Turonense. Sed in Colbertino & in editione Contii & apud Marium Mercatorem legitur *Deus verbum.* Quæ lectio congruit cum texto Græco.

[c] SED SICVT] Hoc testimonium refert Rusticus Diaconus in libro adversùs Acephales.

[d] NOMEN VTPOTE] Vide quæ de hoc argumento dicta sunt ad caput XII. horum gestorum pag. 431.

[e] HIS QVÆ DICVNTVR] Codex Bellovac. *dum hæc quæ dicuntur in duplum naturarum dividantur sine reprehensione.*

[f] IN PRINCIPIO] Idem codex, *qui à principio est filius, sibi junctus non potest esse.*

[g] DIVINAM CONIVNC.] Codex Bellovac. *divina conjunctione omnipotenti Deo coadorandum hominem.* Atque hæc lectio videtur esse melior.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Similiter ejusdem de quaternione XVI. *de Iesu dicens.*

Iste qui dicit: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Iste qui triduanam mortem sustinuit. Adoro autem cum deitate hunc & divinæ cooperatorem auctoritatis. ET POST ALIA. Propter indutum indumentum veneror, propter occultum adoro visibilem. Inseparabilis à visibili Deus. Propter hoc indivisi honorem non divido. Divido naturas, sed unio adorationem. Non per
a se Deus est quod [a] plasmatum est ex spiritu, non per se Deus in sepulchro. Sic enim essemus hominis cultores & mortui cultores manifesti. Sed quoniam inassumptus Deus ex adsumente adsumptus, ut adsumenti copulatus coappellatur Deus.

Similiter ejusdem de quaternione quarto contra hæreticos, de spiritu dicens.

Quomodo enim erit servus, *ait*, qui cum filio & patre operatur? Et si quærit aliquis spiritus
b [b] actus, inveniet à filii & patris in nullo omnino abesse; non quasi quòd una dividatur deitas;
c [c] sed in divina scriptura quæ unius virtutis sunt & in singulam dividentes subsistentiam ad demonstrationem trinitatis similis. Et considera mihi
d simile [d] ex necessariis in operibus inchoantem. Deus verbum factum est caro, & habitavit in nobis. Consedere fecit sibi adsumptam pater humanitatem. Ait enim: *Dixit Dominus Domino meo,*
e *sede à dextris meis.* Adsumpti [e] veniens spiritus contiouit gloriam. *Quando enim*, ait, *venerit spiritus veritatis, ille me glorificabit.*

Similiter ejusdem de quaternione VI. *de Christo dicens quia missus est prædicare captivis remissionem peccatorum, sicut Apostolus dicit, infert & ait.*

Iste fidelis Deo factus Pontifex. Factus est enim iste non consempiternus; antè iste qui paulatim in Pontificis, hæretice, profecit dignitatem. Audi apertiùs tibi hoc clamante voce. *Qui in diebus*, ait, *carnis suæ preces & supplicationes ad Deum, qui potest eum salvare de morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, & exauditus à reverentia, cùm esset filius, didicit ex quibus passus est obedientiam, & consummatus factus est obedientibus sibi omnibus causa salutis æternæ.* Consummatur autem quod paulatim proficit, hæretice. De quo [f] & Lucas in evangelio clamat: *Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia.* Quibus consona & Paulus loquens, f
Consummatus, ait, *factus est obedientibus sibi omnibus causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex secundum ordinem Melchisedech.* ET POST ALIA. *Et Pontifex vocatus.* Quid ergo interpretaris contra Paulum? [g] Impassibilem Deum verbum dicit, g
cui commiscens similitudine & passibilem Pontificem faciens.

Similiter ejusdem de quaternione VII.

Vnde, fratres, vocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum fidelem existentem ei qui fecit eum. ET POST ALIA. Existente igitur vobis hoc solo Pontifice compatiente & consanguineo firmo, nolite à fide quæ in eum est præverti. Ipse enim nobis promissæ benedictionis ex semine Abraham destinatus est, [h] qui pro se & genere corporis sacrificium h
attulit. Notandum est quia confessus omnem Pontificem [i] eguisse sacrificio, & excipiens Chri- i
stum velut non indigentem, in his ait pro se offerre & gerere sacrificium.

Similiter ejusdem de quaternione IV.

Audite igitur intendentes dictis. *Qui manducat*, inquit, [k] *meam carnem & bibit meum sanguinem.* Non dixit: Qui manducat meam deitatem. k
Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eum. ET POST ALIA. Sed ad propositum. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eum.* [l] Meministis quia de carne est quod dici- l
tur. *Sicut misit me vivens pater*, [m] me visibilem. m
Sed fortè aliter interpretatur? Audiamus de reliquis: *Sicut misit me vivens pater.* Hæreticus hic deitatem dicit: *Misit me vivens pater* secundùm illos, *& ego vivo Deus verbum propter patrem.* Deinde post hoc: *Et qui manducat me, & ille vivit.* Quem manducamus, deitatem, an carnem?

Similiter ejusdem de quaternione [n] XVI. n

Et omnino ait. Si omne simul novum testamentum versabis, non invenies alicubi in eo mortem Deo applicari, sed aut Christo, aut filio, aut

a PLASMATUM] Codex Bellovac. *plasmatum est in vulva, non per se Deus quod creatum est à spiritu, non per se Deus quod sepultum est in sepulcro.* Hæc verò lectio melior est. Sed sequi nos professi sumus exemplaria Colbertinum & Turonense, quia Bellovacense est valde mutilum & imperfectum.

b ACTUS] Idem codex Bellov. *actiones, inveniet à filii & patris in nullo deficientes.*

c SED IN DIVINA] Idem codex: *sed quia divina scriptura quod est unius virtutis in singulas dividat subsistentias.*

d EX NECESSARIIS] Idem codex, *ex necessariis quæ sunt in operibus.*

e VENIENS] Ibidem, *descendens.*

f DE QUO ET LUCAS] Ita codices Turonensis & Colbertinus. At Bellovacensis habet: *De qua alibi Iohannes & Lucas in evangelio clamant.* Marius Mercator. *De quo etiam & Iohannes in evangeliis clamat.* In Græco est ἰωάννης, etiam in exemplaribus MSS. bibliothecæ regiæ. Sed locus heic ex evangelio relatus habetur in capite secundo Lucæ.

g IMPASSIBILEM] Codex Bellovac. *contra Paulum, impassibile Deum verbum carrano ammiscens, simile corpori & passibilem Pontificem faciens.*

h QUI PRO SE] Idem vetus codex: *utpote pro se & genere corporis sacrificium afferens.*

i EGUISSE] Ibidem, *egere sacrif. & subducens Christ. ut non indig.*

k MEAM CARNEM] Ita codices Colbertinus & Turonensis & editio Contiana. In Bellovacensi legitur, *meam carnem. Mementote quia de carne est quod dicitur, & quia à me non addicar nomen carnis, ut non videar illis contraria interpretari. Qui comedit carnem meam & bibit meum sanguinem. Numquid dixit: Qui manducat &c.* Consentiunt autem hæc cum textu Græco & cum interpretatione Marii Mercatoris.

l MEMINISTIS] Idem codex: *Mementote.*

m ME VISIBILEM] Hæc duo vocabula desunt in eodem libro Bellovacensi; malè, cùm habeantur in Græco contextu. Postea autem sequitur. *Ille dicit deitatem, ego humanitatem. Videamus qui malè interpretatur. Sicut misit me vivens pater, dicit hæreticus, hic deitatem dicit. Misit me, ait, Deum verbum. Misit me vivens pater secundum illos, & ego vivo Deus verbum propter patrem.*

n XVI.] Hunc numerum exhibent textus Græcus, Marius Mercator, Contius, & codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis, XXIII.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Domino. Christus etenim & filius & Dominus in unigenito, ut ex scriptura accepimus, naturarum est duarum significativum; & aliquando significat deitatem, aliquando autem humanitatem, aliquando utraque. Quale est cùm Paulos scribens prædicat, *Cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*, humanitatem clamat filii. Cùm dicit iterum idem ad Hebræos, *Deus locutus est nobis in filio, per quem & secula fecit*, deitatem significat filii. Nec enim caro creatrix est seculorum, quæ post secula multa creata est. ET ITERVM POST ALIA. Nec deitas fratrem Iacobum habuit, nec Dei verbi adnuntiamus mortem cùm dominico corpore & sanguine cibamur.

a *Similiter ejusdem de* [a] *quaternione* III.

Intendo, *ait*, nostros populos religiositatem
b quidem multam possidentes & [b] ferventissimam
c pietatem, ex ignorantia autem circa [c] pietatis
dogma labentes. Hoc verò non est crimen popu-
d lorum; sed quomodo decenter [d] dicam, eò quòd
non habeant doctores tempus aliquid de integris
vobis commendare dogmatibus.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Ecce manifestè in his ait quia
e [e] antè doctorum nullus hoc locutus est populis quæ
ipse locutus est.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Quoniam acerba & blasphema sunt quæ à Nestorio dicta sunt, & non sufferunt aures nostræ ampliùs pollui, unaquæque pars blasphemiæ ejus inferatur gestis ad accusationem docentis hæc.

CAP. XXV. Liberat. cap. 5.

Petrus Presbyter Alexandria & primicerius Notariorum dixit. Reverentissimus & sanctissimus metropolitanus Episcopus Carthaginis Capreolus per Bessulam Diaconem scripsit ad hanc sanctam synodum epistolam; quam, si jusserit vestra reverentia, legam. *Et lectum est ita.*

Reverentissimis & beatissimis & sanctissimis comministris undique ad sanctam synodum convenientibus Capreolus. Orabam, reverentissimi fratres, in tali statu venerabilem vestram synodum celebrari ut & nos electis communi judicio
f fratribus & coëpiscopis nostris non [f] recusationem lamentatione dignam, sed instructam magis legationem mitteremus, nisi nostram instantiam causæ diversæ impedirent. Etenim primùm Domini & filii nostri piissimi Imperatoris Theodosii tales litteræ ad manus venerunt quæ beatæ memo-
g riæ fratris nostri & coëpiscopi [g] Augustini præsentiam specialiter exigebant: quæ prædictæ litteræ in hac vita invenire eum nullatenus potuerunt. Vnde ego, qui ipsam imperialem notitiam, licèt prædicto destinata videretur, accepi missam, ex omnibus provinciis Africæ competentibus litteris & solitis colloquiis synodum volui congregare, ut electi è numero fratrum & Episcoporum nostrorum ad adorabilem synodum vestræ beatitudinis destinarentur. Sed quoniam non est apertus accessus viæ, (Etenim infusa inimicorum multitudo & vastatio lata provinciarum, quæ aut extinctis habitatoribus aut profugatis miserandam exterminationis faciem in longitudinem & latitudinem extendentem facultatem consummavit veniendi) his igitur impedimentis convenire ad unum qui circum Africam sunt Episcopi nullatenus potuerunt. Quibus additur, quoniam imperiales in diebus Paschæ ad nos venerunt litteræ, quando vix usque ad venerabilem totius synodi conventum duorum mensium spatium restabat, quod vix sufficiebat & ipsi Africanæ synodo in unum convenire, etsi nulla difficultas ab hostibus præsens accideret. Hinc factum est, licèt legatos nullo modo destinare potuimus, propter reverentiam tamen debitam Ecclesiæ disciplinæ filium meum Bessulam Diaconum cum his excusationis litteris destinavimus, adorabiles fratres. Vnde postulo vestram sanctitatem, licèt credam auxilio Dei nostri per tantam synodum venerabilium sacerdotum firmam per omnia fidem catholicam futuram, ut operante sancto spiritu, quem vestris cordibus regendis credimus adfuturum, novas doctrinas & ante hoc ecclesiasticis auribus inexpertas, provincialis auctoritatis virtute repellere; & ita novis quibuscunque erroribus resistite ne eos quos pridem expugnavit Ecclesia in his temporibus quibus exorti sunt, & apostolicæ sedis auctoritas & in unum consonans sententia sacerdotalis frequenter sub habitu secundæ collocutionis vox videatur pridem
ablata renovari. [h] Si quid fortè noviter exortum est quæstionis, necesse est aut acceptum probe- h
tur, aut condemnatum possit discerni. Hæc autem de quibus jam pridem judicatum est si aliquis dimiserit ad secundam collocutionem evocari, nihil aliud videbitur siquidem de fide quam hactenus tenuit ipse ambigere. Deinde & propter posteriorum exemplum, ut hæc quæ nunc pro catholica fide definita sunt habere possint perpetuam firmitatem, hæc quæ jam à patribus sunt definita custodienda sunt: quoniam si quis voluerit quæ pro catholico statu decreta sunt in perpetuum manere, non sua auctoritate, sed antiquorum sententia debet confirmare quod sensit. Vnde sic hoc quidem ab antiquioribus, hoc autem à recentioribus videns, hoc quod confirmat probans unigenitam catholicæ Ecclesiæ veritatem à præteritis temporibus usque ad nostram simplici puritate & invicta auctoritate currentem semet & dicere doceat &
tenere. Hæc interim pro præsenti [i] legatione Afri- i

[a] QVATERN. III.] Hunc numerum nos addidimus ex codice Bellovacensi. Non extat enim in aliis antiquis, neque in editione Contiana, neque demum apud Marium Mercatorem. In Græco est, XXIII.

[b] FERVENTISS.] Codex Bellovac. *calidissimam*.

[c] PIET. DOGMA] Idem codex, *scientiam Dei dogma labentes*.

[d] DICAM] Ibid. *Possum dicere, dum tempus non haberent doctores aliquid de subtilibus verbis insinuare dogmatibus*

[e] ANTE] Ibid. *nullus ante eum de doctoribus ista loc. est.*

[f] RECVSATIONEM] Ita omnia vetera exemplaria. Contius habet *excusationem*, itemque textus Græcus. Itaque recusatio hoc loco significat excusationem.

[g] AVGVSTINI] Liberatus cap. V. *Scripsit Imperator sacram & beato Augustino Hipponiregiensi Episcopo per Ebagrium magistrianum, ut ipse Concilio præstaret suam præsentiam. Qui Ebagrius veniens Carthaginem, audivit à Capreolo ipsius urbis antistite beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum; acceptisque ab eo ad Imperatorem litteris loquentibus de obitu beati Augustini, Constantinopolim, unde venerat, rediit.*

[h] SI QVID] Aliter hunc locum refert Ferrandus Diaconus in epistola ad Pelagium & Anatolium *Habet quicquid forte nuper exoritur discussionis necessitatem, ut aut recipi probatum aut damnatum possit excludi. Ea verò de quibus antea jam judicatum est si quis admiserit in retractationem vocari, videbitur quam de fide quam nunc usque tenuit ipse dubitare.*

[i] LEGATIONE] Istius suæ legationis ad Concilium Ephesinum meminit Capreolus in epistola scripta ad Vitalem & Tonantium. *Iam enim intra orientis partes congregata gloriosa synodo sacerdotum, cui etiam legatio nostra non defuit.* Hanc epistolam à Petro Pithœo ad se missam primus in lucem emisit Baronius, non quidem è Pithœanis schedis, ut putavit Sirmondus, sed ex veteri codice Nicolai Fabri qui nunc extat in bibliotheca Ecclesiæ Parisiensis; in cujus margine ista adnotavit idem Faber: *Epistola Capreoli* (Pithœus supra lineam addidit, *Carthaginensis Episcopi*) *quam apparet Latinè conscriptam fuisse.*

ANNO CHRISTI 431 — CONCIL. EPHES.

cæ, quam destinare necessitas prædicta non concessit, venerabilibus vestris auribus sumnusi, plurimùm petens quatinus conspectis quæ in rebus sunt & temporibus calamitates, nostram absentiam nullam superbiam, aut negligentiam, sed manifestam necessitatem magis arbitrari dignamini.

a *Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit.* [a] Et epistola quæ lecta est reverentissimi & sanctissimi episcopi Carthaginis Capreoli inseratur fidei gestorum. Vult enim antiqua quidem valere fidei dogmata, recentiora autem, utpote adinventa & impiè dicta, reprobari & eici.

Omnes Episcopi clamaverunt. Hæ omnium voces sunt, hæc omnes dicimus, hæc omnium oratio est.

Sententia prolata à sancto Concilio contra impium & inimicum rectæ fidei damnans Nestorium.

Cap. XXVI. b SAncta synodus dixit. [b] Super alia, neque obaudire volente honorabili Nestqrio nostram vocationem, neque à nobis destinatos sanctissimos & reverentissimos Episcopos suscipiente, necessariò accessimus ad discussionem impiè ab eo dictorum, & comprehendentes eum & ex epistolis ejus & ex scriptis quæ lecta sunt & de nuper ab eo dictis in hac metropoli, & per testium depositionem, impiè sapientem & prædicantem, necessariò coacti sumus tam ex canonibus quàm ex epistola sanctissimi patris nostri & comministri Cælestini Episcopi Romanorum Ecclesiæ lacrymantes (Vid. Evagr. scholastic. lib. 1. c. 4.) c sæpius ad hanc mœrore plenam contra eum venire sententiam. Qui blasphematus igitur ab eo est Dominus noster Iesus Christus, definiit per præsentem sanctissimam synodum alienum esse eundem Nestorium ab episcopali dignitate & omni [d] collegio sacerdotali. d

Cyrillus Episcopus Alexandriæ subscripsi decernens cum sancto Concilio.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi decernens cum sancto Concilio.

Et omnes supradicti Episcopi subscripserunt in damnationem Nestorii, qui sunt ultra ducenti. Nam vices egerunt quidam aliorum Episcoporum venire non valentium ad Ephesinam metropolim.

Damnatio missa ad faciem ei altera die damnationis ejus.

Cap. XXVII. SAncta synodus quæ gratia Dei secundùm sanctionem reverentissimorum & Deo amabilium nostrorum Imperatorum congregata est in Epheso, Nestorio novo Iudæ. Cognosce temetipsum propter impias tuas prædicationes & circa regulas inobedientiam, secundùm quod placuit ecclesiasticis sanctionibus, Iunio mense præsenti, secunda & vicesima die, à sancta synodo damnatum & omni ecclesiastica lege extraneum esse.

Prolata definitio à sancto & universali Concilio Ephesino contra præsumentes vel docere aliquid vel conscribere citra definitionem expositæ fidei à trecentis decem & octo sanctis patribus in Nicæa.

PEtrus Presbyter Alexandriæ & Primicerius Notariorum dixit. Sancta & magna vestra synodus omnem potens providentiam rectæ apostolicæque fidei & dogmatum veritatis, providens quoque disciplinæ & ordini Ecclesiarum, definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si placet sanctitati vestræ, relegimus. Cap. XXVIII.

Sancta synodus dixit. Prolata definitio sancti hujus universalisque Concilii relegatur & inseratur gestis.

Nicæna synodus fidem hanc protulit.

CRedimus in unum Deum patrem omnipotentem. *& reliqua usque ad finem symboli.*

His igitur lectis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere citra definita à sanctis patribus qui in Nicæa congregati sunt cum sancto spiritu. Præsumentes autem proferre aut componere fidem alteram aut protendere aut proferre volentibus converti ad notitiam veritatis vel ex paganitate vel ex Iudaismo vel ex hæresi qualibet, hos, siquidem sint Episcopi aut Clerici, alienos esse Episcopos episcopatu & Clericos clero, si verò laici, anathematizari. Simili quoque modo si capiantur, sive Episcopi, sive Clerici, sive laici, aut sapientes aut docentes ea quæ sunt in prolata expositione à Charisio Presbytero de inhumanatione unigeniti filii Dei vel scelesta & perversa Nestorii dogmata, quæ etiam subjecta sunt, subiciantur sententiæ sancti universalisque Concilii. Palam namque est quia Episcopus quidem erit episcopatu depositus, Clericus autem similiter clero casurus. Si verò laicus fuerit, etiam is anathematizetur, sicuti prædictum est.

Epistola destinata ad Clericos & yconomos Ecclesiæ Constantinopoleos in ipsa die in qua ipsi missum est.

SAncta synodus gratia Dei in Epheso congregata secundùm sanctionem piissimorum & Deo amabilium principum nostrorum Lamprotato & Eochario reverentissimis Presbyteris & yconomis & reliquis reverentissimis Clericis Christo amabilis Constantinopolitanæ sanctæ Dei Ecclesiæ. Cognoscat vestra reverentia blasphemum Nestorium propter impias suas prædicationes secundùm ecclesiasticas sanctiones inobedientem hesterna die, quæ est præsentis mensis Iunii secunda & vicesima, à sancta synodo, secundùm quod placuit ecclesiasticis regulis, condemnatum & totius ecclesiastici gradus alienum. Custodite igitur ecclesiastica omnia, tamquam futuri etiam reddere rationem ei qui per voluntatem Dei & nutum piissimorum & Deo amabilium nostrorum Cap. XXIX.

[a] ET EPISTOLA] Hæc sic versa reperiuntur apud Vincentium Lirinensem. *Et hæc quæ lecta est epistola venerandi & multum religiosi Episcopi Carthaginensis Capreoli fidei gestorum inseretur; cujus aperta sententia est. Vult etenim antiqua fidei dogmata confirmari, novitia verò & superfluè adinventa & impiè promulgata reprobari atque damnari. Omnes Episcopi adclamaverunt: Hæ omnium voces sunt, hæc omnes dicimus, hoc omnium votum est.*

[b] SUPER ALIA] id est, *præter cetera*, ut Peltanus vertit.

[c] VENIRE] Ita codex Bellovacensis. Reliqui & Contius, *accedere*.

[d] COLLEGIO] Codex Bellovac. *conventu*.

Principum

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Principum ordinandus est Constantinopolitanorum Ecclesiæ.

Epistola Cyrilli Episcopi ad clerum & populum Alexandriæ.

CAP. XXX. CYrillus Presbyteris & Diaconibus & populo Alexandriæ dilectissimis & desiderantissimis in Domino salutem. Licet latiùs oporteret ea quæ gesta sunt vestræ insinuari reventiæ, sed tamen eò quòd urgerentur litterarum portitores, breviter scripsi. Scitote igitur quia octava & vicesima Paunii mensis synodus facta est in Epheso in majore Ecclesia civitatis, quæ vocatur Maria Dei genitrix. Perdurantes autem tota die, novissimè reprobatum & neque præsumentem accedere ad sanctam synodum blasphemum Nestorium condemnationi subjecimus & expulimus episcopatu. Sumus autem qui convenimus Episcopi ultra ducenti. Permansit autem omnis populus civitatis à manè usque ad vesperam expectans judicium sancti Concilii. Cùmque audissent quia damnatus est blasphemus, omnes una voce cœperunt favere sancto Concilio & glorificare Deum quoniam fidei cecidit inimicus. Egredientes verò nos ab Ecclesia deduxerunt cum lampadibus usque ad diversorium nostrum. Erat enim jam vespera. Et facta est multa lætitia & luminaria in civitate, ita ut mulieres quoque thymiamatheria tenentes antecederent nobis. Et ostendit salvator blasphemantibus gloriam suam quia omnipotens est. Futuri itaque sumus chartulas complentes factas in damnatione ejus jam festinare ad vos, comitante Deo. Omnes sumus in gaudio ac salute propter gratiam salvatoris. Valere vos in Domino opto, dilectissimi & desiderantissimi.

Relatio ad piissimos Imperatores à sancta synodo de damnatione Nestorii.

CAP. XXXI. PIissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus ac triumphatoribus semper augustis sancta synodus gratia Christi & nutu vestræ potestatis congregata in Ephesiorum metropoli. A progenitoribus veram fidem percipiens vestra pietas, Christo amabiles & à Deo servati Principes, ex hac quotidie crescente sollicitudinem plurimùm habetis dogmatum veritatis; pro quibus etiam tumultu facto non solùm in illa maxima civitate, sed etiam in toto orbe terrarum, ex his quæ prædicata sunt & edocta à Nestorio dogmatibus alienis existentibus à sanctorum patrum & sanctorum Apostolorum & evangelistarum traditione, non despexit vestra potentia ea quæ conturbabant sanctas Ecclesias & adulterabant fidei & veræ dogmata pietatis, sed ex omni metropoli congregari jussit vestra pietas Deo amabiles metropolitas Episcopos, deducens quoque quosque aliarum civitatum Episcopos, tempusque sufficiens ad concursionem usque ad Pentecosten decernens. Omnibus itaque nobis congregatis in Ephesiorum metropoli secundùm destinatas nobis inducias, tardare contigit sanctissimum Iohannem Antiochenum Episcopum. Sed arbitrati nos itineris difficultatem causam fuisse tarditatis, distulimus audientiam usque ad tempus sedecim dierum ex definitis induciis à vestra potentia. Et alii quidem sanctissimorum Episcoporum senectute compressi peregrinationis moram non ferebant, alii verò in [a] languore periculum patiebantur, quidam autem etiam vitæ terminum susceperunt in Ephesiorum metropoli, alii quoque paupertate constricti, adeuntes nos, cogebant audientiam. Post sedecim verò totos dies numeratos à sancta Pentecoste celebravimus audientiam. Quoniam verò etiam sanctissimus Episcopus Antiochiæ Iohannes per Alexandrum Apamiæ & Alexandrum Hierapoleos Deo amantissimos Episcopos præcedentes eum significavit nobis [b] habendum negotium, majori tarditate onerare sanctam synodum nolens, congregatis nobis in die mensis Iunii secunda & vicesima secundùm Romanos, & ante unum diem rogantibus per reverentissimos Episcopos mirabilem Nestorium sedere nobiscum & communicare de pietate & fide quæstioni, nullum ab eo clarum meruimus responsum, significante hoc solùm per eos qui missi sunt, quia cogito; & si probavero, occurro. In crastinum verò collecti in sancta & majore Ecclesia quæ appellatur Maria, proposito quoque sancto evangelio in media sede & ipsum nobis Christum præsentem monstrante, nos quidem secundùm canonum consequentiam rursus misimus ad eum tres alios sanctissimos Episcopos, rogantes occurrere ad sanctam synodum & doctrinæ suæ reddere rationem. At ille militibus suam domum circumdari procurans, cùm nulla esset neque fieret turba per civitatem, nec responso eos qui missi sunt dignos fecit. Canonibus autem præcipientibus evocari tertia vocatione inobedientem, dirigentes ad eum rursus alios sanctissimos Episcopos, contumacem invenimus, & remittente eos qui missi sunt cum multa verecundia & injuriis per eos qui ante domum ejus circumadstabant milites. Quia ergo non oportebat tantam sanctam synodum convenientem sine effectu manere, illo mala conscientia non occurrente, de fide & pietate necessariò movimus dogmata, præfulgere gestorum monumentis disponentes Deo amabiles litteras vestræ pietatis. Post quas expositionem piæ fidei proponentes, primitus quidem à sanctissimis Apostolis traditæ nobis, postea verò expositæ à sanctissimis patribus trecentis decem & octo in Nicæna civitate collectis à sanctæ memoriæ Constantino, cujus rectam fidem clariorem ostendit vestra potentia. Et expositioni huic primùm quidem de fide epistolas Deo amantissimi & sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli comparantes, consonas invenimus & dogmatibus & intellectibus & in nullo alienam ejus doctrinam piæ illius expositionis. Quia vero jam supererat ut compararentur dogmata prædicata [c] mirabilissimi Nestorii, (Non enim incerta erant, & in epistolis ejus apertè prædicata, & in codicibus & in publicis tractatibus manifestè divulgata; sed & in ipsa Ephesiorum metropoli apud quosdam reverentissimorum Episcoporum ab eo palam dicta. Non enim cessabat dicens non oportere dici Deum qui propter nos homo factus est, & exprobrans divinitati humana, quæ non propter infirmitatem sed propter clementiam in nos habitam suscepit, velut deridens venerabile [d] sacrumque mysterium nostrum, disputans autem adversùs reverentissimos Episcopos, præsumpsit dicere, quia ego [e] duorum mensium & trium mensium Deum non dico; & hæc

[a] LANGVORE] Codex Bellovac. *languoribus periclitabantur.*

[b] HABENDVM] Codex Bellovac. *continuandum.*

[c] MIRABILISS.] Codex Bellovac. *à mirandissimo Nestorio.*

[d] SACRVM] Idem codex, *divinum.*

[e] DVORVM] Codex Bellovac. *illum bimenstrem & trimenstrem Deum &c.*

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

ante tres omnes dies sancti Concilii, sicut etiam monumentorum continet fides) necessariò hæc quoque comparantes, expositioni sanctorum patrum repugnantia invenimus penitùsque contraria catholicæ & apostolicæ fidei, ut neque egeat satisfactione Nestorius, sed ipse sui quotidie fiat accusator, persistens in dogmatibus suis corruptis penitùsque contrarius catholicæ & apostolicæ fidei nostræ. Hac itaque causa ipsum quidem sacerdotio corruptaque doctrina removimus, depositionem ejus canonicam facientes, atque laudantes Deo amantissimum Episcopum maximæ Romæ Cælestinum, qui ante nostram sententiam reprehendit hæretica Nestorii dogmata, & ante nos protulit adversùs eum sententiam propter Ecclesiarum cautelam, & traditam nobis piam salutaremque fidem à sanctis Apostolis & evangelistis sanctisque patribus, quam pervertere nisus est corrupto sermone, & nimia multitudine quam reprehensus effudit. Vestræ siquidem potentiæ supplicamus quò omnem ejus doctrinam jubeatis auferri à sanctissimis Ecclesiis & inventos ubicunque codices igni contradi, per quos rescindere nititur Dei gratiam homini factam propter clementiam, quam ipse non clementiam sed injuriam putavit divinitatis. Si quis autem contemnit quæ sancta sunt, formidet vestræ potentiæ indignationem. Sic enim & apostolica fides inviolata permanet vestra pietate roborata, & omnes nos intentas orationes pro vestra potentia faciemus, per quam Christus glorificatur, & roboratur fides, & Dei gratia fit cunctis hominibus manifesta.

Ad clariorem quoque perfectioremque notitiam gestorum subjecta sunt etiam monumenta, & subscripserunt omnes qui prænominati sunt in monumentis Deo amabiles Episcopi.

Epistola Cyrilli ad quosdam de clero Constantinopolitanæ.

CAP. XXXII.

CYrillus Archiepiscopus Commationi & Potamoni Episcopis & Archimandritis monasteriorum, Domino Dalmatio & Timotheo & Eulogio Presbyteris, dilectissimis & desideratissimis, in Domino salutem. Sperabamus venientem honoratissimum Nestorium pœnitentiam agere in quibus blasphemavit ex quo ordinatus est & veniam postulare à sancto Concilio, licèt etiam sic periculosum esset donare veniam ei. Non enim possibile erat viro talia prædicanti, qui omnem pervertit orbem terrarum, & colendam Ecclesiarum commovit fidem, concedere veniam. Nam si etiam qui unam dimittere blasphemam præsumpserit vocem contra piissimos & Christo amabiles Imperatores, justè patitur indignationes legum, non potiùs impius qui totum venerabile convertit nostrum mysterium & perimit dispensationem quam sanctus & clemens Dei patris filius unigenitus propter nos implevit, dignatus homo fieri ut omnes nos salvos faceret & liberaret quæ sub cælo sunt & peccatis & morte. Veruntamen mirati sumus durum cor viri. Nam neque pœnituit neque flevit in his quæ dicere præsumpsit contra gloriam omnium nostrum salvatoris Christi; sed etiam in Ephesum veniens, iisdem sermonibus utebatur, & rursus ostendit semetipsum sapere perversa, ita ut insignibus metropolitanis Deo amabilibus Episcopis justè adversùs eum motis, deinde concludentibus eum per scripturam divinitus inspiratam, atque docentibus quia Deus est qui ex sancta virgine secundùm carnem natus est, nefanda voce usus diceret, *Ego*[a] *duorum mensium & trium mensium Deum non dico*, sed & alia super hæc pertinens inhumanationem unigeniti, data quidem est sancto Concilio dilatio sancta Pentecostes à Deo amantissimis nostris Imperatoribus. Primæ namque litteræ per quas evocati sumus hanc habent formam. Occurrimus autem ad Ephesiorum urbem ante definitum diem. Non enim fas erat contemnere dominicas sanctiones. Quia verò audivimus venire reverentissimum & Deo amantissimum Antiochenorum Episcopum Iohannem, sustinuimus sedecim dies, licèt omnis synodus clamaret & diceret quia ille non vult adsedere. Metuit enim ne forte depositionem sustineat honoratissimus Nestorius, captus ab Ecclesia quæ sub eo est, & fortè hac causa confundicur, quod etiam ostendit experimentum postea. Verè enim distulit venire. Præcedentes enim aliqui qui cum eo erant reverentissimorum Episcoporum ab oriente dixerunt: Mandavit nobis Dominus Iohannes Episcopus dicere beatitudini vestræ, quia si tardavero, agite quod agitis. Congregata igitur sancta synodus secundùm Alexandriam octava & vicesima Paunii mensis in maxima Ecclesia quæ vocatur Maria, vocavit eum mittens reverentissimos Episcopos ut veniret & probaret semetipsum & satisfaceret de quibus edocuit atque conscripsit. At ille primùm quidem responsum fecit dicens, quia cogito & video. Vocatus est secundo anagnostico à sancto Concilio, rursus missis ad eum Dei cultoribus Episcopis. Ille verò causam faciens illicitam, milites sumens à magnificentissimo Comite Candidiano, statuit ante domum suam cum fustibus, prohibentes ingredi quemquam ad eam. Cùmque persisterent destinati sanctissimi Episcopi dicentes quia nihil mali venimus dicere vel audire, sed sancta synodus eum vocat, occasionibus variis utebatur, utpote venire nolens. Percutiebat enim eum conscientia. Deinde usi sumus etiam tertio anagnostico, & rursus missis Episcopis ad eum ex diversis provinciis, iterum militum usus est violentia, & noluit advenire. Residens igitur sancta synodus & sequens Ecclesiæ sanctiones, & relegens epistolas ejus & expositiones, & inveniens blasphemiis eas plenas, attestantibus quoque insignibus reverentissimis Episcopis metropolitanis quia in ipsa Ephesiorum urbe contra nos disputans apertè dixisset quia Iesus non est Deus, deposuit eum & justam legalemque adversùs eum sententiam protulit. Quia verò fuit necessarium hæc ipsa cognoscere vestram sanctitatem, quos oportet maximè hæc ipsa nosse ut non subripiat aut ipse aut qui ei student, hæc necessariò nontiavi. Habemus autem & reverentissimi Episcopi Iohannis epistolam scriptam ad eum; per quam vehementer increpat ei tamquam inania & impia dogmata in Ecclesias introducenti & solventi prædicationem à sanctis[b] evangelistis & Apostolis traditam Ecclesiis. Quia verò nihil potest in suis blasphemiis dicere, occasionem sumit dicens: Quia rogavi dies quatuor differri donec veniret Antiochenorum Episcopus, & non adquieverunt dum memoratus sanctissimus Episcopus Iohannes declinaverit advenire. Nam si voluisset interesse, cur nuntiavit per Episcopos

[a] DUOR. MENS.] Codex Bellovac. *bimenstrem & trimenstrem*.

[b] EVANGELISTIS] Secuti heic sumus editionem Contii, quæ congruit cum textu Græco. Vetera exemplaria perperam habent *Ecclesiis*.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

sub manu sua constitutos, quia si tardavero, agite quod agitis. Sicut enim dixi quia nolui interesse, sciens quia omnino sancta synodus decerneret Nestorii damnationem; utpote impia blasphemaque loquentis adversus omnium nostrum salvatorem Christum. Quia ergo, sicut didici, relatæ sunt relationes à magnificentissimo Comite Candidiano, sapienter docere quia nondum monumenta quæ gesta sunt in damnatione ejus completa sunt in chartis; ideoque non potuimus neque relationem mittere quæ deberet mitti ad piissimos & victores nostros Imperatores. Cum Deo autem, dicendum est, subsequetur etiam relatio cum monumentis, si quis nos permiserit destinare qui deferre possit. Si igitur tardaverit monumentorum & relationis adventus, cognoscite quia non permittimur destinare. Valete.

Tunc populus simul in Constantinopolim una vox omnium: Anathema Nestorio.

Ascendit in altum sanctus Dalmatius, & dixit. Si vultis audire, quiescite & agnoscite, nolite impedire his quæ dicuntur sed magnanimes estote, ut verba subtiliter audiatis. Epistolam nunc lectam vestræ reverentiæ piissimus Imperator legit, & satisfactum ei est, quia ego dixeram Imperatori, quando venit ad me, quid debuisset scribere sancto Concilio, quæ dicta sunt ei & plenè non sunt scripta. Misit autem ad me, & lecta sunt; & ne contristarem eum, subsequentia præmisi, quæ deferentes non ostenderunt, sed pro eis alias ostenderunt litteras. Decentia ergo & consequentia locutus sum ei, quæ non licet modò dicere coram vestra reverentia. Non enim putetis quia elatus quidem sum aut gloriatus. Conteret enim Deus ossa simulatorum. Imperator omnia consequenter audivit quæ facta sunt, & gavisus est cum gratiarum actione ad Deum, & consonavit verbis consequentiæ sancti Concilii, sicut decet ejus imperium, non mea verba secutus, sed fidem avorum suorum & patrum. Tamen sicut decebat suscepit & legit, & satisfactum ei est. Et hoc dixit, quia si sic est, sine veniant qui interfuerunt Episcopi. Et dixi ei quia nullus eos venire permittit. Et dixit: Nullus prohibet. Ego autem dixi quia tenti sunt & venire prohibiti. Et dixi rursus quia ab illa parte & veniunt multi & vadunt sine prohibitione. Quæ verò à sancto Concilio aguntur nullus referre permittit vestræ pietati. Pars verò altera est domini. Dixi ipsi Imperatori coram omnibus: Quem vis audire, sex milia numero Episcopos, aut unum hominem impium? Sex milia verò dixi qui sunt sub potestate metropolitanorum sanctorum Episcoporum. Hoc ergo factum est ut mittatur & veniant qui ventori sunt, qui etiam ea quæ gesta sunt facient manifesta constitui. Dico autem sanctissimi Episcopi nunc venientes à sancto Concilio. Et dixit, quia bene quæsisti. Et iterum adjecit verbum unum, & dixit: Orate pro me. Et novi quia Imperator secutus est magis Deum & sanctam synodum, & nequaquam perversos homines. Orate ergo pro Imperatore & pro nobis.

[:†:]

Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ epistola scripta ab Epheso ad patres monachorum.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES. CAP. XXXI.

CYrillus reverentissimis & Dei cultoribus monachis & qui vobiscum sunt vitam monachicam adeptis & in fide Dei collocatis, dilectissimis & desiderantissimis, in Domino gaudere. Dominus Iesus Christus quando ab scelestis Iudæis passus est contumelias, dum malediceretur & palmis cæderetur flagellatus, & novissimè propter nos & pro nobis cruci adfixus, prospiciens omnes delinquentes in se scelesta super eum moventes capita, dicebat: *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & consolantem me, & non inveni.* Tale aliquid etiam nunc factum conspicimus, magis autem ut non fidelium germanorumque zelo injuriam faciam, Nestorii blasphemiæ plurimos habuerunt qui simul contristarentur, licèt declinassent quidam eum constituti in sacerdotio, cooperantes hæretico, & eum debellantibus resistentes. Sed destruit Christus eorum inruditiones, magis autem jam & destruxit. Cessavit enim os blasphemum, & tacuit scelestissima lingua [a] nequaquam contra Christum proferens blasphemias in potestate [b] doctrinali atque sacerdotali, & qui amicitiam ejus exoraverunt magis, & non de Christi dilectione cogitaverunt, [c] contumeliis habent vultus plenos. Hoc enim eis debebatur. Sed licèt victus sit jam inimicus, & simus in reliquiis cogitationis, egemus etiam sic vestris supplicationibus ad Deum, & est necessarium, vobis tamquam consecrantibus Deo vestram vitam, sanctas levare manus & sæpius hoc agere pro nobis. Considerate enim quia Iesus Nave cum electis Israel debellabat Amalech. Beatus autem Moyses manus elevans [d] expectabat à Deo ut vincere potuissent hi qui erant in bello & pugna. Confortetur igitur sanctitas vestra ad orationes, & tamquam filii germani patribus cooperamini languorem veluti quendam pestiferum Nestorii malam sectam abscidentibus, [e] ut & immaculatam & inviolatam & in nullo reprehendendam habentes fidem complacere valeamus omnia propter nos & pro nobis passo Christo. Lætificate igitur etiam per litteras nos. Suscipiemus enim tamquam [f] idoneam rem consolationem vestram. Valere vos oramus, carissimi atque desiderantissimi fratres.

Episcoporum qui inventi sunt in Constantinopolim commonitorium.

CAP. XXXIV.

COngregata sancta synodus in Epheso secundùm sanctionem piissimorum & Christo amabilium nostrorum Imperatorum, & inveniens inimicum Christi in hisdem perdurantem & impia prædicantem, damnavit eum, ut de cetero ab omni orbe terrarum scandala absciderentur. Et sicuti divulgatum est hoc in Constantinopolim, omnes illi homines studentes ei, & omnia ecclesiastica sumentes ab eo, circumveniebant veritatem. Dicimus autem custodientes naves, itinera, & non sinentes neque venire Constantinopolim aliquem à sancto Concilio neque illic proficisci,

[a] NEQUAQUAM] Hæc vox deest in libro Bellovacensi.
[b] DOCTRINALI] Idem codex, *magisteriali.*
[c] CONTUMELIIS] Ita omnia vetera exemplaria. At Contius habet *confusione.*
[d] EXPECTABAT] Ita codices Turonensis & Bellovacensis. Colbertinus & Contius, *expetebat.* Quæ lectio videtur esse melior.
[e] UT ET IMMACUL.] Codex Bellovac. *ut & incontaminatam & immaculatam & in nullo reprehens. hab. fi. compl. valeamus ei qui omnia propter nos passus est Christo.*
[f] IDONEAM] Idem codex, *sufficientissimam consolationem hanc rem.*

sed solùm ea quæ inimici sunt Christi & deferebantur & referebantur. Et quoniam nullus potest adversùs Deum, (quid enim est homo?) per dispensationem Dei venit epistola ab Epheso scripta ad sanctos Episcopos & monachos missa per mendicantem ligantem eum intra calamum; & ita mendicans & ferens calamum, hanc detulit. Et surgentia universa monasteria cum archimandritis suis exierunt ad palatium psallentes antiphonas. Erat autem sanctus Dalmatius unus archimandritarum, annos quadraginta octo habens quòd non egrediebatur monasterium suum, sed intus manebat inclausus, (Pissimus autem noster Imperator ibat ad eum & videbat eum) ita ut terræ motis sæpe factis Constaotinopolim, & crebrò rogante Imperatore ut exiret & letaniam faceret, nunquam suasus fuisset exire. Orante autem eo pro hoc, vox de cœlis ei descendit ut exiret. Deus enim noluit perire ejus gregem usque ad finem. Erat autem cum eis & populus multus orthodoxorum. Cùm ergo [a] venissent ad palatium, evocati ab Imperatore ingressi sunt archimandritæ, & remansit multitudo monachorum & populorum psallentium antiphonas. Deinde ingressi sunt promerentes justum responsum. Clamabant omnes mandata Imperatoris. Postea satisfecerunt, quia eamus ad basilicam sancti Mucii & relegimus etiam epistolam, & agnoscitis satisfactionem Imperatoris. Deinde perrexerunt omnes & monachi & populi, (Erat enim via [b] caput unum) psallentium ipsum ultimum psalmum, in ultimo loco civitatis; occurreruntque populis monachi cum [c] cereis psallentes. Et cùm vidissent multitudinem, clamaverunt adversùs inimicum, veneruntque ad basilicam sancti Mucii, & lecta est cis epistola.

Exemplar rescripti imperialis missi in Epheso per Palladium magistrianum.

Cap. xxxv. IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, sanctissimo Ephesino Concilio. Magnificentissimo Comite devotissimorum Domesticorum Candidiano insinuante didicit nostra pietas turbulenter quædam & citra quod decet in Ephesiorum gesta metropolim, neque omnibus, sicuti placitum erat, Dei cultoribus Episcopis convenientibus, cùm utique magnæ civitatis Antiochiæ Episcopus adpropinquare jam cum aliis Metropolitis futurus esset, neque his qui jam advenerant pariter cogitantibus aut alterutris concordantibus, neque ea quæ de fide sunt modo quo condecebat examinantibus, aut sicut semper directis nostris sacris continebatur epistolis, sed ut apertum esset quorundam adversùs aliquos odium propter plurimum studium circa quædam quolibet modo placita, neque velamine uti valentium. Ideoque quilibet putabit studio gesta quæ facta sunt. Vnde placuit nostræ [d] divinitati locum quidem talem nequaquam habere auctoritatem, his autem quæ [e] inconsequenter gesta sunt [f] vacantibus, quæ circa pietatem sunt verba, sicuti placuit, priùs examinentur, & secundùm quod communiter omni Concilio placuerit, in reliquum tempus valeant, non ferente nostra pietate ea quæ ex studio præsumpta sunt, sic autem in his quæ facta sunt indignante ut juberemus donec & ab omni Concilio dogmata pietatis examinentur, & dirigatur aliquis à sacro nostro palatio unà cum magnificentissimo Comite Candidiano, quæ gesta sunt secundùm jussionem nostram cogniturus, & quæ sunt incongrua prohibiturus, neque recedere aliquam congregatorum Episcoporum ab Ephesina civitate, neque ad sacrum nostrum venire comitatum, aut ad suam patriam remeare, quatenus nulli hoc liceat, neque speret facilè proventure. Idonea quidem & hæc sunt vestræ [g] beatitudini pronuntiare scripta, ne quid etiam aliud præter nostram jussionem his quæ facta sunt augeatur. Sciat enim sanctitas vestra quia & jam clarissimis judicibus provinciarum scriptum est nullum penitus permittere ad suam patriam vel civitatem extra nostram remeantem suscipi jussionem. Oportet enim omnia, secundùm quod Deo placitum est, sine contentione & cum veritate examinata sic à nostra pietate confirmari, non tamquam pro hominibus nunc neque pro sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Nestorio aut alio quolibet, sed pro ipso dogmate & ipsa veritate sollicitudinem habente nostra divinitate. Data [h] Kal. Iulias consulatu Fl. Antiochi & qui fuerit nuntiatus.

Monumenta quæ gesta sunt in Epheso sub præsentia eorum qui de Roma venerunt Episcoporum atque Presbyterorum.

POstconsulatu Dominorum nostrorum Flavii Theodosii tertio decimo & Flavii Valentiniani tertio perpetuorum Augustorum, sexto Iduum Iuliarum, qua est secundùm Ægyptios Epiphii sexta decima, synodo congregata in Ephesiorum metropoli per sanctionem Deo amantissimorum & Christo amabilium Imperatorum, & residentibus in episcopio Dei cultoris Episcopi Memnonis Dei cultoribus & Deo amabilibus Episcopis Cyrillo Alexandriæ [i] regente etiam locum sanctissimi & beatissimi Archiepiscopi Romanorum Ecclesiæ Cælestini, & Iuvenale Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philippensium obtinente etiam locum Rufi reverentissimi Episcopi Thessalonicensium, & Theodoto Episcopo Ancyræ Gallatiæ primæ, & omnibus [k] prænominatis Episcopis in statu monumentorum, ingressis quoquo & considentibus qui [l] ab Hesperia venerunt Deo amantissimis & Dei cultoribus Episcopis & legatis Arcadio

[a] VENISSENT] Codex Bellovac. *introissent.*
[b] CAPUT UNUM] Ita omnia vetera exemplaria. Malè apud Contium *Capaduna*. Peltanus rectè vertit, *ex capitalibus una.*
[c] CEREIS] Codex Bellovac. *cereolis.*
[d] DIVINITATI] θειότητι, quod Peltanus vertit *majestati.* Tum Imperatores in titulis ac rescriptis suis retinebant nonnulla ex moribus priscorum Imperatorum. Hinc divina epistola, divina manus, sacrum palatium, & similia.
[e] INCONSEQUENTER] id est, incongruè ac præter regulas.
[f] VACANTIBUS] id est, rescissis, cassatis, ut verbo sancti Leonis utar.
[g] BEATITUDINI] Codex Bellovac. *religiositati.*
[h] KAL. IULIAS] Ita omnia vetera exemplaria & editio Contii. Apud Peltanum legitur, *decimo tertio Calendas Iulias.* In editione Græca Romana, πρὸ ιγ' καλανδῶν ἰουλίων. Quo etiam modo habetur in exemplaribus Græcis bibliothecæ regiæ.
[i] REGENTE LOCUM] Heic gesta disertè aiunt Cyrillum tenuisse locum Cælestini in Concilio, ita ut nullus tergiversationi locus esse possit. Aderat Cyrillus & tamquam Episcopus Alexandriæ & tamquam vicarius Cælestini, sicut paulò post Flavianus Episcopus Philippensis interest & suo nomine & Rufi Episcopi Thessalonicensis.
[k] PRÆNOMINATIS IN STATU] id est, qui nominati sunt suprà cap. XXIV. in gestis de depositione Nestorii.
[l] AB HESPERIA] ab Italia, ab occidente. Qua etiam voce heic usus est Liberatus.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

& Projecto & Dei cultore Presbytero Philippo apostolicæ sedis & legato, Philippus apostolicæ sedis Presbyter & legatus dixit. Gratias agimus sanctæ & adorabili trinitati, quia nos humiles sancto vestro collegio dignos fecit. Dudum quidem sanctissimus Papa noster Cælestinus apostolicæ sedis Episcopus de præsenti negotio per epistolas suas ad sanctum & reverentissimum virum Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum Cyrillum decernere visus est; quas litteras sancto vestro collegio destinavit. Et nunc quoque pro firmitate catholicæ fidei ad omnium vestrum reverentiam per nos litteras destinavit; quas à nobis oblatas decenter suscipi jubete & cum debito honore sancto Concilio legi & ecclesiasticis inseri monumentis.

Arcadius & Projectus Episcopi & legati Romanorum Ecclesiæ dixerunt. Iubeat vestra beatitudo delatas vobis litteras sanctissimi & cum omni reverentia nominandi Papæ Cælestini apostolicæ sedis Episcopi relegi, ex quibus agnoscere poterit vestra beatitudo quam habeat curam pro universis Ecclesiis.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Suscepta epistola sanctissimi & per omnia beatissimi sanctæ apostolicæ Ecclesiæ Romanorum Episcopi Cælestini cum competenti honore relegatur sancto Concilio.

a *Siricius Notarius sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ* [a] *Latinè legit.*

b *Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit.* Lectæ sanctissimi & beatissimi Episcopi maximæ Romæ Cælestini litteræ piè & orthodoxè habentes [b] gestis inserantur.

Omnes reverentissimi Episcopi petierunt interpretari epistolam & legi.

c d *Philippus Presbyter apostolicæ sedis & legatus dixit.* Satisfactum est [c] consuetudini ut litteræ apostolicæ sedis in primis Latinè legerentur. Nunc verò similiter, quoniam vestra [d] exigit beatitudo ut etiam Græcè legantur, necessarium est desiderio vestræ satisfieri sanctitatis. Quod agere curavimus, ut Latina eloquentia Græcè transferatur. Iubete ergo suscipi & sanctis vestris auribus insinuari.

Arcadius & Projectus reverentissimi Episcopi & legati dixerunt. Sicut jussit vestra beatitudo, ut etiam ad omnium notitiam veniant litteræ quæ delatæ sunt, quoniam plurimi sunt sanctorum fratrum & coëpiscoporum nostrorum qui Latinè nesciunt, propterea etiam Græcè delata epistola est translata, &, si jubetis, relegitur.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Oblata interpretatio epistolæ suscepta relegatur.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum legit.

Epistola Papæ Cælestini ad synodum apud Ephesum constitutam.

CAPUT XXXVII.

e CÆlestinus Episcopus sanctæ synodo apud Ephesum [e] congregatæ. Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quia non potest veritas [f] nostra mentiri, cujus in evangelio ista sententia est: *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo; ibi & ego sum in medio eorum.* Quod cùm ita est, (Nam si nec huic tam brevi numero spiritus sanctus deest, quanto magis eum nunc interesse credamus quando in unum convenit tanta turba sanctorum) sanctum namque est pro debita veneratione collegium in quo utique nunc Apostolorum frequentissimæ illius quam legimus congregationis aspicienda reverentia est. Nunquam his defuit quem receperant prædicandum. Adfuit semper his Dominus & magister, nec docentes à suo doctore deserti sunt. Docebat ille qui miserat, docebat ille qui & dixerat quod docerent, docebat qui in Apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in commune Domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit, hereditario in hanc sollicitudinem jure constringimur quicunque per diversa terrarum eorum vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: *Ite, docete omnes gentes.* Advertit vestra fraternitas quia accepimus generale mandatum. Omnes etiam nos agere voluit qui illis sic omnibus in commune mandavit: Officium necesse est nostrorum sequamur auctorum, subeamus omnes eorum labores quibus omnes successimus in honore. Præstemus eorum diligentiam prædicatis; post quæ, monente Apostolo, nullam prædicationem jubemur admittere. Non est minor tradentis officio custodia traditorum. Illi jactaverint fidei semen, nostra hæc sollicitudo custodiat, ut incorruptum & multiplicem fructum nostræ patrisfamiliæ adventus inveniat, cui soli utique adsignatur ubertas. Loquente namque electionis vase plantare & rigare non sufficit, nisi Deus dederit incrementum. Agendum igitur nunc est labore communi ut [g] commissa & per apostolicam successionem huc usque detenta servemus. g Illud in nobis per quod secundùm Apostolum ambulemus arguitur. Non enim nunc species, sed fides nostra vocatur ad causam. Spiritalia arma sumenda sunt, quia bella sunt mentium & tela verborum, ut in nostri Regis fœdere perduremus. Omnes nunc ibi positos beatus Paulus Apostolus monet ubi Timotheo remeare mandavit. Idem igitur locus, eadem causa ipsum requirit officium. Nos quoque nunc agamus id quod agendum tunc ille suscepit, ne quis aliter sentiat, & quæstiones præstantibus fabulis ne quis intendat. Vt ipse præcepit, simus unanimes, unum, quia sic expedit, sentientes. Nihil per contentionem, nihil agere per inanem gloriam gestiamus. Vna anima cum uno corde sit cunctis; quandoquidem fides, quæ est una, pulsatur. Doleat, immo lugeat hoc nobiscum omne in commune collegium. Vocatur in judicium qui judicaturus est mundum, discutitur qui discussurus est omnes, & calumniam patitur qui redimit. Accingatur [h] armis Dei vestra fraternitas. h Scitis quæ galea caput

a LATINE] Hæc vox non habetur in Græcis exemplaribus, neque in Latinis nostris, uno excepto Bellovacensi, ex quo translata est in hanc editionem. Rectè autem habere hunc codicem sequentia probant.

b GESTIS INSER.] Ergo epistola Cælestini Latinè inserta est gestis. Vnde colligere possumus epistolam Cælestini ad synodum Ephesinam, qualem hodie habemus, eam ipsam esse quæ Latinè lecta est à Siricio.

c CONSVETVDINI] quæ descendebat ex more magistratuum priscorum populi Romani, qui *inter cetera obtinendæ gravitatis indicia illud quoque magna cum perseverantia custodiebant ne Græcis unquam nisi Latinè responsa darent*, ut scribit Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. Vide Suetonium in Tiberio cap. 71. & in Claudio cap. 16. & Rittershusium lib. 3. sacrar. lection. cap. 1.

d EXIGIT] Codex Bellovac. *exposcit.*

e CONGREGATAE] Codex Bellovac. *constitutæ.*

f NOSTRA] Addidimus hanc vocem ex codice Bellovacensi & ex editione Baronii.

g COMMISSA] Codex Bellovac. & Baronius, *credita.*

h ARMIS DEI] Hæc addita sunt ex eodem codice & Baronio. Non extant enim in Colbertino neque in Turonensi, neque apud Contium.

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

nostrum muniat, quæ lorica pectus includat. Non vos nunc demum ecclesiasticæ rectoris castra ceperunt. Nemo dubitet, favente Domino, qui facit utraque unum, depositis armis pacem futuram, quando se causa ipsa defendit. Respiciamus rursum etiam illa nostri verba doctoris, quibus propriè apud Episcopos utitur, ista prædicens: *Attendite*, inquit, *vobis & universo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei quam adquisivit sanguine suo.* Inde ad hoc vocatos eos legimus qui istud audirent quò nunc sanctitas vestra convenit. Ephesis ergo, quibus est fidei nota prædicatio, fit nunc erga hanc etiam nostra nota defensio. Exhibeamus huic nostræ mentis illa veneratione constantiam. Quæ sunt digna, quæ magna sunt, quæ pio sensu tranquillitas diuturna servavit, intemerata [a] apud nos quæ ab Apostolis sunt prædicata tegnarunt. Nunquam contra Regem Regum verba tyrannicæ dominationis admissa sunt, nec opprimi per falsitatem potuit negotium veritatis. Vos hortor, fratres carissimi, respiciatur illa sola dilectio in qua utique secundùm vocem Iohannis Apostoli, cujus reliquias præsentes veneramini, manere debemus. Sit oratio communis ad Dominum. Scimus quæ vis divinæ illius præsentiæ fit futura, supplicante concorditer tanta multitudine sacerdotum, quando locus ille moveri potuit in quo unanimiter duodecim legimus supplicasse. Quæ tamen fuit Apostolorum petitio deprecantium? Nempe ut acciperent verbum Dei loqui cum fiducia & ea per ejus manus virtutes agere quorum præstante Christo Deo nostro acceperant potestatem. Et vestro nunc sancto conventui quid est aliud postulandum quàm ut cum fiducia loquamini verbum Domini, quàm ut det servare quæ prædicare concessit, & repleti sancto spiritu, sicut scriptum est, licèt ore diverso, unum tamen quod ipse spiritus docuit proferatis. Istis omnibus breviter animati, quia, sicut ait Apostolus, scientibus legem loquor, & loquor sapientiam inter perfectos, adestote catholicæ fidei & Ecclesiarum quieti; adestote, quia sic dicendum est, & præteritis & præsentibus & futuris, rogantes atque servantes quæ ad pacem sunt [b] Hierusalem. Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros unanimes nobis & probatissimos viros Arcadium & Projectum Episcopos & Philippum nostrum Presbyterum, qui his quæ aguntur intersint, & quæ à nobis antea statuta sunt exsequentes: quibus præstandum à vestra sanctitate non dubitamus adsensum, quando id quod agitur videatur pro universalis Ecclesiæ securitate decretum. Datum VIII. Idus Maias Basso & Antiocho Consulibus.

[c] *Omnes reverentissimi Episcopi dixerunt.* Hoc justum judicium. Novo Paulo Cælestino. Novo Paulo Cyrillo. Cælestino custodi fidei, Cælestino unanimi synodi, Cælestino gratias agit omne Concilium. Vnus Cælestinus, unus Cyrillus. Vna fides synodi, una fides terrarum orbis.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. Iustam sancti Concilii sententiam demonstravit omnium Deus adventu litterarum Dei cultoris Episcopi Cælestini & præsentia vestræ beatitudinis. Nam & zelum sanctissimi & beatissimi Episcopi Cælestini demonstratis & studium circa piam fidem. Quia verò etiam gesta requisivit rationabiliter agnoscere vestra beatitudo, ex ipsis gestorum monumentis super deposito Nestorio satisfiet vestræ reverentiæ & de decreto justo sancti Concilii & de zelo atque concordia fidei quam etiam beatissimus & sanctissimus Episcopus Cælestinus maxima prædicat voce, quippe post vestram satisfactionem etiam reliquis nunc adiciendis in monumentorum gestis.

Epistola Papæ Cælestini ad Theodosium Imperatorem.

CAPUT XXXVIII.

CÆlestinus Episcopus Theodosio Augusto. Sufficiat licèt quod sollicitudo vestræ clementiæ circa fidei catholicæ defensionem, cui pro Christi Dei nostri amore, qui vestri imperii rector est, adesse modis omnibus festinatis, integram immaculatamque eam, pravorum dogmatum damnato errore, servatis, in hoc semper munimen vestri constituentes imperii, scientes regnum vestrum sanctæ religionis observantia communitum firmius duraturum; sed huic cælesti curæ vel gloriæ unusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus, & huic synodo, quam esse jussistis, nostram præsentiam in his quos misimus exhibemus, pietatem vestram sub divini obsecrantes obtestatione judicii ne quid turbidæ novitati licere vestra mansuetudo permittat, neve facultas aliqua his qui divinæ majestatis potentiam in humanæ disputationis rationem arctare contendunt, quo perturbetur pax ecclesiastica, tribuatur. Major vobis fidei causa debet esse quàm regni, ampliùsque pro pace ecclesiarum clementia vestra debet esse sollicita quàm pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera si primitus quæ Deo sunt cariora serventur. Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria suæ prosperitatis implevit. Moyses populi liberator zelum Domini contra eos, si quos à Dei vero cultu recessisse probaret, armavit. David Regem sua præcepta servantem in regno, ut illi inimicos suos subderet, Dominus custodivit. His, rogo, exemplorum vallati præsidio, fide, observatione, virtute, universalis Ecclesiæ in Deum nostrum piissimum cultum, ne sibi aliquid dissensio vindicet, custodite. Pro vestri enim imperii salute geritur quicquid pro quiete Ecclesiæ vel sanctæ religionis reverentia laboratur. Hæc gloriosissime & tranquillissime Imperator Auguste, quia in vestro corde esse novimus, Deum illic inesse non dubii, augustis etiam auribus per fratres & coëpiscopos meos Arcadium & Projectum & compresbyterum meum Philippum, quos misimus, intimamus, hoc à pietate vestra suppliciter deposcentes, quod vos habere credamus in votis, ut quod à Deo petitis, hoc in fidei ipsius causa præstetis. Data Idibus Maii Basso & Antiocho Consulibus.

[a] APUD N. Q. A. A. S. PRÆDICATA] Hæc rursum addita sunt ex codice Bellovacensi & Baronio.

[b] HIERUSALEM] Codex Colbertinus & Turonensis habent *Israhelem*.

[c] OMNES] Codex Bellovacensis non habet istas acclamationes synodales. Earum verò loco positum est commonitorium datum Legatis apostolicæ sedis euntibus ad orientem, quod nos edidimus suprà pag. 381. Sequuntur postea in eodem codice epistolæ Cælestini ad Theodosium & Cyrillum, quæ in Colbertino non extant, neque in Turonensi. Eas ergo addidimus ex Bellavacensi.

Anno Christi 431.

Ejusdem Cælestini epistola ad Cyrillum Alexandrinum.

Concil. Ephes. Caput xxxix.

CÆlestinus Episcopus Cyrillo Episcopo Alexandrino. Intelligo sententiam sapientissimi Salomonis impletam. Non enim aliter quam sitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuntium per litteras tuæ dilectionis accepi, quæ nos invicem nostri consilii participatione conjungunt. Indifficulter est Ecclesiarum & catholicæ fidei speranda tranquillitas, quando pro hac elaborare Christianissimos Principes sic videmus. Non est inefficax in divinis maximè causis cura regalis, quæ pertinet ad Deum, qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breviter responsum tuæ reddimus sanctitati. Etenim quæris utrum sancta synodus recipere debeat hominem à se prædicata damnantem; an quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret. Super hac utique consultatione communi communem Dominum consulamus. Nonne nobis respondet ilico per Prophetam, mortem se nolle morientis, & per Apostolum Paulum, omnem hominem velle salvum fieri & venire ad scientiam veritatis? Nunquam displicet Deo accelerata in quocunque correctio. Tuæ sit sanctitatis, cum venerando fratrum consilio, ut orti in Ecclesia strepitus comprimantur, & finitum Deo juvante negotium votiva correctione discamus. Conventui autem nos deesse non dicimus. Neque enim ab his absentes esse possumus quibus nos ubicunque positis fides tamen una conjungit. Nolo nos corpore isto censeri cujus præsentiam Apostolus assignat infirmam. Illic sumus, quia quod illic pro omnibus agitur cogitamus Spiritaliter agimus quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicæ, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere forsitan deesse videamur. Nam etsi & nobis sustinentibus vuam, spinas sibi addiderit, impleatur, manentibus statutis prioribus, sui fructu judicii; colligat quod sulco diabolico seminavit, non nostro consilio, sed se periturus auctore. Probet nos veloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, quando sibi etiam remedium cognoscat oblatum. His autem quos erga catholicam fidem tua fraternitas dicit se habere suspectos, si scripta direxerint, pro qualitate rerum eis nos respondere necesse est. In quo negotio nemo subripiet quin tota cautione tractetur. Data Nonis Maii Basso & Antiocho viris clarissimis Consulibus.

Epistola scripta à sancto Concilio ad clerum & populum Constantinopolitanum de depositione Nestorii.

Cap. xl. SAncta magnaque & universalis synodus gratia Dei collecta in Ephesiorum metropolim Dei cultoribus & reverentissimis compresbyteris & condiaconibus & omni clero ac populo sanctæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Domino salutem. Venimus ad nuntium nimis ingemiscendum, primùm quidem in hoc quod actum est flentes, ex necessitate verò, & ne plurimi impietatis peste caperentur, ad abscidendum ægritudinis hujus auctorem. Remotus enim est sacerdotio Nestorius, opus suæ impietatis effectus, cujus testes vos estis ex præsumptis apud vos ejus crebris allocutionibus. Augmentum quoque malorum est etiam quam hic protulit blasphemia. Nam neque denuntiatum [a] sanctum Concilium, neque multitudo horum qui propter pietatem congregati sunt, retinuit eum ab impetu; sed adjecit blasphemias crudeliores, duorum mensium & lacte nutritum non pati adorandum, & eum qui fugit in Ægyptum non nominandum Deum; ut ex hoc omnis quæ propter nos à salvatore facta est dispensatio penè fieret simplicioribus dubia. Vestræ autem orationis fiat opus intentè ad Deum celebrandæ, ut dignus sede magnæ civitatis inveniatur qui vobis sit futurus Episcopus. Regia enim civitate piè gubernata, commune omnibus sanctis Dei Ecclesiis lucrum erit.

Anno Christi 431. Concil. Ephes. a

Cyrillus Episcopus Alexandriæ vos in Domino oro [valere,] dilectissimi atque desiderantissimi.
Philippus Presbyter Ecclesiæ Apostolorum.
Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum.
Arcadius Episcopus Legatus.
Projectus Episcopus Legatus.
Firmus Episcopus Cæsareæ.
Flavianus Episcopus Philippensium.
Memnon Episcopus Ephesi.
Theodotus Episcopus Ancyræ.
Verinianus Episcopus Pergæ.

Cum fuerint qui deposuerunt Nestorium ultrà ducenti, sufficerunt nobis suprascripta subscriptiones.

Epistola scripta à clero Constantinopolitano ad sanctum Concilium.

DEi cultoribus & sanctissimis patribus nostris congregatis secundùm præceptum piissimorum Imperatorum ex orbe terrarum in Ephesina metropoli, Cyrillo, Iuvenali, Memnoni, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Amphilochio, Eleusio, Palladio, Veriniano, Iconio, omnique reliquo sancto Concilio, à Dalmatio, Tigrio, Sampsonio, Maximiano, Iohanne, Evandro, Modestiano, Adelphio, Philotheo, Eulogio, Basilisco, Florentio, & omni Constantinopolitano clero. Semper & à [b] juvenili ætate in orthodoxo dogmate gloriantes, sanctorum patrum [c] traditum conservare studium festinavimus. Propterea verò rursus à vestra sanctitate dudum ad memoriam deducti ex his quæ Deo amantissimus & sanctissimus Archiepiscopus Cyrillus scribere nobis dignatus est, gratias professi sumus salvatori Christo. Apertè igitur pro ipsa fide correctiones plurimæ atque magnæ manifestatæ sunt nobis. Vnde etiam depositionem dudum præsidentis nobis Nestorii, eò quòd adulteraverit apostolica salubriaque & pia dogmata, factam à vestra beatitudine cognoscentes, memoratas chartas à piissimis & Christo amabilibus nostris Imperatoribus Theodosio & Valentiniano tamquam missas à vobis, sanctissimi, suscepimus, & coram sancta Dei Ecclesia congregato omni populo legi mox fecimus. Sciat igitur vestra sanctitas quia populus consonans nobis factus est, multisque favoribus & in vestra sancta universalique usus est synodo, & in triumphatoribus Imperatoribus, [d] qui sollicitudinem habuerunt Deo amabilis vestræ congregationis. Nos autem gavisi quæ præ maioibus sunt scripsimus, & rogamus ut oret quidem

Cap. xli. b c d

[a] San. Concil.] Codex Bellovac. *sancta synodus.*
[b] Ivvenili] Ita codex Colbertinus. Turonensis & Corius, *juvenali.* Bellovac. *à juventute.*
[c] Traditvm] Codex Bellovac. *tradit enim conservare studium ponimus Propter eam verò &c*
[d] Qvi sollic.] Codex Bellovac. *quia sollicitud,*

pro nobis sacratissima vestra [a] beatitudo & curam habeat pro reliqua disciplina sanctæ Dei quæ apud nos est Ecclesiæ. Hoc enim solummodo reliquum esse perspicit vestra magna recti dogmatis providentia, ut omnia ad terminum perducantur Domino Christo placentem, & nulli alteri nisi vestræ sanctitati omnia quæ circa nos sunt & piissimis atque Christo amantissimis Imperatoribus adscribantur. Dalmatius Presbyter & Archimandrita pater monasteriorum orare pro me rogo vestram sanctitatem.

Epistola universalis Concilii ad Augustos.

Cap. XLI. Piissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus, semper augustis, sancta synodus quæ gratia Christi & nutu vestræ potentiæ congregata est in Ephesina metropoli. Vestra quidem potestas pietatem firmare volens, imperavit sancto Concilio quæstionem de dogmatibus facere subtiliorem; quam etiam fecimus, & antiquam traditionem sanctorum Apostolorum & evangelistarum sequentes & trecentorum decem & octo patrum in Nicæa congregatorum; quam etiam interpretantes concorditer & una sententia manifestam vestræ fecimus pietati in ipsis monumentis quæ gesta sunt, in quibus Nestorium diversa sapientem apertè comperientes damnavimus. Nam neque Ephesiorum metropoli suum celavit sensum, ut probationibus aliis egeremus; sed clamabat per singulos dies, quæ aliena sunt fidei prædicans apud plurimos dogmata, & singula particulatim in gestis monumentorum manifesta fecimus vestræ pietati. Sed quoniam amicitiam Nestorii pietati præponens magnificentissimus Comes Candidianus auditui vestræ pietatis subripere festinavit, antequam cognosceret subtiliter quæ gesta sunt vestra potentia, antequam susciperetis monumenta, antequam cognosceretis quæ facta sunt, & studuit
b [b] ipsa sibi placita & grata Nestorio suggerere vestræ pietati antequam cognosceret vestra potentia quod verum est ex lectione gestorum, in quibus ostendimus nullum contra Nestorium odium exercentes, sed ipsa exponentes dogmata pietatis, quibus comparantes quæ à Nestorio prædicata
c sunt habentia [c] increpationem ex litteris Nestorii & epistolis & in publico factis sermonibus, sententiam protulimus sancto evangelio in medio constituto & demonstrante nobis præsentem Dominum omnium Christum. Supplicamus igitur vestræ potentiæ ut nullum suscipere dignemini præponentium hominum amicitias pietati. Nam talem sentientes affectum Deo amabilis Episcopi Iohannis Antiocheni tamquam volentis amicitiæ præstare magis quàm quod utile est fidei considerate, ex quibus neque vestræ potentiæ minas timens, neque zelo motus olim traditæ fidei, sanctam distulit synodum per viginti & unum dies post datas inducias à vestra potentia, coacti sumus omnes sancti Concilii orthodoxi & solam amantes fidem quærere quæ de pietate sunt, hoc passum & Deo amabilem Episcopum Iohannem arbitrari quod ostenditur passus & magnificentissimus Comes Candidianus. Non enim omnium est hominum amicitiis præponere pietatem. Erat igitur in Deo amabili Episcopo Iohanne suspicio nostra non inanis nec vana. Veniens enim manifestum seipsum fecit sancto Concilio quia quæ Nestorii sunt sapit, sive amicitiæ donans, sive communicans erroris dogmatis illius. Sed quoniam apertè quæ gesta sunt innotescere vestræ potentiæ prohibemur, sicut diximus, magnificentissimo Comite Candidiano nos quidem prohibente insinuare secundùm piam rationem quæ gesta sunt, omne verò studium conferente Nestorio, supplicamus vestræ potentiæ ad cognoscendum secundùm Deum studium sancti Concilii evocari magnificentissimum Comitem Candidianum & quinque de sancto Concilio probaturos coram vestra pietate quæ gesta sunt. Callidi namque sunt, quia alia præter piam fidem sapiunt ad obumbrandum errorem, ita ut quidam sanctissimorum Episcoporum celato quidem errore à Nestorio caperentur & adicerentur ei, & his quæ ab eo sunt gesta subscriberent: qui cùm apertè interrogantes eum invenissent revelantem suas blasphemias, recedentes ab illo, sanctum Concilium adierunt, ipsam blasphemiam ejus manifestam facientes, & nobiscum memoratum Nestorium condemnantes, ut remanerent apud Nestorium & reverentissimum Episcopum Iohannem Antiochiæ triginta & septem plus minùs, quorum plurimi rei consistentes causis & sententiam metuentes sancti concilii, sicuti diximus, sunt adjecti Nestorio; quorum etiam vocabula direximus vestræ potentiæ. Alii quidem sunt in dogmatum pravitate tamquam Pelagiani existentes & contraria pietati sapientes, alii verò damnati jam ante plurimos annos, alii quoque qui in aliis accusationibus malignis deberent post probationem mulctam suscipere à sancto Concilio habente omnes totius orbis sanctissimos Episcopos unum idemque sapientes, eò quòd & maximæ Romæ ibi sit præsens Concilio, & [d] qui de Africa sunt, per d
Dei custorem & Archiepiscopum Cyrillum, cui etiam suam voluntatem unientes, segregati solummodo loco, & ejus & omnium [e] nostrorum e
sententiæ consenserunt. Neque enim subvenit aliquis Nestorio & reverentissimo Episcopo Iohanni Deo amantissimorum Episcoporum, nisi & ipse callidus existeret sub schemate sermonum celare suam impietatem, & qui nunc cum eo sunt, timuerunt à sancto Concilio futuram super se mulctam decerni. Nos autem [f] detenti rescribere ve- f
stræ potentiæ, latitudinem horum quæ passi [g] su- g
mus à magnificentissimo Comite [h] Irenæo, bre- h

[a] Beatitudo] Ibid. *religiositas.*

[b] Ipsa sibi] Codex Bellovac. *ipse sibi placita & quæ donaret Nestorio.*

[c] Increpat.] Ibid. *invectionem.*

[d] Qui de Africa] Vir clariss. Ioannes Launoius ex hoc loco validum, ut ipse putabat, telum desumpsit adversùs eos qui censent Cyrillum tenuisse vices Cælestini Papæ in Concilio Ephesino, hoc perductus auctoritate editionis Romanæ hujus Concilii, in qua legitur Episcopos Africanos per Cyrillum repræsentatos interfuisse synodo. Ex quo collegit Launoius debuisse hoc loco patres dicere Episcopum sedis Romanæ repræsentatum fuisse per Cyrillum, si is re vera fuisset vicarius Cælestini. Sed totum istud argumentum facilè ruit hac sola responsione, vocem *repræsentati*, quam editores Romani addiderunt in hoc loco, neque extare in textu Græco, neque in antiquis versionibus, neque demum in ea quæ Peltani est, adeoque nullius auctoritatis esse hunc locum ut ostendatur vicariam Cælestini dignitatem non fuisse tum in persona Cyrilli. Est & alia responsio facilis, sed ista sufficit.

[e] Nostrorum] Ita codex Colbertinus & Bellovacensis. Turonensis & Contius habent *nostrum.*

[f] Detenti] Codex Bellovac. *prohibiti.*

[g] Sumus] Secuti sumus editionem Contii & exemplar Bellovacense. Reliqua habent, *sunt.*

[h] Intimara] Addidimus hanc vocem ex libro Bellovacensi.

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

viter non potuimus [c] intimare, qui omnem sanctam synodum conturbavit, & tertorem imposuit sanctissimis Episcopis per tumultus quosdam extraneasque concussiones, ut etiam plurimi nostrorum circa ipsam periculum paterentur vitam. Sed etiam particulariter edocebimus vestram serenitatem, si nobis quod poscimus præbeatur à vestra pietate, ut venientes quinque à sancto Concilio, quæ per singula disposita sunt vestram potentiam doceant. Et congregari quidem, tegulareque proferentes contra hæreticum Nestorium decretum damnationis, sumus ultra ducenti ex omni terrarum orbe collecti, nobiscum pariter decernente etiam omni occidente. Subscripsimus autem pauci huic relationi, præsentibus universis atque consentientibus, eò quòd præcipuè festinaret devotissimus Palladius magistrianus, & non sustine-
b tet moram subscriptionis universorum. [b] Deus, qui super omnes est, imperium vestrum multis annorum curriculis conservet, piissimi victores semper augusti. Deus, qui super omnes est, imperium vestrum multis annorum curriculis conservet, piissimi victores semper augusti. Deus, qui super omnes est, imperium vestrum multis annorum curriculis conservet, piissimi victotes semper augusti.

Flavianus Episcopus Philippensium subscripsi.

Et sunt nomina eorum contra quos scriptum est ista. Iohannes Antiochia Syriæ, Macharius, Alexander, Apringius, Alexander, Helladius, Iohannes, Musæus, Helladius, alter Helladius, Gerontius, Antiochus, Iacobus, Petrus, Himerius, Eutherius, Strangulius, Iulianus, Diogenes, Placon, Theodoritus, Melitius, Paulus, Marcellinus, Maximinus, Dexianus, Asterius, Dorotheus, Zevenas, Fritilas, Theosebius, Anastasius, Basilius. Isti soli communicatores impiorum dogmatum Nestorii, circumeuntes per civitatem, turbas & seditionem movent, ordinationes promittentes, ita ut omnes qui in civitate orthodoxi sunt, & ex hoc timoris suspicionem habent, eos ab illicito conamine prohiberent.

c [c] Data Kal. Iulias, Epiphii septima, Indictione XV.

d [d] *Libelli oblati sancto concilio à sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandriæ & Memnone Ephesiorum.*

Cap. XLIII. *Post consulatum Dominorum nostrorum Flavii Theodosii XIII. & Flavii Valentiniani III. PP. Augustorum, XVII. Kal. Augustas, congregata synodo in metropoli Ephesi per sanctionem à Deo custoditorum Principum, residentibus in sancta Ecclesia quæ vocatur Maria viris reverentissimis & Deo amantissimis Episcopis Cyrillo Alexandrino obtinente etiam locum sanctissimi & beatissimi Romanæ Ecclesiæ Cælestini Archiepiscopi,* [e] *Hesychius dixit:*
e Per omnia sanctissimus Archiepiscopus Alexandriæ sanctæ Ecclesiæ Cyrillus & sanctissimus Ephesi Memnon libellos obtulerunt sanctissimæ & universali synodo quæ decreto Deo amabilium Principum in hac metropoli Epheso congregata est; quos præ manibus habentes, si jusserit sanctitas vestra, [f] prælegimus. f

Iuvenalis Episcopus Hierosolymitanus dixit. Relegatur oblatus libellus à sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandrino & Memnone Ephesiorum, & inseratur gestis.

Hesychius Diaconus legit.

Sanctæ synodo quæ per gratiam Dei & decretum a Deo amatorum & Christum amantium Principum congregata est in hac Ephesi metropoli, Cyrillus Alexandrinus Episcopus & Memnon Episcopus ejusdem Ephesi. [g] Pia sanctio Deo g
amantissimorum Principum in hac Ephesi metropoli & nos & vestram sanctitatem convenire jussit, quatenus recta & apostolica definitio communi sententia [h] confirmaretur, & examinaretur h
noviter assumpta hæresis à Nestorio. Sed vestrum sanctum Concilium rectè & regolariter faciens omne, convenit in hanc sanctam Ecclesiam hujus metropolis; vocavit autem prædictum Nestorium ut ingrederetur ad Concilium & satisfaceret de his quæ in expositionibus blasphemavit & in propriis epistolis, impias & erroneas voces [i] emisit contra i
omnium nostrum salvatorem Christum. Tertiò autem vocatum, & nolentem occurrere, [k] eò quòd k
eum mala conscientia percellebat, leges ecclesiasticas sequens sancta synodus eum damnationi subjecit, omnibus de eo subtiliter examinatis, cùm ei satisfactum fuisset quòd hæreticus basphemus esset. His ita gestis & relatis ad notitiam piissimorum Principum, tandem aliquando Ephesum & quando voluit veniens Antiochenus Iohannes,
[l] congregatis quibusdam, sicut didicimus, eorum l
qui secundùm Nestorium sapiunt, ex quibus quidam olim sunt condemnati, alii autem nec civitates [m] habentes, & sunt nomine tantùm Episcopi, m
tamquam indignè [n] ferentes quia glorificatus est Christus, justam damnationem perferente eo qui in eum blasphemaverat, nescimus quemadmodum, si tamen omnino verus rumor est, omnem legem

[c] Irenæo] præcipuo Nestorii defensore, qui & in gratiam ejus scripsit opus quod vocavit Tragœdiam.

[b] Deus] Hæ acclamationes sive vota ter repetuntur in Colbertino & Turonensi exemplaribus. quod adnotare alicujus momenti esse putavi. Bellovacense mutilum est in hoc loco. Ceterùm & manuscripta Græca Bibliothecæ regiæ & editiones ista non repetunt, neque item editio Contiana.

[c] Data] Hæc addita sunt ex tribus antiquis exemplaribus, cùm non extent in editionibus.

[d] Libelli] Pro isto titulo codex Bellovacensis ita habet. *Acta excommunicationis Episcopi Iohannis Antiocheni & Episcoporum qui cum eo fuerunt.*

[e] Hesychius] Retinuimus lectionem exemplarium Colbertini & Turonensis, quam etiam exhibet editio Contiana. Codex Bellovacensis ante vocem *Hesychius* hæc addit. *Alibi hæc quæ subdita sunt infrà leguntur. & Arcadio Episcopo & Legato Romanorum sedis, & Projecto Episcopo & Legato Romanorum sedis, & Philippo Presbytero & Legato Romanorum sedis, & Iuvenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, Flaviano Philippensium obtinente etiam locum Rufi reverentissimi Episcopi Thessalonicensium, & omnium qui praeordinati sunt in textu gestorum, Hesychius Diaconus dixit.* Quæ etiam reperiuntur in textu Græco, & manifestum est esse hujus loci. Verùm noluimus ea addere in contextu, ut lectori pateat varias olim fuisse istorum gestorum editiones.

[f] Prælegimus] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet, *relegent.* Contius, *legemus.*

[g] Pia sanctio] Codex Bellovacensis. *Pium decretum.*

[h] Confirmaretur] Idem codex, *confirmetur, examinari autem & noviter adsumtam hæresim à Nestorio. Sed vest. sa. Concil. rectè & regulariter omnia agens.*

[i] Emisit] Contius habet, *emittens.* quod videtur melius. Verùm maluimus sequi consensum veterum librorum, qui ita habent sicuti nos edidimus, nisi quòd Bellovacensis habet *dimisit* pro *emisit*

[k] Eo quod] Ita codex Turonensis. Duo Colbertini & Contius legunt, *ob hoc quòd.*

[l] Congregatis] Codex Bellovac. *congregatum quibusdam ab eo, sicut didicimus, his qui secundùm &c.*

[m] Habentes] Ita codices Turonensis & Colbertinus & Contius. Bellovacensis habet, *habent, sed sunt nomine.*

[n] Ferentes] Idem codex, *ferens.*

[a] conculcans ecclesiasticam, & injurians omnem consequentiam, impiam & non legitimam construxit chartam, putansque nos damnationis nomine posse [b] percelli, contumeliis intolerabilibus adfecit, dum hæc quæ Nestorium damnaverat synodus plus ducentos numero habuerit Episcopos, illo autem congregante hæreticos alios & incusatos [c] triginta ferè numero, & neque ex constitutis ecclesiasticis, neque ex sanctionibus imperialibus habens potestatem aut judicare cuidam nostrum aut omnino aliquid tale tentare, maximè contra majorem sedem, dum utique etsi eum liceret judicare, convenerat regulas sequi ecclesiasticas & admonere nos, qui contumeliis affecti sumus, & cum hac universa sancta nostra synodo vocare ad satisfactionem. [d] Nunc autem horum nihil excogitans, neque timorem Dei in animo habens, eadem hora qua Ephesum ingressus est occultè & nullo [e] nostrum omnino sciente quæ præsumebantur, suum delusit caput, ne dicamus ecclesiasticas leges, & sententia condemnationis injuriat nos, qui nescimus usque ad hodiernum diem vel qualem habuit ad hanc rem occasionem. Quoniam igitur consequens est non sic calcare ecclesiasticas leges, [f] nec inaniter contra potiores insurgi, aut talia occultè præsumi quæ non fierent contra aliquem unum ultimum Ecclesiæ gradum tenentem & sub potestate ejus constitutum, hic autem est ipse cum illis qui hoc eum eo egerunt, necessariò offerimus vestræ reverentiæ istos libellos, adjurantes vos per sanctam & consubstantialem trinitatem evocare & ipsum Iohannem & qui cum eo facinus operati sunt, ut venientes ad sanctam synodum, satisfaciant de sua præsumptione. Parati enim sumus docere eum injustum & non legitimum contra nos injoriæ facinus admisisse.

Acacius Episcopus Melitinensis dixit. [g] Ex abundanti est quidem de accusatis suspicio, sive & ipsa vera sit & superabundans petitio sanctorum & Deo amabilium Episcopotum Cyrilli Alexandrini & Memnonis Ephesii. Neque enim possibile erat qui se ipsos à sancta synodo subtraxerunt, & adjecerunt se eis qui malæ sectæ Nestorii sunt conjuncti, & sub crimine tanto & tali facti præsumere contra [h] priores universalis hujus sanctæ synodi aliquid agere, nullam omnino habentes auctoritatem. Quoniam autem placuit vestræ sanctitati & pro his eos ad judicium trahi, admonitus per reverentissimos Episcopos Archelaum, Paulum, & Petrum princeps hujus discissionis Antiochenus Episcopus Iohannes, de quibus incusatur satisfaciat, qua ratione talia præsumpsit.

Et cùm perrexissent Archelaus Episcopus Myndi Cariæ provinciæ, & Paulus Episcopus Lampæ Cretæ provinciæ, Petrus Episcopus Parembolon Palæstinæ, & dum reversi fuissent, Firmus Episcopus dixit. Doceant reverentissimi Episcopi qui mandatum ministrare ad reverentissimum Episcopum Iohannem deputati sunt, quod ab eo responsum acceperunt.

Paulus Episcopus Lampæ dixit. Missi à vestra sancta synodo ad reverentissimum Episcopum Iohannem Antiochenum, proximi facti domui ejus, vidimus multitudinem militum & alios quosdam armatos gladiosque portantes, qui non concedebant nobis januæ propinquare. Vix autem vicini sumus facti. Et cùm multa à nobis dicta essent quia pacifici sumus, suscipite nos, sancta synodus misit nos ferentes verba pacifica causa canonicæ rei ad reverentissimum Episcopum Iohannem, multis autem nos circumstantibus, agnoscens causam pro qua directi sumus, non nos suscepit. Multa autem à pluribus dicta sunt; inter quæ & blasphema erant contra sanctam synodum & contra orthodoxam fidem, quæ subtiliter exequi propter turbam ibi factam non possumus.

Archelaus Episcopus Myndi dixit. Grandem tumultum & periculum propè pertulimus, cùm advenissemus ad domum reverentissimi Episcopi Iohannis, militibus gladios denudantibus & fustes tenentibus & interminantibus nobis, & multitudine alia circumstante. Et cùm multùm rogaremus ut nuntiaremur, nescimus pro qua causa non sumus suscepti.

Petrus Episcopus Parembolon dixit. Cùm advenissem & ego cum reverentissimis Episcopis ad domum reverentissimi Episcopi Iohannis, multis militibus arma portantibus & nudantibus & circumdantibus, & aliis pluribus qui eum eis erant ibi tumultum facientibus, & interminantibus nobis, & blasphema verba dicentibus contra orthodoxam fidem & contra sanctam & Deo amabilem synodum vestram, rogantes nuntiari & à sancta synodo indicta nobis verba reverentissimo Iohanni Episcopo dicere, non sumus suscepti, agnoscente, sicut arbitramur, reverentissimo Iohanne Episcopo causam pro qua missi fuissemus. Aderant enim quidam Clericorum ejus; quibus diximus quia à sancta synodo missi fuissemus, [i] nullos autem nos suscipere.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Pervidet sancta vestra synodus quia ego quidem & reverentissimus Episcopus Memnon hic sumus puram habentes conscientiam, & opinionem nostram parati defendere. Sed, ut videtur, una meditatio est tam hæretico Nestorio quàm defendenti ejus iniqua dogmata Iohanni Antiocheno contra sanctæ Ecclesiæ superbire leges; qui dum vocati essent ut satisfacerent pro delictis suis, armis suas circumdederunt domos, & inadibiles eas ostenderunt regulariter vocantibus ad satisfactionem eorum quibus obnoxii sunt. Quoniam autem prædictus reverentissimus Iohannes, metuens suum delictum, varias occasiones dilationis sibimet adinvenit, sicuti est videre ex his quæ docuerunt reverentissimi Episcopi, [k] magis autem, sicut dixi, inadibilem transmissis à sancta synodo domum suam præparans, apparet se ipsum condemnans & proprias præsumptiones [l] accusans per ea quæ formidat & metuit venire ad hoc sanctum magnumque Concilium. Dignetur igitur vestra san-

[a] CONCULCANS] Cod. Bellovac. *calcans.*

[b] PERCELLI] Ibid *feriri.*

[c] TRIGINTA FERE] id est, circiter triginta. Fuisse enim triginta septem legitur suprà cap. 42. pag. 496.

[d] NUNC] Idem codex, *Modò.*

[e] NOSTRUM] Ita Contius & liber Turonensis, itemque Bellovacensis. Colbertinus habet *nostrorum.*

[f] NEC INANITER] Codex Bellovac. *neque sic sine sensu majores.*

[g] EX ABUNDANTI] Idem codex. *Superflua fit quidem hujus postulationis suspicio.*

[h] PRIORES] Ibid *primores.*

[i] NULLOS AU. SUSCIPERE] Contius habet: *Nullus autem nos suscipi permisit.* Mutilus autem est in hoc loco codex Bellovacensis.

[k] MAGIS AUTEM] Ita codex Turonensis & Colbertinus & editio Contiana. At codex Bellovacensis habet: *certum est, sicut dixi.*

[l] ACCUSANS] Codex Bellovacensis: *& accusans pro eo quòd suspicatur & metuit pervenire ad hoc sanctum & magnum Concilium.*

ctitas insuhteptibiles habens [a] auditus, & naturam rei considerans, ea quæ contra nos ab illis injustè præsumpta sunt legitimis [b] exterminare sententiis & definire quæ videntur contra eum qui talem nobis injuriam inferre præsumpsit.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymitanus dixit. Oportebat quidem Iohannem reverentissimum Episcopum Antiochiæ cogitantem sanctam & magnam & universalem hanc synodum confestim ad satisfactionem inlatorum [c] sibi concurrere & sedi apostolicæ, quæ nobis considet, magnæ Romæ & apostolicæ Hierosolymitanæ sanctæ Ecclesiæ obedire & [d] honorem deferre, [e] apud quam maximè sedem Antiochenam mos est ex apostolica consequentia & traditione tegimen agi & apud eam judicari. Quoniam autem consueta superbia usus suam domum armis circumdedit per milites & per privatos, sicut deponentes reverentissimi Episcopi qui à sancta synodo directi nobis insinuaverunt, canones nos sequentes, & rectitudinem conservantes, iterum [f] in secundis eum admonere definimus. Euntes igitur alii reverentissimi Episcopi, cum eadem priore modestia admoneant eum advenire ad sanctam synodum & respondere inlatis ei.

Et cùm issent Timotheus Episcopus Permesi & Eudociadis & Eustachius Episcopus Docimi & Eudoxius Episcopus Chomatis, & reversi fuissent, Eudoxius Episcopus Chomatis provinciæ Lyciæ dixit. Secundùm jussionem vestræ reverentiæ cùm advenissemus ad domum reverentissimi Episcopi Iohannis Antiochiæ, invenimus milites circa domum ejus cum gladiis nudis & clericos aliquos. Rogavimus autem clericos dicentes: Missi sumus à sancta synodo denuntiare quædam verba Episcopo Iohanni, & dignamini nuntiare nos. Illi autem intrantes & ista nuntiantes, cùm reversi fuissent, dederunt nobis responsum dicentes quia dixit Episcopus Iohannes: Nos hominibus à nobis depositis & excommunicatis responsum nullum facimus. Cùm autem interrogassemus à quibus depositi essemus & excommunicati facti sumus, dixerunt nobis, ab Episcopo Antiocheno Iohanne. Cùm autem [g] persisteremus subtiliter agnoscere, dixerunt illi quia præsentibus tabulariis dicere hæc non recusamus.

Timotheus Episcopus Permesi & Eudociadis dixit. Sicut jussit religiositas vestra, adfuimus ad domum religiosissimi Episcopi Iohannis. Et cùm invenissemus ante januas Clericos stantes, nuntiavimus deprecantes suscipi & coram eis dicere quæ nobis fuerant demandata. Intrantes autem illi, hoc nobis responsum dederunt, quia nos excommunicatis & depositis responsum nullum damus. Non laborent vocantes nos assiduè.

Eustachius Episcopus Docimi dixit. Secundùm jussionem vestræ sanctitatis, cùm advenissemus in domum in qua manet reverentissimus Episcopus Iohannes Antiochenus, & ibidem inventis Clericis [h] monuimus nuntiari quia oporteret nos colloqui venerabili Episcopo Iohanni & dicere quæ ab hac sancta synodo per nos mandata sunt ei. Hi autem cùm intrassent & reversi fuissent ad nos, dixerunt quia nos eos deposuimus & excommunicatos fecimus, & ne laborent vocantes nos. Tentavimus autem agnoscere nomina eorum qui ingressi sunt nuntiare, & dicere noluerunt dicentes: Clerici sumus, & non tabularii.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Dominus noster Iesus Christus, qui & nunc sanctæ synodo præsto est, rerum naturas manifestas nobis constituit dicens quia omnis qui prava agit odit lucem & non venit [i] ad lumen, ne arguantur opera ejus. Hæc passum & nunc reverentissimum Iohannem Antiochenum vestra omnino sanctitas & [k] sapientia videt. Si enim sibi conscius esset aliquid egisse contra nos canonicè & Deo placitè, quomodo non eum oportuerat venire alacriter ad hanc sanctam & universalem synodum, ut per sententiam vestram adsignatum ejus conamen maximè adversùm nos firmaretur, si quæ acta sunt, secundùm ecclesiasticas leges acta essent? Quoniam autem timet sinceritatem hujus sanctæ & magnæ synodi, & scit impiè & contra leges se nos injuriis affecisse, recusat venire, ne congruam suæ temeritati patiatur pœnam & indignationem. Celat enim quæ commisit, & erubescit vobis judicantibus suam injustitiam publicare. Vnde petimus [l] pronuntiare sanctam hanc synodum ex hoc jam nullam firmitatem ab illo præsumpta contra nos habere, vocatum autem denuo pro his quæ injustè commisit, legitimam & justam sententiam vestram & canonum [m] sustineat.

[n] *Memnon Episcopus dixit.* [o] Inregularis sententia Episcopi Iohannis Antiocheni & eorum qui simul cum eo facilè numerabiles sunt, in quibus noviter & contra leges ecclesiasticas excessit, vestræ sanctitati [p] manifestata est. Vnde & nos quæ ab illo præsumpta sunt contra nos per libellos docuimus vestram sanctitatem, & libenter moti vocastis per sanctissimos Episcopos adesse his quæ ab eo contra leges ecclesiasticas,

[a] AVDITVS] Bellovac. *aures.*
[b] EXTERMINARE] Idem codex, *decernere.*
[c] SIBI CONCVRRERE] Bellovac. *et concurrere.* Contius, *sibi occurrere.*
[d] HONOREM DEFERRE] Hæc est lectio libri Bellovacensis. Turonensis & Colbertinus & Contius habent *defendere*
[e] APVD QVAM] Retinuimus lectionem exemplarium Turonensis & Colbertini ac Contianæ editionis. Nam in Bellovacensi ita scriptum est: *apud quam maxime consuetudo est eundem sedem Antiochenam ex apostolica consequentia & traditione adduci & apud eam judicari.* Hic autem locus est difficillimus, cui explicando multùm laboratum est à viris eruditissimis. Ceterùm & editiones omnes & omnia vetera exemplaria tam Græca quàm Latina ita hunc locum constituunt ut heic editus est. Vt valde mirum sit Hieronymum Alcandrum in capite quarto secundæ dissertationis de regionibus suburbicariis pag. 154. scribere hunc locum melius habere in antiquis versionibus Latinis, hincque doceri potuisse Romanæ Conciliorum editionis curatores. Fortassis hanc difficultatem solvemus si omnia referamus ad ambitum Iuvenalis, qui heic loquitur. Ambitiosum quippe fuisse & multa ausum ad augendam dignitatem & auctoritatem sedis suæ patet ex epistola 62 sancti Leonis & ex actis Concilii Chalcedonensis Vide Marcam lib 5. de concordia cap. 8. & lib. 6. cap 1.
[f] IN SECVNDIS] Ita codex Turonensis & Colbertinus. Contius habet *in sanctis*, sed malè. Nam in Græco est πάλιν, id est, rursus, iterum. Liber Ecclesiæ Bellovacensis mutilus est in hoc loco
[g] PERSISTEREMVS] Bellovac. *permaneremus.*
[h] MONVIMVS] Idem codex: *persuasimus nuntiari quia oporteret nos colloqui.*
[i] AD LVMEN] Idem codex, *ad lucem*
[k] SAPIENTIA] Codex Bellovac. *sobrietas.* In Græco est νῆψις.
[l] PRONVNTIARE] Idem codex, *manifestare.*
[m] SVSTINEAT] Ita Contius. Codices Colbertinus & Turon *sustineat.* Bellovac. *subire.*
[n] MEMNON EPISC.] Contius habet: *Memnon Episcopus Ephesi dixit.* Sic etiam in Græco.
[o] INREGVLARIS] Codex Bellavac. *inordinata.*
[p] MANIFESTATA] Hæc est lectio codicis Colbertini & Contianæ editionis. In Turonensi, *manifesta.* Bellovacensis corruptus est in hoc loco.

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

magis autem contra consequentiam ecclesiasticam [a] commissa sunt, & satisfaceret in quibus contra canones temerè egit. Sed fragili conscientia usus, evocatus noluit obedire. Pro hac causa sanctam & universalem vestram rogamus synodum illa quidem quæ ab illo injuste acta sunt, & qui cum eo facilè numerabiles sunt, è quibus quidam hæretici existunt, quidam autem nec civitates habent, & alii multis causis obnoxii sunt, irrita per se ipsa & infirma existentia, quia ad injuriam [b] disciplinæ canonum sunt præsumpta, dissolvere etiam per sententiam [c] sancti universalisque Concilii, & nostram probantes perseverantiam circa orthodoxam fidem quam à sanctis patribus suscepimus, definire contra illos quæ videntur.

Sancta synodus dixit: Nullam firmitatem nec consequentiam [d] habere quæ acta sunt in omnibus inordinatè Iohanne moto ex gestis manifestaretur. Utique enim si confideret, convocatus à sancta synodo adesset his quæ ab ipso innovata sunt, si quam rationabilem consequentiam habuissent gesta. Unde nec hæc quidem à principio valida neque regulari facta ratione sancta synodus infirma esse constituit, dum nulli eorum qui injuriam pertulerunt præjudicium inferre possunt. Consequentia autem & quod ad se pertinet faciat sancta synodus, quæ hodierno die facta sunt referat ad notitiam piissimorum & Christo amabilium Principum, ut nullatenus ignorent quæ temerè ad injuriam sanctæ synodi præsumpta sunt. Reverentissimus autem Episcopus Iohannes & tertia vocatione vocatus si non occurrerit, statim [e] secundùm regulas in eum sancta & universalis synodus decerneret.

Cap. XLIV.

Post consulatum Dominorum nostrorum Flavii Theodosii tertio decimo & Valentiniani tertio PP. Augustorum, XVI. Kalendarum Augustarum, sancta synodo venerabilium Episcoporum residente in ipsa Ecclesia quæ vocatur Maria, Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Die superiore vestra sanctitate hic considente, præsentibus autem & Legatis qui à magna Roma transmissi sunt, sive vicem agentibus sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cælestini, libellos obtulimus tam ego quàm reverentissimus Episcopus Memnon hujus Ephesi metropolitanæ urbis, petentes, [f] hanc sanctam & universalem synodum vocari Iohannem Antiochenum & qui cum eo contra nos injuriam composuerunt, & qui quasi depositionis nomine uti præsumpserunt, ut præsentes satisfacerent & [g] suo sine claustris ori aut injustis conatibus adessent. Omnia autem consequenter & regulariter agens vestra reverentia, prima & secunda vocatione vocavit eos, venerabiles dirigens Episcopos secundùm fidem quæ in his gestis continetur. Illi autem his quæ ab ipsis præsumpta sunt [h] dum rationem aptare non possunt, nec quidem satisfactionis modum inveniunt. Alioquin festinarent ad hanc sanctam & magnam synodum, quæ egerant defensuri. Rem fecerunt turpem & tumultuosam & vulgo dignam. Oportuerat enim, si voluissent huic magnæ synodo aliquid manifestare, [i] venire magis cum disciplina & cum digna Christianis honestate & dicere quæ convenit & audire, dum utique nullus eos à talibus prohiberet. Neque enim steterunt milites ante sanctam synodum, sicut ante domos in quibus sunt chartulam componentes insolentia simul & ignorantia plenam, & publicè proposuerunt universa in tumultum, magis autem [k] in reprehensionem inconsiderationis suæ excitantes civitatem. Si igitur hæc [l] egerunt ut contristaremur videntes dehonestatam opinionem fratrum & derisam ab omnibus, sufficienter nimis [m] contristati sumus. Hoc enim agentes crebro derisi sunt. Si verò, sicut in proposita ab his charta continetur, tamquam principes nos sectæ Apollonaris factos, aut quæ ille sapuit nos sapuisse ubicumque convincere possunt; [n] & nunc percellant, redarguant, & ostendant nos hæreticos, si possunt, & non verbis perperam [o] vanis injurient, considerantes divinam indignationem. Dixit enim alicubi Deus omnium judex quia testis mendax non erit impunitus. Et per vocem beati David: *Sedens contra fratrem tuum [p] detrahebas.* Nos enim nec ea quæ sunt Apollonatis sapuimus alicubi, neque Attii, neque Eunomii; sed à parva ætate sacras litteras didicimus, & in manibus patrum educati sumus orthodoxorum & sanctorum. Anathematizamus autem & Apollinarem & Arrium & Eunomium & Macedonium & Sabellium, Photinum, Paulum, & Manichæos, & aliam omnem hæresem, insuper autem novarum blasphemiarum inventorem Nestorium, & qui his communicant & similiter sapiunt, & qui sapiunt quæ Cælestii sive Pelagii sunt, nobis nunquam quæ illorum sunt alicubi sapientibus; nec modò per pœnitentiam volentes recta sapere pervenimus, sed &, sicut prædixi, enutriti rectis & apostolicis Ecclesiæ dogmatibus. Quoniam autem decet eos qui semel ad sacerdotium destinati sunt veraces apparere & illa dicere quæ sciunt ita se habere, & nunc rogamus sanctam hanc & magnam synodum evocare regulariter tam ipsum religiosissimum Iohannem Antiochenum quàm qui cum eo apud nos calumniam construxerunt. Consequens enim est & necessarium præsumentes aut hæreticos nos demonstrare & quæ Apollonatis sunt, sicut dicunt, sapientes aut venire recusantes, & convincere negligentes, hoc ipso culpari, maximè quia, sicut iterum in proposita ab ipsis chartula scriptum est, frigidas & frivolas calumnias ad aures piissimorum Principum pertulerunt. Decet autem vestram sanctitatem plurimas curas habere nullis falsitatibus aures piissimas ventilari, [q] scientem quod dictum

[a] Commissa sunt] Codex Bellovac. *commisisset satisfaceret.*

[b] Disciplinæ] Codex Bellovac. *ordinis.*

[c] Sancti universalisque Concilii] Idem codex: *sanctæ & universalis synodi.*

[d] Habere] Idem codex: *habuerunt quæ acta sunt, quoniam omnia inordinatè Iohanne moto exceptis manifestatur.*

[e] Secundùm regulas] Codex Bellovac. *ex regulis apud eum.*

[f] Hanc sanctam] Codex Bellovac. *ad hanc sanctam.*

[g] Suo sine claustris ori] Ita Contius. In veteri libro Colbertino & in Turonensi scriptum est, *suo in claustris ori.* In Bellovac. *suo non claudibili ori.*

[h] Dum rationem aptare] Codex Bellovac. *dum aptare verba non possent, nec quidem satisfactionis modum inventientes, ubique enim festinare ad hanc sanctam & magaam synodum, quæ egerant defensuri, negotium gerunt turpe & tumultuosam & vulgo dignam.*

[i] Venire] Liber Bellovac. *pervenire.*

[k] In reprehensionem.] Codex Colbert. *ad reprehens.*

[l] Egerunt] Codex Bellovac. *acta sunt.*

[m] Contristati sumus] Idem codex, *contristamur.*

[n] Et nunc percellant] Idem codex, *& nunc aut quandoque redarguant.*

[o] Vanis] Hæc vox deest in exemplari Bellovacensi.

[p] Detrahebas] Idem codex, *obloquebaris.*

[q] Scientem] Ita codices Colbertinus & Turonensis & Contius. In Bellovacensi exemplari, *sciens quod.*

ANNO CHRISTI 431.

[a] Proverb. 24. in edit. 70.

CONCIL. EPHES.

est à sancta scriptura : *Nullum mendacium ex lingua [a] Regi dicatur, & nullum mendacium ex ore ejus procedat.*

Sancta synodus dixit. Recta est nunc petitio reverentissimorum Episcoporum Cyrilli Alexandriæ & Memnonis Ephesii. Vnde hodierno die euntes reverentissimi Episcopi Daniel & Commodus & Timotheus cum anagnostico, admoneant reverentissimum Iohannem Antiochenum Episcopum ut veniens simul cùm his qui [b] incusati sunt, cum eo satisfaciant pro his qui incusantur.

Et euntibus reverentissimis Episcopis Daniele [c] Colonia, Commodo Tripolis Lydiæ, & [d] Timotheo Hellesponti, cum Musonio Notario, cum anagnostico sic habente. Quoniam pacificè ea quæ [e] canonum sunt facere vult sancta synodus, secunda vocatione vocavit reverentiam tuam, & non obedisti, ut aut adstrueres ea per quæ injuriam intulisti, aut corrigeres. Hujus rei gratia tantisper sancta synodus nihil episcopale agere te [f] concedit ex propria sententia, neque alicui qui tecum est. Si autem hanc tertiam vocationem audiens non adfueris, quæ videntur canonibus circa vos definientur.

Et cùm redissent, Daniel Episcopus dixit. Profecti sumus quò præcepit vestra reverentia, id est, ad domum reverentissimi Episcopi Iohannis. Et longiùs quidem de jumentis descendimus. Cum multis autem precibus mandavimus Clericis quia [g] venimus directi à sancta synodo. Invenimus autem ibi stantem Asphalium Presbyterum, qui quidem est Antiochenæ Ecclesiæ; [h] defendit autem Constantinopolim res ejusdem Ecclesiæ. Hic nos prope domum adduxit in qua commanet reverentissimus Episcopus Iohannes, & nobiscum prohibuit impetentes. Militibus autem gratias agimus. Quoniam enim agnoverunt per omnia reverentissimum Episcopum Commodum, eò quòd in urbe ejus constituti sunt, compresserunt omnes qui contra nos impetum faciebant Clericos. Nuntiante autem Asphalio & aliis Clericis, descendit ad nos Archidiaconus. Nomen quidem ejus nescimus. Est autem [i] in barba, homo pallidus, parvi corporis. Et offerens chartam nobis dicebat quia sancta synodus vobis transmisit ut hoc suscipiatis. Diximus autem nos : Mandati sumus dicere quæ à sancta synodo dicta sunt, non autem suscipere scripturam. Neque enim nos chartam attulimus, neque suscipimus chartam. Mandatum autem pacificum detulimus. Rogat autem sancta synodus consedere sanctum Iohannem & occurrere ad sanctam synodum. Respondit nobis Archidiaconus : Ergo expectate ut nuntiem ista Episcopo. Reversus est, & obtulit nobis iterum ipsam chartam dicens hoc : [k] Neque vos mittatis ad nos, neque nos ad vos mittimus. Præceptum enim expectamus à Principe, quia [l] semel ibi quæ nobis visa sunt retulimus. Nobis autem dicentibus, Audite ergo verba sanctæ synodi, exiluit dicens : Non suscepistis chartam, non audio verba synodi. [m] Hæc ita sunt. Deducente autem nos Asphalio & Alexandro Presbyteris, diximus hæc, quia sancta synodus viscera pacis & caritatis & bonitatis ostendit circa sanctum Iohannem ; maxime autem quia [n] bis vocatus venire [o] noluit, judicavit eum nihil sacerdotale agere. Tertia autem vocatione rogat eum convenire, ne cogatur canonicum contra eum aliquid proferre.

Commodus Episcopus Tripolis. Lydiæ provinciæ dixit. Consona prædictis à reverentissimo Episcopo Daniele & nos vidimus & deponimus.

Timotheus Episcopus [p] Terma Hellesponti dixit. Consona prædictis à reverentissimo & sanctissimo Episcopo Daniele & nos vidimus & deponimus.

Sancta synodus dixit. Rectè & nunc admonitio facta est à reverentissimis Episcopis Daniele & Commodo & Timotheo, & causam adserentibus pro qua directi fuissent, & ad sacerdotum notitiam referentes, ut nullatenus ignoraret reverentissimus Episcopus Iohannes ex his quæ ei mandata sunt, & ut nullo uti possit consilio excusationis ad ignorantiam pertinentis.

Cyrillus Episcopus dixit. Quia præsto sum nunc expetens ratione cum reverentissimo Episcopo Memnone de his quæ in nobis commisit contra sanctiones ecclesiasticas & contra omnem rationem reverentissimus Antiochenus Iohannes, sancta vestra synodus pervidet ; & dubium non est, quia si nos timeremus ab his convinci, non hac fiducia fuissemus usi ut rogaremus tertia hac vocatione invitari prædictum venire & uti quibus vellet contra nos verbis. Quoniam autem differendo confingit varias atque alias ex aliis occasiones adinveniens, (Qui enim capitur, nutat verbis, sicut scriptura ait) consequens est sanctam hanc & universalem synodum ea quæ ecclesiasticis legibus videntur pronuntiare.

Sancta synodus dixit. Oportebat quidem regulariter motam hanc synodum propter injurias quæ contra sanctissimum & Deo amabilem Archiepiscopum Cyrillum & reverentissimum Coëpiscopum Memnonem factæ sunt [q] à reverentissimo Antiocheno Iohanne & ab his qui cum eo sunt, post tertiam hanc vocationem à nobis factam, cui obtemperare nullatenus passus est nec occurrere ad Concilium sanctæ synodi, & manifestas

[a] REGI DICATUR] Codex Bellovac. *Imperatori dicis, & ut nullum.*

[b] INCUSATI] Codex Bellovacensis habet *incausati*, & paulò pòst *inchausantur*.

[c] COLONIA] Ita omnia vetera exemplaria. Editiones habent *Colonia.* Quod melius videtur. Liberatus in antiquis libris habet *Corona.*

[d] TIMOTHEO HELLESP.] In codice Bellovacensi scriptum est, *Timotheo Germi Hellesponti.* In textu Græco Τέρμης. In manuscriptis codicibus bibliothecæ regiæ, Περμης. Vsus est autem Liberatus exemplaribus quæ vocem *Termi* non habebant in hoc loco.

[e] CANONUM] Ita etiam vetera exemplaria. Contius edidit *canonica*, eodem sensu.

[f] CONCEDIT] id est, judicat, ut dicetur infrà. Alioquin enim vox *concedit* heic posita est in sensu admodum improprio.

[g] VENIMUS] Bellovac. *pervenimus.*

[h] DEFENDIT] id est, defensor est Ecclesiæ Antiochenæ apud Constantinopolim.

[i] IN BARBA] Ita codex Turonensis. Colbertinus, *inbarbis.* Contius, *imberbis.*

[k] NEQUE VOS MITTATIS] Hæc ipsa verba leguntur in breviario Liberati cap. sexto. Vnde colligitur antiquitas istius versionis.

[l] SEMEL] Ita Contius & codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *simul.*

[m] HÆC ITA SUNT] Et hæc quoque est lectio Contii & duorum codicum quos diximus. Bellovacensis habet : *His ita habitis.*

[n] QUIA BIS] Vox *bis* deest in omnibus vetustis exemplaribus & in editione Contii. Attamen in Bellovacensi legitur *quia ab his vocatus.* Ex quo nos veram lectionem constituimus. Nam & habetur in Græco contextu.

[o] NOLUIT] Ita codex Turonensis. Reliqui & Contius habent *noluerit.*

[p] TERMÆ] Suprà *Germi.* Quo etiam modo heic habet exemplar Bellovacense.

[q] A REVER. ANTIOCHENO] Ita codices Colbertinus, Turonensis, & Bellovacensis. Sed vox *reverentissimo* deest in editione Contii.

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

causas [a] afferre pro quibus contra constituta & canones Ecclesiæ ad hanc irruerit novitatem, dignam tanta [b] arrogantia contra eum & eos qui cum ipso sunt proferre sententiam. Quoniam autem episcopalis bonitatis operam esse putavimus patienter portare ea quæ facta sunt, interim quidem in præsenti, sicut jam dispositum est, alienus sit tam ipse Iohannes quàm hi qui cum ipso facinus operati sunt, Iohannes Damasci, Alexander Apamiæ, [c] Dexianus Seleuciæ, Alexander Hierapoleos, Himerius Nicomediæ, Fritilas Heracliæ, Helladius Tarsi, Maximus Anazarbi, Dorotheus Marcinopolis, Petrus Trajanopoleos, [d] Paulus Emisiæ, Polychronius Heracliensis civitatis, Eutherius Thyaneus, Meletius Neocæsareæ, Theodoritus Cyrri, Apringius Chalcidos, Macarius Laodiceæ, Zosus [e] Exbuntis, [f] Salustius Cyri Ciliciæ, Hesychius Castabalæ Ciliciæ, Valentinus [g] Mutublacces, [h] Eusthathius Parnassi, Philippus Theodosianon, Daniel, Iulianus; Cyrillus, Olympius, Diogenes, [i] Theopanius, Philadelphius, Pollios, Tarianus Augustæ, Aurelius [k] Hirenopolis, Musius Aradi, Helladius Ptolomaidis, ab ecclesiastica communione, nullam habentes licentiam ut ex auctoritate sacerdotali possint alicui nocere aut prodesse, donec se ipsos reprehendentes, suum confiteantur delictum, scientes quòd si celeriter hoc non egerint, perfectam à canonibus contra se sententiam provocabunt, manifesto & illo constituto, quoniam nec illa quæ jam priùs ab ipsis injustè & contra canones in injuriam reverentissimorum & sanctissimorum Episcoporum & præsidum Ecclesiæ Cyrilli & Memnonis facta sunt, firmitatem aliquam habebunt, secundùm quæ jam priùs & præterita die disposita sunt. Referantur autem omnia quæ gesta sunt piissimis & Christianissimis auribus à Deo custoditorum Principum, ut divinæ aures agnoscant quæ secuta sunt.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi.
Arcadius Episcopus & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.
Projectus similiter.
Philippus Presbyter similiter.
Et [l] omnes reliqui.

[a] AFFERRE] Ita Contius. Codex Colbertinus habet *adferere*, Turonensis *adserrere*, Bellovacensis *adsorere*.
[b] ARROGANTIA] Codex Bellov. *insolentia*.
[c] DEXIANUS] Codex Turon. & Colbertinus, *Dexanianus*.
[d] PAVLVS EMISSÆ] Ita Contius & codex Colbertinus. At Turonensis habet *Amisia*, Bellovac. *Ephesa*.
[e] EXBVNTIS] Secuti heic sumus auctoritatem libri Bellovacensis. Turonensis enim habet *Rubundis*, Colbertinus & Contius *Robuntis*.
[f] SALVSTIVS CYRI] Ita codices Colbertinus & Turonensis, & Contius. Codex Bellovacensis habet scriptum: *Sallustinus Cirici Cilicia*. In Græco est: Σαλούστιος Κυρίνου Κιλικίας.
[g] MVTVBLACCES] Consentiunt heic Contius & vetus exemplar Turonense, itemque Colbertinum. In Bellovacensi scriptum est *Multroplases* In contextu Græco editum est Μουτλουβλάκης. quo etiam modo habent codices bibliothecæ regiæ. Sed in margine editionum adnotatum est alibi legi Μάλλου.
[h] EVSTATHIVS] Contius & liber Turonensis habent *Eustochius*. Ita etiam codex Colbertinus.
[i] THEOPANIVS] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *Theofanes*, Contius *Theophanius*, editiones Conciliorum *Theophanes*.
[k] HIRENOPOLIS] Ita codex Toronensis & Colbertinus. Bellovacensis habet *Heropolis*, Contius *Hyrenopolis*.
[l] ET OMNES RELIQVI] Sic etiam editio Græca, & codex 106. bibliothecæ regiæ, qui fuit Huraltiorum. At in codice 524. sequuntur subscriptiones Episcoporum aut Presbyterorum CXC. quas nos operæ pretium duximus ponere, quia diversæ interdum sunt ab illis quæ habentur in sententia depositionis lata contra Nestorium. Illud etiam admonendum, non extare in his subscriptionibus nomina Cyrilli Alexandrini & Memnonis Ephesini: quia cùm de illorum causa ageretur, inter judices eos subscribere non patiebatur ordo rerum. Porrò codex Bellovacensis valde mutilus est in hoc loco, cujus hæc tantùm supersunt: *ginta octo*. Ex quo fortassis colligi potest legendum heic esse sicut in fine relationis. *Et subscripsit synodus per Episcopos centum nonaginta octo.*

SVBSCRIPTIONES.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi.
Arcadius Episcopus & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.
Projectus Episcopus & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.
Philippus Presbyter & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.
Flavianus Episcopus Philippensium subscripsi.
Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ subscripsi.
Acacius Episcopus Melitinorum subscripsi.
Theodotus, Episcopus Ancyræ subscripsi.
Palladius Episcopus Amaseorum subscripsi.
Amphilochius Episcopus Sidæ subscripsi.
Iconius Episcopus Cretæ subscripsi.
Felix Episcopus Apolloniadis subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ subscripsi.
Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi.
Hellanicus Episcopus Rhodi subscripsi.
Cyrus minimus Aphrodisiadis subscripsi.

ΑΙ ΥΠΟΓΡΑΦΑΙ.

Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος ἱεροσολύμων ὑπέγραψα.
Ἀρκάδιος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτης τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.
Προΐεκτος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτης τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.
Φίλιππος πρεσβύτερος καὶ πρεσβύτης τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.
Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος φιλίππων ὑπέγραψα.
Φίρμος ἐπίσκοπος καισαρείας καππαδοκίας ὑπέγραψα.
Ἀκάκιος ἐπίσκοπος μελιτηνῶν ὑπέγραψα.
Θεόδοτος ἐπίσκοπος ἀγκύρας ὑπέγραψα.
Παλλάδιος ἐπίσκοπος τῆς ἀμασέων ὑπέγραψα.
Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος σίδης ὑπέγραψα.
Ἰκόνιος ἐπίσκοπος κρήτης ὑπέγραψα.
Φῆλιξ ἐπίσκοπος ἀπολλωνιάδος ὑπέγραψα.
Δανιὴλ ἐπίσκοπος κολωνείας ὑπέγραψα.
Περιγένης ἐπίσκοπος κορίνθου ὑπέγραψα.
Ἑλλάνικος ἐπίσκοπος ῥόδου ὑπέγραψα.
Κῦρος ἐλάχιστος ἀφροδισιάδος ὑπέγραψα.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Δονάτος ἐπίσκοπος νικοπόλεως ὑπέγραψα.
Εὐχάριος ἐπίσκοπος δυῤῥαχίου ὑπέγραψα.
Σενεκίων ἐπίσκοπος δρινῆς ὑπέγραψα.
Ἐπιφάνιος ἐπίσκοπος κροτίσσας ὑπέγραψα.
Εὐσέβιος ἐπίσκοπος ἡρακλείας ὑπέγραψα.
Ἀνύσιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ θήβας ἐκκλησίας ὑπέγραψα.
Δομνῖνος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ σκοπὸν ἐκκλησίας ὑπέγραψα.
Ἀγαθοκλῆς ἐπίσκοπος κορώνης πόλεως ὑπέγραψα.
Γρηγόριος ἐπίσκοπος κερασουντος ὑπέγραψα.
Παράλιος ἐπίσκοπος ἀδρασπιμοῦ ὑπέγραψα.
Καλλικράτης ἐπίσκοπος ναυπάκτου ὑπέγραψα.
Νικίας ἐπίσκοπος μεγάρων ὑπέγραψα.
Λουκιανὸς ἐπίσκοπος μύξαπόλεως ὑπέγραψα.
Ἐννέπιος ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ὑπέγραψα.
Ῥηγῖνος ἐπίσκοπος κωνσταντίας τῆς κύπρου ὑπέγραψα.
Θεμίστιος ἐπίσκοπος ταρσοῦ ὑπέγραψα.
Παρέβιος ἐπίσκοπος τῆς θετταλῶν σαλτων ὑπέγραψα.
Σαπρίκιος ἐπίσκοπος πάφου ὑπέγραψα.
Φίλητος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Ἀπελλᾶς ἐπίσκοπος βύρας ὑπέγραψα.
Φανίας ἐπίσκοπος πόλεως ἁρπασέων ὑπέγραψα.
Δρομάχιος ἐπίσκοπος ἀλινδέων ὑπέγραψα.
Ἀνδρέας ἐπίσκοπος χερσονήσου κρήτης ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος λάμπης τῆς κρήτης ὑπέγραψα.
Ζηνόβιος ἐπίσκοπος πόλεως κνωσσοῦ τῆς κρήτης ὑπέγραψα.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος δωδώνης ἠπείρου ὑπέγραψα.
Δίων θετταλὸς συνδιδοκῶν τοῖς πᾶσιν ὑπέγραψα.
Σεκουνδιανὸς ἐπίσκοπος τῆς κατὰ λαμίαν ἐκκλησίας.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος χιναίου ὑπέγραψα.
Τραλλέων ἐπίσκοπος τράλεων ὑπέγραψα.
Εὔπορος ἐπίσκοπος ὑπαίπων ὑπέγραψα.
Ῥόδων ἐπίσκοπος πάνου πόλεως ἀσίας ὑπέγραψα.
Εὐτύχιος ἐπίσκοπος τῆς ἐρυθραίων πόλεως ὑπέγραψα.
Νεστόριος ἐπίσκοπος σιων ὑπέγραψα.
Τυχικὸς ἐπίσκοπος τῆς εὐθεουπόλεως ὑπέγραψα.
Μόδεστος ἐπίσκοπος τῆς νεατῶν πόλεως ὑπέγραψα.
Θεοσέβιος ἐπίσκοπος πριῆς ὑπέγραψα.
Θεόδοτος ἐπίσκοπος νύσσης ὑπέγραψα.
Μάξιμος ἐπίσκοπος ἀσσοῦ ὑπέγραψα.
Μάξιμος ἐπίσκοπος κύμης ὑπέγραψα.

Donatus Episcopus Nicopoleos subscripsi.
Eucharius Episcopus Dyrrachii subscripsi.
Senecio Episcopus Drines subscripsi.
Epiphanius Episcopus Crotisæ subscripsi.
Eusebius Episcopus Heracleæ subscripsi.
Anysius Episcopus Ecclesiæ Thybarum subscripsi.
Domninus Episcopus Ecclesiæ Scoporum subscripsi.
Agathocles Episcopus civitatis Coronæ subscripsi.
Gregorius Episcopus Cerasunti subscripsi.
Paralius Episcopus Adraspimi subscripsi.
Callicrates Episcopus Naupacti subscripsi.
Nicias Episcopus Megarorum subscripsi.
Lucianus Episcopus civitatis Myxæ subscripsi.
Ennepius Episcopus ejusdem provinciæ subscripsi.
Reginus Episcopus Constantiæ Cypri subscripsi.
Themistius Episcopus Tarsi subscripsi.
Parebius Episcopus Thessalonicensium saltuum subscripsi.
Sapricius Episcopus Paphi subscripsi.
Philetus minimus Episcopus subscripsi.
Archelaus Episcopus subscripsi.
Apellas Episcopus Byræ subscripsi.
Phanias Episcopus civitatis Harpaseorum subscripsi.
Dromachius Episcopus Alindeorum subscripsi.
Andarius Episcopus Cbersonesi Cretæ subscripsi.
Paulus minimus Episcopus Lampæ Cretæ subscripsi.
Zenobius Episcopus civitatis Gnosi Cretæ subscripsi.
Theodorus Episcopus Dodonæ Epiri subscripsi.
Dion Thessalus omnibus consentiens subscripsi.
Secundianus Episcopus Ecclesiæ quæ est in Lamia subscripsi.
Theodorus Episcopus Cbinæi subscripsi.
Tracleon Episcopus Traleorum subscripsi.
Euporus Episcopus Hypeporum subscripsi.
Rhodon Episcopus civitatis Pani Asiæ subscripsi.
Eutychius Episcopus civitatis Erythræorum subscripsi.
Nestorius Episcopus Sionensis subscripsi.
Tychicus Episcopus Tbeopoleos subscripsi.
Modestus Episcopus civitatis Neatorum subscripsi.
Tbeosebius Episcopus Prinæ subscripsi.
Theodotus Episcopus Nyssæ subscripsi.
Maximus Episcopus Assi subscripsi.
Maximus Episcopus Cymæ subscripsi.

Alexander Epiſcopus Arcadiopoleos ſubſcripſi.	Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος ἀρκαδιουπόλεως ὑπέγραψα.
Theodorus Epiſcopus civitaris Aniſeorum ſubſcripſi.	Θεόδωρος ἐπίσκοπος τῆς αἰνησίων πόλεως ὑπέγραψα.
Euſebius Epiſcopus Magneſiæ ſubſcripſi.	Εὐσέβιος ἐπίσκοπος μαγνησίας ὑπέγραψα.
Theodoſius Epiſcopus Maſtaurorum ſubſcripſi.	Θεοδόσιος ἐπίσκοπος μαςαύρων ὑπέγραψα.
Eutropius Epiſcopus Evaſorum ſubſcripſi.	Εὐτρόπιος ἐπίσκοπος εὐάζων ὑπέγραψα.
Philippus Epiſcopus Pergamorum ſubſcripſi.	Φίλιππος ἐπίσκοπος περγάμων ὑπέγραψα.
Aphobius Epiſcopus Colthæ ſubſcripſi.	Ἀφόβιος ἐπίσκοπος κόλθης ὑπέγραψα.
Dorotheus Epiſcopus Myrinæ ſubſcripſi.	Δωρόθεος ἐπίσκοπος μυρίνης ὑπέγραψα.
Eurhalius Epiſcopus Colophoniorum ſubſcripſi.	Εὐθάλιος ἐπίσκοπος κολοφωνίων ὑπέγραψα.
Ilirhius Epiſcopus Bryulitorum ſubſcripſi.	Ἰλίθιος ἐπίσκοπος βρυουλιτῶν ὑπέγραψα.
Arhanaſius minimus Epiſcopus Paraſi ſubſcripſi.	Ἀθανάσιος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος παράσου ὑπέγραψα.
Eſychius Epiſcopus civitatis Parii ſubſcripſi.	Ἡσύχιος ἐπίσκοπος πόλεως παρίου ὑπέγραψα.
Euſebius Epiſcopus Aponorum ſubſcripſi.	Εὐσέβιος ἐπίσκοπος ἀπόνων ὑπέγραψα.
Philumenus Epiſcopus Binnæ ſubſcripſi.	Φιλούμενος ἐπίσκοπος βίννης ὑπέγραψα.
Zenon Epiſcopus Curitorum ſubſcripſi.	Ζήνων ἐπίσκοπος κουρίτων ὑπέγραψα.
Tribonianus Epiſcopus Eccleſiæ Priami ſubſcripſi.	Τριβωνιανὸς ἐπίσκοπος τῆς ἐν πριάμου ἐκκλησίας ὑπέγραψα.
Nunechius Epiſcopus Selgæ ſubſcripſi.	Νουνέχιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν σέλγη ὑπέγραψα.
Evagrius Epiſcopus Selgæ ſubſcripſi.	Εὐάγριος ἐπίσκοπος σέλγης ὑπέγραψα.
Cæſarius Epiſcopus civitatis Arcæ ſubſcripſi.	Καισάριος ἐπίσκοπος πόλεως ἄρκης ὑπέγραψα.
Ioannes Epiſcopus Proconeſi ſubſcripſi.	Ἰωάννης ἐπίσκοπος τῆς προικοννήσου ὑπέγραψα.
Srraregius Epiſcopus ſubſcripſi.	Στρατήγιος ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Niſſius Epiſcopus Synæ Corybi ſubſcripſi.	Νίσσιος ἐπίσκοπος τῆς κατακόρυβος σύνης ὑπέγραψα.
Acacius Epiſcopus Scopenorum ſubſcripſi.	Ἀκάκιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν σκοπηνοῖς ὑπέγραψα.
Sollon Epiſcopus Caraliæ ſubſcripſi.	Σόλλων ἐπίσκοπος τῆς καραλίας ὑπέγραψα.
Nectarius Epiſcopus Sennæ ſubſcripſi.	Νεκτάριος ἐπίσκοπος τῆς ἐν σεννῇ ὑπέγραψα.
Cyprianus Epiſcopus Lyrbæ ſubſcripſi.	Κυπριανὸς ἐπίσκοπος τῆς κατὰ λύρβης ὑπέγραψα.
Theodulus Epiſcopus Eluſæ ſubſcripſi.	Θεόδουλος ἐπίσκοπος ἐλούσης ὑπέγραψα.
Philadelphus Epiſcopus Gratianopolitanus ſubſcripſi.	Φιλάδελφος ἐπίσκοπος τῆς γρατιανουπολιτῶν ὑπέγραψα.
Theoctiſtus Epiſcopus civitatis Phocæorum ſubſcripſi.	Θεόκτιστος ἐπίσκοπος τῆς φωκαέων πόλεως ὑπέγραψα.
Rufinus Epiſcopus civitatis Tabenorum ſubſcripſi.	Ῥουφῖνος ἐπίσκοπος ταβηνῶν πόλεως ὑπέγραψα.
Ioannes Epiſcopus Auguſtopoleos ſubſcripſi.	Ἰωάννης ἐπίσκοπος αὐγουστοπόλεως ὑπέγραψα.
Romanus Epiſcopus Raphiæ ſubſcripſi.	Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος ῥαφίας ὑπέγραψα.
Aiannes Epiſcopus Sycamizonis ſubſcripſi.	Αἰάνης ἐπίσκοπος συκαμινζῶνος ὑπέγραψα.
Paulianus Epiſcopus Maiumæ ſubſcripſi.	Παυλιανὸς ἐπίσκοπος μαϊουμᾶ ὑπέγραψα.
Theodorus Epiſcopus Aridelorum ſubſcripſi.	Θεόδωρος ἐπίσκοπος ἀριδήλων ὑπέγραψα.
Petrus Epiſcopus Parimbolorum ſubſcripſi.	Πέτρος ἐπίσκοπος παρεμβολῶν ὑπέγραψα.
Paulus Epiſcopus Anthedonis ſubſcripſi.	Παῦλος ἐπίσκοπος ἀνθηδόνος ὑπέγραψα.
Neriras Epiſcopus ſubſcripſi.	Νετίρας ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Saadus Epiſcopus Phæni ſubſcripſi.	Σαάδος ἐπίσκοπος φαίνους ὑπέγραψα.
Berrenianus Epiſcopus civitatis Myrenſis ſubſcripſi.	Βερρηνιανὸς ἐπίσκοπος τῆς μυρέων πόλεως ὑπέγραψα.
Cyrillus Epiſcopus Pylorum ſubſcripſi.	Κύριλλος ἐπίσκοπος πυλῶν ὑπέγραψα.
Hermogenes Epiſcopus Rhinocurorum ſubſcripſi.	Ἑρμογένης ἐπίσκοπος ῥινοκουρίων ὑπέγραψα.

Εὐσέβιος

ANNO CHRISTI 431.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος πηλουσίου ὑπέγραψα.
Εὐόπτιος ἐπίσκοπος πτολεμαΐδος ὑπέγραψα.

CONCIL. EPHES.

Φοιβάμμων ἐπίσκοπος κοπτοῦ ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐπίσκοπος φραγέως ὑπέγραψα.
Μακεδόνιος ἐπίσκοπος ξοέως ὑπέγραψα.
Πέτρος ἐπίσκοπος ὀξυρύγχου ὑπέγραψα.
Ἀδέλφιος ἐπίσκοπος ὀνουφιτῶν ὑπέγραψα.

Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος τῆς παραλίας ὑπέγραψα.
Ἡράκλειος ἐπίσκοπος παροικίας θυνέως ὑπέγραψα.
Σιλουανὸς ἐπίσκοπος βριθέως ὑπέγραψα.
Κῦρος ἐπίσκοπος ἀχαιῶν ὑπέγραψα.
Ἀδέλφιος ἐπίσκοπος σαΐως ὑπέγραψα.
Μαρῖνος ἐπίσκοπος ἡλιουπόλεως ὑπέγραψα.

Μητρόδωρος ἐπίσκοπος λεόντων ὑπέγραψα.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος τῆς ἡφαιστιωτῶν ὑπέγραψα.

Στρατήγιος ἐπίσκοπος τῆς ἀθριβιτῶν ὑπέγραψα.

Ἀμπέτιος ἐπίσκοπος τοῦ κασίου ὑπέγραψα.
Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος καβάσων ὑπέγραψα.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος λιλουπόλεως ὑπέγραψα.

Χρυσαόριος ἐπίσκοπος ἀφροδισιάδος ὑπέγραψα.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος κλεοπάτριδος ὑπέγραψα.
Λέων ἐπίσκοπος ψίγχους ὑπέγραψα.
Θέων ἐπίσκοπος ἡρακλέους τοῦ σεθροΐτου ὑπέγραψα.
Ἡρακλείδης ἐπίσκοπος τῆς ἄνω ἡρακλείας ὑπέγραψα.
Ἀμμων ἐπίσκοπος τῆς βουτινῶν ὑπέγραψα.
Ἀνδρέας ἐπίσκοπος ἑρμουπόλεως ὑπέγραψα.

Μακάριος ἐπίσκοπος ἀνταίου ὑπέγραψα.
Ἡράκλειος ἐπίσκοπος ταμιαθέως ὑπέγραψα.

Σαβῖνος ἐπίσκοπος πανὸς ὑπέγραψα.
Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος ἐλεαρχίας ὑπέγραψα.
Ζηνόβιος ἐπίσκοπος βάρκης ὑπέγραψα.
Ζήνων ἐπίσκοπος ταυχείρων ὑπέγραψα.
Ἀβραὰμ ἐπίσκοπος ὀστρακίνης ὑπέγραψα.
Σαμουὴλ ἐπίσκοπος δυσθέων ὑπέγραψα.

Ἱεράκης ἐπίσκοπος ἀφναΐτων ὑπέγραψα.

Δανιὴλ ἐπίσκοπος δαρνέως ὑπέγραψα.
Ἀλύπιος ἐπίσκοπος πόλεως ἔλλη ὑπέγραψα.

Σώπατρος ἐπίσκοπος σεμνύης λιβύης ὑπέγραψα.
Ἀμμώνιος ἐπίσκοπος πανεφύσου ὑπέγραψα.

Βαπόριος ἐπίσκοπος γαγγρῶν ὑπέγραψα.

Eufebius Epifcopus Pelufii fubfcripfi.
Evoptius Epifcopus Ptolemaidos fubfcripfi.
Phœbammon Epifcopus Copti fubfcripfi.
Paulus Epifcopus Phrageos fubfcripfi.
Macedonius Epifcopus Xoeos fubfcripfi.
Petrus Epifcopus Oxyrinchi fubfcripfi.
Adelphius Epifcopus Onuphitarum fubfcripfi.
Athanafius Epifcopus Paraliæ fubfcripfi.
Heraclius Epifcopus parœciæ Thyneos fubfcripfi.
Silvanus Epifcopus Britheos fubfcripfi.
Cyrus Epifcopus Achæorum fubfcripfi.
Adelphius Epifcopus Saeos fubfcripfi.
Marinus Epifcopus Heliopoleos fubfcripfi.
Metrodorus Epifcopus Leontorum fubfcripfi.
Ioannes Epifcopus Hephæftiorum fubfcripfi.
Strategius Epifcopus Athribitarum fubfcripfi.
Ampetius Epifcopus Cafii fubfcripfi.
Theopemptus Epifcopus Cabaforum fubfcripfi.
Eufebius Epifcopus Lilopoleos fubfcripfi.
Chryfaorius Epifcopus Aphrodifiadis fubfcripfi.
Alexander Epifcopus Cleopatridis fubfcripfi.
Leo Epifcopus Pfynchi fubfcripfi.
Theon Epifcopus Heraclei Sethrœti fubfcripfi.
Heraclides Epifcopus fuperioris Heracleæ fubfcripfi.
Ammon Epifcopus Butinorum fubfcripfi.
Andreas Epifcopus Hermipoleos fubfcripfi.
Macarius Epifcopus Antæi fubfcripfi.
Heracleus Epifcopus Tamiatheos fubfcripfi.
Sabinus Epifcopus Pani fubfcripfi.
Ifaac Epifcopus Elearchiæ fubfcripfi.
Zenobius Epifcopus Barcæ fubfcripfi.
Zenon Epifcopus Teuchirorum fubfcripfi.
Abraam Epifcopus Oftracenæ fubfcripfi.
Samuel Epifcopus Dyfthæorum fubfcripfi.
Hieraces Epifcopus Aphnaitorum fubfcripfi.
Daniel Epifcopus Darnei fubfcripfi.
Alypius Epifcopus civitatis Ellæ fubfcripfi.
Sopater Epifcopus Semnyæ Lybiæ fubfcripfi.
Ammonius Epifcopus Panephyfi fubfcripfi.
Baporius Epifcopus Gangrenfium fubfcripfi.

ANNO CHRISTI 431.
CONCIL. EPHES.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

Hypatius Preſbyter ſubſcripſi.
Arginus Epiſcopus Pompeii ſubſcripſi.
Syneſius Preſbyter ſubſcripſi.
Helladius Epiſcopus Dramytenſis ſubſcripſi.
Stephanus Epiſcopus civitatis Tritorum ſubſcripſi.
Idduas Epiſcopus Smyrnæ ſubſcripſi.
Ariſtonicus Epiſcopus metropolis Laodicenſium ſubſcripſi.
Abeneatius Epiſcopus Herapolitanus ſubſcripſi.
Paulus Preſbyter ſubſcripſi.
Silvanus Epiſcopus Ceratorum ſubſcripſi.
Conſtantinus Epiſcopus Diocletianopoleos ſubſcripſi.
Hermolaus Epiſcopus Sattudeorum ſubſcripſi.
Aſclepiades Epiſcopus Trapezuntinus ſubſcripſi.
Ioannes Epiſcopus Leſbi ſubſcripſi.
Petrus Epiſcopus Cruſæ ſubſcripſi.
Athanaſius Epiſcopus Duelti & Sozopolis ſubſcripſi.
Callinicus Epiſcopus Apammorum ſubſcripſi.
Valerianus Epiſcopus Iconii ſubſcripſi.
Dius Epiſcopus Pinuntis ſubſcripſi.
Thomas Epiſcopus Delbitorum ſubſcripſi.
Martyrius Epiſcopus Illiſtrorum ſubſcripſi.
Alalius Epiſcopus Amotyrii ſubſcripſi.
Letoius Epiſcopus Libyadis ſubſcripſi.
Seleucius Epiſcopus Synadorum ſubſcripſi.
Euſtathius Epiſcopus Docimii ſubſcripſi.
Dalmatius Epiſcopus Cyzici ſubſcripſi.
Timotheus Epiſcopus provinciæ Scythiæ ſubſcripſi.
Athanaſius Epiſcopus Cepſiorum ſubſcripſi.
Theophanes Epiſcopus Philadelphiæ ſubſcripſi.
Phoſcus Epiſcopus Theatriæ ſubſcripſi.
Commodus Epiſcopus Tripoleos ſubſcripſi.
Eutherius Epiſcopus Stratoniceorum ſubſcripſi.
Paulus Epiſcopus Dardanorum Lydiæ ſubſcripſi.
Limenius Epiſcopus Sellæ ſubſcripſi.
Ioannes Epiſcopus Aureliopoleos ſubſcripſi.
Theodorus Epiſcopus Attaleorum ſubſcripſi.
Paulus Epiſcopus Thrymenæ ſubſcripſi.
Timotheus Epiſcopus Telmiſi & Eudociadis ſubſcripſi.
Edeſius Epiſcopus civitatis Iſidorum ſubſcripſi.

Ὑπάτιος πρεσβύτερος ὑπέγραψα.
Ἀργῖνος ἐπίσκοπος πομπηίου ὑπέγραψα.
Συνέσιος πρεσβύτερος ὑπέγραψα.
Ἑλλάδιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ τὸ δραμύτι ὑπέγραψα.
Στέφανος ἐπίσκοπος τῆς τριτῶν πόλεως ὑπέγραψα.
Ἰδδύας ἐπίσκοπος σμύρνης ὑπέγραψα.
Ἀριστόνικος ἐπίσκοπος τῆς λαοδικέων μητροπόλεως ὑπέγραψα.
Ἀβενεάτιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ ἱεράπολιν ὑπέγραψα.
Παῦλος πρεσβύτερος ὑπέγραψα.
Σιλουανὸς ἐπίσκοπος κεράτων ὑπέγραψα.
Κωνσταντῖνος ἐπίσκοπος τῆς διοκλητιανοῦ πόλεως ὑπέγραψα.
Ἑρμόλαος ἐπίσκοπος σατηουδέων ὑπέγραψα.
Ἀσκληπιάδης ἐπίσκοπος τῆς τραπεζοῦντος ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος λέσβου ὑπέγραψα.
Πέτρος ἐπίσκοπος χρούσης ὑπέγραψα.
Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος τῆς καταδουέλτου καὶ σωζόπολιν ὑπέγραψα.
Καλλίνικος ἐπίσκοπος ἀπαμμιῶν ὑπέγραψα.
Οὐαλεριανὸς ἐπίσκοπος ἰκονίου ὑπέγραψα.
Διὸς ἐπίσκοπος πινουῦντο ὑπέγραψα.
Θωμᾶς ἐπίσκοπος τῆς δελβιτῶν ὑπέγραψα.
Μαρτύριος ἐπίσκοπος ἰλλίστρων ὑπέγραψα.
Ἀλάλιος ἐπίσκοπος ἀμοτηρίου ὑπέγραψα.
Λητόιος ἐπίσκοπος λιβυάδος ὑπέγραψα.
Σελεύκιος ἐπίσκοπος συνάδων ὑπέγραψα.
Εὐστάθιος ἐπίσκοπος δοκιμίου ὑπέγραψα.
Δαλμάτιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ κύζικον ὑπέγραψα.
Τιμόθεος ἐπίσκοπος ἐπαρχίας σκυθῶν ὑπέγραψα.
Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος κηψίων ὑπέγραψα.
Θεοφάνης ἐπίσκοπος φιλαδελφίας ὑπέγραψα.
Φωσκὸς ἐπίσκοπος θεατείας ὑπέγραψα.
Κόμοδος ἐπίσκοπος τριπόλεως ὑπέγραψα.
Εὐθήριος ἐπίσκοπος τῆς στρατονικέων πόλεως ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐπίσκοπος δαρδάνων τῆς λυδίας ὑπέγραψα.
Λιμένιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ σίλλας ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος τῆς αὐρηλιουπόλεως ὑπέγραψα.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος ἀτταλέων ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐπίσκοπος τῆς ἐνθρυμένης ὑπέγραψα.
Τιμόθεος ἐπίσκοπος τελμισοῦ καὶ εὐδοκιάδος ὑπέγραψα.
Ἐδέσιος ἐπίσκοπος πόλεως ἰσίδων ὑπέγραψα.

ANNO CHRISTI 431. — CONCIL. EPHES.

Λιβιανὸς ἐπίσκοπος παλοῦ πόλεως ὑπέγραψα.

Θωμᾶς ἐπίσκοπος οὐαλεντινιανοῦ πόλεως ὑπέγραψα.

Εὐτρέπιος ἐπίσκοπος βιζῆς ὑπέγραψα.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος γαδάρων ὑπέγραψα.

Μάγνος ἐπίσκοπος μαγνησίας ὑπέγραψα.

Βηριανὸς ἐπίσκοπος πέργης ὑπέγραψα.

Παβίσκιος ἐπίσκοπος ἀπολλωνίας ὑπέγραψα.

Εὐλόγιος ἐπίσκοπος τερνουθίας ὑπέγραψα.

Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος ταύλων ὑπέγραψα.

Ἀδελφιὸς ἐπίσκοπος ὀνουφέως ὑπέγραψα.

Εὐδόξιος ἐπίσκοπος χώματος ὑπέγραψα.

Ἀριστόκριτος ἐπίσκοπος ὀλύμπου ὑπέγραψα.

Libianus Episcopus civitatis Pali subscripsi.

Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsi.

Eutrepius Episcopus Bizæ subscripsi.

Theodorus Episcopus Gadarorum subscripsi.

Magnus Episcopus Magnesiæ subscripsi.

Berianus Episcopus Pergæ subscripsi.

Pabiscius Episcopus Apolloniæ subscripsi.

Eulogius Episcopus Ternuthidos subscripsi.

Isaac Episcopus Taulorum subscripsi.

Adelphius Episcopus Onupheos subscripsi.

Eudoxius Episcopus Chomatis subscripsi.

Aristocritus Episcopus Olympi subscripsi.

a *[a] Exemplar relationis sancti Concilii ad piissimos Imperatores de orientalibus.*

CAP. XLV. Piissimis & à Deo custoditis Theodosio & Valentiniano victoribus & triumphatoribus semper augustis sancta synodus quæ per gratiam Christi & nutum vestræ potentiæ congregata est in Ephesum metropolim. Quæ quidem imperata sunt sanctæ huic synodo à vestra serenitate, ad finem convenientem perducta sunt. Et hoc notum vestræ pietati statuimus, & apostolicam fidem, quam trecenti decem & octo in Nicæa congregati exposuerunt, manifestam vestræ [b] facimus pietati, & contra eam sapientem Nestorium deposuimus tam à sacrificio sacerdotali quàm à confidentia prædicandi suam impietatem. Quoniam autem pauci quidam [c] præcorruptam habentes voluntatem de doctrina Nestorii, [d] dum ei permanerent, & eos qui sub culpa positi erant secum adsumpserunt, adjecto ei & reverentissimo Episcopo Iohanne Antiochiæ, aut propter contentionem, aut propter humanam amicitiam, & universi triginta facti tantùm, antequam satisfacerent [e] pro quibus incusabantur excessibus, se ipsos synodum appellaverunt, quasi vestra pietas [f] duas synodos fieri jussisset, non unam, quæ deberet & fidem evangelicam confirmare & corrupta sapientes ab ecclesiastico ministerio [g] removere. Sed, ut diximus, supradicti priusquam satisfacerent de quibus incusabantur, pauci se ipsos continentes & [h] adjutorem suæ insolentiæ adsumentes reverentissimum Episcopum Iohannem, & ipsum metuentem pro tarditate reatum subire, sicut didicimus per quorundam rumorem, ausi sunt extra omnem rectitudinem ecclesiasticam & extra canones contra sanctam synodum & contra caput congregatorum sanctissimorum Episcoporum, Cyrillum dicimus Archiepiscopum, necnon & reverentissimum Episcopum Memnonem, proferre blasphemiam, [i] sicuti putaverunt, injuriam [k] depositionis [l] habentem, dum nullam accusationem ab aliquo suscepissent, nec accusatorem expectantes, nec quidem vocatos aliquem ad judicium, sed ante judicium & inquisitionem hanc injuriam scriptis evomentes ad vestram tranquillitatem perferre præsumpserunt quæ sic irrationabilia sunt, tamquam vestra pietas ignoret quia una synodus universitatis est, & non ulterius dici possit synodus eorum qui sub culpa reciderunt, paucorum subversione, qui se ipsos propter timorem increpationis diviserunt à sancta synodo. Neque enim culpam reprehendentes injuriam præsumpserunt, sed de quibus incusati erant fortitan satisfactionem non habentes, & se ipsos paucos videntes, & formidantes ne post redargutionem sententiam susciperent, processerunt in temeritatem, & hoc putaverunt facere quod se [m] speraverunt sustinere convictos. Sed hoc visum est nobis tamquam irrationabile contemnendum. Quoniam autem usque ad vestram tranquillitatem perferre ausi sunt suam irrationabilem insolentiam, & quod contra leges & canones & omnem consequentiam ecclesiasticam ab ipsis actum est mandare vestræ pietati præsumpserunt, non ampliùs dissimulavimus irrationabilem illorum impetum, sed iterum sequentes formam canonum convocavimus reverentissimum Episcopum Iohannem, qui talia cum ceteris contra prædictos præsumpserat. Neque enim illi confiderent ad tantam insolentiam pervenire sub culpa positi pauci, nisi temeritate reverentissimi Episcopi Iohannis Antiocheni præsumerent. Congregati igitur nos, libellis nobis oblatis [n] à sanctissimo & Deo amabili reverentissimo Archie-

[a] EXEMPLAR] In codice Bellovacensi legitur ita. *Relatio sancta universalis Ephesenæ synodi ad Imperatores de excommunicatione Iohannis & qui cum eo sunt.*

[b] FACIMUS] Bellovac. *constituimus vestræ pietati.*

[c] PRÆCORRUPTAM] Idem codex, *antè corruptam. habentes sententiam de doctrina.*

[d] DUM EI] Ita codices Turonensis & Colbertinus. Bellovacensis. *Dum enim permanerent & sub culpa positos secum adsumpserunt.* Contius. *dum in eo permanerent & eos qui sub culpa.*

[e] PRO QUIB. INCUS.] Bellovac. *pro quibus singuli incusabantur.*

[f] DUAS SYNODOS] Codex Bellovac. *duas synodos*, Turon. *duas synodus fieri jussisset, non unum.*

[g] REMOVERE] Codex Bellovac. *excere*

[h] ADIUTOREM] Hanc lectionem, quæ vera est, nobis exhibuit codex Bellovacensis. Reliqui & editio Contiana habent *auditorem.*

[i] SICUTI PUTAVERUNT] Codex Bellovacensis: *sicut ipsis visum est injuriam dispositionis continentem.*

[k] DEPOSITIONIS] Ita Contius. Omnia vetera exemplaria legunt *dispositionis.*

[l] HABENTEM] Codex Bellovac. *continentem.*

[m] SPERAVERUNT] id est, crediderunt, timuerunt. Vide Notas ad Capitularia pag. 1019. 1011.

[n] A SANCTISSIMO] Codex Bellovac. *& à Deo amabili reverentissimo Archiepiscopo Cyrillo & venerabili episcopo Memnone, convocavimus.*

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

piscopo Cyrillo & venerabili coëpiscopo Memnone, evocavimus prædictum Episcopum Iohannem ut vel nunc diceret culpam pro qua ad tantam injutiam progressus esset contra primos sanctæ synodi. Qui semel & secundò & ter a evocatus ut causam diceret, advenire ad synodum non passus est, non habens rationabilem causam suæ præsumptionis. Militibus autem & armis circumdans domum suam, neque missos à sancta synodo sanctissimos Episcopos suscepit, nec competenti responso dignum judicavit congregatam sanctissimam synodum. Vnde cognoscentes non confidere illum suis satisfactionibus, ab ipsis quidem superfluè & vacuè per garrulitatem facta & contra omnem consequentiam canonum & scripta tam contra sanctissimum Archiepiscopum Cyrillum quàm contra reverentissimum coëpiscopum Memnonem irrita & cassata omnibus modis esse decrevimus. Iudicium enim quod b secum nihil habet canonicum neque justum, nihil aliud habet quàm maledictum. Sic igitur irregulariter tam ipsum quàm qui cum eo fuerunt c inordinatè agentes & contra consequentiam ecclesiasticam, extra communionem tantisper esse decrevimus, compescentes eorum irrationabilem petulantiam, donec venientes de his quæ temerariè commiserunt satisfaciant sanctæ synodo. Quæ igitur constituta sunt necessariò ad vestram pietatem retulimus, supplicantes ut neque synodus judicetur cœtus eorum qui sub culpa facti sunt; quia & antea in sancta & magna synodo trecentorum decem & octo in Nicæa congregatorum quidam sic discesserunt ab illa magna synodo metuentes ejus sententiam, d nec illos judicatos esse synodum à magno & divæ memoriæ Imperatore Constantino, sed jussos pœnam persolvere, quoniam desistentes illorum sanctorum Episcoporum consonantiam resfuerunt, mala, sicut isti, & illi conscientia usi. Illicitum enim est synodo ducentorum decem & octo Episcoporum, quibus cuncta multitudo sanctorum Episcoporum occidentis consensit, & per eos reliqua turba orbis terrarum, repugnare triginta solos, è quibus quidam olim damnati sunt, e aliquanti autem Cælestii malæ sectæ sunt, aliquanti verò anathemati subditi propter quod Nestorium sunt secuti. Sed jubete quæ ab universali synodo ad continentiam pietatis definita sunt contra Nestorium & contra impium ejus dogma suam habere firmitatem corroborata nutu & consensu vestræ pietatis.

f Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum retuli.
Arcadius similiter.
Projectus similiter.
Philippus Presbyter similiter.
Similiter & omnes reliqui subscripserunt.

g *Exemplar sacrorum quæ directa sunt per Iohannem Comitem sacrorum sancto Concilio.*

CAP. XLVI.

h CÆlestino, Rufo, Augustino, Theodoto, Alexandro, Acacio, Tranquillino, Valentino, Iconio, Iohanni, Acacio, Vrso, Firmo, Himerio, Dexiano, Verimano, Palladio, Asterio, Iuvenali, Flaviano, Helladio, Rabbulo, Alexandro, Maximo, Fririlæ, Perigeni, Cyro, Iohanni alteri, Euthetio, Hellanico, Bosphorio, Cyro alteri, i Venantio, Petro, Dynato, Dorotheo, Antiocho, Dalmatio, Eusebio, Seleucio, Eleusio, Eulogio, Sappido, Timotheo, Pio, Troilo, Herennianno, Monimo, Olympio, Theophilo, Iuliano, Basilio, & reliquis reverentissimis Episcopis. Quantum circa pietatem & progenitorum fidem zelum habeamus, ex plurimis præcedentibus arbitramur apertè monstrari, maximè verò etiam ex evocatione nuper facta sanctissimi vestri Concilii hoc manifestum omnibus in universo orbe terrarum esse credidimus. Non enim ad modicum incumbente quadam dubitatione distulimus, ne celeriter ejus solutio sequeretur; sed festinanter convenire sanctitatem vestram præcepimus; & nequaquam æstimantes k pro pietate laborem sanctitati vestræ onerosum fore, levigavimus tamen imperiali providentia hujus difficultatem opportunitate temporis atque loci. Ephesiorum namque decrevimus civitatem l & à terra & mari venientibus accessibilem, & omnibus suis & supervenientibus fratribus utilitatem illic commorantibus cum ubertate præbentem, quatenus pia nostræ tranquilli-

a EVOCATVS] Codex Bellovac. *convocatus.*

b SECVM] Ita idem codex. Reliqui habent *rectum.*

c INORDINATE] Hanc vocem addidimus ex eodem codice Bellovacensi. Non extat enim in aliis antiquis exemplaribus, neque in editione Contii.

d NEC] Secuti heic sumus editionem Contianam, cui congruit cum textu Græco. Nam codices Colbertinus & Turon. legunt *&.* Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

e ALIQ. AV. CÆLESTII] Codex Bellovacensis: *Aliquanti autem ex his qua Cælestino male placita sunt consenserunt.*

f IVVENALIS] Hæc & quæ sequuntur desunt in eodem codice Bellovacensi, in quo hæc tantùm scripta sunt: *Et subscripsit synodus per Episcopos centum nonaginta octo.*

g EXEMPLAR] Aliud exemplar ex alia translatione extat apud Surium to. 1. pag. 691. Extat etiam ex versione Theodori Peltani.

h CÆLESTINO] Papæ Romano. Hunc certum est non interfuisse synodo Ephesinæ. Et tamen scribitur in primis hæc epistola, quia legatos ad synodum miserat qui locum suum tenerent. Eandem ob causam Rufus Thessalonicensis, qui aberat, secundo loco nominatur, quia locum ejus supplebat Flavianus Episcopus Philippensium. Sed cur heic inter principes synodi additum sit nomen Augustini Episcopi Hipponensis in Africa, qui neque apostolicam sedem neque primam tenuit, & cum mortuus erat quum ista scribebantur, quæritur inter eruditos. Garnerius in Notis ad Liberatum videtur existimare id factum ob eandem causam ob quam Cælestini & Rufi nomina, quos absentes fuisse constat, descripta tamen sunt in fronte epistolæ, ac Henricum de Noris redarguit quòd totum illud negotium retulerit ad errorem Notarii imperialis. Discrimina tamen multa sunt inter duos illos Episcopos & Augustinum. Nam & illi mortui non erant, illustrissimarum præterea Ecclesiarum præsules erant, ac vicarios suos miserant ad synodum. quorum neutrum dici potest de Augustino. Quare ea verior esse videtur sententia quæ errorem istum adscribit Notario Imperatoris; qui cùm inter nomina eorum Episcoporum quos ad synodum in Ephesina urbe celebrandam evocavit Theodosius invenisset nomen Augustini, non ultra inquirendum ratus, illud cum ceteris heic apposuit. Nam Theodosius non scripserat ad Capreolum Episcopum Carthaginensem, sed ad Augustinum, hauddubiè propter magnam ejus famam, quæ eum quodam modo constituebat caput Episcoporum Africanorum. Istud colligitur ex epistola Capreoli ad synodum Ephesinam, quæ habetur suprà cap. 15. pag. 477.

i VENANTIO] Ita omnia vetera exemplaria & Contius. Editiones Græcæ habent Βοάνῳ. Sed in manuscriptis bibliothecæ regiæ legitur Βϵνάντῳ.

k PRO PIETATE] Sic nos emendavimus, secuti textum Græcum. Nam in omnibus vetustis exemplaribus, si Bellovacense excipias, quod mutilum est in hoc loco, legitur *proprietate.* Quo etiam modo habet editio Contiana.

l ET A TERRA] Ita codex Colbertinus & Contius, quibus congruit Græcus textus. Turonensis habet, *&* à *mari &* à *terra.* Bellovacensis in hoc loco mutilus est.

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

tatis intentio ac sanctitatis vestræ Concilii & concurreret & ad effectum facilè perveniret. Vnde etiam nunc insinuatam à vestra sanctitate [a] Nestorii & Cyrilli & Memnonis damnationem suscepimus. Alia verò quæ apud vos gesta sunt reprehendimus, Christianam fidem rectitudinemque custodientes quam ex patribus progenitoribusque percepimus, & quam sanctissima synodus sub divæ memoriæ Constantino facta concorditer roboravit. Curet igitur unusquisque sanctissimi vestri collegii, soluta omni dubitatione, & [b] abscisis scandalis, cum pace & concordia ad propria remeare. Vt autem sanctitas vestra non solùm ex nostræ pietatis litteris invitata ad unanimitatem & universalis pii dogmatis pacem respiciat, etiam [c] litteras sanctissimi Episcopi Beroeæ Acacii hoc suadentes direximus; qui sanctissimo vestro collegio adici propter [d] longam senectutem non valens, per ea quæ scripsit suam beatitudinem decentia & orthodoxæ religioni profutura exposuit; quæ quales sint, ipsius epistolæ lectio declarabit. Cognoscat tamen vestra beatitudo quia magnificentissimum & gloriosissimum Comitem sacrorum Iohannem hac causa direximus, ut ipse sciens circa fidem nostræ divinitatis intentionem, quæ perspexerit ut ita faciat.

Exemplar relationis sancti Concilii ad sacra relecta à magnificentissimo Comite sacrorum Iohanne.

Cap. XLVII.

Piissimis & Christo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus & triumphatoribus semper augustis sancta & universalis synodus quæ [e] gratia Christi & nutu vestræ pietatis congregata est in Ephesiorum metropolim. Christo amabile quidem vestrum imperium, piissimi Principes, ab infantia zelum circa fidem & regulas demonstravit. Qua gratia ex universo orbe terrarum Episcopos Ephesiorum apprehendere civitatem pia sanctione præcepit. Nunc autem nobis relectæ litteræ vestræ tranquillitatis per magnificentissimum & gloriosissimum comitem Iohannem non parvum nobis fecerunt tumultum, declarantes seductionem quandam atque mendacium veraces vestras aures inquietare, tanquam enim à nobis relationem suscipiens vestra potentia damnationem habentem sanctissimi & Deo amantissimi Archiepiscopi Cyrilli & sanctissimi ac Deo amantissimi coëpiscopi Memnonis sic per litteras declaravit. Vnde nequaquam valere mendacium apud vestræ Christianitatis imperium orantes, ac festinantes vestræ referre tranquillitati præsumpsimus quia universale Conilium quod omnem quidem occidentem cum maxima vestra Roma & apostolica sede secum residentem habet, [f] omnemque Africam, & cunctum [g] Illyricum, non fecit damnationem prædictorum sanctissimorom & Deo amabilium Episcoporum, neque retulit, sed magis viros istos pro zelo orthodoxæ fidei admiratur, eos plurimùm faciens, & apud homines laudans, & apud Dominum Christum coronis dignos existimans, solum vero nefandæ hæresis hominicolarum prædicatorem Nestorium damnantes retulimus Christo amabili vestro imperio. Illud quoque nos non modicè contristavit, quod ex subreptione factum apparet, ut recedentes ab universali Concilio qui circa Iohannem Antiochenum sunt, & qui cum eis Cælestiani atque damnati, nostris nominibus miscerentur, & una ad nos & ad illos sacra dirigeretur, de quibus dudum quidem & olim manifesta vestræ pietati fecimus quomodo quidem à nobis recesserint, quomodo autem ad injuriam quæ contra nostros præsules fit agentes, & regulas conculcare præsumpserint, & excommunicatos omni universali Concilio per temeritatem contra nos perpetratam semetipsos effecerint, & quomodo evocati ad increpationem nequaquam obedire sint passi, & quoniam omnino propter hoc excommunicati & sine operatione ab universali Concilio facti sunt. Hæc etiam nunc insinuantes vestro Christo amabili principatui suggerimus, quia propter hanc eorum absurditatem & propter damnati Nestorii eorum nunc usque certamina nequaquam ad communionem suscipere passi sumus, neque damnationi Nestorii subscribere patientes, sed etiam quæ illius sunt apertè sapientes, subjacentes autem regulis & propter indisciplinatum eorum contra nostros præsules conamen, & eò quòd mentiri & subripere præsumpserunt vestræ pietatis auditibus; & supplicamus Deo consecrato vestro imperio sanctissimos quidem & Deo amantissimos Episcopos Cyrillum & Memnonem reddi sancto Concilio nequaquam à regulis condemnatos, fidem verò immutilatam servari, quæ etiam vestræ à sancto spiritu inscripta est animæ, & à progenitoribus vobis contradita, & in his quæ à nobis dudum relata sunt monumentis contra Nestorium gestis valde noscitur declarata, proposita quippe fide sanctissimorum patrum in Nicæa convenientium trecentorum decem & octo, cùm omnis actio ejus sufficiat arguere quidem adversariorum impietatem & ostendere orthodoxam fidem quam hactenus custodire per omnia studuistis. Si verò placet vestræ potentiæ ad subtiliter agnoscendum quæ inter nos & eos qui se absciderunt gesta sunt, vestro apici supplicamus ad sanctum Concilium destinare quantoscunque probaverit vestra potentia, quatenus etiam [h] ad faciem de omnibus Christo amabili vestro imperio satisfiat.

Exemplar epistolæ Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ scriptæ ad clerum Constantinopolitanum.

Caput XLVIII.

Tvrbatum nimis est sanctum Concilium audiens quia non omnia rectè retulit magnificentissimus & gloriosissimus Comes Iohannes, ut cogitarent qui illic sunt etiam de exilio contra nos, tamquam sanctum Concilium suscepisset inregularem nefandamque factam damnationem à Iohanne & qui cum eo sunt [i] hæreticis. Ecce igitur &

[a] Nestorii & Cyrilli] Totum hunc locum iisdem omnino verbis descripsit Liberatus Archidiaconus cap. 6. ex ista omnium versione.

[b] Abscisis scandalis] Ridicula est editio Suriana, ubi ità legitur, *præteritis Calendis*.

[c] Litteras Acacii] ad Cyrillum scriptas, quæ habentur suprà cap 17. pag. 440.

[d] Longam senectutem] Vide suprà cap. 21. pag. 446.

[e] Gratia Christi] Codex Bellovac. *per gratiam Christi & nutu vestra potestatis congregata*.

[f] Omnemq. Africam] per Bessulam Diaconum missum à Capreolo Episcopo Carthaginensi

[g] Illyricum] per Flavianum Episcopum Philippensem, qui tenebat locum Rufi Episcopi Thessalonicensis. Vide suprà pag. 459

[h] Ad faciem] id est, coram. Hanc lectionem accepimus ex codice Colbertino & ex editione Contiana. Turonensis habet *ad faciendo omnibus*, Bellovac. *ad satisfaciendum omnibus*.

[i] Hæretici] Codex Bellovac. *heretica facta. Igitur & alia facta suggestio est*.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

altera facta suggestio est à synodo docens quia & contristata est in litteris Principis & quia non suscepimus trium damnationes, & præcipuè infirma esse quidem quæ ab illis impiè & nefandè sunt gesta, firma verò potiùs quæ a nobis sunt. Docuerunt enim & per primam relationem quia infirma quidem quæ ab illis integulariter sunt gesta fecerunt. Communicatores autem nos & coepiscopos habent, & quia nequaquam recedunt ab hujusmodi voluntate. Et cùm multum fecisset memoratus magnificentissimus vir ut veniret ad communionem Iohannes & qui cum eo sunt sancti Concilii, usque hodie neque audire voluerunt hujusmodi vocem, sd insistuot quidem omnes dicentes quia impossibile est nos ad hoc venire nisi & quod ab eis integulariter gestum est destruatur & succumbant Concilio, utpote delinquentes, anathematizent autem Nestorium & ejus dogma ex scripto; & in his omnis intentio est Concilii. Frustratus autem hac causa memoratus magnificentissimus vir cogitavit & hoc, & exigebat Concilio expositionem fidei ex scripto dare sibi, ut & illos faceret consentire atque subscribere & ascenderet dicens quia conjunxi eos ad amicitias humanas tristitias habentes ad invicem. Hoc intelligens sanctum Concilium denuo surrexit omnino dicens quia non facimus nobis ipsis injurias. Non enim velut hæretici vocati sumus; sed venimus fidem negatam statuere, quam etiam constituimus. Et non eget Imperator nunc discere fidem, sciens eam, & in ea baptizatus. Non profuit igitur neque hoc orientalibus. Illud quoque cognoscire, quia componentes expositionem fidei, contentionem habuerunt ad invicem, & sunt adhuc in contentione. Alii namque eorum suscipiunt Dei genitricem dicere sanctam virginem simul & hominis genitricem. Alii verò omnino negant, & aiunt paratos se esse manus amittere quàm subscribere hujusmodi voci. Vbique autem confunduntur hæretici declarati. Hæc omnes à vestra beatitudine doceantur, & maximè Dei cultores & sanctissimi Archimandritæ; ne fortè remeans prædictus alia pro aliis aut dicat aut doceat, ut mulceat aliquorum aures. Non pigeat itaque vestram beatitudinem, neque deficiat pro nostris laboribus, sciens quia semetipsam commendat & Deo & hominibus. Et hic qooque propter salvatoris gratiam hi qui nunquam nos viderunt Dei cultores Episcopi parati sunt aoimam ponere pro nobis & cum lacrymis accendunt dicentes etiam simul exilio destinari & pariter mori se votum habere. In multa verò tribulatione sumus universi, & eò quòd custodiamur à militibus, & ante lectos eos dormientes habeamus, maximè verò nos. Aliud aotem omne Concilium deficit & laborat, & plurimi mortui sunt. Iam autem & ceteri res suas vendunt, non habentes expensas.

Exemplar epistolæ scriptæ à Memnone Episcopo Ephesi ad clerum Constantinopoleos.

Cap. XLIX.

QVantta propter veram fidem rectæ religionis quotidie sustinemus in Epheso, neque sermone explanare possibile est. Tumultui namque tumultus succedit incessabiliter. Multam verò nobis virtutem præbet ut hæc fortiter feramus confessio fidei & fortitudo. Aliquando siquidem magnificentissimus Comes Candidianus, commovens nobis milites, & civitatem turbis adimplens, omnium simul necessariorum delatione nos fraudat per custodiam, multos autem permittens injurias nobis effundere & omni sancto Concilio eorum qui observant ex Zeuzyppo damnato Nestorio, & ad hoc nutriuntur & plurima multitudo rusticorum ex ecclesiasticis possessionibus & per illos injurias effundentium. Successit etiam prædictæ indisciplinationi & magnificentissimi Comitis [a] Irenæi quotidianæ seductioni simplicium & Antiochiæ Episcopi præsentia. Agnoscens enim sanctum Concilium futurum ejus adventum honorans & debitum sacerdotale complens, misit quosdam Deo amantissimorum Episcoporum etiam cum reverentissimis Clericis ad occursum ejus, diù hæc faciens, & debitum adimplens honorem, & manifestum faciens quia deberet à Nestorii colloquiis observare, eò quod à sancto Concilio damnatus esset impietatis causa quam meditatus est. Ipse verò non permisit, sequentibus cum militibus in itinere, [b] cum videre. Nihilominus secuti sunt, & ad domum ubi successit occurrerunt, & plurimas observantes horas, & non permissi ad eum celebrare colloquium, manserunt injurias patientes. Post multas autem horas, cùm hoc visum fuisset ei, evocavit Dei cultores Episcopos & reverentissimos Clericos, introducens eos per milites. Cùmque ea quæ à sancto Concilio mandabantur manifesta fecissent ei, permisit magnificentissimum Irenæum & qui cum eo Episcopos & Clericos importabiles imponere plagas nostris comministris & Clericis, ut etiam ad periculum pervenirent. His igitur gestis, venientes ad sanctum Concilium qui missi fuerant Dei cultores Episcopi, & plagas ostendentes, & quæ fuerant acta narrantes sub gestis monumentorum sacrosansto evangelio proposito, ad indignationem commoverunt sanctum Concilium, & paululùm eum castigantes, excommunicatum fecerunt, & facta est eorum excommunicatio manifesta. Agnovimus enim quia sine nomine aliquid & sine subscriptione in quadam parte civitatis propositum est quod ostenderet ejus indisciplinatam & integularem voluntatem. Quotidie autem evocans nobilem curiam & clarissimos, expetit cum necessitate decreta ut in locum meum ordinet, ita ut omnes qui inhabitant civitatem orthodoxi constituta orationi apprehenderent loca & in eis habitarent, ut non illius insolentia & integularis fragilitas, quæ per præpositiones acta est, ad effectum perduceretur fama. Vnde & in sancto [c] Apostolone pergens, & hoc declarans quia deberet ordinare ibi, seditionem & turbam locorum fecit cum multitudine indisciplinatorum armatorum ascendens, ita ut quosdam ibi mendicantium faceret semivivos, & tamquam injuriatus ab his qui ibi sunt, retulit ad invidiam sancti Concilii. Dignamini igitur, sanctissimi, omne habere studium, & arrogantiam atque integularem voluntatem Iohannis & qui cum eo sunt publicate, ut magnificentissimi Comites hinc discedant quotidie conturbantes & civitatem & fidem, ut non ex fstbceptione horum ea quæ fidei sunt adulterium patiantur.

a IRENÆI] aperti amici Nestorii.

b EVM VIDERE] Contius, *se videri*. Sed omnia vetera exemplaria habent uti nos edidimus.

c APOSTOLONE] id est, ad basilicam sancti Ioannis evangelistæ, ut habetur in Græco. In codice sanè Bellovacensi habetur *Iohanne*. Vide glossarium Meursii.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES. CAP. L.

Epistola universalis Concilii ad Augustos.

PIissimis & Christo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus triumphatoribus semper augustis sancta & universalis synodus gratia Christi & nutu vestræ potentiæ congregata in Ephesina metropoli. Vestra quidem potentia non despexit veram fidem suffodiri doctrina Nestorii exprobrantis cum Iudæis Domino Christo eas quas propter nos nostramque salutem humanas sustinuit passiones; sed abominata vestra pietas hujusmodi contra Christum sermones, ex omni penè quod sub sole est nos congregari præcepit in Ephesina metropoli, [a] configi patrum & pietatis dogmata volens. Vnde convenientes & communi judicio confirmantes expositam de hoc fidem à trecentis decem & octo in Nicæa collectis sub beatæ memoriæ Constantino, & Nestorium innovantem hanc fidem comprehendentes [b] artibus sermonibus & subintroductis seductionibus nocentem pietatis sensum sacerdotali gradu deposuimus, veluti quandam pestem sermonem ejus Ecclesias serpientem inhibere volentes. Sed quoniam aliquos invenimus etiam Episcoporum jam titubantes, & quæ ejus sunt sapientes, & illius blasphemia tractos universos eos qui secundùm eum sapiunt excommunicatos efficimus, donec recedentes à corrupta illius doctrina ad cognitionem veram apostolicamque revertantur fidem, in qua olim incumbentes salvi omnes efficimur. Sed nos quidem ad correctionem consistentium in errore decrevimus hæc, eorum pœnitentiam sustinentes. Ipsi verò cum sint triginta numerò paulo plus, (Erant enim aliqui inter eos etiam ex aliis culpis canonibus subjacentes, assumentes quoque reverentissimum Episcopum Antiochenorum Iohannem, quia & ipse ex plurima tarditate reus erat querelæ, alii verò ex aliis hæresibus increpati, quidam verò eorum etiam damnati) ad pœnitentiam quidem non respexerunt; congregati verò ad [c] suffragium Nestorii, contra præsules sancti universalisque Coocilii depositionem & conscribere præsumpserunt, & tamquam ex omni Concilio factam retulerunt ad vestram pietatem; quam suscipiens vestra potentia jussit manere, putans ex Concilio hanc factam, & non contra Concilium, ab his qui secundùm Nestorium sapiunt, & ulciscentium se contra nos in damnationem Nestorii, non crimen dicere valentium contra principes sancti nostri Concilii; & præsumpserunt quoque fallere Deo amabiles vestras aures, ut susciperetur etiam ab eis contra Concilium facta damnatio, neque legaliter neque canonicè neque plurimi fecerunt. Quapropter & sancta synodus legaliter & canonica actione destruxit quæ ab eis injuriosè & non rationabiliter sunt decreta. Vnde confugimus omnes ad vestræ potentiam pietatis, supplicantes quæ quidem cootra Nestorium gesta sunt & Nestorii sectatores propriam habere virtutem, quæ verò à defensoribus Nestorii, dum quæ illius sunt sapiunt, cootra leges facta adversùs præsules nostri Concilii, infecta manere atque vacantia, utpote dum nec consequenter nec regulariter neque pro culpa probata sint gesta, sed ultionis causa tantummodo a sectatoribus Nestorii contra sanctum confecta Concilium. Si enim rationabilis contra Nestorium sententia universalis Concilii facta est, & hanc suscepit vestra potentia, tamquam Nestorio nudam prædicante impietatem, rationabile quodam modo perspicit etiam vestra potentia ut quæ gesta sunt contra Concilium à sectatoribus Nestorii, infecta consistant & penitùs invalida, ex nulla causa rationem habentia nisi ex insultatione sola pro quibus contra Nestorium sanctum magnumque Concilium egit. Supplicamus igitur vestræ potentiæ relevari jam nos à tribulatione & jubere restitui nobis præsules sancti Concilii Deo amabiles Episcopos Cytillum & Memnonem. Rationabile namque est, vindicata pietate & vexantibus eam remotis, eos qui pariter pro fide certati nobiscum sunt honore frui & non condemnari cum his qui convicti sunt in nefandis contra Christum Dominum blasphemiis.

[d] Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi precibus.

[e] *Epistola synodi ad Episcopos qui inventi sunt Constantinopoli, & Presbyteris & Diaconibus & clero Constantinopolitano.*

CAP. LI.

SAncta synodus quæ per gratiam Dei & sanctionem piissimorum Principum in Ephesina metropoli celebrata est, dilectissimis & desiderantissimis fratribus & comministris in Constantinopoli commorantibus, & reverentissimis Presbyteris & Diaconibus ejusdem Constantinopolis. In tanta fluctuatione rerum constitutis, & multum qoidem undique suscipientibus bellum, ex nullaque parte permissis neque mansuetum & tranquillum piissimorum & Christo amabilium Principum videre vultum, unde esset solummodo sperare difficilium solutionem, quod alium poteramus adinvenire remedium nisi ut apud propria membra in nobismetipsis lamentaremur? Vos autem membra universalis Concilii pietatis zelum per omnia demonstrastis. Itaque sciat vestra reverentia carcere nihil ampliùs nos in Epheso habitare, & trium mensium tempus jam hic reclausos, neque per mare neque per terram sine periculo & licenter posse dirigere aliquos ad piissimum comitatum aut ad alium permitti locum. Etenim quotiens ea quæ à nobis missa sunt reddi valuerunt, per decies milies pericula harum bajuli alter aliter transformati eripi potuerunt. Causa verò ut ita custodiamur hæc est, eò quòd omnia contra nos mendaciter piissimo Principi referuntur. Alii namque, sicuti cognovimus, tamquam seditiones nobis facientibus, ita pias edocuerunt aures. Alii verò tamquam universale nostrum Concilium damnaverit per omnia Dei cultorem & sanctissimum Archiepiscopum Alexandrinorum Cytillum & sanctissimum ac Deo amabilissimum coëpiscopum

[a] CONFIGI] id est, stabiliri ac confirmari. Quod quam non intelligeret is qui antiquitus emendavit codicem Bellovacensem, sic rescripsit supra lineam: *configi pravum & pravitatis dogmata.* Quamquam vox Græca videtur innuere reponendum esse *compingi.*

[b] ARTIBUS] Ita codices omnes antiqui & editio Contiana. At in exemplari Bellovacensi emendatum est antiquitus supra lineam *astutis.*

[c] SUFFRAGIUM] patrocinium, auxilium. Vide glossarium Dufresnii.

[d] IUVENALIS] Hanc solam subscriptionem exhibet Græcus codex 524. bibliothecæ regiæ cui consentiunt omnia vetera exemplaria Latina & editio Contii. At in vulgatis editionibus Conciliorum additur subscripsisse etiam reliquos Episcopos in commentariorum serie recensitos. Ceterùm veram esse lectionem veterum codicum colligi potest ex calce epistolæ sequentis.

[e] EPISTOLA] Hunc titulum addidimus ex codice Bellovacensi. Non extat enim in aliis.

 a

nostrum Memnonem, sic referre præsumpserunt. Alii etiam hoc puro adicere ausi sunt, tamquam nos adquievissemus cum contumaci Concilio ad [a] amicabilia verba descendere, quorum princeps est Antiochenorum Iohannes. Et quatenus hæc non agnoscerentur, plurima contra nos custodia multumque fit bellum. In anxietate igitur constituti non modica ad vestram scribere beatitudinem festinavimus, scientes quia filiorum germanorum apud universale Concilium obtinentes officium, & orthodoxam fidem prodi nequaquam patientes, cum multa supplicatione ac lacrymis & bis litteris adcuotes piissimum & Christi amantissimum Principem, quæ contra nos sunt insinuabitis universa. Nos enim neque reprehendimus prædictos sanctissimos & Deo amantissimos Episcopos qui circa Cyrillum & Memnonem, sed etiam maxima eos approbatione & coronis dignos existimavimus, solos & primos super alios omnes zelo secundùm Deum motos, & undique laborasse ut absciderctur impietatis prædicator Nestorius impiissimus, & Ecclesiæ tali scelere purgarentur. Neque autem nunc patimur prædictorum sanctissimorum Pontificum communione segregari, sed etiam cum eis exilium pati lucrum existimamus egregium. Definitum quoque apud nos est neque recessionis Concilium ad communionem suscipere, sed etiam omnibus vocibus anathemavimus coram Ecclesia Iohannem Antiochenum & qui cum eo sunt, primùm quidem pro quibus simul damnare nobiscum impietatis prædicatorem Nestorium non est passus, sed etiam cum eo degentes pro eo facere sermonem nullatenus quieverunt, deinde pro quibus etiam iniquissimum & à regulis alienum conamen contra prædictos sanctissimos Episcopos injuriarum & calumniæ facientes subripere piis Christo amabilium Principum auribus præsumpserunt, cum his autem & eo quòd à sensu Nestorii nequaquam recedunt. Propter hæc semel eos omni ecclesiastica communione abscidentes, & omnem sacerdotalem celebrationem amputantes, excommunicavimus, judicii existentes hujus potiùs etiam ab Ecclesiis, quod absit, recedere quàm ad horum ulteriùs venire communionem, maximè non corrigentes omnia quæ prædicta sunt sua delicta. Insinuamus autem etiam vestræ reverentiæ ut sub æquali eos ordine habeatis. Hæc igitur exoramini religiosissimum & Deo amantissimum Imperatorem, edocentes petere pro universo Concilio restitui nobis eos qui à canonibus nequaquam reprehensi sunt, hoc est, sanctissimos & Deo amantissimos Episcopos Cyrillum & Memnonem, & misereri quoque nostri & ab optima ista conclusione jam revocari, & si quidem digni sumus videre piissimi & Christo amantissimi Principis vultum, hoc permitti facere; si autem indigni hoc judicati sumus, vel ad nostras Ecclesias redeamos, ut non hic interimamur universi, alii quidem languore, alii verò anxietate consumpti. Ne autem fastidium multum imponeremus subscriptionibus, contenti fuimus manibus præsidentum.

[b] SESSIO SEXTA.

b CAP. III.

POstconsulatum Dominorum nostrorum Flavii Theodosii tertio decimo & Flavii Valentiniani tertio perpetuorum Augustorum, undecimo Kalendarum Augustarum, qua est secundùm Ægyptios Epiphi vigesima octava, Concilio celebrato in Ephesiorum metropoli secundùm sanctionem Deo amantissimorum & Christo amabilium nostrorum Principum, & residentibus in episcopio Memnonis Deo amantissimis & Dei cultoribus Episcopis Cyrillo Alexandriæ obtinente etiam locum sanctissimi & sacratissimi Archiepiscopi Romanorum Ecclesiæ Cælestini, [c] & Arcadio Episcopo & Legato, & Projecto Episcopo & Legato, & Philippo Presbytero & Legato, & Iuvenale Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philippensium obtinente etiam locum Rufi Dei cultoris Episcopi Thessalonicensium, & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Theodoto Ancyræ Galatiæ, [[d] Acacio] Melitinæ Armeniæ, & Acacio Helladæ, & Cyro Aphrodisiadis Cariæ, & Valeriano Iconii, & Palladio Amasiæ Hellesponti, & Hesychio Parii, & Helladico Rhodi, & Dynato Nicopoleos Epiri veteris, & Euchario Dyrrachii Epiri novæ, & Perrevio [e] Farmalii, & Eudoxio Chomatis Lyciæ, & Silvano Cheretapon Phrygiæ, & Veriniano Pergæ Pamphyliæ, & Amphilochio Sidæ, & Epiphanio Cratiæ Honoriadis, & Gregorio Cerasuntis Ponti Polemoniaci, & Senecione Scodrensium, & Iconio Gortynæ Cretæ, & Dalmatio Cyzici, & Docimasio Maroniæ Thraciæ, & Iohanne Proconissi, & Daniele Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Romano Raphiæ, & Pauliniano Majumæ, & Paula Antedonis, & Fido Ioppæ, & Iohanne Sycomazonis, & Theodoro Gadarensi, necnon & Bessula Diacono Chartaginensi, [f] & reliquis residentibus secundùm superiorem sessionem, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Sancta & magna vestra synodus omnem faciens providentiam rectæ & apostolicæ fidei & dogmatum veritatis, prospiciens autem etiam disciplinæ & Ecclesiarum ordinationi, definitionem protulit, quam etiam præ manibus habentes, si placet vestræ sanctitati, relegimus. *Sancta synodus dixit.* Prolata definitio à sancto hoc & universali Concilio relegatur & inseratur gestis monumentorum.

c

d

e

f

Nicæna synodus hanc fidem exposuit.

CREDIMUS in unum Deum patrem omnipotentem, visibilium invisibiliumque factorem, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta

[a] AMICABILIA] Ita codices Colbertinus & Turonensis. quam lectionem adjuvare videtur textus Græcus. Codex Bellovac. & Contius habent *damnabilia*.

[b] SESSIO SEXTA] Hæc verba non extant in antiquis exemplaribus, & addita à nobis sunt in gratiam lectorum. Ceterùm quæ postea sequuntur usque ad fidem synodi Nicænæ, ea non extant in codicibus Græcis. Nescio autem unde sua acceperit Peltanus, quæ sunt admodum diversa ab his nostris. Sessionem autem hîc posuimus pro actione, quia paulò pòst legitur: *secundùm superiorem sessionem*.

[c] ET ARCADIO] Ista & quæ sequuntur usque ad nomen Iuvenalis non habentur hoc loco apud Marium Mercatorem & in actione prima Concilii Chalcedonensis, ubi sessio ista relecta est, sed post nomina omnium Episcoporum & ipsius Bessulæ Diaconi Carthaginensis.

[d] ACACIO] Deest hoc nomen in libris nostris antiquis. Quia tamen necessarium est, & repetitur hoc loco in actione prima Concilii Chalcedonensis, nos reposuimus.

[e] FARMALII] Secuti sumus editionem Concilii Chalcedonensis, quam ejusdem Concilii vetera exemplaria confirmant. Marius Mercator habet *Farmalii*, Codex Colbertinus & Contius *Farmaci*, Turonensis *Firmaci*. Bellovacensis ista non habet, neque Peltanus.

[f] ET RELIQUIS] Omnium Episcoporum nomina describuntur hoc loco in eadem actione prima Concilii Chalcedonensis & apud Marium Mercatorem.

sunt

sunt quæ in cœlo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est & homo factus est, passus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos, & in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex non existentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat apostolica & catholica Ecclesia.

Sanctæ quidem huic fidei omnes consentire convenit. Habet enim piè atque sufficienter ad utilitatem [a] totius terræ. Quia vero aliqui simulant quidem eam se confiteri & consentire, malè autem interpretantur sensuum virtutem secundùm quod eis placet, & circumveniunt veritatem, filii existentes erroris & nati perditionis, opus fuit necessarium ex sanctis patribus & orthodoxis comparare testimonia quæ satisfacere valeant quemadmodum intellexerunt eam & prædicare confisi sunt, ut palam sit quia omnes rectam & immaculatam habentes fidem sic & intelligunt & interpretantur & prædicant eam. *Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit.* Quoniam præ manibus habemus & codices sanctissimorum & beatissimorum patrum & Episcoporum diversorumque martyrum, elegimus autem ex eis pauca capitula, si placet, relegimus. *Flavianus Episcopus Philippensium dixit.* Etiam hæc lecta gestis inserantur. *Et lecta sunt ita, sicut suprà pag. 465. in gestis damnationis Nestorii sunt posita.*

Quibus expletis, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Secundùm sanctionem piissimorum & Christo amabilium Principum Theodosii & Valentiniani congregata in Ephesiorum metropoli ex omni, ut ita dicatur, orbe terrarum sancta hac synodo Deo colendorum Episcoporum ex omnibus sanctissimis Ecclesiis, & residente atque definiente valere firmamque esse fidem expositam per sanctum spiritum à sanctis patribus qui per tempora in Nicæa civitate collecti sunt existentium numero trecentorum decem & octo, & definiente de hoc quo condecebat modo, Charisius quidam nomine Presbyter & [b] dispensator constitutus sanctæ Ecclesiæ Philadelphinæ civitatis asseruit [c] quia quidam ex Lydia oriundi hæretici voluerunt suum quidem errorem relinquere, converti verò ad veritatis lumen & imbui catholicæ Ecclesiæ rectis piisque dogmatibus, & cùm deceret [d] eos ad veritatem deduci, deterius sunt decepti, & velut ex fovea ceciderunt in foveam [e] potiorem. Asseruit enim quoniam Antonius & Iacobus Presbyterorum habentes nomina descenderunt à Constantinopoli epistolas habentes [f] commendationis ab Anastasio quodam & Photio hæretico Nestorio tunc adhærentibus, & ipsorum quoque Presbyterorum habentium nomina. Et cùm deceret apostolicam & evangelicam traditionem fidei, quam etiam exposuerunt per tempora patres in Nicænam civitatem convenientes, tradi ex errore conversis ad veritatem & ex tenebris ad lumen venire quærentibus, adicientes enim obtulerunt expositionem quandam dogmatum impiorum velut in ordine symboli compositam, & huic subscribere [g] procuraverunt miseros illos, & in hoc enim [h] modum excedentes impietatis. Pro declaratione verò subtili omnium quæ dicta sunt insertus est libellus oblatus à memorato Presbytero Charisio, & impiæ sectæ illius expositio de incarnatione unigeniti filii Dei, cum subscriptione horum qui sunt decepti.

Sanctissimæ & Deo dilectæ synodo universali quæ in Ephesiorum metropoli congregata est, à Charisio Presbytero & dispensatore Ecclesiæ Philadelphiæ. Est quidem omnibus sapientibus exoptandum honorem semper decentemque reverentiam spiritalibus maximè patribus & [i] præceptoribus distribuere. Si verò contigerit ut ii qui docere debent, ea discipulis de fide garriant quæ aures [k] omnium mentesque possint lædere, necesse est ordinem commutari, & eos qui perversè docere contendunt, [l] à minoribus redargui. Et quoniam unus horum est Nestorius, qui fructus vanæ gloriæ suæ decerpsit, quique de fide Christiana nefandissimè sentiens & docens sæpe quæ eum docere non decuit, omnem penè orbem terrarum turbavit, ita ut etiam piissimi Principes censere cogerentur vestram sanctitatem convenire & rectæ fidei dogmata confirmare, quod etiam sua clementia Dominus Deus indulsit, ut

[a] Totius terræ] In Concilio Chalcedon. *his qui sub cœlo sunt.* Marius Mercator, *totius orbis terrarum.*

[b] Dispensator] Ita omnia vetera exemplaria & Marius Mercator. Versio quæ extat in Concilio Chalcedonensi, *œconomus.*

[c] Quia quidam] Codex Bellovac. *quosdam ex Lydia oriundos hæreticos voluisse quidem suum errorem deponere.*

[d] Eos ad veritatem] Codex Bellovacensis: *eos qui ad veritatem fuerant deducendi in pejorem tractos errorem, & tamquam ex fovea in profundiorem foveam excidisse asseruit. Antonium namque & Iacobum nomine tantùm Presbyterorum habentes officium dicit de Constantinopolim descendisse cum epistolis commendatitiis Anastasii cujusdam & Fotii, qui tunc temporis hæretico Nestorio adhærebant, qui & ipsi nomina tantùm Presbyterorum habebant. Et cùm deceret magis apostolicam evangelicamque fidei traditionem, quam etiam patres exposuerunt qui Nicæam convenerunt, eis tradi qui ab errore convertuntur ad veritatem, & qui de tenebris ad lucem cupiunt pervenire, obtulisse nescio quam impiissimorum dogmatum expositionem tamquam more symboli compositam, eidemque subscribere illos miseros compulisse, & in hoc omnem impietatis excessisse mensuram. Atque ut hæc quæ dicta sunt possint evidenter approbari, infrà scriptus est etiam libellus oblatus à memorato Presbytero Carisio, & impia illius nefandaque fidei expositio de incarnatione filii Dei, cum subscriptione etiam illorum qui decepti sunt.*

[e] Potiorem] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Contius habet *pejorem*, Concilium Chalcedon. *majorem.*

[f] Commendationis] Hæc etiam lectio est codicum Turonensis & Colbertini. Bellovac. & Contius scribunt *commendatitias.* Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

[g] Procuraverunt] Contius, *protulerunt.* Ita etiam idem Concilium Chalcedonense.

[h] Enim] pro *etiam*, ut alibi diximus suprà.

[i] Præceptor. distribuere] Codex Bellovacensis: *præceptoribus semper deferre.* Concilium Chalcedon. *patribus & doctoribus exhibere.*

[k] Omnium] Hæc est lectio codicis Turonensis & Colbertini, tum etiam Concilii Chalcedonensis & Marii Mercatoris. Bellovacensis & Contius habent *hominum.* Sed istam lectionem non admittit textus Græcus, in quo scriptum est *ἁπάντων.* Notum est autem voces *omnium* & *hominum* frequenter permutari in antiquis libris, ut observatum à nobis est in Notis ad Capitularia pag. 1076. 1319.

[l] A minorib. redargui] Ita etiam Concilium Chalcedonense. Codex Bellovac *à discipulis magis redargui. Et quoniam inter eos est Nestorius numerandus, qui fructus opinionis suæ malè decerpsit, qui de fide Christi nefandissimè sentiens & docens semper quæ eum docere non decuit, omnem penè orbem terræ turbavit, adeo ut etiam piiss. Princ. cens. cog. hanc ve. sanctam synodum convenire.* Mercator, *à discipulis.*

propter causam supradictam vos omnes huc, patres sanctissimi, conveniatis, hujus rei gratia ego ad vestræ sanctitatis genua provolutus adfirmo quòd non solus ipse, verùm etiam impietatis ejus participes Anastasius & Photius Presbyteri eandem etiam in aliis civitatibus fidem [b] nefandam disseminare cupientes, Iacobo cuidam sui simili favorem præstiterunt & præstant, ad colloquii societatem adhibentes eum [c] & ad mensam; quem etiam per litteras tamquam orthodoxum religiosissimis Lydiæ Episcopis commendarunt, [d] qui talia committit quæ sanctitatem omnium vestrorum hæc cognoscentem commoveant ut regularem in eum pœnam & ei faventes inferatis. Nam cùm Philadelphiam civitatem Lydiæ advenisset, simpliciores quosdam decepit Clericos, & illa fide spreta quam patres Nicææ ediderunt, symbolo alterius fidei immo perfidiæ subscribere compulit. Et hoc illi simplicitate sua fecerunt & subscripserunt hoc modo: *Huic rectæ fidei [e] consentimus.* Quæ expositio hæreticæ blasphemiæ plenissima est cum subscriptione eorum quibus subreptum est; quæ rogo ut coram vestra sanctimonia recitetur, ut intelligatur quomodo illi rectam fidem evertere sint conati, necnon & litteræ supradictorum, per quas Iacobum quidem hæreticum, qui talia ausus est perpetrare, orthodoxum esse testantur, me verò tamquam hæreticum à communione ac ministerio summoverunt pietatis dogmata [f] sequentem, sicut in subditis apparebit. Nam his recitatis sanctitas vestra comperiet qualia sint ea quæ illi adversùm rectam fidem scelera commiserunt, quæ per vestram sanctitatem Deus penitùs destruet.

Charisii Presbyteri confessio fidei.

Credo in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem, & in unum Dominum Iesum Christum filium ejus unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, ejusdem cum patre substantiæ, qui propter nos & nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est ex sancta virgine, homo factus est, crucifixus est pro nobis, mortuus est, surrexit tertio die, ascendit in cœlos, inde venturus est judicare vivos & mortuos, & in spiritum veritatis [g] paracletum, similis substantiæ cum patre & filio, & [h] in sanctam catholicam Ecclesiam, & in resurrectionem mortuorum, & in vitam æternam. *Et alia manu.* Ego Charisius obtuli libellum sicut suprà scriptum est, & subscripsi manu mea.

Exemplar expositionis [i] symboli transformati.

[k] Qui vel nunc primùm erudiuntur ecclesiasticorum dogmatum scientiam, vel ex quolibet hæreticorum errore ad veritatem desiderant commigrare, eos dicere convenit & confiteri quòd credimus in unum Deum patrem æternum, qui neque postea cœpit esse, sed antea & semper erat Deus, neque postea factus est pater, quia semper erat & Deus. Credimus autem & in unum filium Dei unigenitum ex substantia patris, ut verè filium ex substantia ejus cujus est & esse creditur filius. Et in spiritum sanctum qui est ex Dei substantia, qui non est filius, sed Deus per substantiam, utpote ejusdem substantiæ cujus est Deus & pater, ex quo est per substantiam. Nos enim, inquit Apostolus, non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ab omni quidem creatura eum separans, [l] Deo verò conjungens, ex quo est per substantiam præcipua quadam propriaque ratione præter omnem aliam creaturam, quam non ex substantia [m] sed causa creationis à Deo credimus factum; & neque filium putamus, neque per filium essentiam accepisse. Confitemur autem ipsum per se [n] patrem

[a] Conveniatis] Ita omnia vetera exemplaria. Contius habet *conveniretis.*

[b] Nefandam] Ita etiam vetera exemplaria, cùm apud Contium scriptum sit *nefandissimam.*

[c] Et ad mensam] Codex Bellovac. *& mensæ.* Ita etiam Marius Mercator.

[d] Qui talia committit] Idem codex Bellovac. *qui talia ammittit quæ sanctitatem vestram, si ea cognoverit, commendabunt justas in eum & competentes pœnam afferre, necnon etiam in eas qui ei patrocinantur & favent.*

[e] Consentimus] Codex Bellovac. *assentimus.* Marius Mercator, *adsentimus.* Concilium Chalcedonense, *adquiescimus.*

[f] Sequentem] Ita etiam Concilium Chalcedonense. Codex Bellovac. & Marius Mercator, *retinentem.*

[g] Paracletum] Ita codices Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis habet *paraclitum.* Concilium Chalcedon. & Mercator, *paraclytum.*

[h] In san. catholicam] Codex Bellovacensis *& sanctam catholicam Ecclesiam & resurrectionem mortuorum & vitam æternam.* Concilium Chalcedon. *& sanctam catholicam Ecclesiam, in resurrectione mortuorum, in vita æterna.* Sed ista lectio non congruit cum textu Græco. Mirum est autem Græcos ferè semper ita scripsisse, ut videre est in symbolis quæ extant in collatione sexta Quintæ synodi & in actione XVIII. sextæ. Immo prisci quoque Latini ita scripsisse reperiuntur. Hieronymus in dialogo adversùs Luciferianos: *Præterea cùm solenne sit in lavacro post trinitatis confessionem interrogare: Credis in sanctam Ecclesiam?* Etherius Oxomensis edens fidei suæ professionem, symbolumque ex Ephesina synodo describens, ait se credere *in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam.* Paschasius Diaconus lib. 1. de Spiritu sancto cap. 1. adversùs Macedonii hæresim disputans, ait: *Credimus Ecclesiam quasi regenerationis matrem, non in Ecclesiam credimus quasi in salutis auctorem.* Theodulfus Aurelianensis in libro de ordine baptismi cap. 7. *Credant etiam sanctam Ecclesiam catholicam, id est, universalem, non in sanctam Ecclesiam, ut credentes in trinitatem.* Erasmus in colloquio de fidei inquisitione: *Credis in sanctam Ecclesiam?* Resp. *Non.* Alter ait: *Quid ais? Non credis?* Puer respondet: *Credo sanctam Ecclesiam, quæ est corpus Christi.*

[i] Symboli transformati] Apud Marium Mercatorem vocatur *symbolum Nestorianum,* & in Concilio Quinto collat. IV. *sceleratum symbolum impii Theodori* quod pluribus verbis confirmatur in collatione sexta & à Mario Mercatore. Facundus tamen lib. 3. cap. 2. negat id verum esse. Vide Allatium in Vindiciis synodi Ephesinæ cap. 17.

[k] Qui vel nunc] Codex Bellovacensis. *Quisquis vel nunc primùm instituitur eccles. dog. scientia, vel ex quolibet hær. errore ad ver. desiderat commigrare, eum.* Sic etiam apud Marium Mercatorem in gestis synodi Ephesinæ contra Nestorium. Concilium Chalcedonense *Eos qui nunc in primis imbuuntur ecclesiastici dogmatis diligentia, aut ex aliqua volunt hæretico errore ad veritatem converti, docere & confiteri oportet.*

[l] Deo vero] Hæc est lectio codicis Bellovacensis & Marii Mercatoris, quam etiam confirmant acta Concilii Chalcedonensis & Quintæ synodi. Malè igitur codices Colbertinus & Turonensis, in quibus scriptum est *tu verò conjungens.* Pessimè Contius, qui habet. *Tu verò conjunge.*

[m] Sed causa creationis] Codex Bellovacensis: *sed ex causa operationis.* Ita etiam apud Marium Mercatorem.

[n] Patrem persectum] Hunc locum laudat Facundus lib. 3. cap. 5. ubi, pro eo quod isthic legitur *& item spiritum sanctum,* habetur *& spiritum sanctum ibidem,* manifesto errore. Quare vera est doctissimi viri Iacobi Sirmondi conjectura, qui suspicatur *itidem* legi debere apud Facundum. In Concilio Chalcedon. *identidem.*

perfectum in sua persona, & filium simili modo, & item spiritum sanctum, salva manente nobis ratione pietatis, ut patrem & filium & spiritum sanctum non tres diversas substantias esse credamus, sed unam eandemque [a] divinitatem cognoscendam. Scire autem convenit etiam de dispensatione quam pro nostra salute in Domino Christo Dominus Deus implevit, quòd Deus verbum hominem perfectum adsumpsit ex semine Abraham & David juxta prædicationem sanctarum scripturarum [b] hoc naturaliter existentem quod & illi fuerunt ex quorum semine ortus est, [c] hominem perfectum ex anima rationali & carne [d] consistentem humana; quem hominem secundùm nostram naturam spiritus sancti virtute in vulva virginis fictum, factumque ex muliere, factum sub lege, ut omnes nos à servitute legis redimeret, & [e] consequeremur adoptionem quæ est olim repromissa, ineffabiliter sibi conjunxit, & mortem quidem experiri more hominum fecit, suscitavit verò à mortuis, & evexit in cœlos, & sedere fecit ad dexteram Dei. Unde & cùm sit supra omnem principatum & potestatem & dominationem & supra omne nomen quod nominatur, non tantùm in hoc seculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura suscepit adorationem, tamquam inseparabilem ad divinam naturam habens conjunctionem relatione Dei & sensu, omni creatura adorationem ei tribuente. Et neque duos dicimus filios, neque duos Dominos: quoniam unus est filius per substantiam Deus verbum unigenitus filius patris, cui hic conjunctus est & participatur filiatione, filiique appellatione & honore communicat. Nam Dominus per substantiam est Deus verbum, cui iste conjunctus honore communicat. Et propterea neque duos dicimus filios, neque duos Dominos: quia cùm sit manifestus is qui est per substantiam Dominus & filius, inseparabilem habens cum eo conjunctionem, hic quoque qui pro salute nostra assumptus est [f] conrefertur, id est, συναναφέρεται, in nuncupatione filii & Domini, non quemadmodum unusquisque nostrum, quis [g] per ipsum filius est, (unde & multos filios juxta beatum dicimus Paulum) sed [h] solus habens præcipuam conjunctionem ad Deum verbum, [i] filiationis dominationisque effectus particeps, adimit quidem opinionem duorum filiorum & Dominorum, [k] præbet autem nobis in conjunctione quæ ad Deum verbum est omnem habere de eo [l] fidem & intellectum & contemplationem, pro quibus & adorationem Dei relatione ab omni suscepit creatura. Unum igitur filium dicimus & Dominum Iesum Christum, per quem omnia facta sunt, [m] principaliter quidem Deum verbum intelligentes, qui est per substantiam filius Dei & Dominus, [n] coopinantes autem quod assumptum est Iesum de Nazareth, quem unxit Deus de spiritu sancto & virtute, tamquam in conjunctione ad Deum verbum filietatis dominationisque participem, qui etiam secundus Adam juxta beatum Paulum vocatur, utpote ejusdem quidem [o] naturæ consistens cujus Adam, demonstrans autem nobis statum futurum, & qui tantam ab illo habet differentiam quanta debet esse inter eum qui [p] futuræ vitæ ineffabilia bona subministrat & inter illum qui præsentium malorum dedit initium. Simili modo etiam secundus homo vocatur, tamquam secundum statum nobis demonstrans: quoniam quidem prioris status princeps fuit Adam illius mortalis & passibilis & omnium dolorum plenissimi, in quo etiam similitudinem ipsius accepimus. Secundum verò monstravit nobis Dominus Christus, qui de cœlis in futuro apparens omnes nos in communionem habebit suam. *Primus enim homo*, inquit, *de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis*, hoc est, inde venturus, ut nos omnes ad imitationem sui perducat. Unde infert: *Qualis terrenus, tales etiam terreni, & qualis cœlestis tales etiam cœlestes. Et sicut portavimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cœlestis.* In isto quippe qui apparet & visibilis est, horum qui judicandi sunt occulta & invisibilis faciet judicium divina natura. Tempora enim ignorantiæ nostræ despiciens Deus nunc adnuntiat hominibus ut omnes pœnitentiam agant, eò quòd statuit diem in qua judicaturus est orbem [q] in viro quem statuit, fidem præbens

[a] DIVINIT. COGNOSCENDAM] Codex Bellovac. *similitudinem deitatis.* Eandem versionem exhibet etiam Marius Mercator. Vetus versio quæ extat in Concilio Quinto habet, *eandem naturam deitatis cognoscentes.*

[b] HOC NATUR. EXSISTENTEM] Codex Bellovac *ejusque natura cujus & illi fuerant ex quorum.* Marius Mercator: *ejus natura cujus & illi fuerant.* Vetus versio quæ extat in Concilio Quinto: *hoc constitutum natura quod erant illi.*

[c] HOMIN. PERF.] Idem codex Bellovac. *hominem extitisse perfectum.*

[d] CONSISTENTEM] Codex Bellovac. & Marius Mercator, *compositum. quem hominem nostra natura consimilem spir. sa. virtute.*

[e] CONSEQUEREMUR] Marius Mercator, *consecutos.* Codex Bellovac. *consecutus.* In Concilio V. *recipientes.* Concilium Chalcedon. *accipientes.*

[f] CONREFERTUR] Ita vetera exemplaria, Marius Mercator, Concilium Chalcedonense, & Contius. In Concilio Quinto legitur: *cum illo honorem & nominationem filii & Domini habet.* At in alio loco idem Marius Mercator habet; *conrefertur tam nuncupationi quàm honori & filii & Domini.*

[g] PER IPSUM] Codex Bellovacensis & Marius Mercator legunt *per se ipsum.* Atque ita etiam habetur in Concilio Quinto Concilium Chalcedon. *secundùm se ipsum*

[h] SOLUS HABENS] Marius Mercator, *solus is habens.* Codex Bellovac. *solus id habens.*

[i] FILIATIONIS] Marius Mercator, *filietatis.* Codex Bellovac. *adoptionis etiam.* Sed in Concilio V. legitur *filiationis.*

[k] PRAEBET] Bellov. *facit autem nos conjunctione ea qua ad Deum.* Apud Marium Mercatorem *præstat.* Sic etiam in Concilio Chalcedonensi.

[l] FIDEM ET INTELLECTUM] Concilium Chalcedon *fidem & intelligentiam & theoriam.* Codex Bellovac *fidem & opinionem, pro qua & venerationem utpote Dei relatione ab omni consequatur creatura.* Ita etiam Marius Mercator. Sed idem alibi ita vertit: *Ob hoc & venerationem ex Dei societate ab omni percepit creatura.*

[m] PRINCIPALITER] Marius Mercator & codex Bellovac *primitus.*

[n] COOPINANTES AUTEM] Codex Bellovacensis: *Deinde inducentes etiam assumtum filium de Nazareth.* Ita etiam Marius Mercator At idem alibi aliter: *pariter etiam cogitantes eum qui susceptus est Iesum à Nazareth* Concilium Chalcedon *consuspicientes autem assumptum Iesum à Nazareth.* Concilium Quintum: *Deinde simul mente accipientes sumptum Iesum, qui est de Nazareth.*

[o] NATURAE CONSISTENS] Codex Bellovac. *ejus quidem natura qua Adam.* Marius Mercator: *ejusdem quidem natura qua Adam.* Idem alibi: *tamquam ejusdem sit natura cujus est Adam* Concilium V. *ejusdem quidem natura constitutus Adam.* Chalcedon. *ejusdem natura constitutus cujus Adam.*

[p] FUTURAE VITAE] Codex Bellovac. *futuri status arcana bona subministravit.* Ita etiam Marius Mercator. Concilium Quintum; *ineffabilia præbet futuro status bona.* Vide Concilium Chalcedonense

[q] IN VIRO] Ita Marius Mercator. Codex Colbertinus & Turonensis habent *in virum* Bellovacensis mutilus est in hoc loco. In Concilio V. legitur: *statuit diem qua judicet de orbe terrarum in æquitate in viro cui constituit fidem præstare* Marius Mercator alibi: *statuit diem in qua judicaturus est orbem terrarum in justitia, in viro in quo definivit.* Quæ lectio melior est. Vide cap. 17. Actor. & Concilium Chalcedonense.

omnibus, suscitans eum à mortuis. Hæc est ecclesiasticorum dogmatum assertio; & quisquis contra hæc credit, anathema sit. [a] Quisquis non accipit salutarem pœnitentiam, anathema sit. Quisquis sanctum diem Paschæ non facit juxta sanctionem sanctæ catholicæ Ecclesiæ, anathema sit.

Et subscriptio eorum qui decepti sunt.

Budius Vinici Philadelphius [b] Quartodecimanus agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctam catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresem, & maximè Quartodecimanorum, in qua antè errabam, & consentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem paschæ juxta morem sanctæ catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ, jurans per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum nostrorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitatæ mihi expositioni subscripsi per [c] Hesychium Philadelphium curialem, eò quòd litteras nescirem.

Vide ipsa in interpretatione Marii Mercatoris.

Similiter subscripserunt & hi. Hesychius [d] Cerdanepi Philadelpheus curialis Quartodecimanus, Rufinus Philadelpheus Quartodecimanus, Eugenius Philadelpheus Quartodecimanus, Faustinus laicus Disphiladelpheus Quartodecimanus, Damalius & Alexander per manum Euprepii Diaconi, Flavius Memphidianus Philadelpheus scholasticus, Polychronius Tatiani Philadelpheus per manus Flavii Hesychii Cerdali Philadelphia. Eustathius Marcelli Philadelpheus aurifex, Eutychius Philadelpheus, Stratonicus Ammonii Philadelpheus, Theoderitus & Alexander Philadelpheus per ipsum Alexandrum, Marinus Evethi per manum Neorii Lectoris, Padicius Philadelpheus, Cyrianus Philadelpheus de haresi Novatianorum, [e] Auxonius Philadelpheus nauta, Diomedes habitans in vico Caccaba, Iulianus Philadelpheus, Eutychius de vico Aulacis primus Tessarescadecatitarum, Patricius Presbyter de vico Paradioxyli per manum Maximi, Zeno Chorepiscopus Pithata Quartodecimanus similiter.

His igitur recitatis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere prater illam qua definita est à sanctis patribus qui Nicæam per spiritum sanctum convenerunt. Illus verò qui audent fidem aliam vel componere vel proferre volentibus converti ad agnitionem veritatis, sive ex gentilitate, sive ex Iudaismo, sive ex alia qualibet heresi, si Episcopi fuerint aut Clerici, alienos esse Episcopos ab episcopatu & Clericos à [f] clero; si verò laici sunt, [g] anathematizari. Simili modo si qui deprehensi fuerint, sive Episcopi, sive Clerici, vel laici, vel credentes vel docentes ea qua scripta sunt in expositione qua à Charisio Presbytero prolata est de incarnatione unigeniti filii Dei, aut certè scelerata & perversa Nestorii dogmata, que etiam [h] subjecta sunt, eos [i] subjacere sancta & universali synodo, ita ut sit palam Episcopum quidem alienum fore episcopatu & deponendum, Clericum verò à clero similiter summovendum; si verò laicus sit, eum fore anathema, sicut suprà dictum est.

Ex codice ejusdem Nestorii quaternione septimo decimo in dogmate.

Cùm igitur divina scriptura dicit aut nativitatem Christi quæ ex Maria virgine est, aut mortem, nusquam videtur ponens *Deus*, sed aut *Christus* aut *filius* aut *Dominus*; quoniam hæc tria naturarum sunt significativa duarum, aliquando quidem hujus, aliquando autem illius, aliquando autem hujus & illius. Quale quod dico. Quando ex virgine nativitatem nobis scriptura exponit, quid dicit? *Misit Deus filium suum.* Non dixit: *Misit Deus verbum*; sed accepit nomen quod pronuntiat naturas duas. Quoniam enim filius homo est & Deus, dicit: *Misit Deus filium suum factum ex muliere*; ut cùm audieris factum ex muliere, deinde cognoveris nomen propositum quod indicat naturas duas, nativitatem quæ ex beata virgine est filium quidem voces, filium enim genuit Dei, etsi Christi genitrix virgo. Sed quoniam filius Dei duplex est secundùm naturas, non genuit quidem filium Dei, sed genuit humanitatem quæ est filius propter conjunctum filium.

[k] *Sequuntur hic etiam alia exempla Nestorii usque ad ultimum,* [l] *sicut in gestis ejus damnationis sunt posita. Quibus* [m] *expletis, subjunctum.*

Petrus Presbyter Alexandria & primicerius Notariorum dixit. Ecce palam in his ait quia ante eum nullus doctorum hæc locutus est populis. *Et subscriptio.*

Cyrillus Episcopus Alexandriæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

[n] Arcadius Episcopus & Legatus sedis apostoli-

a QUISQUIS NON ACCIPIT] Integra ista sententia deest in codice Colbertino & in Turonensi & in editione Contii. Sed eam exhibent Marius Mercator & codex Bellovacensis; extatque etiam in Græco & in Concilio Chalcedonensi.

b QUARTODECIMANUS] Loco illius vocis, quæ reperitur in Concilio Chalcedonensi, apud Contium, & in codicibus Colbertino & Turonensi, Bellovacensis & Marius Mercator scribunt *Tessarescadecatitas*.

c HESYCHIUM PHILADELP.] Hæc est lectio codicis Toronensis & Contii. In Bellovacensi legitur *Esycium Flavium curialem*. Quo etiam modo habetur in Græco. Apud Mercatorem in codice Bellovac *Esycum Fil. curialem*. In Concilio Chalcedonensi, *Flavium Isichium Filadelphia principalem*. Ex quo interim loco discimus eosdem fuisse curiales & principales. Peltanus vertit *senatorem*.

d CERDANEPI] Ita codex Bellovac. & Marius Mercator, quibus consentit & textus Græcus. Colbertinus, Turonensis, & Contius habent *Cerdama*. Concilium Chalcedon. *Cerdanepiensis*.

e AUXONIUS] Ita Contius & codices Colbertinus & Turonensis, & textus Græcus. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi. In libro Bellovacensi & apud Marium Mercatorem legitur *Eusenius*.

f CLERO] Codex Bellovac. *clericatu*. Item paulò pòst. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

g ANATHEMATIZARI] Idem codex & Concilium Chalcedonense, *anathema esse*.

h SUBJECTA] Idem codex, *suprascripta*. Concilium Chalcedon. *subnixa*

i SUBJACERE] Bellovac. *subjacere sententia sancta & universalis synodi, ita ut sit perspicuum Episcopum*.

k SEQUUNTUR] Ista & subscriptiones sequentes non extant in exemplaribus Græcis, & in editiones Conciliorum translata sunt ex antiqua versione, sed verbis mutatis.

l SICUT IN GESTIS] id est, suprà pag. 143.

m EXPLETIS] Malè in tomis Conciliorum, *exemplis*. quæ lectio sumpta est ex editione Contii.

n ARCADIUS] Observa hoc loco ordinem subscriptionum. Primo loco subscribit Cyrillus Alexandrinus, tum unus Legatorum sedis apostolicæ, deinde Iuvenalis Hierosolymitanus, & post eum alius Legatus apostolicæ sedis, postea Flavianus Philippensis, denique tertius ejusdem apostolicæ sedis Legatus. Post quos sequuntur alii Episcopi.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

cæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymitanus subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

Projectus Episcopus & Legatus sedis apostolicæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

Flavianus Episcopus Philippensium subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Philippus Presbyter sedis apostolicæ & Legatus subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Firmus Episcopus Cæsareæ subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Memnon Episcopus Ephesi subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

[a] Acacius misericordia Dei Episcopus Melitinorum consentiens sanctæ synodo in suprascripta sententia subscripsi.

Theodotus Episcopus Ancyræ consentiens sanctæ synodo in suprascripta sententia subscripsi.

Palladius gratia Christi Episcopus Amasenorum consentiens sanctæ synodo in suprascripta sententia subscripsi.

Amphilochius Episcopus Sydæ subscripsi pronuntians una cum sancta synodo.

Iconius Episcopus Cretæ subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Daniel Episcopus Coloniæ subscripsi simul cum sancta synodo.

Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Berinianus Episcopus Pergeorum metropoleos subscripsi per Timotheum Presbyterum.

Severus Episcopus Synnadon subscripsi.

[b] Reginus Episcopus Constantiæ Cypri subscripsi.

Herenianus Episcopus Myron subscripsi.

Valerianus Episcopus Iconii subscripsi.

Pius Episcopus Pisiniotum metropoleos subscripsi.

Nestorius Episcopus [c] Spon subscripsi.

Aphovius minimus Episcopus [d] Colvæ subscripsi.

[e] Phocus Episcopus civitatis quæ est in Thiatireno subscripsi.

Paulus Episcopus Daldianorum subscripsi.

Limenius Episcopus civitatis Setentrum subscripsi.

Dorotheus Episcopus civitatis Myrenes subscripsi.

Theodorus Episcopus Attaliæ subscripsi.

[f] Aplothonetus minimus Episcopus Heracleotarum [g] Lamphespoleos subscripsi.

Pius Episcopus Pisinorum metropoleos subscripsi.

Cyrus minimus Episcopus Aphrodisiados subscripsi.

Meonius Episcopus Ecclesiæ quæ est Sardidus Lydiæ subscripsi.

Hellanicus Episcopus Rhodi subscripsi.

Dalmatius Episcopus Cyzici subscripsi.

Aristonicus Episcopus Laodiciæ subscripsi.

Paralius Episcopus Andrapon subscripsi.

Olympius Episcopus Claudiopoleos subscripsi per Episcopum Epiphanium & Theosebium.

Dynatus Episcopus Nicopoleos Epiri subscripsi.

Domninus Episcopus civitatis Cotiaio subscripsi.

Eustachius Episcopus civitatis Docimi subscripsi.

Epiphanius Episcopus civitatis Cratiæ subscripsi.

Gregorius Episcopus [h] Cerasuntis civitatis subscripsi.

Helladius Episcopus Adramytti subscripsi.

Anysius Episcopus civitatis Thebarum Græciæ subscripsi.

Domninus Episcopus civitatis [i] Opuntis subscripsi.

Callicrates Episcopus civitatis [k] Naupacti subscripsi.

[l] Nicæas Episcopus civitatis Megarensium subscripsi.

Callinicus Episcopus Apamiæ subscripsi.

Petrus Episcopus minimus civitatis Prusæ subscripsi.

Eutrepius Episcopus civitatis [m] Vizes subscripsi.

Dio Episcopus civitatis Thebarum subscripsi.

Perrebius Episcopus saltuum Thessalonicensium subscripsi.

Paulus Episcopus civitatis Antedonis subscripsi.

Theodorus Episcopus civitatis [n] Aninensiorum subscripsi.

Eusebius Episcopus Heracliæ subscripsi.

Iohannes Episcopus Lesviscleniacorum subscripsi.

Theonas Episcopus civitatis Hierbæ subscripsi.

Senecion Episcopus Codrinæ civitatis subscripsi.

Tribonianus Episcopus Ecclesiæ quæ est Primopoli subscripsi.

Martyrius Episcopus civitatis Illistron subscripsi.

[a] ACACIUS] Istius & sequentium Episcoporum subscriptiones omissæ sunt in editionibus Concilii Chalcedonensis, quæ tamen extant integræ in antiquis ejusdem Concilii exemplaribus, sed mutato ordine.

[b] REGINUS] Hanc subscriptionem non habent codices Colbertinus & Toronensis. Non extat item in editione Contiana. Habetur tamen in libro Bellovacensi & in antiquis exemplaribus Latinis Concilii Chalcedonensis.

[c] SPON] Ita vetera exemplaria & editio Contii. Vetera exemplaria Concilii Chalcedonensis habent *Sponensis*. Marius Mercator, *Sponsus*.

[d] COLVÆ] Idem Concilium, *Coloensis*.

[e] PHOCUS] Idem Concilium, *Dioscus Episcopus entyathorena civitatis*. Marius Mercator, *Phoscus*.

[f] APLOTHONETUS] Ita exemplaria nostra & editio Contii. At in codice Ioliano Concilii Chalcedonensis scriptum est *Asbonius*, in Corbeiensi *Aptonitus*. Apud Marium Mercatorem, *Aphonetus*.

[g] LAMPHESPOLEOS] Ita rursum exdem exemplaria & Contius, tum etiam Marius Mercator. In codice Ioliano Concilii Chalcedon. *provinciæ Lappi*, in Corbeiensi *civitatis Lampi*.

[h] CERASUNTIS] Ita Contius. Codex Bellovac. *Casaruntis*, Turon. *Casorontis*, Marius Mercator *Casarasuntis*. Concilium Chalcedon. *Cerasuntinus*.

[i] OPULANTIS] In vulgatis editionibus *Opuntis*, quod fortasse melius est. Nam in Concilio Chalcedonensi legitur *Opuntinus*.

[k] NAUPACTI] Hæc est lectio veterum exemplarium Græcorum & editionum, quam confirmat antiqua versio Concilii Chalcedonensis. Codices Colbertinus & Turonensis & Contius habent *Prusa*, Bellovacensis *Megarensium*, Marius Mercator *Magurensium*.

[l] NICÆAS] Istius & duorum sequentium Episcoporum subscriptiones desunt in editione Contiana & in Colbertino & Turonensi codicibus. Additæ sunt ex Bellovacensi, & ex Concilio Chalcedonensi. Itaque hinc ortæ sunt variæ lectiones superioris subscriptionis.

[m] VIZAS] Marius Mercator, *Byzes*; Concilium Chalcedonense, *Buzensis*. In Græco editum est, Βιζύης. Sed codex 524. bibliothecæ regiæ habet Βιζύς.

[n] ANINENSIORUM] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovac. *Annensiorum* Marius Mercator, *Aninesiorum*. quæ lectio congruit cum textu Græco. Male Concilium Chalcedonense, *Magnensi*.

Nesius Episcopus Coribrasi subscripsi.

Acacius Episcopus civitatis Cotheuon subscripsi.

Ablabius Episcopus civitatis Amorii subscripsi.

Heracleon, qui & Theophanius, Episcopus Trallion subscripsi.

Philippus Episcopus [a] Pergami subscripsi.

Daphnus Episcopus civitatis Magnesiæ Mæandri subscripsi.

Eusebius Episcopus civitatis Magnesiæ Sipyli subscripsi.

Andericus Episcopus minimus [b] Chetronensis subscripsi.

Paulus minimus Episcopus civitatis Lampenæ subscripsi.

Eutropius minimus Episcopus civitatis [c] Evazon subscripsi.

Severus minimus Episcopus provinciæ Pisidiæ civitatis Soxopoleos subscripsi.

Silvanus Episcopus civitatis Cheretapoo subscripsi.

[d] Commodus minimus Episcopus civitatis Diocletianorum subscripsi.

Constantius Episcopus civitatis Diocletianorum subscripsi.

Phileius minimus Episcopus Amizonis subscripsi.

Spudasius minimus Episcopus Cerami subscripsi.

Docimasius Episcopus civitatis Maroniæ subscripsi.

Enepius Episcopus civitatis Maximianopoleos subscripsi.

Eorbalius Episcopus civitatis Colophoniæ subscripsi.

Lucianus Episcopus civitatis Toroperi subscripsi.

Rufinus Episcopus civitatis Gaborum subscripsi.

Romanus Episcopus civitatis Raphiæ subscripsi.

Fidus Episcopus [e] Præ subscripsi.

Hesychius Episcopus civitatis Paros subscripsi.

Timotheus Episcopus civitatis Thermei & Eudociados subscripsi.

Eucharius Episcopus civitatis Dyrrachii subscripsi.

Evagrius Episcopos civitatis Solorum Cypri subscripsi.

Nectarius Episcopus civitatis Casorum subscripsi.

Agathocles civitatis Coroniæ subscripsi.

Iohannes Episcopus Sycamazonis subscripsi.

Ædesius Episcopus Sydorum subscripsi.

Secundianus Episcopus civitatis Lamiæ subscripsi.

Nunnecius Episcopus civitatis Selgæ subscripsi.

Marcianus Episcopus Choracesii subscripsi.

Cyrillus Episcopus [f] Cælorum subscripsi per manum Hellesponti Presbyteri.

Sapricius Episcopus Paphi Cypri subscripsi.

Themestius minimus Episcopus civitatis Hiasis subscripsi.

Pomatius minimus Episcopus civitatis Alindorum subscripsi.

Eudoxius Episcopus civitatis Chomatis paleas subscripsi.

Libanius Episcopus civitatis Paleaspoleos subscripsi.

Tarianus Episcopus civitatis Lyrbæ subscripsi.

Alexander Episcopus Arcadiapoleos subscripsi.

Theodorus Episcopus Nisiæ subscripsi.

Rhodon Episcopus Paleaspoleos subscripsi.

[g] Thichuscus minimus Episcopus civitatis [h] Erychcorum subscripsi.

Eugenius Episcopus civitatis Apolloniados subscripsi.

Ætius Eppiscopus civitatis Pæniorum Hellesponti subscripsi.

Timotheus Episcopus civitatis Germaniæ Hellesponti subscripsi.

Archelaus Episcopus Myndi subscripsi.

Apellas minimus Episcopus Cibyræ subscripsi.

Philadelphius minimus Episcopus Gratianopoleos subscripsi.

Eutherius minimus Episcopus Stratoniceorum Lydiæ subscripsi.

Iohannes minimus Episcopus Aureliopoleos subscripsi.

Maximus minimus Episcopus Cymæ subscripsi.

Theodosius minimus Episcopus civitatis Mastauron subscripsi.

Modestus Episcopus civitatis Aneastorum subscripsi.

Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsi.

Eusebius Episcopus Aspanorum subscripsi.

Euporius Episcopus civitatis Pepon subscripsi.

Sados Episcopus Phenus subscripsi.

Domnus Episcopus civitatis Orcitis subscripsi.

Iohannes Episcopos Augustopoleos subscripsi.

Petrus Episcopus Parembolorum subscripsi.

Natyras Episcopus Gazæ subscripsi.

Zeno Episcopus Cyri subscripsi.

Evoptios Episcopus Ptolomaidos Pentapoleos subscripsi.

Macarius Episcopus Meletinon subscripsi.

Eusebius Episcopus Pelusii subscripsi.

Hermogenes Episcopus Rhinocurorum subscripsi.

[a] PERGAMI] Hæc est lectio Concilii Chalcedonensis, Marii Mercatoris, & vulgatarum editionum. In antiquis codicibus legitur *Permami*, apud Contium *Permamissus*. quod idem est. Posterior enim syllaba pertinet ad vocem *subscripsi* quæ sequitur.

[b] CHERRONENSIS] Ita codex Bellovacensis. Turonensis habet *Carronensis*, Marius Mercator *Cherronensi*, editiones *Chersonesi*, Contius *Corpensis*, Concilium Chalcedon. *Coronisensis*.

[c] EVAZON] Ita Marius Mercator. Editiones *Evazorum*, codex Bellovac. *Ebazon*, Turon. *Sabazon*, Contios *Sebason*.

[d] COMMODVS DIOCLETIANOR.] Ita vetusti codices Colbertinus, Turonensis, & Bellovacensis, tum etiam Contius. Verùm quoniam statim sequitur Constantius Episcopus civitatis Diocletianorum, melior videri potest lectio quæ extat in Concilio Chalcedonensi, apud Marium Mercatorem, & in vulgatis editionibus Conciliorum, ubi Commodus dicitur Episcopus Tripolitanus. Ceterum hoc loco, nimirum post nomen Constantii Episcopi Diocletianopolitani, in codicibus Colbertino, Turonensi, & Bellovacensi repetuntur subscriptiones Nestorii Sponensis, Aphobii Coluæ, Phoci Thyatiron, Pauli Daldianorum, Limenii Setennorum, Dorothei Myrines, Theodori Attaliæ, & Aphthonetti Heracleotarum.

[e] PRÆ] Ita vetera exemplaria & Marius Mercator. Concilium Chalcedon. *Ioppu*. Contius & vulgatæ Conciliorum editiones habent *Ioppes*. Quod melius est. Nam in gestis nominatur Fidus Episcopus Ioppes. Sed in hoc loco nos maluimus amplecti consensum veterum librorum.

[f] CÆLORVM] In Concilio Chalcedon. *Cilensis*.

[g] THICHVSCVS] Ita liber Turonensis. Colbertinus & Concilium Chalcedon. *Tichicus*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Contius habet *Thuticus*, editiones Conciliorum *Tychicus*, Marius Mercator *Titus*.

[h] ERYCHSOR.] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Nam Bellovacensis heic mutilus est. Marius Mercator legit *Erlidetorum*, Contius *Heracleorum*, Concilium Chalcedon. *Heritrea*, editiones Conciliorum *Erythrorum*.

Marinus Episcopus Heliopoleos subscripsi.
Iobannes Episcopus Ephesti subscripsi.
Heraclius Episcopus Tamiatheos subscripsi.
Theon Episcopus Heracleusæ Thritu subscripsi.
Solon Episcopus civitatis Corelion subscripsi.
Alypius Episcopus civitatis Selenuntis subscripsi.
Macedonius Episcopus Xoeos subscripsi.
Petrus Episcopus Oxyrinchi subscripsi.
Metrodorus Episcopus Leontonorum subscripsi.
Paulus Episcopus Frangoneos subscripsi.
Ammonius Episcopus Panephysi subscripsi.
Publius Episcopus Olbiorum subscripsi.
Ieraces Episcopus Aphneri subscripsi.
Samuel Episcopus Dysteos subscripsi.
Sopater Episcopus Lybiæ Septimiacæ subscripsi.
Isaac Episcopus Flearchiæ subscripsi.
Isaac Episcopus Tubæ subscripsi.
Heraclius Episcopus [a] Thyneos subscripsi.
Theonas Episcopus Psynchi subscripsi.
Cyrus Episcopus Achæorum subscripsi.
Eulogius Episcopus Terenunteos subscripsi.
Alexander Episcopus Cleopatridos subscripsi.
Silvanus Episcopus Cobrichi subscripsi. Ego autem Heraclius Episcopus pro eo subscripsi, quod ægrotaret.
Adelphius Episcopos Onupheos subscripsi.
Abraham Episcopus civitatis Ostracenæ subscripsi.
Athanasius Episcopus Paraliæ subscripsi.
Adelphius Episcopus Saeos subscripsi.
Lampetius Episcopus Casii subscripsi.
Chrysaorius Episcopus Aphroditis subscripsi.
Ammon Episcopus Buti subscripsi.
Eutychius Episcopus Theodosiopoleos subscripsi.
Venantius Episcopus Hierapoleos metropoleos subscripsi per Notarium Theodotum.
Zenobius Episcopus civitatis Barcæ subscripsi.
Zenon Episcopus civitatis Theociton subscripsi.
Eusebius Episcopus Nilopoleos subscripsi.
Heraclides Episcopus Heraclei superioris subscripsi.
Macarius Episcopus Anthei subscripsi.
Sabinus Episcopus Panus subscripsi.
Athanasius Episcopus civitatis Scepsiorum subscripsi.
Philumenus Episcopus Cinnæ subscripsi.
Felix Episcopus civitatis Apolloniensium subscripsi.
Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ civitatis Tomorum subscripsi.
Zenobius Episcopus civitatis Gnosi subscripsi.
Paulinianus Episcopus Majumæ subscripsi.
Pœbammon Episcopus Copti subscripsi.
Paviscus Episcopus Apollonisi subscripsi.
Andreas Episcopus Hermopoleos subscripsi.
Phanias minimus Episcopus civitatis Arpason subscripsi.
Theosebius Episcopus civitatis Prienes subscripsi.
Maximus Episcopus Asiæ subscripsi.
Theoctistus Episcopus Ptociæ subscripsi.
Hermolaus minimus Episcopus Arudeorum subscripsi.
Theodorus Episcopus Gadaron subscripsi manu Ætherii Archidiaconi.
Athanasius Episcopus Parii insulæ subscripsi.
Paulus Episcopus Orimnorum subscripsi.
Timotheus Episcopus [b] Briulorum subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezopolitarum subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Eschinei subscripsi.
[c] Bessula Diaconus Ecclesiæ Carthaginensis subscripsi.
Stephanus Episcopus [d] Gaiopoleos Asiæ subscripsi.
Cæsarius Episcopus civitatis [e] Sartæ subscripsi.
Theodolus Episcopus Helusæ subscripsi.
Theodorus Episcopus Ariddelon subscripsi.
Letoius Episcopus Lybiadis subscripsi.
Aristocratus Episcopus Olympi subscripsi.

Explicit Episcoporum nomina qui interfuerunt synodo contra Nestorium numero CXCVI.

Exemplar epistolæ scriptæ in Epheso sancto Concilio ab Episcopis qui inventi sunt in Constantinopolim [f] Mesori die XX. *Indictione* XV. *data.*

Cap. LIII.

SAnctissimis & honorabilibus Archiepiscopis & patribus congregatis per Dei gratiam in Ephesina metropoli Cælestino, Cyrillo, Iuvenali, Firmo, Flaviano, Memnoni, Hereniano, Theodoto, & omni secundùm vos sancto Concilio, ab Episcopis qui Constantinopolim fuer inventi, in Domino salutem. Oportebat quidem nos non animis solùm sed etiam corporibus concertatis cum vestra sanctitate & tentationum participari tristitiam & vobiscum certaminibus coronari. Quia veró bellum contra sanctum Concilium agitatum ad nos usque protensum est, & mare quidem innavigabile, terra veró inaccessibilis exinde venientibus facta est per eos qui itinera obsident, non habentes quid faciamus, in lacrymis & litaniis quæ sunt nostra contulimus, & pervenire ad vestram beatitudinem non valentes, desideria veluti manus vobis accommodavimus, eos quidem qui damnati sunt simul condemnantes, & sanctos Christi pariter erigentes. Facti tamen sumus neque his qui hic sunt inutiles, confortantes quidem populum & multorum accendentes zelum, ministrantes autem & sacerdotibus quæcunque eis placuerunt. Sed quoniam pauca sunt, & quantum absentes possunt præsumpsimus, & epistolam sudoris proprietate beatificantes, & seorsum unicuique sanctorum patrum & commu-

[a] THYNEOS] Ita codex Bellovacensis & editiones Conciliorum, à quibus non admodum discrepat Marius Mercator. Codices Colbertinus & Turonensis & Conmus habent *Elearchia*.

[b] BRIVLOR.] Codex Bellovacensis habet *Brialorum*. Concilium Chalcedon. *Briolensis*.

[c] BESSVLA] In antiquis codicibus & apud Contium Bessula subscribit in hoc loco ante Stephanum Episcopum Gaiopolitanum & ceteros. At in vulgaris editionibus Conciliorum idem rejectus est in ultimum locum.

[d] GAIOPOLEOS] Ita vetera exemplaria synodi Ephesinæ quibus nos utimur, quibus consentit Marius Mercator. In Concilio Chalcedonensi: *Stephanus Episcopus Theopolitanus Asiæ provinciæ*. In Græco textu: Στέφανος ἐπίσκοπος Ἀσίας etiam in manuscriptis libris.

[e] SARTA] Ita codex Bellovacensis & editiones Conciliorum. Colbertinus & Turonensis habent *Arca*, Contius *Arche*, Marius Mercator *Arcas*; Concilium Chalcedon. *Arcensisse*, vel *Arcesena*.

[f] MESORI DIE XX.] id est, die XIII. Augusti secundùm Romanos.

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

niter omnibus ea quæ Prophetarum sanctorumque patrum sunt eloquentes, quoniam tamquam patres sancti & cœlestis vocationis digni reputati estis sicut ovis occisionis, tota die pro Christo mortificati, fraudati, afflicti, coortistati vos, quorum dignus non erat mundus; ideoque date etiam nobis horum quæ sunt agenda consilium per epistolam; ut siquidem oportet apprehendere sanctam synodum & reliqua certamina simul explere, hoc faciamus, proni enim sumus. Si verò hic sustinere præcipitis, quoniam propter adorandum Deum bona à Deo amabili atque piissimo Imperatore nobis promittuntur, hoc facite manifestum, ne diuriùs simus vehementi cogitatione consumpti. Data Mesori die xx. Indictione xv.

Preces & supplicatio à clero Constantinopoleos pro sanctissimo Ephesino Concilio.

CAP. LIV. a

SCientes vestram [a] pietatem plurimam quandam facere rationem & sanctarum Dei Ecclesiarum & quæ in eis prædicatur piæ & à patribus vobis traditæ fidei, & quanta quidem à vobis pro ea laborata sunt, quanta verò rursus propter ejus studium vestræ pietati consistunt, præsumimus propter hoc apud Christo amabiles vestras aures [b] & turbam quæ nunc est domus Ecclesiarum.
b
Nostri enim præcepti intentio, piissimi Principes, super alias legislationes, etiam ut oporteat obedire omnibus Principibus & potestatibus jubet, quando persuasio videatur esse utilis animabus. Dum verò utilitatis terminus effugierit, tunc habendam esse licentiam etiam ad vestram apicem sacratissimarum legum explanatores præcipiunt, & præcipuè quando imperium rectæ fidei rebus ornatur in parte virtutum. Et nos ipsi hoc quodammodo reputantes, & valde in hoc munificentiam adepti, quandiu loquebamur in conspectu Regum, & non confundebar, frequenter nobis cantatur, & per hoc invitante in similibus fiducia temporibus, non est imitatio deserenda. Hanc igitur fiduciam & nos opportunè nobis adesse credentes, per hanc supplicationem nostram sententiam palam vestræ facimus pietati; quia si vestra potentia factam quasi damnationem contra sanctissimos & Deo amantissimos Episcopos Cyrillum & Memnonem ab abscisis à sancto Concilio, quorum plurimi hæretici & sine civitatibus & excommunicati sunt, hanc suscipere suadetur auctoritate horum qui in hoc decreto resederunt & potestate usi sunt & sententiam susceperint irrationabilem existentem & invalidam per omnem modum & infantilem, eò quòd neque reverentia ab initio ab aliquo custodita sit in sancto Concilio in talibus auditoriis robur habente, nec increpatio in aliquo interdictorum sacerdotio sit secuta, omnes nos parati sumus cum
c
[c] decenti Christianis alacritate periculum sustinere cum prædictis sanctissimis viris, & ad nullum periculorum segnes experimentum, hanc eis competentem compensationem pro fidei periculis conferre credentes. Et in hoc propositum nostrum unoquoque constricto, vestram exoramus divinitatem atque deposcimus, sicut etiam credimus justum, etiam à vobis confirmari plurimorum sententiam, qui & secundùm auctoritatem [d] cathedrarum & subtilitatem examinationis rectæ fidei similia viro sanctissimo decreverunt, & quia rectè sapit vestræ insinuaverunt potentiæ, & non sub pacis figura, vel ne videatur parva quædam pars orientis abscidi, quæ nec ipsa ab unitate abrumpi [e] proposuit, si ea quæ regularum sunt tenere contendit, omnem simul orbem terrarum confusum despiciatis.
d
e
Si enim universalis Concilii princeps, cui consentanei omnes per ea quæ disposuerunt facti sunt, pertulit aliquid horum quæ non conveniunt citra consequentiam regularum, cùm vestra pietas placidè talium communiones spoliaverit, & propterea etiam Concilium collegerit, ne eam potestate propriarum sanctionum fraudaret, palam est quia per propriam læsionem contra alios ei consentaneos calumnia confirmabitur, & necesse erit omnes totius orbis Episcopos condemnari pariter cum prædictis sanctissimis viris, & circumstabit de cetero, sicut videtur, & Atrio & Eunomio orthodoxiæ opinio, utpote Nestorio quidem rationabiliter propter impiam doctrinam damnato, Cyrillo autem & Memnone sanctissimis Episcopis indignè & inlegaliter & indecenter simile sustinentibus ex circumventione dispendium. Nequaquam igitur, Christo amabiles Principes, nutricem vestram Ecclesiam laceratam despiciatis, quæ securitatem vestræ potentiæ & contra hostes triumphos exaltat, neque martyrii momenta imperii vestri tempora demonstretis, sed progenitorum vestrorum circa Ecclesiam dilectionem animo sumentes, & quomodo unusquisque illorum secundùm propria tempora facto Concilio sanctorum patrum obedivit, & propter definitiones ab eis prolatas muniendam per legislationem circa eos reverentiam monstraverunt, sic & ipsi æqualia circa nunc à vobis celebratam sanctam synodum sapere concupiscite; quatenus ab ea gratificos hymnos pro imperio vestro purè sancteque fructificetis, nos pro vestræ constantia majestatis orationes puras offeramus Domino Christo, piissimi & Christo amabiles Imperatores.

Item epistola sancti Cyrilli ad Constantinopolitanos.

CYrillus Theopempto, Potamoni, Danieli dilectissimis & comministris in Domino salutem. CAP. LVI.
Plurima contra nos factæ sunt illic detractiones, tam ab Alexandria sequentibus nos de balneo multis quàm canonicabus egredientibus. Sicut autem aiunt, dicitur à derogantibus quia etiam per machinationem meam, & non secundùm intentionem sancti Concilii, damnationem Nestorius passus est. Sed benedictus salvator, qui talia dicentes redarguit. Veniens enim ad Ephesum Dominus meus [f] magnificentissimus & gloriosissimus Comes sacrarum largitionum Iohannes reprehendit hæc obloquentes, nihil inveniens veritatis. Vidit autem quia propriam instantiam sancta synodus pro fide haberet, neque mihi donans
f

a PIETATEM] Ita vetera exemplaria. Contius habet *sanctitatem*.
b ET TURBAM] Consentiunt etiam heic vetera exemplaria. Sed apud Contium legitur *de turba*.
c DECENTI] Hæc est lectio codicis Bellovacensis Nam codex Colbertinus habet *decenti*, Turonensis *ducenti*, Contius *ducentis*.
d CATHEDRARUM] Hanc lectionem nobis exhibuerunt codices Colbertinus & Turonensis & Contius. Malè in Bellovac. *catholicorum*.
e PROPOSUIT] Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Reliqui & Contius habent, *profuit*.
f MAGN. ET GLORIOSOS.] Hæc verba addita sunt ex codice Bellovacensi.

nec

ANNO CHRISTI 431. — CONCIL. EPHES.

nec alteri cuiquam, sed sancto zelo mota, & non ferens illius blasphemias, damnavit eum. Lectis autem litteris piissimorum & Christo amabilium Principum, per quas trium damnationes dicebantur esse susceptæ, custodiebamur, neque scientes quod eventurum esset. Veruntamen gratias agimus Christo, quando digni efficimur pro nomine ejus non vincti fieri solummodo, sed etiam omnia sustinere. Non enim causa sine mercede est. Non autem passa est synodus communicare Iohanni, sed instat dicens: Ecce corpora, ecce Ecclesiæ, ecce civitates. Potestatem habetis. Nos communicare impossibile est orientalibus, nisi solvatur quod ex eorum calumnia machinatum est adversùs comministros nostros, & confiteantur fidem rectam. Reprehenduntur enim quæ Nestorii sunt loquentes & sapientes & confitentes. Omnis ergo constantia in his est. Orent pro nobis omnes orthodoxi. Sicut enim beatus David, ego in flagella paratus sum.

Sermones diversi sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli dicti apud Ephesum collectis celebratis, damnato hæretico Nestorio, & excommunicatis factis orientalibus à sancto Concilio.

Sermo primus dictus in majore Ecclesia quæ vocatur Maria.

CAP. LVI. DIves est & hodie Dominus noster Iesus Christus, Dei & patris sortem propriam habens. Flectitur enim ei, flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ipsi dominatio in secula seculorum. Amen.

Sermo ejusdem dictus Iohannis evangelistæ sermonibus.

CAP. LVII. SAnctorum quidem honore & gloria omnis minor est quilibet sermo. Fuerunt enim lumina in mundo verbum vitæ obtinentia secundùm quod scriptum est. Quando autem sacra mysteria loquuntur, decet ab omnibus dici ad eos: *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Prædicant enim nobis Iesum lumen verum, vitam æternam, cui & nos dicimus secundùm vocem beati David. *Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallant nomini suo.* Cùm enim adhuc prolatum per Moysem teneret mandatum, nondum enim evangelicis prædicationibus illatis, notus erat in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen ejus. Subtilis vocis enim erat & parvæ linguæ Moyses. Propterea & in sola * audiebatur Iudæa lex. Cùm verò lumen nobis resplenduit verum, & proximè nobis participatum est sanguine & carne Deus existens verbum, plena facta sunt omnia ejus, ubique templa & altaria, ubique chori & adoratores & pastores boni & rationalium ovium greges, angustas ostendentes præ multitudine sacras aulas. Ante nostri enim salvatoris adventum terrenum genus errabat. Colebant enim creaturam citra creatorem, adoraverunt opera suarum manuum, & unicuique errantium Deus erat quod placuisset. Sed infulsit nobis, sicuti dixi, unigenitus Dei verbum, pastor bonus, agnus verus, quem sancta Dei genitrix & inexperta nuptiarum ex virginalibus lumbis nobis peperit, germen vivificans, inhumanatum Deum, liberum in servi forma, secundùm nos, præter nos, & supra omnem creaturam, subditum secundùm nos, & in gloria Deo decibilem, semetipsum humiliantem; & confidentem patri, qui semetipsum exinanivit, & ex propria plenitudine distribuit bona sanctis, adorantem nobiscum humanè, & adorandum tamquam Deum, non in terra solùm, sed etiam in cælo. Dum enim, inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, *& adorent eum omnes angeli Dei.* Quis enim est qui ingressus est in orbem terrarum? Quo autem omnino delatus est modo? Imbue nos, evangelista. Dicito nunc, ô beate Iohannes, qui filius vocatus es tonitrui, magnum aliquid & eximium sonans sub cælo, immortales habens voces, & oblivio atque tempus tuis cedunt sermonibus. Hæc tanta pastorum congregatio venit apud te. Revolve nobis lapidem, sicut beatus Iacob pastoribus relevavit puteum vitæ. Da haurire & nunc ex veritate salvatoris. Magis autem tuum nobis appone fontem. Audiamus itaque dicentem. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Sed quia quidem unigenitum Dei verbum ineffabilem habet ex patre essentiam credidimus. Adde quod minus est nobis, evangelista. Audi rursus dicentem. *Et verbum caro factum est.* hoc est, homo. Factus est autem homo unigenitum Dei verbum, non amittens esse Deus, sed etiam in adsumptione carnis manens quod fuit. Inconvertibi is enim est & immutabilis verbi natura, & nescit pati mutationis obumbrationem. Hæc sapere nos docuit beatus evangelista. Stella verè magna atque clarissima, stella utilissima, non his qui sensibile transeunt mare, sed mercatoribus pietatis, veritatis amatoribus, rectè habere volentibus inenarrabilem fidem. Si quis ergo concupiscit hoc navigare modo, velut stellam habeat deiloqui voces in animo, & ita amaros hæresum transiliet fluctus, ita ad tranquillum accedet portum, & ad ipsam perveniet veritatem, hoc est, Christum, cum quo patri gloria & potestas cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Ejusdem contra Iohannem Antiochiæ.

CAP. LVIII. CAritatis divinæ virtutem per sacram docemur scripturam. Nihilominus autem & ipse nos salvator edocuit dicens: *Qui me diligit, me sequatur. Et ubi sum ego, ibi & minister meus erit.* Oportet nos semper simul esse, diligere, & qui omnium nostrum salvatorem Christum, nulloque modo ab eo separari. Et hoc servabimus dum volueimus ea quæ ejus sunt. Hoc implevit clarus iste sacerdotum chorus, de quibus dicetur, & satis justè, quod Prophetæ voce probatum est. Illic cervi obviaverunt sibi, & viderunt vultus alternos. Numero transierunt, & unus eorum non periit. Alter alterum non quæsivit, quia Dominus mandavit eis, & spiritus ejus congregavit eos. Non enim communis cujusdam rei gratia sive terrenæ forsitan intelligibilium cervorum hic concursus est factus. Quia verò sicut in horto bono & florentissimo, dico autem nostri salvatoris Ecclesia, sævus & valde crudelis apparuit draco, non unum habens sed plurima in uno corpore capita, utilisma & necessaria facta est intelligibilium cervorum congregatio atque præsentia, ut venenosa pravitate agrum dominicum liberaret. Ergo Dei spiritus congregavit eos, & Dominus man-

* AVDIEBATVR] Contius, *custodiebatur*.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

davit eis. Quid autem mandavit? *Ubi sum ego, illic & minister meus sit.* Igitur ad te mihi nunc sermo sit qui adversùs omnes supercilium elevasti ex orientalibus regionibus veniens. Si sumus ministri omnium nostrum salvatoris Christi, si commissum nobis est ministerium prædicationis ejus, cur non omnes sumus cum eo volentes sapere quæ sunt ejus? Levavit eum, ut vides, multi capitis draco scelestum profanumque caput, filiis Ecclesiæ sui sceleris venena diffundens. Venio contra eum, spiritus evaginans gladium. Pugno propter Christum cum bestia. Cur non laboras cum eo qui bene vult laborare? cur non pariter adstitisti? Percutiatur omnium manu. Commune certamen judicemus, ut & simul vincentes referamus gratias salvatori dicentes. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, tu contrivisti capita draconum.* Sed nos quidem veri salvatoris sacerdotes, ejus sacramentorum ministri, hostes æstimamus eos qui obloquuntur gloriæ ejus. Tu verò non ita. Quia verò non accedis germanè ad hoc, res te ipsæ redarguunt. Vides nos velut in bello squalentes, adhuc distillantes ex pugna sudorem, longanimitate spiritali & consolatione indigentes, aut potiùs jam victores; & tu, qui constitutus es inter fratres, qui tibi Christum Dominum inscribis, qui coarmari debuisti, contra veritatis dogmata arma moves! O inopinabilis causa! Non refugisti pugnam, non decertasti cum decertantibus, fugisti belli tempus adventus tarditate, stabas procul inspiciens viriliter agentes. Vidisti cadentem inimicum, deficientem & confossam blasphemam linguam. Postea contristaris es. Dicito mihi pro qua causa? Quia vicit Christus, quia prævaluit inimicis, quia tacuit os loquens magna, quia cessavit languor Ecclesiæ filios vexans? Sed erat melius fortiter agere nobiscum & illud quoque dicere quod Davidica voce prolatum est. *Nonne odientes te, Domine, odivi, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam eos, inimici facti sunt mihi.* Sed nec quidem omnino apud te talium sermo fuit. E diverso autem victores jacularis, & invidiæ sagittis vulnerare contendis, quos oportebat magis à te sub admiratione laudari. Sed licèt ipse procedat durè, nihil metuentes dicimus. *Sagitta parvulorum facta sunt plaga eorum, & defecerunt in eos lingua ipsorum.* Licèt armis extrinsecus temeripsum muniens castra statuere nitaris contra congregationem Domini, sed nostra arma non carnea, sed potentia Domino sunt, sicut scriptum est, *potentia ad destructionem munitionum.* Fortiores enim inveoies quàm apud te sunt Christi milites, habentes sensum fidei, bonæ voluntatis arma, hoc est, Christum, habentes gladium spiritus. Quocirca licèt insurgas atrox atque terribilis, plurimumque habens supercilium, & secundùm superbum Goliam barbaricis adrogationibus & ineruditionibus adversùm nos intumescas, sed tamen vincit Christus. Vincit autem per suos milites, quomodo vicit David quinque lapides habens in pera. Lenes autem erant lapides. Et hoc erat in figura Christi. Qualis enim est Christi pera? Terrena Ecclesia, multos habens lapides pretiosos & electos, de quibus & Propheta dicit quia lapides sancti volvuntur in terram. Per istos sanctos lapides prævalebit Christus. Lenes autem erant lapides, sicuti dixi. Lapidum lenitas significat hoc quod capi non possit. Semper enim quod lene est non tenetur. Indetenibilis autem eorum est conversatio. Igitur vincit Christus; vel si valueris vulnerare, etiam sic devicit; vel si ex calliditate nocueris, coronasti nolens. Nobis enim donatum pro Christo, non solùm in eo credere, sed etiam pro eo pati. Qui enim credit in eo, non judicatur. Qui verò non credit, jam judicatus est.

Item ejusdem.

CAP. LIX.

Oportebat quidem sufficere in præcedentium doctorum eruditionibus & factis repletus poculis honorare satietatem. Quia verò video ad audiendum avidissimè constitutos, age, & nos pauca dicamus præcedentium consequentia. Est igitur indubitatum quia in Christi favoribus clarus sanctorum nobilitatur chorus, & exultationem facit ejus germanitas caritatis. Itaque beatus Propheta Esaias ad eum alicubi dicit: *Domine Deus meus, glorificabo te, hymnum dicam nomini tuo, quia fecisti mirabiles res.* Beatus quoque Propheta David, *Lingua mea*, inquit, *meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* Sed hæc quidem sanctorum intentio. Maligni verò & erronei magnum & venerabile & profundum inhumanationis unigeniti nescientes sacramentum, blasphemant incautè, incontinens os & sine portis aperientes. Ergo audiunt ad se dicentem Prophetam Esaiam: *Vos autem obtulistis sic, filii iniqui, semen adulterantium & fornicaria, in quo epulati estis, & super quem aperuistis os vestrum.* Nonne vos estis filii perditionis, semen iniquum? Filii enim perditionis pro veritate & iniquum semen sunt qui redimentem se Dominum denegant. Empti enim sumus pretio magno & non corruptibilibus argenti aut auri, sed pretioso sanguine tamquam agni immaculati & inviolati Christi. Sanguis autem hominis communis & unius secundùm nos quomodo potuit totius terrarum orbis dignus fieri? Quomodo autem etiam unus pro omnibus mortuus est ut omes ditaret? Quomodo ejus facti sumus qui verum & natura Deum inscribimus? Quomodo eum colimus qui adorare creaturam præter creatorem declinamus? Sed, sicut dixi nuper, peringrati sunt quidam salvatoris nostri mansuetudini. Negant Dominum, repellunt servitii jugum, ut & de istis dicat Christus per vocem Isaiæ: *Væ eis, quia exiliverunt à me; infelices sunt, quia impiè egerunt in me. Ego autem redemi eos. Ipsi verò locuti sunt adversùm me mendacia.* Mentiuntur enim contra salvatoris nostri gloriam & eminentiam, Pharisæorum pravitatis & sceleris imitatores, quia Christiani quidem vultum induunt semetipsis, Iudaizantem verò mentem & linguam habentes ac venenosam; ut etiam ad eam dicat Christus per vocem Hieremiæ: *Ecce ego ad te injuriantem, dicit Dominus.* Iudæi siquidem olim surgebant adversùs omnium nostrum salvatorem Christum, insiliebant veluti bestiæ, lapidibus cædebant benefactorem & salvatorem. Deinde ad eos dicebat salvator: *Multa opera bona ostendi vobis à patre meo. Propter quod horum opus me lapidaris?* At illi ad eum dicebant: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu cùm homo sis, facis te ipsum Deum.* Hæc antiquorum Iudæorum contra salvatorem nostrum sunt crimina. Illorum autem arrogationis & sceleris æmulatores rursus queruntur dicentes: *Cur tu, cùm homo sis, facis te ipsum Deum?* O stulte & abominandissime, non intellexisti sacramentum. Non enim cùm homo esset, se fecit Deum; sed Deus existens naturaliter, factus est homo inconvertibiliter & inconfusè; ex Deo patre ineffabilem habens nativitatem, pertulit nativitatem secun-

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

dùm carnem ex muliere, & appellatus est filius hominis, ut nos salvos faceret. Factus est secundùm te propter te, & mansit propter se quod fuit. Cognosce igitur in carne factum unigenitum, confitere esse Deum qui propter nos inhumanatus est. Semetipsum tibi præsentavit dicens: *Ipse qui loquor adsum*. Locutus etenim est antiquioribus legem per Moysen. Advenit autem cum carne. Suscipe protestantes sanctos Prophetas. Quid ait Baruch, solum non manu demonstrans Emmanuel? *Hic Deus noster. Non reputabitur alter ad eum. Adinvenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo & Israel electo suo, & postea in terra visus est, & inter homines conversatus.* Psallit etiam beatus David de ipso: *Deus noster manifestus veniet.* Vis attestari tibi etiam novi testamenti prædicatores? Audi dicentem Iohannem Baptistam: *Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* Vis & aliam satisfactionem super istas accipere? Promisit Deus beato David ex fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus. At ille gaudens in hoc valde & ipsum nativitatis modum præscrutabatur. Licebit ergo audire dicentem eum: *Si ascendero in lectum stratus mei, si dedero somnum oculis meis aut palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis?* Usque quandò? Dum venias. *Donec inveniam*, inquit, *locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Perscrutaris partum, ô beate David. Approbo desiderium, laudo patientiam. Sed si quid didicisti ampliùs, denuntia & nobis; ubi erit nativitas, & in quem putas fiet locum. Audi palam dicentem: *Ecce audivimus eum in Ephrata, invenimus eum in campis silvæ.* Ephrata dicens, significat Bethleem. Et attestatur Deus per unum sanctorum Prophetarum: *Et tu Bethleem, domus Ephrata, parva es ut sis in milibus Iuda. Ex te enim mihi procedet, ut sit in principem Israel, & egressus ejus à principio, ex diebus seculi.* Audis quia Bethleemitem, secundùm quod factus est homo, à principio seculi egressum habere confirmat. In principio enim erat verbum. Sed confundor, inquit, Deum confiteri ex muliere natum. Dicito mihi, increpas ergo sanctis consiliis, negas dispensationem, resistis Domini voluntatibus, si salvum voluit facere terrarum orbem? Sapientior ne es à sapientia? O inopinabilis causa! Lucerna cum sole contendit. Novit suorum operum viam omnium Dominus. Suscipe igitur dispensationem, honoremus fide sacramentum. Noli perscrutari quæ ultra mentem sunt, noli requirere quæ ultra rationem. Crede nobiscum. Si autem manseris inobediens, ille fidelis permanet, & negare non potest semetipsum. Ipsi gloria & potestas cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Item ejusdem.

Cap. LX. QVi sacras respiciunt scripturas, cor sapientem habent, operibus bonis disciplinarum, & recta fide clarum. Scientiæ autem veræ amor vitæ terminum habet; & satisfacit ad hoc nobis ipse salvator ad cœlestem patrem & Deum sic dicens: *Hæc autem est æterna vita, ut cognoscant te solum verum & quem misisti Iesum Christum.* Ergo conjuncta est Dei patris scientiæ & de filio. Et ita est causa vivificans. Quando verò separatur alterum ab altero, claudicat omnino scientia. Sic & Dominus noster Jesus Christus Iudæorum populis loquebatur dicens: *Neque me nostis, neque patrem meum. Si me sciretis, & patrem meum sciebatis.* Et rursus putabant Iudæi suos patres in monte naturaliter & verum vidisse Deum quando descendit in specie ignis in monte Sina. Æstimabant enim pro veritate audivisse vocem ejus. Hujus rei gratia mirati quidem sunt sacratissimum Moysen, diminuentes verò Dominum nostrum Iesum Christum propter humanitatem scelestè dicebant: *Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde est.* Quid ergo ad hæc Christus? *Amen dico vobis, neque speciem ejus alicubi vidistis, neque vocem ejus audistis, & verbum ejus non habetis manens in vobis: quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Verè dicit omnino veritas. Non enim erat in monte Sina natura Dei quæ videbatur, sed potiùs ignis. Factæ sunt autem & voces tubæ. Fumus autem erat accensus & veritatis figuræ præostendentes veritatem. Descendit enim omnium Deus in specie ignis in monte Sina. Et propter quam causam in specie ignis? Quia enim futurus erat determinare eis legem, in specie ignis tunc maximè utiliter apparebat, ut scirent transgressores quia adversùs ignem haberent. Sic etiam beatus Moyses temperatiores efficiens formidine delinquentes, sæpe loquebatur: *Deus noster ignis consumens est.* Factus est autem & fumus & tenebræ. Tenebræ quidem incapabilitatem divinæ scientiæ urbanè nobis ostendunt. Fumus autem docet figuraliter quia eos qui contemnere volunt sacras leges, modis omnibus lacrymæ subsequuntur. Lacrymari namque necesse est oculum corporis in fumo. Igitur Iudæi quidem non viderunt speciem patris. Nos autem eam vidimus in Christo. Est enim ipse verissima pulchritudo genitoris figuræ splendor. Nam licèt adprehenderit carnem & sanguinem Deus existens verbum, & appellatus sit filius hominis, non exanime neque sine mente corpus suscipiens, sicut ait insanæ mentis & hæreticus Apollinaris, sed tamen permansit etiam sic Deus. Ita sanctis patribus suum sacramentum per tempora revelabat. Et multa quidem valde horum probatio est in sanctis Prophetis. Quia verò oportet perscrutari particulatim, age, monstremus ex generationis libro hominem visibilem filium & Deum nominatum. Itaque beatus Iacob Mesopotamiam relinquens, ad patris domum denuo remeabat; & duas filias Laban sumens, & ex eis sibi filios procreatos transposuit Iacob. Nomen autem est hoc torrentis. Sed, sicut ait scriptura divinitus inspirata, transpositis filiis & uxoribus, remansit Iacob solus, & luctabatur cum eo homo usque ad mane, & vidit quia non potest ad eum, & tetigit nervum femoris ejus, & aruit nervus femoris Iacob cùm luctaretur cum eo. Et dixit, inquit, homo qui luctabatur cum Iacob. *Dimitte me. Ascendit enim matutinum.* Ille verò dixit: *Non te dimittam nisi benedixeris mihi.* Et benedixit ei ibi, & vocavit Iacob nomen illius loci species Dei. *Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea.* O sapientia sanctitate decibilis? Hominem vidit luctantem secum, & dicit Patriarcha: *Vidi Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea.* Intellexit enim mox inhumanationis sacramentum, revelante ei spiritu sancto. Veruntamen illud observa, tota nocte luctabatur cum eo. Cùm verò mane fuisset factum, *Dimitte me*, inquit, *ascendit enim matutinum.* Quid putas figura significat? His qui velut in tenebris & nocte consistunt, & ignorationis caliginem habent in cor & in mentem, luctabatur & repugnabat Christus. Inimicos enim

æstimat eos. Cùm verò eis ortus fuerit in mente intelligibilis lucifer, quando velut quidam dies divinæ scientiæ resplendet lumen, tunc resolvit pugnam. Luctatur enim & præliatur adversùs eos qui velut in nocte & in tenebris obscurum & sine luce cor habent. Non verò pugnat adversùs eos qui in lumine sunt & habent in mente intelligibili matutinum. Suscipe igitur, homo, intelligibilem luciferum, resplendeat tibi veritatis lumen, quiesce repugnans Christo. Nescit vinci, vincit autem semper; & omnino licèt factus sit nunc homo unigenitum Dei verbum, tamen non destitit esse naturaliter Deus, inconvertibilis & immutabilis existens. Ipse igitur est & ex patre tamquam verbum, & ex muliere homo secundùm carnem. Vnus enim Deus pater, ex quo omnia. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

Item ejusdem.

CAP. LXI. BEatus Propheta David in Domino confidentes audacissimos ostendit dicens: *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes sperantes in Domino.* Plantationes etenim quæ in paradiso sunt, aquis ubertimè defluentibus arguntur & nutriuntur & ad celsitudinem levantur magnam. Porrò viri anima sancti spiritus consolationibus irrigatur ad pietatem, firmatur ad fidem, inquassabilem suscipit patientiam; quam videlicet præcipuè supra omnes alias virtutes beatus Paulus admiratus est ita dicens: *Non solùm autem, sed etiam gloriantes in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem, spes verò non confundit.* Est itaque patientia totius nobis bonitatis occasio, iter ad bonam probationem, pabulum spei in seculo futuro. Apprehendamus itaque patientiam, & quemadmodum sacra docet scriptura. Dicit ergo: *Si accesseris servire Domino, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuum, & contentus esto.* Sed fortè dicit aliquis. Non poterat aliter homo placere, non poterat præter laborem corrigere posse quod bonum est. Nequaquam inquit. Et pro qua causa? Multi namque valde sunt sanctis inimici, & atrox circa eos est bellum. Propterea salvator ipse dicebat: *Tribulationem habebitis in mundo. Sed confidite, ego vici mundum.* Quocirca quoniam multum undique sanctorum bellum ferre juveniliter necessarium est eos invasiones tentationum & meminisse dicente [a] discipulo: *Beatus homo qui suffert tentationem, quia probabilis effectus recipiet coronam vitæ quam promisit diligentibus se.* Volo autem aliquid antiquarum vobis exponere causarum, ut agnoscatis spiritalis fortitudinis terminum. Babyloniorum tyranni, & qui apud eos sedes imperii gubernabant, præparati quodammodo semper fuerunt ad crudelitatem atque superbiam, & humanitatis transcendentes terminos, dignitatem quæ soli qui super omnes est Deo convenit in semetipsis abripere nitebantur. Denique superbus Nabuchodonosor statuit imaginem auream, & clangentibus & bene sonantibus organis adorare jubebat populos sibi subjectos. At illi non in meditatum habentes colere creaturam potiùs quàm creatorem Deum, paratissimè quidem ad hoc pergebant, mutaveruntque gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Cùmque Hebræorum filios deduxissent ad medium Babylonii, (Erant autem Ananias, Azarias, & Mizahel) adorare auream jubebant imaginem, & nobile ac Deô amabile genus opprimebant ad simile sui labi peccatum, imaginem auream adorando. sed agebant quidem nihil. Victi autem amore quo illi tenebantur in Deum, incendii eis intulere tormentum. Crimen etenim erat possidentibus fidei firmitatem & fixis ad pietatem humanam refutare culturam & nolle sapere quæcunque divinæ naturæ contumelias inrogant. Cùm verò missi fuissent in camino ignis, tunc itaque, tunc ineffabilis virtutis facta est magna probatio. Mutabatur enim elementorum virtus in hoc quod contra naturam est, & creatoris nutibus cedebat ignis, & in spiritu roris sibilans flamma videbatur. Porrò juvenes supernum sentientes auxilium canebant in camino ignis divinis hymnis mansuefacientes ignem. Ecclesiæ namque figuram caminus habebat sanctos habens exultantes, non homines solos, sed etiam angelos. Admiratus es victorum virtutem, laudasti patientiam. Amoris divini magnitudinem videamus, in quibus sunt ea quæ nostra sunt: Illi siquidem sub tyrannis barbaris erant. Nos autem sub sceptris pissimos habentes eos qui omnium rerum obtinent principatum, quomodo cedemus inimicis? Nam etsi caminum accendunt insidiatum & flammas suscitant scelerum, hominis culturam nobis introducentes; sed nos habemus Deum in cœlo, ipsum adoremus. Deus enim existens naturaliter, factus est secundùm nos, non amittens esse Deus, sed honorans hominis naturam. Potens ergo est eripere nos. Nos enim fidem piissimorum sequentes Imperatorum, & inhærentes eis, mansuetudinis magnitudinem scientes, adversariorum scelera non feramus. Confiteamur autem quia Deus secundùm naturam est Emmanuel; & hoc dicentes, & ita constituti, uberrimam lucrabimur retributionem. Et quæ sit hæc, ipse docet nos dicens: *Omnis quicunque confessus me fuerit coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo qui in cælis est. Quicunque autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est.* Confitetur autem eum qui dicit quia verus est Deus & incredulos increpat. Negat rursus qui non dicit quia Deus est verus, sed etiam qui confitentibus repugnat. Ergo negabit quidem illos, confitebitur autem nos omnium salvator, per quem patri gloria & potestas cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Theodoti Episcopi Ancyrorum sermo dictus die nativitatis salvatoris nostri & Dei Christi Iesu in partu virgineo, & quia Deus est qui natus est, homo factus miraculo & non mutatione substantiæ, & quia unus & idem est, & illud & istud dictus, & neque opinione neque cogitationibus dividendus.

CLara & inopinabilis præsentis causa festivitatis; clara quidem, quoniam communem hominibus introduxit salutem; inopinabilis autem, quia rationem naturæ vicit. Natura itaque post partum nescit ulteriùs virginem. Gratia verò & parientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit. Gratia enim erat castitatem servans. O terra sine semine & fructum germinans salutarem! O virgo quæ ipsum vicisti delitiarum paradisum! Ille namque sine semine plantationum CAP. LXII.

[a] DISCIPULO] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Contius, *Apostolo Iacobo.*

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

genus protulit, ex virgine terra exortis plantaoonibus. Hæc autem virgo ab illa terra melior est. Non enim pomorum protulit arborem, sed virgam Iesse fructum salutarem hominibus inferentem. Et illa terra virgo erat, & ista virgo. Sed illius quidem arborem nasci præcepit Deus, hujus autem virginis ipse creator secundùm carnem factus est germen. Neque illa terra frondes ante arbores suscepit, neque hæc ex partu virginitatem læsit. Virgo paradiso gloriosior facta est. Ille enim Dei cultura factus est, hæc autem secundùm carnem Deum coluit eligentem hominis copulari naturæ. Vides quomodo factum est inopinabile sacramentum transcendens naturæ rationem. Quia enim est verbum Dei palam est; & ideo virginitatem non solvit. Quæ parit carnem puram, virginitate cessat. Sed quoniam natus est carnaliter verbum Deus, custodit virginitatem se ipsum rationem ostendens. Quando autem verbum audis, substantialiter & subsistentialiter intellige, non hoc quod per os effunditur. Paritur ergo unigenitus filius Dei, qui etiam verbum vocatur, non principium ut sit verbum ex partu percipiens, sed ut fieret homo principium partum faciens. Erat quidem ante secula Deus verbum genitori coæternum. Quia verò homo propter homines fieri voluit, non mutatione divinæ naturæ, sed miraculo & voluntate, tamquam principium, ut fieret homo, partum amplexus est. Propterea & ut homo natus est, & ut Dei verbum servavit virginitatem. Neque enim nostrum verbum cùm paritur corrumpit mentem, neque Deus verbum substantiale partum eligens perimit virginitatem. Vltra rationem est ergò naturæ quod factum est. Et nequaquam descendas ad rationes naturæ. Miraculum tibi dico. Noli movere sermones. Deum natum tibi dico, eligentem partum, non inchoantem divinitatem. Deus proprium fecit partum, non partus eum Deum constituit. Quod erat mansit, & factus est quod non erat. Hoc ergo per dispensationem volens fieri quod non erat, elegit partum tamquam dispensationis initium. Factus homo est, non mutata divinitate, non motis terminis divinæ substantiæ. Tu enim idem ipse es, & anni tui non deficient. Divina scriptura dicit. *Et tu qui sedes in æterno*, per hoc ostendens divinæ substantiæ immutabilitatem. Et rursus Deus inquit: *Idem ipse sum, & non mutabor.* Non ergo mutata Dei substantia factus est homo, neque conversus in naturam alienam. Nam non esset miraculum quod factum est, si naturæ mutatio naturam suscepisset. Multæ enim apud nos fiunt hujusmodi rerum mutationes; sed in hoc miraculum fecit Deus, quia manens quod erat, factus est quod non erat. Quod etiam significans magnus Paulus dicebat; *Qui in forma Dei existens. Qui in forma Dei existens*, ait; non qui fuisset aliquando, ut natura permansionem ostenderet: *Qui in forma Dei existens*, ait, *non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo.* Esse dicit æqualem Deo, non fuisse aliquando. Deinde rursus ait: *sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* & illud existens, & hoc factus, miraculum faciens, non naturam mutans, volens, non coactus mutatione substantiæ. Quod enim dicit Deus facit, licèt ultra rationem naturæ sit quod fit. Habet enim & virtutem miraculum facere valentem & non expectantem naturæ rationem. Propterea & est Deus, & exinanitur in servi formam, & æqualis est Deo; & homo fit, & est ante secula, & partum sustinet, & ea miracula facit quæ ratio naturæ nescit. Hinc etiam paganis stultitia putatur Christi sacramentum, & Iudæi scandalum dicunt dispensationis rationem. Quod & Paulus significabat dicens. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Quare stultitiam gentibus? Quia animalis homo non suscipit quæ spiritus sunt. Stultitia enim ei est. Naturæ enim adhærens animalis, & rationibus animæ omnia perscrutatus, miracula Dei stultitiam putat, cùm non habeat secum naturæ rationem. Audiens scilicet paganus quia clausa janua ingressus est salvator gerens hoc pingue corpus & loco egens, ridet non credens miraculo & quærens rationem causæ. Et audiens quia virgo pariens mansit virgo, stultitiam putat sermonem, non discens credere Deo neque miraculo Dei. Ergo & immutabiliter Deum hominem factum impossibile naturaliter putat esse quod dicitur, etiam hic mutationes exigens. Sed non ita Paulus edocuit dicens eum qui æqualis est Deo factum hominem. Semetipsum namque exinanisse dixit, non amittentem plenitudinem divinitatis. Vnde etiam dicit. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam* Et quare gentibus stultitiam, si purus crucifigitur homo? Nulli putatur stultum quod naturaliter agitur. Si quod naturale est patitur, quomodo putatur stulta oarratio? Sed quoniam ait, *Christum crucifixum prædicamus*, quem rursus dicimus Dei virtutem & Dei sapientiam (Ipsis enim, inquit electis Iudæis & Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam tamquam crucifixam inquit) prædicantes sapientiam, stultitiam Græcis loqui putamur credere nescientibus miracula facienti Deo, sed de omnium natura moventibus rationes & æstimantibus injuriam Deo fieri qui fecit proprias passiones, ut quod erat passibile liberaret. Non enim intentionem respiciunt salutarem & bonitatem Deo decibilem; sed solùm quia Deus sibi copulavit passiones dicunt, non considerantes ex hoc salutis humanæ correctionem. Nihil autem horum quæ liberant hominem injuriam Deo facit, quæ ostendunt non passibilem, sed clementem. Sed hominis, inquit, passiones non præsumo Deo conjungere. Ergo neque sanare eum passiones hominum dicis, neque cruce expoliasse victore diabolum, neque nostrum peccatum adfixisse ligno, neque propriis passionibus sanasse hominum passiones; neque morte dicis eum destruxisse mortem. Si enim non fecit Deus proprias passiones, unde passionibus Christi tantarum correctionum sunt factæ virtutes? Quomodo perempta esset morte mors, nisi Deus propriam eam fecisset? Sed istæ passiones propriæ factæ Dei, virtutem quidem tantarum correctionum ex divinitate perceperunt, tamquam Dei propriæ factæ, substantiæ verò divinitatis non nocuerunt in sua semper impassibilitate durantis. Quomodo enim adfixum est ligno quod contra nos erat peccati chirographum, homine puro sustinente mortem? Quomodo autem crux peccatum crucifixisset, aut mors mortis tyrannidem destruxisset, nisi hæc facta fuissent Dei & ab illo virtutem sumpsissent, propria faciente quæ sunt nostra non patiente natura. Quod etiam significans maximus Paulus dicebat quia nullus principum seculi hujus dominicæ passionis sacramentum cognovit. *Si enim cognovissent*, inquit, *numquam dominum gloriæ crucifixissent.* Propterea dicimus & manere eum quod fuit, & factum quod non fuit. Substantialiter namque manens quod fuit, suscepit passiones, semetipsum

manens naturæ passibili. Subjectus factus est, regnum non deponens; factus homo est manens & Deus & verbum; incorruptibilis existens natura, impermutabilis factus est caro. Quomodo & quemadmodum? Non sicut tu cogitare potes, sed sicut ille miracula facere possibilis est. Quando enim miraculum tibi dico, desere rationes. Signa enim & prodigia Dei fide roborantur, & non rationibus advertuntur. Non enim aliquid miraculorum nostra ratione consistit. Et tamen singula facta sunt, licèt ratio non permittat. Hæc magi confessi sunt stellæ credentes, & non naturam perscrutantes. Barbari suscipiunt fide miracula, & fideles nequaquam. Cur incredulus es in rationem humanam cadens? Qui ex Chaldæa venerunt, sicut evangelista dicebat hodie, ipsi suis muneribus mysterium monstraverunt; aurum, thus, & myrrham. Barbarorum intentionem considera bene. Trinam enim speciem munerum ei obtulerunt, aurum, thus, & myrrham. Thus autem, quia Deus erat qui natus est. Hoc enim secundùm consuetudinem offerebant eis quos ipsi putabant deos. Obtulerunt quoque & myrrham, passionem, ut arbitror, mortis per hanc nuntiantes. Vides quomodo etiam magi cognoverunt quia & Deus mansit & homo factus est, suscipiens mortem. Factus est autem quod ego, ut nostram elevaret naturam ad dignitatem suam. Vnitas enim hoc facit, alteri quæ alterius sunt conjungens. Propterea ergo, cùm Deus esset, homo factus est, ut homo fieret Deus, hac copulatione ad divinam gloriam elevatus ut unus idemque sit & divinè glorificatus & quæ sunt humana perpessus. Et hoc nobiscum confitebuntur omnes qui unitatem confitentur divinitatis & humanitatis. Quod enim unitum est, nequaquam duo sed unum nominatur. Mente autem rursus dividis, & unumquodque seorsum contemplaris, ergo solvis unitatem. Impossibile est enim simul & custodire unitatem & utrumque seorsum considerare. Sed quod est unitum insolubiliter, unum factum est, & nequaquam sunt duo. Sed mente sola divido, inquit. Ergo hac mente unitatem solvisti. Si enim disjunxeris ab altero alterum, hujus etiam copulationem divisisti. Quid ergo solvis dispensationem salutarem, duo intelligens, & unitatem repellens? Vnde etiam magnus Apostolus ait: *Iesus Christus heri & hodie, ipse in secula.* Heri & hodie dixit, principium temporis dans. *Ipse & in secula,* ait, unum eundemque dicens æternum Deum & ex temporibus hominem inchoantem, existentem quidem priùs, postea verò factum. Sed quomodo, inquit, unigenitus servus factus est, manens quod erat, & factus quod non erat? Vis ergo hoc cognoscere quia factus est. Quomodo enim factus sit, miraculorum opifex novit. Non enim tu mihi dicere poteris quomodo Ægyptiorum fluvius sanguis est factus, immutabili aquarum consistente natura. Etenim velut aqua quidem utebantur Hebræi, sanguis autem Ægyptiis Nilus est factus; & factus est quod non erat, manens quod erat. Dic mihi modum. Sed non poteris dicere. Miraculum namque Dei est, fugiens rationem. Quomodo etiam lumen in Ægypto factæ sunt tenebræ non extincto lumine, sed manente quod erat? Dies enim Israelitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen, Ægyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ. Et unum erat quod videbatur; lumen erat simul & tenebræ, neque ex hoc mutatum & aliud factum. Nec enim luminis passio tenebræ, sed facta sunt divina miracula & rationem non suscipientia naturæ. Quomodo ergo aqua Nili manens aqua sanguis est facta, aut quomodo in sua natura manens lumen tenebræ factæ sunt? Neque enim hoc corruptum & aliud est factum. Non enim corrupta est aquarum natura, quod designabant Hebræi hanc habentes potabilem, sed mansit ipsa natura in suis terminis, & facta est sanguis, quod non erat, Deo quippe ultra rationem ostendente miracula. Babylonia namque flamma quomodo ros tribus facta est pueris. Nam & flamma & ros facta est, & ambo ex ipso ostenduntur effectu. Quia quidem ros erat, tres edocent pueri, per hoc refrigerantes. Quia verò etiam & flamma fuit, qui per hanc exusti sunt denuntiant Babylonii. Vides quemadmodum ignis mansit ignis & ros est factus. Non duæ res, neque duæ naturæ, sed unum erat idemque quod videbatur. Quod enim erat flamma, hoc factum est ros, non flamma mutata, (& manifestant hoc Babylonii) sed manente quod erat, facta est ros. & testantur justi. Nequaquam ergo interroges me modum signorum Dei. Rursus enim dicam tibi miracula, ostendens quidem quia facta sunt, Deo autem relinquens miraculorum nosse rationem. Proinde dic mihi, hæc miracula fecit Deus, & flamma custodiens ros fecit, neque flammam mutans, & ad ros convertens eam, solvere volens tyranni sententiam, & vindicare studens injustitiam passos, atque noxios consumere barbaros; operaturque hujusmodi miracula, ignem in suis custodiens terminis & ros ostendens. Et ut tres pueri liberarentur, talia miracula fecit Deus; ut autem mundum eriperet, dubitas quia ipse manens Deus, factus est homo. Non indiguit flamma mutari ut ros operaretur; & ipse homo fieri volens propter salutem hominum, non suam naturam indiguit permutare. Ignis manens & factus est ros; & tu dicis quia non permanet Deus & fit homo, quia naturam nostram sanare volens Deus, non per alios salutem nostram, sed per semetipsum molitus est. Quia enim omnis creatura deficiebat ad salutem nostram qualitatem habentium malignitatis & erroris. Nam longa nequitiæ consuetudo pro natura hominibus constat & repellit naturam, sicut prophetabat Propheta. Sed deficiebat quippe ratio nequitia superata. Angeli ministri nostræ salutis sunt facti. Et adtestatur magnus Paulus de angelis quia omnes sunt ministri spiritus ad ministerium destinati propter eos qui futuri sunt hereditate possidere salutem. Angelis melior natura ministrabat ad salutem nostram: sed non liberabatur homo nequitiis pronus inhærens. Deficiebat ergo ad hominum diligentiam. Nequitia enim malignorum bonorum studia superabat. Non quia vincitur Deus, sed quia arbitrio liberæ potestatis virtutem committit. [a] Non cogit te ad correctiones, neque nolentem trahit ad virtutem, ut tibi virtutem præparans, spontaneam tuam faciat correctionem. Quid ergo? Quoniam & Prophetæ victi sunt, nihil operabantur doctores, & lex deficiebat, & angeli studio frustrabantur, voluntate hominum non sequente quæ bona sunt. Ideoque ipse naturæ creator advenit; naturámque victam erigere volens adstitit, non terrens tamquam Deus, neque tonitruis auditus percutiens, neque nube cir-

[a] NON COGIT TE] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Contius habet; *Necessitas enim cogit te.* Sic etiam versio quæ extat in tomis Conciliorum.

cumamictus, & ignem in nube demonstrans, neque tubæ sono audientes terrens, sicut aliquando Iudæis apparuit, timorem incutiens indevotis, nec concutiens famulum, sed gratia magis & bonitate evocans eum. Propterea non venit cum imperiali fastigio, nec obsequium deduxit archangelorum, non movit angelorum exercitus. Non enim volebat persequi recedentem fugitivum suarum legum. Sed venit omnium Dominus in servi forma, paupertate circumamictus, ut venationem non effugaret. Incerto nascitur prædio, agrum incertum ad nativitatem eligens, pauperculam pariter virginem, omnia paupera, ut [a] per silentium ad salutem hominem venaretur. Nam si gloriosè natus fuisset & divitiis multis circumamictus accederet, dicerent utique infideles quoniam divitiarum largitas mutationem orbis terrarum fuisset operata. Si maximam Romam elegisset civitatem potentium civium, mutationem orbis terrarum putarent. Si filius fuisset imperantis, potestati utilitatem adscriberent. Si legislatoris factus fuisset filius, præceptis utilitatem adscriberent. Sed quid fecit? Omnia paupera & vilia elegit, omnia mediocria & plurimis obscura, ut divinitas sola cognosceretur orbem transformasse terrarum. Propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens fit pecuniis. Et hoc exponat tibi præsepe. Cùm enim non esset lectus in quo Dominus reclinaretur, in præsepe ponitur, & fit opus immensum prophetiæ & optima nuntiatio. In præsepe enim ideo positus est quia nuntiabat eò quòd etiam inrationabilibus [b] pabulum fieret. Dei namque verbum & filius ad semetipsum trahit & divites & pauperes, & eloquentes & tardiloquos, cum paupertate vivens, & in præsepe jacens. Vide ergo quomodo rerum indigentia operatus est prophetiam, & paupertas eum qui propter nos pauper factus est accessibilem universis ostendit. Nullus enim metuens superbas Christi divitias tardus fuit, nullum accedere ad eum imperii celsitudo prohibuit; sed communis apparuit & pauper, semetipsum offerens omnibus ad salutem. In præsepe namque Dei proponitur verbum per medium corpus, ut licentiam habeat rationalis & inrationalis participari cibo salutis. Et hoc puto etiam Propheta priùs clamabat, præsepis hujus sacramentum narrans. *Cognovit bos creatorem suum & asinus præsepe Domini sui. Israël autem me non cognovit, & populus me non intellexit.* Nam licèt simpliciorem sermo sensum habeat ostendens Hebræorum indevotionem inrationabilium, sed tamen potest & hoc significare, ostendente Domino quia ibi ipse positus cibus inrationabilibus factus est. Nam non indefinita præsepe significat, sed *hoc præsepe*, inquit. Particula *hoc* arbitror præsepè definitè significatum. Sed hæc quidem philosophetur qui voluerit, varia contemplatione scripturæ divinæ saginatus. Porrò nos ostendimus quia pauper factus est propter nos qui dives est, verbo divinitatis salutem omnibus perceptibilem faciens. Quod etiam significans magnus Paulus dicebat: *Propter nos pauper factus est, cùm dives esset, ut nos illius paupertate ditaremur.* Et quis erat qui ditabat, & quid ditabat, & quomodo ipse pauper factus est propter nos, dicant nobis qui à Dei verbo separant hominem, & quod unitum est separant memoria naturarum, duo quædam dicentes Christum, & mentem solummodo ad satisfactionem ferentes. Quis ergo, cùm esset dives, dicite mihi, mea paupertate pauper est factus? Putas qui apparuit homo quem tu separas divinitate? Sed nunquam iste factus est dives, sed pauper ex pauperibus progenitoribus natus. Quis ergo dives, & quid ditavit, qui propter nos factus est pauper? Deus, inquit, ditavit creaturam. Ergo Deus & pauper factus est, suam paupertatem illius qui videbatur faciens. Ipse enim dives divinitate, etiam propter nos pauper est factus. Neque enim hominem dicere poteris divitem factum paupere existentem & natura & pecuniis, neque divitem divinitate per dignitatem pauperem factum, si non ei quæ humana sunt copulaveris. Propterea & Apostolus coaptans gloriam divinitatis humanis passionibus, neque opinione dividere neque sermone separare quæ unita sunt volens, eundem ait divitem divinitate & pauperem passionibus factum, & aliud quidem per se esse, aliud autem propter nos passum fuisse. Qui dives est divinitate, pauper fit humana paupertate. Quomodo non etiam reliqua passus est, semel homo fieri propter clementiam volens. Sed hæc quidem sufficiant. Tu autem respice mihi pauperrimum habitaculum ejus qui ditat cælum, vide præsepe sedentis super cherubin, vide pannis obsitum eum qui pelagus arenæ vinxit, vide deorsum paupertatem, divitias ejus sursum considerans. Sic etenim & gratiæ & clementiæ videbis magnitudinem, si tantam Dei condescensionem consideraveris. Nam ipsa paupertate divitiæ ejus divinitatis ostenduntur, stella magis declarante pauperem & barbaros ad præsepe pauperis adducente. Sed etiam angeli gaudentes hunc prædicabant pauperem pastoribus, canentes divitias divinitatis ejus. Nam & magi ei qui videbatur thus obtulerunt tamquam Deo, non separantes naturam à natura, nec opinione secantes quod unitum est miraculo semel, sed eum qui apparebat videntes Deum, obtulerunt thus ei, munere divinam dignitatem pronuntiantes. Neque autem angeli opinionibus secundùm te quod natum est Dei verbum separaverunt; sed scientes & visibilem & intelligibilem, clamabant dicentes, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, & non alia quidem dicentes secundùm te, cogitantes autem alia, & verbis quidem confitentes unum Christum, mentibus autem dividentes eum, sicuti tu sensus habes repugnantes verbo; sed unum eundemque glorificabant Deum, qui & in paupertate & in præsepe cunctis apparebat. Propterea & pannis obsitus est, & ab angelis glorificatus, & in præsepe positus, & ab stella denuntiatus, non à stella descendente ad magos, neque enim stellæ loca permutant, sed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet stellarum motus inspicientes, virtus superna deducens magos adsumpsit stellæ speciem, ut ex doctrina sua Chaldæi quod nesciebant agnoscerent, ut cùm astronomiam respicerent, ab astris Christi mysteria docerentur. Quia enim non erat stella,

[a] PER SILENTIUM] Hæc emendatio nostra est. Nam in codice Turonensi & in Colbertino & apud Contium legitur *perculentium* unico vocabulo. In Græco est ἀψόφως. Quod rectè in tomis Conciliorum repertur versum *sine strepitu*.

[b] PABULUM] Et hæc quoque conjectura nostra est. Nam & in codice Turonensi & in Colbertino & in editione Contii legitur *populus*, nullo sensu. In Græco est τροφή. quam vocem rectè per Latinam *cibus* versam video in tomis Conciliorum. Emendationem præterea nostram confirmant verba quæ paulò pòst sequuntur: *ut licentiam habeat rationalis & inrationalis participari cibo salutis.* Et infrà: *Ibi ipse positus cibus inrationabilibus factus est.*

ANNO CHRISTI 431 — CONCIL. EPHES.

sed virtus angelica ducens barbaros ad pietatem, ipse evangelista significat, stellam hanc etiam in die aliquando quidem apparuisse, aliquando verò celatam dicens, altera autem etiam deduxisse eam magos ait, & cum ipsis in Bethleem profectam. Quod nullus utique dicit sydera facere consueta, sed virtutem in stellæ figuram astronomis apparuisse. Quod autem ait de stella, stetisse eam super puerum, virtutem esse denuntiavit quæ apparebat. Nulla etenim stella quæ in cælo est clara facta est super puerum stans, quoniam spatii magnitudo rapiens aspectus intuitum, neque statum neque motum stellarum manifestum sensibiliter facit. *Stetit*, inquit, *stella supra locum ubi erat puer.* Ergo relinquens altitudinem stella quæ apparebat, humilior facta est, ut statu suo nativitatem Regis ostenderet. Nam tamquam Regem quærebant magi, Regis interrogantes partum. *Vidimus enim*, inquiunt, *ejus stellam in oriente & venimus adorare eum.* Regem quæris, ô mage. Qua causa tamquam Deo offers thus? Sed novi & Regem & cognovi Deum. Propterea & aurum ei offero & thus. Muneribus simul Deum, simul Regem denuntio. Sed iste qui tunc magos ineffabili virtute traxit ad pietatem, claram hanc festivitatem hodierna die constituit, non jam in præsepe positus, sed in hac salutari mensa constitutus. Illud namque præsepe hujus mensæ mater est factum. Propterea in illo positus est ut in ista comedatur & fiat fidelibus salutaris cibus. Sed præsepe quidem claram hanc designavit mensam. Virgo autem choros istos virginum germinavit. Bethleemitici autem diversorii vilitas clara templa prædixit, & panni quibus tunc obsitus est, nunc facti sunt resolutio peccatorum. Vides illius paupertatis quæ nunc sunt correctiones, vides paupertatem tantarum divitiarum factam matrem. Numquid nocet deorsum onigeniti ad parvum tempus abjectio, quæ tantas divitias contulit orbi terrarum. Quid ergo exprobras Christi in Bethleem humilitatem? Cur paupertatem deducis ad medium, ejus lucra non computans? Cur indignum dicis Deo quòd tantorum bonorum facta probatur occasio? Cur aufers unigeniti causas, quæ tantam salutem hominibus intulerunt? Cur adhæres passionibus, & non vides passionum correctiones? Cur passionem indignam dicis Deo, quæ solvit diaboli tyrannidem? Cur paupertatem dicis indignam Deo, per quam mundus pietate ditatus est? Cur mortem indignam dicis Deo, qua Deus nequitiam dæmonis triumphavit? Cur hoc solum non dicis, quia meum peccatum adfixit ligno? Noli derogare passionibus per quas impassibilitas generatur, noli detrahere abjectioni ex qua tyrannis diabolica est destructa, noli exprobrare quia cæsus est palmis per quas à peccatis hominem liberavit. Non vincula Dei dicamus indigna, quibus vincula sertarum nequitiæ solvit. Ne dixeris paupertatem indignam Deo, qua diabolus, cùm dives esset errore, factus est pauper. Noli vituperare crucem quæ destruxit aras. Noli despicere clavos quibus orbem terrarum Christus ad unum sensum pietatis infixit. Noli cogitare quæ vilia sunt, sed correctiones ex his factas ab eo qui est passus intende. Quæ non dixeris facta homine puro passo non sponte, & ea quæ videntur credens, hæc recipe. Cur autem vocas vilia quæ Deus propter hominum salutem amplexus est? Nam etsi passiones naturaliter sunt & dicuntur, sed tamen nostrarum sanitates factæ sunt passionum. Nequaquam ergo hæc passiones appelles, sed passionum nostrarum potiùs sanitates. Et noli mihi membra virginis ad opprobrium divinitatis offerre. Non enim horum indigna natura est, licèt advenientes contumeliarum passiones nobilitatem corporis devastarent. Non enim turpia naturæ sunt membta, sed per concupiscentias illicitas patiuntur injuriam. Nam si essent turpia per naturam, non hæc Deus propriis manibus formasset; quia Deus non turpium, sed optimorum, creator est. *Vidit enim*, inquit, *omnia quæ fecit Deus, & ecce bona valde.* Nihil ergo borum quæ à Deo facta sunt per naturam propriam malum neque turpe fecit. Sed nos prima cadentes creatione, concupiscentiis inlicitis naturæ nostræ contumelias inrogavimus. Si enim cùm format Deus membra mulieris, non accusatur, neque cùm inhabitat in eis, injuriam patitur. In sua quippe creatura Deus non indignè habitat. Porrò si dixeris, Quomodo cælum relinquens habitavit in vulva? dicam tibi & ego quia cùm Deus esset, homo per hominem factus est, manens Deus & substantia non mutatus. Confitemur denique & Deum & hominem, Deum quidem ante secula, hominem verò factum ex partu, Deum quidem perpetuè consempiternum patri, esse verò hominem ex partu incipientem, non duos, sed unum. Non dicimus tamquam duo, duplicem verò intelligimus. Neque enim oportet contrarium esse sermoni sensum. Non intelligimus duo, & confitemur unum. Quod enim dispensatione conjunctum est separat nec sermo nec cogitatio. Si quis verò intellectus separaverit quod conjunctum est, solutum intellexit, & falsus fit intellectus, separans utique quod conjunctum est sempiternum. Confitentem habeto intellectum. Vnum dicis Christum, eundem & Deum, eundem & hominem. Ergo & unum intellige. Nam si dixeris quidem unum, intellexeris autem duos, sermoni tuo repugnare facies intellectum. Non ergo dicas duo quadam differentia separata. Si enim universis sermonem, sensum noli separare. Si verò hæc separaveris cogitationibus, unitatem negasti. Non ergo ad naturas divisas animum tuum deducas, Deo summam mirificante unitatem. Crede miraculum, & noli rationibus perscrutari quod factum est. Noli miraculum solvere, rationem invenire contendens. Non enim manet miraculum cùm ratione cognoscitur. In his enim quæ fiunt semper ratio nota est. quod nequaquam signum neque miraculum est. Si verò hoc signum atque miraculum est, deserens rationum causas, suscipe fidem, & confitere unum Dominum Iesum Christum & Deum & hominem, eundem neque sensibus neque sermonibus rationibusque divisum, ne ea quæ unita sunt rationibus separantes, dispensationem salutarem sine dubio denegemus. Nam si unitione Dei & hominis dispensatio cognoscitur, qui unitatem dividit, dispensationem negavit. Credamus ergò dispensationis miraculis, ut Christus, cui creditur, hanc causam confitentibus compenset regna cœlorum; quæ nos omnes adipisci mereamur gratia Christi, cui gloria & potestas in secula seculorum. Amen.

Ejusdem in nativitate salvatoris.

CAP. LXXIII.

CLara præsentis festivitatis causa & communem hominibus salutem ferens. Clarum præsens quoque collegium gratificè gratiam suscipiens, quoniam datur larga gratia his qui eam cum gratiarum actione suscipiunt. Tanta namque donationis

tionis mensura præbetur quanta magnitudo gratiarum actionis est apud eos qui percipiunt gratiam. Quocirca quando sumens donum gratias retuleris tribuenti, non reddidisti pro quibus accepisti solummodo, sed etiam debitorem tibi majorum eum fecisti qui dedit. Gratifice ergo suscipite gratiam, claram nobis hanc ostendentes festivitatem. Causa festivitatis apparitio Dei est, apud homines adventus ejus qui semper præsens est, aspectus ejus qui cuncta videt, præsentia illius qui complet universa. *In sua*, inquit, *venit, & sui eum non receperunt*. Magis autem ait: *In mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognovit*. Sed non hominum culpa est hæc ignorantia. Nam propter divinitatem naturæ incomprehensibilis humanis rationibus Deus est. Non enim potest mens hominum conspicere Deum. Fugit enim humanum sensum divina natura, celsior nostrarum est rationum. Fraudabamur itaque ex natura meliori à cognitione Dei. Quod ne fieret, suscepit naturam visibilem invisibilis, suscepit corpus tractabile qui tactu non detinetur, invisibilis Deus visibilis fit, verbum tractatur, unigenitus filius Dei fit cognatus servorum, ne lateret humanam cognitionem natura quæ humana transcendit. Et noli putare alienum Deo quod factum est. Dudum enim Dei præsentia præmeditata figuris est, & semper hominibus agnitus apparuit materiebus his quæ à nobis videri possent. Nam veniat Iudæus ad medium, adsit qui non credit Dei naturæ apparenti hominibus in humana natura, dicat mihi quomodo Moyses vidit Deum. Naturam vidit, an invisibilem? Nequaquam. Inenarrabilis est enim rationibus humanis. Quomodo ergo vidit ex tubo ardentem ignem, & tubum non consumi? Cur ergo non credis ei qui ex virgine natus est & virginitatem non corrumpit? An certè tu quidem audiens quia ex tubo loquitur Deus & dicit Moysi, *Ego Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob*, & quia procidens Moyses adoravit, credis, non cogitans ignem qui videbatur, sed Deum qui loquebatur; cùm verò vulvam virginalem commemoravero, abominaris & refugis. Dicito enim mihi, quid abjectius est, tubus an vulva virginalis concupiscentiis munda peccati? Nescis quoniam quæ antiquitus gesta sunt, meditatio juniorum sunt & horum quæ nunc aguntur. Nam sacramenta præformata sunt per antiqua. Propterea rubus accenditur, ignis efficitur, & quæ sunt ignis non operatur. Illuminat, non corrumpit; splendificat, non incendit; beneficium præstat, non punit. Putas in tubo non vides virginem? Putas in igne clementiam non vides ejus qui venit? Iudex adest inter inter eos qui judicantur, & judicium non fit; judex in his qui condemnantur, & nequaquam supplicium; judex advenit non judicans, sed docens, non condemnans, sed sanans. Vides quomodo ille antiquus ignis hanc clementiam nuntiavit. Noli mirari si per vulvam virginalem, cùm Deus esset, natus est. Nihil enim putat injuriam Deus quod est occasio salutis hominibus. Tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitreris, tamquam quæ esse aliquando subjecta possit injuriis. Nihil enim abjectorum quæ passus est propter nos injuriam facit illi naturæ. Propria facit inferiora, ut salvet naturam nostram. Dum ergo quæ abjecta & vilia sunt, Dei naturam non exhonorant, sed salutem hominibus operantur, quomodo dicis ea quæ causa nostræ salutis sunt injuriæ occasionem fuisse Deo? Apparuit igitur Deus hodie per virginem, & virgo mansit virgo, & mater facta est. Incorruptionis enim opifex corruptionem non operatur, creator immortalitatis nihil corrumpit. Quia verò & Photinus purum hominem dicit qui natus est, Dei non dicens esse partum, & qui ex vulva processit, hominem ponit Deo divisum, dicetur nunc à me quomodo natura humana per vulvam virginalem nata virginitatem vulvæ servavit incorruptam. Nullius enim hominis mater virgo permansit. Vides quomodo duplicem sensum in eo qui natus est præbet mihi quod natum est. Nam si secundùm nos natus fuisset, homo & esset. Si verò matrem virginem servavit, Deus qui natus est à sapientibus cognoscitur. Deus enim advenit in mundum, non locum de loco mutans, sed naturam circumamictus meam, ut ita dicatur videri volens naturaliter invisibilis. Quocirca non habuit initium esse Deus ex partu, sed ut appareret homo. Quia enim cùm Deus esset, homo fieri voluit propter clementiam circa nos, ut nos judicem velut cognatum amplecteremur, & ut haberemus præsumptionem qui ex propriis operibus fiduciam non habebamus. Ad tribunal enim adducti ii quibus ex propriis virtutibus fiducia non erat, sumunt tamquam ex cognato fiduciam. Quid igitur advenit? Deus existens ad homines, non locum ex loco mutans, sed invisibilem naturam ostendens visibilem, & visus ut homo, & tamquam cognatus hominibus apparens, sicut etiam evangelista prædicans dicit quia verbum caro factum est. Quomodo possibile est Deum verbum fieri hominem, requiris, & modum Dei miraculorum non exigis. Si comprehensibile nobis esset quod incomprehensibile est sermone, miraculum non esset, sed causa naturæ. Si verò miraculum & signum est quod factum est, cede rationem Domino miracula facienti. Quia enim factum est scire te volo, & eo quod factum est fructum fide lucrari. Quomodo verò factum sit, operanti cede. Nam si tu quidem medico credis jubenti, & non perscrutatis modum curæ, credens arti tuam salutem, sed hæc alter quispiam non artifex artificis perscrutatur modum, sed cognoscit quidem quod factum est, modum verò arti concedit, tu cùm omnia mirè à Deo facta sint, rationes exquiris, tamquam indigeat rationibus, ut hæc ipsa cum Deo miracula tu quoque facias. Sed quod dixi, etiam nunc dico. Rei cujus rationem cognoscimus, hujus natura non miraculum est neque signum. Quale est quod dico. Instructor ædificat domum; Rem cognoscimus, materias compositas intelligimus; dicere verò quod factum est non valemus, & propter imperitiam operari hoc non sumus idonei. Plasmavit nato cœco oculos unigenitus ex luto. Hoc ultra rationem est nostram. Miraculum vocatur quod rationibus hominum perscrutari non potest. Signum dicitur ultra consuetam naturam nativitatis. Et quia quidem factum est novimus, modum verò dicere non valemus. Ex luto quidem vasa & lateres fiunt, non oculorum pulchritudo formatur, non membrana subtilia componuntur, non pupillæ decor, non diversitas ipsa consistit, non circuli subtilitas cum toto colore coronatur. Luti natura non est oculi pulchritudinem revocare. Ergo quod natura terræ non recipit, non enim ejus natura in se habet oculi visionem, hoc egit miraculorum creator ad suam voluntatem naturam trahens, & paruit natura jussioni. Noli ergo in infirmitatem humanæ naturæ cadere. Noli dicere quomodo hominis natura cepit Deum, quomodo Deus factus est homo, quomodo Deus verbum factum est caro visibilis; sed

qua factum est crede, modum verò & rationem cede creatori. Si autem vis etiam per exemplum hoc declarari tibi, monstrabo quomodo quod incorporeum est corporatur, quod invisibile videtur, non propria natura mutatum, sed suscipiens figuram visibilem atque tractabilem. Sermo iste prolativus, id est, hominum, quo utentes alterutris convenimus & cogitationes ad invicem explanamus, sermo est incapabilis, sed neque manu tractabilis, auditu verò solummodo susceptibilis. Sed dum præsentem prolativum sermonem ad exemplum subsistentialis verbi defero, non putes me prolativum dicere Deum verbum, absit. Verbum enim dicitur unigenitus, interpretante divina scriptura impassibilitatem nativitatis ejus, quoniam & mens hominis impassibiliter parit verbum. Propterea alicubi quidem filium eum appellat patris, alicubi autem verbum nominat, alicubi autem splendorem vocat scriptura divina, singula horum nomina de illo dicens ut intelligas ea quæ de Christo dicuntur esse citra blasphemiam. Alibi etenim aliis dico appellationibus usa est, aptam gloriæ Dei doctrinam facere volens. Quale est quod dico. Filium vocat patris unigenitum, consubstantialem probare volens. Quia enim tuus filius ejusdem tibi naturæ fit, volens sermo ostendere unam substantiam patris & filii, dicit filium patris qui ex eo natus est unigenitus. Deinde quoniam nativitas & filius apud nos ostentationem præbent passionis in nativitate procedentis, ideoque hunc filium appellat etiam verbum, impassibilitatem nativitatis ejus nomine isto demonstrans. Et quoniam pater quispiam factus secundùm hominem indubitanter senior suo filio demonstratur, præbente hac appellatione ut præintelligatur filio pater, ne hoc ipsum etiam de divina natura putares, sed coëxistentem coæternè patri unigenitum intelligeres, splendorem vocat unigenitum patris. Splendor enim nascitur quidem ex sole, non autem intelligitur sole posterior, sed ex quo sol, ex tunc ex sole natus splendor. Coëxistere itaque semper patri filium splendor tibi denunciet, impassibilitatem nativitatis ostendat verbum, consubstantialitatem verò filii nomen insinuet. Sed ad præsentia redeamus, & hodie nati verbi Dei præsentiam declaremus, & per exemplum ostendamus quomodo quod natura non est visibile visibile fit, & quod non tractatur, eò quod incorporeum est natura, invenitur esse tractabile. Sermo igitur iste quem proferimus, quo alterutris locutionibus utimur, sermo est incorporeus, non aspectui subjectus, non tactu tractabilis; sed dum sermo induerit litteras & elementa, visibilis fit, aspectu comprehenditur, tactuque tractatur. Pone namque mihi aliquem loquentem ad aliquem. Numquid priùs videtur sermo, numquid manu tractamus prolatum verbum? Si autem quæ dixit in charta scripseris, quod priùs non videbamus, postea vides; & quam non tractaveras priùs speciem verbi, hanc per chartam tractas & litteras. Qua causa? Quia incorporeus sermo corpus chartæ & figuram est indutus elementorum. Ergo quia clarum exemplum factum est, & admonitus es exemplo rei quæ fit per consuetudinem, age, monstremus quomodo unigenitus filius Dei Deus verbum ante secula cum patre incorporeus existens naturaliter, hominis naturam propriam faciens postea per virginem natus est, non initium sumens ut esset Deus, sed ut appareret homo. Non enim mihi dicas quoniam de patre natus unigenitus, quomodo rursus de virgine natus est? Ex patre natus est naturaliter, ex virgine natus est propter dispensationem. Illud tamen quoniam Deus velox homo, quoniam & tuus sermo nativitatis est tuæ mentis. Sed cùm sermonem istum, quem peperit tua mens, interponere volueris elementis & litteris & figurare chartæ, manu scribis litteras, & quodammodo rursus per manum generas verbum, quod neque sumit initium ut sit quando per manum scriptum est, neque tunc procedit ut sit quando manus litteras figuraverit, sed ex mente quidem natum est, ut autem appareret, initium ex manu sermo litteris figuratè suscipit. Quia ergo exemplum palam est, & imago notissima facta est, age, principalibus aptemus imaginem. Hic mentem, illic intellige patrem. Hic sermonem ex mente cognosce natum, illic verbum substantiale & substantialiter intellige natum ex patre. Hic manum vides per litteras parientem sermonem. Illic intellige virginem per corpus verbum parientem, non initium divinitati dantem per partum, absit, sed apparendo Deum hominibus hominem factum. Quia enim factus est quod ego, necessariò natus est sicut ego, cùm naturam meam meumque partum necessariò suum fecit Deus verbum. Et matrem amplexus est Deus virginem, & per vulvam venit ornatam virginitate. Nihil enim horum quæ finxit Deus abominatur, quia nihil indignum operum ejus factum est. Omnia enim bona, & bona valde, si ea videamus sicut creator vidit facta. Vidit enim Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde. Impassibilibus ea respice oculis, & sicut Deus hæc vides valde bona. Abice passionem, & factorum intelligis pulchritudinem. Quid ergo mirum si in suo opere & domo inhabitavit Deus? Tu verò dicis quidem eum dignè in cælo habitare, indignam verò mansionem ejus hominem arbitraris. Causas discernis, non veritate sermonum, sed passione atque præsumptione. Dic mihi, quid celsius, cælum, an homo? quid Deo pretiosius, sol, an homo? Nolo ut elementorum respicias claritatem, neque propter bonum colorem præponas naturam, neque excellentem claritatem solis obstupescas; nec quia ego pelle & carne indutus sum secundùm sacrum Iob, sed rationalis animæ considera nobilitatem; vide hominis creaturam, & mirare animam. Mentem habet omnibus præesse valentem, manus accepit ministrantes sapientiæ mentis, instrumenta omnium artium operatur. Solum hoc creaturarum omnium necessitate liberum factum est. Dominum voluntatis propriæ solum hominem formavit Deus. Non vides solem sub necessitate currentem, non vides in una specie ejus ductum. Quare? Quoniam voluntatis suæ dominus non est. Tu verò accedis liber, agis quæ vis, non habens necessitatem impellentem te violenter. Liber anima factus es. Sol servus necessitatis, homo verò voluntate liber. Qui ergo melior, dic mihi, servus, an liber; qui sub jugo necessitatis est, an qui omni necessitate solutus est? Nihil ergo mirum, nihil inopinabile, si in homine inhabitavit Deus, quem propriam imaginem mox formans amplexus est. Circa hominem namque suum propositum Deus mox in initiis creaturæ monstravit, pulverem quidem sumens de terra, & fingens eum, imagine verò instruens divinitatis suæ. Cur ergo quod in tali opere facturus erat, ita ex vili natura formavit? Quare non claritatem solis assumens fecit hominem, sed de terra & pulvere eum formavit, ex elemento inferiùs jacente & conculcabili? Qua causa velis agnoscere? Quo-

Anno Christi 431. — Concil. Ephes.

niam futurus erat honorare hominem, vilem edidit naturam, ne celsitudine honoris elevaret hominem ad superbiam, ut quando ultra naturam honoraretur, reprimeretur naturæ memoria, & magnitudinem honoris agnosceret, non sua dignitate, sed gratia conferentis. Ergo & hoc fuit clementiæ creatoris, ut imago Dei ex terra haberet naturam sapientiæ mediocris. Quocirca nobile animal homo est. Et licèt postea contumeliam sustinuerit passionibus invectis, non tamen eum intendas offendentem, sed ante prævaricationem legis considera imaginis Dei cognationem. Cur ergo despicis cadentem, primam ejus facturam oblitus, & honorem antiquum non arbitraris, quem ei rursus cum plurima munificentia reddidit Deus uniens sibi suam imaginem. Nihil ergo dissonum illius clementiæ factum est. Neque enim injuriosum est bono domino communicare servo rebus servilibus ad utilitatem famuli. Non enim injuriam patitur per ista qui bonus est, sed quod est per talia magis agnoscitur. Noli mirari causam. Nam si temetipsum domum fabricaveris Deo, & in te habitabit, licèt non ita sicut in filio. In Christo enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Sed ô miraculum! omnis plenitudo divinitatis in uno habitat, & omnia complet, & continet creaturam, totus existens in uno, & à nulla creatura divisus. Nec tibi quod dicitur impossibile videatur. Nam & ego nunc profero sermonem, & is sermo totus est in uno, & verbum in omnibus factum est, & totum verbum cepit unus, & à multitudine verbum non circumscribitur. Si igitur res quæ fit & perimitur, & in uno tota inhabitat & in omnibus fit, quid mirum tibi videtur si Deus & totus in uno inhabitat & in omnibus invenitur. Causa igitur festivitatis est quia Deus factus homo est, sumens humana ut daret divina, suas faciens passiones ut donaret impassibilitatem, subiens mortem ut largiretur immortalitatem. Denique suas hominum passiones fecit, non natura mutata, sed voluntate hæc propria faciens. Et meritò fecit hæc, hominem liberare volens. Pro qua itaque causa suas passiones hominum facit? Quoniam volebat passione adimere passionem, & mortem morte destruere, & per similia similia proposuit expugnare. Suas fecit plagas, vincula sua fecit, ut Dei factæ passiones contra passiones acciperent potestatem. Non enim natura Dei læsa est. Neque enim mutatione sua suscepit passiones. Et ideo fortitudinem à Deo passiones contra similia perceperunt. Iam enim mors tamquam Dei facta destruit mortem, & moriens solvit tyrannidem mortis, quoniam & Deus & homo erat. Non enim purum hominem crucifixerunt Iudæi, neque visibilem solummodo naturam transfixerunt; sed ei qui in ea erat intulerunt præsumptiones, qui visibilis naturæ proprias fecit passiones. Et ut hoc quoque tibi fiat manifestum, ad exemplum ab initio dictum rationem denuo reducamus. Pone enim principem loqui sermonem, & hunc formari per litteras in charta aliqua quæ dicitur sacra, & dirigi civitatibus sermonem circumamictum & charta & litteris libertatemque donantem aut alia quædam dona regalia indigentibus deferentem, si hanc quæ dicitur sacrà lingua Romanorum suscipiat aliquis inobediens & civitatis inimicus & hostis Imperatoris, & sumens chartam disrumpat, quid disruptum est hic, charta solummodo, an etiam sermo regalis? Denique si charta rupta est sola, facile est comparare quod ruptum est, & sine reatu est qui rupit, aut quinque obolis solummodo condemnandus. Sed pœnam suscipiet novissimam, atque torquebitur, & ad mortis sententiam deducetur, non tamquam chartam decerpens, sed tamquam etiam verbum imperiale disrumpens, cùm utique verbum imperiale impassibile sit, neque manibus capiendum per suam naturam, neque rumpi possibile. Sed ipsum disruptum est, chartam & litterarum passiones proprias faciens. Vides quomodo quod impassibile est suscipit passionem, dum communicat naturæ passibili. Non enim sermo propria natura disruptus est & passionem chartæ elementorumque suscepit. Non igitur securus sit Iudæus tamquam purum hominem crucifigens. Quod enim videbatur, charta erat; quod autem in eo celabatur, imperialis sermo. Natus est natura, non prolatus per linguam. Verbum namque unigenitus dicitur, non prolativum, sed substantiale & substantialiter. Nihil enim propria natura patitur, quorum impassibilis ratio est. Proprias verò fecit rei visibiles passiones. Et sicut imperialis sermo litterarum injuriam ipse suscepit, & passio chartæ est propria facta sermonis, ita unigenitus Dei Deus verbum crucifixi fecit proprias passiones. Propterea sicut qui sacram imperialem decerpsit, tamquam Imperatoris disrumpens verbum, ad mortem adducitur, sic crucifigens Iudæus quod viderat, pœnas dabit, tamquam in ipsum Deum verbum præsumptiones iniciens. Iam enim Deus tamquam passionem suam ulciscitur quæ præsumpta sunt. Sed sufficiunt quæ dicta sunt, quoniam cogitare oportet & pro vestri memoria. Multitudo namque dictorum procedens audientium sensum facit immemorem. Mereamur autem per gratiam Dei ut & quæ dicta sunt mente percipiatis & alia ex istis propositis & regnum cœlorum pro his hereditate possideatis; quod omnes adipiscamur gratia Christi, cui gloria & potestas in secula seculorum. Amen.

Homilia Rhegini Episcopi Constantiæ Cypri.

Cap. LXIII.

Mihi quidem tacere videbatur & ex hoc patres honorare, & non signum scientiæ meæ hoc sermone relinquere, deinde etiam apud viros tales dicere, magis autem pro causa sic maxima atque terribili quam quilibet etiam solummodo cogitando tremescit. Sed quoniam etiam tacere volentes non sinis, ô sapiens, mihi jam sermonibus inchoandum est. Dicta etenim sunt de te à multis ante nos talia. Nihilominus & à me dicendum. Quomodo cecidit de cœlo lucifer, qui manè oriebatur, & quomodo cecidit Babylon? Cui enim alio te comparet quisquam, non video. Iudæis te comparo, Iudæis Domini negatoribus, quorum impietatem nutristi, quos illudere coëgisti tamquam nihil agentes. Sed isti sors Dei aliquando fuerunt, legemque susceperunt, & innumeris bonis potiti sunt, miseri quidem & illi per tanta bona benefactorem non agnoscentes, sed pro beneficiis contra Dominum injurias inferentes. Sed tamen dictum est de eis: *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ salvæ fient.* Et alibi rursus: *Potest Deus iterum inserere eos.* De te verò, abominabilis, quid dicturus sim? Quid quoque te dicet aliquis? Rectè dicat miserum Cham? Sed etiam illius sunt minora quàm tua. Et si interrogaveris, dicam. Sed etiam injuria parva est. Non enim hæc comparabuntur illis. Nam & quæ sub Noë præsumpta sunt transcendisti, &

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

quæ Sodomis gesta sunt tuis cedunt blasphemiis, ut bene dicatur de te illud: *Iustificabitur Sodoma ex te.* Illud namque in uno orbis terrarum loco præsumebatur, & impietas ad contribulos veniebat. Tu verò in parvo tempore orbem terrarum commovisti, subvertisti fidem, inestabilem dispensationem, quantum ad te, vastasti; etiam ut de te dicatur: *Non est medicamentum ponere, neque oleum, neque ligaturas.* Oportebat utique olim ad increpationem manifestam impietatis horum quæ præsumpsisti migrare de tabernaculo tuo, aut concrematum aut vulneratum effici, ut simplicioribus pœnas dedisse videreris. Apud nos enim jam dedisti, & denuo dabis. Sed quoniam Deus verbum etiam propter te fieri passus est cato, quia à te dividitur, adhuc præparat tibi tormenta per flammas, sciens quidem quia non eris melior, & incomprehensibilem tibi punitionem parans; dorsum stravit ad incessum, & conservum suscepit dominicis obediens nutibus. Mors autem Lazarum reddidit post consuetam legem, cùm scirent ambo præcepta dominica. Illud quidem vetus est, hoc verò novum. Taceo solem terrore celatum, petras fissas, & aperta monumenta. Et si parva tibi sunt hæc ad comparationem divinitatis, erubesce testimonium resurgentium. Itaque fratres sunt qui videntur ossa putrida membrorum & rupta vermibus, quorum pabula propter mortem sunt. Sed illos quidem similibus pasci in secta nequissima relinquendum est. Nos autem divinis pascimur verbis, qui Deum carne factum confitemur, & conversari obsiscum unigenitum à paterna forma non recedentem. Imago namque est paternæ benignitatis & condescensio, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Exemplar epistolæ scriptæ à sancta synodo ad Archiepiscopum Romanum Cælestinum, significans omnia quæ gesta sunt in Ephesino Concilio.

CAP. LXIV. SAnctissimo & reverentissimo comministro Cælestino sancta synodus quæ secundùm Dei gratiam congregata est in Ephesiorum metropolim in Domino salutem. Tuæ quidem sanctitatis circa pietatem zelus & circa rectam fidem salvatoris omnium nostrum Deo amica vel placans sollicitudo digna omni admiratione fuit. Mos est enim vobis ita magnis existentibus in omnibus bene probati & omnia studia Ecclesiarum vestra propria facere. Quoniam autem oportebat omnia ad scientiam tuæ sanctitatis referri quæ subsecuta sunt, scribimus necessariò quia secundùm voluntatem omnium nostrum salvatoris Christi & secundùm decreta piissimorum & amatorum Christi Imperatorum congregati sumus in Ephesinorum metropolim ex multis & diversis provinciis ultra ducenti existentes numero Episcopi. Deinde piissimis decretis amatorum Christi Imperatorum, per quæ vocati sumus, tempus definitivus sessioni sanctæ synodi diem sanctæ Pentecostes omnibus concurrentibus, maximè quia continebatur in litteris Imperatorum ut si non aliquis occurrisset post definitas inducias, non bona conscientia abesset, & esset inexcusabilis tam apud Deum quàm apud homines, defuit reverentissimus Iohannes Antiochenorum Episcopus, non quasi voluntate simplici, sed neque spatio itineris impedimentum faciente, sed occultans mente consilium & cogitationem dissonantem à Deo, quam non longo post tempore veniens Ephesum demonstravit. Distulimus igitur Concilium post definitum diem sanctæ Pentecostes in totis decem & sex diebus, cùm multi tam Episcopi quàm Clerici & ægritudine comprehensi & afflicti essent in expensis, aliquanti verò & de vita migrassent. Et erat, sicut perspicit & tua sanctitas, injuria magis contra sanctam synodum quod agebatur: Tanta enim dilatione perversè usus est, cùm utique eum præcessissent multi ex longioribus spatiis. Veruntamen post diem sextum decimum præcesserunt quidam ex his qui cum eo erant Episcopi metropolitæ duo, Alexander Apamiæ, & alter Alexander Hierapoleos. Deinde nobis incusantibus adventus tarditatem reverentissimi Episcopi Iohannis, dixerunt non semel, sed sæpius, quia demandavit nobis nuntiare reverentiæ vestræ quòd si contigerit eum adhuc morari, non differri synodum, sed facere quod oportet. His renuntiatis, & manifesto facto tam ex tarditate quàm ab his quæ ab eo nuntiata sunt quia recusat Concilium, sive Nestorii amicitiæ [a] præstans, sive quia Clericus fuerat sub se constitutæ Ecclesiæ, sive quorundam pro eo petitionibus cedens, consedit sancta synodus Ephesi in majore Ecclesia quæ vocatur Maria. [b] Cùm autem omnibus alacriter convenientibus solus [c] deesset Concilio Nestorius, commonuit eum sancta synodus canonicè per Episcopos prima & secunda & tertia vocatione. Ille autem militibus circumcludens suam domum, superbiit contra ecclesiasticas leges, nec passus est semetipsum manifestum constituere nec satisfacere de iniquis suis blasphemiis. Postea relectæ sunt litteræ quæ scriptæ sunt ad eum à sanctissimo & reverentissimo Episcopo Alexandrinæ Ecclesiæ Cyrillo; quas & probavit rectè habere & irreprehensibiliter sancta synodus & nullomodo dissonasse aut à divinitus inspiratis scripturis aut etiam à tradita & exposita fide in magna synodo sanctorum patrum qui in Nicæa per tempora convenerunt, sicut & tua sanctitas rectè hoc probans testificata est. Lecta autem & epistola Nestorii quæ adipsum scripta est memoratum sanctissimum & reverentissimum fratrem nostrum & comministrum, censuit sancta synodus aliena omnino ab apostolica & evangelica fide esse quæ in ea erant dogmata multis & novis languentia blasphemiis. Lectis verò similiter & expositionibus ejus impiissimis, necnon etiam & scripta ad eum epistola à tua sanctitate, per quam rationabiliter condemnatus est, utpote qui blasphema scripserit & irreligiosas voces suis expositionibus inseruit, sententia prolata est justa depositionis ejus, maximè quia in tantum longè est à pœnitentia aut à recognitione eorum in quibus blasphemavit adhuc Constantinopolitanam habens Ecclesiam ut etiam in ipsa Ephesinorum metropoli sermonem faceret ad quosdam metropolitanos Episcopos non ignorantes, sed doctos & reverentissimos, & auderet dicere quia ego bimenstrem & trimenstrem Deum non confiteor, & alia insuper diceret acerbiora. Sicut irreligiosum igitur & abominabilem hæresem & pervertentem evangelicam nostram sectam & omnem funditus mysterii dispensationem evellentem deposuimus, sicut superius diximus. Sed non [d] poterat fieri, ut videtur, in Christo caritatem habentes & zelum in Domino, non multas experiri difficultates. Speravimus enim reveren-

[a] PRÆSTANS] Codex Bellovac. *commodans.*
[b] CUM AUTEM] Idem codex: *Quoniam autem*
[c] DEESSET] Item idem codex, *deerat.*
[d] POTERAT FIERI] Ibidem, *erat incongruum.*

cissimum Antiochenorum Episcopum Iohannem & subtilitatem synodi & pietatem laudare & fortasse culpare depositionis tarditatem. Evenerunt autem nobis omnia quæ in spe fuerant contraria. Inventus enim inimicus & hostis tam sanctæ synodo quàm etiam ipsi rectæ fidei Ecclesiarum, sicut ipsæ res indicant. Mox enim quòd ingressus est Ephesum, nondum excusso itineris pulvere, nec exutis [a] vestimentis, congregavit quosdam qui cum Nestorio recesserant, & blasphemias contra suum locuti sunt caput, ac non solùm deridentes gloriam Christi; & congregans tamquam collegium sibi triginta hominum numero nomen episcopatus habentium, quorum quidam sunt sine civitatibus, vacantes autem & Ecclesias non habentes, alii autem ante multos annos pro acerbis causis depositi à suis Metropolitis, cum ipsis autem & Pelagiani & [b] Cælestiani, & de his quidem qui [c] de Thessalia projecti sunt, rem præsumpsit iniquam, quam nullus horum qui ante eum fuerunt. Composuit etenim solus chartam quidem depositionis nomine, & injuriis affecit sanctissimum & reverentissimum Alexandrinæ urbis Episcopum Cyrillum & reverentissimum & coepiscopum nostrum Memnonem Ephesinum, nullo nostrum sciente, sed nec his qui injuriam pertulerunt agnoscentibus quod agebatur vel propter quam causam hoc præsumpsissent, sed tamquam pro his non indignante Deo, & quasi non essent canones ecclesiastici, aut quasi non periclitaturi ipsi propter hanc audaciam, injuriis afficiunt excommunicationis nomine etiam omnem synodum. Deinde & publicè in charta hoc inserentes proposuerunt [d] ad legendum volentibus, theatri parietibus affigentes, ut suam impietatem in spectacula facerent. Sed non huc usque eorum processit audacia. Sed enim fiduciam adsumpserunt, scripserunt aliquid quasi canonicum, & ad aures piissimorum & amatorum Christi Imperatorum referre, quæ hujusmodi sunt. His ita factis, sanctissimus etiam & reverentissimus Episcopus Alexandrinorum Cyrillus, necnon & reverentissimus Episcopus Ephesinorum civitatis Memnon, libellos à se compositos, & convenientes tam ipsum reverentissimum Episcopum Iohannem quàm eos qui cum eo hoc egerunt, obtulerunt, conjurantes nostram sanctam synodum [e] ut evocaret canonicè & ipsum Iohannem & eos qui cum eo sunt, quatenus satisfacerent de quibus [f] præsumpserant, & si quid accusare haberent, si possent, dicerent & convincerent. In charta enim quæ scripta est ab eis depositoria, potiùs autem injuriosa, occasionem inseruerunt quia Apollinaristæ & Arriani & Eunomiani sunt, & propter hoc depositi sunt à nobis. Instantibus igitur his qui injuriam sustinuerunt ab illis, iterum nos necessariò congregati in magna Ecclesia supra ducentos existentes Episcopi, una & secunda & tertia vocatione in biduo evocavimus & ipsum Iohannem & eos qui cum eo erant in Concilium, quatenus convincerent injuriam passos, & satisfacerent, & causas dicerent pro quibus depositionis composuerunt chartam; & non præsumpsit venire. Oportebat autem eum, si verè convincere poterat memoratos sanctissimos viros quasi existentes hæreticos, & venire & ostendere hoc verum esse quod accipiens ut validum & indubitatum crimen, temerariam sententiam contra eos protulit; sed ex fragili conscientia non occurrit. Quod autem construebatur, illud erat. Putavit enim quasi hac [g] inepta & injusta injuria soluta, pariter solveretur & synodi justa sententia quæ prolata est contra hæreticum Nestorium. Indignati igitur meritò, tractavimus quidem æquam tam contra ipsum quàm contra alios sententiam proferre legitimè, quam ipse contra leges in eos qui in nullo reprehensi sunt protulit. Vt autem illius temeritatem patientia vinceret, licèt justè hoc pateretur & legitimè, servavimus judicio tuæ reverentiæ hoc. Interim eos sine communione fecimus, amputantes illis omnem potestatem sacerdotalem, ut nullum possint lædere per suas sententias. Eos enim qui ita ferociter & crudeliter & contra canones irruere solent ad pessimas & sævissimas res quomodo non erat necessarium quam non habuissent adimere eis lædendi potestatem? Fratribus igitur nostris & comministris Cyrillo & Memnoni, qui ab eis sustinuerunt injuriam, & communicatores omnes sumus, & post illorum temeritatem ministravimus cum eis & simul ministramus, communiter omnes congregationes celebrantes, evacuantes [h] ex scripto illorum lusum, invalidumque & effectu carentem monstrávimus. Injuria enim erat solummodo, & nihil aliud. Viri enim numero triginta, & alii quidem eorum hæretica macula notati, alii autem sine civitatibus & ejecti, qualem habent synodi personam, aut qualem virtutem contra synodum congregatam ex omni orbe qui sub cœlo est. Consederunt enim nobiscum & qui à tua sanctitate destinati sunt reverentissimi Episcopi Arcadius & Projectus, & cum eis sanctissimus Presbyter Philippus, tuam nobis præsentiam per se donantes, & apostolicæ sedis locum replentes. Indignetur ergo tua reverentia competenter pro his quæ facta sunt. Si enim data fuerit volentibus licentia & majores injuriis sedes afficere & contra eas in quibus non habent potestatem contra leges sic & contra canones proferre sententias, magis autem injurias, & his qui pro pietate tot certamina sustinuerunt, [i] quorum causa & nunc pietas per vestræ reverentiæ orationes effulsit, ibunt ad ultimam confusionem Ecclesiæ res, [k] castigatis autem secundùm congruum modum talia audentibus, vacabit omnis turbatio, & condecens canonibus reverentia ab omnibus servabitur. Lectis verò in sancta synodo gestis quæ celebrata sunt in depositione irreligiosorum Pelagianorum & Cælestianorum, Cælestii, Pelagii, Iuliani, Præsidii, Flori, Marcelliani,

[a] VESTIMENTIS] Hæc est lectio libri Bellovacensis. Contius habet, *itinerarium indumentis*. Codices Colbertinus & Turonensis, *nec exutis mentis*.

[b] CÆLESTIANI] Ita codex Colbertinus. Alii habent *Cælestinians*.

[c] DE THESSALIA] Codices Colbert & Turon. *à Thessalia*. Postea sequitur, *projecti*, in iisdem codicibus. Pro quo Bellovacensis habet *ejecti*.

[d] AD LEGENDUM] Secuti hîc sumus editionem Contianam, cum qua Græca verba consentiunt. In Colbertino & Turonensi exemplaribus scriptum est, *allegandum*. Bellovacense mutilum est in hoc loco.

[e] VT EVOCARET] Ita codex Colbertinus. Bellovac. *evocare canonicè ipsum etiam Iohannem*.

[f] PRÆSUMPSERANT] Idem codex Bellovac. *ausi essent*.

[g] INEPTA] Codex Bellovac. *flagitiosa & injusta injuria solveretur, simul resmaretur & justa synodi sententia quæ prolata*.

[h] EX SCRIPTO ILLOR.] Idem codex, *per scripta à nobis ill. . . . . jocis, invalidos & effectu carentes monstravimus*.

[i] QVORUM CAUSA] Idem codex, *propter quos*.

[k] CASTIGATIS] Idem Bellovacensis codex habet *correctis*.

Orentii, & similia eis sapientibus, censuimus & nos valida & firma perseverare quæ de ipsis definita sunt à tua reverentia, & consentanei sumus in sententia omnes, depositos eos habentes. Ut autem integrè omnia cognoscatis quæ acta sunt, destinavimus gesta. *Et subscriptio.* Salvum te esse, & ut memor nostri sis in Domino deprecamur, dilectissime & desiderantissime. *Subscripserunt & deinceps omnes Episcopi secundùm morem.*

Sequuntur hoc loco in codice Bellovacensi Cælestini epistolæ ad Theodosium, Maximianum Episcopum Constantinopolitanum, clerum Constantinopolitanum, & ad synodum Ephesinam; quas (quia jam editæ sunt in tomo secundo novissimæ editionis Conciliorum pag. 1625. & seqq. & in tomo tertio pag. 1069. & seqq.) edere heic noluimus.

Duplex extat sequentis mandati versio antiqua; una nostra, quam descripsimus ex tribus antiquis exemplaribus & ex editione Contiana; altera ex vetusto codice edita Basileæ anno MDXLII. *à Roberto Vuinter; cujus licèt idem sit sensus, verba tamen sunt admodum diversa. Sequitur deinde in eadem editione Basileensi relatio synodi ad Imperatores missa cum Episcopis in mandato nominatis. Quia verò hæc etiam versio vetus est, & utilis esse potest, neque extat in tomis Conciliorum, quamvis olim recusa sit à Petro Crabbo, eam hoc loco exhiberi debere visum est, ne quid istiusmodi lateat res canonicæ & historiæ ecclesiasticæ studiosos.*

VETUS EDITIO.

Mandatum gestum à sancto Concilio in his qui sunt missi ab eo Constantinopolim reverentissimis Episcopis ut causam cum orientalibus dicerent.

Cap. LXV. DEo amantissimo & Dei cultori Presbytero Philippo obtinenti locum sanctissimi & Deo amantissimi Archiepiscopi magnæ Romæ Cælestini, & Deo amantissimis & sanctissimis Episcopis; Arcadio, Iuvenali, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Evoptio, sancta & universalis synodus quæ gratia Dei & sanctione piissimorum Principum congregata est in Ephesenorum metropoli, in Domino salutem. Iussi à piissimis & Christo amantissimis Imperatoribus legatos dirigere pro omni simul orbe terrarum, qui per eos qui in Ephesina civitate collecti sunt nobiscum pro recta fide certamen suscepit, decrevimus
a [a] vestram sanctitatem, utpote coram Deo Christo vobis pro recta fide sanctisque patribus atque fratribus sanctissimo & Deo amabili Archiepiscopo Cyrillo & sanctissimo & Deo amabili coëpiscopo Memnoni legationem committere. Utrorumque verò providentiam facientes & nostræ cautelæ & vestræ, hoc vobis mandatum porreximus, ut & nos sciamus in quibus vos destinavimus, & vestra sanctitas agnoscat quia nihil citra hæc facere debetis. Ante omnia siquidem illud scire vestram condecet sanctitatem quia apud Johannem Antiochenum & quod cum eo est recessionis Concilium communionem nullo debetis modo suscipere, eò quòd nec ipsi voluerint nobiscum deponere impietatis prædicatorem Nestorium, sed pro illo usque ad vestrum egressum fecere sermonem, & præsumpserunt extra omnes regulas condemnare sanctissimum & Dei amantissimum Archiepiscopum Cyrillum & sanctissimum ac Dei cultorem Episcopum Memnonem; deinde eò quòd hacte-
b nus Nestorii [b] concertent dogmatibus, & quidam inter eos sint Cælestiani atque damnati, & orbis terrarum synodum præsumant velut hæreticam accusare. Si verò forsitan necessitas quædam à pissimo Principe deferatur, quoniam oportet Christo amabili piæque sanctioni secundùm quod

EDITIO BASIL.

Mandatum quod synodus dedit Legatis Constantinopolim proficiscentibus ut orientales judicarent.

PHilippo Presbytero Dei & amantissimo & colendissimo sanctissimi & pientissimi Archiepiscopi apostolicæ sedis magnæ Romæ Cælestini Vicario, & pientissimis & sanctissimis Episcopis Arcadio, Iuvenali, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Evoptio, sancta & universalis synodus quæ gratia Dei & edicto pientissimorum Regum in Ephesinorum metropoli congregata, in Domino salutem. Admoniti à pientissimis Christique amantissimis Regibus ut mittantur Legati pro toto orbe, qui propter eos qui nobiscum in Ephesiorum urbe congregati sunt anxius est, unanimi calculo decrevimus & legationis provinciam, ut pro recta fide & pro sanctis fratribus sanctissimo & Dei amantissimo Archiepiscopo Cyrillo & Dei amantissimo coepiscopo Memnone injunximus. Utrorumque autem securitatis & vestrorum & nostrorum habentes curam, hoc mandatorium diploma instruximus, ut & scias propter quæ nos misimus & vestra pietas cognoscat quod nihil præter hæc facere debeatis. Ante omnia igitur sciat vestra sanctitas quòd cum Iohanne Antiocheno & cum apostatarum Concilio communionem nullo modo habere debeatis, eò quòd noluerunt nobiscum deponere impietatis præconem Nestorium, sed illi usque ad abitionem vestram patrocinati sunt, ausi contra omnes canones condemnare sanctissimum Deique amantissimum Archiepiscopum Cyrillum & sanctissimum Deique amantissimum Memnona. Præterea usque ad id tempus in Nestorii dogmatis defendendis anxii sunt. Sunt item inter eos Cælestiani & depositi, audentque totius orbis synodum hæreticum appellare. Iam si necessitas quædam se obtulerit adeundi Regem pientissimum, quoniam edicto amatoris Christi & pientissimi pro virili obediendum est, si noluerint prædicti subscribere depositioni Nestorii & per libellos veniam petere à sancta synodo super iis quæ temerè in nostros præsides admi-

[a] VESTRAM SANCTIT] Ita omnia vetera exemplaria. Melior tamen videtur editio Contii, in qua scriptum est, *vestræ sanctitati*. Interpres secutus est inflexionem verborum Græcorum, *τῆ ὑμετέρᾳ ὁσιότητι*.

[b] CONCERTENT] Ita omnia vetera exemplaria. Contius habet *concordent*.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

possibile est obedire, si voluerint prædicti subscribere quidem damnationi Nestorii, per libellos autem veniam petere à sancto Concilio pro quibus excesserunt contra nostros præsules, & anathematizare Nestorii dogmata, & eos qui apertè quæ ejus sunt sapiunt vel sapuerunt abicere, & vobiscum laborare ad reddendum nobis sanctissimos Archiepiscopos Cyrillum & Memnonem, permittimus vestræ sanctitati his gestis suscipere quidem eos ad communionem, scribere autem ad nos, ut & nobis & vobis consentientibus integra ad eos pax celebretur, non priùs autem communionem eis polliceri nisi præsules suos synodus sancta receperit. Scire autem vestram volumus sanctitatem quia si quid horum à vobis despiciatur, neque sancta synodus suscipiet à vobis gesta, neque vos communicatores habebit.

Berinianus Episcopus Pergæ mandans subscripsi.

Subscripserunt autem & omnes qui præpositi sunt in statu monumentorum sanctissimi Episcopi.

serunt, anathematizareque & Nestorii dogma & abjicere eos qui eadem cum illo vel sapiunt vel sapuere, denique & laborare nobiscum ut restituantur nobis sanctissimi Archiepiscopi Cyrillus & Memnon, permittimus vestræ sanctitati his factis polliceri quidem ipsis communionem, scribere autem nobis, ut & vobis compaciscentibus perfecta cum ipsis pax constet. Verùm non erit antea promittenda illis pax, nisi præsides suos recipiat sancta synodus. Scire autem volumus vestram sanctitatem quòd si quid horum à vobis contemptum fuerit, neque sancta synodus acta habebit rata, neque vos communionis sinet esse participes.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

CAP. LIX.

Subscriptiones quæ sequuntur, additæ sunt ex editione Basileensi.

SVBSCRIPTIONES.

Berinianus Perges jussus subscripsi.
Erenianus subscripsi.
Dalmatius subscripsi.
Severus subscripsi.
Pius subscripsi.
Hellanicus subscripsi.
Palladius similiter.
Amphilochius similiter.
Perigenes similiter.
Iconeus similiter.
Aristonicus similiter.
Valerianus similiter.
Cyrus similiter.
Meonius similiter.
Dynatus similiter.
Idduas similiter.
Epiphanius similiter.
Gregorius similiter.
Hesychius similiter.
Tribunianus similiter.
Philippus similiter.
Heracleon similiter.
Petrus similiter.
Theodosius similiter.
Eusebius similiter.
Venantius similiter.
Anysius similiter.
Domninus similiter.
Zenobius similiter.
Aetius similiter.
Timotheus similiter.
Eugenius similiter.
Callippus similiter.
Iohannes similiter.
Theodotus similiter.
Ablabius similiter.
Domninus similiter.
Eustachius similiter.
Constantinus similiter.
Eunepius similiter.
Euprepius similiter.
Paralius similiter.
Silvanus similiter.
Limonius similiter.
Cyrillus similiter.
Euporus similiter.
Thomas similiter.
Rhodon similiter.
Tychicus similiter.
Martyrius similiter.
Nicias similiter.
Nestorius similiter.
Theodorus similiter.
Archelaus similiter.
Aphobius similiter.
Hermobius similiter.
Carius similiter.
Reginus similiter.
Senecion similiter.
Docimasius similiter.
Theosebius similiter.
Domnus similiter.
Asterius similiter.
Bessulas similiter.
Maximus similiter.
Theodulus similiter.
Commodus similiter.
Modestus similiter.
Aristobulus similiter.
Ephabius similiter.
Heraclius similiter.
Paulus similiter.
Theon similiter.
Hieraris similiter.
Chrysaorius similiter.
Hermogenes similiter.
Aristocatus similiter.
Alexander similiter.
Lampetios similiter.
Severus similiter.
Ardesimus similiter.
Apellas similiter.
Alypius similiter.
Anderius similiter.
Paulus similiter.
Macedonius similiter.
Acacius similiter.
Spudasius similiter.
Aphronius similiter.
Philetus similiter.
Promachius similiter.
Nectarius similiter.
Metrodorus similiter.
Dorotheus similiter.
Tatianus similiter.
Abraham similiter.
Petrus similiter.
Eudoxius similiter.
Adelphius similiter.
Eulogius similiter.
Theonas similiter.
Cyrus similiter.
Marcellinus similiter.
Evagrius similiter.
Theodorus similiter.
Solon similiter.
Mandianus similiter.
Eusebius similiter.
Heraclides similiter.
Ammon similiter.
Zenobius similiter.
Zenon similiter.
Isaac similiter.
Nateras similiter.
Timotheus similiter.
Zenon similiter.
Eusebius similiter.
Philadephus similiter.
Macarius similiter.
Pabiscus similiter.
Andreas similiter.
Phœbammon similiter.
Sabinius similiter.
Eusebius similiter.
Alexander similiter.
Eutherius similiter.
Saadius similiter.
Petrus similiter.
Iohannes similiter.
Ammon similiter.
Rhomanus similiter.
Paulus similiter.
Iohannes similiter.
Rufinus similiter.
Nesius similiter.
Thomas similiter.
Iohannes similiter.
Timotheus similiter.
Eusebius similiter.
Paulus similiter.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

VETUS EDITIO.

Relatio missa à synodo Imperatoribus per supradictos & destinatos Episcopos.

CAP. LXVI. PIissimis & Deo custodiris & Christo amabilibus Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus, semper augustis, sancta synodus quæ per Dei gratiam & saoctionem vestræ potentiæ in Epheso celebrata est. Omnia qoidem vestri imperii laudabilia sont & plurimom circa pietatem ostendentia zelum, Christo amabiles Imperatores. Et propterea communiter universi & seorsum unusquisque pro æterna vestra potentia orationes Domino nostro Christo proferimus, servari orbi terrarum per seculum Christo amabilem vestrum apicem supplicaotes. Quia verò etiam nunc nostris flexa precibus pietas vestra præcepit per magnificentissimum & gloriosissimum Comitem Iohannem dirigere nostrum universale Concilium quoscunque probaverit Deo amabiles Episcopos ad vestram potentiam, & coram vobis positos eos docere omnia quæ secundùm nos sunt, necessariò gratias agentes Christo amabili imperio vestro, elegimus sanctissimos & Deo amabiles Episcopos Arcadium, Iuvenalem, Flavianum, Firmum, Theodotum, Acacium, & Evoptium, & Philippum Presbyterum obtinentem locum sanctissimi & Deo amantissimi Episcopi apostolicæ sedis magnæ Romæ Cælestini, & per has litteras offerimus eos vestræ tranquillitati, placidum supplicaotes aspectum auditumque promereri. Scientes verò Christo amabilem vestram & Deo devotam animam multùm agentem placare Christum protegentem vos atque servantem, ejusque sacerdotes honorare per omnia, eò quòd ab eo dictum sit, *Qui vos audierit, me audit, & qui vos susceperit, me suscipit*, confidimus etiam de quibus sumus contristari nuntium adicere litteris. Nos enim non alia qualibet causa Ephesiorum adprehendimus civitatem quàm tractandi de fide secundùm vestram piissimam sanctionem. Quia verò hujus immobilem à seculo tranquillitatem scelesta Nestorii dogmata turbaverunt, meritò consilium de hoc proponentes, post sedecim dies induciarum definitarum, & eum qui conturbavit Ecclesias suis dogmatibus Nestorium evocantes, cùm is conscientia mala detentus occurrere noluisset, examinantes quæ ab eo in scriptis exposita sunt de incorporatione Domini nostri Iesu Christi impia dogmata, & illa ipsa anathemavimus, & horum patrem omni episcopatus dignitate fecimus alienum. Sed Antiochenorum Iohannes post vicesimum secundum definitarum induciarum vix veniens diem, tamquam ulturus in nobis super zelo pro fide triginta plus minùs circa se colligens, quorum alii quidem Cælestiani, alii verò damnati ante multum erant, contra ipsos nostros accessit præsules & æmulatores fidei rectæ, sanctissimumque & Dei cultorem Archiepiscopum Alexandrinorum Cyrillum & sanctissimum & Deo amantissimum Episcopum Memnonem neque accusatos ab eis neque evocatos secundùm consequentiam regularum depositionis subjecit injuriæ; & tamquam communicante sibi sancto universali Concilio in nequitia contra eum facta, ita piis & Deo amabilibus subripuit vestris auditibus. Sancta siquidem & universalis synodus, in qua præsidet etiam magnæ vestræ Romæ sanctissimus & Deo amantissimus Archiepiscopus Cælestinus, &

EDITIO BASIL.

Relatio synodi missa cum prædictis Episcopis & locum tenente Papæ ad Reges.

PIentissimis Deique & Christi amantissimis Theodosio & * Valeriano victoribus, triumphantibus, semper augustis, [synodus] quæ juxta gratiam Dei & vestræ majestatis edictum in Epheso congregata. Omnia quidem, ô Reges amatores Christi, regiæ majestatis vestræ acta laudem merentur, magnumque pietatis zelum præ se ferunt, eaque propter unanimitatem omnes & singuli pro perpetua vestra incolumitate & imperio preces Domino Christo offerimus, orantes ut Christi amantissima vestra majestas orbi perpetuò servetur. Quia aotem & nunc nostris precibus flexa vestra pietas præcipit per Iohannem magnificentissimum & gloriosissimum Comitem ut universalis vestra synodus ad vestram majestatem electos quosdam pientissimos mittat Episcopos, & coram omnes causas exponant, meritò gratias agentes Christi amantissimæ vestræ majestati, elegimus sanctissimos ac pientissimos Episcopos Arcadium, Iuvenalem, Flavianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Evoptium, & Philippicum Presbyterum Romæ Cælestini sanctissimi & pientissimi Episcopi apostolicæ sedis magnæ Romæ locum tenentem; quos his literis vestræ serenitati commendamus, ut eos benignè videre & audire dignetur. Scientes autem quantum anima vestra amat Christum, Deoque sit dedita, maximique faciat Christum, qui pugnat pro vobis & vos servat, habeanturque in honore semper sacerdotes ejus juxta id quod dictum est ab eo, *Qui vos audit, me audit, & qui vos recipit, me recipit*, confidimus & quæ nos conturbavit, idem & vos, sic literis insertum est, conturbat. Nos enim non ob aliam causam qui Ephesi nunc sumus quàm ut juxta vestrum pientissimum edictum de fide tractaremus. Quoniam enim prophana Nestorii dogmata ejus immobilem à seculo tranquillitatem conturbarunt, meritò super ea re consilium proposuimus. Post sextum & decimum diem perfiniti termini & Nestorium suis decretis Ecclesias conturbantem accersivimus. Verùm quia ille malè sibi conscius comparere detrectavit, inquirentes impia dogmata quæ de Domini Christi incarnatione ab illo scriptis exposita, ea ipsa anathematizavimus, & eorum patrem ab episcopali dignitate omnino alienavimus. Ceterùm Iohannes Antiochenus post vicesimum diem præstituti termini, quasi zelo fidei nos adjuturus, huc pervenit, congregatis apud ipsum Episcopis paulò minùs triginta, quorum alii Cælestiani, alii depositi multò antea fuerunt, adversùs nostros præsides & orthodoxæ fidei æmulatores secessit, sanctissimumque & pientissimum Archiepiscopum Alexandriæ Cyrillum & sanctissimum ac pientissimum coëpiscopum Memnona, neque accusatos ab ipso, neque citatos juxta canonum rationem, depositionis contumelia affecit, & quasi communicarit cum ipso sancta & universalis synodus in hanc contra illos injustitiam, ita pias & religiosas vestras corripuit aures. At sancta & universalis synodus, cui assidet & magnæ vestræ Romæ sanctissimus & pientissimus Archiepiscopus Cælestinus omnisque occidentalis synodus per eos quos ad vos misit sanctos Episcopos, assidet autem & Aphrica omnis & Illyricum, legitimè mota ipsum præfectum Concilii

* Valentiniano

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Anno Christi 431. a b

Concil. Ephes.

universum occidentale Concilium per eos qui ab eo directi sunt ad nos sanctissimos Episcopos, cum quibus & assidet & [a] Africa universa & [b] Illyricum, regulariter mota, & ipsum principem recessionis Concilii Iohannem & qui cum eo sunt omni ecclesiastica communione alienos esse dogmatizavit, omnemque eorum sacerdotalem abscidit effectum, evacuans & quæ ab eis integulariter gesta sunt, & horum quæ super eis gesta sunt nunrium vestro dudum apici destinavimus. Nunc autem & per has litteras & per directos Deo amantissimos Episcopos longis manibus pia vestra genua tangimus, supplicantes ut quæ quidem per subreptionem gesta sunt super sanctissimis & Deo amantissimis Episcopis Cyrillo & Memnone nullam ex regulis virtutem habentia omnino vacent, ne acephala, id est, sine capite, nostra sit synodus, neque importabili luctu & nos & omnes orbis terrarum Christi sacerdotes indesinenter super præsulibus conteramur; sed promerentes quæ petimus, consuetas orationes cum Ecclesiis in orbe terrarum constitutis referamus Domino Christo; quatenus per secula nobis Christo amabilis vestra potentia condonetur. Calumnia enim contra eos facta à Iohanne Antiocheno & qui cum eo sunt contra nos omnes respicit, qui ejusdem fidei cum his quos memoravimus sumus & sacerdotium cum eis habemus, eò quòd & omne occidentale Concilium testimonium perhibeat rectæ eorum & inculpabilis fidei, & nobis ipsis de hoc satisfactum sit, & in scriptis sub gestis monumentorum vocem emisimus quia sunt orthodoxi, & sanctorum patrum nostrorum habent circà catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ dogmata voluntatem. Supplicamus igitur vestræ potentiæ, solvite etiam nos ipsos vinculis. Colligati namque sumus, colligatis utpote fratribus & præsulibus sancti nostri Concilii.

Concilii apostatarum Iohannem & ceteros qui cum eo sunt alienos ab omni ecclesiastica communione esse decrevit àque omni sacerdotali ministerio destituit, refutans omnia quæ ab illis illegitimè facta sunt, & quæ cum illis acta sunt vestræ majestati pridem litteris significavimus. Nunc verò his scriptis & per hos legatos pientissimos Episcopos vestra pia genua protensis manibus attingimus, rogantes ut quæ violenter acta sunt cum sanctissimis & pientissimis Episcopis Cyrillo & Memnone, nullumque canonibus robur habentia, prorsus irritare, ita ut nostra synodus capite non careat, & nos & omnes Christiani universo orbe, luctu intolerabili indesinenter propter præsides conteramur, sed petitionum compotes consuetas preces universi orbis Ecclesiis Domino Christo offeramus, ut in seculum concedatur vestrum Christi amantissimum imperium. Nam calumnia quæ contra illos facta a Iohanne Antiocheno & sociis ejus, ad omnes nos pertinet eandem fidem habentibus cum prædictis & cum eis sacerdotali ministerio fungentibus, eò quòd & omnis occidentalis synodus testimonium dat eis rectam & inculpabilem eorum esse fidem; & vos quoque de hoc certiores facti commentariorum scriptis promulgavimus quòd sint orthodoxi, sanctorumque patrum nostrorum sententiam in dogmatibus catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ habeant. Oramus igitur vestram majestatem, solvite & nos & illos à vinculis. Vinctis enim fratribus & præsidibus sanctæ nostræ synodi, etiam nos quodam modo vincti sumus.

[a] Africa universa] per Bessulam Diaconum Ecclesiæ Carthaginensis, ut suprà diximus.

[b] Illyricum] per Flavianum Episcopum Philippensem, uti diximus suprà.

Vetus editio.

Mandatum gestum ab orientalibus in his qui missi sunt ab eis Constantinopolim Episcopis ut causam dicerent cum his qui missi sunt ab universali Concilio.

Cap. LXVII.

Sancta synodus Ephesi celebrata Deo amabilibus & sanctissimis Iohanni Episcopo Antiochenorum magnæ civitatis, & Iohanni Damascenorum Episcopo metropolis, & Himerio Episcopo [a] Nicopoli Nicomediensis metropolis, & Paulo Episcopo Emesenorum facienti sermonem & pro sanctissimo Episcopo Acacio Beroeæ, & Macario Episcopo Laodicensium civitatis facienti sermonem & pro Cyro Episcopo Tyriorum metropolis, & Apringio Episcopo Chalcideorum facienti sermonem & pro Alexandro Episcopo Apamiorum metropolis, & Theodoreto Episcopo Cyrestorum civitatis facienti sermonem & pro Alexandro Episcopo Hierapolitanorum metropolis, & Helladio Episcopo Ptolomaidis, præsentes præsentibus mandamus quæ subter adnexa sunt. Quoniam ecclesiastici causa negotii, propter quod omnes evocati sumus ad Ephesum, in præsentia vestra sanctitas secundùm sanctionem pissimorum nostrorum Principum ad magni ominis

Editio Basile.

Mandatum quod orientales legatis suis in Constantinopolim Episcopis dederunt ut judicentur cum legatis universæ synodi orthodoxis Episcopis in Constantinopoli.

Sanctæ synodo in Epheso congregatæ, pientissimis & sanctissimis Iohanni Archiepiscopo Antiochenorum magnæ civitatis, [b] & Paulo Episcopo Emisenorum rationem reddente & pro sanctissimo Episcopo Acacio Berrueënsi, & Imerio Episcopo Nicomediæ metropolis, & Macario Laodicensium orbis rationem reddente & pro Cyro Episcopo Tyriorum metropolis, & Aptingio Episcopo Chalcidensium rationem reddente & pro Alexandro Episcopo Apamiæ, & Theodotito Episcopo civitatis Cyretanorum rationem reddente & pro Alexandro Episcopo Hieropolitanorum metropolis, & Helladio Episcopo Ptolemaidis præsentes præsentibus mandabamus quæ subordinata sunt. Quoniam ecclesiasticæ causæ gratia, propter quam in hanc Ephesiotum urbem omnes vocati sumus, præsenti tempore vestra novit pietas quòd juxta edictum pientissimorum Regum nostrorum in celeberrimam Constantinuopolim citati sumus ad

[a] Nicopoli] Hæc vox addita est ex codice Bellovacensi. Utilis autem esse potest hic locus ad solvendam difficultatem quæ occurrit in epistola septima libri quinti sancti Gregorii Papæ. Vide Notas nostras ad Gratianum pag. 476.

[b] Et Paulo] Baronius heic rectè monuit deesse nomen unius ex istis Episcopis. Deest ergo nomen Iohannis Episcopi Damasceni.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

est evocata Constantinopolim, quatenus debeatis pro veritate certare & pro fide sanctorum patrum & dogmatibus rectis, non autem jussi sumus omnes adesse vobis, oportebat autem voluntatem nostrorum omnium manifestam facere quoniam perduramus & grata babemus quæ à vobis geruntur & tendunt ad Dei timorem & ecclesiasticam pacem & disciplinam, hac causa hoc vobis mandatum fecimus, per quod mandamus & permittimus omnemque potestatem damus quam & ipsi præsentes habuimus, ut cum Dei solatio venientes vos ad prædictam magnam civitatem, sive coram piissimo Imperatore opus sit, sive in consistorio, sive coram sacro senatu, sive in synodo sermo de quæstionibus sit movendus, hunc cum coovenienti vobis fiducia & sapientia atque diligentia moveatis pro communi statu Ecclesiarum, & suscipiatis certamen pro nobis omnibus, quippe perduranobus & permanentibus & amplectentibus & grata babentibus omnia quæ à vobis geruntur gestave fuerint hujus causa negotii. Si verò aliquo modo opus fuerit placito aut ecclesiastica pace aut alia quadam exigente subscriptionem omnium nostrorum causa, & hoc ipsum rogamus vestram non pigeat facere sanctitatem pro commodo universitatis & pro gloria Domini Christi. Si verò etiam synodicam placeat destinari à vobis hic exigentibus subscriprionem, profitemur communiter & seorsum singuli ei subscribere cum omni alacritate & dirigere ad piissimum comitatum, illo manifesto existente, quia omni modo * capitula hæretica à Cyrillo Alexandriæ superintroducta fidei patrum in Nicæa convenientium cum anathematibus eiciuntur, utpote aliena à catholica & apostolica Ecclesia.

* Vide S. Gregor. lib. 6 epist. 31.

suffragandum veritati fideique sanctorum patrum & rectis dogmatibus non tamen omnes jussi sumus esse vobiscum, operæ pretium autem est ut omnium nostrum mens quasi præsentium manifesta fiat. Vnde propria habemus quæ à nobis fiunt & pertinent ad timorem Dei, & pacificandum benèque ordinandum Ecclesiam. Quapropter hunc vobis libellum, quo mandatum continetur, fecimus; quo præcipimus & permittimus perfectamque potestatem tradimus quam & nos, si præsentes essemus, haberemus, ut quum vos gratia Dei in prædictam magnam civitatem perveneritis, sive apud pientissimum Regem opus fuerit, sive in consistorio, sive in sancto conventu, sive patrum synodo de his quæ inquiruntur sermo habeatur, hac valeatis libertate dicendi sapientiaque ac diligentia, ut vos decet, afferre pro communi Ecclesiarum usu, laborem hunc suscipientes pro nobis omnibus scilicet manentibus & comitantibus & amantibus, & tamquam acta essent habentibus omnia quæ à vobis in hac causa agitis; & acturi estis & istue ipsum oramus vestram sanctitatem, ne quod communi usui profuturum & ad gloriam Domini Christi facere minùs alacris sit. Iam si & videbitur synodalem epistolam cum omnium subscriptione mittendam, confitemur omnes communiter & singuli omni alacritate nos subscripturos & ad pium exercitum missuros. Quippe manifestum est quòd capitula quæ à Cyrillo Alexandrium adjecta ad fidem patrum qui in Nicæno Concilio tamquam hæretica modis omnibus & à catholica & apostolica Ecclesia aliena ejiciuntur.

Alexander Hierapoleos Episcopus metropolita, quidquid secundùm expositam fidem à sanctis patribus in Nicæa egeritis, neque superintroducto aliquo fidei sanctorum patrum, & ejectis capitulis Cyrilli Alexandrini, in hoc consentio. Huic enim expositioni fidei etiam cum sancto Concilio quod vobiscum est subscripsi.

Dorotheus Episcopus Marcianopoleos secundæ Mysiæ subscripsi, similiter mandans sicuti suprà scriptum est.

Et omnes reliqui subscripserunt.

Alexander Episcopus Hierapolis metropolis, si quid juxta expositam fidem à sanctis patribus feceritis, neque adjeceritis aliquid fidei sanctorum patrum & reprobantum hæretica ulla capitula Cyrilli Alexandrini, ulli consentio. Huic enim expositioni fidei etiam cum sancta synodo vobiscum scripsi.

Dorotheus Episcopus Martianopolis secundæ Mysiæ subscripsi similiter commendans ut præmissum est.

Conscripserunt autem & ceteri omnes.

Epistola universalis Concilii ad Augustos.

CAP. LXVIII.

Piissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus, semper augustis, sancta synodus quæ gratia Christi & nutu vestræ potentiæ in Ephesina metropoli congregata est. Circa pietatem sollicitudinem vestram atque studium, Christo amabiles Imperatores, omnium Deus probans, etiam sanctorum Episcoporum occidentalium zelo animas excitavit ad vindictam injuriam passi Domini nostri Iesu Christi. Nam licet plurimum itineris spatium pervenire usque ad nos illam multitudinem sanctorum probibuisset Episcoporum, sed tamen illic * congregati, præsente etiam magnæ Romæ sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Cælestino, etiam nunc nostrum sensum fidei cum multa consonantia prædicaverunt, & qui extra bunc sensum sunt, alienos esse penitùs sacerdotio & clero & gradu definiverunt. Hæc itaque etiam priùs & magnæ Romæ sanctissimus Episcopos Cælestinus, antequam colligeretur sanctissima synodus, per suas litteras nuntiavit, committens sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Cyrillo Alexandrino-

* Vide suprà pag. 381.

rum magnæ civitatis suum obtinere locum; & nunc rursus per alias litteras hæc ipsa sanctæ synodo manifesta constituit quam congregari potentia vestra præcepit in Ephesinam metropolim, quas etiam destinavit & per sanctissimos Episcopos Arcadium & Projectum & Deo amantissimum Presbyterum Philippum magnæ Romæ complentem præsentiam sanctissimi & Deo amantissimi Episcopi Cælestini. Quia ergo viri venientes voluntatem totius occidentalis sancti Concilii manifestam huic synodo fecerunt per litteras, concordemque nobis sensum pietatis & fidei monstraverunt, & nobiscum unanimes tam per epistolas quàm per ea quæ mandata sunt eis, quæ etiam ex scripto deposuerunt, facti sunt, cùm necessarió & de eorum apud nos concordia acta fuissent quæ digna sunt, ad potentiam vestram retulimus, ut sciat vestra pietas quia uno communique decreto totius orbis terrarum à nobis nuper prolata sententia est, quam edoceri & manifestam fieri zelus vester circa fidem pietatemque procuravit. Quia ergo negotium finem accepit optabilem vestræ potentiæ & universis Ecclesiis cautelam præbentem. & fides

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

[a] firmitatem, supplicamus vestræ pietati jam nos a sollicitudine requiescere & habitatione peregrina, alios quidem paupertate constrictos, alios autem languore depressos, alios verò senectute graviter incurvatos, & in peregrinatione habitaculum ferre amplius non valentes, ita ut etiam quidam ex nobis Episcopi & Clerici morerentur, ut tandem requiescentes à tali sollicitudine, curam Ecclesiæ magnæ civitatis habeamus. Prohiberi quoque deprecamur, & ad judices locorum litteras cum terrore transmitti, ne aliqua sursus altera difficultas imponatur Ecclesiis aut tribulatio revertendi ad suas provincias sanctis Episcopis. Pietate namque monstrata, & omnium orbe terrarum consonum decretum super ea re proferente; præter paucos qui amicitias Nestorii pietati præponunt, justum petimus beneficium, supplicantes vestræ potentiæ tandem nos à cura quiescere & cogitare pro ordinatione [b] futuri, & de cetero in fidei firmitate & pietate lætari, & purè atque salubriter pro vestra potentia Domino omnium Christo orationes offerre.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ retuli.
Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum retuli.
Firmus Episcopus Cæsareæ retuli.
Et omnis quoque synodus retulit.

Commonitorium cum relatione directum clero Constantinopoleos à synodo.

CAP. LXIX. NEcamur æstibus, cùm aëres sint graves, & penè quotidie aliquis sepelitur, ita ut omnes pueri languentes ad propria remitterentur, & alii omnes Episcopi in his sunt. Vnde consequens est reverentiam vestram adire Christo amabilem. Principem & dicere quia opprimitur synodus ab his qui prohibent terminum dari, ut absumpti languore necentur. Scire verò reverentia vestra debet quia licèt in tantum nitantur ut omnes moriamur, non tamen fit aliud præter hæc quæ decreta per nos sunt à salvatore nostro Christo.

Narratio ordinationis Maximiani Constantinopoleos Episcopi.

CAP. LXX. [c] EVntibus Constantinopolim septem & septem Episcopis, satisfactum est per semetipsum præsenti Imperatori quia magnum & universale Concilium omnia regulariter & consequenter agens damnavit Nestorium, & approbavit quidem eos, vituperavit autem orientales, & postea exilio Nestorium destinavit. Iussit autem [d] his qui de sancto & magno & universali Concilio erant ingredi in Ecclesiam & ordinare Episcopum sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod etiam factum est. Ingressi enim ordinaverunt Maximianum Episcopum. Et post hoc jussit Imperator omnes Episcopos abire unumquemque ad propriam regionem. Et abierunt. Mansit autem Iohannes Antiochiæ Episcopus & qui cum eo erant [e] insegregati existentes. Ingressus autem est Cyrillus Episcopus [f] Alexandriæ [g] Athyr tertia, & suscepit eum civitas cum multa excellentiæ gloria.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

Epistola Maximiani Episcopi Constantinopolitani ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ.

CAP. LXXI. DEo amantissimo & reverentissimo comministro Cyrillo Maximianus in Domino salutem. Completum est desiderium tuum, Deo amantissime, acta apud te est pietatis intentio, ad terminum pervenit desiderium pietatis. Theatrum factus es angelis & hominibus & cunctis Christi sacerdotibus. Non solùm credidisti in Christo, sed etiam pro eo pertulisti. Solus dignus judicatus es passionum Christi, utique dignus effectus ejus stigmata in corpore tuo portare. Confessus es eum coram hominibus; confessionem meruisti à patre & sanctis angelis, redimitus es pro pietate coronis. Omnia potuisti in Christo, qui te confortavit. Humiliasti satanam per patientiam, derisisti tormenta, conculcasti furorem judicum, despexisti famem. Habuisti enim panem de cœlo descendentem, vitam dantem hominibus desuper. Qua igitur neque nos defuimus istis, alia quidem sensibiliter hic edocti, alia verò in auditu habentes tribulationis vestræ quam pertulistis Principibus resistentes & potestatibus & mundi rectoribus tenebrarum seculi hujus & [h] spiritalibus nequitiæ, evecti autem sumus ad pontificatum maximæ civitatis, dignare itaque, Deo amantissime, orare & nos confortare & consiliis imbuere & omnem favorem circa nos exhibere, quatenus compleatur & in nobis scripturæ dictum. *Frater fratrem adjuvans sicut civitas est munita non valens debellari nec obsideri à diabolo, neque suffossionibus neque transcensionibus invadi.* Non enim subjacet captivitati diabolicæ civitas quæ à Christo Domino custoditur, Christo utique, qui mundum vicit, & æterna tibi præmia præparavit, qui dixit: *Quicunque non tollit crucem suam & sequitur post me, non est me dignus.* Dignus ergo Domino Christo factus tollendo crucem & sequendo eum, non negligas pro nobis apud Christum legatione fungi, fraternas correctiones proprias æstimando virtutes. Incolumis in Domino ora pro me, Deo amantissime & venerabilis frater.

[a] FIRMITATEM] Hanc lectionem accepimus ex editionibus Contii & Baronii. Nam codices Colbertinus & Turonensis præferunt *infirmitatem*.

[b] FUTURI] Episcopi Constantinopolitani. Is fuit Maximianus.

[c] EUNTIBUS] Descripsit ista Liberatus cap. 6. *Euntibus*, inquit, *de Concilio septem & septem Episcopi, satisfecere Imperatori quia magnum & universale Concilium omnia regulariter agens damnavit Nestorium.*

[d] HIS QUI DE SANCTO] nimirum legatis à synodo catholicorum missis Constantinopolim, Iuvenali nimirum Hierosolymitano, Flaviano Philippensi, Arcadio & Projecto Episcopis occidentalibus, Firmo Cæsareæ Cappadociæ, Theodoto Ancyrano, & Acacio Mitilenensi.

[e] INSEGREGATI] id est, non divisi, non dimissi. Codex Bellovacensis habet, *in se congregati*. Baronius edidit *in se gregati*, Contius *segregati*. Liberatus contrà cap. 6. ait Ioannem, cùm Imperator jussisset omnes Episcopos abire unumquemque in regionem suam, Antiochiam cum suis profectum esse. Verùm ita explicandus est Liberatus ut id quidem non statim acciderit, sed aliquantò pòst.

[f] ALEXANDRIÆ] Ita omnia vetera exemplaria & Contius. At Baronius ex codice Antonii Augustini edidit *Alexandriam*. quod melius videtur. Idem tamen est utriusque lectionis sensus. Nam Cyrillum post hæc reversum esse Alexandriam patet etiam ex Liberato.

[g] ATHYR TERTIA] id est, die trigesima Octobris secundùm Romanos.

[h] SPIRITALIBUS] Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Reliqui & editio Contiana habent *spiritibus*.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

Cap LXXII

Epistola sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi ad legatos universalis Concilii Constantinopolim missos.

DOminis desiderabilibus & Dei cultoribus fratribus & comministris Iuvenali, Flaviano, Arcadio, Projecto, Firmo, Theodoto, Acacio, Philippo Presbytero, Cyrillus in Domino salutem. Satisfactum nobis est iterum, & ipso experimento cognovimus quia veritas vivit & vincit secundùm sancti vocem, resistit autem ei omninò nihil. Est autem sic validissima ut insurgat adversùs omnes inimicos & resistentium sibi virtutem solvat. Ecce enim, ecce falsè quidem loquentium ora destruxit, & inlicitarum blasphemiarum caligo cessavit. Resplenduit autem veritatis dogmatum pulchritudo, ordinato Episcopo secundùm decretum Dei atque consilium per sanctitatem vestram reverentissimo & Dei cultore Maximiano, quem etiam & longa ætas ornavit, non in desidiis & delitiis constitutum, sed in laboribus & virtute, & qui multa rerum decoratus est cura pro veritate & dogmatibus pietatis. Congaudens autem universis Ecclesiis & populis ibidem constitutis meritò proclamabo: *Benedictus Dominus, quia visitavit & fecit redemptionem plebis suæ.* Non enim poterat dormitare sic bonus pastor ut etiam poneret suam animam pro ovibus, & semper salvificare sciens, malignam quidem bestiam à sacra & divina aula repulit, sapientissimum autem & totius virtutis insignem præceptorem elegit, quem etiam credimus decorari in omni bono, & venerabili atque præcipua virtute pollentem, gubernare sub sua manu populum constitutum. Incolumes vos esse in Domino & nostri memores oramus, carissimi & desiderantissimi.

a *Interpretatio sanctionis Imperatorum scriptæ ad Isidorum gloriosissimum Præfectum prætorio & [a] Consulem ordinarium.*

Cap. LXXIII. LIcèt pro sollicitudine publicarum rerum apertè nostrum sit studium, non tamen minor apud nos est religionis cautela sanctissimæ; quia videlicet à nobis custodita, etiam in publicis utilitatibus nos adjuvari confidimus. Et propterea quoniam Nestorius catholicæ Ecclesiæ aliquando sacerdos, nunc autem fidei proditor, tantis nequitiæ molibus obligatus apparet, & necessarium est ut sententiæ nostræ tranquillitatis subditus competenti clade suis moribus oneretur qui relictis venerabilis Ecclesiæ sanctionibus notandæ hæresis auctor apparuit, & dum corruperit fidem eorum quos suæ proditionis societate copulavit, in sua persona recepit etiam crimen proditionis alienæ. Tuæ gloriæ igitur auctoritas gloriosa hoc pragmatica sive speciali auctoritate suscepta memoratum Nestorium in juge exilium Petræ pro impietatibus suis deduci præcipiat, ita ut omnis ejus substantia Constantinopolitanæ applicetur Ecclesiæ, ut res ejus accipiat reverentissimus locus cujus pridem prodidit sacramentum. Sic enim erit in animabus hominum sincera sanctissimæ reverentia fidei, & felicitas nostri imperii munita religione florebit.

[b] *Rescriptum legis sacræ contra Nestorium.* b

DEbita à nobis piissimæ religionis cultura Cap. LXXIV.
eos qui circa [c] divinitatem impiè agunt pœ- c
nis puniri dignis & nominibus eorum pravitati convenientibus eos appellari vult, ut exprobrationibus subditi æternam contumeliam delicti sustineant, & neque viventes extra supplicium, neque morientes sine contumelia esse noscantur.
[d] Nestorio igitur monstruosæ doctrinæ principe d
[e] occultato, superest unianimes ejus & impietatis e
socios nomini subjacere vituperando; ne Christianorum utentes vocabulo, eorum nomine decorentur à quorum dogmate agentes impiè recesserunt. Propter hæc sancimus ubique Nestorii nefandæ sectæ communicatores Simonianos nominari.
Oportet enim eos qui divinitatis [f] aversione il- f
lorum imitantur impietatem, appellationem illis
sortiri consimilem, [g] quemadmodum Arriani [h] le- g h
ge divæ memoriæ Constantini Porphyriani propter similitudinem impietatis Porphyrii nominantur, qui veram religionem tentans verbi virtute comprimere, libros sibimet non eruditionis commenta dereliquit. Nullusque præsumat quidem Nestorii nefandi atque sacrilegi impios libros de venerabili orthodoxorum religione & contra dogmata Episcoporum Ephesini sancti Concilii retinere aut legere aut tractare, quos oportet omni studio requisitos publicè concremari. Hoc enim modo omni impietate radicitus amputata, simplex & quæ potest seduci facilè multitudo nullum erroris semen aliquando poterit invenire. Neque memoriam ita perditorum hominum in aliquo religionis colloquio aliter quàm Simonis nomine nuncupari, neque domum eis aut agrum aut suburbanum aut quemlibet alium locum synodica causa latenter aut apertè præberi. Tales enim decernimus omni licentia synodi esse privatos; cùm
omnibus palam sit quia qui [i] transgreditur hanc i
legem Nestorium imitatus, rerum suarum confiscatione multabitur. Sublimis igitur tua potestas hanc constitutionem nostram ad notitiam univer-

[a] CONSULEM ORD.] Hinc apparet hanc sanctionem fuisse editam anno CCCCXXXVI. quo Isidorus Consul fuit cum Senatore. Rectè igitur eam rejecit Baronius in hunc annum. Illud rursum hinc colligi debet, istam collectionem gestorum synodalium non fuisse factam statim post absolutam synodum.

[b] RESCRIPTUM] Hanc constitutionem esse versam ex Græco multa probant, sed illud in primis quòd aliis verbis reperitur in Codice Theodosiano. Ex alia rursum interpretatione extat in collatione quinta Quintæ synodi, & in epistola tertia Pelagii II. ad Episcopos Istriæ, ubi valde interpolata legitur.

[c] DIVINITATEM] In epistola Pelagii editum est *Dominum.* At in Nicolai Fabri, ex quo edita fuit, legitur *Deum.* Extat nunc in bibliotheca Colbertina.

[d] NESTORIO IGITUR] In Concilio Quinto legitur: *Iterum igitur doctrina Diodori & Theodori & Nestorii impiorum & pestiferorum visa est nobis abominanda esse.* Ita etiam ferme in epistola Pelagii, nisi quòd Diodori nomen illic non habetur.

[e] OCCULTATO] Meliùs in Codice Theodos. *damnato.*

[f] AVERSIONE] Codex Turonensis & Colbertinus habent *aversionem illorum imitantur impietatum.*

[g] QUEMADMODUM] Ita Contius, rectè. Nam hoc membrum pendet à superiori. At in antiquis codicibus manuscriptis legitur, *quemadmodum enim Arriani.* Et versio quidem quæ extat in Quinto Concilio aptior est huic sensui, & magis congruit cum editione quæ extat in Codice Theodosiano.

[h] LEGE CONSTANTINI] Extat apud Socratem lib. 1, cap. 6.

[i] TRANSGREDITUR H. LEGEM] Concilium V. *Et hoc certum omnibus sit, quòd si quis prætererit præsentem nostram sanctionem, & Theodoro & Nestorio assenserit, illorum socios imitans, ejus post gladii ultionem omnis substantia fisco addicetur.* Ita etiam Pelagius Papa.

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

forum provincias habitantium præceptis solemnibus pervenire procuret. Hanc autem legem [a] in Latina & Græca lingua posuimus, ut omnibus aperta sit atque nota.

Edictum Præfectorum prætorio.

CAP. LXXV. Flavius Anthemius Isidorus, Flavius Bacchus, & Flavius Simplicius Reginus Præfecti dicunt. Nihil ita catum Imperatoribus est quomodo semper agere piè aut actibus hujusmodi diligentiam adhibere, qui quotidie, ut traditur, non differunt noctes & dies curis continuantes, & magis in ipsa pietate hoc cum omni studio servare consueverunt. Futura igitur emergere quadam irrationabili & insensata & præsumptione plena religione, magis autem non futura, sed etiam quandam erroris auctoritatem sibimet vindicante quadam providentia sine quolibet tumultu & cum omni tranquillitate, quæ eis semper inserta est & cata, per omnia hujusmodi emendationem fieri præceperunt nobis, principes iniquitates pœnis competentibus castigantes, reliquorum verò providentiam facientes, quatenus læsi nihil, sed monitione ad meliora deflexi atque conversi, nihil quidem suorum amitterent, quæ verò perfecta est & æterna & post vitam consistit possessionem pietatis cognoscentes, eam firmissimè custodirent. Sed quoniam hominum genus præventum semel & saginatum dolosis sermonibus, pejoribus rationibus persuasum est, & egent ad hoc etiam timore præcipuo, pœnisque gravissimis eos qui adulterantur fidei dogmata de cætero cessare præcipiunt & cogitare quæ meliora sunt, & neque eos in quemlibet locum convenire neque aliis statim impietatis ostendere aliquod sibi competentium prædiorum, sive in urbe consistentes, sive extra urbem, aut urbi vicinum, sed simpliciter inadibilem esse hujusmodi Concilio omnem terram, eos autem qui vesanis compositionibus Nestorii consentiunt, & occasionem errorum libros habent ejus, miserantes magis quàm punientes, prædicunt illos quidem igni contradere atque exterminare, ne memoria tantæ læsionis in republica revoluta impedimenta veræ fidei faciat, quos neque scribere [b] principio neque invenire fuerat bonum, neque legere talia ex quibus damnum totius perditionis accidat. Quid enim animæ & fidei præponendum est, quibus nocent hujusmodi lectiones, quæ & perfectionem animæ excæcare possunt & ad pejora compellere? Et ut non lateant qui sint, aut quod vocabulum conveniens habeant, commemorant compositionem fabulæ ipsius, ad memoriam revocantes quod esset melius oblivioni contradi, Simonianos quidem eos nuncupari præcipiunt, gravissimis verò suppliciis, si in futuro transcenderint, castigantes. Ut autem cognoscatis tranquillitatem, pietatem, præceptorum providentiam, quam per omnia subjectis attribuunt, piissimorum nostrorum Principum, qui soli testimunt Deo per fidem repensationem dignam beneficiorum quæ in eos & in universum terrarum orbem largitur, hunc nostræ conscriptioni secundùm consuetudinem divinam luce plenam legem præfulgere præcipimus; cui obedientes, supplicio vosmetipsos liberos facietis in futuro longo seculo, agere piè discentes, immortaliaque beneficia promerentes; & in tantum vobis proderit quantum Imperator sanciens & Deus rectè adoratus solitus est prodesse.

[a] IN LATINA ET GRÆCA] Hæc non extant in Codice Theodosiano, quia constitutio illic integra non est. Data autem illic dicitur III. Non. Augusti CP. Theodosio Aug. XV. Conf. id est anno Christi CCCCXXXV. quadriennio post habitam synodum. Non statim itaque missa ad Præfectum sed sequenti tantum anno.

[b] PRINCIPIO] Ita codex Bellovacensis & Contius. Colbertinus & Turonensis habent *principium*.

Exemplar sacræ epistolæ per Aristolaum Tribunum & Notarium ad Iohannem Episcopum Antiochiæ de pace & adunatione Ecclesiæ.

Imperatores Cæsares, victores, triumphatores, maximi, semper augusti Theodosius & Valentinianus Iohanni Episcopo Antiochiæ.

COD. COLBERT.

Intentio nobis correctio pacis est, quam videlicet, studium vestrum sequentes, perpetuè complendam prædicatis, & alios omnes homines, propter veritatem sacerdotes effecti, non quiescitis edocere. Tempus ergo est, quoniam ad hanc vos segnes esse ubi non oportebat evenit, ad hoc invitate ad quod alios evocantes credimus alacriter advenire. Res enim fugienda & inopinabilis in nostris temporibus contigit, sacerdotum religionis veræ discordia, quæ etiam omnem virtutem narrationis excessit. Quando enim sperabatur omnis & usque ad suspicionem auferri contentio & perfectæ unitatis terminus sequi, tunc dissensionis & turbæ maximæ occasiones accensæ sunt. Mœstitia igitur in hac causa & plurima æstuationis occasio est, doctores ecclesiasticæ pacis & fontem concordiæ in tantam converti contentionem ut egeant invitantibus quatenus memoretur horum quæ ipsi allegare constituuntur. Tanti igitur mali solutionem unde etiam principium suscipit invenire spetantes, & diligenter quatenus hoc ageretur curantes, ne repens serpat

COD. BELLOVAC.

Intentio nostra est pacis perfectio, quam vos, propriam professionem sequentes, semper adimplere promittitis, alios verò omnes homines, utpote per dilectionem sacerdotes ordinati, docere non cessatis. Tempus igitur est, quoniam hanc vobis perturbare, unde non oportebat, contigit Ecclesiam, ad hoc hortari ad quod alios reducentes arbitrabamur quòd alacriter venietis. Res enim horribilis & inopinata nostris temporibus contigit, sacerdotibus veræ religionis dissensio, quæ & omnem narrationis virtutem supergressa est. Cùm enim sperata est universa & usque suspicionem adimi contentio & perfectæ unitatis sequi perfectio, tunc dissensionis & tumultus maximi occasiones accensæ sunt. Anxietatis igitur in negotio & multi mœroris occasio est doctores ecclesiasticæ pacis & fontem concordiæ in tantam dissensionem converti ut indigeant his qui eos adhortentur quatenus memores sint eorum quæ prædicare constituti sunt. Tanti igitur mali solutionem unde & initium sumpsit invenire sperantes, & diligenter quemadmodum hoc perficiatur curan-

amplius contentionis vitium, hoc deliberavimus omnibus nobis concurrentibus & sanctissimo gloriosissimæ hujus urbis & omnibus qui hic comperti sunt Deo amantissimis Episcopis, & omni eorum clero, ut quæ bene olim unita sunt, & atroci incidente passione divisa, orthodoxæ fidei membra coaptentur, quatenus vos inquam & reverentissimus Episcopus Alexandrinorum Cyrillus convenientes alterutris, deponatis quæ inter vos sunt inimicitias & dubitationem, promittentibus nobis quos prædiximus reverentissimis viris quia si subscripseris depositioni Nestorii & ejus doctrinam anathemaveris, nulla relinquatur dubitationis occasio, sed mox & sanctissimus Cyrillus & qui cum eo, sed etiam sanctissimus gloriosæ Romæ Episcopus Cælestinus & omnes undique orthodoxæ fidei sacerdotes tuæ sanctitati communicabunt, aliis videlicet si quæ sunt quæ debent corrigi decentem facilè suscipientibus solutionem, quam ipsi necessariò disputantes & satisfacientes vobismet ipsis seorsum & communiter omnibus ostenderis. Sciens igitur hoc nostrum esse studium & consilium, nullius alterius velitis habere sollicitudinem quàm ut omni remoto certamine atque zelo pax diligenter & firmè sanctis Ecclesiis & ubique orthodoxæ fidei & per hoc omnibus qui sub nostra sunt ditione figatur. Festina itaque venire cum multa celeritate ad [a] Nicomediam civitatem, nullum penitùs Episcoporum tecum deducens, nisi paucos Clericos tuæ ministrantium sanctitati, & citra omnem dilationem festina, sciens quoniam & Cyrillum sanctissimum Episcopum similiter illic compelli & concurrere eodem apparatu sacris nostris præcipimus jussionibus, hoc declarantes, non aliter eum ad nos venturum antequam convenientes inter vos ipsos & alternas inimicitias deponentes, ad confirmandam pacem per propriam unanimitatem studio omnium concordare possitis. quod futurum esse etiam in tua reverentia designamus. Viri enim existentes hujusmodi, quos spectant etiam pacis bona, & discordiæ latere mala non possunt, non priùs à nobis videmini donec corrigantur hæc quæ nos non faciunt leviter æstuare. Inter hæc autem, donec studendæ pacis & concordiæ vestræ & alternarum amicitiarum & pro hoc ad nos ingressionis celebratio confirmetur, nulla ex episcopalibus constitutionibus aut depositionibus aut cujuslibet ordinationis novitas fiat; sed si quid etiam in medio fieri contigit, hoc sub quiete manens, immutilatum catholicæ Ecclesiæ servet statum, sufficientibus quippe his qui sunt reverentissimis Clericis, donec perfecta unitio subsequatur, ad ministeria complenda divina. Habes à nobis hæc & non dubiè omni fortitudine omnique virtute purum & immutabile nostrum propositum videns & dignum Christiana constantia, age nobiscum & ipse, nullum laborem aut fatigationem, non injuriæ contemptum, non oblivionem iræ suscipere fugiens; quatenus ea quæ à nobis pro causa orthodoxæ fidei & sanctarum Ecclesiarum unitatis jussa sunt, termino contradantur. Si verò, quòd non credimus, contrarium aliquid huic nostræ voluntati & ita recto consilio sapere propria quadam intentione & instantia humanæ passionis tentaveris, & alia quæ à nobis jussa sunt neglexeris, tibimet reputabis, quoniam utilitatem status Dei Ecclesiarum sanctitas tua contemnens, dignas retributiones suscipiet.

tes, ne serpens depascatur ampliùs contentionis vitium, hoc animadvertimus omnibus ad nos concurrentibus, tam sanctissimo Episcopo gloriosæ hujus urbis & omnibus qui inventi sunt hic reverentissimis ....

* * * * *

Romanæ Episcopus Cælestinus & omnes .... rectæ fidei sacerdotes tuæ reverentiæ communicabunt, aliis siquidem aliqua sint quæ debeant corrigi decentem facilè suscipientibus solutionis ordinem, quam ipsi necessariò repetentes & satisfacientes vobismetipsis privatim & communiter omnes reduceris. Cognoscens igitur hoc nostrum esse studium & voluntatem, de nullo altero curam facias nisi ut omni de medio contentione & æmulatione sublata, pacem hanc diligenter & firmiter sanctis Ecclesiis quæ ubique sunt orthodoxæ fidei & per has omnibus qui sub potestate vestra sunt, repetere & meliore auxilio figere. Festina autem venire cum omni velocitate ad Nicænam urbem, nullum omnino Episcoporum tecum adducens, nisi paucos obsequentes tuæ sanctitati Clericos, & sine aliqua dilatione festina, sciens quòd & Cyrillum sanctissimum Episcopum similiter & te properare & concurrere simili alacritate per sacras nostras litteras præcepimus, & promittere ne aliter ad nos perveniatis priusquàm in unum convenientes invicem vos depositis inimicitiis ad firmandam pacem propria concordia intentioni omnium succurratis, quod futurum esse & in tua reverentia significamus. Viri enim tales existentes quos expectant quæ pacis bona sunt, & quæ dissensionis mala latere non patiuntur, non priùs à nobis videbimini nisi correcta fuerint hæc quæ nos non modicè tristari fecerunt. Interim autem donec fiant festinata pax & concordia vestra & ad invicem amicitiarum colloquium, & ex hoc præcurrente colloquio præveniat firmitas, nulla ex episcopalibus constitutionibus aut depositionibus aut ex quacunque ordinatione novitas adsumatur ....

* * * * *

eam quæ à nostra pietate causa re .... præcepta sunt termino traditas. S............. sententiam & secretam voluntatem contemnere ....tione aut instantia humanæ passionis con........ quæ à nobis jussa sunt neglexeris, tibi imputabis, quia alacritatem circa continentiam Dei Ecclesiarum tua sanctitas aspernata dignas vicissitudines recipiet.

[a] NICOMEDIAM] Non intellexit hunc locum Liberatus, qui ex his verbis collegit Theodosium Imperatorem Cyrillo & Iohanni comminatum esse Nicomediam exilium, nisi pacem haberent ad invicem.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES. CAPUT LXXVII. Vide Liberat. cap 8.

Libellus datus Archiepiscopo Cyrillo à Paulo Episcopo Emeseno misso à Ioanne Antiocheno.

DOmiuo meo per omnia sanctissimo & beatissimo Episcopo Cyrillo Paulus in Domino salutem. Piissimi atque victores nostri Principes quam olim habere dignantur intentionem ac diligentiam eirea subjectos, & maximè de sancta Dei Ecclesia & pia atque purissima rectaque fide, in qua ex progenitoribus successerunt, demonstrantes, litteras direxerunt per virum spectabilem Tribunum & Notarium Aristolaum & ad tuam sanctitatem & ad sanctissimum ac beatissimum Episcopum Iohannem, necnon & ad sanctissimum & beatissimum patrem nostrum Acacium Episcopum Beroeae, jubentes ut congregati aut corporaliter aut voluntate, absolutionem detis emergentibus dissensionibus inter Deo amabiles Episcopos qui in Ephesum convenerunt & vos ipsos, & sanctissimis Dei Ecclesiis Deo gratam provideatis pacem, & removeatis tumultus qui quotidie fiunt sanctis Dei Ecclesiis, atque consentiatis damnasioni Nestorii, & anathematizetis pravam ejus doctrinam. Suscipientes ergo piissimas ac Deo amabiles litteras prædictus sanctissimus Episcopus Iohaones & sanctissimus Episcopus Acacius, & cogitantes quia esset valde necessarius tractatus vestræ psæsentiæ, ne multum tempus ex negotio traheretur, direxerunt qoidem ad tuam sanctitatem, ut tua beatitudo simul deliberet quemadmodum pax disponatur cauta & optimæ huic actioni terminus utilis imponatur. Veniens ergo & videns atque colloquens inveni tuam sanctitatem præparatam mansuetè atque pacificè, & sicut Pootifices decet, ad ea quæ sunt in manibus disponenda. Denique litteras nobis protulit tua sanctitas prædicentes quam à patribus suscepimus rectam immaculatamque fidem, quod primum fuit & diguum labore & studio. Quia verò decebat etiam ea quæ secundùm Nestorium formam suscipere olim nobis placitam, facio præsens ad præsentem tuam sanctitatem has litteras, per quas profiteor suscepisse nos ordinationem sanctissimi & beatissimi Episcopi Maximiani, habete autem Nestorium, qui dudum fuit maximæ Coustantinopoleos, condemnatum, & anathemamus quæ in doctrinæ parte impiè ab eo sunt dicta, & amplectimur puram atque sinceram ad vos communionem, secundùm oblatam tuæ sanctitati à nobis breviter de inhumanatione Dei verbi expositionem, quam etiam conlaudasti, & tamquam propriam suscepisti fidem, cujus etiam in bis litteris exemplar insertum est. Et hac pura commuoione solutionem damus omnibus quæ in medio ex utrisque partibus velut in turbis facta sunt, & remeamus ad priorem Ecclesiarum gratia Dei tranquillitatem.

Epistola Iohannis Episcopi Antiochiæ ad Cyrillum de pace.

COD. COLBERT.

CAPUT LXXVIII. Vide Liberat. cap. 8.

SAnctissimo & Deo amantissimo Cyrillo Iohannes in Domino salutem. Dudum per sanctionem sanctissimorum nostrorum Principum jussa est synodus Deo amabilium Episcoporum in Ephesinam metropolim congregari & ecclesiasticarum gratia causarum & rectæ fidei, adprehendentibus autem etiam nobis memoratam civitatem, & revertentibus sine alterno colloquio. Superfluum verò est causas discordiæ pacis tempore nunc narrare. Divisis autem ad discordiam Ecclesiis hoc modo, quoniam ob hoc modò maximè cogitare omnes oportebat ut copularentur, è medio omni ablata discordia, sed etiam Christo amabilibus Principibus hoc ipsum fieri sancientibus, ut unirentur Dei Ecclesiæ, & ad hoc ipsum dirigentibus Dominum meum virum admirabilem & spectabilem Tribunum & Notarium Aristolaum, deferentem pias eorum litteras jubentes ex hoc ipso concordare nos & scandala amputare de medio & sedare omnem tumultum omnemque tristitiam, obedientes piis litteris ilico & repentè direximus Dominum meum & per omnia Deo amabilem atque sanctissimum Episcopum Paulum, dum hoc quoque placuisset & sanctissimo atque beatissimo patri nostro Acacio & Deo amabilibus apud nos Episcopis. Pro ampliori verò cautela hoc egimus, dum non potuissemus non convenientes quæ sancta sunt à piissimis nostris Imperatoribus ad terminum in præsenti perducere, mandavimus ei ut & propter nos & pro nobis & in persona vestra disponeret quidem quæ de pace sunt, quod principale est, offerret autem tuæ sanctitati expositionem à nobis consonè factam de inhumanatione Domini Iesu Christi, quam direximus tuæ sanctitati per supradictum Deo amabilem virum, quæ est hæc. De Dei genitrice autem

COD. BELLOVAC.

SAnctissimo & Deo amabili Episcopo Cyrillo Iohannes in Domino salutem. Ante hoc ex decreto piissimorum nostrorum Imperatorum jussum est Concilium Deo amabilium Episcoporum apud Ephesum metropolim congregari ecclesiasticarum rerum & rectæ fidei causa, comprehendentibus autem nobis prædictam urbem & revertentibus sine colloquio adinvicem nostro. Superfluum est autem causas discordiæ in tempore pacis nunc dicere. Divisis autem Ecclesiis ad discordiam hoc modo, qoouiam hæc curare maximè omnes oportebat, quatenus sociarentur è medio ablata omni discordia, & piissimis & Christo amabilibus Imperatoribus idipsum ut fieret sancientibus, & adunire Ecclesias, & ad hoc ipsum dirigentibus Dominum meum virum * admirandum & expectabilem Tribunum Notariorum Aristolaum ferentem secum pios eorum apices qui jubeant statim nos congregari & auferre scandala de medio & sopire omnem turbelam & omnem tristitiam. Quibus litteris obtemperantes, mox & sine dilatione direximus Dominum meum per omnia Deo amabilem & sanctissimum Episcopum Paulum. quod placuit etiam sanctissimo & reverentissimo patri nostro Acacio & omnibus oostris sanctissimis Episcopis. Pro ampliori autem cautela hoc fecimus, quia non poteratis convenientes quæ decreta fuerant à piissimis nostris Imperatoribus coram ad effectum perducere de......

* clarissimum & spectabilem Trib. & Notarium

virgine quomodo & sapimus & dicimus, & de modo inhumanationis unigeniti filii Dei, necessariò, non in adjectionis parte, sed in satisfactionis specie, sicut olim & ex sanctis scripturis & ex traditione sanctorum patrum percipientes habuimus, breviter narramus, nihil penitùs adjicientes sanctorum patrum Nicæa convenientium expositæ fidei. Sicut enim prævenimus dicentes, *Ad omnem sufficit & pietatis agnitionem & totius hæreticæ pravitatis abdicationem*, dicimus autem non præsumentes ea quæ incomprehensibilia sunt, sed confessione propriæ infirmitatis, excludentes eos qui insurgere volunt, dum ea quæ sunt ultra hominem cogitamus. Confitemur itaque Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, [a] ante secula quidem ex patre natum secundùm divinitatem, in novissimo autem dierum eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundùm humanitatem. Duarum enim naturarum unitas facta est. Vnde unum Christum, unum filium, unum Deum confitemur. Secundùm hanc inconfusæ unitatis intelligentiam confitemur sanctam virginem Dei genitricem, eò quòd Deus verbum incarnatum sit & inhumanatum & ex ipso conceptu univerit sibi ex ea sumptum templum. Evangelicas autem & apostolicas de Domino voces novimus deiloquos viros, alias quidem consociantes tamquam de una persona, alias autem dividentes tamquam in duabus naturis, & Deo decentes quidem secundùm deitatem Christi, humiles autem secundùm humanitatem tradentes. Quo suscepto, placuit ad abolitionem totius certaminis & ad constituendam universalem pacem sanctissimis Dei Ecclesiis & è medio tollenda quæ exorta sunt scandala nos habere Nestorium condemnatum, qui dudum fuit Episcopus Constantinopolim, & anathematizamus pravas ejus & profanas vocum novitates, quia nostræ sanctæ Dei Ecclesiæ rectam & salvam habent fidem, & hanc custodiunt & tradunt populis sicut sanctitas vestra. Consentimus autem & ordinationi sanctissimi & reverentissimi Episcopi Maximiani Constantinopolitanæ sanctæ Dei Ecclesiæ, & communicatores omnium sumus qui per universum orbem terrarum sunt Deo amabilium Episcoporum qui rectam & impollutam habent & custodiunt fidem. *Et subscriptio.* Incolumis pro nobis orans permaneas, Domne Deo amantissime & sanctissime & omnium mihi carissime frater.

perfectum & hominem perfectum ex anima rationali & corpore ante secula ex patre genitum secundùm deitatem, in ultimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundùm humanitatem, consubstantialem patri eundem secundùm deitatem, & consubstantialem nobis secundùm humanitatem. Duarum enim naturarum unitas facta est. Vnde unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur. Secundùm hanc inconfusibilem unitatem confitemur sanctam virginem Dei genitricem; qui adsumpsit verbum, incarnatus est & humanatus est, & ex ipso conceptu adunivit sibi ex ipsa adsumptum templum. Evangelicas autem & apostolicas de Domino voces scimus deiloquos viros aliquotiens has consociantes tamquam de una persona dictas, aliquotiens autem dividentes tamquam de duabus naturis, & has quidem Deo concedentes secundùm deitatem Christi, humiles autem secundùm humanitatem tradentes. Quo suscepto, placuit ad abolitionem totius certaminis & ad constituendam universalem pacem sanctissimis Dei Ecclesiis & è medio tollere quæ exorta sunt scandala, nos habere Nestorium condemnatum, qui dudum factus est Episcopus Constantinopolim, & anathematizamus pravas ejus & profanas vocem novitates, quia nostræ sanctæ Dei Ecclesiæ rectam & salvam habent fidem, & hanc custodiunt & tradunt populis sicut sanctitas vestra. Consentimus autem & ordinationi ....

[a] ANTE SECULA] Totam hanc fidei confessionem refert Liberatus ex alia versione quàm quæ heic habetur, & quæ rursum diversa est ab ea quam exhibet codex Bellovacensis. Vide infrà in Synodico cap. 17.

[a] *Incipit epistola sancti Cyrilli ad Iohannem Antiochenum.*

CAPUT LXXIX.

DOmino meo dilectissimo fratri & consacerdoti Iohanni Cyrillus in Domino salutem. Exultent cœli, & lætetur terra. Solutus est enim medius paries maceriæ, & quod contristabat quievit, atque dissensionis modus omnis abscisus est, omnium nostrum salvatore Christo pacem suis Ecclesiis tribuente, convocantibus tamen nos ad hoc & piissimis ac [b] Christo amantissimis Imperatoribus, qui originalis pietatis facti imitatores egregii [c] tutam quidem & inconcussam in propriis animis rectam fidem custodiunt, maximam tamen curam impendunt pro sanctis Ecclesiis, ut famosissimam habeant in seculo gloriam & præclarum proprium ostendant imperium; quibus & ipse virtutum dominus ditissima manu bona [d] distribuit, & præbet subjugare quidem adversarios, donat autem & victoriam. Neque enim mentitur dicens: *Vivo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo.* Veniente igitur in Alexandriam Domino meo reverentissimo consacerdote ac fratre Paulo,

[a] INCIPIT EPISTOLA] Antiquam hujus epistolæ versionem, ab ista diversam, exhibet vetus codex canonum editus à clarissimo viro Paschasio Quesnello.

[b] CHRISTO AMANT.] Contius, *Christianissimis.*

[c] TUTAM] Ita Contius. Codices Colbertinus & Turonensis habent *causam*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Editio Quesnelli, *veracem*.

[d] DISTRIBUIT] Codex Bellovacensis, *partitur & tribuit.*

impleti

ANNO CHRISTI 431.

a

CONCIL. EPHES.

impleri sumus omni lætitia, & nimis dignè, tamquam tanto viro mediante & supra vires in laboribus adquiescente conversari, ut diaboli superaret invidiam, & [a] conjungeret ea quæ separata, & interjecta scandala circumcidens, consensu & pace coronaret Ecclesias quæ apud nos & apud vos sunt. Quo enim modo divisæ sunt, superfluum arbitror dicere. Oportere autem reor ea
b quæ pacis tempori [b] conveniunt & sapere & effari. Delectati ergo sumus colloquiis memorati reverentissimi viri, qui fortè & certamina se non
c parva habiturum suspicabatur [c] in persuadendum nobis quoniam oportet ad pacem conjungere Ecclesias & hæreticorum risum abolere; sed & he-
d betem facere super his [d] aculeum diabolicæ ma-
e lignitatis. [e] Paratè tamen ita in hoc habentes invenit ut nullum laborem penitùs sustineret. Recordamur enim salvatorem dicentem: *Pacem meam de vobis, pacem meam relinquo vobis.* Edocti autem sumus & in orationibus dicere: *Dominus Deus noster, pacem da nobis. omnia enim reddidisti nobis.* Quoniam si quis particeps fuerit pacis quæ à Domino ministratur, non indigebit omni bono. Quoniam verò omnino superflua & inoportuna Ecclesiarum divisio facta est, nunc maximè nobis est satisfactum, Domino meo reverentissimo Paulo Episcopo chartam proferente quæ inreprehensibilem continet fidei professionem, & hanc à tua sanctitate compositam fidem dicente & ab aliis reverentissimis ibidem constitutis Episcopis. Habet autem scriptura, ita sicut inserta est huic epistolæ meæ.

Fides Iohannis Antiocheni.

De genitrice autem Dei virgine quemadmodum & sapimus & dicimus, & de modo incarnationis unigeniti filii Dei necessariè non quasi in additamenti parte, sed in specie satisfactionis, sicut ab initio tam ex divinis scripturis quàm ex traditione sanctorum patrum suscipientes habuimus, breviter enarramus, nihil penitùs addentes sanctæ fidei quæ à patribus in Nicæa est exposita. Sicut enim anticipavimus dicentes. Sufficit ad omnem pietatis cognitionem & abdicationem totius hæreticæ pravitatis. dicimus tamen, non quasi audentes aliquid contra inreprehensibilia, sed confitentes propriam infirmitatem, pro excludendis tamen his qui contra nos tentant adsurge-
f *re, quæ sunt supra hominem cogitamus. [f] Confitemur etenim Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre natum secundùm deitatem, in fine verò dierum eundem propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundùm humanitatem, consubstantialem patri secundùm deitatem, & consubstantialem nobis secundùm humanitatem. Duarum enim natura-*
g *rum unitio facta est. [g] Propter quod unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur. Secundùm hunc inconfusæ unitionis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem; propter quod Deus verbum incarnatus est & homo factus, ex ipsa conceptione sibimet univit templum quod ex ipsa [h] suscepit. Evangelicas verò & apostolicas de Domino voces scimus deiloquos viros quasdam conjungentes tamquam in una persona, quasdam [i] dividentes tamquam in duabus naturis, & diviniores quidem atque altiores secundùm deitatem Christi, humiliores autem secundùm humanitatem ejus tradentes.* His vestris relectis sacris [k] vocibus, ita & nos sapere invenientes, (Vnus enim Deus, una fides, unum baptisma) glorificavimus omnium salvatorem Deum, alterutris congaudentes quoniam scripturis divinitus inspiratis & traditioni sanctorum patrum nostrorum consonantem fidem habent vestræ & nostræ Ecclesiæ. Quoniam verò comperi quosdam vituperata solentium, vesparum agrestium modo circumsonare & malignos contra me sermones eructare, tamquam ex cœlo depositum & non ex sancta virgine sanctum corpus Christi esse confiteat, consideravi pauca pro hoc ad eos dicere. O insensati & tantùm calumniari docti, quemadmodum in hoc estis sensu dilapsi & in hac tanta stultitia languistis? Oportebat enim, oportebat apertè intelligere quoniam nobis penè omne certamen de fide provenit confirmantibus quoniam sancta virgo Dei genitrix est. Sed si de cœlo & non ex ipsa sanctum corpus omnium nostrum salvatoris Christi factum esse diceremus, quomodo jam intelligeretur Dei genitrix esse? Quem enim omnino peperit, si non est verum quia peperit secundùm carnem Emmanuel? Rideantur igitur hæc de me garrientes. Nec enim beatus Propheta Esaias mentitus est dicens: *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Verè autem & sanctus Gabriel ad beatam virginem dicit: *Noli timere, Maria. Invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Quando autem dicimus de cœlo & de sursum Dominum nostrum Iesum Christum, non quasi de sursum & de cœlo depositam ejus sanctam carnem talia dicimus, sed magis sequentes divinum Paulum apertè clamantem: *Primus homo de terra terrenus; secundus homo de cœlo.* Meminimus autem & ipsum salvatorem dicentem: *Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit filius hominis:* qui utique secundùm carnem, sicut
[l] nuper dixi, ex sancta virgine natus est. Quoniam l
verò desursum & de cœlo descendens Deus verbum exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, & nuncupatus est filius hominis, permanens id quod erat, id est, Deus inconvertibilis & immutabilis secundùm propriam naturam, tamen quia unus intelligitur cum propria carne, de cœlo dicitur descendisse, nuncupatus est tamen & homo de cœlo, perfectus in deitate, & perfectus in

Margin (right): ANNO CHRISTI 431. h i — CONCIL. EPHES. k

[a] CONIVNGERET] Codex Bellovac. *conjungat separata.* Et mox idem habet *corones* pro *coronares.*

[b] CONVENIVNT] Idem codex, *convenientia sunt.*

[c] IN PERSVADENDVM] Ita vetera exemplaria & editio Contii. Sed codex Bellovacensis habet *nos* pro *nobis.*

[d] ACVLEVM] Codex Bellovac *clavum.* Verùm alia lectio melior est Editio Quesnelli, *stimulum.*

[e] PARATE] Contius: *Paratos tamen ita in hoc invenit.*

[f] CONFITEMVR] Totam hanc confessionem de divinitate & humanitate Iesu Christi iisdem omnino verbis refert Liberatus, nimirum ex ista versione. Paulò diversæ versionis habetur apud Rusticum Diaconum adversùs Acephalos scribentem & in epistola Innocentii Episcopi Maroniæ de gestis CP. cum Severianis.

[g] PROPTER QVOD VNVM] Sic etiam legendum in epistola Innocentii Episcopi Maroniæ pro eo quod illic legitur *propterea unum.* Sic etiam reponendum infrà in synodico adversùs Tragœdiam Irenæi cap. 17

[h] SVSCEPIT] In epistola Innocentii *processit.*

[i] DIVIDENTES] Malè in epistola Innocentii *evidenter.* Nam vetus codex manifestè habet *dividentes.* Quod miror animadversum non fuisse à Labbeo, qui multas varias lectiones ex eo codice adnotavit in margine suæ editionis.

[k] VOCIBVS] Contius, *voluminibus* malè. Nam legendum esse *vocibus* patet etiam ex epistola Innocentii & ex Rustico Diacono.

[l] NVPER] id est, suprà, ut pag. 406. 416.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

humanitate, & in una persona intelligendus. Unus enim Dominus Iesus Christus, quamvis non ignoretur differentia naturarum ex quibus inenarrabilem unitatem factam esse diximus. [a] Eos autem qui dicunt quia commixtio vel confusio aut [b] confermentatio Dei verbi facta est ad carnem dignetur tua sanctitas [c] refrænare. Suspicor enim & hoc de me aliquos divulgare quasi ita saperem aut prædicarem. Ego autem tantum absum ab hujusmodi sensu ut & furere arbitrer eos qui suspicati sunt omnino quia mutationis obumbratio circa naturam Dei verbi potest contingere. Manet enim quod est semper, & non mutatur, neque mutabitur aliquando, vel conversionis est capax. Inpassibile autem super hæc Dei verbum omnes confitemur, licèt ipse sapientissimè disponens mysterium, sibimet applicans videatur accidentes carni passiones. Ideo utique & sapientissimus Petrus inquit: *Christo passo pro nobis carne*, & non natura inenarrabilis deitatis. Ut enim ipse salvator omnium esse crederetur secundùm proprietatem dispensativam, ad semetipsum, ut dixi, carnis suæ refert passiones. Quale est illud quod Prophetæ voce tamquam ab ipso prædicitur: *Deorsum meum dedi ad verbera & maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non averti à fœditate sputorum.* Quoniam verò ubique sequimur sanctorum patrum sententias, maximè autem patris nostri beatissimi & opinabilis Athanasii, omnino in aliquo ab eo deviare metuentes, tua quidem sanctitas credat, aliorum verò ambigat nullus. Apposuissem utique & testimonia eorum multa, ex ipsis mea verba confirmans, nisi prolixitatem epistolæ timuissem, ne fortè per hoc fastidium legentibus generetur. Nullo verò modo moveri ab aliquibus patimur fidem aut ipsum fidei symbolum quod à sanctis patribus nostris in Nicæa convenientibus illo tempore definitum est. Sed neque permittimus nobismetipsis aut aliis unum mutare dictorum ibidem positorum aut unam syllabam præterire. Meminimus enim dicentem: *Noli transgredi terminos quos posuerunt patres tui.* Neque enim loquebantur illi, sed spiritus Dei patris, qui procedit quidem ex ipso, est autem à filio non alienus secundùm unius essentiæ rationem. Et ad hoc ipsum nos sanctorum arcana docentium verba confirmant. In actibus namque Apostolorum scriptum est: *Venientibus autem in* [d] *Mæsiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu.* Scribit autem & admirabilis Paulus: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Quando autem quidam eorum qui recta pervertere solent, meas voces in [e] hoc quod eis placuerit mutant, non admiretur hoc tua sanctitas, sciens quoniam & omnes hæretici de scriptura divinitus inspirata sui colligunt erroris occasiones, ea quæ à sancto spiritu rectè dicta sunt sua malitia corrumpentes, & super sua capita flammam inextinguibilem haurientes. [f] Quoniam verò didicimus quod & epistolam opinabilis patris nostri Athanasii [g] ad beatissimum Epictetum destinatam rectè habentem corrumpentes quidam ediderunt, ut per hoc plurimi nocerentur, propterea utile aliquid & necessarium fratribus providentes, ex antiquis exemplaribus quæ apud nos sunt nullum errorem habentibus tuæ sanctitati [h] paria destinavimus.

Homilia Cyrilli Episcopi dicta in natali sancti Iohannis Baptistæ Pharmuthi [i] XXVIII. [k] *Indictione prima.*

CAPUT LXXX.

Eos qui pietate firmi sunt & sacrorum dogmatum certissimam atque ornatam habent fidem, terram ubérem Propheta [l] nominat dicens: *Et eritis vos terra pinguis, dicit Dominus omnipotens, & benedicent vobis omnes gentes.* Terram vero uberem esse dicit [m] fœcundissimam & fructiferam & fructuum domesticorum matrem atque nutricem. Hujusmodi autem est omnis Deo amabilis & sancta anima, cultorem veluti quendam & seminatorem totius boni omnium sortita Christum, qui etiam sacrorum nobis dogmatum coruscat scientia. Sed omnium inimicus, hoc est, satanas, excitat superseminantes per tempora tritico maligna zizania. Veruntamen licet floreant, reciduntur; eritque sic ager purissimus. Expulsus igitur est ab omni Ecclesia Nestorios impiua, amara diaboli verè zizania, & concordant de cetero per omnem consistentes orbem terrarum Dei cultores Episcopi rectam & unam [n] confitentes fidem. Copulati siquidem sunt nostris Ecclesiis, magis autem totius orbis terrarum, etiam apud orientem constitutæ. Confessi etenim sunt Deo amantissimi Episcopi ibi constituti rectam & sine profanatione fidem. Quæ autem scripsit ad me Deo amantissimus & reverentissimus Episcopus Antiochiæ Iohannes, quæ verò & ego ad eum rescripserim, Deo favente audietis.

Epistola Cyrilli Episcopi ad Maximianum Episcopum Constantinopolitanum, qui ordinatus est post Nestorium.

CAPUT LXXXI.

Reverentissimo & Deo amantissimo comministro Maximiano Cyrillus in Domino salutem. Non erat dubium [o] quia omnino & semper prævalerent tuæ sanctitatis orationes. Annuit enim

[a] EOS AUTEM] segmentum istud ex alia versione retulit Rusticus Diaconus in disputatione adversùs Acephalos.

[b] CONFERMENTATIO] Ita codices Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis habet, *fermentatio*. Ita etiam Rusticus.

[c] REFRÆNARE] Rusticus, *condemnare*.

[d] MÆSIAM] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *Asiam*. Sed *Mysiam* scriptum est in Actis Apostolorum.

[e] HOC QUOD EIS PLACUERIT] Codex Bellovac. *in sibimet placitum*.

[f] QUONIAM] Hunc locum paulò aliter & ex alia versione refert Rusticus Diaconus in disputatione adversùs Acephalos.

[g] AD EPICTETUM] Extat ex antiqua versione in collectione canonum edita à viro clariss. Paschasio Quesnello cap. 52. pag. 198. Subjecta erat hæc epistola gestis Ephesini Concilii in veteri codice quo Contius utebatur.

[h] PARIA] Apud Rusticum, *exemplaria*. Peltanus, *exempla*.

[i] XXVIII.] id est, die XXIII. Aprilis secundùm Romanos.

[k] INDICT. PRI.] Pro his verbis legitur in codice Bellovac. *Id. Mai.*

[l] NOMINAT] Codex Bellovac. *esse dicit*.

[m] FOECUNDISSIMAM] Hæc est lectio libri Bellovac. & editionis Contianæ. Colbertinus & Turonensis habent *profecundissimam*.

[n] CONFITENTES] Hæc vox addita est ex libro Bellovacensi.

[o] QUIA] Dubium non est quin scribendum sit *quòd*, si elegantiam sermonis attenderemus. Verùm codices Colbertinus & Turonensis, cum quibus convenit etiam editio Contiana, habent *quia*. Quæ vox eundem sensum constituit.

paratissimè diligentibus se omnium oostrum salvator, ut unusquisque etiam io boc gaudens & exultans dicat: *Audivit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus.* Ecce enim, ecce dispersa membra Ecclesiæ corporis copulata sunt rursus alterutris, & separat quidem nihil ad discordiam prædicatores evangelii Christi; una verò omnes fide coronamur, scelestorum repertorem Nestorium extra sacra septa secantes, & à grege nobili removentes falsum pastorem, Conogit etiam boc tuarum impetratione precum. Quia verò cura necessaria facta est etiam pissimis Principibus de pace sanctarum Ecclesiarum, oramus autem & nos ipsi auferri de medio quod nos dividit atque sejungit ad discordiam, & splendorem ad instar lucis carissimam Deo pacem profitentibus sancto & Deo amantissimo & Dei cultore Antiochenorum Episcopo Iohanne & qui cum eo sunt reverentissimis Episcopis quia & damnatum babent Nestorium, & anathematizant ejus scelestissimam blasphemiam, direxi litteras & ad beatitudinem ejus & alios communicativas, & conjuncti sumus ad unanimitatem, ad hoc etiam tua sanctitate coosentiente & aliis omnibus ex quibus celebrata est sancti Concilii plenitudo. Non enim certamen atque contentio valet apud nos, sed unam intentionem omnes habuimus ad pacem respicientem; & si voluissent qui ab initio contenderunt & semetipsos à nobis separaverunt, fuisset penitùs nulla contentio nec discordia Ecclesiarum. Veruntamen benedictus salvator, qui sedavit tempestatem, & traoquillitatem oobis unanimitatis explicuit orationibus & intercessionibus tuæ sanctitatis & omnium aliorum qui fidem babentes rectam & sinceram, in spiritu & veritate adorationem & culturam exbibent ei.

a

Commonitorium Eulogio Presbytero Alexandriæ [a] *observanti Constantinopoli à sanctissimo Archiepiscopo Cyrillo.*

b CAPUT LXXXII.

[b] REprehendunt quidam expositionem quam fecerunt orientales, & dicunt: Cur duas naturas nominantibus eis passus est aut etiam laudavit Alexandrinus Episcopus? Alii verò qualia Nestorii sunt dicunt & illum sic sapere, subripientes nescientibus subtilitatem. Oportet autem culpantibus illa dicere quia non omnia quæcunque dicunt hæretici fugere & refutare decet. Multa enim confitentur sicut & nos confitemur; velut Arriani, quando dicunt patrem quia creator est omnium & dominus. Numquid propter hoc consequens est fugere hujusmodi confessiones? Sic & in Nestorio, licèt dicat duas naturas, [c] diversitatem significans carnis & Dei verbi; altera enim verbi natura, altera carnis est, sed tamen nequaquam unitatem confitetur nobiscum. Nos enim unientes hæc unum Christum, unum filium, eundem unum Dominum Deum confitemur, & deinceps unam filii naturam incarnatam. quale est etiam in communi dicere homine. Est etenim ex diversis naturis, ex corpore videlicet & anima. Sed ratio quidem & contemplatio novit differentiam. Vnientes autem tunc unam facimus hominis naturam.

c

Quapropter nosse naturarum differentiam non est dividere in duo unum Christum. Quia verò omnes orientales putant nos orthodoxos Apollinarii sectam sequi & sapere quia temperamentum factum est aut confusio, (Hujusmodi enim ipsi vocibus utuntur, tamquam Deo verbo transeunte in naturam carnis & carne mutata in naturam divinitatis) concessimus eos in duos non dividere unum filium, absit, sed confiteri solùm quia neque confusio facta est neque temperamentum; sed caro quidem caro erat tamquam ex muliere sumpta, verbum tamquam ex patre natum verbum erat, veruntamen unus Christus & filius & Dominus secundùm Iohannis vocem, tamquam factum sit verbum caro. Procura autem eos intendere lectioni epistolæ beati Papæ Athanasii, quia ibi contendentibus aliquibus atque dicentibus quia ex propria natura Deus verbum fecit sibi corpus sursum & deorsum, adfirmat quia non consubstantiale erat verbo corpus. Si autem non consubstantiale, altera sine dubio & altera natura, ex quibus unus atque solus intelligitur filius. Illud quoque non ignorent. Vbi enim omnino unitas nominatur, non unius rei significatur conventus, sed aut duarum aut etiam plurium, & differentia alterutris per naturam. Si igitur dicimus unitatem, confitemur quia carnis animatæ intelligibiliter & verbi; & qui duas dicunt naturas, sic intelligunt. Veruntamen unitate confessa, nequaquam separantur ab invicem quæ unita sunt; sed unus jam filius, una natura ejus, utpote incarnato verbo. Hæc confessi sunt orientales, licèt circa sermonem modicè obscurati sunt. Qui enim confitentur quia ex Deo patre natus unigenitus verbum, natum est idem & secundùm carnem ex muliere, & quia Dei genitrix est sancta virgo; & quia una ejus persona, & quia non duo filii, non duo Christi, sed unus, quomodo circumferentur sectæ Nestorii? Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere unus filius & unus Dominus, sed refert filiationem ad solum Dei verbum. Cùm autem venerit ad dispensationem, rursus alium Dominum qui ex muliere est seorsum hominem dicit copulatum dignitate æquo honore. Dicendo enim quia propterea Deus verbum Christus nominatur quia habet copulationem ad Christum, quomodo non apertum est duos dicere Christos, si Christus ad Christum habet conjunctionem tamquam alter ad alterum. Qui verò ex oriente sunt, nihil tale dixerunt. Voces autem dividunt solùm. Dividunt autem secundùm hunc modum, ut alias quidem Deo decibiles esse dicant, alias autem humanas, alias autem communes factas, tamquam habentes simul & quod Deo decibile est & quod humanum, veruntamen dictas ab uno & eodem, & non sicut Nestorius alias quidem Deo verbo seorsum attribuit, alias autem qui ex muliere est tamquam alteri filio. Aliud autem est vocum nosse differentiam, & aliud partiri duabus personis tamquam altera & altera. Epistola autem ad Acacium, maximè cujus initium est, *Causa quidem dulcis & valde digna est fratrum allocutio*, bonam habet satisfactionem de omnibus. Habes autem plurimas epistolas [d] in chartario, Extat in cap. seq.

d

[a] OBSERVANTI] id est, apocrisario Alexandriæ Ecclesiæ, ut eum rectè vocat Liberatus.

[b] REPREHENDUNT] Aliquot istius commonitorii fragmenta refert Liberatus ex ista versione.

[c] DIVERSITATEM] In fragmento istius epistolæ seu commonitorii quod refertur in epistola Innocentii Episcopi Maroniæ ad Thomatem Presbyterum Thessalonicensem legitur *diversitatem tamen*. malè, cùm neque vox *tamen* extet in hoc commonitorio, neque in veteri codice ex quo edita est epistola Innocentii.

[d] CHARTARIO] γλωσσοκόμῳ. quod Peltanus vertit *capsula*, id est, in fasciculo epistolarum quæ tum ad Eulogium mittebantur.

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

quas debes studiosè dare. Offeres autem magnificentissimo [a] præposito directos à me duos codices, unum quidem contra Nestorii blasphemias, alium verò habentem gesta synodi contra Nestorium & ea quæ ejus sunt sapientes, & disputationes à me factas ad eos qui scripserunt contra capitula. Duo autem Episcopi sunt Andreas & Theodoritus. Habet autem in finem ipse codex compendiosas expositiones de dispensatione secundùm Christum valde bonas & quæ prodesse possint. Offer autem similiter et ex his quæ [b] habent pellem epistolas quinque, unam beati Papæ Athanasii ad Epictetum, & aliam ad Iohannem à nobis, & ad Nestorium duas, unam parvam, & unam majorem, & ea quæ ad Acacium est. Ipsas enim quæsivit à nobis.

[c] *Epistola Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Acacium Episcopum Melitinæ.*

Caput LXXXIII.

DOmino meo dilectissimo fratri & comministro Acacio Cyrillus in Domino salutem. Causa quidem dulcis & valde digna est fratrum adlocutio & omni digna sermone apud sapientes verè. Oportere autem asseto eos qui unius fidei sunt & unanimes cogi incessanter hoc agere, cùm neque sit quod impediat, neque interrumpat aliquid ad hujusmodi ferventem appetitum & promam voluntatem. Sed interdum [d] festinare etiam volentes nos longitudo interposita spatiorum aut raritas epistolæ portitorum [e] impedit. Tempore autem quo sit possibilitas eloquendi, [f] studium quoddam fieri oportet causa & ter desideratis libenter [g] insilire. Gavisus itaque nimis super his quæ à tua perfectione sunt scripta, & admiratus affectum, oportere credidi ecclesiasticæ pacis nuntiare modum & singula quemadmodum sunt gesta narrare. Piissimus & Christo amantissimus Imperator pro sanctis Ecclesiis curam plurimam & necessariam gerens, importabilem æstimabat harum dissensionem. Evocans igitur reverentissimum & Dei cultorem Episcopum sanctæ Constantinopolitanorum Ecclesiæ Maximianum, sed & alios plurimos ibi compertos, quomodo de medio quidem tolleretur Ecclesiarum discordia, & vocarentur ad pacem divinorum sacramentorum Pontifices, cogitabat. At illi dicebant quia non aliter hoc fieret aliquando, nec ad concordiam remearent ad invicem de quibus erat sermo, [h] si non prioriretur & veluti præferretur unius fidei vinculum. Dicebantque quia Antiochiæ Dei cultorem Episcopum Iohannem anathematizare Nestorii dogmata conveniret & ex scripto profiteri damnationem ejus, & quòd specialiter contristare & Alexandriæ Episcopum oblivisceretur propter dilectionem, & pro nihilo æstimaret quod injuriam passus esset in Ephesо, licèt valde crudele ingemiscendum esset. Consentiente igitur & gaviso valde super his piissimo Imperatore, missus est hoc ipsum acturus Dominus meus admirandissimus Tribunus & Notarius Aristolaus. Cùmque orientalibus sanctio imperialis innotuisset, & tamquam cum voluntate facta inventorum Episcoporum in maxima Constantinopoli, nescio quid considerantes, congregati quidem sunt ad sanctissimum & Dei cultorem Beroënsem Episcopum Acacium, & scribere ad me procuraverunt quia amicitiarum modus seu pacis sanctarum Ecclesiarum non aliter fieri conveniret nisi secundùm quod eis placeret. Erat scilicet hæc gravis & onerosa petitio. Volebant enim [i] vacare quidem omnia quæ à me conscripta sunt & quæ in epistolis & in tomis & in libris, soli autem illi consentire fidei quæ in Nicæa à sanctis [k] nostris patribus definita est. Ego autem ad hoc scripseram quia expositionem quidem fidei definitæ à sanctis patribus in Nicæa civitate sequeremur omnes, nihil omnino horum quæ in ea sunt posita destruentes, (Habet enim omnia rectè & inreprehensibiliter, & scrupulositas adhuc post illam incauta est) quæ verò conscripsimus contra Nestorii blasphemias nulla nobis ratio persuadet quia non bene facta sunt dicere, sed magis oportere eos, secundùm quod placuerat piissimo atque Christo amantissimo Principi & ipsi sancto Concilio in Ephesina civitate celebrato, facere quidem abdicatum eum qui salvatoris gloriæ repugnavit, anathematе autem ejus scelestissimas blasphemias & confiteri damnationem ejus, & consentire ordinationi sanctissimi & Deo amantissimi Episcopi Maximiani. His igitur litteris eis datis, miserunt ad Alexandriam reverentissimum & Dei cultorem Episcopum Paulum Emesenorum; apud quem plures quidem facti sunt longique sermones de his quæ Ephesi atrociter & inofficiosè dicta gestaque sunt; quorum oblivionem habentes, necessaria magis appetere studia conveniebat. Interrogabam si portatis litteras Deo amantissimi Episcopi Iohannis. Deinde obtulit mihi epistolam quæ quidem oportebat habere non habentem, sed dictatam magis non quo decebat modo. [l] Impulsionis enim, non consolationis, habebat virtutem. Et hanc non respeximus, cùm utique oporteret satisfactionibus meam sedari pro his tristitiam quæ facta videbantur in Ephesо. Et bona occasione dicebant inpulsus adversùs me propter zelum dogmatum sacrorum. Sed audiebant quia neque zelus eos movisset divinus, neque pro veritatis pugnantes dogmatibus

[a] PRÆPOSITO] Sic habent editiones Græcæ & Latinæ & vetusti codices.

[b] HABENT PELLEM] id est, corio obductæ sunt, ut vertit Peltanus. Mos est orientalium epistolas involvere.

[c] EPISTOLA CYRILLI] Addidimus hunc titulum ex editione Contiana. Nullus enim erat in codice Turonensi. In Bellovacensi verò hæc tantùm habentur: *Epistola Cyrilli ad Acacium*. Veram autem esse inscriptionem quæ extat apud Contium docet Photius cod. 169. ubi ait Cyrillum scripsisse ad Acacium Melitinæ Episcopum dogmaticam epistolam vel apologiam potiùs unionis atque concordiæ cum Iohanne Antiochiæ Patriarcha.

[d] FESTINARE] Secuti sumus hete editionem Contianam. Etenim codices Colbertinus & Turonensis legunt *fascinatae*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

[e] IMPEDIT] Hæc vox addita est ex eadem editione Contiana. Non extat enim in antiquis exemplaribus.

[f] STUDIUM QUODDAM] Locus corruptus, quem tamen exhibuimus prout extat in exemplari Turonensi & in Colbertino. Nam Bellovacense mutilum est in hoc loco. Contius habet: *studium copiam adferente, & commodum insperatum & jucundum ut desideratis literis promptè involare liceat exhibente.*

[g] INSILIRE] In libro Colbertino & in Turonensi scriptum est *insilere*. Ex quo nos confecimus istam lectionem. Secutus est interpres volgarem sensum vocis Græcæ ἐπιπηδᾶν.

[h] PRIORIRETUR] Ita vetusti codices omnes, unica dictione. Contius edidit, *prior orietur*. Verùm hæc lectio ferri non potest. Nam cùm ea vox referatur ad vocem *vinculum*, scribendum fuerat *prius orietur*. Dixit interpres *prioriretur* quo modo alii dicerent *præcederet*.

[i] VACARE] Ita codices Turonensis & Colbertinus & Contius. Bellovacensis habet *vacuare*. id est, nullum robur habere, nulla esse.

[k] NOSTRIS] Hæc vox, quæ etiam habetur in Græco contextu, addita est ex codice Colbertino.

[l] IMPULSIONIS] exacerbationis, irritationis, παροξυσμῶν.

armarentur adversùs me, sed hominum blandimenta sequentes, & [a] nunc potentium amicitias rapientes in semetipsos. Veruntamen Deo amantissimo Episcopo Paulo dicente paratum se esse blasphemare Nestorii dogmata & confiteri ejus ex scripto depositionem & hoc agere pro omnibus & tamquam ex persona omnium Deo amantissimorum orientalium Episcoporum, respondi dicens oblatam ab eo de hoc chartam sufficere ei, & soli ut oporteret eum promereri nostrorum omnium communionem. Asserebam quoque quia omnino inscriptam professionem de his expoerere conveniret reverentissimum & Dei cultorem Antiochenorum Episcoporum Iohannem, quod etiam factum est. Et quievit quod interrumpebat & recedere ab invicem suadebat Ecclesias. Sed erat nequaquam dubium quia Nestorii blasphemiarum defensores tabefaceret sanctarum Ecclesiarum pax. Et mihi videntur tale aliquid pati quale contingere motis est natare quidem nescientibus & de nave insperatè dilapsis: qui dum suffocantur, pedes & manus huc illucque jactantes inordinatè, cum quem invenerint simpliciter comprehendunt, anima in angustia constituta miserrimi. An certè non verè dicitur quia conturbati sunt vehementer cadentes & desolati & facti extra Ecclesias quas putabant futuras in adjutorium sibi? Annon perculsi sunt, & hoc importabiliter, siquidem à se quos seduxerant insipientes, & de cetero resipientes ad veritatem eos qui eorum propbanis novitatibus, ut ita dicatur, fuerant debriati. Dicet utique quilibet eis & satis opportunè quod voce Prophetæ prolatum est: *Congregamini & colligamini gens inerudita antequam efficiamini sicut flos prateriens.* Cur enim isti omnino facti sunt alienorum vomituum parasiti? non confunduntur alterius fœcibus sua corda polluentes. Surdi audite, & cœci respicite. Referre sapite de Christo vera, & in simplicitate cordis quærite eum. Quæ enim utilitas est vobis multiplicium machinationum verborumque pravorum? Cur rectum injuriantes iter, tortuosas facitis vestras rotas? Novate vobis novalia, & nolite seminare super spinas. Contristati enim, sicuti dixi, in pace sanctarum Ecclesiarum, eis qui non patiuntur similia sibi sapere pessimè derogant, & amarissimè nimis accusant satisfactionem sanctorum Episcoporum, dico autem orientalium. Deinde trahentes eam secundùm quod sibi jocundum est atque carum, & intelligentes non rectè, dicunt non dissonè hoc factum à Nestorii novitatibus. Reprebendunt quoque simul & nos, tamquam his quæ dudum scripsimus contraria sapientes. Audio autem quoniam & illud dicunt, quia fidei expositionem seu symbolum novum nuper suscepimus, quodam modo antiquum illud & venerabile exhonorantes. Sed fatuus quidem fatua loquatur, & eor ejus inania sentiat. Veruntamen illud dicimus: Non fidei expositionem exacti sunt à nobis aliqui, seu etiam innovatam ab aliis suscepimus. Sufficit enim scriptura divinitus inspirata sanctorumque sinceritas patrum & ad omnia quælibet habens [b] rectè ornatum fidei symbolum. Quia verò fuerunt orientales sanctissimi Episcopi discordantes à nobis in Ephesо, & [c] facti sunt quodam modo in suspicionibus captioni laqueorum Nestorii blasphemiarum, propterea & valde sapienter eripientes semetipsos hujusmodi querela, & immaculatæ fidei amatoribus satisfacere festinantes, quoniam illius væsania extranei essent fecerunt confessionem; & res ipsa est omni vitio & macula procul. Putas enim si & ipse Nestorius illo tempore quo ei proponebatur ab omnibus nobis ut oporteret abrenuntiare suis dogmatibus & defendere veritatem, scriptam fecisset super his confessionem, & ipsum quisquam dixisset fidei nobis symbolum innovasse? Cur igitur detrahunt vanè, expositionem symboli novam nominantes consensum eorum qui in Phœnice sunt Deo amantissimorum Episcoporum, quam fecerunt utiliter & necessariò, satisfacientes & sanantes eos qui suspicati sunt quia Nestorii sequerentur voces. Sancta siquidem & universalis synodus in Ephesina civitate collecta prospexit necessariò ne oporteret sanctis Ecclesiis Dei fidei expositionem alteram introduci præter eam quæ erat, quam ter beati patres in spiritu sancto loquentes definiverunt. Qui ergo semel nescio quomodo circa eam discordaverunt, facti quoque in suspicione eò quòd non [d] rectè aliegerent sapere; neque apostolica & evangelica dogmata sequerentur, putasne tacentes liberarentur hujusmodi fœditate, an magis, si satisfacerent, & existentem in se virtutem gloriæ declararent, cùm utique scripserit venerandus discipulus: *Parati semper ad satisfactionem omnis petenti vos rationem de spe qua in nobis est.* Qui hoc autem ipsum agere vult, innovat quidem nihil, sed neque fidei expositionem noscitur innovasse, sed manifestam magis constituit interrogantibus se quam habeat de Christo fidem. Audivi quoque super hæc quoniam Deo amantissimorum Episcoporum unanimitatibus non mediocriter contristati veritatis inimici sursum atque deorsum circumeunt, & scelestis suis adinventionibus consonare dicunt virtutem confessionis ab eis factæ, quam super recta fecerunt fide, innovantes quidem, sicuti dixi, seu superinferentes priscis decretis omnino nihil, sed potiùs sequentes sanctorum inreprehensibilia dogmata. Vt autem falsa crimina eorum redarguamus, age, deducamus ad medium Nestorii vaoitates & horum voces. Ostenditenim ita & non aliter examinatio veritatem. Itaque Nestorius perimens quidem omnino comperitur unigeniti filii Dei secundùm carnem generationem. Neque natum dicit eum de muliere secundùm scripturas. Sic enim ait: *Transisse Deum ex Christi genitrice & virgine à divina edoctus sum scriptura, natum autem Deum ex ea nusquam edoctus sum.* In altera quoque rursus expositione dixit: *Nusquam igitur scriptura Deum ex Christi genitrice dicit virgine natum, sed Iesum Christum filium.* Et quoniam hæc dicens in filios duos partitur unum, & alterum quidem seorsum esse dicit filium & Christum Dominum Deum, ex Deo patre natum verbum, alterum verò rursus seorsum & propriè & filium & Christum & Dominum, qui ex virgine est, quomodo dubitabit quisquam; cùm hoc ipsum apertè solùm non clamare videatur? Isti verò Dei genitricem nominant sanctam virginem, unumque esse dicunt & filium & Christum & Dominum, perfectum in humanitate, otique animata ejus car-

[a] NVNC] Ita codex Bellovacensis. Colbertinus & Turonensis legunt *tunc.* Quo etiam modo habet Contius.

[b] RECTE ORNAT.] Hæc est lectio veterum exemplarium Turonensis & Colbertini & editionis Contianæ. Liber Bellovacensis habet, *rectam & ornatam fidei symbolum.*

[c] FACTI SVNT QVOD. MODO] Ita Contius. At in vetustis exemplaribus legitur *quemammodum.*

[d] RECTA ALIG.] Codex Bellovac. *rectè segerentur,*

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

ne anima rationali. Quia enim non alterum esse dicunt filium ex Deo patre verbum, alterum verò rursum ex sancta virgine, sicuti Nestorio videtur, sed unum potiùs eundemque, apertum fiet & valde facillimè per ea quæ sequuntur. Inferunt enim significantes qui sit perfectus tamquam Deus, perfectus autem & homo, ante secula quidem ex patre natum secundùm divinitatem, in novissimo autem dierum propter nos & nostram salutem ex Maria sancta virgine secundùm humanitatem, consubstantialem patri eundem secundùm divinitatem, & consubstantialem nobis secundùm humanitatem. Ergo nequaquam in duos dividunt unum filium & Christum & Dominum Iesum, eundem verò esse dicunt qui ante secula & in novissimis. Palam autem est quia ex Deo patre tamquam Deum, ex muliere verò secundùm carnem tanquam hominem. Quomodo autem intelligitur apud nos consubstantialis esse secundùm humanitatem utique natus ex patre secundùm divinitatem, si non intelligatur & dicatur Deus simul & homo idem? Sed non ita se habere hæc Nestorio videntur, sed conversa magis est intentio ejus ad universa contraria. Ait enim coram Ecclesia exponens: *Propterea & Christus Deus verbum nominatur, quoniam habet copulationem ad Christum continuam.* Et rursus. *Inconfusam igitur naturarum servamus copulationem, confitemur in homine Deum, colimus sancta copulatione omnipotenti Deo coadorandum hominem.* Vides ergo quantam dissonantiam habeat sermo ejus. Impietate enim novissima plenus est. [a] Christum etenim seorsum nominari dicit Dei verbum, habere autem conjunctionem ad Christum continuam. Putas igitur non duos Christos apertissimè dicit, non hominem Deo coadorandum colit? Nescio quomodo dicit. Hæc ergo vicina his quæ illorum sunt videntur, & non potiùs contrariam habent inter alterutra intellectuum virtutem? Ille enim duo dicit apertè; [b] isti verò Christum unum filium & Deum & Dominum se confitentur adorare, eundem ex patre secundùm divinitatem & ex sancta virgine secundùm humanitatem. Duarum namque naturarum unitatem factam dicunt; tamen unum Christum, unum Dominum, unum filium confitentur apertè. Factum est enim verbum caro secundùm scripturas. Et conventum dispensativum & ineffabilem verè dicimus factum dissimilium rerum ad unitatem inevulsibilem. Non enim secundùm aliquos antiquorum hæreticorum ex propria sumente natura, hoc est deitatis, sibi præparasse corpus Dei verbum suspicabimur. Sequentes autem ubique scripturas divinitus inspiratas, ex sancta virgine sumpsisse eum adfirmamus. Propterea ex quibus est unus & solus filius & Dominus Iesus Christus, tamquem in opinionibus suscipientes duas quidem naturas unitas dicimus, post unitatem verò, tamquam perempta jam in duos divisione, unam esse credimus filii naturam, tamquam unius inhumanati & incarnati. Cùm autem dicitur incarnatus & humanatus Deus existens verbum, abiciatur procul suspicio conversionis, (Permansit enim quod fuit) confiteatur autem à nobis & inconfusa penitùs unitas. Sed enim forsitan illud dicant adversarii. Ecce palam rectæ fidei confessionem facientes, duas quidem nominant naturas, dividi autem deiloquorum voces proponunt secundùm differentiam earum. Proinde quomodo non hæc sunt contraria tuis? Non enim pateris personis duabus aut subsistentiis voces distribuere. Sed, ô optimi, dicam. Scripsi quidem in capitulis. *Quisquis personis duabus seu subsistentiis distribuit voces, & alias quidem velut homini præter verbum ex Deo seorsum intelligendo coaptat, alias autem tamquam Deo decibiles soli verbo ex Deo, sit iste damnatus.* Vocum autem differentiam nullo modo perimimus, licèt abiciendum fecerimus partientem eas tamquam filio singulariter verbo ex patre & tamquam homini rursus singulariter filio intelligendo ex muliere.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

Suprà pag. 440. c. 4.

Vnam enim confitemur verbi naturam esse. Novimus autem quia incarnatum est & inhumanatum, sicuti jam prædixi. [c] Quo autem modo incarnatum sit si quis perscrutetur, contemplabitur Deum ex Deo verbum servi sumentem formam & in similitudine hominum, sicut scriptum est. Et secundùm hoc ipsum & solum intelligitur naturarum seu subsistentiarum differentia. Non enim idem est in qualitate naturali divinitas & humanitas. Nam quomodo exinanitus est Deus existens verbum, deponens semetipsum in diminutione, hoc est, in his quæ nostra sunt. Quando igitur incarnationis animadvertitur modus, duo alterutris ineffabiliter & inconfusè convenientia per unitatem contemplatur omnino humana mens, unicam verò dividit nunquam, sed unum ex utroque & Deum & filium & Christum & Dominum esse credit & indubitanter suscipit. Altera autem præter hæc Nestorii penitùs secta est. Simulac quidem confiteri quia & incarnatus est & inhumanatus Deus existens verbum. Incarnationis autem virtutem nesciens, duas quidem nominat naturas, separat autem ab alterutris eas, Deum seorsum ponens & similiter hominem particulariter copulatum Deo per affectum secundùm solum æqualitatis honorem & auctoritatem. Sic enim ait: *Inseparatus ab eo qui videtur Deus. Propterea ejus qui non separatur honorem non separo, separo naturas, sed unio adorationem.* Sed [d] secundùm Antiochiani fratres ea quidem ex quibus intelligitur Christus tamquam in puris & solis intellectibus suscipientes, naturarum quidem dixerunt differentiam, quia non idem est, sicuti dixi, in qualitate naturali divinitas & humanitas; unum autem filium & Christum & Dominum, & tamquam [e] uno existente verè, unam ejus quoque personam esse dicunt. Partiuntur autem nullo modo quæ unita sunt, neque naturalem suscipiunt divisionem, sicuti sapere visum est alienorum dogmatum præceptori. Dividi autem solas proponunt in Domino voces. Decere autem dicunt eas non alias quidem tamquam filium singulariter verbum ex Deo patre, alias autem tamquam alterum rursus filium ex muliere, sed alias quidem divinitatem ejus, alias autem ejus iterum humanitatem. Deus enim est idem & homo esse verum dicunt, & alias communes factas aliquo modo, & velut ad utrumque respicientes, ad divinitatem & humanitatem. quale est quod dico. [f] Sunt etenim aliquæ vocum maximè Deo decibiles, aliquæ verò

[a] Christum seorsum] Hunc locum iisdem omnino verbis refert Liberatus; ut manifestò appareat eum ex ista versione sumpsisse.

[b] Isti vero] id est, orientales, ut explicat Liberatus, qui ista totidem verbis refert.

[c] Quo autem modo] Citat hunc locum Facundus Episcopus Hermianensis lib. 11. cap. 7. ex ista versione, licèt interdum discrepet in aliquot vocibus.

[d] Secundum Antioch.] id est, Ioannes Antiochenus Episcopus & qui cum eo fuot.

[e] Vno existente] Ita exemplaria Colbertinum & Bellovacense & Contius. Turon. *unum existente.*

[f] Sunt enim aliquæ] Hunc locum ad verbum refert Liberatus ex ista versione.

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

sic rursus hominem condecentes, aliæ autem quendam ordinem obtinent, ostendentes filium Deum existentem & hominem simul [a] & idem. Quando
a
enim Philippo dicit, *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, non credis quia ego in patre & pater in me est. Qui vidit me, vidit patrem. Ego & pater unum sumus*, Deo decentissimam esse adfirmamus vocem. Quando verò Iudæorum increpat populum, illud dicens, *Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ utique faceretis, nunc autem quæritis me occidere hominem qui veritatem vobis locutus sum, hoc Abraham non fecit*, homine decenter hæc dicta dicimus, veruntamen unius filii & Deo decibiles, necnon & hominem decibiles. Deus enim existens factus est homo, non Deus esse desistens, sed in adsumptione potiùs carnis & sanguinis factus. Quia verò unus est Christus & filius & Dominus, unam ejus etiam dicimus esse personam & nos & illi. Medias autem esse voces illas adfirmamus, ut est quando beatus scribit Paulus: *Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula.* Et rursus, *Si sunt dii multi & domini multi in cælo & in terra, sed nobis unus Deus pater, ex quo omnia, & nos ex ipso, & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Et iterum: *Optabam enim ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis & cognatis meis secundùm carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio & legislatio & testamentum & gloria, quorum patres, & ex quibus secundùm carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.* Ecce enim, ecce Christum Iesum nominans heri & hodie, eundem esse dixit & in secula, & per ipsum fieri omnia, & secundùm carnem ex Iudæis, super omnia nominat Deum, insuper & benedictum esse dicit in secula. Non igitur dividas in his super Domino voces. Habent enim in idem quod Deo decibile est & quod humanum. Coapta magis tamquam uni filio, hoc est, Deo verbo incarnato. Aliud igitur est dividere naturas, & hoc post unitionem, & per solum æquum honorem copulatum dici hominem Deo, & similiter aliud vocum differentiam nosse. In quo ergo Nestorii novitatibus quæ sunt illorum conveniunt? Nam licèt quibusdam videatur dictionum compositio & verborum prolatio à subtili nimis scrupulositate recedere, mirum nihil est. Valde enim hæc ad loquendum difficilia sunt. Propterea & sacratissimus Paulus quærebat à Deo sermonem in apertione oris sui. Quia enim non dividunt in duos unum Dominum Iesum Christum, oportere dicentes coaptari voces divinitati quidem ejus Deo decibiles, humanitati autem ejus rursus humanas, quomodo non omnibus palam est? Adfirmant enim, sicuti dixi, quia ipsum ex Deo patre verbum natum ante secula & in novissimis temporibus natum est secundùm carnem ex sancta virgine. Subsequuntur autem & dicunt quæ propter ineffabilem & inconfusam unitatem & Dei genitricem esse credunt sanctam virginem, & unum filium & Christum & Deum confitentur apertè. Incredibile autem omnino est unum dicere & in duos
b
unum secare parari eos. Non enim ad hanc [b] percussionem procederent ut transgressores semetipsos constituerent, quæ destruxerunt rectè, ædificantes inconsultè. Si enim Nestorii circumferuntur sectis, quomodo eas anathematizant velut prophanas & scelestas? Æstimo autem oportere etiam causas dicere propter quas ad has inanes fabulas processerunt. Quia enim impietatis Arrii defensores veritatis virtutem scelestissimè cauponantes, verbum ex Deo dicunt quidem factum hominem, non tamen animato corpore usum, agunt autem hoc malignissimè, & humanas voces ei attribuentes, tamquam in diminutione constitutum paternæ celsitudinis, his qui [c] ab eis secuntur ostendunt, & alterius naturæ eum esse confir-
c
ment, propterea metuentes orientales ne fortè aliquo modo Dei verbum minueretur gloria & natura ex his quæ humanè dicta sunt, propter dispensationem discernunt voces, non in duos separantes, sicuti dixi, unum filium & Dominum, sed has quidem divinitati ejus attribuentes, has autem humanitati rursus ejus, veruntamen omnes uni. Audivi autem quia scripserit quibusdam amicorum reverentissimus & Deo amantissimus Episcopus Iohannes tamquam me apertè dicente & clara voce profitente quidem differentiam naturarum, dividente autem voces similiter naturis, & hoc ipso scandalisantur aliqui. Fuit ergo necessarium etiam ad hoc nos loqui. Non ignoravit tua perfectio quia Apollinaris sectæ pollutionem meis effundentes epistolis, arbitrati sunt quia exanime esse dixi sanctum corpus Christi, & quia temperamentum aut confusio aut conspersio aut mutatio Dei verbi facta est in carnem, aut certè carnis translatio in naturam divinitatis, ut nihil jam servaretur purè, neque esset quod est, & æstimaverunt ex hoc Arrii me circumferri blasphemiis, nolendo differentiam scire vocum, & alias quidem esse Deo decibiles, alias autem humanas, ne & dicentes potiùs dispensatione quæ cum carne. Ego autem quia horum liber sum testabitur & ex aliis tua perfectio. Veruntamen oportebat scandalizatis satisfieri. Propterea scripsi ad sanctitatem ejus quia neque sapui aliquando quæ Arrii sunt & Apollinaris, neque transformatum Dei verbum in carnem dico, sed neque in naturam divinitatis transmutatam carnem, eò quòd inconvertibile sit & immutabile Dei verbum, incomprehensibile autem & aliud, neque perimi aliquando differentias vocum, sed novi Dominum Deo decibiliter & humanè loquentem, quoniam est idem Deus & homo. Ergo hoc ipsum significare volens [d] scripsit quia docuit confiteri
d
naturarum differentiam & dividere voces similiter naturis. Hujusmodi autem disputationes meæ quidem non sunt, prolatæ autem ab eo sunt. Illud quoque rtor his quæ dicta sunt addere necessariò. Venit enim ad me Deo amantissimus Episcopus Paulus Emesenorum; deinde sermone moto de recta & immaculata fide, requirebat à me & nimis studiosè utrum consentirem his quæ scripta sunt à sacræ memoriæ & ter beato patre nostro Athanasio ad Epictetum Episcopum Corinthiorum. Ego autem dixi quia si servantur apud vos non adulteratæ litteræ, (nam falsata sunt in eis plura à veritatis ioimicis) omnino consentio. Ille au-

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

[a] ET IDEM] Nos has voces conjunximus cum superioribus, ut par erat. Liberatus divisit, & ita scripsit: *Et ibidem.* Quæ lectio bona quoque est, sic tamen ut referatur ad superiora Cyrilli, non verò ad textum Liberati.

[b] PERCVSSIONEM] sive percussionem, id est, stoliditatem, amentiam. Vide suprà pag. 406.

[c] AB EIS SECVNTVR] Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Contius habet, *his qui eis obsequuntur.*

[d] SCRIPSIT QVIA DOCVIT] Ita vetera exemplaria Colbertinum & Turonense. Contius habet, *scripsi quia docui.* Verùm huic lectioni repugnant verba Græca,

ANNO CHRISTI 431

CONCIL. EPHES.

tem ad hæc dicebat habere quidem & se epistolam, velle autem de exemplaribus apud nos habitis sibimet satisfieri & agnoscere utrum aliquando falsati sint ipsi libri an non. Et accipiens exemplaria antiqua, & cum his quæ ferebat comparationem faciens, invenit hæc adulterata, & petiit ex codicibus apud nos habitis paria fieri & Antiochenorum Ecclesiæ destinari. [a] quod etiam factum est. Et hoc est quod scripsit reverentissimus & Deo amantissimus Episcopus Iohannes Carreno de me, quia exposuit quæ de humanatione sunt contextam nobis & paternam traditionem penè ex omnibus, ut ita dicam, fieri periclitatam. Si autem circumferunt aliqui epistolam velut scriptam à reverentissimo Presbytero Romanorum Ecclesiæ Philippo, tamquam sanctissimus Episcopus [b] Xystus indignatus fuerit super damnatione Nestorii & scripserit ei, non credat sanctitas tua. Consona enim sancto Concilio scripsit, & omnia confirmavit quæ ab eo gesta sunt, eademque sapit quæ nos. Si autem etiam tamquam à me scripta circumferatur ab aliquibus epistola quasi pœnitentiam agente in his quæ gessimus in Epheso, irrideatur & hoc. Sumus enim propter gratiam salvatoris in bono sensu & à congrua nunquam ratione recedimus. Saluta quæ apud te est fraternitatem. Te quæ nobiscum est in Domino salutat.

ANNO CHRISTI 431. b

CONCIL. EPHES.

[c] IVVANTE DEO EXPLICIT TRANSLATIO PRIMA EPHESINI CONCILII.

AMEN. DEO GRATIAS.

[a] QVOD ETIAM FACTVM] Itaque rectè in codice quo Contius utebatur subjecta erat huic epistolæ ea quam Athanasius scripsit ad Epictetum, ut monet idem Contius. Optandum autem esset ut illam ipse quoque subjecisset, ut scire possemus quænam editio sit vera, quænam falsata & interpolata.

[b] XYSTVS] Ita codices Colbertinus & Turonensis, quibus consentiunt vulgata epistolæ istius exemplaria. Sed in editione Contii heic occurrit Cælestini nomen pro Xysto. Xysti porrò epistolas, quibus confirmat quæ de damnatione Nestorii acta erant Ephesi, damus infrà in appendice.

[c] IVVANTE] Hæc descripta sunt ex codice Colbertino. Non extant enim in aliis, neque in editione Contiana.



ACTIO

ACTIO SEXTA

CONCILII EPHESINI, interprete Mario Mercatore.

Nunc primùm edita ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno bibliotheca Vaticanæ, altero Ecclesiæ Bellovacensis.

SYNODVS EPHESIANA INCIPIT.

POst consulatum DD. NN. Fl. Theodosii XIII. & Fl. Valentiniani Imperatorum Augustorum XI. *Kal. Augusti, qui dies est secundùm Ægyptios Epiphi* XXVIII. *jussu augustissimorum piissimorumque Principum synodo congregata in Ephesiorum metropoli, & sedentibus in episcopio reverentissimi & religiosissimi Episcopi Memnonis sanctissimis & Deo dilectissimis Episcopis. Cyrillo Alexandriæ agente etiam vicem sanctissimi & religiosissimi Episcopi Romanæ Ecclesiæ Celestini, & Iuvenale Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philipporum agente etiam vicem Rufi sanctissimi Episcopi Thessalonicæ, & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Theodoto Ancyræ Galatiæ, & Acacio Episcopo Melitines, & Perigene Corinthi Græciæ, & Cyro Aphrodisiados Cariæ, & Valerio Iconii, & Hesychio Parii, & Hellanico Rhodii; & Dinato Nicopoleos Epiri veteris, & Eutychario Dyrrachii Epiri novæ, & Perberbio Farmuli, & Eudoxio Comatus Lyciæ, & Silvano Cheretaponti Phrygiæ, & Vereniano Pergæ Pamphyliæ, & Amphilocio Sides, & Epiphanio Cratiæ Honoriados, & Gregorio Cessasinthis Ponti Polemoniaci, & Senecione Codron, & Iconio Gortinos Cretæ, & Dalmatio Cyzici, & Docimesio Maroneæ Thraciæ, & Iohanne Proconesi, & Daniele Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Romano Raphiæ, & Paulitiano Majumæ, & Paulo Anthedonis, & Fido Ioppe, & Iohanne Sycamazonis, & Theodoro* [a] *Gadorum, & Letoio Lybiadis, & Apelle* [b] *Iustes, & Theodoro Ariddelon, & Petro Parembola, & Iohanne Augustopoleos, & Saida Phænus, & Rufino Gabon, & Anysio Thebarum, & Callicrate Naupacti, & Domnino Opuntis, & Nicia Megaron, & Agathocleo Coloniæ, & Felice Apolloniæ & Bellidis, & Theodoro Dodonæ, & Andario Cerronesi Cretæ, & Cyrillo Cydone Cherronesi, & Paulo Lappe, & Zenobio Cnosi, & Luciano Toperi Trachiæ, & Nepio Maximianopoleos, & Secundino Lamiæ, & Dione Thebarum Thessaliæ, & Theodoro Eschinei, & Marthyrio* [c] *Listron, & Thoma Derbes, & Athanasio Parosithi, & Themistio Iassi, & Aphetoneto Heracliæ, & Phileto Amyzonis, & Apella Cybiræ, & Spudasio Ceramon, & Archelao Myndi, & Fania Arpason, & Promachio Alydon, & Philippo Pergamorum Asiæ, & Maximo Cymæ, & Dorotheo Myrinæ, & Maximo Assi, & Enporo Pepon, & Alexandro Arcadiopoleos, & Euthico Theodosiopoleos, & Rodone Paleaspoleos, & Eutropio Evazon, & Aphobio Coloes, & Nestorio Sion, & Heracleonte Tralleon, & Theodoro Myses, & Theodoro Aninesi, & Timotheo Briullon, & Theodosio Mastauron, & Tychico Citeron, & Eusebio Clazomenon, & Euthalio Colophonis, & Modesto Aneon, & Theosebio Prienes, & Eusebo Prienes, & Eusebio Magnesiæ Sipila, & Sapricio Paphi Cypri, & * [d] *Zenone Curii Ceretii Constantiæ, & Evagrio Solon, & Cæsario Chorepiscopo, & Triboniano Aspendi Pamphiliæ, & Nucetio Seleges, & Solone Paraliæ, & Acacio Cotenon, & Nesio Corybrassi, & Matidiano Coracensium, & Nectario Senon, & Entropio Etsennon, & Tariano Lyrbes, & Eusebio Asponon Galatiæ, & Philumeno Cinnes, & Strategio & Eusebio Heraliæ Honori, & Paralio Andrapone* [e] *Hellespontiadis, & Silbano Cerataporn, & Hermogene Rinocuroron, & Evoptio Ptolomaïdos Pentapoleos, & Eusebio Pelusii, & Adesphio Onopheos, & Paulo Phravoneos, & Phœbammone Copsi, & Machario Metelos, & Adelphio Saeos, & Macedonio Xeos, & Marino Heliopoleos, & Metrodoro Leonthon, & Machario Auteon, & Petro Oxyrinchi, & Strategio Athribidis, & Athanasio Parali, & Silvano Cophriteos, & Iohanne Hephestii, & Aristobulo Thmueos & Theone Sethroitæ, & Lampetio Casii, & Cyro Achaorum, & Publio Olbiæ, & Samuele Dysteos, & Zenobio Barchæ, & Tenone Theucyron, & Sopatro Septimiaces, & Eusebio Nilupoleos, & Heraclida Heracleos, & Chrisadrio Aphroditus, & Andrea Hermupoleos* [f] *magni, & Sabino Panos, & Abraam Ostrucines, & Hierace Aphnan, & Alypio Sela, & Alexandro Cleopatridos, & Isaac Tunæ, & Ambone Butu, & Heracleo Thymeos, & Isaac Elearchiensi, & Heraclio Thamiasidos, & Theona Psincus, & Ammonio Panephysi, & Bessula Diacono Carthaginis, & Arcadio & Projecto sanctissimis Episcopis & Legatis, & sanctissimo Presbytero Philippo apostolicæ sedis* [g] *Romanorum & Legato, Petrus Presbyter Alexandriæ*

[a] GADORVM] Codex Vatic. *Gadaron.* quod melius est. Itaque isthic legendum *Gadarorum.*

[b] IVSTES] Idem codex, *Lustes.* In codice Corbeiensi Concilii Chalcedonensis *Elusii*, in Ioliano *Lyppensi.* In editionibus Conciliorum nullus hoc loco apparet illius nominis Episcopus. Tamen inter eos qui Nestorium deposuerunt recensetur Apellas Episcopus Byrthæ sive Cibyrthæ, ut dicetur paulò post.

[c] LISTRON] Vatic. *Illstron.* In Græco editum est Ηλιςρῶν, suprà pag. 452. *Heistrorum*, in codice Corbeiensi *Elistrensi*, in Ioliano *Tracnsi.* Codex Græcus bibliothecæ regiæ 524. ἰλλιςρῶν.

[d] ZENONA] Ita codices Mercatoris. In codice Ioliano scriptum est tantùm, *Zenone Constantia*; in Corbeiensi, *Zenone Curiensi & Regino Constantiensi.* Suprà pag. 452. in gestis de depositione Nestorii: *Zeno Episcopus Cyri.* Editiones Græcæ: Ζηνων ἐπισκοπος πολεως Κιο- ειου ἢ Κύπρου.

[e] HELLESPONT.] Ita disertè habent codices Mercatoris. At in codicibus synodi Chalcedonensis Corbeiensi & Ioliano legitur *Elenoponti.*

[f] MAGNI] Hæc vox addita est ex codice Vaticano. Corbeiensis & Iolianus legunt *majoris.*

[g] ROMANORVM] Et hæc quoque vox addita est ex codice Vaticano, quam habent etiam codices Corbeiensis & Iolianus.

ANNO CHRISTI 431. — CONCIL. EPHES.

& primicerius Notariorum dixit. Sancta & ingens synodus vestra omnem adhibens providentiam rectæ & apostolicæ fidei & dogmatum veritatis, consulens autem paci & statui Ecclesiarum, definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si videbitur sanctitati vestræ, recitabimus.

Sancta synodus dixit. Definitio prolata à sancta & [a] mundana synodo percenseatur & actis præsentibus inseratur.

Nicensis synodus hanc fidem exposuit.

CREDIMUS in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra; qui propter nostram salutem descendit, incarnatus & homo factus, passus, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui aiunt, Erat quando non fuerat, & antequam nasceretur non erat, & quòd ex nihilo factus est vel ex alia substantia, perhibentes esse aut visibilem aut mutabilem filium, anathematizat apostolica Ecclesia.

Hunc quidem sanctæ fidei omnes convenit assentiri. Habet enim propriè & sufficienter ad utilitatem totius orbis terrarum. Quoniam verò quidam sunt qui cùm hanc adsimulent confiteri & huic adsentiri, depravent tamen vim sententiarum & ad suum interpretentur arbitrium, & corrumpant etiam veritatem, pestilentiæ filii & erroris, opus fuit necessario etiam sanctorum patrum & orthodoxorum proferre sententias, quæ insinuare possent quemadmodum & ipsi intellexerunt fidem & aliis prædicare confisi sunt, ut fieret manifestum omnes qui rectam & immaculatam habeant fidem, eo modo oportere eam intelligere & interpretari & prædicare.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Quoniam præ manibus habemus libros sanctorum & religiosissimorum patrum & Episcoporum & diversorum martyrum, excerpsimus autem ex his pauca capitula, si videbitur, recitabimus.

Flavianus Episcopus Philipporum dixit. Hæc quoque perlecta inserantur. *Et recitata sunt hoc modo.*

Petri sanctissimi Episcopi & Martyris ex libro de deitate.

Vide suprà pag. 465.

QVoniam certè gratia & veritas per Iesum Christum facta est, unde & gratia sumus salvati juxta apostolicum dictum. *Et hoc*, inquit, *non ex vobis, neque ex operibus, ne quis glorietur.* Voluntate verbum caro factum est, & habitu inventum ut homo. Non est tamen à deitate destitutum. Neque enim ut à sua gloria & virtute desisteret, cùm esset dives, pauper est factus; sed & ut mortem pro nobis peccatoribus ipse sustineret, justus pro injustis, & ut nos offerret Deo, mortuus quidem carne, vivificatus autem spiritu. *Et post alia.* Vnde & evangelista adserit veritatem dicens: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Scilicet ex quo angelus virginem salutavit dicens: *Ave gratia plena, Dominus tecum. Dominus autem tecum* dixit Gabriel, pro eo quod est *Deus verbum tecum.* Demonstrat enim id nasci in vulva & carnem futurum, juxta quod scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur sanctum vocabitur filius Dei.*] *Et porrò post alia.* Deus autem verbum, viro absente, voluntate Dei, qui omnia facilè operatur, factum est in vulva virginis caro, non egens viri operatione aut præsentia. Viro enim efficacior fuit Dei virtus inumbrans virgini, superveniente etiam simul spiritu sancto.

[b] *Athanasii sanctissimi Episcopi Alexandriæ* [c] *ex libro adversùs Arrianos.*

MVlti igitur sancti fuerunt & puri ab omni peccato. Hieremias verò & ab utero sanctificatus est. Et Iohannes cùm adhuc esset in utero, exultavit in gaudio voce Mariæ theotoco. Et tamen regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Sic quoque nihilominus manebant homines corruptibiles & mortales & passionum naturæ suæ capaces. Nunc verò cùm Deus verbum factum est homo & sua fecit ea quæ sunt propria carnis nostræ, jam non passiones corpus contingunt propter verbum quod fuit in corpore, sed ab ipso quidem contritæ sunt; homines verò non juxta suas passiones peccatores sunt & mortales, sed juxta verbi virtutem resurgunt immortales & incorruptibiles & æterni. Vnde etiam carne nata ex Maria theotoco, ipse dicitur natus qui præstat ut alii nascerentur, ut nostram in se generationem transferret, & nos jam non ut terra tantùm abeamus in terram, sed ut cœlesti verbo conjuncti, ab eo ipso sublevemur in cœlum. Rectè igitur etiam alias corporis passiones in [d] semet transtulit, ut non ut homines, sed ut verbo adhærentes, [e] fieremus æternæ vitæ participes. Non enim jam juxta priorem generationem morimur in Adam, [f] sed nostra generatione & omni carnali fragilitate translata in verbum resurgimus [g] ex terra, soluta maledictione peccati propter eum qui pro nobis factus est maledictio.

Ejusdem de epistola ad Epictetum.

Quomodo autem vel dubitare ausi sunt qui dicuntur esse Christiani, si Dominus qui processit

[a] MVNDANA] id est, universali, ex universo mundo congregata. In codice 784. bibliothecæ Colbertinæ, qui est vetustissimus, legitur: *Explicit synodum mundanum, id est, universale, aput Calcedona.* Item codex 1868. ejusdem bibliothecæ, & ipse admodum vetus, ita habet ante canones Concilii Chalcedonensis: *Explicit Concilium mundanum id est universale.* Cicero lib. 5. Tusculanarum: *Socrates quidem cùm rogaretur cujatem se esse diceret, mundanum inquit. Totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.*

[b] ATHANASII] Hæc testimonia quæ sequuntur, desumpta ex libris Marii Mercatoris, inveni in codice 1868. bibliothecæ Colbertinæ.

[c] EX LIB. ADV. ARR.] Ita codices Vaticanus & Bellovacensis. Colbertinus hæc tantùm habet, *adversùs Arrium.*

[d] SEMET] Codex Colbertinus, *semetipsum.*

[e] FIEREMVS] Idem codex, *fieremur.*

[f] SED NOSTRA] Secuti hîc sumus auctoritatem libri Bellovacensis. Vaticanus habet, *sed nostram generationem*; Colbertinus, *sed juxta nostram generationem.*

[g] EX TERRA] Ita codices Vaticanus & Colbertinus; Bellovacensis habet *præterea.*

ex Maria, filius quidem sit Dei substantia & natura, carnaliter vero ex semine David & ex carne sanctæ Mariæ? Qui porrò adeo audaces fuerunt ut dicerent Christum, qui carne sit passus & crucifixus, non esse Dominum & Salvatorem & Deum & filium patris? Vel quomodo volunt se nominare Christianos qui dicunt in hominem sanctum quemadmodum etiam in unumquemque Prophetarum supervenisse verbum, ac [a] nos magis ipsum hominem factum cùm corpus sumpsisset ex Maria, [b] & alium esse Christum & alium Dei verbum quod ante Mariam & ante secula erat filius patris? Aut quomodo possunt esse Christiani qui dicunt aliud esse filium & aliud Dei verbum? *Item post alia.* Absit ut hæc putatione facta esse dicamus, ut nonnulli existimarunt. Nam verè homine facto salvatore, totius hominis facta est salus. Nam si putatione verbum fuisset in corpore, juxta quod illi dicunt, putatione autem quod dicitur tantùm phantasia quædam est, invenietur salus nostra & resurrectio hominum facta per [c] docesin, non veritate, juxta scelestissimum Manichæum. At verò si non per phantasiam salus nostra, nec corporis tantùm, sed totius hominis animæ & corporis salus est facta, humanum ergo natura quod ex Maria factum est juxta divinas scripturas & verum erat salvatoris.

Iulii sanctissimi Episcopi Romæ epistola ad Prosdocium.

Prædicatur autem ad consummationem fidei & incarnatus ex virgine Maria Dei filius, qui habitavit in hominibus, non in homine operatus. Hoc enim de Prophetis est & Apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu. Non duo filii, unus quidem naturalis filius qui adsumpsit hominem, [d] alter vero homo mortalis adsumptus à Deo, sed unus unigenitus in cœlo, unigenitus in terra Deus.

Felicis Episcopi sanctissimi Romæ & martyris ex epistola ad [e] Maximinum Episcopum & ad clerum Alexandriæ Ecclesiæ.

De incarnatione verò verbi & de fide, credimus in Dominum nostrum Iesum Christum natum ex virgine Maria. Hic enim est filius Dei æternus & verbum, & non ita homo à Deo adsumptus ut esset alius præter ipsum. Neque enim hominem adsumpsit Dei filius ut esset alius præter ipsum; sed cùm esset Deus perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

Theophili sanctissimi Episcopi Alexandriæ ex paschali epistola quinta.

Sunt enim nunc miraculorum veterum reliquiæ, ne parum credant quòd Dei virtus potest facere ut virgo pariat, in qua fuit vivum Dei verbum propter nostram similitudinem. Aliter enim nos adlo- qui proprius ipse non poterat; & nec ex voluptate & [f] somno, quemadmodum & in aliis hominibus, corpus accipiat, accepit ejus consimile, natus ex virgine, homo quidem apparens juxta nos & in forma servili, rebus verò probatur esse omnium artifex & dominus, opera faciens Dei.

Ejusdem ex epistola paschali sexta.

Quemadmodum summi artificum non in pretiosa tantùm materia vim suæ artis ostendunt, sed & si in luto vel cera solertiam suam demonstrent, multò magis videntur esse laudabiles, sic etiam Deus verbum, optimus omnium artifex, vivum efficax, qui ordinatione congrua cuncta composuit, non cælesti quadam corporis adsumpta materia ad nos venit, sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit, corrigens hominem qui est fictus ex luto, ipse ex virgine homo novus procedens, generationis quidem ratione dissimilis, aliis verò omnibus absque peccato similis nostri, natus; pannis involutus, lacte nutritus, infans in præsepio repositus, naturæ nostræ fragilitatem sustinens propter priores causas; sed cùm adhuc infans esset, satanam & ejus perterrefecit exercitum, magos provocans ad pœnitentiam, & eos armans ad contemptum ejus qui illos miserat Regis.

Cypriani sanctissimi Episcopi ex libro de misericordia.

Multa & magna sunt, fratres carissimi, beneficia divina quibus in salutem nostram Dei patris & Christi larga & copiosa clementia & operata sit & semper operetur, quòd conservandis ac vivificandis nobis pater filium misit ut reparare non posset, [g] quòdque filius missus est & hominis filius esse voluit ut Dei filios faceret. Humiliavit se, ut populum qui priùs jacebat erigeret. Vulneratus est, ut vulnera nostra curaret. Servivit, ut ad libertatem servientes extraheret. Mori sustinuit, ut immortalitatem mortalibus exhiberet.

Ambrosii sanctissimi Episcopi Mediolanensis.

Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti. *Postquam verò venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Filium*, inquit, *suum*, non unum ex multis, non communem, sed suum. Suum cùm dicit, generationis æternæ proprietatem signavit. Hunc postea factum ex muliere astruxit, ut factura non divinitatis sed adsumptionis corporis adscriberetur. *Factum ex muliere* per carnis susceptionem, *factum sub lege* per observantiam legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem, ista post legem.

Ejusdem.

Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quoniam regnum Dei, sicut scriptum est, non in

[a] NOS] Certum est heic legi debere *non*. Retinuimus tamen falsam lectionem, quia eam constanter præferunt omnia vetera exemplaria

[b] ET ALIUM] Codex Colbert. *non alium* Sed hæc lectio bona non est.

[c] DOCESIN] Servavit Mercator vocem Græcam. Δόκησις opinionem significat. Malè in codice Colbertino *diocesim*.

[d] ALTER VERO] Codex Colbert. *& unus homo naturalis adsumptus à Deo*

[e] MAXIMINUM] Ita codices Vaticanus & Bellovacensis. Colbertinus habet *Maximum* Quo etiam modo habet textus Græcus, & vetus interpres Concilii Ephesini in codice Colbertino & in editione Contiana. At in codice Turonensi & in Concilio Chalcedonensi scriptum est *Maximianum*.

[f] SOMNO] Translativè istud dictum est pro concubitu.

[g] QUODQUE] Ita vetera exemplaria Vaticanum & Colbertinum, nisi quòd *quoque* legunt pro *quodque*. Bellovacense habet, *Dei quoque filius &c.* Quæ lectio bona non est.

persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus locutionem divinitatis & carnis. Vnus in utroque loquitur filius, quia in eodem utraque natura est, & non in uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones: quia quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia verbum est; quasi homo quæ sunt humana, quia in [a] mea substantia loquebatur: *Hic est panis vivus qui de cœlo descendit.* Panis hic caro est, sicut ipse dixit: *Hic panis quem ego dabo, caro mea est.* Hic est qui descendit, hic est quem pater sanctificavit & misit in hunc mundum. Et ipsa littera docet nos sanctificatione non divinitatem eguisse, sed carnem.

Gregorii majoris Episcopi Nazanzi.

Non decipiant homines nec decipiantur, hominem carentem sensu existimantes dominicum, ut ipsi aiunt, immo verò Dominum nostrum & Deum. Non enim hominem à deitate separamus, sed unum eundemque adfirmamus, antea quidem non hominem sed Deum & filium duntaxat & ante secula sine corpore & omnibus corporalibus, postea verò & hominem adsumptum pro salute nostra, passibilem carne, impassibilem deitate, comprehensibilem corpore, incomprehensibilem deitate, eundem terrenum & cælestem, visibilem, & intelligibilem, capabilem, & qui capi non posset, ut perfectum hominem, eundem etiam Deum, ut homo totus repararetur, qui cecidit in peccatum. Si quis Mariam non existimet theotocon, procul est à divinitate. Si quis per virginem tamquam per fistulam transcurrisse ac non in ipsa formatum divina simul humanaque ratione, divina quidem quòd absque viro, humana verò quòd more partus, si quis formatum dicit hominem, postea Deum induisse, detestandus est. Neque enim generatio Dei hæc est, sed generationis fuga. Si quis duos filios inducit, unum quidem ex Deo patre, alterum verò ex matre, ac non unum eundemque, excidat adoptione quæ est rectè credentibus promissa. Gemina enim natura Deus & homo, quia & anima & corpus. Filii verò non duo, nec Dei. Neque enim hic duo homines sunt, licèt Paulus ita quod est intra hominem & quod est extra appellarit. Et si est breviter dicendum, aliud quidem & aliud ex quibus salvator, (Neque enim idem est visibile & invisibile, nec temporarium simile est ei quod est ante tempora) non alius verò & alius, absit. Nam utraque in commixtione sunt, Deus incarnatus & homo deitate sacratus, vel quoquo modo quis voluerit nominare. Aio autem aliud & aliud, contrà quàm est in trinitate. Ibi enim alius & alius est, ne substantias confundamus, non aliud verò & aliud. Vnum enim idemque tria sunt & similia deitate. Si quis tamquam in Propheta per gratiam operatum dicit, ac non per substantiam conjunctum & concretum, inanis sit divinæ operationis, immo plenus adversæ. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit & inter [b] theoctonos numeretur. Si quis ex operibus consummatum aut post baptisma aut post resurrectionem ex mortuis adoptionem meruisse dicit juxta paganos, qui [c] naperpapot inducunt, anathema sit. Quicquid enim oritur aut crescit aut consummatur non est Deus, etsi propter incrementum quod paulatim fit ita dicatur.

Basilii sanctissimi Episcopi Cæsareæ Cappadociæ primæ.

Neque tantùm cœlum & terra & æquorum latitudo, & quæ in aquis vivunt, nec terrestria animalia, nec stellæ, nec aër, nec horæ temporum, & elementorum varia diversaque ordinatio, virtutis ipsius eminentiam probare possunt quantum quòd potuerit Deus, qui capi non potest, absque carnis passione conjungi cum morte, ut nobis passione sua impassibilitatem donaret.

Gregorii sanctissimi Episcopi Nusæ.

Hoc, inquit, *sentite & de vobis quod etiam in Christo filio Dei; qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo, sed se exinanivit formam servi accipiens.* Quid in Deo servi forma pauperius? Quid in Rege humilius quàm ad participatum nostræ naturæ pauperrimæ voluntariè devenisse? Rex regnantium & dominus dominantium servilem formam induitur. Iudex omnium dominantibus tributum pensat, at dominus creaturæ deducitur in speluncam. Qui omnia comprehendit, cœnaculi non invenit locum, sed in præsepio mutorum animalium proicitur. Mundus & sincerus humanæ naturæ patitur sordem, & per omnem nostram gradiens paupertatem usque ad experimentum pervenit mortis. Videtis modum voluntariæ paupertatis. Vita mortem gustare dignatur, judex adducitur in judicium, vitæ omnium dominus subiit suffragium judicantis, Rex cœlestium principatuum manus carnificum non repellit. Ad hæc, inquit, exemplum humilitatis videat modum.

Attici Episcopi Constantinopoleos.

Hodie Christus Dominus clementiæ generationem suscepit. Nam divinæ dignitatis jam antea habuerat, & adjecit porrò clementiæ. Verbum exinanitur, quod natura exinanibile est. Se enim exinanivit formam servi accipiens. Incarnabilis in carne fit. Nam verbum caro factum est. Qui tractari non potest propter incorporalem naturam, contrectatur. Qui initium non habet, fit sub initio corporali. Perfectus crescit, invertibilis proficit, dives in cœnaculo fit. Qui comprehendit nubibus cœlum, pannis involvitur, Rex ponitur in præsepio.

Iconii Episcopi.

Nam quia idem est & Rex & Deus, & mortalitatem propter corporis dispensationem gustavit. Dona sunt argumenta mysterii. Aurum offerunt, agnoscunt enim Regem. Offerunt thus, Deus est enim cui offerunt. Adiciunt etiam myrrham propter eam quæ est in mysterio mortalitatem passionis.

Ejusdem.

Nam nisi ille fuisset carnaliter procreatus, tu

[a] MEA] Codex Colbert. *ejus*.
[b] THEOCTONOS] id est, inter Dei interfectores, ut explicat vetus interpres Concilii Ephesini.
[c] NAPARPAPOT] Ita codex Bellovacensis. Vaticanus habet ΠΑΡΕΓΓΡΑΠΤΟΣ. Vetus versio Concilii Ephesini, *panengraptos*, *id est*, *inscriptos*. Textus Græcus, *περεγγράπτους*. quod Peltanus vertit *adscriptitios*, vetus interpres synodi Chalcedon. *fictos*.

nunquam fuisses spiritaliter recreatus; & nisi ille sustinuisset formam servilem, nunquam tu adoptionis esses gloriam consecutus. Ideo in terram cœlestis ut tu terrenus reciparis in cœlum. Ideo Christus se evacuavit ut nos omnes ex ipsius plenitudine accipiamus. Illius mors tua immortalitas facta est. Domini passio servi facta est altitudo. Tu verò beneficium in blasphemiam rapis.

Attici Episcopi Constantinopoleos.

Siquidem dubium facit unigeniti incarnatio & virginis partus & communia passionum & patibulum & mors & passio, is doceatur & sciat hæc omnia causas fuisse salutis mundanæ, sed ne hæc quidem indigna esse divina clementia. Nam si turpe est Deo in virgine habitare, turpius etiam virginem facere. Si verò virginem fingere contumeliam esse non duxit, nec habitare in ea turpitudinem judicavit. Et si pati malum est, passionibus liberare quantum est? Igitur & mortuus est immortalis morte, & mortem morte damnavit, & resurrexit, resurrectionem largiens nobis. Et hæc omnia sustinet non natura deitatis, sed adsumptione carnis, deitate quidem manens intactus juxta suam naturam, omnia verò perferens & patiens ut vitæ æternæ nobis dux & auctor existeret.

[a] ACTIO DE CONFESSIONE CHARISII PRESBYTERI.

b [b] IVxta pissimorum augustissimorumque Principum Theodosii & Valentiniani congregata Ephesiorum metropoli ex omni propè orbe terrarum hac sanctissima synodo religiosissimorum Episcoporum omnium sanctarum Ecclesiarum & agente Concilium & decernente ut firma maneret fides exposita per spiritum sanctum à sanctis patribus qui tunc temporis Nicææ convenerant numero trecenti decem & octo, & disponente quæ ad hanc rem pertinerent competentibus modis, Charisius quidam nomine Presbyter & dispensator sanctæ Ecclesiæ Philadelphiæ civitatis adseruit quosdam ex Lydia oriundos hæreticos voluisse quidem suum errorem deponere, converti verò ad veritatis lumen & imbui catholicæ Ecclesiæ piis rectisque voluisse dogmatibus, deinde eos qui ad veritatem deducendi erant in pejorem inductos errorem & tamquam ex fovea in profundiorem foveam cecidisse. Adseruit namque Antonium & Iacobum habentes nomina Presbyterorum de Constantinopoli descendisse cum epistolis commendaritiis Anastasii cujusdam & Photii, qui tunc temporis hæretico Nestorio adhærebant, qui & ipsi nomina habebant Presbyterorum; & cùm deceat magis apostolicam & evangelicam fidei traditionem, quam etiam patres exposuerunt qui Nicææ convenerunt, eis præponi qui ab errore convertuntur in veritatem & qui è tenebris in lucem cupiunt pervenire, obtulisse nescio quam impiissimorum dogmatum expositionem tamquam ordine symboli compositam & ei subscribere illos miseros compulisse & in hoc omnem impietatis excessisse mensuram. Et ut hæc quæ dicta sunt possint evidentiùs apparere, infrà scriptus est etiam libellus oblatus à memorato Presbytero Charisio & impiæ illius & pessimæ fidei expositio de incarnatione unigeniti filii Dei cum subscriptione etiam illorum qui decepti sunt.

LIBELLVS CHARISII.

Sanctissimæ & Deo dilectæ synodo mundanæ quæ in Ephesiorum metropolim congregata est à Charisio Presbytero & dispensatore Ecclesiæ Philadelphiæ. Est quidem omnibus sapientibus exoptandum honorem debitum & convenientem patribus & maximè spiritalibus & præceptoribus semper deferre. Si verò contigerit ut hi qui docere debeant ea discentibus de fide garriant quæ aures omnium mentesque lædere possint, necesse est ordinem commutare & eos qui perversè docere contendant à discipulis magis redargui. Sed quoniam inter eos est Nestorius numerandus malæ suæ opinionis fructus decerpsit, & qui de fide Christi pessimè existimans & docens sæpe quæ eum docere non convenit, omnem orbem terræ conturbavit, adeo ut etiam pii Principes censere cogantur hanc vestram sanctissimam synodum convenire & rectæ fidei dogmata confirmare, quod etiam sua clementia Dominus Deus indulsit ut ob supradictam causam vos omnes huc, patres sanctissimi, conveniatis, hujus causa ego ad vestræ sanctitatis genua provolutus adfirmo quòd non solùm ipse Nestorius, verùm etiam impietatis ipsius particeps Anastasius & Photinus Presbyteri eandem etiam in aliis civitatibus fidem pessimam disseminari cupientes, Iacobo cuidam sui simili favorem præstiterunt & præstant, ad colloquii societatem eum adhibentes & mensæ, quem etiam per litteras tamquam orthodoxum gloriosissimis Lydiæ Episcopis commendarunt; qui talia admittit quæ sanctitatem vestram, si ea cognoverit, commovebunt justas in eum competentesque pœnas hæc ferre, necnon etiam in eos qui ei patrocinantur & favent. Nam cùm Philadelphiam civitatem Lydiæ adventasset, simpliciores quosdam Clericos decepit, & illam fidem spretam quam patres Nicææ ediderunt, fidei alteræ immo verò perfidiæ subscribere compulit, & hoc illi simplicitate sua facere & subscribere hoc modo: *Huic rectæ fidei adsentimur.* Quæ expositio hæreticæ blasphemiæ plenissima integra est cum subscriptione eorum quibus subreptum est; & quæso ut ea coram vestra sanctimonia recitentur, ut intelligatur quomodo illi rectam fidem vertere conati sunt, necnon etiam litteras supradictorum, per quas Iacobum quidem hæreticum, qui talia ausus est, orthodoxum esse testantur, me verò tamquam hæreticum communicatione & ministerio submoverunt pietatis dogmata retinentem, sicut in subditis apparebit. His etenim recitatis, sanctitas vestra comperiet qualia sint ea quæ illi adversùm rectam fidem scelera commiserunt, quæ per vestram sanctitatem penitùs destruet Deus.

CHARISII CONFESSIO.

Credo in unum Deum patrem omnipotentem, creatorem, omnium visibilium & invisibilium factorem, & in unum Dominum Iesum Christum filium ejus unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, similis cum patre substantiæ, qui propter nos & nostram salutem descendit de cœlis, incarnatus est, natus est ex sancta virgine, homo factus est, crucifixus

[a] ACTIO] Hunc titulum nos addidimus. Nullus enim extat in antiquis exemplaribus.

[b] IVXTA] In iisdem libris legitur. *Ius*, mendosè. Hinc nos effecimus, *Iuxta*.

Anno Christi 431. — Concil. Ephes.

est pro nobis, mortuus est, resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos; & in spiritum veritatis paraclitum, similis substantiæ cum patre & filio; & in sanctam Ecclesiam catholicam, & in remissionem mortuorum, [a] & in vitam æternam. Ego Charisius obtuli libellum, sicut suprà dictum est, & subscripsi manu mea.

Exemplum expositionis symboli transformati.

b [b] Symbolum Nestorianum.

QVisquis vel nunc primùm instituitur ecclesiasticorum dogmatum scientia, vel ex quolibet hæretico errore in veritatem desiderat commigrare, eum discere convenit & confiteri quòd credimus in unum Deum patrem æternum, qui neque postea cœpit esse, sed antea & semper erat Deus, neque postea factus est pater quod semper erat Deus & pater. Credimus autem & in unum filium Dei unigenitum ex substantia patris, ut certè filium, & ex substantia ejus cujus est & esse creditur filius. Et in spiritum sanctum, qui est ex Dei substantia; qui non est filius, sed Deus per substantiam, utpote ejusdem substantiæ cujus est Deus & & pater, ex quo est per substantiam. Nos enim, inquit, non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo, ab omni quidem creatura eum separans, Deo verò conjungens, ex quo est per substantiam præcipua quadam propriaque ratione præter omnem aliam creaturam; quam non ex substantia sed ex causa operationis à Deo credimus factam. Et neque filium putamus, neque per filium essentiam cepisse. Confitemur autem ipsum per se patrem perfectum sua persona, & filium simili modo, & item spiritum sanctum; salva manente nobis ratione pietatis, ut patrem & filium & spiritum sanctum non tres diversas substantias esse credamus, sed unam eandemque similitudinem deitatis. Scire autem convenit etiam de dispensatione quam pro nostra salute in Domino Christo Dominus Deus implevit, quòd Deus verbum hominem perfectum adsumpsit ex semine Abraham & ex David juxta prædicationem sanctarum scripturarum, ejus naturæ cujus & illi fuerant ex quorum semine erat, hominem natura perfectum, ex anima rationali & humana carne compositum; quem hominem nostræ naturæ consimilem spiritus sancti virtute in vulva virginis fictum, factum ex muliere, factum sub lege, ut omnes redimat à legis servitute, consecutos adoptionem quæ est olim repromissa, inæstimabiliter sibi conjunxit, & mortem quidem experiri more hominum fecit, suscitavit verò à mortuis, & evexit in cœlos, & sedere fecit ad dexteram Dei. Vnde cùm sit supra omnem principatum & potestatem & dominationem & supra omne nomen nominandum, non in hoc tantùm seculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura accepit venerationem ei tribuente. Et neque duos dicimus filios neque Dominos, quorum unus filius per substantiam Deus verbum unigenitus filius patris, cui iste conjunctus, & habens filietatis participatum, etiam filii appellatione communicat, & Dominus per substantiam est Deus verbum, cui iste conjunctus honori communicat. Et propterea neque duos dicimus filios neque duos Dominos: quia cùm sit manifestus is qui est per substantiam Dominus & filius, inseparabilem habens cum eo conjunctionem, hic quoque qui pro nostra salute adsumptus est, conferertur, idest, συναναφέρεται, nuncupatione filii & Domini, non quemadmodum unusquisque nostrum, qui per se ipsum filius est, (unde & multi filii juxta beatum dicitur Paulum) sed solus is habens præcipuam conjunctionem ad Deum verbum, filietatis dominationisque particeps, adimit quidem opinionem duorum filiorum & dominorum, præbet verò nobis conjunctionem ad Deum verbum omnem habere de eo fidem & opinionem; pro quibus & venerationem, utpote Dei relatio, ab omni accipit creatura. Vnum igitur dicimus filium & Dominum Iesum Christum, per quem omnia facta sunt; primitus quidem Deum verbum intelligentes, qui est per substantiam filius Dei & Dominus; deinde inducentes etiam adsumptum filium de Nazareth, quem unxit Deus spiritu & virtute quasi conjunctione ad Deum verbum verbum filietatis dominationisque participem; qui etiam secundus Adam juxta beatum Paulum vocatur, quasi ejusdem quidem naturæ qua Adam, demonstrans autem nobis statum futurum, & quis tantam ab illo habet differentiam quanta esse debeat inter eum qui futuri status arcana bona subministravit & inter illum qui præsentium malorum dedit initium. Simili modo etiam secundus homo vocatur, quasi qui secundum statum nobis monstrarit, quoniam prioris status princeps fuit Adam illius mortalis & passibilis & omnium dolorum plenissimi, in quo etiam similitudinem ipsius accepimus. Secundum verò monstravit nobis Dominus Iesus, qui de cœlis in futurum apparens, omnes nos in communionem suam perducet. *Primus enim homo*, inquit, *est ex terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis*, id est, inde venturus ut nos omnes ad similitudinem sui perducet. Vnde infert: *Qualis terrenus, tales etiam terreni: & qualis cælestis, tales etiam cælestes. Et sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* In eo apparens & in eo omnibus conspicienda qui judicandi sunt occulta & invisibilia faciet judicium divina natura. Tempora enim ignorantiæ despiciens Deus, nunc adnuntiat hominibus ut omnes pœnitentiam agant, eò quòd statuit diem in qua judicaturus est orbem in viro quem statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Hæc est ecclesiasticorum dogmatum adsertio; & quisquis contra hæc credat, anathema sit. Quisquis non accipit salutarem pœnitentiam, anathema sit. Qui sanctum diem Paschæ non facit juxta morem catholicæ Ecclesiæ, anathema sit.

Budius Vinici Philadelphous Tessaresce decatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, in qua antè errabam, & assentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam D D. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Et si quid ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitatæ mihi expositioni subscripsi per

[a] Et in vitam] Ita codex Vaticanus. Bellovacensis habet, & vitam. Vide suprà in antiqua versione Concilii Ephesini pag. 531.

[b] Symbolum Nestor.] à Theodoro Mopsuesteno compositum, ut scribitur in collatione 4. & 6. Concilii Quinti. Vide Facundum lib. 3. cap. 2. & 5.

Esycum Philadelphium curialem, propterea quod litteras nescirem.

Esytius Cerdanepi Philadelpheus curialis Tessarescædecatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, & adsentio supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Rufinus Philadelpheus Tessarescædecatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, & adsentio cum omni familia suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem labefactavero, subjacebo cum omni familia legum severitati. Et recitata mihi expositione explicita, subscripsi meo arbitrio & voluntate.

a Eugenius [a] Disphiladelpheus Tessarescædecatites agnovi cum omni familia veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et assentio cum omni familia suprascriptæ expositioni rectæ fidei. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo cum omni familia legum severitati. Recitata mihi & placita expositione, subscripsi manu mea.

b Faustinus laicus [b] Disphiladelpheus Tessarescædecatita agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, in qua antè errabam. Et assentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans etiam eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem sanctæ catholicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitata mihi expositione, accessi cum omni familia, & subscripsi manu mea.

c Damalius & Alexander per manum [c] Euprepii filii Theodori reverentissimi Diaconi agnovimus orthodoxiam, & rogavimus sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessimus ad catholicam Ecclesiam, anathematizantes omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, in qua antè errabamus, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata nobis expositione, juravimus per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis & per victoriam & salutem Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum nihil ex suprascriptis labefactaturos. Et credentes cum familiis nostris subscripsimus.

Fl. Nymphidianus Disphiladelpheus scholasticus omnibus dogmatibus & moribus Tessarescædecatitarum, qui non admittunt dogmata orthodoxorum, renuntio, & profiteor communicare fidei orthodoxorum in omnibus, & eam admittere.

d Polychronius Tatiani & Philadelpheus per manum Fl. Esyci [d] Cerdalibeli Philadelphei curialis, propterea quòd tardè scriberem, agnovi orthodoxiam, & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium accessi ad catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim & maximè Tessarescædecatitarum, in qua antè errabam, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata mihi expositione, juravi per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis & per victoriam & salutem Dominorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum nihil me ex suprascriptis labefactaturum. Et credo cum omni familia, & placent mihi omnia suprascripta. Polychronius mutuatus sum manum [Esycii.]

Eustathius Marcelli Philadelpheus aurifex Tessarescædecatitarum agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Theophanium Episcopum, accessi meo arbitrio & voluntate ad sanctissimam Dei & catholicam & orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid ex suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi manu mea.

e Eutytius [e] Disphiladelpheus agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi meo arbitrio & voluntate ad sanctissimam Dei & catholicam & orthodoxam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem Christi amantium Principum Fl. Theo-

[a] DISPHILADALPHEUS] Ita vetera exemplaria quibus utimur. Editiones Græcæ & Latinæ habent simpliciter *Philadelphiæ*. quibus consentiunt manuscripti codices bibliothecæ regiæ, & vetera exemplaria antiquæ versionis. At in antiqua Concilii Chalcedonensis interpretatione Latina legitur *secunda Philadelphia*. quod ostendit istam lectionem Marii Mercatoris esse antiquam. Hæc Philadelphia fuit in Lydia. Alterius, quæ fuit in Arabia, meminit Ammianus Marcellinus lib. XIV.

[b] DISPHILAD] Ita rursum vetera exemplaria Mercatoris. In Concilio Chalcedon. *secunda Philadelphia*.

[c] EUPRAPII] Hanc lectionem confirmant codices manuscripti antiquæ versionis Concilii Ephesini. Verùm in Græcis exemplaribus & in Concilio Chalcedonensi legitur *Eutropii*.

[d] CERDALIBELI] Hæc est lectio veterum librorum Marii Mercatoris. Vetus versio Concilii Ephesini *Cerdali* simpliciter. In Chalcedonensi, *& danibeli*. Editiones habent *Cerdanepi*.

[e] DISPHILAD.] In Græco est διὰ Φιλαδέλφου, quod editores Romani verterunt, *per Philadelphum* malè. Concilium Chalcedonense heic quoque habet *secunda Philadelphia*.

ANNO CHRISTI 431

CONCIL. EPHES.

dosii & Fl. Valentiniani perpetuotum augustorum, si quid ex his suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Statonicus Emonii Philadelpheus Tessarescædecatites agnovi otthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi per nepotem meum Alexandrum, propterea quòd litteras nescirem.

Theodoterus & Alexander & Philadelpheus subscripsimus per unum ex nobis Alexandrum, & agnovimus orthodoxiam;& rogantes sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessimus ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxam Ecclesiam. Et anathematizavimus omnem hæresim, & maximè eorum qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravimus per sanctam trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de suprascriptis labefactaverimus, subjacere nos legum severitati. Et recitata nobis hac expositione, subscripsimus.

Marinus Evethi per manum Neotii lectoris orthodoxorum agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et anathematixo omnem hæresim, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, & juravi per venerabile jusjurandum si quid de suprascripris labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi.

Padicius Philadelpheus subscripsi manu mea, & agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciont sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi manu mea.

Cyriacus Philadelpheus, unus de hæresi Novatianorum, agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematixans omnem hæresim, & maximè Catharon. Et juravi per venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi per Eusebium [a] Galliopistri.

Eusenius Philadelpheus [b] nauta agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam orthodoxorum Ecclesiam, anathematixans [c] omnem hæresim. Et juravi per venerabile jusjurandum nihil me de suprascriptis labefactare. Et subscripsi manu mea.

Diomedes habitans in vico Caccaba agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi voluntate mea ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam orthodoxorum, anathematixans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, & in qua antea errabam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per victoriam & per pietatem Dominorum perseveraturum me in suprascriptis & nihil labefacturum & in omnibus servaturum orthodoxorum fidem. Et si fuero deprehensus labefactans aliquid de placitis, subjacebo legum severitati. Et audita expositione, subscripsi manu mea.

Iulianus [d] Disphiladelpheus agnovi orthodoxiam, & accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematixans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum. Et juravi venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et [e] ægrotans subscripsi per Martyrium lectorem.

[f] Eutychius de vico Aulacis, primus Tessarescædecatitarum hæreseos, agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum [g] Episcopum Iacobum & reverentissimum Presbyterum & dispensatorem Charisium, accessi ad sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematixans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, in qua antè errabam; & assentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematixans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicæ sanctæ Ecclesiæ. Et juravi per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid vero de suprascriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Patricius Presbyter de vico Patazioxili per manum Maximi compresbyteri, eò quòd litteras nescirem, agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogavi religiosissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Presbyterum Charisium, & rogavi quàm maturiùs communicare sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ orthodoxorum; & anathematizo omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem Ecclesiæ. Et juravi

[a] GALLIOPISTRI] Sic habent vetera exemplaria Marii Mercatoris. In Concilio Chalcedonensi legitur, *Syrum Caliopium*.

[b] NAUTA] Hæc est lectio codicum Marii Mercatoris & veteris interpretis Concilii Ephesini. At in Concilio Chalcedon. *Novatianus*. In Græco, *Ναυατιανός*.

[c] OMNEM HÆRESIM] In Concilio Chalcedonensi additur, *præcipuè autem Novatianorum. Et consentio cum omni domo mea præscripta expositioni catholicæ fidei. Et juravi venerabili sacramento sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Dominorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum. Si autem aliquid horum prævaricatus fuero, subjacere me cum omni domo mea legum severitati. Et perlecta mihi expositione, & complacens, subscripsi manu mea.* Quo loco Rusticus Diaconus annotat hanc additionem non haberi in codicibus Græcis, in quibus etiamnum hæc tantùm habentur quæ versa sunt à Mercatore. Vide infrà in fragmentis.

[d] DISPHILADELPH.] Concilium Chalcedon. *secunda Philadelphia*.

[e] ÆGROTANS] In eodem Concilio, *complacens*.

[f] EUTYCHIUS] Idem Concilium. *Eutychius Chorepiscopus Aulacæ, princeps Quartodecimanorum hæreseos*.

[g] EPISCOPUM] Ibid. *Chorepiscopum*.

per

per sanctam & vivificam trinitatem & per pietatem & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de his labefactavero, subjacere me legum severitati.

Zenon de territorio Sagati [a] pocta Tessarescædecatitarum hæreseos agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Chorepiscopum Iacobum & reverentissimum Presbyterum & dispensatorem Charisium, accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maximè Tessarescædecatitarum, in qua antè errabam. Et assentio superscriptæ expositioni orthodoxorum, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem de suprascriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Hanc manum ei commodavit Flavius Palladius, quòd præsens litteras nesciret.

His igitur recitatis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere præter illam quæ constituta est à sanctis patribus qui Nicæa in sancto spiritu convenerunt, illos verò qui audeant fidem alienam vel componere vel proferre volentibus convertere ad agnitionem veritatis ex paganismo, sive ex Iudaismo sive ex aliqualibet hæresi, eos, sive Episcopi sint aut Clerici, alienos esse Episcopos episcopatu, Clericos clericatu; si verò laici sint, anathema esse. Simili modo si qui deprehensi forent, sive Episcopi, sive Clerici, vel laici, vel credentes vel docentes ea quæ scripta sunt in expositione quæ à Charisiò Presbytero prolata est de incarnatione unigeniti filii Dei aut certè scelerata & perversa Nestorii dogmata, quæ etiam infrà scripta sunt, eos subjacere sententiæ sanctæ & mundanæ synodi; ut sit perspicuum Episcopum quidem alienum futurum episcopatu & fore depositum, Clericum verò simili modo à clericatu summovendum; si verò laicus sit, & eum fore anathema, sicut suprà dictum est.

Ex libro ipsius Nestorii, ex quaternione XVI. *dogmate.*

Quotiens igitur sancta scriptura dictura est vel generationem Christi ex beata virgine vel mortem, nusquam Deum dicit, sed aut Christum aut Iesum aut Dominum; quoniam hæc tria naturas indicant duas, modò hanc, modò illam, modò utramque. Est autem tale quod dico. Quotiens nobis generationem ex virgine scriptura commemorat, quid dicit? *Misit Deus filium suum.* Non dicit: *Misit Deus verbum.* Sed utitur eo nomine quod naturas indicat duas. Quia enim filius homo est & Deus, dicit, *Misit Deus filium suum factum ex muliere*; ut si audieris factum ex muliere, videas etiam nomen positum quod naturas indicat duas, ut generatione quidem ex beata virgine filium voces. Filium enim peperit Dei virgo Christotocos. Quoniam verò filius Dei duplex est in naturis, peperit quidem filium Dei, sed peperit hominem qui est filius propter conjunctum filium.

Ejusdem ex quaternione XXI.

Vide quid accidat, hæretice. Non invideo nomen virgini Christotoco. Fateor enim reverendam eam esse quæ [b] conceperit Deum, per quam transierit dominus omnium, per quam justitiæ sol inluxerit; sed porrò suspicor plausum quomodo hoc quod dixi *transierit* acceperitis. Non dixi *transiit* pro eo quod est natus. Neque enim tam citò meorum egomet obliviscor. Transisse Deum per virginem [illegible] à scriptura perdoctus sum, natum [verò Deum ex ipsa nunquam didici.] Nusquam divina scriptura Deum ex virgine Christotoco asserit natum, sed Iesum Christum, filium, Dominum. Hæc omnes confiteamur. Quæ enim docuit divina scriptura qui non statim accipit, miser est. *Surge & accipe puerum & matrem ejus.* Hæc angelorum vox est, immo tua. Fortasse generationem ipsius noverant archangeli. *Surge & accipe puerum & matrem ejus.* Non dixit: *Surge, & accipe Deum & matrem ejus.*

Ejusdem ex quaternione XIX.

Quid igitur dicebamus? *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est.* Sive natum sive factum dixerimus, sensui nihil nocet. *Quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto est.* Si dixerimus quòd Deus verbum natum est in utero. Est enim aliud simul esse cum nascente, aliud nasci. *Quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto est*, hoc est, spiritus sanctus creavit id quod est in ea. Viderunt igitur patres, utpote scientes sanctarum scripturarum, quòd si eum qui incarnatus est natum dixerimus, invenietur Deus verbum [c] creatura spiritus sancti, aut duos patres habens. Si verò factum dixerimus, invenietur Deus verbum creatura spiritus sancti. Fugientes igitur generationis dictionem, dixerunt ita: *Qui descendit propter nostram salutem & incarnatus est.* Quid est *incarnatus?* non conversus à deitate in carnem. Quod dixit *incarnatus ex spiritu sancto*, secutus est evangelistam. Nam cùm evangelista venisset in [illegible], fugit generationem de verbo dicere, & dixit incarnationem. Audi ubi: *Et verbum caro factum est.* Non dixit verbum per carnem factum. Vbi enim aut Apostolus aut evangelistæ filii faciunt mentionem, non dicunt natum ex muliere. Adverte quæso ubi dicunt nomen filii, & quod natum est ex muliere, dicunt natum; ubi verò verbi faciunt mentionem, nemo audet dicere generationem per humanitatem. Audi beatus Iohannes evangelista cùm venisset in verbum [&] [illegible] ejus, audi quid dicat: *Verbum caro factum est*, hoc [est,] adsumpsit carnem; & *habitavit in nobis*, hoc est, nostram induit naturam; *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ip-*

[a] Porta] Ita codices Vaticanus & Bellovacensis, nisi quòd primus habet *portha*. In codice 124. bibliothecæ regiæ scriptum est hoc loco [illegible], nullo sensu. Ex ea tamen aut simili lectione orta est vox quam exhibent exemplaria Marii Mercatoris. In antiqua versione Concilii Ephesini suprà pag. 515. *Pabata.* Codex Iustelli à Labbeo citatus in margine pag. 681. tomi tertii Conciliorum, *poeta*. Auctor antiquæ versionis Concilii Chalcedonensis utebatur codice in quo nihil istiusmodi extabat. Fortè legendum est [illegible] De qua voce vide Marcam lib. 2. de concord. cap. 13. extremo.

[b] Conceperit] Secuti heic sumus exemplar Bellovacense. Nam in Vaticano legitur, *peperit*. In Concilio Chalcedonensi & in versione Peltani, *suscepit*.

[c] Creatura] Ita codex Bellovacensis. Vaticanus habe *aut filius*, quod idem est.

Anno Christi 431. Concil. Ephes.

sus, filii. Non dixit: *Vidimus generationem verbi.*

Ex quaternione XV.

Ita etiam Christum secundùm catnem propter conjunctionem quam habet cum Deo verbo, Deum nominamus, scientes esse hominem qui apparet. [a] Audi utraque Paulum prædicantem. *Ex Iudæis*, inquit, *Christum secundum carnem, qui est supra omnes Deus.* Priùs hominem confitetur, deinde conjunctione ad Deum dicit Deum eum qui apparet, [ne] quis Christianitatem hominis putet esse cultricem.

Ejusdem ex quaternione XXVII.

Sed quemadmodum dicebamus Deum omnium opificem & Deum Mosen, *Deum enim*, inquit, *posui te Pharao*, & filium Dei, *Filius enim*, inquit, *primogenitus mihi Israhel*, & quemadmodum dicimus Christum Saul, *Non enim*, inquit, *imponam manum meam super ipsum, quòd Christus Dominus est*, similiter & Cyrum, *Hæc dicit*, inquit, *Dominus Christo meo Cyro*, & Babylonium sanctum, *Ego enim*, inquit, *præcipio ipsis sanctificatis, & ego duco ipsos*, ita dicimus & Dominum Christum & Deum & filium & sanctum; sed communio quidem [b] omnium similis est, dignitas verò non eadem.

Ejusdem ex quaternione XV.

Hoc autem sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, se exinanivit formam servi accipiens. Non dixit, *Hoc sentite in vobis quod & in Deo verbo, quod cùm in forma Dei esset, formam servi accepit.* Sed cùm dicat Christum quasi duarum naturarum appellatione, sine periculo eum & formam servi quam accepit & Deum nominavit, cùm ea sine peccato dicatur de naturarum duplici & separabili ratione.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Vt in nomine, inquit, *Iesu omne genu flectatur cœlestium & terrenorum & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.* Propter illum qui portavit, eum qui portatus est colo. Propter invisibilem veneror eum qui apparet. Nunquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem.

Ejusdem ex quaternione XVII. *de dogmate.*

Erat quidem Deus verbum & ante incarnationem filius & Deus cum patre. Sumpsit verò novissimis temporibus servi formam. Sed cùm sit & antea filius, & ita vocatur post adsumptionem. Non potest vocari divisus filius, ne duos filios constituamus. Sed quia illi conjunctus est qui erat à principio filios, non potest secundùm dignitatem [c] filietatis, aio, non secundùm naturas. Propterea & Christus Deus verbum nominatur, quia habet conjunctionem cum Christo perpetuam.

Ejusdem ex quaternione XV.

Inconfusam igitur servemus naturarum conjunctionem, confiteamur in hominem Deum, colamus quadam divina conjunctione cum Deo omnipotenti coadorandum hominem.

Ejusdem ex quaternione VI.

Considerate & quid his contistiò inferatur, *Vt misericors*, inquit, *fieret & fidelis Pontifex ad Deum, qui in eo quod passus est ipse tentatus, potens est illi qui tentatur auxiliari.* Ergo qui passus est, Pontifex misericors. Passibile autem templum vivificus Deus templi ejus quod passum est.

Ejusdem ex quaternione XVII.

Vt sciatis, *inquit*, quanta erat conjunctio deitatis, cùm etiam in infante caro dominica cerneretur. Erat enim idem infans & infantis dominus. Laudastis vocem; sed nolite eam parum rimosè laudare. Dixit enim quòd idem erat infans & habitator infantis.

Ejusdem ex quaternione I.

Communes enim sunt trinitatis operationes & tantùm substantiis dividendæ. Vnigeniti verò præclara gloria aliquando patri adsignatur, *Est enim*, inquit, *pater meus qui clarificat me*, aliquando spiritui, *Spiritus enim*, inquit, *veritatis clarificavit me*, aliquando Christi potestati.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Hic est qoi dicit: *Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Hic est qui tridui gustavit mortem. Adoro veró eum cum deitate, quasi divinæ auctoritatis cooperationem. *Et post alia.* Propter illum qui portavit eum qui portatus est colo, & propter occultum veneror apparentem. Nonquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego ab eo honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem. Non est Deus ipse per se qui est fictus ex spiritu, non Deus ipse per se qui est sepultus in monumento. Nam si ita esset, essemus certè hominum mortuorumque cultores. Sed quia in adsumpto Deus est, ex eo qui adsumsit is qui adsumptus est, quasi assumenti conjunctus, nuncupatur Deus.

Ejusdem ex quaternione tertio in hæreticis, cùm de spiritu diceret.

Quomodo enim sit servus, *inquit*, qui cum filio ôperatur & patre? Et si quis requirat opera spiritus, inveniet ea non distantia operibus patris & filii; non quia una deitas dividatur; sed quia divina scriptura ea quæ sunt unius virtutis singulis substantiis dispertiat, ut trinitatis similitudo ex temporibus operum cœperit, Deus verbum factum est caro & habitavit in nobis, considere sibi

[a] AVDI VTRAQVE] Ita nos emendavimus ope Græci textus & veteris versionis Concilii Ephesini. Nam in exemplaribus Marii Mercatoris legitur, *Audituraque.* In Concilio Chalcedonensi, *Audi itaque.*

[b] OMNIVM] Quamvis legendum heic esse *nominum* moneant textus Græcus & antiqua versio Concilii Ephesini, nihil mutare volumus, quia hæc lectio constans est in duobus exemplaribus Marii Mercatoris & in codice Ioliano versionis antiquæ Concilii Chalcedonensis. In Corbeiensi scriptum est *nominum*, ut & in editione Crabbiana & ceteris.

[c] FILIETATIS] Hic locus est mutilus. Vide suprà pag. 474.

fecit adsumptum hominem pater. *Dixit* enim *Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam.* Ejus qui adsumptus est gloriam clarificavit spiritus. *Quando enim venerit spiritus veritatis, ipse me clarificabit.*

Ejusdem ex quaternione VI.

Cùm de Christo diceret quòd missus esset denuntiare captivis remissionem, quasi Apostolus addidit hoc etiam & dixit: *Hic qui fidelis factus est Pontifex.* Factus est enim hic, non perpetuò antea fuerat. Hic qui paulatim in Pontificis profecit, hæretice, dignitatem. Audi vocem tibi hoc evidentiùs declamantem. *Qui in diebus*, inquit, *carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui posset salvum à morte facere cum clamore valido & lachrymis offerens, & exauditus pro sua reverentia, quidem cùm esset filius, didicit ex illis quæ passus est obedientiam, & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* Consummatur autem id quod paulatim proficit, hæretice. De quo etiam & Iohannes in evangeliis clamat: *Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia.* Quibus congruè etiam Paulus dicens, *Consummatus*, inquit, *factus est obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex secundum ordinem Melchisedech.* ET POST ALIA. Pontifex, *inquit*, vocatur. Quur igitur diversa sentis Paulo? Quur impassibilem Deum verbum corpore terreno commiscens, passibilem Pontificem facis?

Ejusdem ex quaternione VII.

Vnde, fratres, sanctæ vocationis cælestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum fidelem ei qui fecit ipsum. ET POST ALIA. Cùm sit igitur nobis hic solus Pontifex, condolens sive cognatus & firmus, de cjus fide nunquam depellamini. Ipse enim nobis ex promissa benedictione ex semine Abrahæ missus est, utpote pro se & suo genere corporis sacrificium offerens. Notandum quòd confiteatur omnem Pontificem sacrificio indigere, & cùm excipiat Christum quasi non indigentem, in his inquit eum pro se offerre & gerere sacrificium.

[a] *Ejusdem ex quaternione.*

Audite igitur & dicta diligenter inspicite. *Qui manducat*, inquit, *carnem meam.* Memento quòd de carne dicamus, & quòd non à me carnis nomen fingitur, ne videat illis falsus interpres. *Qui manducat*, inquit, *carnem meam & bibit sanguinem meum.* Numquid dixit: Qui manducat deitatem meam, & qui bibit deitatem meam? *Qui manducat carnem meam, & qui bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso.* ET POST ALIA. Sed ad * procimenum veniamus. *Qui manducat carnem meam, & bibis sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso.* Mementote quòd de carne dicamus. *Sicut misit me vivus pater*, me qui appareo. Sed fortasse ego non rectè interpretor. Videamus ex his quæ sequuntur. *Sicut misit me vivus pater.* Ille dicit deitatem, ego humanitatem. Videamus qui sit pravus interpres. *Sicut misit me vivus pater.* Hæreticus dicit quòd deitatem hic misit me Deum verbum. *Sicut misit me vivus pater*, juxta illos, *& ego vivo* Deus verbum propter patrem. Quid postea. *Qui manducat me, & ille vivet.* Quid manducamus? Deitatem, an carnem?

* προοίμιον.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Et tamen, *inquit*, si totum novum scrutatus fuerit testamentum, nusquam in eo invenias mortem Deo adsignatam, sed aut Christo, aut filio, aut Domino. Nam Christus & filius & Dominus, cùm de unigenito à sancta scriptura dicitur, naturas duas ostendit, & aliquando significat deitatem, aliquaudo humanitatem, aliquando utrumque. Vt cùm Paulus scribens prædicat, *cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*, humanitatem significat filii. Porrò cùm idem dicat ad Hebræos, *Deus loquutus est nobis in filio, per quem & secula fecit*, deitatem filii significat. Neque enim caro fecit secula, quæ post multa secula facta est. ET POST ALIA. Non deitas fratrem habuit Iacobum, nec Dei verbum denuntiamus mortem dominicum sanguinem & corpus manducantes.

Ejusdem ex quaternione. [b]

Video, *inquit*, populum nostrum habere ingentem reverentiam & ardentissimam pietatem, sed in dogmate [c] theognosiæ ignorantia labi. Id autem non esse crimen populi, sed ut honestè dicamus, non habuisse retro doctores tempus accuratè vobis dogmata demonstrandi.

[d] Ecce hic planè confitetur neminem ante se talia populo prædicasse.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ subscripsi.
Arcadius Episcopus & Legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Iuvenalis Episcopus Ierosolymorum subscripsi.
Projectus Episcopus Legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Philippus Presbyter sedis apostolicæ & legatus subscripsi.
Firmus Episcopus Cæsareæ subscripsi.
Theodotus Episcopus Ancyræ subscripsi.
Berenianus Episcopus Pergeorum metropoleos subscripsi per Timotheum Episcopum.
Severus Episcopus Synnandon subscripsi.
Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi.
Iconius Episcopus Cortines Cretes subscripsi.
Mennon Episcopus Ephesi subscripsi.
Reginus Episcopus Constantiæ Cyprius subscripsi.
Acacius Episcopus Militensis subscripsi.
Palladius Episcopus Amasiæ subscripsi.
Herennianus Episcopus Myron subscripsi.
Valerianus Episcopus Iconii subscripsi.
Pius Episcopus Pissinuntiorum metropoleos subscripsi.
Cyrus minimus Episcopus Aphrodisiados subscripsi.
Amphilocius Episcopus Sidenorum metropoleos subscripsi.

[a] EIUSD. EX QV.] Ita tantùm in antiquis exemplaribus Marii Mercatoris. Rectè tamen heic quartum numerum addidit Garnerius, cùm & in Græco textu reperiatur & in antiquis versionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis.

[b] Deest in exemplaribus Marii Mercatoris numerus istius quaternionis. Garnerius addidit numerum XXII. quia secutus est textum Græcum. Vide quæ dicta sunt suprà pag. 477.

[c] THEOGNOSIA] Θεογνωσίας, quod vetus interpres synodi Ephesinæ vertit *pietatis dogma*, vetus interpres Concilii Chalcedon. *divina scientia*.

[d] Ecce] Hæc verba sunt Petri Presbyteri Alexandrini, ideoque divellenda fuerunt à superioribus. Vide suprà pag. 477.

Anno Christi 431

Concil. Ephes.

Mæonius Episcopus Ecclesiæ quæ est Sardibus Lydiæ subscripsi.
Hellanicus Episcopus Chrodisus subscripsi.
Dalmatius Episcopus Cyzyci subscripsi.
Flavianus Episcopus Philipporum subscripsi.
Aristonicus Episcopus Laodociæ subscripsi.
Patalius misericordia Dei Episcopus Andrapon subscripsi.
Olympius Episcopus Claudiopoleos subscripsi per Episcopos Epiphanium & Therfebium.
Dinastus Episcopus Nicopoleos Epiticus subscripsi.
Domninus Episcopus civitatis Curiæ subscripsi.
Eustasius Episcopus civitatis Docimi subscripsi.
Epiphanius Episcopus Gratiæ subscripsi.
Gregorius Episcopus Cæsaratuntris subscripsi.
Helladius Episcopus Cadramiti subscripsi.
Anisius Episcopus civitatis Thebarum Græciæ subscripsi.
Domninos Episcopus civitatis Opunti subscripsi.
Callicrates Episcopus civitatis Magnerensium subscripsi.
Nirius Episcopus civitatis Magnarensium subscripsi.
Callinicus Episcopus Apamiæ subscripsi.
Petrus minimus Episcopus civitatis Prutes subscripsi.
Euprepius Episcopus Byses subscripsi.
Dio Episcopus civitatis Thebarum subscripsi.
Perebius Episcopus saltuum Thessalonicensium subscripsi.
Paulus Episcopus civitatis Anthedonis subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Aninesiorum subscripsi.
Eusebius Episcopus Heracliæ subscripsi.
Iohannes Episcopus Lesbi Selenicatorum subscripsi.
Theonas Episcopus civitatis Hierbæ subscripsi.
Sinecion Episcopus Codrinæ civitatis subscripsi.
Tribonianus Episcopus Ecclesiæ quæ est in Primopoli subscripsi.
Martyrius Episcopus civitatis Illistron subscripsi.
Nesius Episcopus Corybrasi subscripsi.
Acacius Episcopus Cotconensus subscripsi.
Ablabius Episcopus civitatis Amorii subscripsi.
Heracleon, qui & Theopanius, Episcopus Trallion subscripsi.
Philipus Episcopus Pergami subscripsi.
Daphnus Episcopus civitatis Magnesiæ Mæandri subscripsi.
Eusebius Episcopus Magnesiæ civitatis Sipili subscripsi.
Anderius minimus Episcopus Cherronensi subscripsi.
Paulus minimus Episcopus civitatis Lampenes subscripsi.
Eutropius Episcopus minimus civitatis Evazon subscripsi.
Severus minimus Episcopus provinciæ Pisidiæ civitatis Sozopoleos subscripsi.
Silvanus Episcopus civitatis Chæretapon subscripsi.
Commodus minimus Episcopus Tripoleos subscripsi.
Constantius Episcopus civitatis Diocletianorum subscripsi.
Nestorius Episcopus Sponsus subscripsi.
Aphobius minimus Episcopus Coloe subscripsi.
Phoscus Episcopus civitatis quæ est in Thyatireno subscripsi.
Paulus Episcopus Daldianorum subscripsi.
Limenius Episcopus civitatis Ertenorum subscripsi.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

Dorotheus Episcopus civitatis Myrenes subscripsi.
Theodorus Episcopus Attaliæ subscripsi.
Aphonetus minimus Episcopus Heracleoranorum Lamrupoleos subscripsi.
Spudasius minimus Episcopus Cerami subscripsi.
Philetus minimus Episcopus Amizonis subscripsi.
Docimasius Episcopus civitatis Maronię subscripsi.
Ennepius Episcopus civitatis Maximianupoleos subscripsi.
Euthalius Episcopus civitatis Colophoniæ subscripsi.
Lucianos Episcopus civitatis Toperi subscripsi.
Rufinus Episcopus civitatis Gaborum subscripsi.
Romanus Episcopus civitatis Raphiæ subscripsi.
Phidus Episcopus * Præ subscripsi.
Esicius Episcopus civitatis Parii subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Termæ & Eudociados subscripsi.
Eucharius Episcopus civitatis Direci subscripsi.
Evagrius Episcopus civitatis Selorum Cypri subscripsi.
Nectarius Episcopus civitatis Nasorum subscripsi.
Agathocles Episcopus civitatis Coroniæ subscripsi.
Ianes Episcopus Cicazonis subscripsi.
Ædesius Episcopus Syndorum subscripsi.
Secundianus Episcopus civitatis Calamiæ subscripsi.
Nunechius Episcopus civitatis Elegen subscripsi.
Maridianus Episcopus Coracessii subscripsi.
Cyrillus Episcopus Cælorum subscripsi per manum Hellesponti Presbyteri.
Sapritius Episcopus Paphi Cypri subscripsi.
Themistius minimus Episcopus civitatis Hiasi subscripsi.
Promachius minimus Episcopus civitatis Liundorum subscripsi.
Eudoxios Episcopus civitatis Homati subscripsi.
Libanius Episcopus civitatis Paleaspoleos subscripsi.
Trajanus Episcopus civitatis Lyrbæ subscripsi.
Alexander Episcopus Arcadiopoleos subscripsi.
Theodorus Episcopus Nisæ subscripsi.
Tirius minimus Episcopus civitatis Erlidetorum subscripsi.
Eugenius Episcopus civitatis Apolloniados subscripsi.
Aetius Episcopus civitatis Pœoniorum Hellesponti subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Germæ Hellesponti subscripsi.
Archelaus Episcopus Myndri subscripsi.
Apellas minimus Episcopus Cyhræ subscripsi.
Philadelphius minimus Episcopus Gratianupoleos subscripsi.
Euterius minimus Episcopus Strationiceorum Lydæ subscripsi.
Iohannes minimus Episcopus Aureliopoleos subscripsi.
Maximus minimus Episcopus Cymæ subscripsi.
Modestus Episcopus civitatis Anearorum subscripsi.
Theodosius minimus Episcopus civitatis Mastauron subscripsi.
Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsi.
Fosebius Episcopus Aspanorum subscripsi.
Euporius Episcopus civitatis Pepon subscripsi.
Sadus Episcopus Phœnus subscripsi.
Rhodon Episcopus Paleaspoleos subscripsi.
Domnus Episcopus civitatis Otcistis subscripsi.
Ioannes Episcopus Augustopoleos subscripsi.
Petrus Episcopus Parembolarum subscripsi.

* Ioppis

Necyras Episcopus Gazæ subscripsi.
Zeno Episcopus Cyri Cypris subscripsi.
Evoptius Episcopus Ptolomaidus Pentapoleos subscripsi.
Macarius Episcopus Meroliton subscripsi.
Eusebius Episcopus Pelusii subscripsi.
Hermogenes Episcopus Rinocororus subscripsi.
Marinus Episcopus Heliopoleos subscripsi.
Ioannes Episcopus Ephestus subscripsi.
Heraclius Episcopus Thamuateos subscripsi.
Theon Episcopus Heracleus & Thoitus subscripsi.
Solo Episcopus civitatis Corallion subscripsi.
Alypius Episcopus civitatis Senleus subscripsi.
Macedonius Episcopus Xoeos subscripsi.
Petrus Episcopus Oxyrinchi subscripsi.
Metrodorus Episcopos Leonton subscripsi.
Paulus Episcopus Fraboneoneos subscripsi.
Amnonius Episcopus Panephisi subscripsi.
Publius Episcopus Olbiorum subscripsi.
Isaacis Episcopus Aphau subscripsi.
Samuel Episcopus Dištheos subscripsi.
Soparer Episcopus Lybiæ Seprimiacæ subscripsi.
Isaac Episcopus Tavæ subscripsi.
Heraclius Episcopus Tineo subscripsi.
Thonas Episcopus Psinchus subscripsi.
Cyrus Episcopus Achæorum subscripsi.
Eulogius Episcopus Achæorum subscripsi.
Alexander Episcopus Cleopatridos subscripsi.
Silvanus Episcopus Coprithcos subscripsi. Ego autem Heraclius Episcopus pro eo subscripsi quòd ægrotaret.
Adelphius Onupheus Episcopus subscripsi.
Abraham Episcopus civitatis Ostracines subscripsi.
Athanasius Episcopus Paraliæ subscripsi.
Adelphios Episcopus Cæos subscripsi.
Lampetius Episcopus Casii subscripsi.
Chrysaorius Episcopus Aphroditus subscripsi.
Amon Episcopus Butus subscripsi.
Euthitius Episcopus Theodosiopoleos subscripsi.
Venantius Episcopus Hierapoleos metropoleos subscripsi [a] per Notarium meum Theodorum.
Zenobius civitatis Barchæ subscripsi.
Zeno Episcopus civitatis Theucyron subscripsi.
Eusebios Episcopus Nilupoleos subscripsi.
Heraclides Episcopus Heracleus ulterioris subscripsi.
Marius Episcopos Anteusus subscripsi.
Sabinus Episcopus Panosus subscripsi.
Athanasius Episcopus civitatis Cepheorum subscripsi.
Philumenus Episcopus Cinnes subscripsi.
Felix Episcopus civitatis Apolloniensium subscripsi.
Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ civitatis Tomorum subscripsi.
Zenobius Episcopus civitatis Conosi subscripsi.
[b] Paulinianus Episcopus Majumæ subscripsi.
Phœbammon Episcopus Coptu subscripsi.
Pabiscus Episcopus Apollonos subscripsi.
Andreas Episcopus Thermupoleos subscripsi.
Fanias minimus Episcopus civitatis Arpason subscripsi.
Theosebius Episcopus civitatis Prienes subscripsi.
Maximus Episcopus Casiæ subscripsi.
Theoctistus Episcopus Photiæ subscripsi.
Hermolaus minimus Episcopus Artudeorum subscripsi.
Theodorus Episcopus Gadaron subscripsi manu Ætheri Archidiaconi.
Athanasius Episcopus Pari insulæ subscripsi.
Paulus Episcopus Orimnorum subscripsi.
Timotheus Episcopus Briulorum subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezolitarum subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Fscinei subscripsi.
Bessula Diaconus Ecclesiæ Carthaginensis subscripsi.
Stephanus Episcopus Cajupoleos Asiæ subscripsi.
Cæsarius Episcopus civitatis Arces subscripsi.
Theodolus [c] Episcopus Ariddelon subscripsi.
Letoius Episcopus Lybiadis subscripsi.
Aristocritus Episcopus Olympi suscripsi.
[d] Theodorus Episcopus Aridelon subscripsi.

Expliciunt Episcoporum nomina qui interfuerunt synodo contra Nestorium numero [e] CXCIII.

[a] PER NOTARIUM] Hæc non extant hoc loco in codice Bellovacensi Mercatoris, sed in subscriptione Euthitii. Itaque codicem Vaticanum secuti sumus, cui convenit cum antiquis versionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis.

[b] PAULINIANUS] Codex Vatic. *Paulianus*, ut suprà pag. 512. Ita etiam codex Corbeiensis Concilii Chalcedonensis & editio Crabbi. Ceteri scribunt *Paulinianus*.

[c] THEODOLUS] Heic nonnulla exciderunt veteribus librariis, quæ sic reponenda sunt.
Theodulus Episcopus Elusæ subscripsi.
Theodotus Episcopus Ariddelon subscripsi.

[d] THEODORUS] Superfluè heic reperitur subscriptio istius Episcopi, cùm jam paulò antè commemorata sit. Sanè non reperitur in in Græco textu, neque in antiquis versionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis.

[e] CXCIII.] Et tamen CXC. tantùm subscripti reperiuntur. Quare dicendum est nonnullorum Episcoporum nomina librariis excidisse inter exscribendum, aut mendum esse hoc loco. Certè in subscriptionibus quæ suprà pag. 507. editæ sunt, CXC. tantùm ponuntur, in quibus tamen non comparent nomina Cyrilli & Memnonis, quæ apud Mercatorem leguntur. Vetus interpres synodi Ephesinæ videtur numerasse CXCVIII. ut quidem legitur in codice Bellovacensi.



ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

EPISTOLÆ QVÆDAM AD CAVSAM NESTORII PERTINENTES,

Interprete Mario Mercatore.

Quamvis istarum epistolarum priores tres & ultima editæ sint suprà pag. 408. 404. 400. 412. in gestis Concilii Ephesini, eas tamen visum est operæ pretium heic recudere, quia sunt ex diversa versione, & ut eas repræsentemus quales leguntur in antiquis Marii Mercatoris exemplaribus. Secuti autem sumus ordinem ab eo custoditum in illis edendis.

Epistola Nestorii Episcopi Constantinopolitani ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

INjurias quidem adversùm nos admirabilium litterarum, tamquam medicinali dignas patientia, ad has opportunam responsione relinquam. Quod verò silentium non patitur, quia adfert periculum si taceatur, prout sim & mihi facultas adest, ad tui prolixitatem sermonis extentus tentabo breviter & compendio respondere, refugiens & declinans tenebrosum indigestumque longi sermonis horrorem. Incipiam namque sapientissimæ caritatis tuæ vocibus, ipsas interponens, vel potiùs ad verbum intuens. *Sanctum namque*, ais, *& magnum Concilium ipsum ex Deo patre genitum secundum naturam unicum filium, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum, passum, resurrexisse definivit.* Hæc tuæ religionis verba sunt, & recognoscis profectò tanquam tua. Audi nunc & nos fraternam pro pietate offerentes exhortationem, hanc videlicet quam senex ille Paulus carissimo suo Timotheo protestatus est dicens; *Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Hoc enim faciens, & te salvabis & eos qui te audiunt.* Quid igitur mihi tu sanctorum illorum in superficie legens traditionem, venia dignam tibi inesse ignorantiam ignorasti, passibile eos dixisse arbitratus verbum quod patri est coæternum. Attentiùs ergo, si placet, hæc verba rimare, & invenies divinum illum patrum conventum non illam consubstantivam deitatem dixisse esse passibilem, neque de recenti natam hanc quæ patri est consempiterna, neque istam resurrexisse quæ templum suscitavit solutum. Et si mihi medicinam fraternam offerenti aures admoveas, ipsas tibi voces illorum interponens patrum, à calumniæ te nexu, quam illis ingerere niteris, & per illos scripturis moliris, absolvam. *Credimus*, inquiunt illi, *& in Dominum nostrum Iesum Christum filium ejus unigenitum.* Prævide quomodo Domini & Iesu Christi & unigeniti filii priùs communia deitatis & humanitatis nomina tamquam fundamenta ponentes, nunc suscepti hominis & resurrectionis & passionis superædificant traditionem; ut nominibus quibusdam utriusque naturæ communibus & significativis positis, neque quæ generationis filii & dominationis dijucentur, neque quæ naturarum sunt propria, in singularitate nativitatis filii ulla confusionis absolutione periclitentur nomine unionis. In hoc apud illos Paulus doctor est factus: qui cùm divinæ incarnationis memoriam faceret, incipiens subjungere quæ sunt passionis, priùs posuit *Christus*, commune, ut paulò antè dixi, nomen naturarum; tunc decentem infert sermonem sive rationem utriusque. [a] Etenim ait: *Hoc sentiatur in vobis quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*: sed ne ad unumquodque loquar, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quoniam igitur cœperat mortis facere mentionem, ut ne quis hinc verbum Deum passibilem suspicetur, posuit *Christus*, tamquam impassibilis & passibilis essentiæ in singularitate personæ significativum vocabulum, ut impassibilis & passibilis Christus sine periculo nominetur, impassibilis quidem deitate, passibilis verò natura corporea. Multa super hoc cùm possim dicere, & primò omnium, quòd nec divinitatis, in dispensatione, sed susceptionis humanitatis tantùm emisisse sanctos illos patres ostendere valeam; at recordor brevitatem orationis in præfatione promissam, & eam sentio frænare sermonem. Venio nunc & ad secundum caritate tua capitulum motum, in quo naturarum quidem laudabam factam discretionem secundùm deitatis & humanitatis rationem & in una persona consortium, necnon & illud quod Deum verbum secunda nativitate ex muliere minimè diceret eguisse, quodque passionis incapacem profiteris deitatem. Catholica enim revera sunt hæc & omnino sectis omnibus contra Domini naturas adversa. In reliquis verò si aliquam latentem & profundam atque incomprehensibilem rationem legentium auribus adferebas, tuæ sit examinatæ prudentiæ scire. Enim mihi priora videbaris destruere. Eum enim qui in primis impassibilis & secundam non recipere nativitatem fuerat prædicatus iterum passibilem & noviter creatum nescio quomodo inferebas, tamquam quæ Deo verbo naturaliter inessent, consortio templi corrupta sint, aut forsitan paulo minus ab hominibus putari illud ipsum absque peccato templum & inseparabile divinæ naturæ nativitatem & mortem pro peccatoribus non pertulisse, tamquam voci dominicæ ad Iudæos clamanti, *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*, non debeat credi. Non dixit: Solvite [b] deitatem meam, & in triduo suscitabitur. Iterum me hic orationem dilatare cupientem ad professionem brevitatis promissæ recordatio revocat. Dicam tamen aliquid. Vbique per divinas scripturas, quoties meminerunt dominicæ dispensationis,

[a] ETENIM AIT] Ita codex Bellovacensis. Vaticanus: *Quid enim ait?* Quod melius videtur.

[b] DEITATEM] Codex Vatican. *divinitatem*.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

non divinitatis Christi, sed humanitatis ejus, passio & nativitas traditur, ut magis secundùm liquidissimam rationem convenientius aptiusque sit sanctam virginem non genitricem Dei, id est, Theotocon, sed Christi genitricem, id est, Christotocon vocari, ad hæc evangelista quoque vociferante: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* Evidens est quia Deus verbum David non erat filius. Accipe, si videtur, & aliud testimonium: *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui dicitur Christus.* Intende etiam in aliud dictum: *Christi autem generatio sic erat. Cùm esset desponsata virgo Maria, inventa est in utero habens de spiritu sancto.* Creaturam autem spiritus sancti unigeniti deitatem quis vel debeat suspicari? Quid etiam his superfundi debeat audi. *Erat mater Iesu ibi.* Et iterum, *cum Maria matre Iesu.* Illud quoque: *Quod in ea natum est, de spiritu sancto est.* Et iterum: *Accipe puerum & matrem ejus. & fuge in Ægyptum.* Et illud. *de filio ejus unigenito. qui factus est ei ex semine David secundùm carnem.* Et iterum de passione ejus. *Quia Deus suum filium misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.* Et iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris.* Et denuo: *Christo passo in carne.* Et illud. *Hoc est corpus meum, & hic sanguis meus.* Non dixit: Hæc est deitas mea. Et decem milia alia sunt, aliis atque aliis vocibus protestantibus humanum genus in eo non filii deitatem recentem putare aut novellam aut corporalium passionum esse capacem, sed illam divinæ naturæ conjunctam carnem ex qua filium se David nominat Christus. Quid enim ait? *Quid vobis videtur de Christo? cujus est filius? Responderunt: David. Respondit Iesus & dixit: Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat dicens: Dixit,* inquit, *Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam.* tamquam filius profectò David secundùm carnem, secundùm divinitatem verò Dominus. Esse quidem templum divinitatis filii corpus & templum secundùm excellentem quandam & divinam unitum conjunctionem certissimum est; ita ut ea quæ sunt Dei adsciscere sibi & ad se revocare divinam naturam profiteri sit bonum & dignum evangelica traditione. Hujus autem familiaritatis nomine confricare & conjunctæ carnis proprietates, generationem scilicet & passionem & mortalitatem, Deo tribuere, aut errantis gentilitatis, frater, est sensus, aut mente capti Apollinaris & Arrii, aut reliquarum pestium hæreticarum, & [a] his aliquid pejus. Necesse est enim hujusmodi homines adtractos familiaritatis nomine, & lactationis socium propter familiaritatem, & ætatis quæ paulatim accessit incrementorum participem Deum verbum facere, & passionis in tempore ex timiditate auxilii angelici indigentem. Taceo circumcisionem & sacrificium & sudorem & famem, quę quidem carni pro nobis evenerunt. Hęc tamen, cùm illi conjunguntur, & adoranda sunt. In deitate autem ista etiam mendaciter accipimur, nobisque tamquam calumniatoribus justas damnationis causas important. Hæ sanctorum patrum traditiones, hæc scripturarum mandata sanctarum. Sic aliqui quæ sunt divinæ misericordiæ & auctoritatis secundùm Deum ratiocinantur. *Hæc meditare, in his esto, ut profectus manifestus sit.* Paulus ista omnibus dixit. Bene autem facis, eorum qui de nobis offenduntur curam gerens, & de his sollicitudinem habere qui apud nos sunt. Unanimitati tuæ gratiam habeo. Scitò autem seductum esse te ab his qui à sancto Concilio depositi sunt propter quod morbo Manichæorum essent repleti, aut quod potissimum est, à clericis magis affectionis tuæ. Nam quæ ad Ecclesiam nostram pertinent, quotidie augentur in melius, & quæ ad plebem pertinent, nôveris in majorem extendi profectum per gratiam Christi, in tantum ut multitudo hæc vocibus Prophetæ clamet, *Replebitur terra scientia Domini, sicut aqua multa cooperies maria,* regiamque domum, dilucidato dogmate, in magno gaudio degere & ut paginæ finem faciam, illam apud nos super omnibus hæresibus quæ adversùs Deum litigant vocem vide impleri: *Ibat domus Saul, & infirmabatur; ibat domus David, & confortabatur.* Hæc nostra tamquam fratris ad fratrem consilia. Quòd si quis contentiosus esse vult, clamabit per nos ei Paulus: *Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Ipsi gloria in secula seculorum.

Nunc exemplum epistulæ Cyrilli Alexandrini ad eundem Nestorium ex Græco in Latinum; cui impiissimè contradicens idem Nestorius respondendum esse putavit sicut superiùs continetur.

GArriunt quidem, sicut audio, quidam de existimatione mea apud religionem tuam, & hoc frequenter, processionum videlicet conventuum opportuna tempora occupantes, & eo magis forsitan arbitrantes delectare se aures suas, adversùm nos inconditas voces emittunt: qui læsi quidem in nullo sunt, objurgati autem à nobis, & hoc leviter, unus eorum quòd cæcos & pauperes vexabat injuria, alter quòd contra matrem evaginaverat gladium, tertius verò quia cum ancilla aurum furatus est alienum, & qui talem semper habuerit existimationem qualem nullus saltem provenire vel gravissimis inimicis optaverit. Verùm non mihi de talibus sermo est, ut neque supra dominum & magistrum neque supra patres pusillitatis quæ mihi inest modus excrescat. Non enim facile est cuiquam, [b] licet vitam suam habeat circumspectam, nequam hominum maledicta vitare; sed illi maledictione & amaritudine plenum os habentes, reddent quandoque omnium judici rationem. Convertar autem nunc ego ad id quod me maximè decet, commonebo te etiam nunc tamquam fratrem in Christo de doctrinæ ratione & sensu fidei cum omni cautela plebibus prædicando. Exhortabor quoque cogitare debere quia si offendatur unus de pusillis qui credunt in Christum, quàm sit intolerabilis indignatio Dei. Si verò sit multitudo læsorum, quomodo quæso non omni arte studendum est ut prudenter auferatur offensio & sanæ fidei ratio insinuetur exposcentibus veritatem? Est autem hoc rectè faciendum, si sanctorum patrum libros legentes, magni eos momenti esse fateamur, & probantes nosmetipsos si sumus in fide secundùm quod scriptum est, illorum dictis & inreprehensibilibus definitis nostros sensus bene atque optimè roboremus. Sanctum ergo illud & magnum patrum Concilium ipsum de Deo patre genitum secundùm naturam, unicum filium, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum, resurrexisse tertia die, & in cælum ascendisse definivit.

[a] His] Codex Bellovac. harum. || [b] Licet] Codex Vatic. quamlibet.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

Hæc etiam nos scita hac ratione sequentes, quid significet incarnatum esse illud Dei verbum de Deo videamus. Neque hoc dicimus, quia Dei natura transformata facta sit caro, neque quia in totum hominem, qui est ex anima & corpore, commutata est, sed illud potiùs sentiendum, quòd carnem animatam, anima videlicet rationali, uniens sibimet substantialiter vel essentialiter Dei verbum, inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus homo, appellatus est filius hominis, non tantùm secundùm voluntatem aut bonum placitum, nec sicut in personæ tantummodo susceptione, sed quia diversæ ad veram unitatem convenere naturæ, unus autem ex utraque Christus & filius, non quasi natura earum per unitatem diversitate consumpta, sed magis iisdem naturis perficientibus nobis per ineffabilem & secretum ad unitatem concursum unum Dominum & Christum & filium deitatis & humanitatis. Sic quamvis ante secula habeat existentiam, quia est natus ex Deo patre, dicitur natus etiam ex muliere secundùm carnem; non quòd ejus divina natura, in qua consubstantivus vel coessentialis, id est, homousius, est patri, in sancta virgine initium, ut esset, acceperit, neque ex necessitate propter se ipsum secunda eguerit nativitate post patrem, (quod est æquè impium imperitumque sentire, ante secula existentem & consempiternam patri divinitatem, ut esset, secundo dicere initio eguisse) sed quòd propter nos & propter nostram salutem substantialiter vel essentialiter, unito sibi homine, ex muliere processerit, hoc modo dicitur natus esse etiam carnaliter. Non enim de sancta virgine homo est natus ant etiam in illa conceptus, atque ita in eum supervenit verbum patris; sed ex ipso atque in ipso utero unitum sustinuisse creditur & dicitur nativitatem carnalem, propriam ejusdem carnis nativitatem sibimet deputans. Sic cum dicimus & passum esse & resurrexisse, non quòd verbum Dei in sua natura sit passum aut plagas aut clavorum vim senserit aut cetera vulnerum tormenta pertulerit, (impassibilis est quippe divinitas, siquidem etiam incorporea) sed quoniam quod ei proprium factum est, corpus est passum, hæc ipse pro nobis dicitur passus. Erat enim ille, qui impassibilis est, in eo corpore quod patiebatur. Hoc modo & mortuum intelligimus, quamvis immortalis sit secundùm naturam & incorruptibilis & vita & vivificator Deus Dei verbum, sed quoniam iterum proprium ejus corpus gratia Dei, sicut dixit Apostolus Paulus, pro omnibus gustavit mortem, non quòd ad ejus hæc pertinebant naturam, namque hoc sentire vel dicere summæ dementiæ est, sed quia, sicut paulò antè dixi, caro ejus gustavit mortem. Sic etiam resurgente carne, iterum ejus resurrectio dicitur; non quòd inciderit in corruptionem, absit, sed quia quod resurrexit, corpus ejus. Sic unum Christum & Dominum confitemur, non tamquam coadorantes cum in verbo Dei, ne unius syllabæ occasione, id est, con, sectionis intellectus vel cogitatio nobis obrepat; sed tamquam unum & eundem in utroque adoramus, quia non est alienum corpus à verbo, cum quo sedet ad dexteram patris. Non iterum tamquam duobus considentibus filiis, sed tamquam uno secundùm unitatem cum carne. Si enim illam substantialem unitatem tamquam ordinatam vel impossibilem vel indecentem declinemus, incipimus duos filios confiteri. Omnino enim necesse est separare & dicere hominem quidem speciali vocabulo filii honoratum, illud verò Dei verbum propriè filii nomen re ipsa naturaliter possidere. Non igitur in duos filios dividendus est unus & idem Dominus noster Iesus Christus. Nullo enim modo rectam fidei rationem sic se habere & sic sentire adjuvat quemquam, etiamsi personarum diffamandam putaverit unitatem, quia non dixit scriptura quòd Dei verbum hominis sibi personam univit, sed quia factum est caro. Factum autem esse verbum carnem nihil est aliud nisi quia nobis comparatus, carne quoque & sanguine particeps factus est noster, suumque fecit corpus nostrum, & processit homo. Super hoc, legatione fungitur ubique sanæ ac liquidissimæ fidei ratio. Sic invenimus sanctos sapuisse patres. Sic fidenter Dei puerperam, id est, θεοτόκον, pronuntiaverunt virginem sanctam; non quòd natura Dei verbi vel divinitas ejus ex illa, ut esset, initium sumpserit, sed tamquam ex ipsa sancto corpore cum ratione animato, cui secundùm essentiam unitus Deus verbum est, secundùm carnem creditur natus. Hæc atque hujusmodi ex caritate Christi scribo, deprecans tamquam fratrem; & obtestans in conspectu Dei & electorum angelorum, hortor hæc te nobiscum & sapere & docere, ut Ecclesiarum salva sit pax & concordia, caritatisque vinculum indissolubile permaneat inter sacerdotes Dei.

Item ejusdem ad eundem Nestorium epistola secunda ex Græco sermone.

VEnerabiles viri ac fide digni Alexandriam venientes retulerunt nobis ægrè ferre religionem tuam valde & ad lædendum me cuncta movere & modis omnibus niti; meque doloris tui volente causas addiscere, dixerunt quòd epistolam meam ad sanctos monachos factam circumferant Alexandrini quidam, & odii adversùm te excitati & ad fastidii tædia hæc fecerit causam. Miratus sum igitur cur non magis tua apud se veneratio reputavit quia non priùs epistola scripta de fide sed quædam dicta religionis tuæ occasionem perturbationis attulerint. Namque non solùm chartulas sed etiam expositiones tuas circumferunt multi, & laboramus corrigentes quicunque ex his sunt depravati. Propè enim fuerunt quidam ut jam confiteri minimè patiantur quia Deus est Christus, sed potiùs ὄργανον καὶ ἐργαλεῖον τῆς θεότητος καὶ ἄνθρωπος θεοφόρος. quæ Latinè instrumentum, magis autem armamentum vel ferramentum deitatis, & homo indutus seu utens Deo, vel portans Deum, possumus dicere. Quid autem non horum & ulterius? Nostrum ergo erat irasci super his quia dixit sive non dixit religio tua. Chartulis enim quæ circumferuntur valde non credo. Quomodo igitur, quæso, nobis tacendum est cùm recta vulneratur fides, & tanti quotidie depravantur? Annon stabimus ante tribunal Christi, aut rationem non reddemus, tamquam præpositi ad loquendum, de silentio non opportuno? Quid postremo faciam? Tempus enim loquendi est vel conferendi cum veneratione tua indicante de chartulis quibusdam quæ nescio quomodo Romam perlatæ sunt reverendo ac religiosissimo Romano Episcopo Cælestino, cum omnibus qui cum eo sunt Episcopis venerandis, quia utrum sint religionis tuæ, an non, habetur incertum. Scribunt enim nobis inde vehementer offensi. Quo pacto etiam de oriente ex omnibus Ecclesiis venientibus satisfaciemus, eosque curabimus qui contra easdem chartulas murmurant? Aut arbitraris parvam Ecclesiis esse ortam de hujusmodi tractatibus perturbationem? Omnes sumus in sollicitudine & in pro-

cinto

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

cinctu laboris constitutiad hos corrigendos, ut eos ad tectum tramitem revocemus quibus nescio quomodo persuasum est aliter sapere. Cùm igitur harum susurrationum necessitatem & causam tua religio magis intulerit, quomodo nos jure existimas arguendos? vel quo jure adversùm me vociferatis in vanum, & non potiùs sermonem tuum corrigis, ut totius orbis de te offensio conquiescat? Si in plebe lapsus est sermo, in retractatibus corrigatur. Dignare unam locutionem donare offensis auribus, Dei puerperam, id est, Theotocon, pronuntians virginem sanctam; ut curatis his qui tristitia nubilari sunt, rectam apud omnes de religione gloriam tenentes, in pace & unanimitate cœtus plebium celebremus. Quod verò pro fide quæ in Christo est omnia sumus parati tolerare & vincula & carceres experiri, & ipsam mortem libenter subire, non ambigat religio tua. In veritate autem dico, quòd adhuc beato Attico constituto in rebus humanis, de sancta mihi & consubstantiali trinitate liber est elaboratus, in quo etiam de incarnatione dominica tractatus uberior continetur, & his quæ nunc scripsi consonus invenitur. Relegi hunc Episcopis & clero necnon & studiosis auditoribus plebis. Edidi verò nulli. Forsitan, si edidero eum, esse me iterum arbitror accusandum, quia librum composui etiam ante ordinationem venerationis tuæ. Saluta fraternitatem quæ apud te est. Te in Domino qui nobiscum sunt salutant.

Item ejusdem epistola Cyrilli ad clericos suos Constantinopolim constitutos ex Græco sermone.

Legi litteras missas à vobis, quibus didici quia invidi nostri conveniendo vos fingebant se pacem atque amicitiam quærere, & dicere quia sicut scripsi ad monachos, sic se fidem tenere, deinde ad proprium sensum respicientes, dicere eosdem quia & ipse dixerim sanctum Concilium non meminisse illius locutionis, dico autem puerperæ Dei, id est, Θεοτόκος. Ego autem scripsisse memini quòd etiamsi non posuit illud Concilium glossulam hanc, nihil horum nunc fuerat motum, nec in medium fuisse opus afferri quod illo in tempore minimè quærebatur. Veruntamen potentia & vi intellectus arbitror genitricem Dei, id est, Θεοτόκον, ab illis sanctam virginem dictam. Ipsum enim dicit qui natus est de Deo patre, per quem omnia facta sunt, incarnatum, hominem factum, passum, surrexisse à mortuis, in cœlum ascendisse, judicem quoque esse venturum. non quòd omnimodo verbum quod secundùm naturam de Deo genitum est mortuum esse credendum sit, aut lancea in latere vulneratum; (quod enim habet latus incorporea natura, aut quo pacto mortua est vita vitarum?) sed quoniam unitum carni hoc verbum est, ideo ea carne patientiam quam proprio ejus videlicet corpore in se hanc revocat inire passionem. Argumentantur igitur & se ipsos seducunt cùm dicunt pacem se velle, & sensibus mentiuntur. Habere enim eos proprium virus in corde [a] ex eo facile est intelligere. Miserunt etenim etiam huic Diacono qui rerum ecclesiasticarum curam gerit duas chartulas, unam quidem compositam à Photino forsitan aut ab alio quolibet adversùs librum meum quem ad monachos edidi, aliam veluti in speciem quaternionis inconvenientem habentem etiam titulum hoc modo. *Ad eos, inquit, qui propter conjunctionem, deitatem vel societatem filii mortificati aut humanitatem in Deum transferunt.* Præfatio autem ejus sic habet: *In contumelias quæ ab hæreticis durissimè irrogantur.* Deinde conatur ostendere quòd corpus passum sit, & non Deus verbum, quasi vel nobis vel quibuslibet dicentibus verbum illud quod est impassibile passibilitatis capax esse potuisse. Nemo est qui sic prorsùs insaniat; sed, sicut sæpe diximus, sanctum Concilium ipsum verbum dixit carne sua esse passum secundùm scripturas; per quod facta sunt omnia. Corpore enim ejus patiente, ipse dicitur passus: quia & anima hominis, cùm nihil in sua substantia & natura patiatur, pati tamen ipsa dicitur suo corpore patiente. Sed quoniam propositum illis est duos filios & duos Christos introducere, unum quidem specialiter hominem, alterum verò propriè Deum, in personis tantùm faciunt vel sentiunt unitatem, Deum Dei verbum nolentes propriè & substantialiter unitum homini, hominem factum, hominem suscepisse. Propterea & tergiversantur, & excusationes, sicut scriptum est, fingunt in peccatis. Vos igitur convenientes cum eis hæc dicite, facere eos malè quòd introducant quosdam loquaces & garrulos adversùm nos, & hos fovendo ac defendendo, causa fiunt malignitatis suæ. Sed non hæc propriè nostræ læsionis est causa. Sed nec huic dicite qui degens præest esse me inimicum. Lædit autem hoc tam orientales quàm occidentales venerandos Episcopos, quòd rectus de Christo doctrinæ sermo non fiat, sed omnino perversus. Sufficit autem hoc documentum ad confutandos eos, quòd nunquam à quoquam tale quid in Ecclesiis dictum sit quod in ejus expositionibus continetur, quod sic habet: *Non clamoribus approbo erga me studium vestrum, sed laudo circa dogmata desiderium, in quo deitatis & humanitatis Domini meministis.* Et post pauca: *Et aspicio populos multam quidem reverentiam & pietatem prudentissimam possidere, ignorantia verò dogmatis cæcutire. Hoc autem non crimen est plebium, sed ut verecundè aut decenter dicam, propterea quòd doctores elimatiùs & liquidiùs vobis aliquid etiam de dogmatibus tempus non habuerint apponendi.* Rogo, dicatur quomodo non habuerint tempus docendi præcessores ejus? Eloquentior Iohanne est, aut beato Attico comparandus, aut æqualis ei aut prudentior invenitur? Quod est hoc supercilium? Aut quomodo non evidenter confitetur, hæc dicens, novam se & inconsuetam afferre doctrinam & prorsùs ignotam præcessoribus suis & hoc ipsum nefandam in Ecclesiam hanc velle introducere. Mihi autem nullus adversùs eum sermo de aliis causis est. Sed contingat eum pœnitere & rectam aliquando confiteri fidem; & de his quæ adversùm me molitur, irritans inimicos & provocans, satisfaciet Deo. Nihil autem mirum si malè de nobis loquuntur sterquilinia civitatis Chæremon & Victor & Sophronas, & decoctoris & Flaviani mancipium. Semper enim & circa se fuerunt & erga alios nequam. Noverit autem qui eos irritat quòd nos nunquam formidavimus peregrinationem nec illorum intentionibus respondere, etiamsi tempus hoc exigat. Potest enim evenire, salvatoris Dei nostri dispensatione faciente, ob leves fortè etiam & vilissimas causas ad purgandam Ecclesiam juberi Concilium convocari. Non igitur speret, etiamsi adhuc nos plures & velut fide

[a] Ex eo] Codex Bellovac. *& per hoc.*

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

digniores accusent, se nostrum judicem fore: quia etiamsi jubeatur illuc nos venire debere, refutabimus audientiam vel judicium ejus, & Dei favore dilucidabimus res magis, quatenus de suis blasphemiis debeat satisfacere. Neque igitur refugimus pacem, sed & cupimus, si fides recta fuerit adnuntiata atque professa, vel si talia cesset tandem aliquando prædicare. Tantam enim perversitatem ille ejus quaternio babet ut meritò de his qui eum scripserunt dicatur quia principatum in blasphemiis tenet. Nam quia causatur locutiooem inconsuctam flagitari, Dei puerperam, id est, theotocon, virginem sanctam, dicat nobis ipse interrogatus ubi genitricem Christi, id est, χριστοτόκον, scriprura loquatur? Aut ullum episcopale Concilium est quod θεοδόχον, id est, susceptricem vel capacem deitatis formam nominaverit Christum? In illo enim quaternione quem huc misit, nosque vehementer offendit, ita est. τὴν θεοδόχον τῷ θεῷ λόγῳ συνθεολογοῦμεν μορφὴν, id est, susceptricem Dei formam una ac pari qua Deum verbum deitatis ratione veneremur. Similiter de illa quoque venerabili semper virgine ita posuit. τὴν θεοδόχον τῷ θεῷ μὴ συναναγάγωμεν παρθένον, id est, susceptricem deitatis virginem cum Deo ad divina non attollamus, nesciens quid loquatur. Si enim virgo, ut vult, non peperit Deum, ne sit θεοτόκος, neque suscipere potuit Deum in utero, qui est Christus, quomodo saltem θεοδόχος est, ut ipsi iterum placet qui in dictis suis patrem θεοτόκον dici mavult quàm illam virginem sanctam, qui rectiùs & competentiùs est θεογεννήτορα, ut & Latini Dei genitorem dicerent, enuntiare debuerit? Dicat ergo nobis ubi legerit hæc verba, vel à quibus audierit. Multa sunt quidem crimina expositionum ejus; sed servabuntur & proferentur in tempore opportuno, nisi fortè pœnitudo aliqua subsequatur. Oportet autem & meum vobis propositum facere manifestum, & ideo iterum scribo. Nam ego sum valde pacificus & litium satis ignarus, sed opto Ecclesias quietem habere & sacerdotes Dei in pace degentes nostri memores esse, dicente omnium salvatore Domino Iesu Christo: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Si quid ergo est quo stabilitas roboretur, (Verè enim dico quia sic adopto mihi sanitatem & me probum inveniri apud Deum sicut etiam omnes Episcopos) in colloquiis ergo hoc dicite, quia multa ab eis quæ nos læderent præcesserunt. Veruntamen erit pax, dicite illi, cùm docere destiteris talia vel sentire. Fides enim cùm læditur, inimicitias quæ putantur excitant & exaggerant. Si rectam fidem profiteatur, fiet plenaria & firmissima pax: quam si in voto gerit, scribat catholicam fidem, & mittat Alexandriam. Si hæc ex affectu cordis intimi scribantur, paratus sum & ego pro viribus meis similia scribere & edere librum ac dicere nullum debere gravari consacerdotum nostrorum, quia ejus voces, dicimus, babent intentionem & propositum manifestum. Sin verò in pravitate inanis gloriæ permanet & petit pacem, nihil restat nisi ut & nos consentire illi putemur & quæ sunt nefanda sentire. Nam mihi pro fide quæ in Christo est & laborare & vivere & mori maximum votum est.

Epistola Nestorii Episcopi Constantinopolitani ad Cælestinum Papam.

Didici honestissimum Cyrillum Alexandrinæ urbis Episcopum propter libellos contra eum nobis oblatos exterritum, ac sibi venantem lasebras, ad evitandam sacram synodum propter hos ipsos libellos futuram quasdam alias interea cogitationes excogitare verborum & amplecti verbum quod est Theotocos & Christotocos; quorum alterum admittit, alterum verò modò quidem de evangeliis eximit, modò verò rursus admittit, hoc est, Christotocos secundùm quandam, credo, prudentiæ nimietatem. Ego autem ad hanc quidem vocem, quæ est Theotocos, nisi secundùm Apollinaris & Arrii furorem ad confusionem naturarum proferatur, volentibus dicere non resisto; nec tamen ambigo quin hæc vox Theotocos illi voci cedat quæ est Christotocos, tamquam prolatæ ab angelis & evangeliis. Et nisi hæc ad venerationem tuam scientem dicerem, opus mihi foret longo multoque de hac ipsa causa sermone. Sed & sine hoc illud quoque omni modo beatitudini tuæ notum est, quia si æstimemus duas sectas contrarias sibi stare, & harum altera hanc vocem proferat solam, Theotocos, altera verò illam solam, anthropotocos, & utraque secta ad suam confessionem trahat, aut si hoc non impetraverit, periclitetur de Ecclesia cadere, necesse erit jactatæ huic rei deputatum, habentem pro utraque secta curam, mederi periculo utriusque partis ex voce ab evangelistis tradita, quæ utriusque naturæ significatrix sit. Horum enim, sicut dixi, assertionem temperat vox illa, quæ est Christotocos, quia & blasphemium Samosateni removet, quòd est dictum de omnium Domino Christo tamquam puro homine, sed & Arrii & Apollinaris malitiam fugat. Hæc autem ipsa etiam honestissimo Alexandrinorum Episcopo scripsi, sicut potest beatitudo tua cognoscere exemplaribus quæ his meis litteris adjunxi, vel quæ ad nos ab eo scripta sunt. Placuit verò Deo adjuvante etiam synodum inexcusabiliter totius orbis terrarum indicere propter inquisitiooem aliarum rerum ecclesiasticarum. Nam duhitatione verborum non æstimo habituram inquisitionem difficultatum, nec impedimentum esse ad tractatum divinitatis Domini Christi.

Epistola synodica sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi directa Nestorio quondam Constantinopolitanæ urbis Episcopo, continens anathematismi capitula.

Religioso & Deo amabili sacerdoti Nestorio, Cyrillus & quæ convenit apud Alexandriam synodus ex Ægyptia diocesi in Domino salutem. Cùm salvator noster apertè pronunnet, *Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus, & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus*, quid nos patiemur, qui deposcimur à tua religione ut te super Christum salvatorem omnium diligamus? Quis enim nobis in die judicii proderit? aut quam satisfactionem repetire poterimus, ita diuturnum silentium de prolatis à te contra eum blasphemiis continentes? Et siquidem te tantummodo læderes docens ista vel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret. Cùm verò totam scandalizaveris Ecclesiam, & fermentum insolitæ pravitatis & novæ hæresis miscueris in populis, nec tantùm ibidem positis, sed ubique consistentibus, (nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt) quæ super nostro silentio ratio ultrà vel excusationis sermo sufficiat? aut quomodo non necesse sit meminisse Christi Domini sic dicentis: *Non putetis quòd venerim pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare*

hominem adversus patrem suum & filiam adversus matrem suam. Nam cùm læditur fides, parentum reverentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum etiam super ipsam vitam mors potiùs à piis viris eligitur, ut meliorem resurrectionem, sicut scriptum est, consequantur. Ecce itaque te simul cum sancta synodo quæ apud amplam urbem Romam congregata est præsidente sanctissimo & venerandissimo fratre & consacerdote nostro Cælestino Episcopo his scriptis jam tertiò convenimus, consilium dantes ut à pravis abstineas distortisque dogmatibus quæ & sentire cognosceris & docere, recipias verò fidem rectam Ecclesiis per beatissimos Apostolos & evangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstrantur. Quòd si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem litteris præfinitam sanctissimi & venerandissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis Ecclesiæ Cælestini scias te nullam sortem habere nobiscum nec locum aut colloquium cum Dei sacerdotibus & Episcopis obtinere. Non enim est fas contemnere nos Ecclesias ita turbatas & scandalizatos populos, fidemque rectissimam violatam, dissipatum quin etiam gregem, quem custodire debueras, siquidem juxta nos amator recti dogmatis existisses, sanctorum patrum vestigia pia consectans. Omnes itaque quos propter fidem tua religio à communione removit aut ab ordine suo deposuit, laicos & clericos, in nostra communione recipimus. Non enim justum est eos tuis decretis opprimi qui noverunt recta sentire, quin etiam benefacientes tibi prudentissimè restiterunt. Hoc idem namque in epistola quam misisti ad præsulem amplæ Romæ sanctum & coëpiscopum nostrum Cælestinum significare curasti. Non autem sufficit tuæ religioni solummodo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus sancti spiritus largitate à venerando & magno Concilio apud Nicæam congregato, (Hoc enim nec intellexisti, nec rectè interpretatus es, perversæ licèt sono vocis eadem verba promiseris) sed nec consequens est & jurejurando fateri te quòd anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata, sentias autem & doceas quæ nos universi sive per orientem seu per occidentem Episcopi & magistri præsulesque populorum credimus & docemus. Epistolis autem ab Alexandrina tuæ religioni directis Ecclesia consensum præbuit tamen ea quæ apud urbem Romam convenit sancta synodus quam etiam nos omnes, velut rectè irreprehensibiliterque conscriptis. Subdidimus autem his nostris litteris quæ te sentire oporteat & docere, & à quibus abstinere conveniat. Hæc est enim fides catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ, cui cuncti consentiunt orthodoxi per orientem occidentemque Pontifices.

CREDIMUS *in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem, & in unum Dominum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion patri, hoc est, unius cum patre substantiæ. per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurgens tertia die ascendit in cælos unde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicentes esse aut convertibilem & commutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.*

Sequentes itaque per omnia sanctorum patrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni quæ est in eorum intellectibus æquis vestigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quòd ipsum unigenitum Dei verbum Deus natus ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt sive in cœlis sive in terra, salutis nostræ causâ descendens, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare, incarnatus autem & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulua sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abiciens. nam licèt factus sit in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiam sic quod erat, Deus natura scilicet & veritate persistens. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis ineffabilem Dei verbi essentiam commutatam. Inconvertibilis etenim est & incommutabilis idemque ipse juxta scripturas jugiter permanens. Visus est autem & parvulus; sed positus adhuc in cunabolis, & in sinibus genitricis virginis constitutus, universam creaturam replebat ut Deus, genitori suo indivisus existens. Quod divinum est enim, sine quantitate & sine mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur. Vnitum ergo carni verbum secundùm subsistentiam confitentes, unum adoramus filium Dominum Iesum Christum, non seorsum ponentes & determinantes hominem & Deum velut invicem sibi dignitatis & auctoritatis unitate conjunctos, (hoc enim novitas vocis est, & aliud nihil) nec item Christum specialiter nominantes Deum verbum, quod ex Deo est, nec alterum similiter Christum specialiter qui de muliere natus est, sed unum solummodo Christum Dei patris verbum, cum propria carne cognoscimus. Tunc enim etiam juxta nos unctus est, quamvis spiritum dignis ipse contulerit, & non ad mensuram, sicut beatus evangelista Iohannes asseruit. Sed nec illud dicimus, quod Dei verbum velut in homine communi qui de sancta virgine natus est habitarit, ne Deum homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamvis enim verbum habitaverit in nobis, & dictum sit in Christo habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, attamen intelligimus quòd caro factus non sicut in sanctis habitare dicitur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus; sed unitus juxta naturam, nec in carnem penitùs commutatus, talem sibi fecit habitationem qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Vnus igitur est Christus filius & Dominus, non velut conjunctionem quamlibet & in unitate dignitatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum. non enim potest unire naturas sola dignitatis æqualitas, denique Petrus & Iohannes æqualis sunt alterutrum dignitatis, propter quod & Apostoli & sancti discipuli esse monstrantur. veruntamen uterque non unus est, nec juxta collationem vel connexionem modum conjunctionis advertimus. hoc enim ad unitatem non sufficit naturalem. nec secundùm participationis effectum, sicut nos etiam adhærentes Domino unus cum eo spiritus sumus. Immo potiùs conjunctionis nomen evitamus, tamquam non existens idoneum quod significet unitatis arca-

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

num. Sed neque Deum aut Dominum Christi verbum Dei patris adserimus, ne iterum manifestiùs in duo dividamus unum Christum filium & Dominum, & in crimen sacrilegii recidamus, Deum illi se ipsum facientes & dominum. Vnitus quippe, sicut superiùs diximus, Deus verbum carni secundùm substantiam, Deus quidem est omnium & dominator universitatis; veruntamen nec servus est sibi ipse nec dominus, quia ineptum est vel potiùs impium hoc sentire vel dicere. Quamvis enim Deum suum patrem dixerit, cùm Deus sit etiam ipse natura & de illius essentia, tamen nullatenus ignoramus quòd manens Deus, homo quoque factus sit, qui sub Deo juxta debitam legem naturæ humanitatis existeret, ipse verò sibi quomodo vel Deus poterit esse vel Dominus. Ergo sicut homo, quantum decenter exinanitionis mensuræ congruit, sub Deo se nobiscum esse dissetuir, hoc etiam modo sub lege factus est, quamvis ipse promulgaverit legem & legislator ut Deus extiterit. Cavemus autem de Christo dicere: *Propter adsumentem veneror adsumptum, & propter invisibilem adoro visibilem.* Horrendum verò super hoc etiam illud adicere: *Is qui susceptus est, cum eo qui suscepit nuncupatur Deus.* Qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Christos eum qui unus est, hominem seorsum in parte & Deum similiter in parte constituens. Evidenter enim denegat onitatem secundùm quam non alter cum altero coadoratur aut connuncupatur Deus; sed unus intelligitur Christus Iesus filius Dei unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam quòd idem ipse qui ex Deo patre filius natus est unigenitus Deus, licèt juxta naturam suam expers passionis extiterit, pro nobis tamen secundùm scripturas carne perpessus sit, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis impassibiliter ad se referens passiones. Gratia verò Dei pro omnibus gustavit mortem, tradens ei proprium corpus, quamvis naturaliter ipse vita sit & resurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in sua carne primogenitus ex mortuis fieret & primitiæ dormientium, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, gratia Dei, sicut suprà dictum est, pro omnibus gustavit mortem, & tertio die resurgens spoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur quòd per hominem facta sit resurrectio mortuorum, tamen intelligimus hominem factum verbum, quod ex Deo est, & per ipsum mortis imperium fuisse destructum. Veniet autem temporibus præfinitis sicut est unus filius & Dominus in gloria patris, ut judicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur. Necessariò igitur & hoc adicimus. Adnuntiantes enim secundùm carnem mortem unigeniti filii Dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionem ejus & in cœlis ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificii servitutem. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti; non ut communem carnem percipientes, qood absit, nec ut viri sanctificati & verbo conjuncti secundùm dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem, sed ut verè vivificatricem & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut Deus existens, quia propriæ carni unitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos veniens, *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem*, non tamen eam ut hominis unius ex nobis æstimare debemus, (Quomodo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit?) Sed ut verè propriam ejus factam qui propter nos filius hominis & factus est & vocatus. Eas autem voces quas salvator noster in evangeliis protulit non in duabus subsistentiis aut personis omnino partimur. Non enim duplex est unus Christus & solus, quamvis ex duabus diversisque rebus ad unitatem cognoscatur individuam convenisse; sicut homo quoque ex anima constans & corpore, non duplex potiùs, sed unus est ex utroque. Humanas ergo & divinas insuper voces ab uno Christo dictas animadvertentes rectè sentimus. Cùm enim Deo dignissimè loquitur de se ipso, *Qui me videt, videt & patrem*, &, *Ego & pater unum sumus*, divinam ejus intelligimus ineffabilemque naturam, secundùm quam unum est cum patre suo propter onam eandemque substantiam, imago & character splendorque gloriæ ejus existens. Cùm verò humanæ naturæ mensuram nullatenus inhonorans Iudæos alloquitur „*Nunc me quæritis occidere hominem qui veritatem vobis locutus sum*, item non minùs eum qui in similitudine & æquitate patris est Deum verbum etiam in mensuris humanitatis ejus agnoscimus.. Si autem necessariò creditur quòd natura Deus existens factus sit caro, immo potiùs homo animatus anima rationali, quæ causa est ut in eis quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quòd si sermones homini congruentes abicit, juxta nos hominem fieri qois coegit? Cùm verò se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaret, quam ob caosam dignos exinanitione sermones effugerit? Vni igitur personæ cunctas ejus in evangelio voces adscribimus, uni subsistentiæ verbi scilicet incarnati, quia unus est Dominus Iesus Christus, ut scriptum est. Appellatum verò Apostolum & Pontificem confessionis nostræ, tamquam sacrificantem Deo & patri fidei nostræ confessionem, quæ à nobis ipsi & per ipsum Deo & patri incessanter offertur, iterum eum dicimus qui ex Deo est secundùm naturam filius unigenitus, nec homini præter eum alteri sacerdotii nomen & officium deputamus. Factus est enim mediator Dei & hominum & reconciliator ad pacem, semetipsum Deo & patri pro nobis offerens in odorem suavitatis. Ideoque dicebat: *Sacrificium & oblationem noluisti, holocausta & pro peccato non tibi placuerunt; corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi: Ecce venio, in capite libri scriptum est de me ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Obtulit enim proprium corpus, non pro se, sed pro nobis, in odorem suavitatis. Nam pro se oblatione vel sacrificiis non indiget, ab omni peccato liber, ut Deus, existens. Quòd si omnes peccaverunt & egent gloria Dei, secundùm hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti & peccatis ægrotavit humana natura, ipse verò non ita, ideoque nos gloria ejus egemus, cur erit ultra jam dubium qoòd agnus verus propter nos & pro nobis sit immolatus? Qui dicit autem quia semetipsum tam pro se quàm pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet, cùm nihil prorsùs iste deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblatione, nullo suo extante facinore, pro quo, si esset, satis admodum convenienter offerret? De spiritu quoque cùm dicit, *Ille me glorificabit*, hoc rectissimè sentientes unum Christum & filium, non velut alterius egentem

gloriæ., confitemur ab spiritu sancto gloriam consecutum; quia spiritus ejus nec melior nec superior ipso est; sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprii spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quemadmodum si quis de hominibus assereret quòd virtus sua vel disciplina qualibet unumquemque clarificet. Quamvis enim in sua sit subsistentia spiritus, & ejus intelligatur in persona proprietas, juxta id quod spiritus est & non filius, attamen alienus non est ab illo. Nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est. Vnde & ab isto similiter sicut ex Deo patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per sanctorum manus Apostolorum miracula gloriosa perficiens, Dominum glorificat Iesum Christum postquam ascendit in cœlum. Nam creditus est Christus, natura Deus existens, per suum spiritum virtutes efficiens. Ideoque dicebat: *De meo accipiet & adnuntiabit vobis.* Nequaquam verò participatione alterius idem spiritus sapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paternæ virtutis & sapientiæ, id est, filii spiritus creditur; & ideo ipsa re & subsistentia virtus & sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni unitum juxta subsistentiam sancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse profitemur; non quòd verbi natura existendi principium de carne sortita sit, (Erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse est conditor seculorum, patri coæternus, & universitatis creator) sed quòd, ut superiùs diximus, juxta subsistentiam sibimet uniens humanam naturam, nativitatem sustinuerit ex ipsa vulva corpoream; non quòd egerit necessariò propter suam naturam nativitate ista, quæ est in extremis seculi facta temporibus; sed ut ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias, & dum eum carni unitum mulier edidisset, illa quæ adversùs omne genus humanum maledictio fuerat prolata desineret, nec jam morti nostra corpora destinaret, illud quoque quod dictum est, *In tristitia paries filios*, ipse dissolvens, verum esse monstraret quod Prophetæ voce prædixerat: *Absorpta est mors in victoria.* Et iterum, *Abstulit Deus omnem lachrymam ab omni facie.* Propter hanc etenim causam dicimus eum dispensatoriè & ipsas benedixisse tunc nuptias cùm in Cana Galileæ cum sanctis vocatus Apostolis adesse dignatus est. Hæc sapere sumus edocti à sanctis Apostolis & evangelistis & ab omni scriptura divinitus inspirata, necnon & à beatis patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare & præter aliquem dolum consentire jam convenit. Quæ verò religionem tuam anathematizare necesse est, huic epistolæ nostræ subjecta sunt.

I. Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel & propterea Dei genitricem sanctam virginem, peperit enim secundùm carnem carnem factum Dei verbum, anathema sit.

II. Si quis non confitetur carni secundùm subsistentiam unitum Dei patris verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem, sola eas connexione conjungens ea quæ secundùm dignitatem est vel etiam auctoritatem aut potestatem, ac non potiùs conventu qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

IV. Si quis personis duabus vel subsistentiis eas voces quæ in apostolicis scriptis continentur & evangelicis dividit, vel quæ de Christo à sanctis dicuntur vel ab ipso etiam de se ipso, & has quidem velut homini qui præter Dei verbum specialiter intelligatur aptaverit, illas autem tamquam dignas Deo soli Dei patris verbo deputaverit, anathema sit.

V. Si quis audet dicere Christum hominem theophoron, id est, Deum ferentem, ac non potiùs Deum esse veraciter dixerit, tamquam unum filium per naturam, secundùm quod verbum caro factum est & communicavit similiter ut nos carni & sanguini, anathema sit.

VI. Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christi Dei patris verbum, & non magis eundem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quòd verbum caro factum est secundùm scripturas, anathema sit.

VII. Si quis velut hominem Iesum operatione Dei verbi dicit adjutum, & ei unigeniti gloriam tamquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorandum Deo verbo & conglorificandum & connuncupandum Deum, tamquam alterum cum altero, (nam *cum* syllaba semper adjecta hoc cogit intelligi) ac non potiùs una supplicatione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod verbum caro factum est, anathema sit.

IX. Si quis unum Dominum nostrum Iesum Christum glorificatum dicit ab spiritu sancto, tamquam qui aliena virtute per eum usus fuerit & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus & posse in hominibus divina signa facere, ac non potiùs proprium ejus spiritum dicit, per quem divina signa complevit, anathema sit.

X. Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum divina scriptura commemorat. Obtulit autem semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei verbum, quando caro factum est & juxta nos homo, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut si quis dicit & pro se obtulisse semetipsum oblationem & non potiùs pro nobis solis, non enim eguit oblatione qui peccatum omnino nescivit, anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse & propriam ipsius verbi Dei patris, sed velut alterius præter ipsum conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potiùs, ut diximus, vivificatricem esse, quia facta est propria verbi cuncta vivificare prævalentis, anathema sit.

XII. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundùm quod vita est & vivificator ut Deus, anathema sit.

ANNO CHRISTI 431. CONCIL. EPHES.

FRAGMENTA CONCILII EPHESINI.

Subscriptiones octo eorum qui decepti sunt à Nestorianis, nunc primùm Græcè editæ ex codicibus 206. & 524. bibliothecæ regiæ. Latina interpretatio extat suprà pag. 535. & 620.

Στρατόνικος ἐμμονίτης Φλάβιος Τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Ἐπιφάνιον προσῆλθον τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα, καθὼς οἱ ὀρθόδοξοι. καὶ ἐξωμοσάμην τὴν ἁγίαν τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν τῶν φιλοχρίστων βασιλέων Φλαβίου Θεοδοσίου, καὶ Φλαβίου Οὐαλεντινιανοῦ τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, εἰ παρασαλεύσω τι τῶν προγεγραμμένων, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρίᾳ, καὶ ὑπέγραψα διὰ τοῦ ἐνόμου Ἀλεξάνδρου, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι με γράμματα.

ᵃ Θεοδώριτος καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Φιλάδελφος, ὑπογράψαντες δι' ἑνὸς ἡμῶν τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἐπιγνόντες τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ παρακαλέσαντες τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνιον, προσήλθομεν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ὀρθοδόξων, καὶ ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν λεγομένων καθαρῶν, καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα, καθὼς οἱ ὀρθόδοξοι· καὶ ἐξωμοσάμεθα τὴν ἁγίαν τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης Φλαβίου Θεοδοσίου, καὶ Φλαβίου Οὐαλεντινιανοῦ τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, εἰ παρασαλεύσομεν τι τῶν προγεγραμμένων, ὑποκεῖσθαι ἡμᾶς τῇ τῶν νόμων αὐστηρίᾳ, καὶ ὑπαναγνωσθείσης ἡμῖν τῆς ἐκθέσεως ταύτης ὑπεγράψαμεν.

Μαρῖνος Συνθίου χειρὶ χρησάμενος παρὰ νεωτερίου ἀναγνώστου τῶν ὀρθοδόξων, ἐπιγνοὺς τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνιον, προσῆλθον τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα καθὼς οἱ ὀρθόδοξοι. ἐξωμοσάμην τὸν θεῖον ὅρκον, καὶ εἰ παρασαλεύσω τι τῶν προγεγραμμένων, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρίᾳ, καὶ ὑπέγραψα.

Κυριακὸς Φιλαδελφεὺς τῆς τῶν Ναυατιανῶν αἱρέσεως, ἐπιγνοὺς τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνιον, προσῆλθον τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν καθαρῶν, καὶ ἐξωμοσάμην τὸν σεβάσμιον ὅρκον, εἰ παρασαλεύσω τι τῶν προγεγραμμένων, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρίᾳ· καὶ ὑπαναγνωσθείσης μοι τῆς ἐκθέσεως ταύτης ὑπέγραψα, διὰ Εὐσεβίου, τοῦ Καλλιοπίου υἱέως.

ᵇ Εὐξένιος Φιλαδελφεὺς Ναυατιανός, ἐπιγνοὺς τὴν ὀρθοδοξίαν ᶜ καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνιον, προσελθὼν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίᾳ, ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ ἐξωμοσάμην τὸν σεβάσμιον ὅρκον μὴ παρασαλεῦσαι τι τῶν προγεγραμμένων, καὶ ὑπέγραψα τῇ ἐμῇ χειρί.

Διομήδης οἰκῶν ἐν κώμῃ Καχάβας, ἐπιγνοὺς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνιον, προσῆλθον ἑκουσίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ γνώμῃ καὶ αὐθαιρέτῳ προαιρέσει, τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀναθεματίζω δὲ πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, εἰς ἣν τὸ πρὶν ἐπλανώμην. καὶ ἐξόμνυμι τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, καὶ τὴν νίκην καὶ εὐσέβειαν τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης ἐμμεῖναί με τοῖς προγεγραμμένοις καὶ μὴ παρασαλεῦσαι τι, ἀλλ' ἐν πᾶσι διαφυλάττειν, ἐμμένοντα τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. εἰ δὲ φανείην ποτὲ παρασαλεῦσαι τι τῶν προγεγραμμένων ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρίᾳ. ἐπακούσας τῆς ἐκθέσεως ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Ἰουλιανὸς Φιλαδελφεὺς Τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς τὴν ὀρθοδοξίαν προσῆλθον τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν Τεσσαρεσκαιτιτῶν, καὶ ἐξόμνυμι τὸν σεβάσμιον ὅρκον, καὶ τὴν εὐσέβειαν τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, εἰ παρασαλεύσω τι τῶν προγεγραμμένων, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρίᾳ, καὶ ἀρεσθεὶς, ὑπέγραψα, διὰ Μαρτυρίου ἀναγνώστου.

ᵈ Ζήνων χωρίου Σταγέρων ᵉ πυθὲς τῆς τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν αἱρέσεως, ἐπιγνοὺς τὴν ἀληθῆ πίστιν

a ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΣ] Ita unus codex regius. Alter habet Θεοδόρητος. Codex Iolianus Concilii Chalcedon. *Theodoretus*. Ita etiam antiqua versio Concilii Ephesini & Marius Mercator. Crabbus in actione prima Concilii Chalcedonensis edidit *Theodorus*, in margine admonens alibi legi *Theodoretus*. Sanè in codice Corbeiensi synodi Chalcedonensis scriptum est *Theodorus*, ut in vulgatis editionibus Conciliorum.

b ΕΥΞΕΝΙΟΣ] Alibi scribitur *Auxonius*, ut monuimus suprà pag. 535. ubi malè adnotatum est ita etiam haberi in textu Græco.

c ΚΑΙ ΠΑΡΑΚΑΛΕΣΑΣ] Hoc loco nonnulla habentur in antiqua versione Concilii Chalcedonensis quæ in Græco non haberi adnotavit Rusticus Diaconus. Vide suprà pag. 613.

d ΖΗΝΩΝ] Hæc Græcè edita sunt à doctissimo viro Joanne Baptista Cotelerio in Notis ad epistolam Ecclesiæ Smyrnensis de martyrio sancti Polycarpi.

e ΠΥΘΕΣ] Hæc vox deest in uno codice regio. Abfuisse autem etiam antiquitus à nonnullis exemplaribus hæc res indicio est quòd nulla illius vestigia extant in antiqua versione Concilii Chalcedonensis. Vide suprà pag. 625.

ANNO CHRISTI 431. — CONCIL. EPHES.

a τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνιον, καὶ τὸν εὐλαβέστατον [a] χωρεπίσκοπον Ἰάκωβον, καὶ τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον καὶ οἰκονόμον Χαρίσιον, προσῆλθον τῇ ἁγιωτάτῃ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν. ἐξαιρέτως δὲ τῆς Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, εἰς ἣν τὸ πρότερον ἐπλανώμην, καὶ συντίθεμαι τῇ προγεγραμμένῃ ἐκθέσει [b] τῆς ὁμολογίας, ἀναθεματίζων καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα, καθὼς ἡ ἁγία καθολικὴ ποιεῖ ἐκκλησία, ἐξομνύμενος τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης, [c] Φλαυΐου Θεοδοσίου, καὶ Φλαυΐου Οὐαλεντινιανοῦ τῶν αἰωνίων αὐγούστων, εἰ δέ τι τούτων παραβαλεύσω ποτὲ, ὑποκείσθω με τῇ τῶν νόμων αὐστηρίᾳ. τῇ δὲ χειρὶ ἐχρήσατο ὑπὲρ αὐτοῦ Φλαύιος Πελλάδιος, διὰ τὸ αὐτὸν παρόντα λέγειν γράμματα μὴ εἰδέναι.

a ΧΩΡΕΠΙΣΚΟΠΟΝ] In alio codice, ἐπίσκοπον. Sed *Chorepiscopum* habent Marius Mercator & antiquæ versiones Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis.
b ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΙΑΣ] In alio codice, τῶν ὀρθοδόξων. Antiqua versio Concilii Chalcedonensis, *catholicorum*. Marius Mercator, *orthodoxia*.
c ΦΛΑΥΙΟΥ] In alio exemplari semper scriptum est Φλαβίου.

Ἐπιστολὴ πεμφθεῖσα πρὸς τὴν ἁγίαν ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει σύνοδον παρὰ Δαλματίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιμανδρίτου.

ΤΗΝ ἐπιστολὴν τὴν πεμφθεῖσάν μοι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου ἐδεξάμην, καὶ γνοὺς τὰ ἐν αὐτῇ ἐμφερόμενα, ἐν πρώτοις μὲν ἐλυπήθην σφόδρα διὰ τὰς συμβεβηκυίας ὑμῖν περιστάσεις τε καὶ θλίψεις. ἐγέγραπτο γὰρ ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ὅτι τινὲς τῶν ἁγίων πατέρων αὐτόθι διάγοντες, ἐκ τῆς στενοχωρίας ἐτελεύτησαν. λοιπὸν δὲ γινώσκετε, ὅτι ἑτοίμως ἔχω πᾶσαν κέλευσιν ὑμῶν πληρῶσαι, καὶ ἐν οὐδενὶ παρεῖδον ἢ παραβλέπω, ἢ ἠμέλησα, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεώς ἐστι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἁρμόζον πρὸς τὸν Θεόν· οὐδεὶς γὰρ δύναται ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος, καὶ ἄλλα τινὰ βουλεύεσθαι. οἱ γὰρ ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τοῦ Θεοῦ ζωὴν ἔχουσιν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· οἱ δὲ ἀφιστάμενοι ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος κατηραμένοι εἰσὶν, ἐρριμμένοι εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὡς καὶ Νεστόριος, καὶ οἱ ὁμόφρονες αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. ὁ γὰρ Θεὸς, καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφαίδρυνε, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν ἁγίαν σύνοδον πᾶσαν, καὶ τοὺς κόπους ἡμῶν, καὶ ἱδρῶτας προσεδέξατο. εὐχαριστοῦμεν οὖν τῷ Θεῷ τῷ οὕτως εὐοδώσαντι, καὶ τὴν νίκην ὑμῖν παρασχόντι ὑπὲρ τῆς πίστεως. εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ, παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην.

Epistola missa ad sanctam synodum Ephesinam à Dalmatio sanctissimo archimandrita.

ACcepi epistolam à sancta synodo ad me missam, & legens quæ contineret, in primis indolui vehementer propter ea quæ vobis acciderunt mala. Scriptum enim erat in epistola aliquos ex sanctis patribus illic agentes, propter angustias locorum extinctos esse. Ceterùm scitote me promptè jussa quælibet vestra impleturum, nec quicquam hactenus prætermisisse. Neque enim negligenter aliquid provideo, nec incuriosus sum, cùm præsertim res fidei orthodoxæ Deique agatur. Nemo enim potest deficere à Deo vivente, & alia quædam consilia capere. Qui enim rectè tractant verbum veritatis, Dei vitam habent & in hoc seculo & in futuro; qui verò deficiont à Dei gratia, ejiciuntur in tenebras exteriores, quemadmodum Nestorius, & qui eadem cum ipso sentiunt. Deus enim & pater Domini nostri Iesu Christi complacuit sibi in sancta synodo, eamque totam ut ædificium suum curat, vestrosque labores & sudores gratos habet. Gratias ergo agimus Deo, qui vos recta via duxit, & victoriam de fide vobis tribuit. Orate pro me, precor sanctitatem vestram.

Interprete v. c. Ioan. Garnerio.

Ἀντίγραφον πεμφθὲν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν κύριον Δαλμάτιον.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, κατὰ κέλευσιν Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, δεξαμένη τὴν ἐπιστολὴν τὴν πεμφθεῖσαν παρὰ Δαλματίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιμανδρίτου καὶ πατρὸς τῶν μοναχῶν, καὶ εὑροῦσα αὐτὸν σπουδαίως κινηθέντα, καὶ διὰ τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ ἐτῶν ἐξελθόντα αὐτὸν ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ, καὶ ἀπελθόντα πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ φιλόχριστον βασιλέα, καὶ διδάξαντα αὐτὸν πάντα, τὰ παρακολουθήσαντα καὶ γεγενημένα παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου περὶ τῆς καθαιρέσεως τοῦ ἀνοσίου Νεστορίου, εὐχαριστήσαμεν Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ οὕτως κινήσαντι ὑμᾶς, ἀντιλαβέσθαι τοῦ ὀρθοῦ δόγματος τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ

Exemplum epistolæ missæ à sancta synodo ad Dominum Dalmatium.

CVm sancta & œcumenica synodus in Ephesiorum metropoli congregata jussu Theodosii & Valentiniani religiosissimorum & Christô amabilium Imperatorum accepisset epistolam missam à Dalmatio sanctissimo archimandrita & monachorum patre, & ipsum comperisset, urgente fidei zelo, post quadraginta & octo annos egressum ex sua cellula, ivisse ad piissimum & Christianissimum Imperatorem, eumque docuisse omnia quæ consecuta sunt, quæque effecta à sancta synodo pro depositione impii Nestorii, gratias egimus Christo vero Deo nostro, qoi vos ita impulit jovare rectum dogma fidei nostræ, &

Eodem interprete.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

nostros tandem labores sudoresque demonstrasse, non tantùm piissimis Imperatoribus, sed etiam sanctissimis archimandritis, totique Christo amabili clero ac populo. Nam quis alius hominum opem nobis tulit præter vestram sanctitatem, cùm à nullo manifestata sit veritas præter quàm à vobis, id est, à Domino Dalmatio. Cujus rei gratia nos omnes manus supplices extendimus ad benignam bonorumque parentem Deum pro felici vita & sospitate piissimorum nostrorum Imperatorum ac sanctitatis vestræ. Hortamur vos igitur adjungi nobis ad amplius aliquid præstandum & implendum illic nostrum locum in his quæ oriuntur fidei negotiis. Quamquam hortatione non est opus. Novimus enim Deum tibi revelasse quæ Nestorius in corde gereret antequam Constantinopoli palam grassaretur, teque jam tum omnibus in monasterio existentibus dicere solitum: *Cavete vobis, fratres, siquidem mala bestia hac in urbe grassatur, & multos sua doctrina inficit.*

Sancta & consubstantialis Trinitas servet te incolumem mente & corpore, prædicantem Christum Deum nostrum. Ora pro nobis, sanctissime frater.

τοὺς ἡμῶν κόπους, καὶ ἱδρῶτας ἐμφανῶς καταστήσαντα, οὐ μόνον τοῖς εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁγιωτάτοις ἀρχιμανδρίταις, καὶ παντὶ τῷ φιλοχρίστῳ κλήρῳ, καὶ τῷ λαῷ· τίς γὰρ ἄλλος ἀνθρώπων συνεβάλετο ἡμῖν, εἰ μὴ μόνον ἡ ὑμετέρα ἁγιότης; διὰ γὰρ ἄλλου οὐκ ἐφανερώθη ἡ ἀλήθεια, εἰ μὴ παρ' ὑμῶν· τουτέστι τοῦ κυροῦ Δαλματίου· τούτου χάριν πάντες ἡμεῖς τὰς χεῖρας ἐκτείνομεν πρὸς τὸν φιλάνθρωπον καὶ ἀγαθὸν Θεὸν, ὑπὲρ εὐζωΐας καὶ σωτηρίας τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων, καὶ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης. παρακαλοῦμεν οὖν ὑμᾶς ἐπὶ πλεῖον προστίθεσθαι ἡμῖν, καὶ ἀναπληροῦν τὸν τόπον ἡμῶν, ἐν τοῖς αὐτόθι ἀνακύπτουσι περὶ τῆς πίστεως. ὡς γὰρ ἔγνωμεν, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ ἐπιδημῆσαι Νεστόριον ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀπεκάλυψέν σοι τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι πᾶσι τοῖς ἐρχομένοις ἐν τῷ κελλίῳ σου ἔλεγες· προσέχετε ἑαυτοὺς, ἀδελφοὶ, ὅτι κακὸν θηρίον ἐπιδήμησεν τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ πολλοὺς ἔχει βλάψαι τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ.

Ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος τριὰς φυλάξαι σε ἐρρωμένον ψυχῇ καὶ σώματι, ἀνυμνοῦντα Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ὑπερεύχου ὑπὲρ ἡμῶν, ὁσιώτατε ἀδελφέ.

a [a] *Divinæ litteræ ad sanctam synodum Ephesinam, quibus ad sua remittuntur omnes Episcopi, & sanctissimi Cyrillus ac Memnon restituuntur propriis Ecclesiis.*

Θεῖον γράμμα πρὸς τὴν ἐν Ἐφέσῳ ἁγίαν σύνοδον, ἀπολῦον πάντας τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἀποκαθιστῶν Κύριλλον καὶ Μέμνονα τοὺς ἁγιωτάτους ταῖς ἰδίαις ἐκκλησίαις.

Ex editione v. c. Cotelerii.

NOs Ecclesiarum pacem omni negotio præferentes, non modò per nostros magistratus, sed & per nos ipsos voluimus concordiam inter vos conciliare, qui crederemus impium esse ac nostro imperio indignum ut negligentibus nobis, nec omnia quæ fieri possunt agentibus, dividerentur Ecclesiæ. Quia verò nec ad unitatem adduci potuistis, nec ad disserendum de rebus controversis convenire voluit vestra pietas, sanximus ut orientales Episcopi ad regiones suas & Ecclesias [b] revertantur, solvaturque synodus Ephesi collecta, [c] Cyrillus præterea in Alexandriam ingrediatur, & Memnon maneat Ephesi. Tantùm enim significamus religioni vestræ, quòd quandiu victuri sumus, orientales non condemnabimus. In nullo enim coram nobis convicti sunt, nemine volente cum iis disceptare. Si ergo pro meta pacem habetis, eamque absque contentione cupitis, notum facite nobis. Sin minùs, statim post accepta scripta hæc de migratione vestra cogitate. Nos auctores non sumus, sed Deus culpæ affines cognoscit.

b

c

Ἡμεῖς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην, ἁπάσης ἄλλης ἀσχολίας προτιμήσαντες, οὐ μόνον διὰ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἀλλὰ καὶ δι' ἑαυτῶν συναγαγεῖν ὑμᾶς ἐβουλήθημεν, ἀσεβὲς εἶναι καὶ ἀνάξιον τῆς ἡμετέρας βασιλείας πιστεύσαντες τὸ ῥαθυμούντων ἡμῶν καὶ μὴ πάντα ὅσα ἐνδέχεται ποιούντων, διαιρεθῆναι τὰς ἐκκλησίας. ἐπειδὴ δὲ οὔτε ἑνωθῆναι ὑμᾶς γεγένηται δυνατὸν, οὔτε εἰς τοὺς λόγους τοὺς περὶ ἀμφισβητουμένων ἐλθεῖν ἠθέλησεν ἡ ὑμετέρα εὐλάβεια, τετυπώκαμεν τοὺς ἀνατολικοὺς ἐπισκόπους ἀπελθεῖν εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας καὶ τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὴν σύνοδον διαλυθῆναι τὴν ἐν Ἐφέσῳ· ἔτι τὸν Κύριλλον εἰσελθεῖν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ Μέμνονα μεῖναι ἐν Ἐφέσῳ. τοσοῦτον γὰρ δηλοῦμεν τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ὅτι ἕως ὅτε ζῶμεν, καταγνῶναι τῶν ἀνατολικῶν οὐ δυνάμεθα. οὐδὲν γὰρ ἐπὶ ἡμῶν ἠλέγχθησαν, οὐδενὸς αὐτοῖς συζητῆσαι θελήσαντος. εἰ οὖν ἐπὶ σκοπὸς εἰρήνης, ἑλόμενοι ταύτην ἀφιλονείκως, γνωρίσατε ἡμῖν. εἰ δὲ μήγε, εὐθέως περὶ ἧς γράφομεν τῆς ἐκδημίας φροντίσατε· οὐχ ἡμῶν ὄντων αἰτίων, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τοὺς αἰτίους γινώσκοντος.

a DIVINÆ] Extant ex antiqua versione infrà in capite XXXIII. Synodici.

b REVERTANTUR] Liberatus cap. VI. *Et post hac jussis* (Imp.) *omnes Episcopos abire unumquemque ad propriam regionem.*

c CYRILLUS] Hinc patet hanc epistolam datam esse post eam quæ à sancto Concilio scripta est ad Imperatorem Theodosium post adventum Comitis sacrorum Joannis, quæ edita est suprà pag. 522.

Ζύγου

Ξύστου Πάπα πρὸς Κύριλλον.

Ἥσθην ἐπὶ τοῖς δηλωθεῖσί μοι διὰ ἐπιστολῆς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος περὶ τῶν ἁγίων καὶ συνεπισκόπων μου, οὓς ὀλίγη χρῆσις καὶ συντυχία οἷοί τε καὶ ὅσοι εἶεν ἀπέδειξε. καὶ τάχα ἧττον ἂν τοῖς περὶ αὐτῶν γράμμασιν ἐπιστεύσαμεν, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτῶν μαρτυρίαν ἐνίκησεν ἑαυτῇ μαρτυροῦσα ἡ τῶν ἀνδρῶν παρουσία. εἴδομεν ἀληθῶς τοῦ κυρίου ἱερέας. εἴδομεν ἄνδρας μεστοὺς χάριτος πνευματικῆς, ἥτις ἐν πρώτοις παρ' αὐτοῦ δίδοται τοῦ θεοῦ. ἔτι μὴν αὐτοὺς χαριεστέρους ἡμῖν ἡ τοῦ θεοῦ περὶ ἡμᾶς κρίσις ἀπέδειξεν. εἶχε γὰρ αὐτοὺς παρόντας ἡ ἡμετέρα χειροτονία. καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἀποτελοῦσιν ἱερέα κεκοσμημένοι, αὐτὴν ἡμῖν τὴν παρουσίαν ἐνέδειξαν τῆς σῆς ἁγιότητος, ἣν οὐκ ἄνευ πολλῆς τῆς ἀξίας, ἀδελφικῇ διαθέσει περιπλεκόμεθα. τοσοῦτον γάρ σοι ὀφείλει ἡ κοσμικὴ ἐκκλησία, ὅσον σοι πάντες εἰσὶν ὑποχείριοι, ὅς γε πανταχοῦ πάντας νενίκηκας. ἐπιμένοντος τοίνυν καὶ ὑγιῶς πάντα ὑποβάλλοντος τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Θεμιστίου τοῦ ἀρχιδιακόνου, τὰ πρέποντα δεδώκαμεν γράμματα πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, πρὸς οὓς ᾔτησαν οἱ προειρημένοι συνιερεῖς ἡμῶν. ἤρκει μὲν γὰρ κἀκεῖνα, ἃ περὶ τούτου διά τε τῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας κληρικῶν, καὶ ὕστερον διὰ τῶν διακόνων τῆς σῆς ἁγιότητος ἔμπλεω πάντων ἀναγκαίων ἀπέστειλα. ἑπόμενος δὲ τὸ νῦν τῇ τε ὑπομονῇ τῆς σῆς ἀδελφότητος καὶ τῷ ἡμετέρῳ ἔθει, οὐ παρέλειψα τὰ ὑγιῶς μοι ὑποβληθέντα χάριν ὁμολογῶν, καὶ ἐν εὐεργεσίαις τιθέμενος τοῦτο, ὃ πέπεισμαί μοι οὐρανόθεν δεδωρῆσθαι, ἵνα περί τε τῆς ἐμῆς χειροτονίας καὶ τῆς πίστεως, τὰ αὐτὰ πρὸς τὴν σὴν ὁμόνοιαν μίξωμεν ῥήματα.

Περὶ δὲ τοῦ Ἀντιοχείας καὶ τῶν λοιπῶν, οἵτινες μετ' αὐτοῦ ἀκόλουθοι γενέσθαι Νεστορίου ἠθέλησαν, καὶ περὶ πάντων δὲ τῶν παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐπιστήμην ἐκκλησίας διοικούντων κατειληφότες, τοῦτο ὡρισάμεθα φυλακτέον· ἵνα εἰ ἀνανήψαιεν, καὶ μετὰ τοῦ ἰδίου ἡγεμόνος ἀθετήσαιεν ἅπαντα ἅπερ ἡ ἁγία σύνοδος ἡμῶν ἐπιβεβαιούντων ἠθέτησεν, ἐπανέλθοιεν εἰς τὸ τῶν ἱερέων συνέδριον. ὥσπερ γὰρ ἐπιμένοντες τοῖς προτέροις οὐκ ἠδυνήθησαν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι κοινωνίᾳ, οὕτως βουλόμεθα αὐτοὺς διὰ τὴν ἑνότητα καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν, ἀπολογουμένους ὡς εἰρήκαμεν ὑποδέχεσθαι. αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτῶν εὑρεθήσονται τὴν ἴσην ἀπόφασιν ἐξενεγκάμενοι, εἰ ἔξω μένοντες δείξειαν ἑαυτοὺς πρὸς τὸν καταβληθέντα καὶ ἐξωθηθέντα τοσαύτης ἀσεβείας κοινωνοὺς καὶ μετόχους.

Xysti Papæ ad Cyrillum.

Lætatus sum in iis quæ per epistolam à sanctitate tua indicata sunt mihi de sanctis & [a] coëpiscopis meis, quos brevis usus & congressio quales quantique essent ostendit. Et forsan minus litteris quas de iis scripsisti credidissemus, nisi earum testimonium vicisset sibi ipsi attestans hominum præsentia. Vidimus verè Domini sacerdotes. Vidimus viros plenos gratia spirituali, quæ in primis ab ipso conceditur Deo. Sed & ipsos gratiores nobis Dei circa nos judicium effecit. Habuit enim illos præsentes nostra ordinatio. Et in cunctis quæ sacerdotem perficiunt ornati, ipsam nobis præsentiam exhibuerunt sanctitatis tuæ, quam non sine multo merito, fraterno affectu complectimur. Tantum enim tibi debet orbis Ecclesia quantum tibi omnes sunt subjecti, qui utique ubique omnes vicisti. Insistente igitur & salubriter cuncta suggerente filio nostro Themisone Archidiacono, congruas dedimus literas ad fratres & coëpiscopos nostros, ad quos postularunt prædicti consacerdotes nostri. Sufficiebant equidem & illæ quas antea & per Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clericos & postea per Diaconos tuæ sanctitatis plenas omnibus necessariis misi. Sequens verò nunc tum patientiam fraternitatis tuæ, tum nostram consuetudinem, non dereliqui quæ salubriter mihi suggesta sunt, gratiam habens & in beneficiis ponens hoc quòd persuasus sum mihi cœlitus donatum fuisse ut de mea ordinatione ac fide eadem ad unitatem tuam conferamus verba. De Antiocheno autem & reliquis qui cum eo sectatores fieri Nestorii voluerunt, & de cunctis verò qui contra ecclesiasticam disciplinam Ecclesias regunt, accipientes, hoc definivimus custodiendum; ut si resipuerint & cum suo duce rejecerint omnia quæcunque sancta synodus nobis confirmantibus rejecit, redeant in sacerdotum consessum. Sicut enim persistentes prioribus non potuerunt in nostra esse communione, sic volumus eos propter unitatem ac pacem Ecclesiarum satisfacientes, ut diximus, suscipi. Ipsi vero in seipsos invenientur æquam sententiam protulisse, si extrà manentes ostenderint se cum dejecto & expulso tantæ impietatis socios atque participes.

Eodem interprete.

Ξύστου τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Ῥώμης διαδόχου Κελεστίνου πρὸς Κύριλλον.

Χάριν ὁμολογοῦντες τῇ περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ ἡμῶν φιλανθρωπίᾳ, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ἡμᾶς εἰς τὸ ὑπερέχον τῆς ἱερωσύνης ἄκρον καλέσαι κατηξίωσεν, ἐδωρήσατο ἡμῖν κατὰ τὴν ἰδίαν εὐσέβειαν, τὴν παρουσίαν τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν, Ἑρμογένους καὶ Λαμπετίου, ἀναγκαίως πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελ-

[b] *Xysti beatissimi Papæ Romæ successoris Celestini ad Cyrillum.* b

Gratiam habentes Dei nostri circa nos humanitati, quòd eo tempore in quo nos ad supremum sacerdotii apicem vocare dignatus est, concessit nobis secundùm pietatem suam præsentiam sanctorum fratrum & coëpiscoporum nostrorum Hermogenis & Lampetii, necessariò ad vestram frater-

Eodem interprete.

[a] COEPISCOPIS] Hermogene Rhinocurorum & Lampetio Cassii, quos sequens epistola docet ad sedem apostolicam missos esse ab Episcopis qui synodum Ephesinam celebraverant.

[b] XYSTI] Quamvis hæc epistola soli Cyrillo inscripta sit, ex contextu tamen apparet eam fuisse encycliam, ut rectè monuit clarissimus illius editor.

Anno Christi 431.

Concil. Ephes.

nitatem per eos has litteras testes ordinationis nostræ dedimus. In his enim omnes vos, à quibus illi missi fuerunt, adstitisse credidimus; quandoquidem nullatenus intervallo separantur quos connectit gratia spiritualis. Cum quali autem cunctorum concordia, per divinæ providentiæ dispensationem, hæc nostra facta fuerit ordinatio, discens & vestra sanctitas ex nostris litteris & ex relatione fratrum, omnino gratiam præbenti Domino pro nobis habitura est, dilectissime frater, ut proprii doni custos ecclesiasticam pacem conservare dignetur. Deus noster, qui cuncta ad se pertinentia ita dispensat ut ne unum quidem deficere permittat, beneficium mihi in occasione fraternitatis dedit. Nam per sanctos consacerdotes nostros Hermogenem & Lampetium adsistentes nostræ ordinationi has litteras visum est mittere ad religionem tuam; quales utique ad sanctam synodum misimus, de sectatoribus Nestorii. Fateor igitur, valde lætati sumus, quia contigit nobis per unam & eandem opportunitatem quæ fidei sunt quæque ad nos ipsos pertinent communicare. Cunctos quippe habuit fratres præsentes ordinatio nostra. Cui enim visum non adesse, quando oriens per suos Presbyteros aderat, & spectarunt unum omnium cor & unam in cunctis animam agnoverunt consonamque divinæ multitudinis vocem? Sic Romana Ecclesia unum suffragium servavit in constitutione fidei præconis, ut in ipso fidei præconio unam semper sententiam servavit. Quoniam ergo sufficit per pauca significatam esse ordinationem meam, loquendum superest nobis de iis quæ sanctus frater noster Cyrillus immemor propriæ contumeliæ & laborum postulat. Etenim sufficiunt quæ jam scripta fuerunt à beatæ memoriæ prædecessore meo de fide, pro qua gaudemus triumphantes juxta auxilium Christi Dei nostri, in quem quæstio mota fuerat. Attamen quoniam pigere non debet resumere sæpe quæ salubriter fuerunt definita, necessarium duxi, scribens nunc ad fraternitatem tuam per sanctos fratres & coëpiscopos nostros Hermogenem & Lampetium, hæc paucis declarare quæ multo jam sermone olim sententia apostolicæ sedis definivit. Et ne fatiscat audiens, sed & libenter audiat, quia vicit. Si enim Nestorius impiæ scholæ magister libros edidit, prædicans subvertenda, quanto magis nos oportet apparere paternæ fidei custodes, omnino evertentes subvertenda? Sanctus autem & coëpiscopus noster frater antistes Alexandrinorum Ecclesiæ, ostendens quomodo & quantum de fide sollicitus sit, contemnensque contumelias quas gloriosè secundùm Apostolum passus est, magis ordinari Ecclesias quàm se vindicari desiderat. Confestim autem in naufragio laborantibus petit aperiri portum, illius solius contentus morte qui visus esse in imperitia doctor, vindicavit sibi dominicæ religionis gubernacula; sed persistere in sede non potuit, docere nesciens. Solus ergo sit naufragus is quem in tanta caligine propriorum documentorum nihil cernentem impietatis fluctus allisit scopulo depositionis. Habuit equidem cun-

φρόντιδα δι' αὐτῶν· ταῦτα τὰ γράμματα μαρτυρούντων ἡμῶν τῇ χειροτονίᾳ, δεδώκαμεν. ἐν τούτοις γὰρ πάντας ὑμᾶς, παρ' ὧν ἐκεῖνοι ἀπεστάλησαν παραγεγενῆσθαι πεπιστεύκαμεν· ἐπειδὴ οὐδαμῶς διαστήματι χωρίζονται, οὓς συνδεσμεῖ πνευματικὴ χάρις. μεθ' οἵας δὲ πάντων ὁμονοίας κατ' οἰκονομίαν θείας προνοίας αὕτη ἡ ἡμετέρα γέγονε χειροτονία, μαθοῦσα καὶ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἐκ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων, καὶ ἐκ τῆς ἀναφορᾶς τῶν ἀδελφῶν, πάντως τὸ δῶρον τῷ παρασχόντι κυρίῳ ὑπὲρ ἡμῶν ὁμολογήσει, ἀδελφὸς ἀγαπητότατος· ἵνα τῆς ἰδίας ἂν δωρεᾶς φύλαξ, τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τηρῆσαι καταξιώσῃ. ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντα εἰς αὐτὸν τὰ ἀνήκοντα οὕτως διοικῶν, ἵνα μηδὲ ἓν λεῖψαι συγχωρήσῃ, εὐεργεσίαν μοι ἐν τῇ ἀφορμῇ τῆς ἀδελφότητος δέδωκε. διὰ γὰρ τῶν ἁγίων συνιερέων ἡμῶν, Ἑρμογένους καὶ Λαμπετίου, παραγενομένων τῇ ἡμετέρᾳ χειροτονίᾳ, ταῦτα τὰ γράμματα ἔδοξεν ἀποστεῖλαι πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν, οἷα δὴ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον ἀπεστείλαμεν, περὶ τῶν ἑπομένων Νεστορίῳ. ὁμολογῶ τοίνυν, σφόδρα ἥσθημεν ὅτι συνέβη ἡμῖν διὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς εὐκαιρίας, τά τε περὶ τῆς πίστεως, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν αὐτῶν ἀνακοινώσασθαι. ἅπαντας γὰρ ἔσχε τοὺς ἀδελφοὺς παρόντας ἡ χειροτονία ἡμῶν. τίς γὰρ ἂν ἔδοξε μὴ παραγενέσθαι, ὁπότε ἡ ἀνατολὴ διὰ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων παρεγένετο, καὶ ἐθεάσαντο μίαν πάντων καρδίαν, καὶ μίαν ἐν πᾶσι ψυχὴν ἔγνωσαν, ὁμόφωνόν τε τοῦ θείου πλήθους φωνήν; οὕτως ἡ κατὰ Ῥώμην ἐκκλησία μίαν ψῆφον ἐφύλαξε τῇ καταστάσει τοῦ τῆς πίστεως κήρυκος, ὥσπερ ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πίστεως κηρύγματι μίαν ἀεὶ γνώμην * ἐτήρησαν. (* f. ἐτήρησεν)
ἐπειδὴ τοίνυν ἀρκεῖ διὰ βραχέων δεδηλῶσθαί μου τὴν χειροτονίαν, λαλητέον λοιπὸν ἡμῖν, περὶ ὧν ὁ ἅγιος ἡμῶν ἀδελφὸς Κύριλλος ἀμνημονῶν τῆς ἰδίας ὕβρεως καὶ τῶν καμάτων αἰτεῖ. ἀρκεῖ μὲν γὰρ τὰ ἤδη γραφέντα παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης τοῦ ἐμὲ προηγησαμένου, περὶ τῆς πίστεως, ὑπὲρ ἧς χαίρομεν θριαμβεύοντες κατὰ βοήθειαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καθ' οὗ ἡ ζήτησις ἐκεκίνητο. ὅμως ἐπειδὴ οὐκ ὀκνητέον ἀναλαμβάνειν πολλάκις τὰ ὑγιῶς ὁρισθέντα, ἀναγκαῖον ἡγησάμην γράφων νῦν πρὸς τὴν σὴν ἀδελφότητα διὰ τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν Ἑρμογένους καὶ Λαμπετίου, ταῦτα δηλοῦν διὰ βραχέων, ἅπερ πολλῷ ἤδη τῷ λόγῳ πάλαι ἡ ἀπόφασις τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ὥρισε. καὶ μὴ ἀποκάμῃ ἀκούων, ἀλλὰ καὶ ἥδιστα ἀκουέτω, ὅτι νενίκηκεν. εἰ γὰρ Νεστόριος ὁ τῆς ἀνοσίας διατριβῆς διδάσκαλος βιβλία ἐκδέδωκε, κηρύττων τὰ καθαιρετέα, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς δεῖ φαίνεσθαι τῆς πατρικῆς πίστεως φύλακας, πάντῃ ἀναιροῦντας τὰ καθῃρημένα; ὁ δὲ ἅγιος καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν ἀδελφὸς, ὁ προεστάτης τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, δεικνύων ὅπως καὶ ὅσον * φροντίζων τῆς πίστεως, καταφρονῶν τε τῶν ὕβρεων, ἃς ἐνδόξως κατὰ τὸν ἀπόστολον πέπονθε, μᾶλλον διοικηθῆναι τὰς ἐκκλησίας, ἢ ἑαυτὸν ἐκδικηθῆναι ἐπιθυμεῖ. αὐτίκα δὲ τοῖς ἐν ναυαγίῳ καμνοῦσιν αἰτεῖ ἀνοιχθῆναι λιμένα· ἐκείνου μόνου ἀρκούμενος τῷ θανάτῳ, ὃς δοκῶν εἶναι ἐν ἀπαιδευσίᾳ διδάσκαλος, ἐξεδίκει ἑαυτῷ τὰ τοῦ δεσποτικοῦ φόβου πηδάλια· ἀλλ' ἐπιμένειν τῷ θρόνῳ οὐκ ἠδυνήθη, διδάσκειν οὐκ εἰδώς. μόνος οὖν εἴη ναυαγήσας αὐτὸς, ὃν ἐν τοσαύτῃ ὁμίχλῃ τῶν ἰδίων διδαγμάτων μηδὲν ὁρῶντα, τὸ τῆς ἀσεβείας κῦμα προσέῤῥηξε τῷ σκοπέλῳ τῆς καθαιρέσεως. ἔσχε μὲν οὖν πάν- (* f. φροντίζων)

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

τας χειμὼν εἷς· ἀλλὰ βυθισθέντος τοῦ ταῦτα ἐπινοήσαντος, ὑγιασθῆναι βούλεται τοὺς λοιπούς. ἔστι τοίνυν καὶ ἐν ἡμῖν ἡ αὐτὴ ψῆφος. εὐσεβεῖν γὰρ περὶ τούτους βέλτιον, εἰς θεὸν ἀσεβεῖν παυσαμένους. ὅθεν δεχθῶσιν οἱ βουλόμενοι εἰς τὴν εὐθεῖαν ἐπανελθεῖν. περὶ ὧν πολυλογεῖν οὐ χρὴ, τούτων τῶν ὀλίγων ἀρκούντων. γινωσκέτωσαν γὰρ ἔσεσθαι φροντίδα περὶ τὰς καταληφθείσας παρ' αὐτῶν ἐκκλησίας, εἰ μὴ αὐτοὶ ἑαυτοῖς βοηθήσουσι, τὰ αὐτὰ ἡμῖν φρονεῖν ἐθελήσαντες.

ctos una tempestas; verùm immerso qui ista excogitavit, sanati vult ceteros. Est itaque & in nobis eadem sententia. Piè enim agere circa illos melius, dum in Deum impiè se gerere cessant. Vnde recipiantur qui voluerint ad rectam viam reverti. De quibus multa disserere non oportet, his paucis sufficientibus. Sciant enim fore curam circa derelictas ab iis Ecclesias, nisi ipsi sibi succurrerint, eadem nobiscum sentire volentes.

Περὶ δὲ τοῦ Ἀντιοχείας Ἰωάννου ταῦτα ὁρίζομεν ὀφείλειν φυλάττεσθαι, ἅπερ ἔγκειται τοῖς προαπεσταλμέναις ἐπιστολαῖς· ἵνα γνῷ ἐσόμενος εἷς τῶν καθολικῶν, εἰ πάντα παρὰ τῆς συνόδου καθαιρεθέντα καθαιρῶν, ἀποδείξειεν ἑαυτὸν καθολικὸν ἱερέα. κάτεχε οὖν ἰσχυρῶς τά τε συνοδικὰ, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ὡρισμένα, ἀδελφὲ ἀγαπητότατε. ἀφίησι γὰρ ὁ ἀδελφὸς τὰς ὕβρεις, αἵ τινες αὐτῷ χρησιμεύουσιν ἐνώπιον τοῦ κοινοῦ δεσπότου. ἡ γὰρ τοιαύτη ὕβρις νίκη ἐστίν. ὅθεν ἐπιεικῶς ἤνεγκε πάντων τῶν κέντρων τὰς πληγὰς, οὐδὲ ἐκεῖνα αὐτὸν ἐλύπησεν, ἐφ' οἷς νῦν ἥδεται, μεμνημένος ὅτι ἠγωνίσατο διὰ στέφανον. οἶδε γὰρ οἷα μένει νικητήρια τοὺς τοιαῦτα νικῶντας. ἀγαλλιάσθω ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ τοιούτου θριάμβου, πᾶς ὁ παραγινόμενος, τῇ δὲ ψυχῇ συναινέσας· ταῦτα δὲ εἰς τὴν τῶν γειτνιώντων ἀδελφῶν γνῶσιν βούλομαι πεμφθῆναι διὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, ἵνα μάθωσι περὶ τοῦ τηλικούτου πράγματος· εἰ καὶ πάλαι πληρέστατα πάντα ὥριστο, μὴ ἀργεῖν ὅμως τὸν ἀποστολικὸν θρόνον. οὐ γὰρ ἐπιτρέπει ἡμᾶς ἠρεμεῖν ἀπὸ τῶν τοιούτων φροντίδων ἡ ὑπὲρ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν μέριμνα.

De Iohanne autem Antiochiæ hæc definimus debere servari quæ posita sunt in antè missis litteris; ut noverit futurum se unum catholicorum, si cuncta per synodum eversa subvertens, ostenderit seipsum catholicum sacerdotem. Retine igitur fortiter cùm synodica, tum à nobis definita, frater dilectissime. Dimittit enim frater contumelias quæ ei utiles sunt coram communi Domino. Hæc namque, contumelia, victoria est. Vnde mansuerè tulit omnium aculeorum plagas; neque illa eum contristarunt de quibus nunc lætatur, memor quòd certaverit propter coronam. Novit enim qualia maneant præmia eos qui talia vicerunt. Exsultet de societate hujusmodi triumphi omnis assistens, animo autem consentiens. Hæc verò ad vicinorum fratrum notitiam volo mitti per pietatem tuam, ut discant de tanta re, etsi olim plenissimè cuncta definita fuerint, non cessare tamen apostolicam sedem. Neque enim permittit nos quietos esse ab ejusmodi curis, pro omnibus Ecclesiis sollicitudo.

Ὁμιλία Παύλου ἐπισκόπου Ἐμέσης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ περὶ εἰρήνης.

* f. ἐπειδὴ

* f. κατηξιώθην

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς * ὁ * τοίνυν πρῶτον ὑμῖν φθεγξάμενος τῇ τῆς εἰρήνης προσρήσει, τὴν ὑμετέραν * καταξιωθεῖσαν κατασπάσασθαι εὐλάβειαν· εἰρήνην ἐν τῷ μέρει δεδωκὼς, καὶ εἰρήνην ἀντιλαβών· εἰρήνην τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν τὴν ἐράσμιον καὶ τῷ θεῷ φίλην· ἣν ὁ δεσπότης Χριστὸς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῇ οἰκουμένῃ ἐχαρίσατο. αὐτῷ ἡ δόξα ἅμα τῷ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Pauli Episcopi Emesæ homilia dicta Alexandriæ, de pace.

Eodem interprete.

Benedictus sit Deus quòd ego nunc primùm ad vos loquens, per pacis appellationem pietatem vestram salutare dignus habitus sum; qui pacem partim dederim, & pacem vicissim acceperim, pacem omnium bonorum causam, pacem amabilem & Deo caram, quam orbi terrarum per spiritum sanctum largitus est Dominus Christus. Ipsi gloria unà & patri cum sancto spiritu in secula. Amen.

Θεοδωρήτου πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας.

Ὁ πάντα σοφῶς πρυτανεύων θεὸς, καὶ τῆς ἡμετέρας προμηθούμενος ὁμονοίας, καὶ τῆς τῶν λαῶν κηδόμενος σωτηρίας, συναθροισθῆναι ἡμᾶς κατὰ ταυτὸν παρεσκεύασε, καὶ συμφώνους ἀλλήλοις τὰς ἁπάντων ἔδειξε γνώμας. ἐν κοινῷ γὰρ ἀναγνόντες τὰ Αἰγύπτια γράμματα, καὶ ἐξετάσαντες αὐτῶν ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν, εὕρομεν σύμφωνα τοῖς εἰρημένοις [ἀφ' ἡμῶν] τὰ ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένα, καὶ ἄντικρυς ἐναντία τοῖς δώδεκα κεφαλαίοις, οἷς μέχρι τοῦ παρόντος ὡς ἀλλοτρίοις τῆς εὐσεβείας πολεμοῦντες διετελέσαμεν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ εἶχε, σαρκικῶς σάρκα

[a] Theodoriti ad Iohannem Antiochenum.

Eodem interprete.

Deus qui cuncta sapienter moderatur, & nostræ prospicit concordiæ, necnon curam gerit de salute populorum, congregari nos in eundem locum procuravit, invicemque consentientes effecit cunctorum sententias. In conventu enim cùm legissemus Ægyptiacas litteras, & diligenter earum sensum expendissemus, invenimus consonare cum illis quæ à nobis dicta fuerant ea quæ illinc missa sunt, atque planè contraria esse duodecim capitulis quæ ad præsens usque tempus tamquam aliena à pietate impugnare non destitimus. Illa enim continebant, carnaliter carnem

[a] THEODORITI] Priorem partem hujus epistolæ habebamus in collatione quinta Concilii quinti, sed Latinè tantùm. Græca ediderunt viri doctissimi Leo Allatius in vindiciis synodi Ephesinæ pag 137. & Ioannes Baptista Cotelerius in tomo primo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ pag. 48. Integram se dare putavit Allatius. Verùm multa in ejus editione desunt quæ edita sunt infrà in capite 95 synodici adversùs Tragœdiam Irenæi.

ANNO CHRISTI 431.

CONCIL. EPHES.

factum Dei verbum, ac unionem secundùm hypostasim, & conventum secundùm unionem naturalem, itemque Deum verbum factum esse primogenitum ex mortuis; abnegabant autem & vocum de Domino prolatarum divisionem; insuperque alia complectebantur, ab apostolicis quidem seminibus diversa, hæreticorum verò zizaniorum germina. At quæ nunc missæ sunt litteræ, evangelica nobilitate decorantur. In iis enim Deus perfectus & homo perfectus Dominus noster Iesus Christus prædicatur. Ad hæc, duæ naturæ, earumque unio inconfusa, non per temperaturam & mistionem, sed ineffabiliter ac prout Deum decet facta, tum naturarum proprietates impermistè conservans. Et passionis quidem ac mutationis expers Deus verbum, passibile verò templum, morti tempore brevi traditum, rursusque uniti Dei potentia suscitatum. Præterea spiritus sanctus, non ex filio aut per filium existentiam habens, sed à patre procedens, proprius autem filii nominatus, ut consubstantialis. Hanc rectitudinem in litteris intuiti, nactique ex diametro contrariam jam priùs scriptis, hymnos cecinimus ei qui linguis balbutientibus medetur, & ingratum auribus sonum in sonitum blandum transmutat.

γεγονότα τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ σύνοδον τὴν καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, καὶ τὸν θεὸν λόγον πρωτότοκον γεγενημένον ἐκ νεκρῶν· ἀπηγόρευε δὲ καὶ τὴν περὶ τοῦ κυρίου φωνῶν τὴν διαίρεσιν· καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις εἶχε, τῶν μὲν ἀποστολικῶν σπερμάτων ἀλλότρια, τῶν δὲ αἱρετικῶν ζιζανίων βλαστήματα. τὰ δὲ νῦν ἐπισταλμένα, τῇ εὐαγγελικῇ εὐγενείᾳ καλλωπίζεται. θεὸς γὰρ τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν αὐτοῖς ἀναγορεύεται. καὶ φύσεις δύο, καὶ τούτων καὶ ἕνωσις ἀσύγχυτος· οὐ κατὰ κρᾶσιν καὶ φυρμὸν, ἀλλ' ἀπορρήτως καὶ θεοπρεπῶς γενομένη, καὶ τὰς τῶν φύσεων τὰς ἰδιότητας ἀκράτως διαφυλάξασα. καὶ ἀπαθὴς μὲν ὁ θεὸς λόγος καὶ ἄτρεπτος· παθητὸς δὲ ὁ ναὸς, καὶ τῷ θανάτῳ πρὸς ὀλίγον παραδοθεὶς, καὶ πάλιν τῇ δυνάμει τοῦ ἑνωθέντος θεοῦ ἐγερθείς· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἐξ υἱοῦ ἢ διὰ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ υἱοῦ ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. ταύτην τὴν ὀρθότητα ἐν τοῖς γράμμασι θεασάμενοι, καὶ ἐναντίαν ἐκ διαμέτρου τοῖς ἤδη πρότερον γραφεῖσιν εὑρόντες, ὑμνήσαμεν τὸν τὰς ψελλιζούσας γλώσσας ἰατρεύοντα, καὶ τὴν ἀπηχῆ φθόγγον εἰς ἠχὴν ἡδεῖαν μεταρρυθμίζοντα.

PRÆFATIO

IN COLLECTIONEM SEQVENTEM.

DVo vetera exemplaria antiquæ versionis Latinæ Concilii Ephesini in manus nostras venerunt anno MDCLXXVII. unum quod fuit olim Ecclesiæ Bellovacensis, & nunc in bibliotheca Colbertina servatur, aliud monasterii sancti Iuliani Turonensis. Et Bellovacense quidem seu potiùs ejus reliquias, est enim admodum imperfectum, contulimus cum editione Contiana. Invenimus autem in eo commonitorium à Papa Cælestino datum Episcopis & Presbyteris euntibus ad orientem, qui nomine ejus & totius Ecclesiæ occidentalis interfuerunt Ephesinæ synodo. Lætatus sum sanè vehementer quum in præclarum illud antiquitatis ecclesiasticæ monumentum, quod hactenus incognitum fuerat, incidi; & quoniam tum se occasio obtulit scribendi ad Eminentissimum & doctissimum ac mei amantissimum Hieronymum Casanatam S. R. E. Cardinalem, rogavi eum ut in vetustis bibliothecæ Vaticanæ codicibus quæri juberet instructiones quas Cælestinus eisdem Episcopis & Presbyteris datas fuisse docet in eodem commonitorio. Fecit ille pro sua singulari humanitate & in has nostras literas inclinatione quod ab eo petebatur, ac die XXVI. Octobris ejusdem anni ad me misit exemplum ejusdem commonitorii descriptum ex codice 1320. bibliothecæ Vaticanæ. Neque his contentus vir optimus, scripsit Venetias, Florentiam, Mediolanum, si fortè illic reperiri possent quæ quærebantur; ac, ne quid prætermitteret, ut ipse ad me scripsit anno MDCLXXIX. die XIV. Novembris, etiam in bibliotheca monasterii Casinensis investigari mandavit si quid istiusmodi reperiretur. Inventi sunt duo codices antiquissimi, in quibus continebantur acta quamplura spectantia ad Concilium Ephesinum & Chalcedonense; ad quæ recensenda & ex-

cutienda usus est idem eminentissimus Cardinalis opera viri multæ lectionis Christiani Lupi Augustiniani, qui tum fortè Romæ erat. Is verò illa omnia statim edere constituit, & à Cardinale pervicit ne cui fas esset illa describere aut evulgare se invito. Emisit ergo non ita pridem Lupus, sed adeo indiligenter ut nè quidem admonuerit quem titulum habeat illa collectio in libris Casinensibus, qui ordo custoditus illic sit, quid à se omissum, quid mutatum. Permulta enim ab eo omissa ac mutata fuisse satis intelligent eruditi lectores. Nihil intentatum reliqui quo possem fieri compos rerum quæ in codicibus illis Casinensibus continentur; sed tanta adeoque pertinax fuit monachorum illius monasterii obstinatio ut ab illis nulla arte nullisque precibus obtinere potuerim. Si repulsam passus non essem, poteram multa adnotare quæ à Lupo prætermissa sunt, ex quorum commemoratione plurima utilitas in publicum redundare potuisset. Dare itaque institui hanc collectionem qualis à Lupo emissa est. Sed antequam ad eam aggrediar, pauca præfabor de hoc opere ejusque auctore.

Certum est opus esse hominis post Iustinianum scribentis, defensoris præterea trium capitulorum, ac, nisi conjectura fallit, Africani. Istud colligitur ex capite CXCIII. ubi ita legitur: *Nonne per Imperatorem Iustinianum, omni conspirata totius seculi potestate, toto tricennali fere tempore id egerunt ut Theodori & Ibæ & Theodoreti scripta acerrimè condemnarent?* Certè ubique se prodit Cyrilli Alexandrini, Theodoreti, & Ibæ studiosum, ac Nestorii sectatorumque ejus adversarium. Collectionem porrò suam inscripsit SYNODICON, ut patet ex capite CCV. extremo. Scripsit autem adversùs libros quos Irenæus Nestorii studiosus vocavit Tragœdiam, hoc est, fortassis *prophetiam instantis constitutionis*, ut de simili libro ait Anastasius in historia ecclesiastica pag. 51. ex Theophane. Ob eam nos causam, cùm nesciremus quem titulum in codice Casinensi habeat hæc collectio, SYNODICON vocavimus ADVERSÙS TRAGOEDIAM IRENÆI. Descriptus est autem ex codice monasterii Accœmetensis, ut colligitur ex capite primo extremo & ex cap. XXII. & CCXXI.

SYNODICON ADVERSUS TRAGOEDIAM IRENÆI.

INDEX CAPITUM.

provinciarum Episcopis, qui Iohannem Antiochenum sustineri volebant, & tunc eo præsente synodum fieri, eo quòd, sicut scripserat beato Cyrillo, vix ei iter triduanum superérat. Directa verò est pridie quàm celebrarentur gesta contra Nestorium, per quæ depositio ejus est facta.

Cap. VIII. Epistola Nestorii & qui cum ipso ad Imperatorem Theodosium, de his quæ tunc in Ephesio gesta sunt.

Cap. IX. Contestatio Candidiani Comitis, quam publicè, manè audiens synodum celebrari, in Ephesio proposuit.

Cap. X. Item contestatio alia magnificentissimi Comitis Candidiani post synodum.

Cap. XI. Item edictum magnificentissimi Comitis ad synodum.

Cap. XII. Incipiunt secunda commenta synodi quæ cum Iohanne Antiocheno Episcopo convenit in Ephesio.

Cap. XIII. Dominis reverendis & honorandis Presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis & amico Christi populo in Hierapoli Euphratesiæ sancta synodus orientalium & eorum qui ex diversis regionibus atque provinciis per gratiam Dei in Ephesum convenerunt, in Domino gaudere.

Cap. XIV. Ejusdem synodi alia epistola ad Imperatorem Theodosium, quam scripserunt post Irenæi discessum, cognoscentes quæ contra eos adversa pars egerat. Direxerunt verò jam prædicto Comiti, ut cum aliis Principi offerret & hanc.

Cap. XV. Epistola Nestorii ad scholasticum eunuchum Imperatoris Theodosii.

Cap. XVI. Post hæc directus est Comes largitionum Iohannes cum sacris de depositione Nestorii & beatorum Cyrilli & Memnonis, quæ in priori codicis parte posuimus. Cujus Comitis ista relatio est.

Cap. XVII. Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi & synodi quæ cum eo convenit ad Imperatorem Theodosium, quam direxerunt per eundem Iohannem Comitem; in qua etiam catholicæ fidei illa confessio continetur quam postea Cyrillus Alexandrinus Episcopus per pacificam laudavit epistolam, scribens eidem Iohanni Antiocheno præsuli per legatum pacis Paulum Emesenum Episcopum.

Cap. XVIII. Honorandissimis & Deo amicissimis Presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis ac monachis & amicæ Christi plebi quæ est in Antiochia orientis, sancta synodus orientalium & aliarum regionum provinciarumque quæ per Dei gratiam in Ephesio congregata est.

Cap. XIX. Domino meo per omnia sanctissimo patri Episcopo Acacio Iohannes, Iohannes, Alexander, Alexander, Dexianus, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus, Musæus, Meletius, Diogenes.

Cap. XX. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Andream Episcopum Samosatenorum.

Cap. XXI. Epistola Comitis Irenæi, quam cunctis à quibus fuerat directus Episcopis ante Comitis largitionum Iohannis rescripsit adventum.

Cap. XXII. Sancta synodus orientalium regionum & horum qui pariter ex diversis provinciis ac partibus congregati sunt, id est, ex Bithynia, Pisidia secunda, Paphlagonia, Cappadocia, Europa, Rhodope, Thessalia, Dacia, interlocuta est quæ subter annexa sunt.

Cap. XXIII. Mandatorium synodi orientalium Episcoporum & reliquorum qui pariter in Ephesum congregati sunt ad legatarios suos.

Cap. XXIV. Epistola Præfectorum ad Nestorium, ut cum honore ad suum monasterium remearet, unde ad episcopatum fuerat vocatus.

Cap. XXV. Epistola Nestorii rescripta ad eundem Præfectum prætoriorum Antiochenum ad epistolam suprascriptam.

Cap. XXVI. Iterum alia epistola ab Episcopis orientalibus & confidentibus eorum ab Ephesio, per quam respondetur ad litteras suprascriptas.

Cap. XXVII. Iterum alia epistola quorum suprà Episcoporum ad quos supra Episcopos.

Cap. XXVIII. Per omnia Deo amicissimis & sacratissimis atque sanctissimis commministratoribus Iohanni, Iohanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto Episcopis, synodus quæ convenit Ephesi, salutem.

Cap. XXIX. Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus victores, triumphatores, maximi, semper colendi, sanctæ synodo quæ in Ephesina civitate convenit.

Cap. XXX. Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum, quam ponit Irenæus.

Cap. XXXI. Dominis honorandissimis & Deo amicissimis Episcopis qui in Ephesio degunt, Iohannes, Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus Episcopi, in Domino salutem.

Cap. XXXII. Contestatio prima Iohannis Antiochenæ sedis Patriarchæ & reliquorum sex, quam Theodosio Imperatori a Chalcedone direxerunt, quando eis illic relictis intravit Constantinopolim cum his missis qui erant in legatione à beato Cyrillo & synodo quæ pariter convenit in Ephesum.

Cap. XXXIII. Post contestationem Iohannis & aliorum Episcoporum qui in Chalcedone retenti sunt intrante Imperatore in Constantinopolim cum parte adversa, hæc ad Ephesum sacra directa est Episcopis qui cum Alexandrino Episcopo convenerant; cujus post præfationem talis est textus.

Cap. XXXIV. Contestatio secunda quam Iohannes Antiochenus Episcopus & reliqui.... & totius synodi à qua directi sunt, Imperatori Theodosio ad Constantinopolim direxere personas.

Cap. XXXV. Contestatio tertia, quam Theodosio Imperatori eidem septem Episcopi direxerunt.

Cap. XXXVI. Pars sermonis unius quo in Chalcedone dicunt usum Theodoretum Episcopum Cyrensis Ecclesiæ.

Cap. XXXVII. Sermo Iohannis Antiocheni, quem dixit in Chalcedone post sermonem Aphthonii Presbyteri & Episcopi Theodoreti.

Cap. XXXVIII. Epistola sancti Iohannis Antiocheni Episcopi, quam Præfecto scripsit ab Ancyra.

Cap. XXXIX. Epistola Iohannis Antiocheni Patriarchæ & omnium qui in eadem civitate pariter convenerunt Episcoporum ad Imperatorem Theodosium post certamina quæ hi habuerant Episcopi in Ephesio & Chalcedone.

Cap. XL. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit ad populum Constantinopolitanum; per quam ostenditur quia non solùm priùs & posteriùs, sed & quando ab Epheso ad Chalcedonem, & à Chalcedone rediit ad Ecclesiam suam, semper fidem catholicam prædicavit, licèt Nestorium damnare distulerit, non credens illa ejus esse dogmata, quæ & ipse Nestorius denegabat, & in Epheso ex quaternionibus sub ejus nomine nullo teste probata credebat.

Cap. XLI. Epistola sancti Acacii Berthœensis Episcopi antiquissimi & illo tempore clari sacerdotis, qui etiam confessor Arrianorum temporibus fuit; cujus & scriptas contra beati Cyrilli capitula litteras approbavit Theodosius Imperator scribens ad synodum quæ in Epheso congregata est per Iohannem Comitem largitionum, sicut suprà ostensum est; cui & in ipsa discordia posito & sedes apostolica & beatus Cyrillus cum magna veneratione rescripsit.

Cap. XLII. Epistola quam præfatus Irenæus direxit, à beato Theodoreto Cyri Episcopo ad Candidianum Comitem Domesticorum ante pacem missa.

Cap. XLIII. Epistola sanctæ memoriæ venerabilis Andreæ Episcopi Samosatæ civitatis ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, de Rabbula Episcopo Edesseno, qui se ab orientali synodo separavit.

Cap. XLIV. Synodicum decretum Iohannis Antiocheni Episcopi & reliquorum ad Episcopos Osrhoënæ provinciæ contra eundem Rabbulam Edessenæ civitatis Episcopum.

Cap. XLV. Hypomnysticum Theodoreti ad Alexandrum Metropolitanum.

Cap. XLVI. Epistola Dorothei Metropolitæ missa ad populum Constantinopolitanum.

Cap. XLVII. Alia epistola Theodoreti ad populum Constantinopolitanum, commendatitia.

Cap. XLVIII. Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad Helladium Tharsi Episcopum, quando allata sibi Maximiani synodica, noluit ejus nomen in dypticha recipere.

Cap. XLIX. Item epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad clerum & populum Tharsensis Ecclesiæ, quando personuerat quòd Imperator jussisset ut inde pelleretur Helladius, eo quòd minimè suscepisset Maximiani Constantinopolitani synodica.

Cap. L. Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum de Aristolao, quem pro pace facienda misit Theodosius Imperator ad eundem Iohannem & Cyrillum Alexandriæ Patriarcham cum epistolis suis, per quas * synodis omnibus inter eos pacem fieri jussit.

* modis

Cap. LI. Hypomnysticum Imperatoris Theodosii ad Acacium Episcopum Berrhœæ.

Cap. LII. Hypomnysticum ad sanctum Simeonem Stylitem per eundem Aristolaum.

Cap. LIII. Propositiones quæ directæ sunt ab Acacio Berrhœensi Episcopo per Aristolaum Tribunum & Notarium Cyrillo Episcopo Alexandrino ex Concilio Episcoporum Iohannis Antiochiæ, Alexandri Hierapolis, Macarii Laodiceæ, Andreæ Samosatæ, & Theodoreti Cyri, de pace facienda.

Cap. LIV. Epistola Alexandri, Andreæ, & Theodoreti Episcoporum ad Helladium Tharsi Episcopum, sicut posuit Irenæus.

Cap. LV. Epistola sancti Acacii Episcopi Berrhœæ ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum.

Cap. LVI. Domino meo dilectissimo fratri & comministratori Acacio Cyrillus in Domino salutem.

Cap. LVII. Epistola Alexandri Hierapolitani ad Acacium Berrhœensem Episcopum.

Cap. LVIII. Epistola ejusdem Alexandri ad Andream Episcopum Samosatenorum.

Cap. LIX. Epistola Andreæ Episcopi, per quam respondit ad epistolam hanc Alexandri.

Cap. LX. Epistola Theodoreti Episcopi, scripta ad Acacium Berthœæ Episcopum, de literis quæ ab Ægypto venerunt ad eundem Acacium.

Cap. LXI. Epistola ejusdem Theodoreti ad Andream Episcopum de hac ipsa re.

Cap. LXII. Epistola Andreæ Episcopi, quam Theodoreto Episcopo ad suam rescripsit.

Cap. LXIII. Epistola ejusdem Andreæ Episcopi ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum.

Cap. LXIV. Epistola Alexandri Hierapolitani Episcopi ad Andream Episcopum rescripta.

Cap. LXV. Epistola ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum.

Cap. LXVI. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit Alexandro Episcopo, sicut posuit Irenæus.

Cap. LXVII. Epistola Maximini Episcopi Anazarbi ad Alexandrum Episcopum.

Cap. LXVIII. Epistola Helladii Tharsensis Episcopi ad eundem Alexandrum Episcopum.

Cap. LXIX. Epistola Alexandri Episcopi Hierapolis, quam rescripsit Helladio Archiepiscopo Tharsi.

Cap. LXX. Epistola Theodoreti Episcopi ad Helladium Episcopum de Himerio Episcopo Nicomediæ. Et hanc, sicut posuit Irenæus, duximus transferendam.

Cap. LXXI. Epistola Theodoreti Episcopi, sicut idem Irenæus posuit, ad Himerium Nicomediensem Episcopum.

Cap. LXXII. Epistola Theodoreti rescripta ad Alexandrum Hierapolitanum. Irenæus dicit, sicut apparuit, suspectus.

Cap. LXXIII. Epistola Eutherii Episcopi Metropolitani secundæ Cappadociæ, Thyanensis civitatis, ad Iohannem Antiochiæ Archiepiscopum de eisdem litteris.

Cap. LXXIV. Epistola ejusdem Eutherii Thyanensis Archiepiscopi, quam scripsit Helladio Tharsensi Archiepiscopo, lectis literis ab Alexandria, & Iohannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum, & Alexandri ad Iohannem.

Cap. LXXV. Post hanc epistolam sua verba posuit Irenæus, dicens ita.

Cap. LXXVI. Epistola Iohannis Archiepiscopi Antiocheni ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, quam rescripsit de litteris ex Ægypto, propter ea perculpatus ab Andrea Samosateno Episcopo.

Cap. LXXVII. Epistola Iohannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum de Paulo Episcopo.

Cap. LXXVIII. Epistola Dorothei Metropolitani Mœsiæ & ejusdem provinciæ Episcoporum ad Iohannem Antiochenum Patriarcham de ipsa legatione Pauli ad Alexandriam pergentis.

Cap. LXXIX. Ad manifestandam divisionem eorum qui cum Iohanne Antiochenorum Archiepiscopo sentiebant & eorum qui Nestorium cum ejus dogmatibus, quæ & ipse negaverat, post istam epistolam proœmium Irenæi, de quo sæpe diximus, transcribamus. Quod ita se habet.

ANNO CHRISTI 431

CONCIL. EPHES.

Cap. LXXX. Epistola prima post Ecclesiæ scissionem, quam Iohannes Antiochenus Episcopus per Paulum Emesenum Episcopum Cyrillo Alexandrino Episcopo pro pace facienda direxit.

Cap. LXXXI. Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Euphratesiæ provinciæ Metropolitanum. Irenæus dixit.

Cap. LXXXII. Epistola Andreæ Episcopi Samosateni ad Alexandrum Episcopum Hierapolis.

Cap. LXXXIII. Epistola Acacii Episcopi Melitinensis ad Cyrillum Archiepiscopum Alexandriæ de pace quæ inter ipsum & orientales Episcopos facta est.

Cap. LXXXIV. Testimonium ex epistola Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad Successum Diocæsareensis civitatis provinciæ Isauriæ Episcopum secunda.

Cap. LXXXV. Cyrillus Theognosto & Charmosyno Presbyteris & Leontio Diacono in Domino salutem.

Cap. LXXXVI. Epistola Iohannis Episcopi Antiochiæ ad Theodoretum Cyri Episcopum de pace inter Ecclesias facta.

Cap. LXXXVII. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Iohannem Antiochiæ Episcopum rescripta, & suprà appositæ respondens nuntiæ pacis.

Cap. LXXXVIII. Epistola ejusdem ad Theosebium Episcopum, Ambas Irenæus ponit.

Cap. LXXXIX. Verba Irenæi, quæ post Iohannis epistolam suprà scriptam contra Theodoretum dixit.

Cap. XC. Epistola Andreæ Samosateni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum.

Cap. XCI. Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad Imperatorem Theodosium, de pace Ecclesiæ.

Cap. XCII. Epistola Meleni Episcopi rescripta ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum contra Paulum Episcopum Emesenum.

Cap. XCIII. Item epistola Alexandri Episcopi ad Andream Episcopum, hoc ipsum probans.

Cap. XCIV. Ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum similis epistola.

Cap. XCV. Incipit epistola, ut aiunt, Theodoreti Episcopi ad Iohannem Antiochiæ.

Cap. XCVI. Epistola Alexandri ad Theodoretum, per quam vocis quidem proditionem accusat, declarat autem quomodo epistolam falsantes qui circa Paulum Emesenum Cyrillo Ægyptio obtulerunt.

Cap. XCVII. Epistola Theodoreti, quam rescripsit Episcopo Alexandro.

Cap. XCVIII. Epistola Andreæ ad Alexandrum, indicans quòd neque ipse in aliquo judicet contra Nestorii personam, sed potiùs contra eos qui non ita habebant.

Cap. XCIX. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Alexandrum, per quam promittit anathematizare quæ circa Iohannis personæ doctrinam, nec ipse eorum pariter communicator existere. Has ad hoc præcipuè posui, ut notum sit quæ sint unde impetitur vel beatus Theodoretus, vel quisquis conscripsit.

Cap. C. Epistola, *inquit*, Alexandri ad Theodoretum, per quam suum tali conditione promisit adventum, si ei per litteras satisfieret de his propter quæ satisfactionem nitebatur exigere.

Cap. CI. Epistola, *inquit*, Andreæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit invitans eum ut mox consentiret ad factam pacis compositionem.

Cap. CII. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam rescripsit rogans ne de hoc ei ulteriùs instaretur ab eis.

Cap. CIII. Epistola, *inquit*, Andreæ, quam super his rescripsit Deo amicissimo Episcopo Alexandro, iterum rogans ut ceteris adsentiret.

Cap. CIV. Epistola Alexandri Episcopi, quam rescripsit Andreæ, culpans eum quòd dum rectam fidem prædicant, communicent tamen Cyrillo nullo modo recedenti ab hæresi.

Cap. CV. Epistola, *inquit*, ejusdem, quam scripsit ad Iohannem Germaniciæ, qui similiter eum pro pace rogaverat.

Cap. CVI. Epistola, *inquit*, Andreæ ad Oeconomos Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quòd communicaverit Antiochenis & reliquis omnibus.

Cap. CVII. Epistola Pauli Emeseni Episcopi, ostendens ejus intentiones.

Cap. CVIII. Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Rabbulam Edessenum Episcopum, nuntians quod omnino non recipit propositiones quæ à Iohanne sunt destinatæ.

Cap. CIX. Epistola Maximini ad Alexandrum, quam scripsit dum cognovisset de Andrea & de [Iohanne] Germaniciæ.

Cap. CX. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Helladium, indicans quod non abscesserit ab illis quæ inter ipsos semel in negotio convenerunt, neque injustitiæ quæ in illam personam commissa est acquiescere patiatur.

Cap. CXI. Epistola, *inquit*, Helladii ad Alexandrum, indicans quòd propter eam quæ facta est causæ proditionem Cilices convenire placuerit.

Cap. CXII. Epistola, *inquit*, Maximini secundæ Ciliciæ ad Alexandrum, qua indicavit quoniam convenientes certa quædam definierunt de causa quæ agebatur.

Cap. CXIII. Synodus Anazarbensis. Sancta synodus secundæ Ciliciæ, quæ per gratiam Dei in Anazarbo metropoli convenit, interlocuta est quæ subjecta sunt.

Cap. CXIV. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Helladii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, per quam indicavit quòd convenientes Episcopi secundæ Ciliciæ certam formulam dederint de causa quæ vertitur; quam primæ quoque Ciliciæ Episcopi approbant.

Cap. CXV. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Dorothei Metropolitani Mœsiæ ad Antiochenum Iohannem, quam scripsit ex opinione advertens quòd Alexandriæ inter Paulum & Cyrillum convenerit.

Cap. CXVI. *Idem hanc posuit epistolam.* Deo amicissimis & sanctissimis Dominis meis & cum omni reverentia nominandis sanctis comministratoribus Alexandro & Theodoreto, Eutherius gaudere.

Cap. CXVII. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Eutherii Thyanensis Episcopi & Helladii Tharsensis, scripta ad magni nominis Romæ Episcopum Sixtum.

Cap. CXVIII. Multa inter has epistolas abstuli quæ ex sua persona intulit Irenæus. Sed hæc quæ sequuntur ab eo dicta, non inutilia, sicut cetera, credens, ad hoc præcipuè transtuli ut homò Nestorii sequacissimus, quàm se hostiliter habeat ad ea quæ in epistola Ibæ, quæ ad Marim Persam cunctis suæ regionis innotescenda facta est, continentur, sicut & de aliis studiis

fautorum

Anno Christi 431.

Synodicon.

fautorum prædicti, satis appareat.

Cap. CXIX. Domino, *inquit*, meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Alexandro, Theodoreto, Abbibo, Heliadi, Mari, Davidi, Acilino, Meletius.

Cap. CXX. Deo amicissimo, *inquit*, secundùm veritatem & sanctissimo patri Episcopo Nestorio Theodoretus.

Cap. CXXI. Ea quæ rescripta sunt, *inquit*, ad prophetiam de ea quæ dicitur Ægyptii pœnitentia. Vel si veram quis putet vel si fictam Ægyptii pœnitentiam, mihi utique plurimum est odium contra eam.

Cap. CXXII. Domino meo reverentissimo & Dei colentissimo comministratori Theodoreto Episcopo Iohannes in Domino salutem.

Cap. CXXIII. Epistola, *inquit*, Iohannis Antiocheni, quam scripsit Tauro [Præfecto prætorio] atque Patricio, congaudens quidem et de ordinatione Procli Constantinopolitani Episcopi, rogans verò eum adjuvare se contra obstinatos qui se ab ejus communione sejunxerant.

Cap. CCXXIV. Epistola, *inquit*, Meletii Episcopi ad Maximinum Anazarbi, per quam significavit de Domitiano Quæstore & de sacris quas contra eos impetraverat Iohannes Antiochenus.

Cap. CXXV. Epistola, *inquit*, vel hypomnisticum magnificentissimi quæstoris ad Episcopum Thatsi Helladium, hortans eum Antiocheno adjungi.

Cap. CXXVI. Epistola, *inquit*, Iohannis Episcopi Antiocheni ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, per quam indicavit quòd præcepit Imperator ut nullus orientalium Episcoporum Constantinopolim proficisceretur.

Cap. CXXVII. Epistola, *inquit*, Alexandri Episcopi in personam magistriani, qui præfatas attulerat literas.

Cap. CXXVIII. *Irenæus ait*. Et hæc epistola Theodoreti ad Meletium Neocæsareæ de his quæ Iohannes in diversis vicibus iniquè commisit.

Cap. CXXIX. *Idem Irenæus inquit*. Per omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Syriæ & Ciliciæ primæ ac secundæ & secundæ Cappadociæ, Alexander, Theodoretus, Heliades, Abbibus, Maras, David, Acilinus, in Domino gaudere.

Cap. CXXX. Dominis, *inquit*, meis, per omnia Deo amicissimis patribus atque sanctissimis [Episcopis] Alexandro, Theodoreto, Heliadi, Abbibo, Maræ, Davidi, Acilino, Helladius, Matronianus, Cyrillus, Zenobius, in Domino gaudere.

Cap. CXXXI. Dominis, *inquit*, meis & per omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Heliadi, Abbibo, Maræ, Davidi, Acilino, Hermogenes, Meletius, Hesychius, Heliodorus, in Domino gaudere.

Cap. CXXXII. Epistola, *inquit*, Alexandri Episcopi Apameæ ad Deo amicissimum Alexandrum Episcopum, quam rescripsit rogans ut ubi possibile est, convenirent ad deliberandum de his quæ geruntur, quid fieri oporteret.

Cap. CXXXIII. Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad magnificentissimum magistrum militum scripta de his.

Cap. CXXXIV. Libellus reverentissimis & Deo amicissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Maræ, Davidi, Acilino, ab Abbibo Episcopo Dolichii missus, per quem indicavit quæ ab Antiocheno iniquè commissa sunt.

Cap. CXXXV. Epistola, *inquit idem*, Deo amicissimorum Episcoporum Alexandri, Theodoreti, Abbibi, Heliadis, Maræ, Davidis, Acilini, Euphratesiæ provinciæ Episcoporum ad Augustas, quibus scripserunt innotescentes quæ ab Antiocheno diversis vicibus in eos commissa sunt.

Cap. CXXXVI. Epistola Alexandri Episcopi respondentis super his Iohanni Archiepiscopo.

Cap. CXXXVII. Epistola, *inquit*, Dorothei Metropolitani Mœsiæ ad Deo amicissimum Alexandrum Episcopum Euphratesiæ & Theodoretum.

Cap. CXXXVIII. Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Dorotheum Mœsiæ Metropolitam.

Cap. CXXXIX. Epistola, *inquit*, ejusdem ad amicum Christi Constantinopolitanum orthodoxorum populum, per quam eos hortatur ad patientiam, & circa dogmata contrariorum pœnitentiam declarat.

Cap. CXL. Sacra, *inquit*, à Iohanne Antiochiæ impetrata tam contra Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Hierapolios Alexandrum quàm contra Helladium & Maximinum & Theodoretum Deo amicissimos Episcopos.

Cap. CLI. Epistola, *inquit*, Meletii ad Neotherium Comitem, qui eum per literas fuerat exhortatus & admonuerat ut Antiocheno reconciliaretur.

Cap. CXLII. Rescriptum, *inquit*, publicatum ut terminus eorum quæ scripta sunt ad magnificentissimum Comitem & Vicarium Titum à gloriosissimo magistro militiæ Dionysio.

Cap. CXLIII. Epistola, *inquit*, magnificentissimi Dionysii magistri militum, quam scripsit ad unumquemque Episcoporum qui nominantur in sacra, ut aut consentirent his quæ ab Antiocheno sunt gesta, & communicarent ei, aut ab Ecclesiis & civitatibus exirent.

Cap. CXLIV. Epistola, *inquit*, Helladii Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Meletium, quam scripsit indicans ei quæ sunt à Constantinopoli mandata, & de his petens quæ essent gerenda tractatum.

Cap. CXLV. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi Meletii ad Helladium, per quam rescripsit quòd neque ipse ab eis quæ semel piè placita sunt absistet, neque credere justum esset his qui illa nuntiaverint, dum per opera ipsa docuerint quod propter tempus à Procli sint suscitati fautoribus.

Cap. CXLVI. Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Alexandrum Deo amicissimum Episcopum, per quam significavit quòd magnificentissimus Comes Titus & sanctissimi monachi infurrexerunt in eum per litteras, tanquam qui debeat pacem communionemque amplecti Antiocheni Iohannis.

Cap. CXLVII. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit ad hæc quæ ab illo sunt scripta, dirigens ei conditiones quasdam de ipso negotio.

Cap. CXLVIII. Epistola, *inquit Irenæus*, ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam [Theodoretus] rescripsit significans ei quòd legerit directas sibi conditiones, & unam tamquam minùs se bene habentem [non] probaverit.

Cap. CXLIX. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam denuo rescripsit Deo amicissimo Theodoreto, dirigens ei & proœ-

Anno Christi 411

Synodicon.

mium synodicorum Procli.

Cap. CL. Initium synodicæ Ecclesiæ de Proclo factæ.

Cap. CLI. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit indicans quòd multa oportet cogitare de pace, & maximè quia certi essent qui thronis eorum insidiarentur.

Cap. CLII. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit rogans quidem non sibi de eisdem fieri importunitatem, dirigens verò ei litteras à Constantinopoli Deo amicissimi monachi Parthenii.

Cap. CLIII. Epistola, *inquit*, Parthenii Presbyteri & Archimandritæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum.

Cap. CLIV. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Acilinum Barbalissi Episcopum, qui indicaverat ei quòd multam instantiam sustineret magnificentissimi loci servatoris Titi his qui sunt in castro mandantis ot aut præparent eum introire ad Antiochenum, aut de eodem castro propellerent.

Cap. CLV. Epistola, *inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit cognoscens quòd post introitum Deo amicissimi Episcopi Theodoreti in Antiochiam commoti Cilices de rebus propositis diversa tractarent.

Cap. CLVI. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Deo amicissimum Episcopum Meletium quam scripsit, eum quidem approbans pro tali constantia, reliquorum verò inconstantiam reprobans, & indicans persecutionem factam Deo amicissimo Episcopo Acilino.

Cap. CLVII. Epistola, *inquit*, Hesychii Castabalensis Episcopi ad Episcopum Meletium, indicans quòd persuaso Antiocheno ut in litteris nihil superfluum poneretur, id est, de Nestorii depositione, personæ communicaverint hi qui erant ex secunda Cilicia.

Cap. CLVIII. Velut ut anagnosticum, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Maximinum Episcopum Anazarbi.

Cap. CLIX. Synodica, *inquit*, Maximini & eorum qui erant ex secunda Cilicia ad Antiochenum de communione. Et de capitulis fecit ut hæreticis mentionem.

Cap. CLX. Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Helladium Tharsensem, qui ei scripserat, & direxerat litteras quæ à Constantinopoli venerant. Scripsit verò ei hortando eum ut uniretur Antiocheno, firmans quòd à nemine cogeretur depositioni consentire personæ.

Cap. CLXI. Epistola, *inquit*, ejusdem ad Cyrillum Adanensem, quam scripsit rogans & ipsum ut pro pace satageret, confisus quia nihil ab eo expeteretur nisi sola communio.

Cap. CLXII. Epistola, *inquit*, ejosdem ad Mocimum Deo amicissimum Oeconomum Hierapolitanæ Ecclesiæ; per quam significat quòd in Antiochiam ingressus, Iohanni collocutus sit, & ea de quibus agitur decenter & optabiliter composuerit.

Cap. CLXIII. Epistola, inquit, Meletii, quam scripsit ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, indicans quòd communicaverint secundæ Ciliciæ sacerdotes, primæ verò eos sequi potiùs vellent.

Cap. CLXIV. Epistola, *inquit*, Helladii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua indicavit quòd secundi quidem Cilices communicaverint, compellatur verò & ipse ab omni clero & Episcopis provinciæ suæ Antiocheno conjungi, dicentibus sibi præfatis ne deteriora mala contingant his quibus nunc coarctatur Ecclesia.

Anno Christi 431.

Synodicon.

Cap. CLXV. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi, Episcopi Alexandri, quam Tharsensi rescripsit, vituperans quidem scripta ipsius, admonens verò eum ne desereret ea quæ semel Deo amabiliter judicasset.

Cap. CLXVI. Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit postquam ingressus Antiochiam Iohanni est collocutus, & præfatus senex Deo amicissimus ejus, id est, Theodoreti, colloquium non est passus ulteriùs.

Cap. CLXVII. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, qua respondit indicans quidem causas quæ id non sinerent fieri, rogans verò ne ob hoc sibi de cetero instaretur.

Cap. CLXVIII. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua significavit quòd Cilices & Isauri sub scriptis conditionibus Antiocheno sint adunati.

Cap. CLXIX. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam rescripsit Deo amicissimo Episcopo Theodoreto, insinuans quia nihil interesset apud se quòd Cilices & Isauri Antiocheno communicassent, quando ipse omnia sustinere pro pietate delegerit.

Cap. CLXX. Domino meo & secundùm veritatem Deo amicissimo atque sanctissimo patri & Episcopo Nestorio Theodoretus in Domino salutem.

Cap. CLXXI. Epistola, *inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua scripsit quòd hi quidem qui erant ex secunda Cilicia communicaverint, alii verò Cilices & Isauri similiter sint transgressi quæ piè judicaverunt olim.

Cap. CLXXII. Epistola Deo amicissimi Episcopi Theodoreti ad Iohannem Antiochenum causa Deo amicissimi Episcopi Alexandri.

Cap. CLXXIII. Domino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Meletio Titus.

Cap. CLXXIV. Domino meo per omnia reverentissimo & admirandissimo & magnificentissimo Tito Meletius.

Cap. CLXXV. Epistola, *inquit*, Zenobii Episcopi Zephyrii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, insinuans exisse ab Ecclesia Deo amicissimum Episcopum Meletium.

Cap. CLXXVI. Piissimis & amatoribus Christi Imperatoribus nostris Flaviis Theodosio & Valentiniano triumphatoribus, victoribus, augustis, postulatio & deprecatio à Iohanne Antiochenæ Dei Ecclesiæ Episcopo.

Cap. CLXXVII. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Deo amicissimum Alexandrum, quam scripsit postquam militum superventu expulsus est.

Cap. CLXXVIII. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Meletium Deo amicissimum Episcopum, quam rescripsit ad præfatas litteras post exitum ejus.

Cap. CLXXIX. Interpretatio, *inquit*, præcepti magistri militum Dionysii, quam scripsit ad clarissimum judicem secundæ Ciliciæ.

Cap. CLXXX. Domino meo Deo amicissimo & sanctissimo, *inquit*, patri Alexandro Episcopo Titus.

Cap. clxxxi. Domino, *inquit*, meo ſanctiſſimo & Deo amiciſſimo patri Epiſcopo Alexandro Dionyſius.

Cap. clxxxii. Epiſtola, *inquit*, Deo amiciſſimi Epiſcopi Alexandri, quam reſcripſit ad litteras ſupraſcriptas, in cauſâ eadem ſuum demonſtrans propoſitum.

Cap. clxxxiii. Flavius Titus glorioſiſſimus Comes devotiſſimorum Domeſticorum, implens locum magiſtri militiæ poteſtatis, Flavio Lybiano clariſſimo Præſidi Euphrateſiæ provinciæ.

Cap. clxxxiv. Relatio, *inquit*, Lybiani Euphraſiæ judicis ad magnificentiſſimum Vicarium Titum.

Cap. clxxxv. Relatio, *inquit*, ſecunda Euphrateſiæ judicis, qui perturbationem civitatis agnoſcens propter exitum ſanctiſſimi Epiſcopi Alexandri factam, direxit magnificentiſſimo Comiti orientis, tranſmittens & populi acclamationes tam ad ſe quàm ad magnificentiſſimum Comitem Titum factas, & ad ipſum quoque Antiochiæ præſulem.

Cap. clxxxvi. *His Irenæus illa ſubjecit.* Ideo poſuimus, ne quis miretur cur hic voces populi minimè ſcripſerit.

Cap. clxxxvii. Hypomnyſticum Deo amiciſſimo clero Hierapolitano & Chriſti amatoribus plebibus, ab Iohanne.

Cap. clxxxviii. Interpretatio, *inquit*, ſacræ quæ promulgata eſt magnificentiſſimis & glorioſiſſimis Præfectis de exilio in Petram magnificentiſſimi Comitis Irenæi.

Cap. clxxxix. Interpretatio, *inquit*, præfati præcepti.

Cap. cxc. Quanti, *inquit*, à ſanctis Eccleſiis exierunt, nolentes ſuam conſcientiam vulnerare, neque acquieſcere ſactis Cyrilli, ſeu ejus ſuſtinere communionem.

Cap. cxci. Lex quæ contra Neſtorium propoſita eſt.

Cap. cxcii. Religioſiſſimis & piiſſimis Imperatoribus noſtris, dignè honoratis à Deo, Theodoſio & Valentiniano Auguſtis, Helladius, Cyrillus, Valentinus, Minodorus, Iatianus, Epiſcopi primæ veſtræ Ciliciæ.

Cap. cxciii. Domino meo Deo amiciſſimo & ſanctiſſimo Epiſcopo Neſtorio Helladius in Domino ſalutem.

Cap. cxciv. Epiſtola, *inquit*, Cyrilli ad Ariſtolaum Tribunum, quam ſcripſit rogante Beroniciano Epiſcopo Tyri, formas dans anathematiſmi qui ab eis fieri debuiſſet.

Cap. cxcv. *Idem Irenæus ubi propter iſta injuriavit orientis Epiſcopos, ait.* Epiſtola Cyrilli ad Iohannem Antiochenum, per quam cauſatur quòd orientales anathematizaſſent quidem Neſtorium, ſed eadem quæ & ille illi prædicarent. Format autem & quomodo de cetero anathematiſmus experi debeat.

Cap. cxcvi. Epiſtola ſcripta Proclo Conſtantinopolitano Epiſcopo ab orientali Concilio pro Theodoro & Diodoro quondam Epiſcopis.

Cap. cxcvii. Epiſtola Iohannis ad Proclum, per quam gloriatur quòd totum perverterit orientem, & perſonam verò in ipſis literis accuſavit.

Cap. cxcviii. Epiſtola, *inquit*, Cyrilli ad Imperatorem accuſantis contra eos qui circa Antiochenum Iohannem, eò quòd quaſi anathematizare, *inquit*, viſi Neſtorium, ea ipſa ſentiunt quæ & ille, eò quòd Theodori & Diodori ſcripta mirentur.

Cap. cxcix. Pars, *inquit*, [epiſtolæ] Theodoti Ancyræ ad ſanctum Vitalem monachum, qui erat in Cappadocia.

Cap. cc. Pars, *inquit*, epiſtolæ Rabbulæ Edeſſeni ſcriptæ ad Ægyptum, ſignificans quòd qui ab eis oppugnabatur, id eſt, Neſtorius, eos qui circa beatum Theodorum ſecutus, ſic uſus eſt coram Eccleſia doctrinis.

Cap. cci. Epiſtola Eutherii quondam Thyanenſis Epiſcopi ad Alexandrum Hierapolitanum contra pacem ſcripta Eccleſiæ Dei quæ facta eſt inter Cyrillum & Iohannem Epiſcopum.

Cap. ccii. Preſbyter Claudianus.

Cap. cciii. Domino meo ſanctiſſimo, & Deo amiciſſimo Epiſcopo patri patrum & Archiepiſcopo Maximiano Epiphanius tuus.

Cap. cciv. Domino meo dilectiſſimo fratri & comminiſtro Donato Cyrillus in Domino ſalutem.

Cap. ccv. Epiſtola ejuſdem ad Acacium Melitinenſem Epiſcopum.

Cap. ccvi. Epiſtola quædam Lamponi Preſbytero & Clericis.

Cap. ccvii. Epiſtola ejuſdem Iohanni Epiſcopo Antiocheno.

Cap. ccviii. Epiſtola ejuſdem Maximo, Iohanni, Thalaſſo Preſbyteris & Archimandritis.

Cap. ccix. Ejuſdem Cyrilli epiſtola Ariſtolao Tribuno & Notario.

Cap. ccx. Hanc ſequitur illa quam & Irenæus poſuit, ab eodem Cyrillo ad Ariſtolaum ſcriptam. Epiſtola ejuſdem Iohanni Antiocheno contra Theodoretum.

Cap. ccxi. Epiſtola ejuſdem Moſæo Epiſcopo Antaradi.

Cap. ccxii. Epiſtola ejuſdem Acacio Melitinenſi.

Cap. ccxiii. Epiſtola Acacii Melitinenſis ad Cyrillum poſt ſynodum Epheſi habitam.

Cap. ccxiv. Epiſtola ejuſdem ad Succeſſum Epiſcopum Diocæſareæ Iſauriæ provinciæ.

Cap. ccxv. Epiſtola ſecunda ejuſdem ſanctiſſimi Cyrilli Epiſcopi Alexandriæ ad eundem ſanctiſſimum Epiſcopum Diocæſareenſem Iſauriæ.

Cap. ccxvi. Exemplar ab Hypatia, quæ Philoſophiam docebat in Alexandria, ad beatum Cyrillum Archiepiſcopum in dyptichis.

Cap. ccxvii. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandriæ ex ſermone de fide, cujus initium. Hoc prooemium.

Cap. ccxviii. Ejuſdem ex interpretatione epiſtolæ ad Hebræos.

Cap. ccxix. Epiſtola Imperatoris Theodoſii ad ſupraſcripta.

Cap. ccxx. Epiſtola, *inquit*, tractoria ſive generalis à ſanctiſſimo & univerſo Concilio.

Cap. ccxxi. Similiter ex antiquo Acœmetenſi codice tranſtuli quæ ita prænotatur, Confeſſio fidei Acacii Epiſcopi Berrhoeæ.

Cap. ccxxii. Epiſtola Eutychetis hæretici, ubi ſcribens ad Papam urbis Romæ Leonem, negat in Chriſto duas naturas, id eſt, divinitatis & humanitatis.

Cap. ccxxiii. Item verba Eutychetis.

Cap. ccxxiv. Exemplar Iulii Epiſcopi urbis Romæ, ut aſſerunt Eutychis ſcripta, ad Dionyſium Epiſcopum, cujus ſenſu ductus ipſe Eutyches decidit in errorem.

Cap. ccxxv. exemplar epiſtolæ tacito nomine factæ ad quendam ſenem cupientem ſcire quid contrarium catholicæ fidei ſenſerit Eutyches.

SYNODICON ADVERSUS TRAGOEDIAM IRENÆI.

CAPUT PRIMUM.

[a] *Epistola synodica Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium Constantinopolitanum Episcopum.*

Reverentissimo & Deo amantissimo comministro Nestorio Cyrillus & quæ convenit in Alexandria ex Ægyptiaca diocesi synodus, in Domino salutem. Salvatore nostro dicente apertè, *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus*, quid patiamur nos, qui à tua reverentia exigimur te diligere super omnium nostrorum salvatorem Christum? Quid nos in die judicii juvare poterit, aut quam reperiemus excusationem, qui silentio ita longo honoravimus in factis à te contra ipsum blasphemiis? Et siquidem temetipsum solum læderes talia sapiens & docens, minor utique cura esset. Quoniam verò omnem scandalizasti Ecclesiam, & insolitæ ac peregrinæ hæresios fermentum iojecisti populis, & non ibidem solummodo constitutis, sed enim & his qui ubique sunt, (delati namque sunt tuarum expositionum codices) qualis jam nostræ taciturnitati sufficiet sermo? Aut quomodo non necessarium est meminisse dicentem Christum: *Non putetis quia pacem veni mittere super terram. Non enim veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim dividere hominem contra patrem suum, & filiam contra matrem suam.* Cùm enim fides læditur, habetur quidem irrita & fallax parentum reverentia, quiescat autem & quæ in filios est & fratres affectionis lex, & piis jam melior sit mors quàm vita, ut meliorem resurrectionem mereamur, secundùm quod scriptum est. Ecce igitur simul cum sancta synodo quæ in magna Roma est congregata, præsidente sanctissimo & Dei colentissimo fratre & comministro nostro Cæelestino Episcopo, & tertia te hac contestamur scriptura, persuadentes desistere à tam difformibus & distortis dogmatibus quæ sapis & doces, præeligere autem rectam fidem quæ Ecclesiis ab initio tradita est per sanctos Apostolos & evangelistas, qui & perspectores & ministri verbi facti sunt. Aut si hoc non egerit tua reverentia secundùm definitas inducias in litteris memorati sanctissimi & reverentissimi Romanorum Episcopi & comministri nostri Cæelestini, cognosce te ipsum nullam sortem habentem nobiscum, neque locum sive portionem in sacerdotibus Dei & Episcopis. Non enim possibile est nos despicere Ecclesias sic perturbatas & scandalizatos populos, & rectam fidem abjuratam, & dissipatos à te greges, quos salvare debueras, si quidem esses secundùm nos rectæ gloriæ amator, sanctorum patrum investigans pietatem. Omnibus autem qui à tua reverentia separati sunt propter fidem vel depositi, tam laicis quàm clericis, communicatores sumus omnes. Nec enim æquum est recta sapere cognoscentes tuis lædi sententiis, quia tibi bene facientes contradixerunt. Hoc enim ipsum indicasti in epistola quæ scripta est à te ad magnæ Romæ sanctissimum coëpiscopum nostrum Cæelestinum. Non sufficiet autem tuæ reverentiæ confiteri solum fidei symbolum quod in tempore expositum est per sanctum spiritum à sancta & magna synodo tunc in tempore congregata in Nicæa. Intellexisti enim & interpretatus es hoc non rectè, distortè autem magis, quamvis confitearis vocem sermone; sed hoc consequens est ut in scripto & cum jurejurando confitearis quia & anathematizas tua prava & prophana dogmata, sapies autem & docebis quæ & nos omnes & qui in occidente & in oriente Episcopi & doctores & populis præpositi. Consensit autem & Romana sancta synodus & nos omnes ut recta habentibus & irreprehensibiliter epistolis ad tuam reverentiam scriptis ab Alexandrinorum Ecclesia. Subdidimus autem & his litteris nostris quæ te oporteat sapere & docere, & à quibus abstinere convenit. Hæc enim Ecclesiæ catholicæ & apostolicæ est fides, cui consentiunt omnes, quique in occidente sunt, & qui in oriente orthodoxi Episcopi. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, visibilium invisibiliumque factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre, unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est & humanatus, passus, & resurrexit tertia die secundùm scripturas, adscendit ad cœlos, & sedet ad dexteram patris, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & quia ex non exstantibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia, dicentes esse aut vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.* Sequentes autem ubique sanctorum patrum confessiones, quas fecerunt loquente in eis spiritu sancto, & intelligentiæ quæ in cis est investigantes intentionem, & quasi per regiam viam incedentes, dicimus quia ipse unigenitus Dei sermo, qui ex ipsa natus est patris substantia, ex Deo verò Deus verus, lumen de lumine, hic per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, propter salutem nostram descendens, & semetipsum deponens in exinanitionem, incarnatus & inhumanatus est, hoc est, carnem accipiens à sancta virgine, & suam eam faciens, ex vulva secundùm nos pertulit nativitatem, & processit homo ex muliere, non hoc quod erat amittens, sed licèt factus sit in assumptione carnis & sanguinis, etiam ita permanens quod erat, Deus videlicet natura & veritate. Sed neque carnem dicimus in deitatis verti naturam, neque quidem in naturam carnis ineffabilem Dei verbi translatam naturam. Inconvertibilis enim est & immutabilis omnino, idem ipse semper permanens secundùm scripturas. Cùm videretur autem & puer, & in pannis

[a] EPISTOLA] Habetur suprà pag. 411. ex antiqua versione, & pag. 644. ex interpretatione Marii Mercatoris. Ista satis congruit cum illa antiqua; sed quia nonnulla habet dissimilia, & ut hanc collectionem demus integram, ab ea edenda noluimus abstinere. Titulum autem nos apposuimus, cùm nullus esset in editione Christiani Lupi.

Anno Christi 431.

Synodicon.

existens, & in sinu enixæ virginis, omnem implebat creaturam ut Deus, & consessor erat genitori. Divinitas etenim sine quantitate & magnitudine est, & circumterminationem non sustinet. Vniri autem carni secundùm subsistentiam confitentes verbum, unum adoramus filium & Dominum Iesum Christum, neque seorsim ponentes & determinantes hominem & Deum, quasi conjunctos ad invicem dignitatis & auctoritatis unitione, (Novitas enim vocum est hoc, & aliud nihil) neque quidem Christum specialiter nominantes ex Deo verbum, & similiter specialiter velut Christum alterum eum qui ex muliere, sed unum solum scientes Christum ex Deo patre verbum cum sua carne. Tunc enim humanè junctus est nobiscum cùm utique his qui digni erant accipere spiritum daret ipse, & non ex mensura acciperet, sicut dicit beatus evangelista Iohannes. Sed neque illud dicimus, quia habitavit ex Deo verbum quasi in homine communi de sancta virgine nato, ut Deum ferens homo intelligatur Christus. Etsi enim habitavit in nobis verbum, dicitur verò & in Christo habitare omnis plenitudo divinitatis corporaliter, sed tamen sentimus quia factus caro non sicut in sanctis habitare dicitur, secundùm parem modum circa eum quoque fieri definimus habitationem; sed unitus secundùm naturam, & non in carnem mutatus, talem facit habitationem qualem utique habere dicitur & hominis anima ad proprium suum corpus. Vnus igitur Christus & filius & Dominus, non ut conjunctionem quandam simpliciter in unitione dignitatis vel etiam auctoritatis habens homo ad Deum. Non enim unit naturas par honor. Etenim Petrus & Iohannes pares honore quidem ad invicem sunt, secundùm quod Apostoli & sancti discipuli, attamen non unus sunt, sed duo. Neque quidem secundùm appositionem conjunctionis intelligimus modum. Non sufficit enim hoc ad adunationem naturalem. Neque quidem quasi secundùm participationem affectualem, sicut & nos adhærentes Domino, secundùm quod scriptum est: *Vnus spiritus sumus ad eum.* Magis autem conjunctionis nomen recusamus, utpote non idoneum existens significare unitionem. Sed nec Deum nec Dominum Christi ex Deo patre verbum nominamus, ne rursus apertè secemus individuum Christum & filium & Dominum, & blasphemiæ crimen incurramus, Deum suum & dominum facientes eum. Vnitus enim, sicut jam prædiximus, Dei sermo carni secundùm subsistentiam, Deus quidem est omnium, dominator enim universitatis. Neque verò ipse sibi servus est neque dominus [a] factus est. Magis autem & impium ita dicere vel sapere. Ait quidem Deum suum patrem, cùm certè sit Deus natura & ex substantia ejus. Sed non ignoramus quia cùm sit Deus, & homo factus est sub Deo secundùm legem quæ condecet humanam naturam. Ipse verò sibi quomodo fiet Deus aut dominus? Ergo ut homo, & quantum attinet & decet ad exinanitionis mensuras, sub Deo nobiscum semetipsum ipse dicit. Sic factus est & sub lege, cùm locutus ipse sit legem, & legislator existens ut Deus. Recusamus autem hoc dicere super Christo: *Propter eum qui induit, eum quem induit veneror. Propter eum qui est invisibilis, adoro illum qui videtur.* Pavore plenum est super hæc etiam illud dicere: *Ille qui assumptus est, ei qui assumpsit coappellatur Deus.* Qui enim hæc dicit, secat naturas in duos Christos, & hominem statuit per partem specialiter & Deum similiter. Evidenter enim denegat unitionem secundùm quam non ut alter alteri coadoratur quispiam. Neque quidem coappellatur Deus, sed unus intelligitur Christus Iesus filius unigenitus, una adoratione adorandus cum sua carne. Confitemur autem quia ipse ex Deo patre natus filius & Deus unigenitus, licèt secundùm naturam suam existens impassibilis, carne passus est pro nobis secundùm scripturas, & erat in crucifixo corpore suæ carnis [b] inseparabiliter proprias faciens passiones. Gratia autem Dei pro omnibus gustavit mortem, dans ei suum corpus, quamvis secundùm naturam existens vita, & ipse sit resurrectio. Vt enim ineffabili virtute conculcans mortem, utique primùm quidem suam carnem, qua fieret primogenitus ex mortuis & primitiæ dormientium, iterque ut faceret hominis naturæ ad incorruptionis recursum, gratia Dei, sicut diximus [c] nuper, pro omnibus gustavit mortem; triduanus etiam revixit, exspolians infernum. Vnde licèt dicatur per hominem facta resurrectio mortuorum, sed intelligimus hominem factum ex Deo verbum & solutam esse per eum mortis potestatem. Veniet autem in tempore ut unus filius & Dominus in gloria patris, ut judicet mundum in justitia, sicut scriptum est. Necessariò verò & illud adjiciemus. Annuntiantes enim secundùm carnem mortem unigeniti filii Dei, hoc est, Iesu Christi, & ex mortuis resurrectionem & ad cœlos adscensionem confitentes, sine sanguine in Ecclesiis celebramus sacrificium. Accedimus etiam ita ad mysticas benedictiones, & sanctificamur participes effecti sanctæ carnis & pretiosi sanguinis omnium nostrorum salvatoris Christi; & non ut carnem communem accipientes, absit, neque quidem ut viri sanctificati & conjuncti verbo secundùm unitionem dignitatis, vel etiam quasi inhabitationem divinam habentis, sed ut vivificatoriam verè & propriam ipsius verbi. Vita enim existens secundùm naturam ut Deus, quoniam factus est ad suam carnem, vivificatoriam eam ostendit. Quare licèt ad nos dicatur, *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem*, non ut hominis secundùm nos uniuscujuslibet & hanc esse æstimavimus, (Quomodo enim hominis caro vivificatoria erit secundùm naturam suam?) sed ut propria verè facta ejus qui propter nos & filius hominis factus est appellatus. Evangelicas autem salvatoris nostri voces nec subsistentiis duabus neque quidem personis dividimus. Nec enim est duplex unus & solus Christus, licèt ex duabus intelligitur & diversis rebus unitione impartibili coadunatus; sicut certè homo ex anima intelligitur & corpore, & non duplex magis, sed unus ex utrisque. Humanas etiam ad hoc & divinas voces ab uno dici certi sumus, sapientes rectè. Quando enim Deus decibiliter dicit de semetipso, *Qui videt me, videt & patrem*, &, *Ego & pater unum sumus*, divinam ejus & ineffabilem sentimus naturam, secundùm quam & unum est ad suum patrem propter identitatem substantiæ, imago & figura & splendor gloriæ ejus. Quando autem humanitatis mensuram non exhonorans Iudæos alloquitur, *Modò me quæritis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum*, iterum nihilominus eundem qui est in æqua-

[a] Factus est.] Reponendum: *Fatuum enim est, magis autem & impium &c.* Sed nihil mutare volumus.

[b] Inseparabiliter] Vetus interpres & Marius Mercator, *impassibiliter*. quod melius est.

[c] Nuper] id est, suprà, paulò antè.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

litate & similitudine patris Deum verbum &.ex humanitatis ejus mensuris agnoscimus. Si enim est necessarium credere quia Deus existens natura, factus est caro vel homo animatus anima rationali, qualem utique habebit rationem vereri quempiam in vocibus ejus, si factæ sunt hominem condecentes? Si enim recusaret hominem decentia verba, quis fuit qui coëgit eum fieri secundùm nos hominem? Qui verò deposuit semetipsum in spontaneam exinanitionem, quam ob causam recusaret exinanitionem decentes sermones? Personæ autem uni eas quæ sunt in evangeliis omnes applicamus voces subsistentiæ unius verbi incarnati. Vnus enim est Dominus Iesus Christus secundùm scripturas. Si autem vocatur & Apostolus & Pontifex confessionis nostræ, ut sacrificans Deo & patri quæ ex nobis est sibi & per se Deo & patri oblatam fidei confessionem, nec non & sancto spiritui, iterum ipsum esse dicimus ex Deo secundùm naturam unigenitum, & non homini impertiemus præter ipsum alteri vel sacerdotii nomen vel ipsam verò rem. Factus est enim mediator Dei & hominum & conciliator ad pacem, semetipsum consecrans in odorem suavitatis Deo & patri. Nam & dicebat: *Holocaustomata pro peccato non postulasti. Corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me facere, Deus, voluntatem tuam.* Obtulit enim pro nobis in odorem suavitatis proprium corpus, & non magis pro se. Quali enim utique indigeret oblatione vel sacrificio pro se, potior existens ab omni peccato ut Deus? Si enim omnes peccaverunt & egent [a] gloria Dei, secundùm quod facti sumus nos prompti ad transgressionem, & ægrotavit humana natura in peccato, ipse verò non ita, & eguimus ob hoc gloria ejus, quomodo jam erit ambiguum quia mactatus est propter nos & pro nobis agnus Dei verus, & dicere quòd obtulit semetipsum pro se & pro nobis, exors erit nullo modo ab impietatis criminibus. Deliquit enim nullo modo, neque fecit peccatum. Qua ergo eguit oblatione, peccato non existente pro quo utique fieret? Et valde congruè. Cùm autem dicit de spiritu, *Ille me clarificabit*, intelligentes rectè, non ut gloria indigentem alterius, dicimus unum Christum & filium à sancto spiritu gloriam accipere, quia nec potior eo & supra eum sanctus spiritus est. Quoniam autem ad demonstrationem suæ divinitatis utebatur suo spiritu ad magnas operationes, glorificari se ab eo dicebat; velut si quispiam eorum qui secundùm nos sunt dicat de insita sibi fortitudine vel disciplina vel de quolibet, quia glorificabit me. Si enim & est in subsistentia spiritus specialis, vel certè intelligitur per se secundùm quod spiritus est & non filius, sed tamen est non alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & est spiritus veritatis, & profluit ab eo, sicut denique & ex Deo patre. Operatus est enim spiritus & per manus sanctorum Apostolorum mirabilia post adscensum Domini nostri Iesu Christi ad cœlos, & glorificavit eum. Creditus est enim, quia Deus secundùm naturam est, iterum ipse est operatus per suum spiritum. Propter hoc & dicebat: *Quia de me accipiet, & annuntiabit vobis.* Et non uspiam dicimus quia ex participatione spiritus est sapiens & potens. Vndique enim perfectus est, & non indigens omni bono. Qui autem patris virtutis & sapientiæ, hoc est, filii, spiritus est, ipsa in se sapientia est & virtus. Quoniam verò Deum adunatum carni secundùm subsistentiam sancta virgo genuit carnaliter, hinc & Dei genitricem esse eam dicimus, non quasi natura verbi subsistendi initium habente de carne, (Erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse est seculorum factor, consempiternus patri, & omnium opifex) sed, sicut jam prædiximus, quoniam secundùm subsistentiam uniens sibi illud humanum, & ex ipsa vulva nativitatem sustinuit carnalem, non ut indigens necessariò seu propter suam [b] sempiternam naturam etiam in tempore & ultimis seculi temporibus nativitate, sed ut ipsum essentiæ nostræ benedicat initium, & pariente muliere adunatum eum carni, quiescat jam quæ contra omne genus humanum maledictio transmittens ad mortem de terra nostra corpora, & illud quod est, *In tristitia paries filios*, per ipsum destructum verè ostenderet. Quod Prophetæ voce dictum est: *Absorpta est mors prævalens.* Et iterum: *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie.* Propter enim hanc causam dicimus eum dispensativè & ipsas benedixisse nuptias, & perrexisse vocatum in Cana Galilææ simul cum sanctis Apostolis. Hæc sapere docti sumus tam à sanctis Apostolis quàm evangelistis & ab omni à Deo inspirata scriptura & ex beatissimorum patrum vera confessione. Hæc omnia & tuam reverentiam confiteri oportet & consentire sine dolo aliquo. Quæ verò sint necessaria ut anathematizet tua reverentia, subjecta sunt huic nostræ epistolæ.

ANATHEMATISMVS PRIMVS.

Si quis non confitetur Deum esse secundùm veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam virginem, (genuit enim carnaliter carnem factum ex Deo verbum) anathema sit.

ANATHEMATISMVS II.

Si quis non confitetur carni secundùm subsistentiam unitum ex Deo patre verbum, unumque esse Christum cum sua carne, eundem videlicet Deum simul & hominem, anathema sit.

ANATHEMATISMVS III.

Si quis in uno Christo dividit subsistentias post adunationem, sola copulans eas conjunctione quæ secundùm dignitatem vel auctoritatem est, vel secundùm potentiam, & non magis concursu secundùm adunationem naturalem, anathema sit.

ANATHEMATISMVS IV.

Si quis personis duabus vel subsistentiis vel eas quæ sunt in evangelicis & apostolicis scripturis impertit voces, aut de Christo à sanctis dicta sunt, aut ab ipso de se, & quasdam quidem velut homini præter illud ex Deo verbum specialiter intellecto applicat, quasdam verò velut Deo decibiles soli ex Deo patre verbo, anathema sit.

ANATHEMATISMVS V.

Si quis audet dicere Deum ferentem hominem Christum, & non magis Deum esse secundùm veritatem, ut filium unum, & naturam secundùm quod factum est caro verbum, & communicavit similiter nobis carne & sanguine, anathema sit.

ANATHEMATISMVS VI.

Si quis dicit Deum vel Dominum esse Christi ex

[a] GLORIA] Vide suprà pag. 428.

[b] SEMPITERNAM] Hæc vox inutilis est, & non habetur in aliis editionibus.

Anno Christi 431. Synodicon.

Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur Deum simul & hominem, utpote facto carne verbo secundùm scripturas, anathema sit.

ANATHEMATISMVS VII.

Si quis dicit sicut hominem factum esse à Dei verbo Iesum, & unigeniti gloria circumactum esse, tamquam altero præter eum existente, anathema sit.

ANATHEMATISMVS VIII.

Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo & conglorificari & coappellari Deum quasi alterum alteri, ([a] id enim quod est *Co*, semper, quoties additur, hoc quod intelligi cogit) & non magis una adoratione honotificat Emmanuelem, & unam ei glorificationem adhibet, secundùm quod factum est caro verbum, anathema sit.

ANATHEMATISMVS IX.

Si quis dicit unum Dominum Iesum Christum glorificatum à spiritu, quasi aliena virtute illa quæ per eum est utentem & ab eo accipientem operari posse & contra spiritus immundos & adimplenda in homines Dei miracula, & non magis proprium ejus dicit spiritum, per quem & operatus est Dei signa, anathema sit.

ANATHEMATISMVS X.

Pontificem vel Apostolum confessionis nostræ factum Christum divina scriptura dixit, obtulisse etiam pro nobis semetipsum in odorem suavitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem dicit & Apostolum nostrum fieri, non ipsum ex Deo verbum, quando factum est caro & secundùm nos homo, sed quasi alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut si quis dicit & pro se obtulisse oblationem, & non magis pro nobis solis, nec enim indiguit sacrificio qui nescit peccatum, anathema sit.

ANATHEMATISMVS XI.

Si quis non confitetur Domini carnem vivificatoriam esse & propriam ejus verbi quod ex Deo patre est, sed velut alterius præter ipsum copulati quidem ei secundùm dignitatem, aut quasi solummodo divinam habitationem habentis, & non magis vivificatoriam, sicut diximus, quia facta est propria verbi omnia vivificare valentis, anathema sit.

ANATHEMATISMVS XII.

Si quis non confitetur Dei verbum passum carne & crucifixum carne, & quia mortem gustavit carne, factum etiam primogenitum ex mortuis, secundùm quod vita est & vivificans ut Deus, anathema sit.

Data mense Novembri, [b] die trigesima, Indictione decima tertia.

In Acæmitensium jacet XCI.

CAPVT SECVNDVM. 77

Epistola sancti Iohannis Archiepiscopi Antiochiæ ad orientales Episcopos de facta pace universalis Ecclesiæ, quam à beati Cyrilli ad Acacium quæ nominatur epistola nominavit.

OBtinuit pietas, & omnis diaboli abscedat invidia. Et obtinuit, nullum locum de cetero admittens impudenter calumniari tentantibus expositionem fidei Ecclesiæ magistrorum. Obtinuit sic, quatenus pia confessio divinæ inhumanationis non aliter apud nos & aliter alibi suscipi queat. Concurrimus enim ad invicem nos & Dominus meus Deo amicissimus Cyrillus, unam & eandem fidem secundùm veram evangeliorum regulam conservantes. Nihil enim medium neque dubietate dignum in his quæ ad nos de fide [c] per epistolam scripsit, exposuit; sed omnia clarè atque apertè secundùm nostras propositiones [d] satisfactioni suæ, quam nobis direxit, intexuit. Facta est igitur, propitiante Deo, per hæc una communio & concordia omnium totius orbis Ecclesiarum, neque nobis subdolè accedentibus ad Ecclesiæ pacem, nec prædicto amicissimo viro contento extraneam nobis eloqui vocem præter quam vult scriptura divina. Sic enim purè mundèque ac sine dolo dissolvit dubietatem quæ inter nos erat ut nullam relinqueret occasionem his qui contra eum volunt de divinis dissentire dogmatibus. Suscipiamus ergo piæ fidei consonantiam, & cum hac super eam Ecclesiæ pacem, non cedentes de reliquo illis qui ex occasione pietatis zelotas ac studiosos nostri se ipsos desiderant. Soluta est enim per gratiam [e] fidei universa dubietas & contradictio de dispensatione Domini secundùm carnem. Et quicunque volunt contendere, manifesti sunt quod non hoc à principio vindicaverint, sed Ecclesiarum Dei concordiæ invideriut. Aliqui enim ex veritate Christum prædicant, aliqui verò ex contentione. Et scit hoc plus à me religiositas vestra. Erant enim & inter adversarios qui in utraque parte in fidei expositione nutabant: quorum

[a] ID ENIM QVOD EST] Hæc non extant in antiqua versione Concilii Ephesini. Habentur tamen in textu Græco & apud Marium Mercatorem, tum etiam in codice Bellovacensi synodi Ephesinæ. Vide suprà pag. 411.

[b] DIE TRIGES.] Vide suprà pag. 422.

[c] PER EPISTOLAM] Hinc apparet epistolam istam à Ioanne Antiocheno scriptam esse post receptas Cyrilli litteras de pace, quæ extant suprà pag. 391.

[d] SATISFACTIONI] Paulò post: *direxi vobis epistolæ librum in satisfactionis similitudine ab illo compositum.* Vtitur hac voce Ioannes ut eat obviam quorondam querelis qui volebant uti non antè pacem faceret cum Cyrillo quàm is capitulorum sive anathematismorum suorum damnationem emisisset, ut colligi potest ex Liberato.

[e] FIDEI] Legendum, *Dei.*

ADMONITIO NECESSARIA.

Quotiescunque aliqua Italico charactere quem vocant sancti Augustini repereris, scito ita factum esse, lector, ut faciliùs agnosceres verba auctoris qui scripsit hoc Synodicon.

mens quidem veritati acquiescebat, lingua verò & studium his quæ sentiebant res contrarias intendebant. Inimicitiæ enim & gratiæ serviebant, ut nos inventis occasionibus impugnarent. Omnia hæc jam per Dei gratiam sunt extincta. Quæ enim nos dictavimus, quædam quidem in Epheso de recta fide componentes, quædam verò hic, id est, in Antiochia, tractatu inter nos habito, hæc non solùm suscepit Cyrillus sanctissimus, sed & præveniendo laudavit, voces nostras [a] sacratissimas nominans & approbans atque confirmans; juxta quas & ipse similia exposuit, contexens nobis paternam traditionem pauló nimis perire ab hominibus, ut ita dixerim, periclitatam. Secundùm ipsam nobiscum, id est, cum orientalibus consentiens, & sensus & rectæ fidei expositionem, nihil medium neque quod vel parvissimam dubitationem facere possit in suis ad nos literis interponens, sed docens & illos qui adhuc veritati resistunt clara voce confiteri quidem differentiam naturarum, dividere verò divinas voces similiter ut naturas, confessa utique ab omnibus unigeniti filii Dei identitate personæ. Et credo, Deo amicissimi fratres, cùm charta hæc fuerit destinata, sicut ipse promisit, his qui ubique sunt in orbe fidelibus, quia his quidem qui bonæ voluntatis sunt satisfiet, confusio verò nascetur incredulis, & convictioni ultimæ subjacebunt. Efficiet verò & illud prophericum dictum præsentibus quoque compleri temporibus, quia linguæ mutorum discunt loqui discretè, quibus est festinatio vel studium, ut abusi occasione viri sanctissimi omnia facilè credant, & illa universa confundant quæcunque ad pia dogmata pertinent, & renovent immundi atque polluti Apollinarii impiam hæresim. Sed ut non prolixiora dicam, ipsum direxi vobis epistolæ librum in satisfactionis similitudine ab illo compositum, à nobis verò cum communione indubitatè susceptum: quem, quod est amplius, & animati sumus pro rectitudine fidei, & adjacet vobis, dilectissimi fratres, legere & satisfacere vobismetipsis & gloriam date sanctissimo Deo. In eo Ægyptus quidem ea quæ orientis sunt, oriens verò ea quæ Ægypti sunt sapit atque complectitur. Generationibus enim quæ post nos erunt pia confessio transmittetur, quam proprio sanguine ac multis valde passionibus nostris, per gratiam Dei, mundi servabimus. Permansit scintilla fidei, & Deo donante temporis permutationem, flammam pietatis erexit, ita ut lumine divinæ agnitionis effulgeant tam qui illic sunt quàm qui hic, immo verò & qui in toto sunt mundo fideles, quibus oratio, ut arbitror, votumque ac desiderium fuit unam eandemque impetrare confessionem, quæ post desperationem cunctorum mentes erigeret. Direxi verò epistolam conjunctionis etiam cum literis meis quas scripsi ad ipsum religiosum Cyrillum Episcopum, ut agnoscatis quia non turpiter neque serviliter intellectu pietatis usi ad hanc beatitudinem venimus pactionum. Rogo igitur etiam nunc Deum, rogo etiam vos ut ei gloriam detis, & laborem nobis nullus de cetero ingerat, quos decet ut ædificemus, non ut ea quæ voluntate Domini bene sunt pervertamus.



CAPUT TERTIUM. 78

Epistola Nestorii, quam direxit sancto Iohanni Antiocheno Episcopo de Constantinopolitana civitate, respondens ad ejus epistolam, quam direxerat ei antequam cum tertiis litteris beati Cyrilli epistolam sancti Cælestini Papæ Romanæ urbis acciperet, id est, antequam fieret sancta synodus Ephesina.

DEo amantissimo & sanctissimo comministratori Iohanni Nestorius. Omnem rem faciliùs contra me ab hominibus putabam moveri posse potiùs quàm calumniam veluti de pietate fidei recta non saperem, qui usque hactenus propter pugnam quam contra universos hæreticos habeo, multa millia hostilitatum contra me delector insurgere. Veruntamen & hanc tentationem oportet cum gaudio sustinere; quia & ipsa, si optimè vigilemus, ad pietatem nobis multam potest conferre fiduciam. Hoc verò quod nobis evenit, & ad illud proficit ut claterer quantum pro nobis tua religiositas cogitet. Ea enim quæ ad nos nuper scripsistis & ad magnificentissimum Christi amatorem Irenæum filium nostrum, insuper & ad Deo amicissimos Episcopos Musæum & Helladium, sinceram circa nos tuæ religiositatis dilectionem clariùs prædicavere quàm tuba, necnon & quanta cura sit vobis pro quiete totius universalis Ecclesiæ; pro qua & nos habentes præcipuam curam, soli nobis contra reliquos universos assumere auctoritatem quodammodo circa hæc ipsa quæ mota sunt, extremæ dementiæ, fraternitatis odii credimus rem, scientes quidem quòd sermo quo dicitur Theotocos à multis hæreticis assumatur ut suus, retinentes verò quia nonnulli qui hic sunt, hanc vocem sumentes incautiùs, per hoc ipsum in hæreticas & minimè pias cogitationes incidunt, & præcipuè Arrii & Apollinarii impiorum. Cognoscens igitur ex his quæ scripsistis, ut dixeram, tam religiositatis tuæ benevolentiam circa nos quàm curam pro Dei Ecclesiis competentem, per has meas litteras causæ quæ mota est certamen solvere festinavi apud amicam Deo animam vestram, Domine. Et hoc innotescere intendimus, quia & ante tuæ religiositatis litteras, ut ita dixerim, solvi & ego ipse, respiciens quia oportebat ex deliberatione omnium nostrum consonè & unanimiter vocem qua Dei genitrix nominatur exponere; non ut vel ad modicum vocis hujus confessio differretur, sed ut nulli eorum permitteretur occasio qui quæ Dei sunt minimè sapiunt, ut quasi pro hoc nostra si capiens verba schisma contra Ecclesiam faceret. Puto enim & tuam religiositatem cognovisse quia mox ut venimus huc, aliquos hic adversùm semetipsos eorum qui ad Ecclesiam pertinent seditiosè dissidentes invenimus; quorum aliqui quidem sanctam virginem Theotocon tantummodo nominabant, alii verò hominis genitricem. Vnde utramque partem ut diligenter colligerem, nullamque ovem, quò posset perire, despicerem, sicut ipsum hominem Dominum fecisse conspicimus, Christi eam vocavimus genitricem, ut hæc vox utrumque manifestè signaret, id est, Deum & hominem. Circa evangelii voces volentibus con-

[a] SACRATISS. NOMINANS] In epistola Cyrilli suprà pag. 594. *His vestris relectis sacris voluminibus &c.*

cessi

ANNO CHRISTI 431

SYNODICON.

cessi ut piè genitricem vel particen Dei virginem nominarent, id est, neque circa Apollinarii neque secundùm Arrii sensum, sed nec tanquam divinitas unigeniti ex sancta virgine sumpsisset initium, sed propter unitionis rationem quæ facta est ex ipso angeli vocum principio quas de conceptione loquutus est. Quæso igitur ut quiescentes ab hujusmodi curis de causa præsenti, & scientes quia per gratiam Dei eadem & sapuimus semper & sapimus in his quæ ad pietatem fidei pertinent, orate consuetè ut & in his ipsis & in omnibus reliquis à Domino Christo impetremus auxilium, & digni efficiamur ad invicem. Manifestum est enim quia si nos invicem viderimus, dum nobis hanc ipsam synodum donaverit quam speramus, & istud & reliqua quæcunque fieri oportet ad correctionem generalitatis atque juvamen, absque scandalo & cum concordia disponemus; ut omnia quæ fuerint ordinata ex communi & universali decreto, dignitatem credulitatis accipiant, & nulli occasionem contradictionis efficiant, vel si ad hanc omnino sit facilis. De consueta verò Ægyptii præsumptione maximè tua religiositas non debet admirari, dum habes antiqua hujus exempla perplurima. Post paululum verò, si Deus voluerit, laudabitur nostrum circa istud quoque consilium. Omnem quæ tecum fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus. Incolumis oransque pro nobis permaneas, omni honore digne & Deo amicissime.

Post subscriptionem conspiciens, ut arbitror, contra eos qui occasionem exquirunt, & alio quod ampliùs expedit utimur. Nam priùs tuæ religiositatis epistolas in illa doctrina quam publicè in Ecclesia fecimus, ampliùs per gratiam Dei & clerum & populum & hos qui in imperialibus sunt aulis attraximus.

a [a] *Sermo Nestorii Constantinopolitani Episcopi, quem*
b *dixit dum tardiùs intrasset* [b] *ad mensas, eò quod*
c *necessitates poposcissent* [c] *in secretario. Vnde omni clero concurrenti ad eum multa de dogmate disputat; qui sic ejus magisterium sunt admirati ut anathematizarent eos qui ita non sapiunt.*

d [d] CVm diversis diversa expediant super terram, & aliis quidem militia prosit, aliis autem fori negotium, aliis verò maritimæ artes, nunc verò quibusdem terrena exercitia, pietatis agnitio omnibus hominibus simul est utilis, & principibus & sacerdotibus, & potentibus & populis. Hæc ipsa verò, id est, pietatis agnitio, ut breviter aliquis dicat, (parco enim, quoniam & ego
e [e] valde sum fatigatus, & vos omnino [f] constricti) consubstantialis est deiloquium trinitatis, humanatio unigeniti, & divinæ naturæ ad humanam naturam nostram in utero virginali unitio ineffabilis, duarumque in uno filio contemplatio naturarum. Ob hæc vobis frequentiùs diximus quoniam *Christus*, id est, hoc appellationis nomen, significativum est utratumque, id est, Dei & hominis. Et si dixerit aliquis solum Christum dicere utrumque, intellectus verò eorum quæ dicuntur coaptarit ad unamquamque naturam. Hinc & beatus evangeliorum conscriptor Matthæus ad genealogiæ mysterium veniens, à neutra natura principium generationis exorsus est, nisi ab ipso Christo, qui est omnium dominus. Oportet verò id ipsum & manifestiùs dicere, ut efficiatur ad perspiciendum cunctis facilior intellectus. *Liber*, inquit, *generationis Iesu Christi*. Non ait, *Liber generationis Dei verbi*, neque, *Liber genesios hominis*. Si enim dixisset, *Liber generationis hominis*, purum nobis hominem Christum videretur ostendere. Si verò dixisset, *Liber genesios Dei verbi*, divinitatem nobis ex parte humanitatis induceret. Vtrasque igitur naturas in appellatione Domini Christi complectitur, ne quid horum sine alio possit intelligi. Hinc est quod & beatæ sanctæque virgini aptum est ut & Christi genitrix nominetur, duplici significatione vocabuli, id est, Dei genitricis & hominis genitricis. Quoniam verò conveniens est propter illos qui etiam clariorem de partice Christi exigunt intellectum, & maximè cum sint Ecclesiæ filii, & hoc apud eos uti vocabulo clariori, propterea quæ priùs brevi appellatione de beata illa & sancta virgine prædicavimus, hæc & nunc manifestioribus nominibus exclamamus: quoniam sancta virgo & Dei genitrix ideo quia illud templum quod in ea ex spiritu sancto creatum est, deitati erat unitum; hominis verò genitrix, eò quòd nostræ naturæ primitias assumpsit Deus. Hæc sunt in brevi dogmata pietatis. Hæc semper memoriter custodite, ubique malè hæreticis placita declinantes. Non credatis eo quòd apud illos consuetum nomen est ut Dei genitrix nominetur, sic & Ecclesiam Dei dicere Theotocon: quia sic & filii apud nos & apud illos appellatio una est, sed ipsius filiationis inter nos & illos non unus est intellectus. Apud illos enim vocabulum filii nomen est solum nudumque illa similitudine quam filius habet ad patrem, apud nos filii appellatio vera est instituta. Sic rursus apud illos Dominus omnium Christus appellatur Deus, quod confitemur & nos. sed apud illos, ut creatus, creditur Deus, apud nos verò, sicut ejus genitor, increatus. Non igitur pro similitudine nominis in eundem deponamur ab hæreticis de his quæ loquimur intellectum, sed Deum & hominem unum filium fateamur. neque Deo in carne confuso. Immutabile est enim quodcunque di-

[a] SERMO] Habitum esse à Nestorio die altera, id est, dominica, postquam acceperat litteras Cælestini & Cyrilli indicat titulus apud Mercatorem. Dictus igitur VII. Idus Decembris, ut patet ex his quæ adnotata sunt suprà pag. 422.

[b] AD MENSAS] id est, ad celebranda mysteria, ad distribuendam communionem, ad ministrandum, ut ego arbitror. quod probare videntur etiam verba Concilii Ephesini suprà pag 570. *ministravimus cum eis & simul ministramus, &c.*

[c] IN SACRETARIO] Antiquitus enim, quod & hodie quoque fit, antequam Pontifex ascenderet ad altare, priùs intrabat in secretarium, ut legitur in ordine Romano. Interim verò dum cuncta disponerentur ad celebranda mysteria, Episcopus solebat salutationes fidelium excipere & negotia expedire quæ tum occurrebant, ut colligitur ex dialogo secundo Sulpitii Severi. Similes igitur occasiones Nestorium detinuerunt in secretario, & ideo tardiùs intravit ad mensas. Nam quæ heic de Episcoporum à Cyrillo missorum præsentia commentatur Lupus, ea vana sunt.

[d] CVM DIVERSIS] Extat ex alia versione inter opera Marii Mercatoris, & quidem auctiùs.

[e] VALDE SVM FATIG.] nimirum propter laborem corporis & contentionem animi in negotiis quæ expedita fuerant in secretario. Heic rursum inutiliter laborat Lupus.

[f] CONSTRICTI] Marius Mercator, *constipatione laboratis*. Obscura certè ac ridicula loquendi ratio. Sed interpretem fefellit ambiguitas Græcæ vocis, quæ referri debet ad impatientiam auditorum, qui haud dubiè asperè urgebant Nestorium ut eis ac breviter explicaret rem de qua agebatur, ut docent hæc verba in editione Marii Mercatoris: *de his quæ frequenter dicta sunt, tanquam dicta non sint, arguitis, & circa exactionem vehementer insistitis.*

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

vinum est. Et hoc Deus Iudæis ostendens inquit: *Ego sum, ego sum, & non sum mutatus.* Neque in naturam incorpoream carne translata. Non enim erubescit videns quam suscepit naturam, neque confunditur in ipsa regnare. Si enim revereretur, eam minimè suscepisset. Suscipiens verò propter incommensurabilem caritatem, habet inseparabiliter quam suscepit. Horum bonum est possidere memoriam semper in Christo, cui gloria in secula. Amen.

CAPUT QUARTUM. ...79

Epistola Johannis Antiocheni Episcopi ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum.

AFfectus quidem qui secundùm Deum est tempore nescit extingui, nec potest quomodocumque corrumpi. Unde tuæ religiositatis memores permanemus, qui parvo quidem tempore in Constantinopoli tuis amicitiis fruebamur, virtutis verò tuæ experimentum tempore prolixiori sumpsimus. Præter alios enim in cohabitationibus es suavis, & videntibus te humilitatem cum suavitate præstas. Dum verò humilitatem sectetis, excelsas habes cogitationes. Sed de his quidem hactenus habes & dictum sit. Excedit enim styli epistolaris mensuram virtutum tuarum dinumeratio. Quod autem nunc instat, hoc tuæ Deo amabilitati significo, quoniam per Dei gratiam perturbatio quæ erat Constantinopoli jam quievit de quæstione dispensationis piæ susceptione sententiæ; non quòd pœnitentia vel correctio sit secuta, sed quia sana intelligentia, & nomen Dei genitricis competenter accepit. Sapiebat siquidem sic priùs sanctissimus Episcopus Nestorius, sicut res ipsæ docuerunt. Cavebat verò nomen, veluti dare posset, ut diximus, unde nos sequaces hæretici Apollinarii reprehenderent. Quia verò sic & antè sapuerit inde convincitur quia & citò constitit, admonentibus nobis, sicut à propriis fit, & ipsum nomen accepit, & in duobus sermonibus sanam fidei expositionem & irreprehensibilem nobis direxit. Transmisit autem nobis & capitula quædam sive propositiones quæ circumferuntur in regia civitate ad læsionem communis Ecclesiæ, tamquam quæ religiosissimi Episcopi Cyrilli: quæ quidem ejus esse non credo, eò quòd ipsa compositio ab ejus discrepet charactere, & multùm sint peregrina ab his qui piam doctrinam discendo nutriti sunt. Consonant enim, magis verò sunt eadem his propter quæ Apollinarius à Christi est disruptus Ecclesia, in unaquaque antiquarum synodorum esse hæreticus judicatus, quin etiam condemnatos. Intendunt namque ista capitula, sicut licet tibi legenti cognoscere, corpus quod Deus verbum de sancta virgine assumpsit, ejusdem cujus divinitas esse naturæ, divinitate permutationem, sicut nostri, non valente suscipere. Unitionem namque summam & conjunctionem dicere pium est, identitatem verò naturæ dicere nimis illicitum est. quod præsumpserunt quondam Apollinarii & dicere & sapere. Licèt ipsi quoque qui hoc ad interemptionem repererunt fidei, suam tamen impiam hanc perfidiam denegabant. At verò eorum qui nunc sunt quidam hoc ipsum cum fiducia docent, unam dicentes & eamdem humanitatis divinitatisque esse naturam. Quæ ne patiamur & nos, rogo tuam religiositatem. Si hæc capitula in Pontica sint diocesi vulgata, dignare hæc ipsa inspicere, & cognoscens incongruitatem quæ in eis est, abjura ea apud omnes Deo amicissimos Episcopos qui eadem sentiunt, in nominato auctore seu patre verborum, quem neque novimus, neque credimus, si discamus. Verbum enim caro factum est, non permutatione naturæ, absit, (Immutabile est quod divinum est) sed quia in forma Dei existens, evacuavit semetipsum, formam servi accipiens, id est, perfectum hominem sumens. Invenies verò in his sapientibus propositionibus sive capitulis & alteras quasdam vocum novitates, quæ omnino ab ecclesiastico charactere, ac fide quæ in nobis est aliena sunt. Ego quidem hæc velut in brevi capitulo nuntiavi, hoc tantùm interim studens, ut ego nota hæc tuæ Deo amabilitati tantummodo facerem. Tua verò diligentia ubique adstruet, ut si illic fuerint ubicunque perlata, minimè approbentur, ut fidem paternam servare incolumem immobiliter valeamus, quam nos defendere convenit ac tutari, etsi vitam nos oporteat ponere, valedicentes Apollinarii malæ credulitati.

Idem verò Johannes multis Archiepiscoporum legitur scripsisse [a] similia. a

CAPUT QUINTUM.

b *Contestatio proposita in publico contra Clericos Constantinopolitanos, & in Ecclesia insinuata, quia sectator esset Nestorius Pauli Samosateni anathematizati ante annos [c] centum viginti ab Episcopis orthodoxis.* b c

CAPUT SEXTUM. ...80.

Epistolæ sanctissimi Doctoris Ecclesiæ Isidori Presbyteri & Abbatis monasterii circa Pelusium ad Archiepiscopum Alexandriæ beatissimum Cyrillum.

[d] *Incipit epistola Isidori Pelusiota ad sanctum Cyrillum,* d

TErrent me divinarum scripturarum exempla, & quæ necessaria sunt compellor scribere. Lib. 1. epist. 370.
Sive enim pater sum, ut ipse dicis, Heli condemnationem metuo, quia peccantes filios non coërcuit. Sive filius tuus sum, sicut magis scio, habitum illius Marci gerentis, pœnam Ionathæ formido, qui patrem non prohibuit ventriloquam requirentem, & prior illo qui peccaverat, qui non prohibuit quod potuerat, in bello defunctus

[a] SIMILIA] i est, à pari, in eundem modum. Itaque hæc epistola fuit encyclica.
[b] CONTESTATIO] Extat suprà in gestis Concilii Ephesini pag. 402. Non edidit autem Lupus, quia iisdem omnino verbis extat in codice Casinensi ac in vulgatis editionibus.
[c] CENTUM VIGINTI] Rectiùs in vulgatis, centum sexaginta.
[d] INCIPIT] Has quatuor Isidori Pelusiotæ epistolas ex antiqua versione eus omiserit Lupus, cùm maximè faciant ad hanc causam, non satis intelligo. Harum priores duæ extant apud Facundum lib. 2. cap. 4. ubi etiam duarum postremarum mentionem facit. Verùm quoniam non omnes posuit, ac præterea alterius ac diversæ versionis nos eas reperimus in duobus antiquissimis codicibus Ecclesiæ Bellovacensis & monasterii Corbeiensis, visum est illas exhibere & sic pro modulo nostro supplere quæ à Lupo omissa sunt.

ANNO CHRISTI 431

SYNODICON.

est, Vt igitur & ego non adjudicer, & ipse non judiceris à Deo, depone contentiones, ob injuriæ propriæ ultionem, quam tibi à mortuis deberi putas, viventem Ecclesiam, & æternam dissensionem eis sub pietatis prætextu concinnes.

Explicit ejusdem ad eundem. Incipit alia ad eundem beatum Cyrillum.

a Ibid. epist. 310. [a] COmpassio quidem non acutè videt, adversitas autem omnino non videt. Si igitur utraque vis spiritu ita purgari, noli violentas extorquere sententias, sed justo judicio causas permitte: quia Deus, qui omnia antequam fierent novit, descendere & clamorem Sodomorum videre piè dignatus est, nos scrupulosæ examinationis edocens argumentum. Multi enim te diffamant eorum qui in Epheso convenerunt, velut proprias inimicitias vindicantem, & non quæ Iesu Christi sunt rectè quærentem. b [b] Nepos est, aiunt, Theophili, & votum illius imitatur. Sicut enim ille manifesta insania virum Deo plenum Iohannem & Deo amabilem calumniatus est, ita & iste desiderat gloriari; quamvis in his qui judicati sunt plurima esse differentia videatur.

Item ejusdem ad eundem.

Ibid. epist. 323. MVlta quidem testimonia scripturarum, multæ autem contemplationes paternæ veram incarnationis Domini rationem cautè dilucidant, licèt nostræ mentis & linguæ hoc sacramentum mensuras excedat. Quia autem verus & super omnia Deus homo factus est, neque ab eo quod erat conversus, & quod non erat adsumens, in naturis duabus unus existens, filius sine initio & sine fine & sempiternus, nec ipse negabis multas habens sancti patris nostri magni Athanasii in his consensiones, hominis qui ad divina ultra naturam ingressus est.

Iterum ejusdem ad eundem.

Ibid. epist. 324. OPortet te, admirabilis, inconvertibilem semper esse, & neque timore prodere cœlestia, neque tibi ipsi contrarium apparere. Nam si ea quæ à te nunc scripta sunt prioribus comparaveris, aut adulationis apparebis obnoxius, aut vacillitatis minister, vana quidem gloria superatos, magnorum autem athletarum non imitatus certamina, qui omni vita sua in exiliis affligi passi sunt quàm ut perversum dogma usqoe ad aures saltim suas admitterent.

c [c] *Has omnes beati Isidori Bresbyteri & Abbatis Pelusiotæ excerpsi & transtuli ex epistolis ejus [d] duobus millibus, quæ sunt per quingentenas distributæ in Acœmetensis monasterii codicibus vetustissimis quatuor, ubi etiam per ordinem singularum numerus continetur, & [e] ultima est quam ego quoque ultimam posui. Deo gratias.* d e

Testimonium quod Irenæus posuit in opere suo, quod Tragœdiam nominavit, ex Nestorii dictis in libro [f] de historia, ut laterent quæ ad Ephesum pertinent. Intexit verò Irenæus hæc verba in libro suo primo, per quæ ostenditur quia ipse quoque Nestorius quaterniones vel alia scripta sua, quæ Romam sancto Cælestino direxerat, abnegavit. Et hinc quoque orientales Episcopi eum tardiùs à ceteris damnaverunt, quia ejus hæc esse probari nequiverant. f

[g] HÆ quidem contra [h] Ægyptiacum, quod ex sola voluntate pendebat, à nobis destinatæ sunt litteræ. Ille verò omittens mihi per epistolam declarare si quid ei tamquam blasphemum vel impium videbatur debere notari, convictionum terrore permotus, & adjutrices ob hoc perturbationes exquirens, ad Romanum Cælestinum convertitur, quippe ut ad simpliciorem quàm qui posset vim dogmatum subtiliùs penetrare. Et ad hæc inveniens viri illius simplicitatem, circumfert pueriliter aures ejus illusionibus litterarum, olim quidem nostra conscripta transmittens, quasi ad demonstrationem convictionum quibus contradici non posset, tamquam ego Christum purum hominem definirem, qui certè [i] legem inter ipsa meæ ordinationis initia contra eos qui Christum purum hominem dicunt & contra reliquas hæreses innovavi. Excerptiones verò intertexens sermonum conscripta [k] composuit, ne societatis compactione detegeretur illata calumnia, & quædam quidem allocutionibus nostris adjiciens, aliquorum verò partes abrumpens, & illa contexens quæ à nobis de dominica humanatione sunt dicta, velut de puro ea homine dixerimus; divinitatis autem quæ à nobis dictæ sunt laudes quasdam quidem modis omnibus à conscriptis abscindens, nonnullas verò extra ordinem relinquens, ita seductionem verisimilem concinnavit. Et ut in paocis ejus nequitiam, qualis sit etiam circa reliqua, propalemus, dictum est à nobis alicubi, dum contra paganos loqueremur dicentes quòd nos substantiam Dei creatam noviter ex virgine prædicemus: *Non peperit, optimi, Maria* g h i k

[a] COMPASSIO] Hanc & superiorem epistolam refert etiam Nicephorus Callystus lib 14. cap. 53.

[b] NEPOS] In Græco est ἀδελφιδοῦς, quod Langus vertit *fratris filius*, Billius *ex sorore nepos*, Facundus *consanguineus*.

[c] HAS OMNES] Verba sunt Irenæi, translata in linguam Latinam ab auctore hujus synodici.

[d] DVOBVS MILLIBVS] Facundus in loco paulò antè laudato: *Isidorus Presbyter Ægyptius Pelusiota, quem duo millia epistolarum ad ædificationem Ecclesiæ multi scripsisse noverunt.*

[e] VLTIMA EST] non quidem, ut arbitror, omnium epistolarum, sed earum quas ad Cyrillum scripsit.

[f] DE HISTORIA] Hinc collegit Lupus operis Irenæi, quod divisum erat in plures libros, unum fuisse *de historia* sive historicum Sed istud non dicit auctor synodici. Illud tantum ait, Irenæum in opere suo inseruisse testimonium ex Nestorii libro de historia. Sanè ex fragmento sequenti & ex annotatione posita in calce istius fragmenti Nestoriani colligitur Nestorium composuisse historiam eorum quæ sibi contigerunt. quod etiam colligi facilè potest ex iis quæ scribuntur ab Evagrio lib. 1. cap 7.

[g] HÆ QVIDEM] Verba sunt Nestorii ex opere historico.

[h] ÆGYPTIACVM] Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

[i] LEGEM] Ea extat in Codice Theodos. *l. 65. de hæreticis*, data III. Kal. Iunii, id est, die quinquagesimo post ordinationem Nestorii. Est autem lata contra omnes ferme hæreticos illorum temporum. Vide Socratem lib. 7 cap. 29.

[k] COMPOSVIT] id est, Cyrillus. Excerpta porrò illa Cyrilli ex operibus Nestorii, quibus permixtæ erant confutationes sancti Cyrilli, extant in tomo sexto operum ejusdem sancti, in libros quinque divisa.

Anno Christi 431. Synodicon.

deitatem, sed peperit hominem divinitatis inseparabile instrumentum. At ille vocem *divinitatis* immutans fecit: *Non peperit, optimi, Maria Deum.* Hic verò multum differt dicere *Deum* & dicere *deitatem.* Nam hoc quidem substantiam divinam incorpoteamque significat, carnem verò nequaquam. Composita enim caro est & creata. Vox autem qua dicimus *Deus* & templo divinitatis est apta, quod unitate ad divinam substantiam Dei obtinet dignitatem, non tamen in divinam substantiam permutatum est. Rursus à nobis alibi est dictum contra eos qui nominum similitudinem audientes sic scandalizantur tamquam similis dicatur & honor. Et cùm dicimus Christi particeps, sic pavescunt tamquam si hoc nomine dominatoris Christi deitas abnegetur, eò quòd multi hoc nomine apud scripturam veterem similiter appellati sunt. Et inde putant quia circa eos Christum nominamus. Et hinc contra hos ergo, ut dixi, in ecclesiasticis sermonibus à nobis est dictum quia non sequitur similitudinem nominis honoris æqualitas. Et sunt allocutiones meæ, quæ his prorsùs factæ sunt vocibus: *Vel si templum deitatis & spiritus sancti descensionem non eandem dicimus qualis facta est in Prophetas, non talem qualis in Apostolos celebrata est, sed neque talem qualis est in angelis, qui ad divina ministeria confortantur. Dominator enim Christus etiam secundum corpus omnium dominus. Sicut ergo Deum dicimus omnium creatorem, (Dicit verò scriptura & Moysen Deum, inquit enim, Deum te posui Pharaonis) sed illi voci honorem similem minimè deputamus, sic neque quòd communis vox sit qua dicimus* Christus & Filius, *circa vocis similitudinem debemus offendere. Sicut enim Israel filius nominatur, inquit enim, Primogenitus meus filius Israël, & filius iterum Dominus, Ait enim, Hic est filius meus dilectus, non tamen sicut una vox, sic & unus est intellectus. Et sicut dicitur Christus Saul, & Christus David, & rursus Christus Cyrus, & deinde Babylonius, dum certè David circa pietatem nequaquam fuerint similes, sic vocamus quidem Christum vel filium etiam dominatorem, veruntamen communio nominum æqualitatem non facit dignitatis.* His ita dictis à nobis illa ultima ubique subducens, id est, *id quod est Christus*, id quod est, *non eandem dicimus habitationem qualis facta est in Prophetas, non talem qualis in Apostolos facta est*, id quod est, *sed similibus vocibus honorem similem minimè deputamus*, & id quod est, *veruntamen communio nominum æqualitatem non facit dignitatis*, hæc omnia calumniæ dentibus secans jactat in auribus hominum ea quæ ante ista sunt posita, id est: *Dicimus Deum omnium creatorem. Dicit verò & scriptura Moysen Deum.* & id quod est: *Filius nominatur Israhel Dei, filius nominatur etiam Dominus.* & id quod est: *Dicitur Saul Christus, & David Christus, & deinde Babylonius. Sic ergò dicimus Christum etiam Dominum Christum.* Hæc igitur ita componens, & ab aliis abscidens, ut diximus, contexuit per ista calumniam, tamquam si quis ex Pauli verbis, per quæ contestatur scribens, *Quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit*, abrumpat id quod ait priùs, *Si circumcidamini*, & accuset Paulum quasi prædicantem: *Quia Christus nihil vobis prodest.* Et quid oportet ut per singula ita dicendo prolongemus narrationem? Simpliciter multis talibus & latrociniis & additamentis, sicut ei visum est, utente Cyrillo, seductionibus ejus mox tam alii quam etiam Cælestinus abreptus est.

Ecce his verbis usque adeo negavit sua fuisse Nestorius quæ apud sanctam synodum Ephesinam ab eo dicta leguntur ut sic se dicat has impietates minimè prædicasse sicut Paulus Apostolus post conversionem docere non potuit quia Christus nihil prodesset hominibus. Quid ergo aliud orientalibus Episcopis ad purgationem suam, sicut putabat, dixisse credendus est nisi quod etiam in ea quam vocavit historia quasi pro sua satisfactione conscripsit? Aut quis ei neganti non facilè crederet, dum videat non solùm catholicos, sed & universos hæreticos totis viribus non solùm non negare propria dogmata, sed etiam vindicare?

CAPUT SEPTIMUM.

Contestatio directa beato Cyrillo & his qui cum eo convenerant ab aliis diversarum provinciarum Episcopis, qui Iohannem Antiochenum [a] sustineri volebant, & tunc eo præsente synodum fieri, eò quòd, [b] sicut scripserat beato Cyrillo, vix ei iter triduanum supererat. [c] Directa verò est [d] pridie quàm celebrarentur gesta contra Nestorium, per quæ depositio ejus est facta.

DOminis nostris fratribus & comministratoribus Cyrillo & Iuvenali Episcopis [e] Tranquillinus & Alexander & Helladius & reliqui Episcopi qui cum eis, in Domino gaudere. Nota quidem rectæ glorificationis est fides quæ à divinis & adorabilibus scripturis ab olim nobis est prædicata. Nihilominus hæc ipsa nobis à sanctis patribus tradita est qui in Nicæna synodo congregati sunt, quorum tot passiones erant pro pietate quot membra. Quia verò propter nonnulla certamina piissimus & amicus Christi Imperator litteris suis orthodoxos sacerdotes undique ad Ephesum convocavit, in hoc quoque imitatus proprium circa fidem zelum, & sumus penè omnes per divinam gratiam congregati, deest autem præsentiæ sanctæ synodi religiosissimus Iohannes Antiochenus Episcopus, qui & ipse jam in januis est juxta quæ nuper suis literis intimavit, & per eos quos præmisit præfectianos atque magistrianos nuntiata sunt. Similiter etiam [f] nonnulli ex occidentalibus Episcopis synodo adfuturi, mandarunt autem vestræ

[a] Sustineri] id est, expectari.

[b] Sicut scripserat] Nestorii epistola ad Cyrillum extat suprà pag 451.

[c] Directa pridie] Rectè igitur vetus interpres eam epistolam posuit ante actionem in qua depositus est Nestorius. quod etiam observatum est in editione Romana.

[d] Pridie] id est, xi. Kal. Iulias. Nam gesta de depositione Nestorii celebrata sunt x. Kal. Iulias, suprà pag. 451.

[e] Tranquillinus] Hinc emenda catalogum Episcoporum falsæ synodi Ephesinæ suprà pag. 497. inter quos recensetur Stranguilus. Quo loco Græcus textus habet Tranquillinum.

[f] Nonnulli ex occident.] id est, Arcadius & Projectus Episcopi, quibus legatio occidentalium demandata est viii. Idus Maias hujus anni, & ad Concilium pervenere unà cum Philippo Presbytero & Siricio Notario sedis apostolicæ vi. Idus Iulias, ut legitur suprà pag. 488.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

reverentiæ, tamquam qui graviter habent sustinere usque ad ejus adventum, & negent de his quæ visa sunt piissimo Imperatori, [sic] audientia celebretur antequam prædicti Deo amicissimi Episcopi sint præsentes, hujus [rei] gratia has ad reverentiam vestram direximus litteras, ut sustineatis Deo amicissimorum comministrorum præsentiam, & nec eos qui depositi sunt suscipiatis quoquo modo, neque illos qui ab Episcopis suis vel olim sunt excommunicati vel nuper. Manifesta enim sunt quæ de his definiunt regulæ; & prævaricantibus se defixere increpationes non modicas, quæ nullo modo queunt despici à sancta synodo. Et illud verò reverentia vestra cognoscat, quia omnia quæ ab audacibus abruptè fuerint perpetrata, contra præsumentium retorqueantur audaciam & à Christo Domino & à divinis canonibus.

a [a] Tranquillinus Episcopus Antiochiæ Pisidiæ subscripsi.

Alexander Episcopus Apameæ Syriæ subscripsi.

Helladius Episcopus Tharsi Ciliciæ subscripsi.

Berenianus Episcopus Pergæ Pamphyliæ subscripsi.

Fritilas Episcopus Heracleæ Europæ subscripsi per Euprepium Episcopum Byziæ.

Himerius Episcopus Nicomediæ Bithyniæ subscripsi.

Dalmatius Episcopus Cyzici subscripsi.

Severus Episcopus Synnadensis Phrygiæ salutaris subscripsi.

Mæonius Episcopus Sardeorum Lydiæ subscripsi.

Maximianus Episcopus Anazarbi Ciliciæ secundæ subscripsi.

Dexianus Episcopus Seleuciæ Isauriæ subscripsi.

Dorotheus Episcopus Marcianopoleos Mœsiæ secundæ subscripsi.

Alexander Episcopus Hierapoleos Euphratesiæ subscripsi.

Pius Episcopus Pessinuntis Galatiæ subscripsi.

b Timotheus Episcopus à [b] Scythia subscripsi.

Eutherius Episcopus Thyanorum Cappadociæ secundæ subscripsi.

Asterius Episcopus Amidæ Mesopotamiæ subscripsi.

Petrus Episcopus Traianopoleos Rhodopes subscripsi.

Basilius Episcopus Larissæ Thessaliæ subscripsi.

Diogenes Episcopus Lonopolens, obtinens etiam locum Metropolitæ Bosserii Episcopi Gangrensis Paphlagoniæ, subscripsi.

c [c] Iulianus Episcopus Sardicæ Daciensis subscripsi.

Bennantius Episcopus Hierapoleos Phrygiæ subscripsi.

Iacobus Episcopus Dorostoli Mœsiæ subscripsi.

Athanasius Episcopus Ducla Mœsiæ secundæ subscripsi.

d [d] Theophanius Episcopus Philadelphiæ Lydiæ subscripsi.

Paulus Episcopus Daldi Lydiæ subscripsi.

Euprepius Episcopus Byziæ Europæ subscripsi.

Iohannes Episcopus totius Lesbi subscripsi.

Fuscus Episcopus Lydiæ subscripsi.

Commodus Episcopus Tripoleos subscripsi.

Eutherius Episcopus Stratoniciæ Lydiæ subscripsi.

Ioannes Episcopus civitatis [e] Autiliopolitarum Lydiæ subscripsi. e

Nimenius Episcopus Helenopoleos Lydiæ subscripsi.

Theosebius Episcopus Cii Bithyniæ subscripsi.

Petrus Episcopus Prusæ Bithyniæ subscripsi.

Eugenius Episcopus Apolloniadis Bithyniæ subscripsi.

Anastasius Episcopus Tenedi Cycladum subscripsi.

Cyrillus Episcopus Adanotum Ciliciæ primæ subscripsi.

Esychius Episcopus Castabalorum Ciliciæ secundæ subscripsi.

Severus Episcopus Sozopolis Pisidiæ subscripsi.

Ætius Episcopus [f] Piolitensis Hellespontii subscripsi. f

Timotheus Episcopus [g] Termanorum civitatis Hellespontii subscripsi. g

Athanasius Episcopus [h] Psimorum civitatis subscripsi. h

Daniel Episcopus Faustinopolitanus subscripsi.

Filtanius Episcopus Theodosianopolitanorum subscripsi.

i [i] Eustratius Episcopus subscripsi.

k Theodorus Episcopus [k] Italiæ subscripsi.

Paolus Episcopus Eutinnorum subscripsi.

Timotheus Episcopus Termesi & Eudociadis subscripsi.

l Ædesius Episcopus [l] Isiodorum subscripsi.

[a] TRANQVILLINVS] Hoc loco subscribunt sexaginta & octo Episcopi partis Nestorii, in quibus ipse Nestorius non connumeratur. Præterea alii quoque Nestorius fautores subscribunt sententiæ depositionis à schismaticis latæ adversùs Cyrillum & Memnonem, numero octodecim, nimirum Ioannes Episcopus Antiochenus, Ioannes Damasci, Antiochus Bostrorum, Paulus Emesenus, Apringius Chalcidis, Ausonius Himeriæ, Musæus Aradiæ seu Antaradi, Zosis Isbuntis, Placon Laodiceæ, Polychronius Epiphaniæ, Macarius Laodiceæ, Cyrus Marcopolitanus, Helladius Ptolemaidis, Tarianus Augustæ, Marcianus Abryti seu Abydi, Heliades Zeugmatis, Marcellinus Arcæ. Et infrà cap. XIII. in epistola pseudosynodi ad clerum Euphratesiæ nominantur, præter istos, Rabbulas Episcopus Edessenus, Olympius Carpasiæ, Eustasius Nutiniæ, & Petronius Neuvæ. Itaque sunt omnes simul octuaginta novem. Et tamen suprà pag. 499. monuimus eos fuisse tantùm triginta septem. Istud verò intelligi ita debet, tum quidem omnes istos Episcopos stetisse cum Ioanne Antiocheno, sed paulò pòst, quum revelatæ fuissent blasphemiæ Nestorii, *recedentes ab illo, sanctum Concilium adierunt*, ut legitur suprà pag. 496. in relatione universalis Concilii ad Augustos. Hi ergo in primis à Nestorio recesserunt, Berenianus Episcopus Pergæ, Dalmatius Cyzici, Severus Synnadensis, Mæonius Sardeorum, Pius Pessinuntis, Fuscus sive Phocos Thiatyrenus in Lydia, Timotheus Tomorum Scythiæ, Beunantius Hierapoleos Phrygiæ, Paulus Daldi, Euprepius Byziæ, Ioannes Lesbi, Commodus Tripolens, Eutherius Stratoniciæ, Ioannes Aureliopoleos, Petrus Prusæ, Eugenius Apulloniadis, Severus Sozopolis, Ætius Piolitensis seu Pæniorum, Timotheus Germanorum, Theodorus Attaliæ, Timotheus Termesi & Eudociadis, Ædesius Isiodorum, Ablabius Amorii, Hermolaus Attudeorum, Asclepiades Trapezopolis, Libanius sive Libianus Palæapoleos, & Rabbulas Edessenus.

[b] SCYTHIA] sive Tomorum provinciæ Scythiæ, ut suprà pag. 541. Vide etiam pag. 515.

[c] IVLIANVS EP. SARDICÆ] Infrà cap. VIII. *Iulianus Episcopus Sarduensis*. Item cap. XIII. XXVIII. CXC. Hinc emenda epistolam orientalium ad Rufum Episcopum Thessalonicensem in tomo tertio Conciliorum pag 738. ubi idem Iulianus malè vocatur Episcopus *Eridica*, cùm scribendum fuerit *Serdica*. Certè etiam codices Græci bibliothecæ regiæ habent Σερδικῆς.

[d] THEOPHANIVS] Vide suprà pag. 535. & 610.

[e] AVTILIOPOLIT.] sive Aureliopoleos. Vide suprà pag. 515.

[f] PIOLITENS.] Legendum, *Paniorum*, ut suprà pag. 540.

[g] TERMANORVM] Corrig. *Germanorum* sive *Germania*. Vide suprà pag. 540.

[h] PSIMORVM] Puto reponendum esse *Scepsiorum* sive *Cepsiorum*. Vide suprà pag. 515. 541.

[i] EVSTRATIVS] fortè *Eustathius Episcopus Parnassi*, ut in tomo tertio Conciliorum. pag. 599. vel fortè *Eustasius Episcopus Nutina*, ut infrà cap 13.

[k] ITALIÆ] Corrig. *Attalia*. Vide pag. 537.

[l] ISIODORVM] sive *Sydorum*, ut suprà pag. 539.

Anno Christi 431.

Synodicon.

Geruntius Episcopus Claudiopolis Isauriæ subscripsi.

Aurelianus Episcopus [a] Trenopolis Isauriæ subscripsi.

[b] Abrahamius Episcopus Amorii subscripsi.

Polychronius Episcopus Heracleæ Cariæ subscripsi.

Zosis Episcopus Echinti Arabiæ subscripsi.

Hermolaus Episcopus [c] Alludeorum subscripsi.

Asclepiades Episcopus Trapexopolis subscripsi.

[d] Evadius Episcopus Nalentiæ subscripsi.

Libanius Episcopus [e] Paulæ subscripsi.

Salustius Episcopus Coririci Ciliciæ subscripsi.

Valentinus Episcopus [f] Malli subscripsi.

Pausianus Episcopus Hipatæ Thessaliæ subscripsi.

Theoctistus Episcopus Cæsareæ Thessaliæ subscripsi.

Maximus Episcopus Demetriadis Thessaliæ subscripsi.

Iulianus Episcopus Larissæ Syriæ secundæ subscripsi.

Diogenes Episcopus Seleucobeli Syriæ secundæ subscripsi.

Theodoretus Episcopus Cyri Augustæ Euphratesiæ subscripsi.

Meletius Episcopus [g] Cæsareæ Augustæ Euphratesiæ subscripsi.

CAPVT OCTAVVM.

[h] *Epistola Nestorii & qui cum ipso ad Imperatorem Theodosium de his quæ tunc in Epheso gesta sunt.*

IN Ephesinam civitatem convocati à vestra pietate & absque mora venientes, voluimos quidem vestris obedientes litteris sustinere omnes undique adventuros Deo amicissimos Episcopos, maximè verò sanctissimum magnæ civitatis Antiochiæ Præsulem, & eos qui cum ipso veniunt Deo amicissimos metropolitanos Episcopos, & eos qui ab Italia vel Sicilia veniunt, & sic commune cum cunctis celebrare Concilium, & communi decrero firmare fidem sanctorum patrum qui Nicæam congregati sunt. Nam multæ post illam synodi factæ nihil innovare præsumpserunt contra eam, sed in ea permanendum esse sanxerunt. Dum verò videremos ad hoc eos qui ab Ægypto sunt valde resistere & putare quód nos nequicquam dilationibus uteremur, promisimus ad Concilium convenire quocunque tempore magnificentissimus Comes devotissimorum Domesticorum Candidianus, bujus rei gratia à pietate vestra destinatus, nos convenire voluisset. Hæc verò & ipsi per Deo amicissimos Episcopos demandavimus. Quia verò agnovit magnificentia ejus & sanctissimum Iohannem magnæ Antiochenorum civitatis Episcopum & eos qui cum eo sunt propinquasse, (Hoc enim directi ab eo præfectiani & magistriani manifestum fecerunt) nuntiati verò sunt & alii ex occidente Deo amicissimi Episcopi advenire, constituit omnibus universorum sustinere præsentiam, secundùm quod visum est pio vestro regimini. Et nos quidem quietem dileximus, acquiescentes his quæ vestra scripserat pietas. Ægyptii verò & Asiani, neque quod communiter expedit Ecclesiis cogitantes, neque pacificam legitimamque intentionem vestræ pietatis amplexi, immo verò & ecclesiasticas & imperiales sanctiones calcando, effugerunt qoidem consonam fidei confessionem, abrumpere verò clarè volentes ecclesiasticum corpus, inter semetipsos sunt congregati, alienaque operati tam ecclesiasticæ conseqoentiæ quàm etiam litteris his quæ nuper à vestra pietate sunt scriptæ. Vnam siquidem cum concordia universorum fidem exponi in litteris quas destinavit vestra pietas præcepistis, apostolicis evangelicisque conscriptis & sanctorum patrum dogmatibus consonantem; sed prædicti nihil horum cogitantes ex toto, apud semetipsos egerunt quæcunque egerunt, quæ à cunctis imperium vestrum faciet aliena. Secum verò seditionarios quosdam dispergentes in forum, civitatem confusione impleverunt, domos nostras publicè circumdantes, aggressi & perturbantes nostrum commune Concilium, quædam quoque intoletabilia comminantes. Princeps verò seditionis factus est Memnon Episcopus. Et sanctas Ecclesias sanctaque ecclesiastica martyria & sanctam [i] Apostoli basilicam nobis quidem clausit, ne esset vel quò refugere, seditione fugante, possemus; ipsis verò majorem patefecit Ecclesiam, ibique illos effecit habere Concilium. Et mortem minantur omnibus nobis. Igitur vestram supplices pietatem quæsumus & nimiùm rogamus ac poscimus, quoniam vestri amatoris Christi verticis obedimus litteris, & simpliciter ad Ephesum venimus, ignorantes nobis has congressiones barbaricas imminere, ot jubeatis nos illæsos ab omni fraude servare & legitimè Concilium fieri, nullo Clericorum neque monachorum nec nostro nec Ægyptiorum introeunte Concilium, neque ullo Episcopo qui ad perturbationem Concilii adsit, nisi qui vocatus advenerit. Duos autem cum Metropolitano uniuscujusque provinciæ electissimos, & qui possint scire hujusmodi quæstiones, intrare jubete Concilium, & sanctorum patrum fidem cum pace & consonantia confirmare. Aliàs jubete nos absque periculo redire ad propria. Minantur enim & ipsa nos vita privare.

Et subscriptiones.

Nestorius Constantinopolitanorum Episcopus subscripsi.

Fritilas Episcupos Heracleæ Thraciæ metropolitanus subscripsi.

Helladius Episcopus Tharsi metropolitanus subscripsi.

Berinianus Episcopus Pergæ metropolitanus sobscripsi.

Mæonius Episcopus Sardeorum metropolitanus subscripsi.

Dexianus Episcopus Seleuciæ Isauriæ metropolitanus subscripsi.

Alexander Episcopus Apameæ metropolitanus subscripsi.

[a] TRENOPOLIS] Leg. *Irenopolis*, ut to. 3. Concilior. pag. 599.

[b] ABRAHAMIUS] sive *Ablabius*, ut suprà pag. 539. Malè pag. 515. *Alalius.*

[c] ALLUDEOR] *Attudeorum*, suprà pag. 515. 542.

[d] EVADIUS] sive *Evagrius Valentia*, ut infrà cap. 13.

[e] PAULÆ] vel potiùs Paleaspoleos, ut suprà pag. 540.

[f] MALLI] Ita constanter scriptum est in hoc synodico. In gestis Concilii Ephesini pag. 507. *Mutublaccos.* Vide Strabonem lib. 14. ubi multa de Mallo Ciliciæ oppido.

[g] CÆSAREÆ AUG.] in tomo tertio Concilior. pag. 599. *Neocæsariensis.*

[h] EPISTOLA NESTORII] Extat ex versione Peltani in tomo tertio Conciliorum pag. 563.

[i] APOSTOLI BASILICAM] id est, sancti Ioannis. Vide suprà pag. 524. & relationem orientalium ad Imperatores to. III. Concilior. pag. 715. Vide etiam acta Conciliabuli ibid. pag. 595.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

Dalmatius Episcopus Cyzici metropolitanus subscripsi.
Eutherius Episcopus Thyanorum metropolitanus subscripsi.
Petrus Episcopus Traianopolis metropolitanus subscripsi.
Iulianus Episcopus Sardicensis metropolitanus subscripsi.
Basilius Episcopus Thessaliæ metropolitanus subscripsi.
Cyrus Episcopus Aphrodisiadis metropolitanus subscripsi.
Maximianus Episcopus Anazarbi metropolitanus subscripsi.
Alexander Episcopus Hierapolitanus subscripsi.
Dorotheus Episcopus Marcianopolis Mœsiæ metropolitanus subscripsi.

Et omnes alii, qui erant pariter, [a] subscripserunt similiter.

CAPUT NONUM.

Contestatio Candidiani Comitis, quam publicè, manè audiens synodum celebrari, in Epheso proposuit.

SAnctissimo Episcopo metropolis Alexandriæ Cyrillo, & reverentissimis Episcopis qui cum co sunt congregati, Flavius Candidianus magnificentissimus Comes devotissimorum Domesticorum. Quoniam ex quo in Ephesinam civitatem veni, nihil aliud deprecatus sum communem sanctamque synodum vestram nisi ut cum pace atque concordia quæ ad fidem rectamque glorificationem nostram pertinent exponerentur, sicut & Dominus noster jussit & piissimus Imperator, scit religiositas vestra; & sufficit mihi testimonium quod ipsa veritas præbet, quia nihil aliud egerimus præter hæc. Quoniam verò & dum congregandos vos esse in sanctissimam Ecclesiam præter aliorum Episcoporum cognoscerem voluntatem, nondum veniente sanctissimo Episcopo Antiochenæ metropolis Iohanne vel his qui cum ipso sunt, non cessavi rogans ut id fieret quod dixi superiùs; & unumquemque sum contestatus ob hoc, ne fortè particularis fieri synodus videretur. Extremò verò nihilominus, cùm congregati essetis in sanctissima Ecclesia, occurrere festinavi, & ea quæ visa sunt Domino nostro & piissimo Principi, licèt videam ex superfluo facere, dum semel nosceretis hæc eadem ex literis divinitatis ejus directis ad vos. Veruntamen edocui dispositionem ejusdem Domini nostri & piissimi Principis hanc esse. Velle namque eum dixi fidem nostram absque ulla discordia ab omnibus idem sapientibus roborari, & nolle particulares quasdam synodos fieri, quod maximè in hæreses & schismata convertere novit religionem nostram fidemque orthodoxam. Insuper dum reverentia vestra exigeret sacram Domini nostri & piissimi Principis, quæ directa est ad sanctam synodum, relegi, priùs quidem id facere non annuebam (voce enim dicere refutabo) eò quod non adessent omnes qui ad sanctissimam synodum jussi fuerant convenire; sed quia vestra religiositas inquit ignorare se quæ præcepta sint à Domino nostro & optimo Principe, necessarium mihi visum est apparere, ut etiam non præsentibus aliis reverentissimis Episcopis omnibus relegerentur divinæ atque adorabiles litteræ. Nihilominus verò & postquam vobis manifestavi quæ sunt decreta divinitus, in eadem supplicatione permansi, deprecans reverentiam vestram & poscens nihil novum fieri priusquam cuncti sanctissimi patres atque Episcopi ad synodum convenirent, sed sustineretis quatuor tantummodo dies sanctissimum Episcopum Antiochenorum metropoleos cum aliis qui pariter sunt, necnon & illos qui cum sanctissimo Episcopo Nestorio sunt; ut vestra religiositate pariter congregata, & omni sancta synodo collecta simul in unum, si qua essent quæ forsan in dubitationem venirent, à quibus nos sumus extranei, cunctis vobis præsentibus judicarentur, & tunc cum consensu omnium vestrum ostenderetur quis pravè ac præter regulas ecclesiasticas credere videretur, an certè rectè omnes pariter confiteri, sicut sanctorum patrum religio habet. Hæc igitur non semel sed etiam sæpiùs admonens, & suppliciter postulans, nihil profeci. Verùm quia nihil eorum quæ à me sunt dicta servatum est, sed à vobis injustè ac violenter expulsus sum, necessarium duxi hoc mea contestatione vobis constituere manifestum, & per hoc edictum clarè dicere nullum vestrum novi aliquid facere, sed omnium sanctorum Episcoporum sustinere præsentiam, & sic communi consilio quæ ad catholicam sanctamque fidem pertinent judicari. Si quis verò ex propria voluntate ductus ea quæ ab immortali & optimo vertice jussa sunt commovere voluerit, sciat se sibi ipsi reputaturum quicquid evenerit, præjudicium verò se alii non inferre. Non enim pigebit me hæc eadem denuo iterare. Quoniam verò, sicut vestra sanctitas novit, hoc placuit Domino nostro & piissimo Principi, ut sub præsentia simul omnium sanctorum Episcoporum qui ab ejus divinitate sunt convocati ea quæ in dubitationem veniunt dissolvantur, propterea & sacra quæ ad sanctissimam synodum vestram directa sunt, & quæ ad me ipsum ab eorum divinitate sunt scripta, huic edicto præposui; ut per omnia cognoscentes quæ à Domino nostro & optimo Imperatore præcepta sunt, à tali præsumptione cessetis. Cognoscite igitur quòd scripti hujus exemplar etiam Domino nostro piissimo Imperatori transmissum est.

Propositum est decimo Kalendas Iulii in Ephesina civitate.

CAPUT DECIMUM.

Item contestatio alia magnificentissimi Comitis Candidiani post synodum.

QVoniam cognovi à multis reverentissimis Episcopis quod aliqui eorum, postquam prima particularis synodus facta est, illic necessitate perducti sunt, quorum nonnulli etiam subscripsisse perhibentur his quæ facta sunt ab illis qui primo die fuerant congregati, ob hoc universis qui eodem die minimè convenerunt per epistolam scribo, conjurans per Deum omnipotentem & per Christum ejus & per sanctum spiritum & incolumitatem Dominorum mundi ut nihil præter illa quæ à dominis nostris piissimis Imperatoribus præcepta sunt faciatis, sed exspectetis universalem synodum & sanctissimorum Episcoporum præsentiam, necnon & judicium Dominorum nostrorum piissimorumque Principum. Cognoscat ergo religiositas vestra eis relatum fuisse de omnibus.

[a] SUBSCRIPSERUNT SIMIL.] In tomo tertio Conciliorum subscribit Himerius Episcopus Nicomediæ, qui hîc prætermissus est.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

CAPUT XI.

Item edictum magnificentissimi Comitis ad synodum.

FLavius Candidianus magnificus & gloriosissimus Comes devotissimorum Domesticorum. Ad confusionem perturbationemque totius civitatis intendens, non mediocri stupore detentus sum. Nimis namque rationi contrarium est propter ea quæ hesterno die sunt acta cujuslibet animum non permoveri. Nec enim quemlibet reverentissimorum Episcoporum nescire arbitratur devotio mea quoniam nec semel nec secundò solùm, sed etiam sæpius, juxta ea quæ à divino & inviolabili vertice sunt præcepta, cunctis manifestum feci quòd opotteret omnibus simul reverentissimis Episcopis convenientibus pariter de piæ & orthodoxæ fidei a acribia discuti quæstionem. Vnde etiam scripto ac sine scriptis apud eos quos oportebat asserui ne quis particularem synodum faceret, neque verò cum eo aliquis conveniret si quis irrationabiliter agere aliquid tale præsumeret. Clarum namque est quia quæ ex una parte sunt gesta præter formam quæ à mundi dominis data est, nec firma nec legitima putabuntur. Propter quod & nunc unumquemque admoneo ut exspectet per omnia Deo amicissimi Antiocheni Episcopi Iohannis adventum & eorum qui venire pariter nuntiati sunt, insuper & illorum qui ab occidente, ut dicitur, aderunt. Impossibile est [enim] ut aliquid eorum quæ ex parte atque utcunque geruntur, ulla dignum ratione ducatur, eò quod & contra dominorum mundi præcepta sit factum.

CAPUT XII. ......95.

Incipiunt secunda commenta synodi quæ cum Iohanne Antiocheno Episcopo convenit in Epheso.

SAnctissimus Iohannes, præsente sancta synodo & magnificentissimo & gloriosissimo Comite Candidiano, dixit. Sabbatho meridie, dum jam advesperasceret, agnoscentes quoniam qui omnia iniquè & illicitè faciunt, volunt & nunc, propria utentes temeritate ac pertinacia, Missarum celebrare collectam, rogavimus magnificentiam tuam, dantes in scripto petitionem, ut transires usque ad eos, & contestareris ne calcarent ecclesiasticas sanctiones & pia decreta, neque collectam celebrarent viri quorum justè quidem quidam depositi, alii verò communione privati sunt propter hæreticam vesaniam & inexplicabiles tumultus illicitos plurimque sanctionum contemptum. Rogamus ergo magnificentiam vestram ut certum sanctæ synodo faciatis si hæc ipsa verè illis magnificentia vestra innotuit.

Magnificentissimus Comes Candidianus dixit. Postquam petitionem à vestra religiositate suscepi, nihil omnino monui, quia nec ratio erat. Sed quia ad reverentissimos Cyrillum Episcopum & Memnonem & reliquos iter direxi, & illic apud eos plurimos reperi congregatos, & rogavi ne Missas per se ipsi tenerent, quia & in præcedentibus diebus, etiam priùs quàm venirem, & sanctam Pentecostes & reliquas collectas usque ad hanc dominicam celebrare noluerunt, sed re vera b Clerici officium compleverunt. Rogavi etiam ut sustinerent de his quæ egerunt responsa piissimorum Principum Dominorumque nostrorum. Ego autem neutram partem volo celebrare collectam, ne fortè aliquod schisma sanctæ atque orthodoxæ generetur Ecclesiæ.

Sancta synodus dixit. Rogamus adhuc & hæc addiscere a magnificentia vestra, utrum depositionem Cyrilli & Memnonis & reliquorum excommunicationem, quam & per petitiones edocuimus magnificentiam vestram, prædicti cognoverint, quam publicè ob hoc ipsum per omnem proposuimus civitatem, ut manifesta hæc omnibus qui cum ipsis sunt Episcopis fieret.

Magnificentissimus Comes Candidianus dixit. Si de aliqua vili causa proponeret sancta religiositas vestra, & hoc quoque notum fieri posset. Quantò magis virorum depositio præfatorum, quæ tantopere publicata est, & per totam proposita civitatem? Hoc ipsum namque civitas communiterat universa. Et magna eam multitudo transcripsit. Insuper & me rogante ut dominica die Missæ non fierent ab eis, revera Memnon hujus civitatis Episcopus coram omnibus dixit: Quia quantum cognovi, & deposuit nos sanctissimus Episcopus Iohannes cum synodo quæ cum eo est. Qui non dicam contra hanc synodum prævalere quodcunque non potuit, crede quia nec soli mihi sine synodo poterat prævalere. Qui ergo ista dixit, quomodo depositionem suam nescire potuerit, me interrogari superfluum est.

Sancta synodus dixit. Quæsumus ut discamus à magnificentia vestra si obedierint consiliis vel denuntiationibus vestris, & minimè collegerint?

Magnificentissimus Comes Candidianus dixit. Ego in ipso sabbatho ad vesperam rogavi, & sequenti die valde diluculo vadens ad reverentissimum Episcopum Cyrillum, id est, dominico die, non cessavi rogare atque precari ut meæ postularioni concederet. Illi verò non acquiescentes exierunt, collectamque fecerunt. contra quos contendere ultra non valui.

Sancta synodus dixit. Manifesta sunt quæ andaciter & illicitè ab eis consuetè sunt facta, quæ in tempore competenti ad pios & Christi amicos perferemus auditus.

CAPUT XIII.

DOminis reverendis & honorandis Presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis & amico Christi populo in Hierapoli Euphratesiæ, sancta synodus orientalium & eorum qui ex diversis regionibus atque provinciis per gratiam Dei in Ephesum convenerunt, in Domino gaudere.

a ACRIBIA] id est, summa, cupite. Alibi acribia significat diligentiam, ut infrà cap. LV. LXXXVI. XCII. & in Concilio Lateranensi Martini Papæ act. 2. in libello monachorum Græcorum, & act. 3. in prosecutione Sergii Episcopi Tempsanensis. Hinc *acribiosè* pro *diligenter*, *accuratè*, in eadem act. 3. in gestis pro ecthesi Sergii Episcopi CP. & *acribiosissimus* act. 4. in epistola Pauli CP. ad Theodotum & act. 5. in prosecutione Papæ Martini. Item *acribiosius* pro *diligentius*, *scrupulosius*, ibidem act. 3. In epistola Sergii C P. ad Cyrum Alexandrinum.

b CLERICI OFF. COMPLEVER.] Lupus existimat duplicem horum verborum sensum esse posse, nimirum Cyrillum & Episcopos qui cum eo erant non celebrasse divina, sed Clericos coram ipsis celebrasse, vel Episcopos illos non celebrasse tanquam Episcopos sed ut Clericos dumtaxat, huncque sensum priori præfert. Neminem autem puto dubitare posse quin prior sensus sit solus bonus. Valde enim metaphysica est illa distinctio Episcopi non episcopali sed clericali modo celebrantis.

Quoniam

Quoniam consequens videtur existere quòd hi qui sursum universa fecerunt ad peremptionem rectæ fidei, & confusione ac perturbationibus atque iniquitatibus res ecclesiasticas compleverunt, salutem propriam desperantes, dirigant ad vos, ut etiam vestram reverentiam perturbent illicitis & iniquis litteris suis, idcirco agnoscite quòd aliqui eorum propter hæreticam Cyrilli sententiam, quam confirmare præsumpserunt subscriptionibus suis, & propter alias perversitates suas depositi sint, reliqui verò universi excommunicationis nodo suppositi, & nullam vim sacerdotii retinent ad ligandum sive solvendum vel aliquid aliud ad sacerdotes quod pertinet operandum. Non igitur perturbet reverentiam vestram si quæ ab eis litteræ dirigantur. Infirma enim sunt & araneis debiliora quæ à depositis atque excommunicatis fiunt. Oportet verò religiositatem vestram, scientem quoniam de nulla re tantopere cogitamus quantum de pia fide quam prædicti tentaverunt suis vocum novitatibus amovere, non solùm pro nobis oretis, sed & fortiter voto animi propugnetis ut communicatores efficiamini pro pietate sudantium, & laborum retributiones hujus mundi reportetis ab omnium Deo. Pro rectis autem dogmatibus æstuamus, pro quibus divinus Apostolorum chorus pium sanguinem fudit, pro quibus martyres temporum singulorum omni modo in suis corporibus excepere tormenta, & varias mortis species sustulerunt; quæ sanctorum patrum qui Nicæam sunt collecti Concilium scripta confessione confirmans, usque ad nos & eos qui post nos erunt homines destinavit.

[Iohannes] Episcopus Antiochiæ incolumes vos in Domino persistere oro, reverendissimi atque fidelissimi.

Iohannes Episc. Damasci metropolitanus similiter.
Tranquillinus Episc. Antiochiæ Pisidiæ metropolit.
a Alexander Episcopus [a] Amaseæ metropolitanus.
Fritilas Episcopus Heracleæ metropolitanus.
Dexianus Episcopus Seleuciæ metropolitanus.
Cyrus Episcopus Tyri metropolitanus.
Himerius Episcopus Nicomediæ metropolitanus.
Helladius Episcopus Tharsi metropolitanus.
Antiochus Episcopus Bostrorum metropolitanus.
Alexander Episcopus Hierapolitanus.
Iulianus Episcopus Sardicæ metropolitanus.
Maximinianus Episcop. Anazarbi metropolitanus.
Petrus Episcopus Trajanopolis metropolitanus.
Eutherius Episcopus Thyanorum metropolitanus.
Basilius Episc. Larissæ Thessaliæ metropolitanus.
Rabbulas Episcopus Edessæ metropolitanus.
Asterius Episcopus Amidæ metropolitanus.
Bosforus Episcopus Gangrorum metropolitanos.
Paulus Episcopus Emesæ.
Dorotheus Episc. Marcianopolis metropolitanus.
Macarius Episcopus Laodiceæ.
Gerontius Episcopus Claudiopolitanus.
b Musæus Episcopus [b] Aradiæ.
Polychronius Episcopus Epiphaniæ.
Hesychius Episcopus Castabalorum.
c [c] Flaccus Episcopus Laodiceæ.
Theophanius Episcopus Philadelphiæ.
Theodoretus Episcopus Cyri.
Valentinus Episcopus Malli.
Iacobus Episcopus Dorostoli.
d [d] Iarianus Episcopus Augustæ.
Olympius Episcopus Carpasiæ.
Aurelius Episcopus Irenopolis.
Heliades Episcopus Zeugmatis.
Meletius Episcopus Neocæsareæ.
Marcellos Episcopus Arcæ.
Anastasius Episcopus Tenedi.
e Marcianus Episcopus [e] Abydi.
Theosebius Episcopus Cii.
Eustasius Episcopus Nurinæ.
Daniel Episcopus Faustinopoleos.
Helladius Episcopos Ptolomaidis.
Ausonius Episcopus Himeriæ.
f Diogenes Episcopus [f] Lonopolis.
Cyrillus Episcopus Adanorum.
Cyrus Episcopus Marcopolis.
Iulianus Episcopus Larissæ.
Evagrius Episcopus Balentiæ.
Zosis Episcopus Hesbuntis.
Petronius Episcopus Neuvæ.
Salustius Episcopus Coricii.
Maximus Episcopus Demetriadis.

CAPUT XIV.

g *Ejusdem synodi alia [a] epistola ad Imperatorem Theodosium, quam scripserunt post Irenæi discessum, cognoscentes quæ contra eos adversa pars egerat. Direxerunt verò jam prædicto Comiti, ut cum aliis Principi offerret & hanc.*

His igitur præponentes Nicænam fidem subscripserunt universi Episcopi qui cum Iohanne convenerant.

CAPUT XV.

h *Epistola Nestorii ad [b] scholasticum eunuchum Imperatoris Theodosii.*

ADmiror amatricem Dei animam tuam, & certè dum firma est & circa fallacias non

[a] AMASÆÆ] Legendum, *Apameæ*.

[b] ARADIÆ] Alibi *Argadi & Antaradi*, nimirum in sententia depositionis Cyrilli & Memnonis; ubi legendum, *Aradi & Antaradi*, ut & isthic.

[c] FLACCUS] *Placon* in sententia depositionis Cyrilli & Memnonis, & *Placon* infrà cap. XXVIII.

[d] IARIANUS] Scribe, *Tarianus*. Malè infrà cap. XXVIII. *Trajanus*.

[e] ABYDI] Abryti in sententia depositionis adversùs Nestorium & Cyrillum.

[f] LONOPOLIS] Ita etiam suprà cap. VII. pag. 698. At infrà cap. XXVIII. *Nimopolis*.

[a] EPISTOLA] Mirum est Lupum, qui plurimas epistolas hoc synodico comprehensas ob eam solam causam dare se professus est quòd essent ex alia versione quàm ea quæ extat in vulgatis Concilii Ephesini exemplaribus, istam omisisse, quam habemus tantùm ex interpretatione Peltani.

[b] SCHOLASTICUM] Infrà cap. XXI. scriptum est *scholasticum cubicularium*. In tomo tertio Conciliorum pag. 711. extat epistola orientalium ad Præpositum & scholasticum. Rursum infrà in capite CCIII istius synodici refertur epistola Epiphanii Archidiaconi Alexandrini ad Maximianum Archiepiscopum CP. in qua mentio est Chrysoretis Præpositi, quem fuisse amicum & fautorem Nestorii ex eo constat quòd illic dicitur esse contra Ecclesiam. Ex hoc loco collegit Lupus scholasticum eunuchum Imperatoris Theodosii, ad quem data est præsens Nestorii epistola, Chrysoretem fuisse. Verùm hic eunuchos neque cubicularius dicitur neque Præpositus, & ubi mentio est Chrysoretis Præpositi, non additur eum fuisse eunuchum aut cubicularium aut scholasticum. Cùm autem in eadem epistola Epiphanii videamus alios præter hunc eunuchum fuisse scholasticos, rursum alios Præpositos, certum est incertam admodum esse conjecturam quæ Chrysoreti inscriptam putat epistolam istam Nestorii. De scholastico eunucho, qui favebat Nestorio apud Imperatorem, vide infrà cap. XXI. in epistola Acacii ad Alexandrum.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

expansa, quomodo fabulas approbaverit immundorum, dicentes de nobis quod abjuraverimus vocem quia Dei genitrix nominatur; quam, sicut nosti, sæpius diximus. Diximus verò ita, ne aut purum hominem quis suspicaretur Dominum Iesum Christum aut Deum humanitate nudum. Si enim dæmonum filii pro vera satisfactione fatagetent, dixissent utique illa quæ à nobis in Constantinopoli dicta sunt, sicut & tua admirabilitas novit. Nunc autem maximè quidem neque collocutio nobis ad invicem fuit. Si enim verba quæ inter me atque alios Episcopos habita sunt, quæ privatim velut in exercitationis experimentum sunt facta, has nostras & Cyrilli collocutiones vocant, mentiuntur quidem. Sciro tamen quia hoc à nobis sæpius ad ipsos dictum est, & bene se habere & ab ipsis & à nobis est creditum Dei particen & hominis sanctam virginem nominare, Dei particen non ita, quasi ex ipsa Deus verbum sumpserit existendi principium. Quomodo enim hoc esset, dum virginis ipse creator sit? Sed ne putum quis hominem fuisse illum qui est genitus suspicetur, hominis verò particen, ne dispensationem, nostras primitias, cum Manichæis pariter abjitemus, (Hæc enim ab ipsorum velut in præexercitatione sunt Episcopis dicta, & mutuè ad invicem sæpius & bene se habere frequenter utraque pars dixit, ita ut hinc plaudentes quoque recederent) Cyrillus tamen colloqui nobis & antè omnino fugit & hactenus fugit, capitulorum quæ scripsit convictionem, eo quòd absque contradictione sint hæretica, per hoc evadere putans. Quomodo igitur admirabilitas tua contra nos accusationem recepit hujusmodi, dum certè retineat quia sic utrasque voces & in Constantinopoli propter dispensationis mysterium unitionemque ineffabilem discernimus? Non igitur, quæso, sic facilè factis contra nos accusationibus credatis. Nos enim vocem qua Dei genitrix nominatur, si cum voce ponatur illa quæ est hominis genitrix, integerrimum pietatis credimus characterem. Quando enim dicimus *Christus* & *Iesus* & *Filius* & *Vnigenitus* & *Dominus*, ambo hæc appellatio ista significat, & hanc non approbantibus vocem significat, tamquam duarum naturarum, id est, divinitatis & humanitatis significativum, Dei genitricis & hominis genitricis protulimus nomen, ut latere neminem posset quia nec Manichæi errorem nec Pauli possimus incurrere, undique præmuniti. Qui enim dicit id quod nobis consubstantiale est inseparabili divinitate plenum de virgine genitum, in te ingenuè totum dominicæ dispensationis mysterium prædicat. Negatio verò horum cujuslibet unius est totius dispensationis ablatio: quam quicunque abjutant, contra eorum caput & conversum est & citò ampliùs convertetur. Quod verò est omnino deterius, & maximè nunc, & multam Domini Christi indignationem provocat, dignumque est mille fulguribus atque fulminibus, violabilem dicere unigeniti deitatem & mortuum Domini verbum & in sepulchro indiguisse solatio & resurrectionem meruisse cum carne; quæ universa ab ecclesiastica orthodoxia sunt aliena, & quæ numquam recipientur à nobis. Absit enim à nobis ut divinitatem, quæ nostrarum primitiarum vivificatrix extitit, hanc aliquando putem vita fuisse privatam aut indiguisse vivificantis majoris. Cujus enim nec caro vidit corruptionem, quomodo quis hujus divinitatem dicens cum carne fuisse corruptam, non erit dignus particeps esse cum dæmone? Incorruptibilis enim divinitas, & omnis mutationis insusceptibilis secundùm vocem quam dixit per Prophetam Deus: *Ego sum, ego sum, & non mutabor*. Licet autem Deo amicabili animæ tuæ quæ scripserunt pattes sumere universa, & ab illis addiscete quia nos orthodoxè prædicamus, & quia sordidis illis ea sit spes quòd per subreptiones verbum superent veritatis. Fingentes enim æquivoca orthodoxis patribus nomina, simpliciores seducere tentant. Vt puta est Basilius quidam de Ancyra, vir qui unus ex hæreticis fuit. Est Cæsareæ Cappadociæ unus eorum qui pericula pro fide sustinuit plurima. Est & hæreticus Melithon, est & alius Melithon orthodoxus. Est Vitalis, qui orthodoxorum fuit Episcopus. Est & alius Vitalis, qui ab impio est Apollinario consecratus. Sunt & aliorum multorum similia nomina. Et ut non per singulos horum sumentes similitudinem nominum, simplicibus proferunt, & ad perditionem trahunt per æquivocationem, non intelligentes quia sit etiam Basilius Ancyræ. Et à multis verò hujusmodi facilè corrumpitur ars eorum, quòd ad decipiendum æquivocationibus abutantur. Sed hæc quæso ut ipse devites, sicut qui vas integerrimæ ac sincerissimæ rectitudinis fidei, & temetipsum laboribus exercere dignare ad excidendam quæ multis innititur fraudibus hæresim. Testis enim est Deus quia si hæc apud Ecclesias obtinuerint quæ nunc ab immundissimis istis, nescio quomodo, nihil aliud restat nisi ut illa colant Ecclesiæ quæ Arrius & Eunomius & Apollinarius tradiderunt. A me verò Dominus omnium nihil exacturus est ampliùs nisi ut eos qui possint hæc prohibere [a] commemorem, [a] quod à principio & nunc usque faciens non quievi, & vos Dei servos semper commemorans ne despiciatis perennem nobilitatem religionis; ita ut si ea quæ ad orthodoxiam pertinent, vestro studio confirmationem debitam potuerint obtinere, à me, teste Deo, episcopalis honor facillimè respuatur. Et ne forsitan de hoc me fingere arbitreris, si fuerit confirmata religio & orthodoxia Ecclesiis restituta, exige à me ut hinc jam vobis per litteras valedicam & ad pristinam conversationem monasterii valenter redeam. Ab hujusmodi enim quiete nihil est divinius neque beatius apud me. Vellem verò & relationes quas contra nos & orientales religiosissimos Episcopos direxerunt venire ad discussionem coram piissimo & amatore Christi Imperatore, aut illic me quoque præsente, aut coram directis huc aliquibus, ut vel ex ipsis commovere-mini ad exterminationem illorum qui falsiloquiis suis omnia turbaverunt. Ex toto enim cunctorum quæ retulerunt nihil omnino est verum.

CAPVT XVI.

Post hæc directus est Comes largitionum Iohannes cum sacris de depositione Nestorii & beatorum Cyrilli & Memnonis, quæ in prioris codicis parte posuimus. Cujus Comitis ista [b] relatio est. b

Sciens quòd ad pietatem pertinet divinis parere decretis, omnia juxta intentionem incontaminabilis apicis, secundùm quod potui, egi. Quæ verò sint subsecuta, ex istis agnoscere poteritis. Multo labore & celeritate usus [in] Ephe-

[a] COMMEMOREM] id est, commoneam. Vide supià pag. 404. 451.

[b] RELATIO] Extat ex alia versione to. III. Concilior. pag. 723. ex editione Roberti Vvinteri.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

siotum civitatem [perveni.] Et adhuc celeriùs potui pervenire, nisi diverso impedimento causæ fuissent, quas, annuente Deo, cùm venerim, præsentialiter enarrabo magnificentiæ vestræ. Continuo ergo tam hos qui hinc quàm eos qui inde convenerant sanctissimos Episcopos cum reverentia salutavi. Partes namque has conveni nominatim propter discordiam quæ contigit inter eos. Perturbatis autem cunctis, & Cyrillo ac Memnone includentibus semetipsos, illis qui convenerant per me ipsum præcepi, per alios verò his qui erant absentes mandavi ut alio die absque ulla dilatione ad meam mansionem cuncti concurrerent. Ne fieret pugnæ conflictus, intermiscui eis militum turbas circa loca utrique parti contigua. Oportebat siquidem me de hoc ipso esse suspectum, propter rabiem quæ inter eos nescio unde provenit. Adveniente autem Nestorio mox ut effulsit aurora, & post non multum Iohanne religiosissimo Episcopo cum sanctissimis Episcopis qui pariter sunt, etiam Cyrillus advenit cum cunctis Deo amicissimis Episcopis præter Memnonem solum. Mox itaque multa perturbatio atque confusio nata est, dicentibus his qui convenerant cum Cyrillo se nullo modo posse vel ipsum adspectum Nestorii sustinere, qui ab eis fuerat condemnatus. Convenientibus tamen eis, divinæ [scripturæ] facere volui lectionem. Dicentibus verò his qui Cyrillo consentiunt, neque absque ipso divinorum terribiliumque fieri lectionem, neque præsente Nestorio, sed neque convenientibus secum orientalibus sanctissimis Episcopis. Et multa propter hoc facta seditione, magna verò pugna & bello, hæc ipsa dicere cœperant & qui cum Deo amicissimo Iohanne persistunt sanctissimi Episcopi, confirmantes & ipsi Cyrillum non oportere esse præsentem dum lectio divinorum fieret decretorum; quippe quia & ipse cum Memnone damnatus esset ab eis. Multa verò contentione facta de hoc, & magna diei parte consumpta, expedire providi ut absque Cyrillo atque Nestorio decreta imperialia reliquis vulgarentur; quia nec scripti in præfatis fuerunt à dominis mundi. Reclamantibus verò & ad hoc Deo amicissimis Episcopis qui unà cum Cyrillo convenerant, & volentibus neque cum his qui cum Deo amicissimo Iohanne advenerant patienter audire, eò quòd dicerent eos irregulariter fecisse damnationem Cyrilli & Memnonis, vix prævalui persuasione ac violentia, si oportet veriùs dicere, usus, separatis Nestorio & Cyrillo, universam synodum præparare ut audire decreta imperialia paterentur. Coadunatis igitur omnibus, lectionem celebravi venerabilium syllabarum per quas damnati sunt Nestorius & Cyrillus & Memnon. Patienter verò suscipientibus lectionem, atque faventibus his qui cum Iohanne reverentissimo convenerant, illi qui cum Flaviano reverentissimo fuerant congregati, quia non canonicè Cyrilli & Memnonis fuerat damnatio facta, graviter susceperunt hujus lectionis auditum. [a] Sic ergo est lectio celebrata, ad vesperum declinante die. Ne verò major adhuc perturbatio fieret, Nestorium quidem suscepit ad custodiendum magnificentissimus Comes devotissimorum Domesticorum Candidianus, qui in omnibus quæ à me vel deliberata vel acta sunt adfuit. Cyrillum verò custodiendum tradidi clarissimo Comiti & Præposito quartæ scholæ Iacobo. Quoniam verò Memnon, ut prædictum est, aberat, evocans œconomum atque defensorem necnon & primum Diaconum sanctissimæ Ephesinæ civitatis vel Ecclesiæ, manifestavi hæc ipsa eisdem, quia idem Memnon cum prædictis fuerat condemnatus. Admonui eos & hoc, ut ecclesiasticas pecunias suas sub omni [cautela] & periculo custodirent. His ita dispositis, quia oportebat me orationibus quoque vacare, ad Ecclesiam descendi sanctissimam. Cognoscens verò in episcopio Memnonem degere, direxi ex his qui mihi ministrabant devotissimorum palatinorum primicerium ad prædictum, ut saltem pariter loqueremur, & discerem si ad me se venturum modis omnibus abnegaret. Ille verò absque mora venit ad me. Cùmque a me culparetur cur manè non venerit, dixit se ægritudine fuisse retentum, atque ideo non venisse, ita ut nec sustineret secundum admonitum meumque sibi præberi consilium, sed ad meam domum, sermones meos præveniens, adveniret, acquiescens divinis imperialibusque præceptis. Traditus est igitur & ipse eidem clarissimo Comiti Iacobo, & custodi ut tam à devotissimis scutariis quam ab honestissimis palatinis. Hæc sunt quæ à me primo gesta sunt die. Quoniam verò me oportebat Deo amicissimis Episcopis etiam pro pace adhibere sermones, ob hoc ne contra orthodoxam religionem hæreses innascantur & schismata, & ad hos sermones deposui memetipsum, & omni virtute quæ possibilia sunt studeo agere, Domino adjuvante, & pietate atque recta intentione, Domini mundi. Quamvis videam execrabiles & implacabiles ad invicem Deo amicissimos Episcopos, nescioque unde ad tantam usque tristitiam asperitatemque pervenerint. Quicquid verò ampliùs agi potuerit aut per me aut per litteras, propitiante Deo, cum multa celeritate manifestabo magnitudini vestræ.

CAPUT XVII.

Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi & [b] synodi quæ cum eo convenit ad Imperatorem Theodosium, quam direxerunt per eundem Iohannem Comitem: in qua etiam catholicæ fidei illa confessio continetur quam postea Cyrillus Alexandrinus Episcopus [c] per pacificam laudavit epistolam; scribens eidem Iohanni Antiocheno præsuli per legatum pacis Paulum Emesenum Episcopum.

Consequenter quis eos qui nunc sunt valde beatificet homines ultra illos qui ante nostram fuere progeniem, eò quòd à vestro gubernentur imperio. Decem millibus siquidem curis pro mundo vestra pietas utens, omnibus ceteris providentiam pro pia religione præposuit. Præhonorat etiam laudandissimum regnum vestrum ea quæ Dei sunt ultra universa terrena, quoniam fides in eum optimas cogitationes vestras & actus ad universa bona pietati vestræ cooperatur. Hæc ita se habere semper quidem cognoscimus ex ipsis effectibus, maximè verò in præsenti hoc factum est tempore manifestum. Nam dum sacerdotes improvisis perturbationibus comprehensi sunt, &

[a] SIC ERGO] Hæc clausula non extat in editione Vvinteri.

[b] SYNODI] habitæ apud Antiochiam, cujus meminit Liberatus cap. VIII. *Et congregans Ioannes iterum Antiochiam Concilium, dictavit fidem ita se habentem: Confitemur &c.* ut infrà.

[c] PER PACIFICAM] cujus initium *Exultent cali.* Extat suprà pag. 591.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

contra invicem bella commovere confligunt, commotaque fit nostra concordia, [a] Ægyptio mundum consuetè turbante, [b] decretum vestræ pietatis, quod per magnificentissimum & gloriosissimum Comitem cunctarum largitionum Iohannem promulgatum est, fat est ad vanas æstuationes omnium reprimendas, si tamen velimus sobriè agere. Illud verò magis est universis, quòd in ipsis litteris vestrum præcepit imperium auferri quidem scandala quæ ab aliquibus rectæ superintroducta sunt fidei, illa vero uti regula & mensura fidei quæ de Deo à patribus in Nicæa exposita est; quæ neque minus habeos aliqoid neque superfluum, compendiosam salutem præstat, paucis verbis continens totum quicquid nobis de pietate tradiderunt scripturæ divinæ; quæ & abjuravit eos qui nobis volunt inducere novitates sensuum errantium. Hujus rei gratia litteris pietatis vestræ susceptis, intuentes quod imperii vestri inteotio rectæ patrum fidei conveniret, festinavimus illa quæ noper exposita sunt à [c] Cyrillo capitula evangelicæ & apostolicæ doctrinæ contraria condemnare, in quibus omnes tam qui nunc sunt quàm qui olim quolibet tempore fuerunt sanctos anathematizare præsumpsit. Quæ ille in præsenti tempore quasi episcopalis perturbationis quæsitam diù occasionem reperiens, & cooperatricem somens ignorantiam plurimorum, quondam verò & morbum, qui occultatus olim, nunc manifestus effectus est, & fraudulenta pertinacia otens, synodica confirmare auctoritate tentavit. Hæc autem, sicut vestrum cognovit imperium, & Deo amicissimus atque sanctissimus pater noster & Episcopus Acacius sanctam synodum [d] per litteras edocuit quòd Apollinarii impietati conveniunt. Novit verò hæc clarè vir qui centum decem vitæ annos explevit, omnem verò vitam in evangelicis certaminibus desudando transegit, & synodis multis interfuit, & eos qui Apollinaris dogmata sentiunt semper secundùm locum [e] proximos habuit. Vnde & tam facillimè comprehendere valoit quòd illius vesaniæ sint præfata capitula. Hæc ut projecerent & eos qui olim seducti sunt Episcopos, & in eis subscribere fuerunt passi, rogavimus cum Iohanne gloriosissimo Comite, & ut à rectà fide ea fatenentur aliena ac nobiscum subscriberent rectam patrum fidem qui Nicæam convenerunt, & eos persuadere nequivimus, quia jam semel eos contigit malè præveniri. Et compulsi sumus inter nosmetipsos ipsius sinceritatem fidei confiteri atque ipsi subscribere, & excutere scripta confessione illam superfluam, malorum sensuum plenam, expositionem capitulorum. Illorum namque paucorum verborum rectæ fidei confessio sufficit & omnem hæreticum errorem convincere & veritatem volentes imbuere. Neque enim de bis quæ ad unigeniti divinitatem pertinent prædicta sanctorum fides patrum huc atque illuc ferri permisit, sed consubstantialitatem prædicans inconcussè, intellectus fidelium præmunit, Arrianam destruens hæresim, & dispensationi integerrimos terminos tradidit, inconvertibilitatem nos & immutabilitatem divinitatis unigeniti docens, & non esse hominem purum Dominum nostrum Iesum Christum, sed revera filium Dei credi præcipiens, consonans divinis sanctisque scripturis annuntiat. Vnde & nos illa sequentes, fidei quidem confessionisque expositioni neque adjicimus quicquam neque subtrahimus, sufficiente ad omnia expositione paterna. Quoniam verò, Imperatores piissimi, præcepistis post hunc assensum inviolabilis fidei & de sancta & Dei genitrice virgine innotescere nos vestræ insuperabili pietati, hoc enim nobis nuntiavit Iohannes magnificentissimus & gloriosissimus Comes, & hoc à Deo auxilium postulantes, (ultra hominem namque est de talibus disceptare) innotescimus pietati vestræ quæ sumus ex divinis scripturis edocti, non quasi contra incomprehensibilia quidlibet annitentes, sed confessione propriæ infirmitatis his qui contra oos tentant assurgere præcludentes, inquimos illa quæ sunt ultra hominem. [f] Confitemur igitur Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, Deum perfectum & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre natum secundùm deitatem, in fine verò dierum eundem propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundùm humanitatem, consubstantialem patri eundem secundùm divinitatem, & consubstantialem nobis secundùm humanitatem. Duarum verò naturarum unitio facta est: propter quam unum Christum, unum Dominum, unum filium confitemur. Secùndùm hunc inconfusæ unionis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem, propter quod Deus verbum incarnatus est, & [g] in humanitate & ex ipsa conceptione sibimet unit templum quod ex ipsa [h] suscepit. Hæc à deiloquis viris edocti, evangelistis, Apostolis, atque Prophetis, & his qui per singula tempora piæ fidei fuere doctores, nos quoque exposuimus [i] in brevi capitulo, vestrum postulantes ac deprecantes imperium, piam religionem, quæ periclitatur corrumpi ab eo morbo qui illatus est Ægyptiacis capitulis, consuetè protegere ac decernere ut omnes qui præsunt sanctis Ecclesiis sacerdotes damnent ea quæ ad inficiendas Ecclesias introducta sunt contra orthodoxam fidem à præfato Cyrillo capitula, soli autem confessioni subscribant quæ à sanctis patribus in Nicæa congregatis est facta. Nec enim possibile est aliter pacem in Dei Ecclesias obtinere, nisi illa impia expositio fuerit abdicata.

[a] ÆGYPTIO] id est, Cyrillo Episcopo Alexandrino. Alludit autem, ni fallor, ad historiam Ægyptii à Moyse occisi, quæ extat in capite secundo Exodi. Ægyptiorum ferociam notat Theodoretus epist. 20.

[b] DECRETUM] id est, epistolam missam per Ioannem Comitem sacrarum largitionum, quæ edita est suprà pag 520.

[c] CYRILLI CAPITULA] Vide suprà pag. 579.

[d] PER LITTERAS] scriptas ad eos qui Concilium Ephesi celebrabant; qui cùm propter longam senectutem illuc accedere non potuisset, epistolam ad eos scripsit de causa quæ tunc agebatur. Quare falsò à nobis suprà pag. 522. adnotatum est illic intelligi epistolam Acacii ad Cyrillum editam pag 440.

[e] PROXIMOS HABUIT] Nam Berœa, cujus Episcopus fuit Acacius, erat ejusdem provinciæ cujus & Laodicea, in qua urbe primùm cœpit Apollinaristarum secta, ut Socrates tradit lib. 2. cap. 46. historiæ ecclesiasticæ. Immo hæresis illa adeo grassata est ut parum abfuerit quin eam amplecterentur omnes orientis provinciæ à Cilicia usque ad Phœnicen, ut ait Sozomenus lib. 6. cap. 27. Rectè igitur isthic scriptum est Acacium semper secundùm locum proximos habuisse eos qui Apollinaris dogmata sentiunt.

[f] CONFITEMUR] Extat suprà pag. 591. 593. ex antiqua versione synodi Ephesinæ. Rursum extat apud Liberatum, ferme iisdem verbis cum ista.

[g] IN HUMANITATE] Legendum, *inhumanatus*, ut suprà pag 591. Liberatus habet, *homo factus*.

[h] SUSCEPIT] Postea nonnulla suprà pag 592. 593. & apud Liberatum leguntur quæ isthic non habentur.

[i] IN BREVI CAPITULO] id est, strictim, summatim. Vide suprà pag. 459.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

CAPUT XVIII.

Honorandissimis & Deo amicissimis Presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis ac monachis & amicæ Christi plebi quæ est in Antiochia orientis, sancta synodus orientalium & aliarum regionum provinciarumque quæ per Dei gratiam in Epheso congregata est. *Nobiscum Deus*, cum Propheta clamamus. Pro divinis enim dogmatibus certamus, & hereditatem paternæ fidei intactam servari studemus, & apostolicam doctrinam, sicus suscepimus illibatam, sic servare posteris festinamus. Propter quod & audacter longum iter assumpsimus, & itineris labores sustinuimus, & multitudinem quæ ad hæreticam vesaniam declinavit fiducialiter despeximus, & impietatis auctorem Cyrillum Alexandrinum ab episcopatu fecimus alienum, & Ephesium, qui ei ad universa cooperatus est, Memnonem eodem decreto damnavimus, & subjectos eorum, qui etiam confirmare impietatem ipsorum subscriptionibus præsumpserunt, excommunicatos effecimus. Et nota hæc piissimis & Deo amicissimis Imperatoribus fecimus. Et suscipientes quæ à nobis gesta sunt, rescripserunt significantes se condemnationem prædictorum suscipere patrum. Et præcepere ut omnes expositæ in Nicæa fidei à sanctis ac beatis patribus subscribamus, & exorta scandala abscindantur, & à rectitudine fidei abdicentur. Directus verò est & Iohannes magnificentissimus & gloriosissimus Comes universarum largitionum, ut hæc perduceret ad effectum. Qui in custodia munitissima Cyrillum tenet ac Memnonem, semotim quemque detrudens, & multitudinem militum præfatis domibus circumsistens. Sed nec his factis quiescunt illi qui sursum versum cuncta perturbant, & confusione ac seditione mundum compleverunt; sed perpetrantes consueta perturbant, & contra semetipsos regulam commoventes. Nam dum sint excommunicati, semetipsis audacter sacerdotii ministerium resumpserunt, & communicaverunt damnatis, quod fieri non licet, eò quòd clarè id canones interdicant; id est, ut qui damnantur vel excommunicantur, absolutionem sibimetipsis minimè tribuant, sed sustineant synodale judicium; quòd si semetipsos absolverint, nullam pro se causationem tales objicere ulteriùs admittantur; sed & quisquis eis communicaverit, fiat ab ecclesiastico ministerio alienus. Hac confixi regula, & nullam, sicut placet canonibus, spem restitutionis habentes, confundunt atque perturbant & ubique constitutas Ecclesias seditionibus complent. Hæc igitur sciens religiositas vestra, pro nobis quidem securo sit animo, & laudet in canticis omnium Deum pro ejus circa nos habita providentia, pro illis verò oret, ut tandem aliquando ab infestissima sibi ægritudine liberentur, & invitet doctores Ecclesiæ continuè in collecta contra hoc impium dogma facere sermonem, & per sanctorum patrum vestigia Dei populum ducere, ut universi cognoscant qualis sit circa quam pugnamus impietas. Si verò fuerit quicunque transmissus ab his qui hujus hæresis languore detinentur ad nostram maximam civitatem & quæ mater est pietatis, hunc tenere cautè religiositas vestra dignetur atque judicibus tradere; ut discant qui seditionem agere tentant quantum bonum sit disciplina, & quantum malorum ferculum pertinax tyrannicaque voluntas.

Iohannes Episcopus Antiochiæ. Incolumes in Domino conservemini, Domini honorandissimi atque religiosissimi.
Iohannes Episcopus Damasci similiter.
Dexianus Episcopus Seleuciæ similiter.
Antiochus Episcopus Bostri metropolitanus similiter.
Alexander Episcopus Hierapolitanus similiter.
Asterius Episc. Amidæ metropolitanus similiter.
Helladius Episcopus Ptolomaidis similiter.
Musæus Episcopus [a] Aradi & Antaradi similiter.
Apringius Episcopus Chalcidis similiter.
Meletius Episcopus Cæsareæ augustæ similiter.
Macarius Episcopus Laodiceæ similiter.
Theodoretus Episcopus Cyri similiter.
Diogenes Episcopus [b] Seleucobeli similiter.

Eo quod nimiùm portitoris instaret occasio, non potuerunt universi qui nobiscum sunt Episcopi subscribere.

Idem religiosissimus Iohannes Archiepiscopus interlocutus est suprascripta.

CAPUT XIX. ...107

Domino meo per omnia sanctissimo patri Episcopo Acacio Iohannes, Iohannes, Alexander, Alexander, Dexianus, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus, Musæus, Meletius, Diogenes. Et olim quidem tuam perdocuimus sanctitatem quanto studio egerimus ut ab ecclesiasticis dogmatibus radicitus amputemus Apollinarii vesaniam redivivam per Cyrilli Alexandrini doctrinas, & quia deponentes ipsum vel Memnonem, qui ei ad omnem nequitiam cooperator accessit, innotuimus piissimis & amicis Christi Imperatoribus nostris, & [c] rescripsit eorum pietas, se approbasse significans depositionem quæ à nobis est facta; & præcepit ut omnes nos expositæ à sanctis patribus in Nicæa fidei [d] subscribamus, abjurantes ea quæ surrexerunt scandala, sicut & [e] tuæ sanctitatis litteræ continent. Nunc verò &

[a] ARADI ET ANTAR.] Lupus ediderat, *Aradia Temaradi*. Nos emendavimus. Aradi & Antaradi meminit Plinius lib. 5. cap. 20. *contraque Aradum Antarados septem stadiorum oppidum*. In tomo tertio Conciliorum pag. 598. legitur *Argadi & Antaradi*. Sed graviùs erratum est in pagina 654. ubi cùm Græcus textus habeat [illegible], versio vulgata, cujus auctor est Peltanus, habet *Musæus Arcadiopolitanus*, quia in margine adnotatum est alibi legi [illegible]. Meliùs nostra pag. 507. ubi scriptum est *Aradi* in antiquis exemplaribus nostris & in editione Contiana. Infrà cap. CCXI. hujus synodici vocatus Episcopus Antaradi.

[b] SELEVCOBELI] Hic typographi scripserant *Seucobeli*. Suprà cap. VII. pag 699. rectè editum est *Seleucobeli*, ubi notatur eam urbem esse in Syria secunda. Theodoretus cap. 3. historiæ religiosæ commemorat Basilium quendam, qui apud Seleucobelum Syriæ urbem monasticum exstruxit habitaculum.

[c] RESCRIPSIT EOR. PIETAS] Eorum literæ habentur suprà pag. 520. quæ scriptæ sunt ad Episcopos utriusque Concilii, tamquam si Nestorius, Cyrillus, & Memnon ab omnibus depositi fuissent. De quo graviter apud Imperatores conqueruntur Episcopi catholici in relatione quæ extat pag. 521. ubi scribunt se damnasse Nestorium, Cyrillum & Memnonem non damnasse, sed magis eos admirari pro zelo orthodoxæ fidei.

[d] SUBSCRIBAMUS] Hæc non leguntur in epistola Imperatorum, sed tantùm ipsos custodire fidem quam sanctissima synodus sub divæ memoriæ Constantino facta concorditer roboravit.

[e] TUÆ SANCTIT. LITT.] quarum exemplar miserant Imperatores, ut legitur suprà pag. 528. quæ nunc non extant.

hoc tuæ innotescimus sanctitati, quia & dum jam litteræ istæ sunt traditæ, ipsi tamen, quos jam semel erroris præoccupatio tenuit, pugnantes pro hæretica ipsa dementia, id est, qui prædictis capitulis subscribere præsumpserunt, & nec volunt illa ab orthodoxa fide projicere, sicut amicorum Christi Imperatorum nostrorum decreta jusserunt, sed nec acquiescunt, ad disceptationem provocati à nobis, nostris objectionibus respondere, (Prædictorum namque hæreticorum capitulorum paratas convictiones habemus tam ex scripturis divinitus inspiratis quàm ex sanctorum patrum conscriptis, quæ cum multis composuere laboribus) omnia vero confundunt ac perturbant, & implent seditionibus civitates atque provincias, iniquas & illicitas contra nos dirigentes epistolas, quæ nullius quidem virtutis sunt. Quod enim possiot robur habere qui ab omni officio sacerdotii sunt remoti? Possunt tamen simplices perturbare. Cognoscat verò religiositas vestra quia excommunicati olim à nobis, eò quòd cooperati sunt hæretici Cyrilli vesaniæ & his quæ illicitè atque iniquè sunt facta, & officium gerere præsumpserunt & communicare damnatis. Scit autem religiositas vestra quæ de talibus sunt [a] regulæ constitutæ, & quia eis nullum locum veniæ tribuunt. Et ista committunt videntes quòd Cyrillus & Memnon injuriosissimi trusi serventur à multitudine militum. Seorsim namque unumquemque trudentes noctu dieque custodiunt. Exoretur itaque sanctitas tua hymnire quidem pro nobis omnium Deum, nutumque ejus inexpugnabilem pro nostris partibus obtinere, orare verò etiam pro illis, ut tandem aliquando exuti à noxiis sensibus suis, ad paternam redeant fidem. Aliter enim pacem reddi Ecclesiis possibile non est, nisi impia expositio illa fuerit abdicata. Omnem fraternitatem quæ tecum est plurimùm salutamus. Incolumis & orans pro nobis permaneas, Domine sanctissime ac sacratissime pater. Similiter omnes præfati Episcopi subscripserunt.

CAPUT XX. 108

[b] *Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Andream Episcopum Samosatenorum.*

AB Epheso scribens tuam sanctitatem saluto. Et infirmitatem beatifico quam Dei tibi dilectio præstitit, ut auditu potiùs quàm experimento disceres quæ hic mala commissa sunt, mala superantia omnem verbi veritatem, omnemque vincentia conscriptorum narrationem, & lacrymis digna perennibus & continuis luctibus. Periclitatur enim ecclesiasticum corpus exscindi. Quin potiùs sectiones recepit, nisi sapiens medicus divisa & putrida membra revinciat pace & salute corroboret. Iosanit contra Deum tursùm Ægyptus, & repugnat contra Moysen & Aaron servos ipsius, & pars maxima Israhelis consentit inimicis. Pauci verò valde sunt salvi ac sustinent pro pietate certamina. Conculcata est reverentia pietatis. Damnati ministrant, & damnatores sedent gementes in domo. Qui cum damnatis communione privati sunt, ipsos condemnatos deputant, ab eademque damnatione solverunt. Talem synodum ludo fecerunt Ægyptiaci, Palæstini, & cum Ponticis Asiani, cumque istis & occidens. Hunc enim laguorem maxima jam pars mundi recepit. Qui mimorum risus sic [c] depompaverunt impietatis tempore pietatem? Quis unquam comœdiæ scriptor talem fabulam finxerit? Quis denique tragœdiæ dignè poëta hujusmodi commenta conscribat? Tantaeque talia mala intra Dei Ecclesiam conerevetunt. Immo verò eorum quæ commissa sunt breviter narravi particulam. Alia enim nec dici sine periculo possint. Oret ergo sanctitas tua, & Christum Dominum deprecetur exurgere & hanc maris reptimere tempestatem, ac desideratam patrare tranquillitatem; ut hoc impetrantes gratuitum donum, clamemus cum sancto David: *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

CAPUT XXI.

[d] *Epistola Comitis Irenæi, quam cunctis à quibus fuerat directus Episcopis ante Comitis largitionum Iohannis rescripsit adventum.*

VIx mihi nunc copia data est vestræ sanctitati epistolam destinandi & reperiendi litterarum qualem volui portitorem, ut ea quæ de causa præsenti per gratiam Christi [e] nostro secundùm Dominum notificarentur affectu. Venimus namque ad regiam civitatem, dum me Ægyptii triduum prævenissent. Quanta verò mox & circa ipsum ingressum pericula sustinuerim, nec ipso facile est referri sermone, nedum dicam per epistolam designare. Præintroeuntes enim optimi, & omnibus [f] apertè atque æquè usi, (sufficiat enim id solùm dicere) omnium penè auditus præventione obtinuerant, alios quidem quomodocunque falsis locutionibus adducentes, alios verò contra nos calumniis sibimet adsciscentes, omnes verò in communi ac semotim consuadentes, ita ut magni judices & in dignitatibus constituti ac diversis militiis assentirent, quoniam & congrua inquisitione & consequente judicio & omnibus pariter Dei amicissimis Episcopis unà proferentibus eandem

[a] REGULÆ CONSTITUTÆ] Rectè fortassis hoc loco adnotat Lupus Episcopos illos respicere ad quartum canonem Antiochenum, quo statuitur ut si quis è clero depositus ausus fuerit sacra celebrare, neque ullam ampliùs in synodo spem restitutionis habeat neque defensionis locum, & ut omnes ei communicantes abjiciantur ab Ecclesia. Sed quod idem Lupus addit eo canone usum esse Acacium Episcopum Berœensem adversùs Chrysostomum, non est extra difficultatem. Ex actis quippe Concilii apud Quercum habiti, quæ extant apud Palladium, constat, non quidem canone Antiocheno usos esse adversarios Chrysostomi, sed quodam Sardicensi qui nunc non extat. Vide suprà pag. 109.

[b] EPISTOLA] Habetur ex alia versione in collatione quinta Concilii V. ubi dicitur scripta ab Epheso. quod etiam ipse Theodoretus docet in ipso initio.

[c] DEPOMPAVERUNT] In Concilio V, *delusserunt*, id est, contumeliis affecerunt. Infrà cap. XXVIII. *depompabunt hæreses.* Epistola Episcoporum secundæ Cappadociæ ad Leonem Imperatorem de cæde Proterii Episcopi Alexandrini: *Dum autem etiam depompatum dicatur omne corpus injuriisque subjectum, cùm jam caruerit sensu &c.* quod explicant Episcopi Ægyptii ad eundem Leonem, nimirum cadaver Proterii vulneratum ubique circumductum esse per omnia penè civitatis loca, ac plagis sine misericordia verberatum, divisumque esse membratim, & cetera quæ commemorare animus horret.

[d] EPISTOLA] Extat in tomo tertio Conciliorum pag. 718. Græcè & Latinè ex interpretatione Theodori Peltani. Ista vetus est.

[e] NOSTRO] Legendum, *vestro notificarentur affectu.*

[f] APERTE ATQUE ÆQUE] Peltanus, *commodè & ex voluntate.*

sententiam contra eum qui ab eis abruptè fuerat condemnatus, mirabilis illa depositio sit facta, magnificentissimum & amatorem Christi [a] scholasticum cubicularium suaserunt ut evidentissimè diceret quia in Ephcso Dei genitricis vocem nec audire omnino pertulerit. Veruntamen propter invincibilem fortitudinem veritatis & orationes vestras prævalui per divinas miserationes, postquam prima, ut dixi, evasi pericula, magnificentissimis [b] judicibus colloqui, & eis totam, prout possibile fuit, veritatem narrare negotii. Qui ea quæ diximus agnoscentes, & ad ipsos auditus Principum perducere sunt coacti quæcunque vel in causam præsentem vel contra nos ipsos hi qui Ægyptio assentiuntur tyrannicè commiserunt. Et post omnia, ut epistolam minimè producamus, dum nulla inter hæc acta vel dicta sunt, tam ab eis qui quæ nostra sapiunt quàm ab illis qui sentiunt in his cum Cyrillo, placuit, ut videtur, me & Ægyptios tam de personis nostris quàm de causa certantes audiret piissimus Imperator, præsentibus quoque judicibus maximis; dum certè ego sæpe sum protestatus nec ob hoc me venisse, neque talia ab Episcopis Deo amicissimis suscepisse mandata, sed solis litteris venerim sicut portitor ministrare. Verùm pro istis ego verbis paulò minùs [c] deceptus sum. Quod autem placuit, absque ulla mora completum est. Divino igitur nutu etiam tunc favente nobis & in ipsam veritatem cor Principis dirigente, ac per ipsas res demonstrante quia secundùm veritatem cor regis in manu Dei est, adjudicati quidem sunt adversarii, (Oportet namque ad ipsum finem breviter pervenire) ita ut nullo modo valuissent veracia comprobare vel depositionis gesta vel illa quæ hic sua falsitate dixerunt; insuper modis omnibus demonstratum est quia nec Concilium consequenter Ægyptius convocavit, neque ipse potuit judicare, dum unus eorum fuerat qui judicari debuerant, nec omnino absque voluntate [d] sive consilio Candidiani Comitis inchoare negotium. Iam & omnes denuntiationes Candidiani magnificentissimi Comitis & scripta ad synodum sacra per ipsum & hujuscemodi alia prorsùs sicut revera in judicio jubente Imperatore sunt lecta, & nihil est per vestras orationes quod fuerit prætermissum ex omnibus quæ ostendunt illic iniquè fuisse præsumpta quæ facta sunt. ita ut mox inimicis veritatis adjudicatio à cunctis consona redderetur, & approbaretur ac firmaretur religiositatis vestræ judicium, & cum Ægyptio [e] duorum dirigeretur condemnatio in sancta Dei Ecclesia à piissimo Principe, tamquam tyrannicè atque illicitè universa fecerint fautores Ægyptii & aliis quomodo pro his quæ commiserunt digni submitti suppliciis. In his igitur finem quæ ad hanc causam pertinent habuerunt, & hic datus est audientiæ terminus. Dum verò venisset Iohannes medicus Cyrilli & syncellus, & venisset sicut nostis ex more, judicum plurimos alios quodammodo ex aliis videmus effectos, & à nobis, qui apud eos & ab eis judicati sumus, nec audire saltem quodcunque coorenti sunt. Quidam namque sunt ipsorum qui jam nunc dicunt quia oportet quæ ab utraque parte facta sunt firmari, & damnationes non tantùm duorum, si constent, sed trium personarum confirmari debere. Alii verò quidam: Rationes quidem solvi debent æquè cunctorum. Ceteros verò ex Dei amantissimis Episcopis huc convenit evocari, ut rationes fidei eorum cum veritate quærantur, & illa quæ iniquè in Ephcso facta sunt. Sunt verò nonnulli qui omnia quæ possint faciunt & omnimodum studium conferunt ad hoc ut præcipiantur à piissimo Principe cum quibusdam certis formulis advenire & quoquo, inquiunt, modo pervidetint, sive potuerint, de tota causa disponere. quorum hi qui diligunt vos, orant ne perveniant ad effectum, integrè scientes malum eorum qui sic festinant esse propositum, & à quibus ad hoc sint [f] armati consilium. Sed hæc quidem, sicut Domino placet, ita proveniant. Pro me autem quæso, qui multa pericula sustuli, quique etiam nunc absque periculo non sum propter hostium multitudinem, quæ augetur per singulos dies, intentissimè sanctitas vestra orare dignetur. Testis enim mihi est Deus quia dum vocarer ad Imperatoris judicium, nihil aliud credidi nisi in maris me rheuma fuisse jactandum. Dominus verò, sicut scriptum est, adstitit mihi, & ereptus sum de ore leonis, magis autem de multorum millium catulorum leonum.

CAPUT XXII.

[g] SAncta synodus orientalium regionum & horum qui pariter ex diversis provinciis ac [h] partibus congregati sunt, id est, ex Bithynia, [i] Pisidia secunda, [k] Paphlagonia, Cappadocia, [l] Europa, Rhodope, Thessalia [m] Dacia, interlocuta est quæ subter annexa sunt. Propter has quæ nuper emerserunt ecclesiasticas quæstiones convocati ad Ephesum civitatem ab eis quibus à Domino imperium justa deliberatione commissum est, & quibus sunt totius orbis credita gubernacula, quique regunt subditos sapienter ac piè, impigrè præfatam comprehendimus civitatem. In modico verò tempore procurrente propter turbas quæ [n] ab Ægyptio Cyrillo sunt factæ, litteræ à piissimis Imperatoribus nostris secundò tertióque venerunt admonentes ut cum vinculo pacis universæ Dei unirentur Ecclesiæ, & illa quæ in Nicæa exposita est à sanctissimis patribus nostris essemus fide contenti, abjectis utique his quæ nuper orta sunt scandalis. Vnde & persuadere tentavi-

[a] SCHOLASTICUM] In Græco est *Scholasticum cubicularium*, tamquam si cubicularius ille vocatus fuisset Scholasticus.

[b] JUDICIBUS] Malè Peltanus *principes*. quod sequentia probant.

[c] DECEPTUS] Peltanus *exceptus*.

[d] SIVE CONSILIO] Ex Græco contextu, ubi legitur τῇ γνώμῃ, colligitur hæc verba idem hoc loco significare quod per vocem *voluntate* jam expressum erat, & utramque ab interprete positam esse ut lector eam præferret quam sensui convenientiorem esse putaret.

[e] DUORUM] Hæc vox non habetur in Græco. Tamen non esse superfluam docere videntur sequentia.

[f] ARMATI] Legendum videtur, *animati*.

[g] SANCTA] Edita est in actis Conciliabuli, ex versione Peltani.

[h] PARTIBUS] In Græco est [illegible]. Sic etiam in epistola orientalium ad Rufum Thessalonicensem.

[i] PISIDIA SECUNDA] In Græco & in vulgatis editionibus Latinis vox *secunda* refertur ad Cappadociam. Quare rectè suspicatus est Lupus mendum hic esse.

[k] PAPHLAGONIA] Ita etiam vulgatæ editiones & codices Græci bibliothecæ regiæ. Sed Facundus lib. 7. cap. 3. legit *Pelagonia*. quo loco vide Sirmondum.

[l] EUROPA] In Græco & in eadem epistola ad Rufum, tum etiam apud Facundum, post Europam ponitur Mysia, quæ isthic deest.

[m] DACIA] Non extat in Græco. Fortè reponenda est Thracia, ut infrà cap. 34. & apud Facundum.

[n] AB ÆGYPTIO] In Græco, [illegible].

mus illos Episcopos qui ea quæ sunt Ægyprii non renuunt, & expositis sub eo hæreticis capitulis subscripserunt, ut auferrent illa quæ orthodoxæ fidei apertè contrariantur, contenti verò essent expositione quæ in Nicæa facta est, secundùm pissimorum Principum sanctionem. Persuadere verò illos minimè prævalentes, eò quòd illos semel tam malè præoccupari contigerit, compulsi sumus nos, qui sanæ fidei permanemus, & nihil ei peregrinum subintroduci permittimus, hanc in scripto exponere, & subscriptionibus confessionem manu propria roborare. Sufficit enim expositio borum verborum, quæ pauca sunt, & integritatem pietatis edocere ac semitam veritatis ostendere & errorem vesaniæ hæreticæ confutare. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, visibilium & invisibilium creatorem. Et in unum Dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, qui natus ex patre, unigenitus, id est, ex substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus & inhumanatus est, passus est, & resurrexit tertia die, adscendit in cœlos, ac venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quia ex nullis exstantibus factus est, aut ex altera subsistentia sive substantia, dicentes esse vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia. Hæc est fides quam patres exposuerunt, primùm quidem contra Arrium blasphemantem ac dicentem creaturam esse filium Dei, & contra omnem videlicet hæresim Sabellii ac Photini ac Pauli Samosateni, Manichæi quoque, atque Valentini, & Marcionis, & contra omnem videlicet hæresim, quæcunque contra catholicam & apostolicam surrexit; quos condemnaverunt trecenti decem & octo in Nicæna civitate collecti. In hac nos fidei expositione universi persistere confitemur, tam nos qui sumus in Epheso congregati quàm reliqui quoque Domino amicissimi Episcopi qui sunt in regionibus nostris. Profitemur etiam in omnibus quæ à vobis gerenda sunt permansuros. Obedimus namque sapienti, qui dixit: *Noli transferre terminos quos posuerunt patres tui.* Hæretica verò capitula quæ à Cyrillo sunt nuper exposita, quibus & anathematismos superfluos subjecit ac vanos, quæque etiam vario decreto ac subscriptione Episcoporum roborare tentavit, hæc itaque alienat ab orthodoxa fide sancta synodus quæ in Ephe̤so congregata est.

ª Sanctum decretum auctores ejus confessionem fidei vocaverunt.

❧

CAPUT XXIII. III

ᵇ Mandatorium synodi orientalium Episcoporum & reliquorum qui pariter in Ephesum congregati sunt ad legatarios suos.

SAncta synodus quæ in Ephesum per Dei gratiam congregata est, Domino amicissimus atque sanctissimus Iohanni Archiepiscopo Antiochenorum magnæ civitatis, & Iohanni Episcopo Damascenorum metropolis, & Himerio Episcopo Nicomediensium metropolis, & ᶜ Paulo Emesenorum civitatis Episcopo facienti sermonem pro sanctissimo & sacratissimo Berrhϙæ Acacio, & Macario Laodicensis Episcopo civitatis facienti sermonem pro Cyro Episcopo metropolis Tyriorum, & Apringio Episcopo civitatis Chalcidensium facienti sermonem pro Alexandro Episcopo Apamenorum metropolis, & Theodoreto Episcopo Cyrensium civitatis facienti sermonem pro Alexandro Episcopo Hierapolitanorum metropolis, ᵈ præsentes præsentibus mandamus quæ subter annexa sunt. Quoniam propter ecclesiasticam causam, propter quam universi sumus in Ephesum congregati, nunc religiositas vestra secundùm pissimorum Principum nostrorum decretum evocata est ad magni nominis Constantinopolim ad concertandum pro veritate ac fide sanctorum patrum rectisque dogmatibus, non autem præcepti sumus universi adesse vobiscum, oportet omnium nostrum vobis manifestam fieri voluntatem, quia permanemus in eis ac firma putamus quæ à vobis geruntur & ad Domini timorem pertinent & ad ecclesiasticam pacem & ordinis tranquillitatem, ob hoc præsens vobis mandatorium fecimus, per quod mandamus atque concedimus integerrimam quam vobis tradimus potestatem quam nos quoque ipsi præsentes habemus; ut cùm, Deo juvante, ad prædictam perveneritis maximam civitatem, tum, si oportuerit ut coram pissimo Principe aut in consistorio vel coram sacro senatu, sive præsente synodo, de his quæ in quæstionem venerunt sermonem moveri contigerit, hunc cum vobis condecente fiducia sapientiaque ac diligentia moveatis pro Ecclesiarum utilitate communi, & suscipiatis certamen pro omnibus nobis, ita videlicet ut nos quoque permaneamus perseveremusque & amplectamur verba universa quæ de hac causa geruntur & fuerint gesta. Si verò & usque necessarium fuerit, pacto vel pace ecclesiastica vel re qualibet alia exigente ut pro nobis omnibus subscribatis, & hoc ipsum vestram quæsumus sanctitatem ut indubitatè faciatis pro hoc quod communiter proficit universis, & pro gloria Domini Christi. Si verò nobis huc etiam synodicum visum fuerit destinari, cui subscriptione omnium sit necesse, universi communiter ac singulatim quisque profitetur huic cum tota devotione subscribere atque ad pium transmittere comitatum; illa tamen conditione servata, ut omnibus modis hæretica illa capitula quæ à Cyrillo Alexandrino Nicænæ patrum subintromissa sunt fidei, cum anathemati-

ª Sanctum] Valde puto legendum heic esse *suprascriptam* pro *sanctum*. Qui error profluxisse videtur ex imperitia lectoris; qui cùm fortassis invenisset in veteri libro *ss*, putavit non aliter legi posse quàm *sanctum*.

ᵇ Mandatorium] Antea legebatur, *Mandatores synodi orientalis Episcopi & reliquorum &c.* Nos emendavimus. Porrò mandatum istud ex duplici versione, quæ diversa est ab ista, extat suprà pag. 577.

ᶜ Paulo Emesen] In editione Lupi legitur: *Paulo Emesenorum civitatis Episcopo facienti sermonem pro Cyro Episcopo & pro sanctissimo & sacratissimo &c.* Nos hæc verba, *pro Cyro Episcopo*, quæ non sunt hujus loci, & superflua sunt, ratione sustulimus.

ᵈ Præsentes] Ante hanc vocem reponendum est nomen Helladii Episcopi Ptolemaidis, quod heic omissum est, itemque infrà cap. XXVIII.

bus

ANNO CHRISTI 431.

bus expellantur, ficut quæ aliena funt à catholica & apoftolica Ecclefia.

Et fubfcripf. huic mandato univerfi orientales Epifc.

SYNODICON.

CAPUT XXIV. 115

Epiftola [a] *Præfectorum ad Neftorium, ut cum honore ad* [b] *fuum monafterium remearet, unde ad epifcopatum fuerat vocatus.*

EA quæ per fynodi vifa funt geri judicium tempore longo diftulimus, licèt nos multi valde culparent & exifterent importuni. Quoniam verò litteræ nobis tuæ fanctitatis redditæ funt, manifeftantes faftidiofum tibi effe quòd in Ephefo remoraris, & defiderabile effe de reliquo tuæ religiofitati ut iter affumas, eos qui per omne iter debeant miniftrare direximus, five navigare, feu [c] per afinam, id eft, fi per Ponticam viam proficifci placuerit, ita ut ufque ad monafterium miniftrent. Erangarias vobis annonafque tranfmifimus, [d] à Domino clementiam poftulantes ut incolumis eat fanctitas tua & ita degat ficut defiderat ipfa. Confolationis enim te non credimus indigere, refpicientes ad animam tuam, quæ fapiens eft, & ad multa bona millia, per quæ fuper alios emines.

CAPUT XXV. 113

Epiftola Neftorii refcripta ad eundem Præfectum prætoriorum [e] *Antiochenum ad epiftolam fupra fcriptam.*

SVfcepimus tuæ magnitudinis litteras, in quibus cognovimus à piiffimo & omni laude digniffimo Imperatore præceptum ut nos [f] in monafterio degeremus, & decreti donum fumus amplexi. Nihil enim nobis ampliùs honorabile eft quam pro pietate remotio. Illud autem mentis veftræ magnitudinem quæfo, ut pro religione frequenter ad memoriam piiffimi Principis reducatis ut verbofitates Cyrilli, quas adjudicavit pietas ejus, per publicas imperiales litteras notet ubique, ut per univerfas orthodoxas legantur Ecclefias; ne fortè ob hoc fine litteris pii Imperatoris dicantur ab eo Cyrilli fcripta percelli, fimplicioribus hinc fcandalorum nafcetur occafio, tamquam non verè dicantur. Et tuis verè eft animis dictum, ad defenfionem veritatis adhibere quæcunque poffibile eft. Sufficit namque hoc folum dicere ad te, qui per omnia quæcunque tibi committuntur bonus comprobaris exiftere.

CAPUT XXVI. ...114

Iterum [g] *alia epiftola ab Epifcopis orientalibus & confidentibus eorum ab Ephefo, per quam refpondetur* [h] *ad litteras fupra fcriptas.*

[i] VEnientes in Chalcedoniam, (in Conftantinopolim fiquidem nec nos nec [k] adverfarii noftri fumus intrare permiffi propter bonorum [l] monachorum feditiones) ex opinione cognovimus quia [m] ante octo dies adventus noftri piiffimo Imperatori placuerit Dominum Neftorium

[a] PRÆFECTORUM] Non abfurda eft conjectura Lupi putantis heic legendum effe *Præfecti prætoriorum*. Nihil tamen mutandum eft. Tametfi enim unus tantùm Præfectus decerneret, omnium nomina ponebantur in titulo edicti; ut fuprà pag. 585. & in propofitione legis quæ ab Honorio data eft adversùs Pelagium & Cæleftium. Sufficiunt enim hæc exempla. Sic Imperatorum quoque omnium nomina ponebantur in titulis legum, quamvis datæ effent ab uno. Ceterùm quod ait Lupus hunc Præfectum vocatum fuiffe Ifidorum, cui fuprà pag. 583. delegata eft cura mittendi Neftorium in exilium, fubfiftere non poteft. Nam refcriptum quo ifta executio committitur Ifidoro datum non eft ante annum CCCCXXXVI quo Ifidorus fimul Præfectus prætorio fuit & Conful ordinarius. Faciliùs crediderim eum Præfectum qui ifthic ad Neftorium fcribit fuiffe Antiochum, quem anno CCCCXXXI. Præfectum prætorio fuiffe docet lex quinta Codicis Theodofiani *De his qui ad Ecclefiam confugiunt*, data C.P. Kalendis Aprilis ejufdem anni quo habita eft fynodus Ephefina. Conjecturam noftram confirmat titulus epiftolæ fequentis, ubi Præfectus vocatur Antiochenus, cùm fcribi debuiffet Antiochus. Ejus cum laude meminit Theodoretus epift. 95.

[b] SUUM MONASTERIUM] fitum ante portas urbis Antiochiæ, quod Euprepii olim dicebatur, ut tradit Evagrius lib. 1. cap. 7. ex quo etiam difcimus Neftorium illic manfiffe per quatuor annos, poftea autem edicto Imperatoris Theodofii in locum qui Oafis dicitur effe relegatum. Falfus eft ergo vehementer Lupus quum putavit primò quidem juffum deportari Neftorium in exilium Petrenfe five in Oafin, illudque exilium poftea fuiffe commutatum in facultatem redeundi ad monafterium fuum. Porrò Petrenfe exilium non effe diverfum ab Oafeno probat Baronius ad annum 436. Vide etiam Notas ejufdem ad diem IX. Iunii.

[c] PER ASINAM] Valde fufpicor heic legi debere *Afianam*; tametfi fciam afinis, non equis, vehi tum folitos Epifcopos Græcos pro fua modeftia, ut ex Chryfoftomo collegerunt viri docti. Conjecturam noftram confirmant verba quæ fequuntur. Cùm enim dixiffet Præfectos, *five per afinam*, ftatim addit, *id eft, fi per Ponticam viam*. Ephefo enim, quæ Afianæ metropolis erat, difcedenti & proficifcenti Antiochiam pergendum erat per ipfam Afianam, quæ recta via eft. Poterat deinde, relicta via recta, tranfire per Cappadociam, (quæ pertinebat ad diœcefim Ponticam, ut docet Marca lib. 2. de concordia cap. 3.) & hinc per Taurum montem & Syriam advenire Antiochiam.

[d] A DOMINO] Et hunc quoque locum puto effe mendofum ac reponi debere, *Domino clementiam poftulantes*.

[e] ANTIOCHENUM] Scribe *Antiochum* propter rationes paulò antè adductas.

[f] IN MONASTERIO] Dejectus Neftorius fententia fynodi Ephefinæ, rogavit ut fibi liceret reverti ad monafterium fuum, ut ipfemet docet apud Evagrium. Vfum autem propterea effe Antiocho apud Imperatorem colligi poteft ex ifta epiftola.

[g] ALIA EPISTOLA] Habetur ex alia verfione in collectione Roberti Vvinteri, & hinc in tomo tertio Conciliorum pag. 731. ubi delenda eft parenthefis illa, *en gloriam piiffimi Regis*, quæ eft exclamatio cujufdam adversùs Theodofium. Nefcio autem cur in editionibus Conciliorum omiffus fit titulus iftius epiftolæ, qui fic habet in editione Vvinteri. *Sanctiffimæ & piiffimæ fynodo quæ in Ephefo Ioannes, [Ioannes,] Paulus, Macarius, Apringius, Theodoritus, [Helladius,] in Domino falutem. Poftquam in Chalcedonem venimus &c.*

[h] AD LITTERAS SUPRASC.] id eft, ad mandatorum fuprafcriptum, quod eft editum cap. XXIII. pag. 720.

[i] VENIENTES IN CHALCED.] Cùm poft depofitionem Neftorii, ut fcribit Evagrius, quidam Epifcopi utriufque partis ex Ephefiorum urbe miffi effent ad Theodofium, non ftatim permiffi funt accedere Conftantinopolim, fed aliquantifper fubftiterunt Chalcedone. Illos fuiffe feptem ab utraque parte doceor gefta Ephefinæ fynodi fuprà pag. 581. & hinc Liberatus. Attamen pag. 577. numerantur octo orientales, & pag. 571. feptem Epifcopis catholicis additur Philippus Presbyter Ecclefiæ Romanæ. Nihilo minùs verum eft feptem tantùm Epifcopos ab utraque parte perveniffe Chalcedonem. Himerius enim Nicomedienfis non venit, quia morbus eum invafit in itinere.

[k] ADVERSARII] id eft, catholici, Arcadius nimirum, Iuvenalis, & ceteri nominati fuprà pag. 571.

[l] MONACHORUM] id eft, Dalmatii archimandritæ & monachorum qui cum eo vitam degebant. Hi enim, Neftorio reprobato, adhæferunt catholicis, ut patet ex his quæ dicuntur fuprà pag. 485. Vide etiam appendicem noftram.

[m] ANTE OCTO DIES] nimirum die tertia Septembris, ut exiftimat Baronius.

ab Ephefo [a] dimitti quocunque ire voluerit. Et omnino doluit anima noftra. Quia fi hoc verum eft, ea quæ abfque judicio & illicitè facta funt, interim roborari videntur. Nos autem cognofcat fanctitas veftra pro fide tota mente certare, & hunc laborem eligere ufque ad mortem. Suftinemus verò præfenti die, id eft, [b] Gorpiæi menfis undecimo, Imperatorem piffimum tranfmeare atque in [c] Ruffinianis caufæ audientiam facere. Oret igitur fanctitas veftra ut nobis cooperetur Dominus Chriftus, quatenus fidem fanctorum patrum confirmare poffimus, & ea quæ contra Ecclefiam furrexere capitula radicitus amputare. Hæc ipfa & fapere & agere veftram quæfumus fanctitatem, & permanere pro fide orthodoxa bono noftro fervori. Quando autem præfens epiftola fcripta eft, nondum venerat [d] Himerius. Putamus enim quòd nunc ægritudinis inæqualitate detentus fit. Hoc autem nihil religiofitatem noftram perturbat. Speramus enim quia & triftia extinguentur, & veritas refulgebit, pronè concertante unà nobifcum religiofitate veftra.

CAPUT XXVII.

Iterum [e] alia epiftola quorum fuprà Epifcoporum ad quos fuprà Epifcopos.

PEr orationes veftræ fanctitatis fuit nobifcum Imperator nofter collocutus. Et impetrato nutu divino facto nunc, convicimus interim contraria fentientes, ita ut omnia quidem noftra ab amico Chrifti Imperatore fufcepta fint; quæ verò ab iis dicta funt, infufceptibilia & inconfequentia videantur. Nam [f] furfum verfum Cyrilli memoriam facientes, & rogantes ut ipfe potiùs uteretur & pro fe ipfo fatisfaceret, nunc huc ufque obtinere minimè potuerunt, fed audierunt quia oportet moveri de pia religione fermonem & fidem patrum roborari fanctorum. Convicimus verò & [g] Acacium, qui [h] inter gefta deitatem confeffus eft effe paffibilem; eifque adeo motus eft piffimus Imperator nofter ut [i] blatteam chlamydem, quam induebatur, excuteret, feque retro fubduceret præ magnitudine blafphemiæ. Vidimus verò & omnem fenatum, qui erant in confiftorio, valde approbare nos ipfos, tamquam revera pro vera fide laboribus defudantes. Placuit igitur piffimo Imperatori noftro ut unufquifque exponeret propriam fidem & pietati ejus offerret. Nos verò refpondimus quia impoffibile eft ut alteram faciamus expofitionem nifi quæ in Nicæa facta eft à beatiffimis patribus. Et hoc quoque placuit ejus imperio. Reftat igitur illam in qua fanctitas veftra fubfcripfit pietati ejus offerre. Omnis autem Conftantinopolitanæ populus civitatis ad nos fine ceffatione [k] pernavigat, rogans ut pro fide fortiter decertemus; & ad eos fortiter compefcendos, ne occafionem dare adverfariis videamur, plurimùm laboramus. Direximus autem veftræ religiofitati expofitionis exemplar, ut [l] duo authentica dignemini exemplaria tranfcribere, & fubfcribatis ambobus.

CAPUT XXVIII.

[m] Exemplaria orientalium eis qui Conftantinopoli funt fratribus.

PEr omnia Deo amiciffimis & facratiffimis atque fanctiffimis comminiftratoribus [n] Iohanni, Iohanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto Epifcopis, fynodus quæ convenit Ephefi falutem. Cognofcentes certamina quæ à vobis per gratiam Dei pro fidei pietate funt habita coram Chrifti amico atque piffimo Imperatore noftro, experimento agnovimus quia Dominus Iefus Chriftus fuas non derelinquit Ecclefias, ita ut & nobis orthodoxis dignam præftaret gratiam, & multam confufionem contra inimicos effunderet, & piiffimum Principem noftrum rectæ fidei fanctiffimæ Ecclefiæ addicere præpararet. Et confidimus quia & competentibus facerdotibus Chrifti fiducia dimicantibus vobis, & falvante Domino Imperatoris noftri piiffimam vitam, pacificum finem præfens negotium fortietur. Et hæc quidem [o] depompabunt hærefes, refulgebit quidem rurfus per univerfas totius mundi Ecclefias fanctorum patrum fides orthodoxa. Inimici verò nec ceffant nunc ufque confueta uti tyrannide, eò quòd nullam fenferint ultionem. Vbique enim per Ecclefias noftras mittentes damnationes illicitas, perturbant & cleros & populos. Subfcripfimus autem in duas uniformes epiftolas quæ à veftra fanctitate directæ funt, pro quibus ut vos ufque fanguinem quæfumus opponatis contra eam quæ nuper exfurrexit impietatem pro veritate bellantes, fcientes quòd in fanctitatis veftræ concordia permanentes, parati fumus priùs animam reddere quàm quodlibet hæreticorum capitulorum

[a] DIMITTI] non quidem in exilium, fed ad monafterium fuum juxta poftulationem ipfius. Itaque ifta Neftorii relegatio diftinguenda eft à pœna exilii in eum decreta. Et fic facilè conquiefcet controverfia quam hîc excitavit Lupus.

[b] GORPIÆI M. UNDEC.] id eft, undecima menfis Septembris, ut vult Baronius. Sed Lupus putat undecimum diem Gorpiæi incidere in quartum Septembris.

[c] RUFFINIANIS] fuburbio Chalcedonis, fic vocato ex nomine Ruffini viri confularis, qui illic Ecclefiam maximam conftruxit in honorem Apoftolorum Petri & Pauli, monachofque juxta eam collocavit qui Clericorum in ea munus explerent; ut fcribit Sozomenus lib. 8 cap. 17.

[d] HIMERIUS] Epifcopus Nicomedienfis, qui in itinere remanfit propter ægritudinem.

[e] ALIA EPISTOLA] Extat ex alia verfione in eadem editione Roberti Vvinteri, & inde in tomo tertio Conciliorum pag. 736. Ceterùm titulus qui illic legitur, non extat in editione Vvinteri.

[f] SURSUM VERSUM] Vvinterus, *furfum deorfum.*

[g] ACACIUM] Epifcopum Melitinenfem, unum ex Epifcopis catholicis qui miffi funt Conftantinopolim.

[h] INTER GESTA] Vvinterus, *commentarios.* Putavit Lupus magnum quoddam difcrimen effe inter hos duos interpretandi modos, tamquam fi gefta & commentaria diverfæ res fuiffent. Itaque vult gefta fuiffe tantùm verbalia, ac poftea redacta in commentarios. Quod quàm abfurdum fit, nemo paulò eruditus ignorare poteft

[i] BLAUTEAM] five blatteam, hoc eft, chlamydem purpuream, pallium imperatorium.

[k] PERNAVIGAT] Erant ergo adhuc apud Chalcedonem.

[l] DUO AUTHENTICA] Factum effe quod poftulaverant legati docebit fequens epiftola.

[m] EXEMPLARIA] Et hæc quoque extat ex alia verfione in editione Bafileenfi Roberti Vvinteri, & inde in tomo tertio Conciliorum pag. 743. Codex Cafinenfis nullum titulum habet. Qui hîc apparet, defcriptus eft ex editione Bafileenfi.

[n] IOHANNI] Antiocheno & ceteris connumeratis fuprà cap. XXIII. pag. 720. Deeft autem utrobique nomen Helladii Epifcopi Ptolomaidis Vide fuprà pag. 557. & editionem Bafileenfem, ubi repetitus nominatus Helladius.

[o] DEPOMPABUNT] Editio Bafil. *Infamentur hæretica,* Vide fuprà pag. 726. in Notis ad cap. XX.

Cyrilli Alexandrini suscipere. Ea verò quæ [a] contra personam quæ injustitiam pertulit facta sunt
a cognoscentes, totius obstupotis sumus taciturnitate perculsi. Qui enim deposuerunt eum, in ipsis gestis hæreticis capitula hæretica, sicut nostis, patrum fidei conjunxerunt, & per hoc semetipsos hæreticos denotantes & a fide alienos orthodoxa. Quomodo igitur, quæso, possibile est ut ad unum, dum sunt contraria, hæc utraque conveniant, id est, ut depositio approbetur, & capitula improbentur. Si enim circa damnationem fide sunt digni, & in his quæ exposuerunt iidem hæreticis capitulis fide non habentur indigni. Si verò hæreticos eos convincunt esse capitula, ab hæreticis etiam depositio facta est. Hæc adlocuti sumus etiam Principem nostrum piissimum, & ad vestram direximus sanctitatem, ut quod vobis visum fuerit peragatis. Æstuamus enim, quod tristes dicimus, pro veritate; ne si confirmetur quæ ab hæreticis est facta dejectio, & capitula hæretica quamcunque obtineant firmitatem, & alia quæ ab eis contra multos facta sunt sacerdotes. Quæ omnia dum sanctitas vestra cognoverit, illa eam confidimus esse acturam per quæ & universa quæ contra omnes ab hæreticis sunt facta cassentur, id est, sive damnatio, sive excommunicatio, per synodicas litteras imperialiaque decreta. Non ignorat enim religiositas vestra quòd habeamus nobiscum non-
b nullos Episcopos [b] qoi in propriis mansionibus soli remanserunt. Direximus autem sanctitati vestræ & eam quæ nuper facta est interpretationem hæreticorum capitulorum ab Alexandrino Cyrillo, impietatem suam etiam per ipsam [c] subtiliùs osten-
c dente. Sicut autem vestram rogavimus sanctitatem, dignemini habere curam quatenus celeriùs dimittamur, maximè quia tempus imminet hyemis.

Tranquillinus Episcopus Antiochiæ quæ est Pisidiæ metropolis incolumes vos orare pro me deprecor apud Deum, Domini mei fratres.

Et reliqui similiter scripserunt.

Helladius Episcopus Tharsi.
Alexander Episcopus Apameæ.
Iulianus Episcopus Sardicæ.
Bossorus Episcopus Gangrorum.
Petrus Episcopus Trajanopolis.
Cyrus Episcopus Tyri.
Rabbulas Episcopus Edessenus.
Alexander Episcopus Hierapolitanus.
Maximinus Episcopus Anazarbi.
Dorotheus Episcopus Marcianopolis.
Asterius Episcopus Arandæ.
Subanus Episcopus Hypatæ.
Dexianus Episcopus Seleuciæ.
Basilius Episcopus Larissæ Thessaliæ.
Eutherius Episcopus Thyanorum.
Gerontius Episcopus Claudiopolis.
Musæus Episcopus Aradi.
Placeus Episcopus Laodiceæ.
Martiaous Episcopus Abryti.
Cyrillus Episcopus Adanæ.
Fritilas Episcopus Heracleæ.
Cyriacus Episcopus Diocletianopolis.
Antiochus Episcopus Bostrorum.
Daniel Episcopus Faustinianopolis.
Marcellinus Episcopus Arcæ.
Salustius Episcopus Coriæ.
Iacobus Episcopus Dorostoli.
Theophanius Episcopus Philadelphiæ.
Meletius Episcopus Neocæsareæ.
d Diogenes Episcopus [d] Ninopolis.
Polychronius Episcopus Epiphaniæ.
Hesychius Episcopus Castabalorum.
[e] Trajanus Episcopus Augustæ.
e Cyrus Episcopus Marcopolis.
Polychronius Episcopus Heracleæ.
Helliades Episcopus Zeugmatis.
Anastasius Episcopus Tenedi.
[f] Valentinianus Episcopus Malli.
f Iulianus Episcopus Latissæ.
Diogenes Episcopus Seleucobeli.
Theotistus Episcopus Cæsareæ.

[g] *Relatio orientalium in Epheso ad Regem.* g

Piissimis & amicis Christi Imperatoribus Theodosio & Valentiniano Augustis synodus sancta quæ in Ephesum congregata est. Edocti ex litteris sanctissimorum & Deo amantissimorum comministratorum nostrorum qui ad pium comitatum vestrum pro tota synodo advenerunt quòd & in-
h troitus eorum [h] propriè à vestra pietate susceptus sit, & pro pia fide imperii vestri zelum, ita delectati sumus tamquam si cum præfatis præsentes fuissemus, cumque ipsis tranquillam pietatis vestræ faciem vidissemus. Cognovimus enim quomodo illa quidem quæ adversariorum sunt insusceptibilia facta sint vestro justo judicio, Nicænorum verò patrum fides, pro qua & præsentes Deo amicissimi Episcopi & nos quoque certamus, digna susceptione probata sit. Et credimus quia sic ex Domino vestra pietate pendente, ab his qui tentaverunt nullatenus commovebitur apostolica fides, per quam à progenitoribus olim vestrum regnat imperium & omnes alienigenas subditos habet. Et circa hæc gratidicas voces & intentas pro pietate vestra deprecationes consuetè obtulimus cum multa Domino Christo lætitia. Quoniam verò multa quidem fiducia est sacerdotibus coram vestro imperio, & illa ei insinuare præsuminus quæ in angustam nos æstuationem miserunt, quorum curationem quoque deposcimus. Vnde quæsumus, ac nosmetipsos prosternimus vestigiis vestris, ut cum patientia nos humillimè supplicantes pietas vestra suscipiat pro illa persona cui præjudicium factum est ab his qui hæretica Cyrilli Alexandrini capitula susceperunt, impietatemque contra id quod divinitatis est effecerunt. Qui enim hæretica capitula subintroduxerunt, sanctorum patrum perturbaverunt fidem, quod ad ipsos pertinet, in ipsis gestis, & illicitam fecerunt depositionem. Et credimus quia indeclinabili rectoque judicio vestro justum minimè apparebit condemnationem [ab illis] factam permanere quos

[a] CONTRA PERSONAM] id est, contra Nestorium. Editio Basileensis ista non refert ad unum, sed ad plures. Sic enim illic scribitur: *Quæ autem ad personarum dehonestationem attinent.* Verùm de Nestorio heic agi probat relatio sequens.

[b] QVI IN PROPRIIS] Eadem editio Basil. *desolatos in suis provinciis.*

[c] SVBTILIVS] Eadem editio, *evidentiùs.*

[d] NINOPOLIS] Suprà cap. XIII. pag. 706. *Lonopolis.*

[e] TRAIANVS] Scribe *Tarianus.* Vide suprà cap. XIII. pag. 705.

[f] VALENTINIANVS] Suprà cap. VII. pag. 699. *Valentinus.* quod melius est.

[g] RELATIO] Addidimus hunc titulum ex editione Vvinteri. Eadem extat in tomo tertio Conciliorum pag. 744.

[h] PROPRIIS] Reponendum est *propitiè*, ut sensus postulat. In editione Basil. *quod benignus illis ad vestram pietatem patuerit accessus.*

hæreticos dignum [est] condemnari, dum convicti sint hæretici esse. Quæ verò ab eis facta sunt & contra canonicas sanctiones & piissimas litteras, à multis jam particulatim didicit imperium vestrum, dum ille qui ab eis injustitiam pertulit, in ullo nec vestris sanctionibus contraisset, & ecclesiasticam fidem orthodoxè prædicasset. [a] Nam [etsi] ipse hujusmodi [sit qui millies fugiens tumultus caveat, & ipse privatim agere malit,] metuendum tamen est ne fidei læsio quæcunque contingat, eò quòd illicita illa dejectio ab illis facta sit qui hæretica superduxere capitula.

Et subscriptiones.

CAPUT XXIX. 117

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper colendi, sanctæ synodo quæ in Ephesina civitate convenit. Intentionem quidem nostram, etiamsi non scriberemus nunc, ex multis aliis noveratis, & quantum pro recta fide habeamus studium & pro unitione Ecclesiarum, à patribus hoc & ab avis edocti, & nihil usque hactenus sanæ fidei præponentes, propter quam etiam jam pauló antè in Ephesum vestram congregare festinavimus sanctitatem. Et dum congregati essetis, omnia hujusmodi scripsimus per quæ consequens esset absque contentione vera fides, & quæ olim tenuit, inconcussibiliter permanesset, ad amicitiam vobis unitis. Quoniam verò propter intentionem impietatis ac sæpe contentiones inter vos factæ sunt quædam, & acta nonnulla quæ dissensiones haud dubiè consequuntur, volentes in omnibus vobis terminari discordiam, magnificentissimum & reverentissimum divinorum [b] officiorum magistrum Iohannem direximus, ut contentiones quæ inter vos natæ fuerant solverentur. Dum verò necessarium videretur & hoc ut hue vestrum nonnulli veoirent, quò pietas nostra etiam præsens inter præsentes audiret, ut unitio quam studemus pio proveniret assensu, hoc quoque peregimus, universa peravenires suaviter disponenda. Sed quia permanet adhuc dissensio commissa, laborem reputantes vestram religiositatem sufferre ex ipsa necessitate Concilii, reverti Ephesso ad propria concessimus universos & proprias rursum Ecclesias obtinere, quod unusquisque faciar cum Episcopis qui venerunt à provincia ejus. Cyrillum verò solum, qui Alexandrinus quondam fuit Episcopus, & Memnonem, qui fuit Episcopus Ephesinus, neque vobis connumeramus, & ab episcopatu novimus esse alienos, sicut olim vestræ à nobis scriptum est sanctitati. Ad proprias Ecclesias revertentes, civitatum quieti prospicite, dignam per omnia mansuetudinem sacerdotio amplectentes. Eorum siquidem quæ hic quomodocunque fecistis esse aliquam satisfactionem convenit per ea quæ sunt postea secutura. Erit autem, si ecclesiasticum decorem cum publica consequentia servaveritis.

CAPUT XXX 118

[c] *Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum, quam ponit Irenæus.*

NEque blandimenti neque asperitatis ullam speciem reliquimus, nec deprecationis, nec contradictionis, quia nisi non sumus apud piissimum Principem & consistorium, clarè obtestantes in conspectu Dei, qui cuncta desuper cernit, & Domini nostri Iesu Christi, qui futurus est orbem terrarum cum justitia judicare, & spiritus sancti, & electorum ejus angelorum, ut non despiceretur quòd corrumpitur fides ab his qui illa capitula hæretica susceperunt & in eis subscribere præsumpserunt, sed ut Nicæna fides exponi tantummodo juberetur, & expelleretur quæ superinducta est hæresis ad exterminium corruptionemque pietatis; & usque hodie nihil perducere valuimus ad effectum, eò quòd huc & illuc circumferantur auditores. Sed tamen nihil horum nos dissuasit quòd ab instantia proposita cessaremus. Sed in ipsa nunc usque persistimus. Hoc ergo, quod Domino favente sit dictum, peregimus, ut cum juramento Imperatori piissimo diceremus quia impossibile est ut nos Cyrillum & Memnonem in Episcoporum restituamus officio, & fieri non potest ut communicemus reliquis, nisi capitula hæretica antè summoverent. Nos igitur hanc habemus intentionem. Festinatio verò est iis qui ea quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, & extra nostram illos restituere voluntatem. Et nihil horum pertinet nobis. Deus enim nostrum propositum exigit perseverantemque virtutem, & eorum quæ contra voluntatem sunt non exigit ultionem. [d] De illo verò amico hoc cognoscat sanctitas vestra, quia quoties ejus fecimus mentionem, sive coram piissimo Principe, sive coram consistorio Principis, fecisse adjudicati sumus injuriam. Tanta enim eorum qui intus sunt adversitas contra eum, & quod est omnium pessimum, quia & ipse piissimus Imperator nomen ejus plusquam ceteri aversatur, nobis manifestè dicens, *quia de hoc nullus mihi manifestè aliquid dicat.* [e] *Typum namque jam semel ea qua ad illum pertinent susceperunt.* Veruntamen hic sumus, non cessaturi tota virtute curam de ista quoque gerere parte, scientes iniquitatem quæ in eum commissa est ab his qui sine Deo sunt. Festinamus verò ut & nos hinc liberemur, & vestra inde religiositas eruatur. Nihil namque hinc suavius sperare possibile est, eò quòd auro cunctis sit satisfactum, & judices ipsi contendant quia una sit deitatis humanitatisque natura. Populus verò, favente Domino, salvus est omnis, & ad nos incessanter egreditur. Cœpimus namque & alloqui eos, & collectas celebravimus maximas, & per orationes tuæ religiositatis quarta jam vice fe-

[a] NAM ETSI] Quæ notis conclusa sunt, addita sunt à Lupo ex editionibus vulgatis, quæ ex Basileensi Vvinteri propagatæ sunt.

[b] OFFICIORUM MAGISTR.] ea dignitate ornatum cùm redisset Epheso. quod docet sequens epistola Theodoreti ad Alexandrum Hierapolitanum, & caput XXXI. hujus synodici. Tentari posset ex lege ultima Cod. Theodos. *De agentibus in reb.* Ioannem ad magisteriatum officiorum evectum esse in locum Paulini, quem magistrum officiorum fuisse constat anno CCCCXXX. mense Aprili. Verùm eundem magistrum adhuc officiorum fuisse anno CCCCXL. legitur in chronico Marcellini Comitis. Ex his ergo colligi potest ratione constare conjecturam doctissimi viri Iacobi Gothofredi, qui titulum legis XV Cod. Theodos. *De metatis*, quæ inscripta est Ioanni Comiti & magistro officiorum, dataque est eodem anno quo superior, censet ita emendandum ut legatur: *Ioanni Comiti & Paulino magistro officiorum.* Nisi si postrema pars tituli glossema est additum ab eo qui sciret hunc Comitem fuisse etiam magistrum officiorum. Nam mos semper fuit eum primum nominare in rescriptis Principum qui potior esset dignitate, contrà quam hcic evenit.

[c] EPISTOLA] Extat ex alia versione in editione Basileensi Roberti Vvinteri, & in tomo tertio Conciliorum pag. 732.

[d] DE ILLO AMICO] id est, Nestorio.

[e] TYPUM] formam. Editio Basil. *specimen.*

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

ci ad eos de fide sermones; & cum tanta voluptate audierunt ut usque ad horam septimam minimè recessissent, si patienter sustinuissent solis ardorem. In atrio enim, quod est maximum, & quatuor porticus habet, multitudo convenit. Et nos de superioribus locis habitationum sermonem habuimus. Clerus verò universus cum bonis illis monachis nos valde impugnat, ita ut una vice pugna commissa sit, quando à Rufinianis prima collocutione revertebamur piissimi Principis. Et multi fuerunt vulnerati, tam laicorum qui erant nobiscum, quàm monachorum quoque falsorum. Agnovit autem piissimus Imperator quòd multitudo congregaretur ad nos, & solis nobis colloquens ait: *Agnovi quia collectas extraordinarias facitis.* Ego verò dixi ei: *Quoniam dedisti fiduciam cum venia, audi. Numquid justum est ut illi qui quidem hæretici & excommunicati sunt, ecclesiastica ministeria peragant, nos verò, qui pro fide certamen habemus, & propter hoc eos communione privavimus, in Ecclesiam non introemus?* Ille inquit: *Et ego quid faciam?* Respondi ergo ei: *Quod fecit is qui nunc magister est, quando erat Comes largitionum tuus, dum venisset ad Ephesum. Inveniens enim quòd illi Missas quidem facerent, nos minimè, compescuit eos dicens, quia nisi inter vos pax fuerit facta, uni parti collectum celebrare non sinam. Et oportebat pietas tua Episcopo præsentis loci præciperet ut nec nobis nec illis Missas tenere concederet donec conveniremus ad pacem, ut justum decretum tuum innotesceret universis.* Ad hæc respondens dixit: *Ego Episcopis imperare non possum.* Respondi igitur ego: *Ergo nec nobis imperes aliquid. Et accipimus Ecclesiam, celebramusque collectum. Et cognoscet pietas tua quia multò plures nobiscum sunt quàm cum illis.* Super hæc verò diximus ei: *Quia collecta nostra nec lectionem sanctarum scripturarum habuit nec oblationem; solas verò locutas pro fide & pro vestro imperio fecimus, & pro religione pia sermones.* Approbavit ergo, & nunc usque id non prohibuit fieri. Crescunt igitur subinde collectæ nostræ, navigante ad nos multitudine populi, cumque omni voluntate audiente doctrinas. Oret igitur religiositas vestra ut finem Domino placitum causa suscipiat. Nos enim per singulos dies in periculo sumus, de seditioso impetu super nos monachorum & Clericorum suspecti, facilitatemque potentissimorum videntes.

CAPUT XXXI. 119

a [a] *Epistola legatorum orientalium ex Constantinopoli ad suos in Epheso.*

DOminis honorandissimis & Deo amicissimis Episcopis qui in Epheso degunt [b] Iohannes, Himerius, Paulus, Macarius, Aptingius, Theodoretus Episcopi, in Domino salutem. Quinquies jam coram Principe introivimus, & de hæreticis capitulis multa contendimus. Et juravimus sæpius Imperatori piissimo quoniam possibile non est communicare nos cum his qui contraria sapiunt; nisi capitula hæc fuerint abdicata, & quia nec si abjecerit Cyrillus capitula sua, suscipietur a nobis, eò quòd princeps factus sit nuperæ hujus hæresios; & nunc usque nihil obtinere potuimus, eò quòd adversarii valde insistant, & hi qui audiunt, non increpent, eis resistentibus impudenter, neque compellant eos ad disceptationem collocutionemque venire. Illi namque capitulorum discussionem modis omnibus fugiunt, & de ipsis nec loqui omnino contenti sunt. Nos vero per orationes vestras usque ad mortem sumus parati persistere & neque Cyrillum suscipere neque capitula quæ ab eo exposita sunt, nec istis communicate, nisi expulsa fuerint quæ malè subintromissa sunt fieri. Rogamus igitur & sanctitatem vestram ut nobis eadem sentiatis & eandem perseverantiam demonstretis. Pro pietate enim certamen habemus; in qua sola nobis est spes, & propter quam speramus salvatoris nostri benignitate nos perfrui in vita futura. De Deo amicissimo verò atque sanctissimo Episcopo Nestorio noverit religiositas vestra quia studium nobis fuit ut misceremus de illo sermonem; & interim non prævaluimus, eò quod cuncti adversarii & ad ipsum nomen sint infestè dispositi. Dum se tamen ista sic habent, festinabimus, si tempus invenire potuerimus placabilesque auditores, & hoc facere absque dubio; tamen si Dominus nostræ intentioni cooperator exstiterit. Ut verò neque hoc ignoret sanctitas vestra, scitote quia videntes Cyrillianos tyrannide, seductione, adulationeque, ac muneribus omnes ferè, ut ita dicamus, evertisse, frequenter piissimum Principem rogavimus & magnificentissimum judicem ut & nos ad orientem & religiositatem vestram ad propria ire permitteret, hoc reputantes, quia in vacuum moraremur, nihil proficientes in causa præsenti, eò quòd Cyrillus nobiscum modis omnibus [c] fugiat habere conflictum, sciens manifestam convictionem blasphemiarum quas in duodecim capitulis suis exposuit. Placuit autem post multas preces nostras piissimo Principi ut unusquisque nostrum reverteretur ad propria, ita ut Ægyptius & Memnon Ephesius in locis permaneant propriis. Sic enim poterit universos idem Ægyptius obcæcare per propria munera, ut ipse quidem, postquam mala multa millia perpetravit, ad sedem propriam revertatur, innocens autem vir ad suum monasterium mitteretur. c

CAPUT XXXII. 120

[d] *Contestatio prima Iohannis Antiochenæ sedis Patriarchæ & reliquorum sex, quam Theodosio Imperatori à Chalcedone direxerunt, quando, eis illic relictis, intravit Constantinopolim cum his missis qui erant in legatione à beato Cyrillo & synodo quæ pariter convenit in Ephesum.* d

VOtivum fuerat neque à quolibet alio propter spes futuras & incongruas pietatis ver-

[a] EPISTOLA] Et hæc quoque extat in editione Roberti Vvinteri, & in tomo tertio Conciliorum pag. 745. Titulum apposuimus ex editione Basileensi.

[b] IOHANNES] Repetendum est nomen Ioannis, & sic legendum: *Iohannes, Iohannes, Himerius &c.*

[c] FUGIAT] Hæc non cohærent cum his quæ legati orientalium ex Chalcedone scribunt suprà cap XXVI. *Nam sursum versum Cyrilli memoriam facientes, & rogantes ut ipse potiùs uteretur & pro se ipso satisfaceret.* Quo loco, pro *uteretur* legendum est *veniret* aut quid simile.

[d] CONTESTATIO] Hujus & duarum sequentium contestationum mentionem facit Theodoretus in epistola CXII. ad Domnum Antiochenum *Constantinopolim evocati, cognitiones præsente ipso Imperatore quinas habuimus, & tres post hoc ad eundem protestationes misimus.* Ista ex alia versione extat in editione Basileensi Roberti Vvinteri, & tomo tertio Conciliorum pag 717 ubi omissus est titulus editionis Basileensis, qui sic habet. *Petitio primo septem orientalium Episcoporum missa Regibus ex Chalcedone, eò quòd non permittebatur eis ingredi in Constantinopolim.*

bum prodi, nedum ab his qui sacerdotale officium sunt sortiti & Ecclesiarum defensionem; quos nescimus quomodo concupiscentia præsidendi & principatus amor & frigidæ quædam promissiones ad hoc usque deposuerunt ot omnia quidem Christianotum præcepta despicerent, soli verò ejus viri intentioni servirent qui ex præventu omnia speravit tam sibi quàm etiam his qui ad hoc ei cooperati sunt evenire. Dicimus verò Alexandrini Cyrilli, qui solius conttoversiæ causa hæretica sanctis Dei Ecclesiis superinducens dogmata, & hæc convincenda præsentiens, per solum Memnonis ministerium & Episcoporum conniventiam prædictorum diffugere speravit eorum quæ peccando commiserat ultionem. Vnde & quietem nimis cupientes, & in reliquis tenendam patientiam judicantes, circa hujusmodi tamen quietem patientiamque, perditionem fidei reputando, ad solos vos, qui cum superna virtute mundi salus estis, supplicationem convertimus, ad vos specialiter attinere putantes ea quæ fiunt pro pia religione certamina, tamquam qui etiam nunc usque servastis eam, & per ipsam valde servamini. Nunc verò adhibemus supplicationem, sicut utique in conspectu sanctissimi Dei futuram satisfactionem, perorarturam pro nobis, si nihil eorum quæ pro religione facere possumus, per segnitiem omittamus, si & publicemus pro ea tuæ pietatis sermones. Non est enim quod ampliùs queant temporibus Christianis agere sacerdotes quàm ut tam fidelem Principem protestentur, & simul toties promisimus ut tam vitam nostram quàm corporea in certaminibus quæ habemus pro fide ponamus. Propter quod coram Deo, qui omnia conspicit, & Domino Iesu Christo, qui cum justitia judicaturus est universos, & sancto spiritu, cujus gratia gubernatis imperium, & electis angelis, qui vos servant, quos & adstantes videbitis illi terribili throno, & illas terribiles actiones, quas incessanter offerunt Deo, quas quidam nunc obliterare pertentant, quæsumus ut eam quæ nunc expugnatur ulciscamini pietatem, & jubeatis ut hæretica illa capitula, quæ superintroducta sunt fidei, expellantur, quia sunt omnimodè a rectis dogmatibus aliena & bæreticis vesaniis consona, aut certè si quis eorum qui consenserunt & subscripserunt eis, & post veniam, quæ à nobis promissa est, vult ultrà contendere, hunc venire ad medium jubeatis, & manifestè illum sub ecclesiasticis increpationibus tuæ pietatis judicio vindicate. Nihil namque absque hac te, ô Imperator, tuo dignius esset imperio, pro qua & contra Persas olim & contra alios barbaros bello contendere festinasti, Christo tibi præclaras retribuente victorias, eò quòd pro eo promptus exstiteris. Fieri verò coram tua pietate quæsumus inquisitiones in scripto. Sic enim procul dubio faciliùs dignoscentur & omni futuro tempore convincentur quicunque deliquerint. Si qui verò pro bis quæ peccando commiserunt, hæsitantes ferre sermones seu reddere rationes, rectam fidem velut ex donatione imperantes subjugare voluerint, tui erit justi judicii providere, si non & ipsum vocabulum perdiderint magistrorum, qui hæsitantes certare pro his dogmatibus, quæ inducunt, & non convolentes probare quæ direxerunt, ne fecisse impiè convincantur, nec ea expellere dignantur, ne fortè infructuosa eis habita inter semetipsos conspiratio fiat. Iam siquidem meditantur ut pro hujus impietatis præmio sedium restituantur principatus, & alias ad corruptionem canonum formulas, quæ & per ea quæ olim sunt ab eis tentata jam proditæ sunt, & adhuc demonstrabiliùs elucescent, nisi tuum talia compescat imperium. Nam videbit eos non multò post etiam pietas tua hujus proditionis mercedes tamquam capta de fide Christi volentes spolia dispertire. * Nos vero olim quidem, dum quædam præsumpta sint à reverentissimo quondam Hierosolymitanorum Iuvenali, quievimus, dum certè quæ debeamus bellare pro regulis videremus. Tunc quasdam festinationes & phantasias ejus hujusmodi contra utramque Phœniciam & Arabiam minimè ignoramus. Nec tamen de his interim contendere possumus, qui certè de ipsis quoque civitatibus, quarum nobis cura commissa est, & ab ipsa, si oportuerit, vita faciliùs abscedemus quam relinquamus devotionem pro fide bellandi. Sed contra bonum quidem spes tam Dei judicium quam tuæ pietatis opponimus. Nunc autem quæsumus ut de prima & sola fidei pietate sit cura, & ne illum qui sub sanctæ conversationis Constantino vix tandem splendor est factus religionis orthodoxæ, & præterea est confirmatus per beatos avum tuæ pietatis & patrem, à tuo verò imperio in alteras quoque barbaricas gentes & in Persarum firmatus est regione, periclitetur in ipsis imperialibus aulis & juxta vestram mergatur tranquillitatem. Non enim duplices Christianissimi doctrinas in Persidem directurus es, Imperator, nec aliquid apud eos magnum fides nostra putabitur, dum contendentibus nobis nemo sit judex, nec duplicibus prædicationibus sive mysteriis communicatur sana mente quilibet, nec verò piè est quis à tantis patribus abscessurus & sanctis, & qui reprehenduntur in nullo. Sed nec suavia, quæ ad imperium pertinent, eorum qui ad invicem contraria sentiunt ordinibus adscribentur, nec parum ridiculum erit quod tribuemus hostibus, & alias multa millia quis malæ contentionis eorum denumerare poterit læsiones? Si verò est qui parvum cælestium rerum putet affectum, faciliùs quidem quilibet sit alius quàm cui Deus omnem mundi tribuit potestatem. At verò nobis omnino est suscipere à tua potestate judicium. Deducit namque mentem tuam Deus ad integram eorum de quibus quæstio est comprehensionem. Si verò est aliquid quod modò probibeat, (non enim cuncta illa nobis effabilia sunt quæ tuæ pietati de rebus seu circa ipsas res constant) certè vel ad propria recessum nobis facilem securumque esse à tua tranquillitate deposcimus. Commissas enim nobis urbes non parum noceri ex hac mora conspicimus, dum certè bic nihil hæc ipsa proficiat propter eos qui & contra tuam, sicut claret, eligunt contendere pietatem.

* Nos vero] Edicio Vvinteri *At ex nobis quidam à pientissimo Iuvenale Hierosolymitanorum olim ordinati siluimus, quamvis pro canonibus certandum esset, ne videremur nostra gloria causa dolere. Et nunc quoque illius studia & præstigias tales per Phœnicem secundam & Arabiam non ignoramus.* Lupus existimat versionem codicis Casinensis esse meliorem. Quamquam autem difficile sit de hac re ferre judicium, cùm Græco textu careamus, ego tamen arbitror editionem Basileensem esse conveniențiorem historiæ Iuvenalis. Vide suprà pag 501.

CAPUT XXXIII. 121

Post contestationem Iohannis & aliorum Episcoperum qui in Chalcedone retenti sunt intrante Imperatore in Constantinopolim cum parte adversa, hæc ad Ephesum [a] *sacra directa est Episcopis qui cum Alexandrino Episcopo convenerant, cujus post præfationem talis est textus.*

NOs Ecclesiæ pacem cunctis aliis occupationibus honotificè præponentes, non solùm per judices nostros, sed etiam per nos ipsos aggregate vos voluimus, impium esse & indignum nostro credentes imperio, si fastidientibus nobis, & non omnia quæcunque possibile est facientibus, dividerentur Ecclesiæ. Quoniam verò neque uniti vos possibile factum est, nec ad teddendam rationem de his circa quæ dubitario est venire voluit venerabilitas vestra, decrevimus ut orientales Episcopi ad suas patrias & Ecclesias revertantur & synodus Ephesina solvatur; ita videlicet ut Cyrillus intret in Alexandriam, & Memnone in Epheso permanente. Hoc enim significamus vestræ religiositati tantummodo, quòd quandio vivimus, orientales adjudicare non possumus. Coram enim nobis nulla ex parte coovicti sunt. Si igitur ulla pacis remansit intentio, hanc potiùs eligentes, nobis absque cootentione rescribite. Aliàs de profectione vestra mox ad ista quæ scripsimus cogitate. Nos enim mali alicujus causa non sumus. Si qui sint, cognoscit Deus.

Missa sacra ultima omnium, directa est quando jam redierat in civitatem suam beatus Cyrillus Alexandriæ Patriarcha.

• CAPUT XXXIV. 122

b [b] *Contestatio secunda quam Iohannes Antiocheuus Episcopus &* [c] *reliqui....& totius* c *synodi, à qua directi sunt, Imperatori Theodosio ad Constantinopolim direxere personas.*

d SÆpe jam pietatem vestram & per nos & per [d] relationes edocuimus quia periclitatur rectæ gloriæ dogma corrumpi, & Ecclesiæ corpus exscindere moliuntur hi qui omnia confundunt, quique tam cunctas ecclesiasticas sanctiones quàm omnes calcavere imperatorias leges, & universa pariter miscuerunt ut hæresis quæ à Cyrillo est Alexandrino promulgata firmetur. Nam dum convocati à vestra pietate fuissemus ad Ephesum, ut discuteremus eas quæ exortæ sunt quæstiones, & evangelicam atque apostolicam fidem, quæ à beatis patribus est exposita, firmaremus, dum nec cuncti Episcopi convenissent qui fuerant convocati, illi fecerunt particulare Concilium qui hæretica illa capitula Arrii & Eunomii atque Apollinarii vesaniæ consona inter gesta quæ in scripto sunt habita firmaverunt, & quosdam quidem seducentes, aliquos verò, qui de hæresi pulsabantur, ad communionem suscipientes non præveniente judicio, aliis verò excommunicationis solutionem pro mercede reddentes, nonnullos autem [e] spe principatus incompetentis armantes, sibimetipsis multitudinem collegerunt; tamquam nescirent qoia fidei pietatem non ostendat multitudo, sed veritas. [f] Lectæ sunt quidem item litteræ pietatis vestræ, quas per Candidianum magnificentissimum Comitem direxistis, quæ continebat quia oportet cum caritate fraterna & pacificè eas qoæ pullulaverant discuti quæstiones, convenientibus his qui convocati sunt Deo amicissimis omnibus Episcopis pariter; & nihil lectio tanta profecit. Venit Palladius devotissimus magistrianus, [g] alteras imperii vestri litteras deferens significantes quia oportet omnia quæ particulariter facta sunt exstirpari, & ab initio reconvenire Concilium, ac verum dogma firmari. Et hoc quoqoe pium decretum vestrum consuetè contemptum est ab his qui temerè universa præsumunt. Advenit deinde magnificentissimus magister Iohannes, qui omniom tunc usque largitionum Comes erat, [h] alteras deferens significantes quòd trium depositio à vestro imperio fuerit approbata, & quia pullulantia scandala oporteret evelli, & solam fidem quæ in Nicæa à beatis & sanctis patribus exposita est, ab omnibus roborari. Etiam istam legem consuetè transgressi sunt, quòd omnibus ludunt. Noo enim quieverunt etiam pro hujusmodi lectione, & communicantes depositis, & eorum nomina, quasi essent Episcopi, nominantes. Nec verò passi sunt abdicare quæ ad morbum corruptionemque piæ fidei sunt promolgata capitula. Et hæc dum sæpius ad disceptationem vocarentur à nobis. Paratas enim hæreticorum capitulorum convictiones habuimus. Et testis est horum præfatus magnificentissimus magister, qui & nos & ipsos & tertiò convocavit & quartò, dumque hoc proponeremus, audiit. Rogavimus priùs hæc propter illorum pertinaciam, ut huc evocaremur. Et venimus, nec paululum remorati. Nec ex quo venimus, aliquando cessavimus, & coram pietate vestra & coram coosistorio excellente rogantes ut pro capitulis certamen exciperent, & aut ad conflictum venirent, aut certè pellerent ea tamquam fidei orthodoxæ aliena, & permanerent in sola fidei expositione beatorum patrum qui Nicææ convenerunt. Et ecce illi quidem qui nihil horum facere voluerunt, sed in hac hæretica controversia persistunt, quæ ad ecclesiastica & sacerdotalia officia pertinent permittuntur implere; nos verò absque collecta tanto tempore permanentes & in Epheso & hic & illic, atque hic periculorum millia perpessi, & lapidati à servis amictu monachali coopertis, & hac paulò minùs subitò ioteremptì. Quievimus quippe pro fidei pietate omnia sustinentes. Post hæc placuit pietati vestræ & nos & illos pariter

[a] SACRA] Eam nuper Græcè edidit clarissimus & eruditissimus amicus noster Ioannes Baptista Cotelerius, & nos rursum edituri infrà sumus inter fragmenta cum nova interpretatione Latina ab eodem clarissimo viro concinnata. Sunt autem quædam obscura in antiqua versione quæ facilè explicari possunt ope verborum Græcorum.

[b] CONTESTATIO &c.] Et hæc quoque extat in editione Vvinteri, & tomo tertio Conciliorum pag. 728.

[c] ET RELIQUI] Legendum, *& reliqui sex ex totius synodi &c. direxere persona.*

[d] RELATIONES] non quidem in scriptis, sed per legatos synodi, si vera est vetus interpretatio edita à Vvintero.

[e] SPE PRINCIPATUS] sive *honoris*, ut in editione Basileensi, hoc est, injecta spe episcopatus.

[f] LECTÆ SUNT] Habentur in tomo tertio Conciliorum pag. 442.

[g] ALTERAS LITTERAS] id est, rescriptum imperiale qood editum est suprà pag. 487.

[h] ALTERAS DEFERENS] eas nimirum quæ ad Episcopos utriosque Concilii datæ sunt, de quibus dictum est ad caput XIX. pag. 714.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

convocare, & eos qui pertinaces sunt cogere ad dogmatum venire disceptationem. Dumque hoc futurum sustineret pietas vestra, ad civitatem profecta est. Et illos quidem qui accusantur hæresis, & quorum quidam quidem propter hoc à nobis damnati sunt, alii verò excommunicationi subjecti, qui etiam nunc jam sub alia regula obnoxii sunt, ad civitatem venire præcepit, & sacerdotii ministerium gerere, & Episcopum consecrare. Nos verò qui certamen pro pia fide suscepimus, & omne periculum pro rectis elegimus sustinere dogmatibus, nec urbem jussit intrare, nec propugnare pro fide, dum expugnetur ab aliis, neque pro dogmatibus rectis insistere, sed nec ad propria saltem redire concessit. Et sumus Chalcedone anxii, & coarctati gemimus de schismate quod contra Ecclesiam meditantur. Hujus rei gratia, tamquam qui nullum responsum potuimus obtinere, necessarium duximus pietatem vestram per has litteras edocere in conspectu Dei & Christi ejus & sancti spiritus quia si quis ante restitutionem rectorum dogmatum fuerit ordinatus ab his qui hæreticè de fide sentiunt, omnem necesse esse Ecclesiam separari, scindentibus sese & populis & cleris & contra invicem collidentibus. Nullus enim piè sentientium sustinebit ut illis communicet qui hæreticè colunt & perditioni salutem propriam dedicant. Dum vero id contigerit, vestra præter intentionem propriam pietas agere compelletur. Schisma enim utique contra voluntatem confirmabitur, & contristabuntur hi qui pro fidei veritate certant, eò quòd proditoriè proprias animas tradere minimè acquiescant neque consentire his qui impia Cyrilli capitula vindicare contendunt. Multi autem sunt qui pro fidei pietate certant, tam nos orientalis diocesis universi, & quæ nobiscum sunt cunctæ provinciæ ex Ponti atque Asiæ ac Thraciæ regione Illyricique & [a] Italiæ. Nec enim ulli Episcopi his Cyrilli dogmatibus acquiescere patientur, qui etiam vestræ pietati [b] codicem beatissimi Ambrosii direxerunt contraria huic quæ nunc pullulat culturæ edocentem. Uti igitur tale nil fiat, nec amplius vestra pietas æstuetur, quæsumus, deprecamur, rogamus ut antè ordinationem non fieri sanciatis nisi formam susceperint quæ ad orthodoxiæ pertinent fidem, propter quam & congregavit nos amatrix Christi summitas vestra.

CAPUT XXXV. 123

[c] *Contestatio tertia quam Theodosio Imperatori iidem septem Episcopi [d] direxerunt.*

NOn ad hæc evocationem vestræ pietatis speravimus perventuram. Vocati enim sumus honorificè, sicut evocari ab Imperatore convenit sacerdotes. Et evocati ad fidem & confirmationem fidei sanctorum patrum, justè pio Imperatori obedientes advenimus. Et dum venissemus, neque ab ecclesiastica recessimus consequentia, neque vestra constituta contempsimus. Sic conversati sumus à die qua in Ephesum venimus usque hodie vestrorum nutuum secutores. Verùm nihil nos circa præsentem vitam, sicut apparet, adjuvit custodia ordinis boni; magis verò, ut videmus, etiam validissimè nocuit. Nam nos quidem, qui ea usi sumus, usque præsens in Chalcedone detenti degimus, vix tandem verò nunc dimissi sumus ut ad propria redeamus; qui verò omnia confuderunt, & turba compleverunt mundum, & contendunt Ecclesias separare, ac pietati evidenter obsistunt, quæ sacerdotum sunt gerunt, & utuntur Ecclesiis, & illicitè speratæ [e] ordinationis, ut putant, obtinent firma promissa, & ea quæ ad pauperum offeruntur inopiam, expendunt seditionariis suis; dum certè non illis solis, sed etiam nobis sis Imperator. Pars enim non parva tui oriens existit imperii, in qua semper recta fides effulsit. Super hanc verò etiam reliquæ regiones atque provinciæ ex quibus congregati sumus. Non igitur despiciat imperium vestrum quia corrumpitur fides, in qua & vos baptizati estis & vestri parentes, in qua defixa sunt Ecclesiæ fundamenta, pro qua beati martyres multa millia pœnarum

a ITALIÆ] Epistola legatorum conciliabuli ad Rufum Thessalonicensem: *Italos quoque certum est novitatem illam nequaquam laturos esse.* Mirum est orientales connumerare Italiam inter provincias quarum Episcopi adhærebant Ioanni Antiocheno & reliquis qui cum ipso erant. Nam catholici scribentes ad Imperatorem Theodosium post adventum Ioannis Comitis sacrorum apertè suprà pag. 521. profitentur, quod verum erat, omnem occidentem cum maxima Roma residere in vera synodo Ephesina; & rursum iidem ad eundem Principem scribentes per Arcadium, Iuvenalem, & ceteros, aiunt pag. 577. universum occidentale Concilium per eos qui directi sunt sanctissimos Episcopos anathematizasse Ioannem Antiochenum & reliquum recessionis Concilium; & Theodoretus suprà cap. XX pag. 716. scribit occidentem consentire adversariis Nestorii. Scio suprà cap. VII. pag. 698. inter Episcopos qui cum Ioanne Antiocheno erant subscriptum reperiri Theodorum Episcopum Italiæ. Verùm hanc subscriptionem esse mendosam nos illic monuimus. Scio præterea orientales in epistola ad Rufum Episcopum Thessalonicensem scripta mentionem facere Martini Episcopi Mediolanensis tamquam eorum synodo consentientis. Sed ego valde puto Martinum, qui nondum sciret divisos esse Episcopos, ad synodum Ephesinam scripsisse, & cùm ejus epistola incidisset in manus orientalium, ad se scriptam dixisse, quorum synodum esse legitimam putabant, aliam verò, cui Cyrillus præsidebat, falsam. Nam cùm Episcopi qui Ephesum venerant divisi non sint ante finem mensis Iunii, & epistolam ad Rufum datam constet mense Septembri, verisimile non est famam divisionis tam citò pervenire potuisse Mediolanum & hinc ad Ephesinam synodum orientalium rescribi potuisse. Quippe immensum est spatium si quis navali evectione velit hinc Ephesum contendere; & si terrestri itinere pergendum sit, à Mediolano usque ad Nicæam, quæ etiam aliquantum distat ab Epheso, sunt M. P. MCXXXIV. ut colligitur ex itinerario Hierosolymitano & ex itinerario Antonini Augusti. Quare cùm legati synodi occidentalis, qui missi sunt VIII. Idus Maias, Ephesum non appulerint ante initium mensis Iulii, affirmari posse videtur famam divisionis ad Martinum Mediolanensem & epistolam ejus ad orientales pervenire non potuisse intra illum mensium spatium, adeoque datam videri simpliciter ad synodum, sed in orientalium manus incidisse; præsertim cùm ii qui tractarunt historiam Episcoporum Mediolanensium scribant hunc Martinum sive Martinianum, ut ipsi vocant, dogma Nestorianum acri & vehementi scripto confutasse, eumque librum Theodosio Principi destinatum transmisisse ad ipsos Ephesini Concilii patres.

b CODICEM B. AMBROSII] Istius rei mentionem faciunt orientales in eadem epistola ad Rufum. Aiunt enim: *Nam Martinus sanctissimus Deoque dilectissimus Mediolanensium Episcopus ad nos scripsit, librumque beati Ambrosii de dominica incarnatione ad piissimum Imperatorem misit, quæ hæreticis illis capitibus contraria docet.* Vide infrà cap. LXXXIV.

c CONTESTATIO TERTIA] Hanc etiam ex alia versione edidit Robertus Winterus. Extat autem in tomo tertio Conciliorum pag. 730.

d DIREXERUNT] *à Chalcedone*, ut habet titulus in editione Basileensi, omissus in editionibus Conciliorum.

e ORDINATIONIS] Lupus putat heic agi de confirmatione depositionis Nestorii. Sed manifestum est intelligi hunc locum debere de ordinatione Ecclesiæ Constantinopolitanæ; quam à catholicis peractam fuisse patet ex narratione ordinationis Maximiani, quæ edita est suprà pag. 581.

mortis

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

mortis libentissimè susceperunt, cum qua & barbaros vicistis & dissolvistis tyrannos, qua & indigetis in bello quod nunc [a] Africam comprehendit. Erit enim vobis pugnator omnium Deus, si ejus pia dogmata defenseritis, & prohibeatis exscindi corpus Ecclesiæ. Exscindetur enim, si superinductus fidei à Cyrillo & confirmatus ab aliis hæreticis sensus obtineat. Hæc jam quidem sæpius in conspectu Dei & in Epheso & hic obtestati sumus, & vestram docuimus pietatem, satisfactionem nobis acquirentes apud omnium Dominum. Exigit namque à nobis & istud, sicut scripturæ divinæ in apostolicis atque propheticis eloquiis docent. Nam beatus quoque Paulus exclamavit ac dicit: *Obtestor in conspectu Dei, qui vivificat mortuos, & Iesu Christi, qui testimonium prebuit sub Pontio Pilato, bonam confessionem.* Et Ezechieli Deus præcipit distinguere his qui in populo sunt. Et interminationem ponit dicens: *Si non distinxeris, pereuntium sanguinem de manu tua perquiram.* Hoc judicium metuentes, necessarium fore credimus hinc docere imperium vestrum quia ea quæ sunt Apollinarii & Arrii & Eunomii docent in Ecclesiis hi qui eis [b] impermisti sunt & illicitè ac irregulariter sacerdotium gerunt, & non salvant animas ingredientium, si qui tamen illos & audire contenti sunt. Per divinam siquidem gratiam, quæ omnes homines parcendo gubernat, & misericorditer regit, & cunctos esse vult salvos, maxima pars populi sana est, & pro rectis dogmatibus pugnat. Propter quos præcipuè dolemus ac pungimur animo, metuentes ne paulatim serpens languor plures obtineat, & commune fiat hoc malum. Hæc nos vestram rursus docemus tranquillitatem, nec unquam docere desistimus. Oramus ut annuat imperium vestrum deprecationibus nostris, nihilque subintroduci sanctorum patrum qui Nicæam convenerunt fidei permittatis. Si verò & post hanc nostram deprecationem & coram Deo commonitionem non acquieverit pietas vestra, nos & pulverem pedum nostrorum excutientes cum beato Paulo clamabimus: *Mundi nos sumus à sanguine omnium.* Non enim quievimus nocte ac die, ex quo in istam benedictam synodum venimus, & Imperatorem & judices & milites & sacerdotes & laicos contestantes ne fiant traditæ à patribus fidei proditores.

CAPUT XXXVI. ...124

[c] *Pars sermonis unius quo in Chalcedone dicunt usum Theodoretum Episcopum Cyrensis Ecclesiæ.*

CHristus præsit nostro sermoni, per quem & ipsi sermones, & nos ejus divinorum ministri verborum; Christus, qui positus est in ruinam resurrectionemque multorum & in signum cui contradicetur, olim quidem ab Israele carnali, nunc verò etiam à spirituali; Christus, qui infidelibus quidem offensionis est lapis & scandali petra, non confundit autem credentes in se; Christus ille lapis quem reprobaverunt ædificantes, & factus est in caput anguli; Christus Ecclesiæ fundamentum; Christus lapis ille qui sine manibus est abscissus, & mons factus est magnus, & operuit orbem terræ secundùm prophetiam Danielis; Christus, pro quo & cum quo & propter quem nos expugnamur, & propter quem nos sumus ab imperiali civitate prohibiti. Sed non sumus cœlorum regno privati. Civitatem namque habemus Hierusalem cœlestem, cujus artifex ædificator est Deus, juxta Pauli Apostoli vocem. Christus propter quem Propontidis undas navigare præsumitis ut nostram vocem audire possitis, imaginem vocis esse putantes vestri pastoris. Concupiscitis enim delectabile melos audire vestri pastoris, illius pastoris quem compastores ejus [d] calamorum, sicut arbitrantur, subscriptionibus peremerunt. ad quos Deus exclamat per Prophetam: *Pastores multi corruperunt vineam meam, polluerunt partem meam, posuerunt partem meam desiderabilem quasi intransmeabile desertum.* Dicat de ipsis per alium quoque Prophetam: *Secundùm multitudinem suam peccaverunt mihi. Ponam gloriam ipsorum in ignominiam.* Dicat per alium denuo Prophetam: *Væ filii desertores; fecistis consilium, & non per me, & conspirationes, & non per spiritum meum; ut adjiceretis peccatum super peccatum. Convertimini qui profundum inistis consilium & iniquum.* Dicat ad eos Isaias: *Manus enim vestra pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri in peccatis. Lingua vestra locuta est nequitiam, & os vestrum iniquitatem meditatur.* Nemo loquitur justa, quia concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Ova aspidum ruperunt, & telam araneæ texunt. Videte accusationem malitiæ, & fragilitatis nequitiæ convictionem. Ova aspidum, & telam araneæ. Hoc quidem malitiæ partus, illud verò infirmitatis convictio. Addit ergo dicens: *Et comesturus ex ovis eorum, confringens invenit monstrum.* [e] Vidisti malitiam languidam, vidisti eum qui expugnatus est coronatum. Quia comesturus, ait, ex ovis eorum, confringens invenit monstrum. Quod est autem monstrum, nisi quia generare non potest? Ac si diceret: Quia malitia non potest venire ad perfectionem. Prædica igitur nobis etiam spem malitiæ. Ait enim, quod mirum est, sic dicens: *Et in eo basiliscus.* Hoc est mirum, quia & [f] basiliscus in eo & monstrum. Basiliscus verò malitiam significat. Quia enim bestia hæc [g] amarissima est omnium reptilium, ipsi partum malitiæ comparavit. [h] Monstrum verò idem rursùs propter fragilitatem malitiæ dixit. Sequitur demum sententia hæc: *Tela eorum non erit ad vestimentum, nec operientur ab operibus manuum suarum.* Cur hoc? Quia opera eorum iniquitatis. Dic & speciem iniquitatis: *Pedes eorum ad malum currunt.* Ad quid faciendum? *Et veloces sunt ad effunden-*

[a] AFRICAM] cui incubabant Vandali, Alani, & Gothi, ut docet Possidius in vita sancti Augustini cap. XVIII.

[b] IMPERMISTI] id est, mixti Ecclesiis. Nam editio Basileensis habet, *is qui permissi sunt Ecclesias habere*

[c] PARS SERMONIS] Extat in editione Basileensi Roberti Vvinteri, & in tomo tertio Conciliorum pag. 733. Titulus in editione Basileensi sic habet. *Pars homilia Theodoreti Episcopi Cyri dicta in Chalcedone quum essent abituri.* Mutatus est pessimè in tomis Conciliorum, hoc modo. *Pars homilia Theodoreti Episcopi Cyri Chalcedone ad schismaticorum legatos Nestoriique fautores habita.* Pessimè inquam. Nam præterquàm quòd nihil istiusmodi legitur in antiquis libris, rectè animadvertit Lupus hunc sermonem habitum ad Constantinopolitanos qui Chalcedonem accesserant eo tempore quo Episcopi ex Epheso evocati illuc tendebant.

[d] CALAMORUM SUBSCRIPT.] in damnationem Nestorii subscribentes in Concilio Ephesino.

[e] VIDISTI MALIT.] Editio Basileensis. *Vidisti malitiam infirmantem, vidisti offendentem non offendentem, vidisti eum qui impugnatur coronatum*

[f] BASILISCUS IN EO] Eadem editio Basil. *basiliscus in illo & ovum hoc est sterile. Basiliscus autem malitiam &c.*

[g] AMARISSIMA] Vvinter. *ferocissima.*

[h] MONSTRUM] Ibid. *Verùm & illa ipsa ovum est propter infirmitatem malitia. Infirma enim est malitia.*

dem sanguinem. Quid ergo ad hæc? *Contritio & infelicitas in viis eorum.* Semitæ namque illorum, per quas ambulant, perversæ sunt, & viam pacis ignorant. Verè lamentationibus digna sunt ista, ut contra sacerdotes loquantur talia sacerdotes. Sed ista nos dicimus, non tam illos accusantes quàm vobis potiùs providentes. ET POST ALIQUA. *In veritate expavit super hoc cælum, & ampliore terra est perturbata formidine, dicit Dominus. Quoniam duo & nequam fecit populus meus. Me dereliquit fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui aquam continere non potuerunt.* Dicit ad eos Dominus per Hieremiam Prophetam: *Transite ad insulam Cethim, & videte.* Non vultis, inquit, acquiescere verbis nostris, non consentitis Prophetis, non suscipitis legem, non creditis scripturis divinis? Paganorum filios doctores adsciscite. Ite ad gentes, & discite quomodo putativi dii honorentur ab eis qui certè non sunt dii. *Transite ad insulas Cethim, & videte. & in Cedar transmittite, & omnino perquirite si facta sint talia.* Quæ talia? *Si mutabunt gentes deos suos.* Quales illos? *Qui certè dii non sunt.* Et cur dicis hæc? *Populus autem meus mutavit gloriam suam, & quia nihil ei proderit.* Hæc etiam de istis convenit dici. Nam gentilium pueri ligna & lapides honorantes, immortalia hæc appellant. Tu autem, qui eos illa prohibes adorare, & solum verum Deum admones colere, qui montes in penso statuit & in statera colles, qui manu sustinet aquam & palma cælum, & omnem terram gubernat, qui statuit cælum sicut cameram, qui tenet gyrum terræ totius, & habitantes in ea tamquam locustas, qui verbo suo fecit hæc omnia, & in uno momento temporis præsentavit tamquam futura sint priùs quæ antè non fuerunt, & qui dedit quæ non erant ut essent, propria voluntate, tu nunc velut hæc omnia oblitus, passionibus subjicis eum, & tamquam passibilem Dominum sic adorari quasi legis latione promulgasti. Paganorum quidem, sicut dictum est, pueri, cupiditatis nimietate languentes, & cælum vocant impassibile, & solem impassibilem nominant, & leges de stellis velut immortalibus ferunt, & terram quam conculcant deificant. Nos verò invisibilem, increatum, incomprehensibilem, imperscrutabilem credimus esse passibilem? Absit, salvator noster ac benefactor, ne unquam sic à tua recedamus adoratione, ne tuam sic ignoremus naturam, ne usque adeo circa tua simus indevoti dona, neque liberatorem nostrum passibilem suspicemur, qui nos ex passionibus ad impassibilitatem transduxit, qui donavit impassibilitatem passibilibus. Hanc deprecationem Deo & pro nobis & pro vobis offerimus, cui gloria in secula. Amen.

Sed eam ex nomine beati Theodoreti posuit Irenæus; qui dum Nestorianus fuerit, ut pro illo in exilium mitteretur, sciens doctrinam Theodoreti in Ecclesia Dei præfulgere, voluit propter illa quæ pòst gesta sunt ut varium denotare.

CAPUT XXXVII. 125

Idem verò Irenæus & ista posuit post prædicta dicens.

[a] Sermo Iohannis Antiocheni, quem dixit in Chalcedone post sermonem Aphthonii Presbyteri & Episcopi Theodoreti.

SAncta lex est ut quæ filiorum sunt, patribus deputentur. *Meus est igitur Galaad, & meus est Manasses.* Magis verò non mei, sed Dei sunt, qui nostrum sanctum gregem congregavit ad nos, instantiamque illi pro pia fide donavit super alia bona. Ego verò ad hoc surrexi tantummodo ut salutarem vos pariter & valedicerem vobis. [b] Carpemus namque iter, vobiscum manentes; & rursum vobiscum sumus, ad fratres nostros euntes. Permanet enim sine impedimento ubique dilectionis natura. Saluto vos atque rogo ut pacem habeatis ad Deum, qui antè quidem Christiani fideles eratis, nunc verò etiam confessores. Omnis quò magnam se novit obtinuisse substantiam, fortiter decertat, & eum pro his quæ possidet laborare non piget ne perdat hæc ipsa quæ possidet. Nemo igitur vobis auferat paternam fidem, quam nos quoque sicut depositum filiis commendamus. Attendite ad patres nostros atque majores, quos nec tormenta nec mors nec aliud quodvis humanum valuit ab effectu fidei submovere. Nostris verò temporibus parvæ minæ sunt, magna est merces; parvæ passiones, sed magnæ coronæ. Nemo vobis depositum rapiat, dico verò ad integritatem dogmatum. Nemo vobis deitatem persuadeat esse passibilem, neque unam naturam divinitatis & corporis. Nam illa quidem semper est per se divina substantia, illam verò suscepit. Unde conjunctionem prædicamus, non verò confusionem; unitionem, non tamquam aliquorum misturam. Deus istud propter illud, filius hoc propter illud, omnia hoc propter illud. Adoratur cum illo, glorificatur cum illo. Et hinc conjunctum inseparabiliter, ipsum naturæ nostræ primitiæ nominatur. Hæc custodite, & Deus pacis erit vobiscum, defendens vos quo ipse novit modo. Ipsi honor & gloria in secula. Amen.

CAPUT XXXVIII. 126

Epistola sancti Iohannis Antiocheni Episcopi, quam [c] Præfecto scripsit ab Ancyra.

INsatiabile quiddam re vera nequitia est, & insatiabile nimiùm. Et hoc ex aliis quidem quis plurimis videat, nihilominus verò & ex istis qui omnes quidem Principum leges, omnes verò calcaverunt ecclesiasticas sanctiones & sursum versum cuncta fecerunt. Non [d] sauciati enim [e] Firmus atque [f] Theodotus, & qui cum eis, iniquitatibus quæ in Epheso & quæ in Chalcedone factæ sunt, & seditionibus quæ in Constantinopoli, eversione piorum dogmatum; nunc rursus illicitis omnia tentant loca turbare. Nam nunc quoque cooperatorem sibi sumentes [g] illum quem in Constantinopoli produxerunt, direxerunt contra nos

[a] SERMO IOHANNIS] Habetur in laudata toties editione Basileensi, & in tomo tertio Conciliorum pag. 735.
[b] CARPEMUS] Hoc membrum deest in editione Conciliorum, usque ad hæc, *& rursum vobiscum.*
[c] PRÆFECTO] Antiocho. Vide suprà cap. 24. 25. pag. 721.
[d] SAUCIATI] Legendum est, *satiati.*
[e] FIRMUS] Episcopus Cæsareæ Cappadociæ.
[f] THEODOTUS] Episcopus Ancyranus.
[g] ILLUM] id est, Maximianum Episcopum Constantinopolitanum ordinatum à septem Episcopis catholicis Constantinopolim missis à sacro Concilio, inter quos fuerunt Firmus & Theodotus. Vide suprà pag. 571. 581.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

ad Ancyram litteras infirmiores araneis & inaniores umbris, multam tamen eorum nequitiam prædicantes. Nam dum priùs ipsi à nobis excommunicati sunt, eò quod hæreticis subscripserint Cyrilli capitulis, eorumque impietatem roborare præsumpserint, dumque excommunicationis conculcaverunt terminum, & comministrant condemnatis, & secundùm sanctorum patrum regulas per hoc ipsi quoque depositi sint, suspensiones contra nos segregationesque miserunt, simile aliquid facientes velut si quis vinctus & adhuc ipsis vinculis obnodatus vincientem se vincire conetur. Memor est autem magnificentia vestra, quia & quando Chalcedone degebamus, sæpius & piissimo Principi & vestræ magnitudini diximus quia quicunque à damnatis atque excommunicatis ordinatus fuerit, ordinationem habet illicitam & iniquam. Quomodo autem veniet spiritus gratia orantibus eis quibus interdicta est sacerdotis oratio? Hoc & olim docuimus magnificentiam vestram, & notum facimus in præsenti, quia nos nec istos esse scimus Episcopos, nec illum qui ab istis est factus. Nam illi quidem transgressione regulæ sub regulæ facti sunt pœna; ille verò ab eis nihil accepit, quia nihil habebant quod impertirentur illi qui semetipsos antè privaverunt. Hæc si potestas vestra probaverit, quæsumus ut etiam piissimo & amico Christi Imperatori nostro legantur, & magnificentissimo gloriosissimoque Præposito, & omni amico Christi consistorio sive senatui; ut universi cognoscant quia nos usque ad præsens nulli nosmetipsos subjecimus crimini, & ordinabiliter omnia & consequenter, secundùm quod placet regulis, egimus.

CAPVT XXXIX. 127

Epistola Iohannis Antiocheni Patriarchæ & omnium qui in eadem civitate pariter convenerunt Episcoporum ad Imperatorem Theodosium post certamina quæ hi habuerant Episcopi in Epheso & Chalcedone.

SCientes quia vestrum pietate ornetur imperium, & quia evangelicis & apostolicis dogmatibus faveatis, evangelizamus serenitati vestræ, præ omnibus hoc vos lætificare præcipuè cognoscentes, quia per divinam gratiam, quæ orthodoxam fidem omnibus modis evacuari non sinit nec permittit effluere, sed semper scintillam relinquit, & per hanc reaccendit extincta, quia omnes orientalis diocesis Episcopi & Clerici & populi rectis sunt salvi dogmatibus & perseverant in fide quæ à beatis patribus exposita est in Nicæa congregatis, & eligunt potiùs omnibus privari corporis membris quàm vel unam rectæ illius confessionis syllabam prodere. Propter quod & Cyrilli capitula, tamquam valde contraria & sanctorum Apostolorum doctrinæ & sanctorum evangeliorum prædicationi & expositioni fidei quæ in Nicæa facta est, execramur universi; & amicam Deo vestram quæsumus summitatem in nulla Ecclesiarum quæ sunt sub cœlo permittere dogma illud impium prædicari, sed ut nefas & blasphemiam ab universo mundo fugari præcipere. Decet enim vobis, quia ab ipso Domino Christo sumpsistis imperium, servare illi mundam dogmatum traditionem, omni additamento hæresios liberatam. Sic enim super præsens imperium fruetur vestra pietas & futuro, quod & curis est liberum, & non recipit finem, sed illud quod senescere non potest, immortale gaudium tenet. Iohannes Episcopus Antiochiæ. Incolumem vestram pietatem & multis annorum curriculis perdurare oro Ecclesiis Christi & Romano principatui, Deo amicissimi & optimi Dei cultores & piissimi Imperatores.

Similiter & omnes pariter convenientes Ep. subscrip.

CAPVT XL. 128

Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit ad populum Constantinopolitanum, per quam ostenditur quia non solùm priùs & posteriùs, sed & quando ab Epheso ad Chalcedonem & à Chalcedone rediit ad Ecclesiam suam, semper fidem catholicam prædicavit, licèt Nestorium damnare distulerit, non credens illa ejus esse dogmata quæ & ipse Nestorius denegabat, & in Epheso ex quaternionibus sub ejus nomine, nullo teste, probata credebat.

QVale quiddam patiuntur & faciunt avium matres, quoties nidos suos deprædandos adspiciunt, (Anxiantur enim & garrulæ strident, & ad similem volatum teneros adhuc pullos hortantur, ut aucupantium manus effugiant) tale aliquid patior simul & facio, lamentationes vestras ex litteris audiens, & quasi vos garrulè stridentes ac tremulè mentis oculis cernens. Inspectis namque ipsis litteris, mox lachrymarum cunctos humores expendi, & sicut dicit Propheta, exitus aquarum deposuerunt oculi mei. Et tacens simul ac gemens permansi diutiùs, hoc improvisum cogitans malum, & divisionem corporis Ecclesiæ, & prælium omni bello civili deterius. Non enim de una tribu tantummodo sumus, sed de utero uno, eundem gloriantes habere nos patrem omnium Deum, eandem matrem sanctissimum fontem. Non solùm verò unius uteri sumus, sed & unius quoque thori, unius mensæ, unius & victus. Et licèt membra multa simus atque diversa, unum tamen corpus efficimus juxta apostolicam doctrinam dicentem: *Vos estis corpus Christi, & membra de membro.* Si nec naturæ cognatio, nec communio partuum, nec quòd mystica mensa perfruimur, nec quòd manus invicem sumus ac pedes & oculi, & quia unum corpus universi complemus, vinculum sufficit servare concordiæ, contemptis vero cunctis legibus pacis, tamquam laniantes propria membra discerpimus, & adversarus facti sumus præda facillima atque insultationis & illusionis occasio, eò quòd invicem nobis sicut adversariis abutamur, incidentesque cuneum nostrum, & paries ejus in invicem vertimus. Vnde rident quidem gentilium pueri, rident quoque Iudæi, exiliunt agmina hæreticorum, ovantque cuncti adversarii veritatis, & nostris malis insultant, nos respicientes partitos, & propriam pacem nostrum prælium ducunt. Hos autem qui horum causæ sunt facti nec hoc evigilare facit atque ad semetipsos reverti, ut radicitus evellant quæ malè sunt seminata zizania, salutaribus Apostolorum contemptis seminibus, quæ spiritus per omnia sancti gratia præstitit. Hæc igitur, mox ut epistolam legi, mente percipiens, ingemui, lamentatus sum, in lachrymis tunc rationes expendi quas peperit dolor, quando super ista quædam in animo introëunt, non error solùm seducentium, sed & illorum qui seducuntur læsio. Sed dum recognovissem eum qui est à principio usque nunc Ecclesiæ statum, & quomodo semper

expugnata, expugnans superans proficit, dum virtus à Domino in infirmitate [perficitur] ae probatur juxta ipsius Domini vocem, aliquantulum recreatus sum, nimietatemque dissolvi tristitiæ. Rememoratus enim etiam sanctorum evangeliorum doctrinas, inveni salvatorem Dominumque nostrum nihil suave neque festivitate dignum in terrena vita sanctis suis promisisse discipulis, labores verò atque sudores sua lege proferentem, & injuriosa jurgia & plagas atque flagella prædicere. *Ecce*, inquit, *ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et ante Præsides & Reges ducemini propter me, & in synagogis suis flagellabunt, & eritis odio omnibus propter nomen meum.* Et post ista insurrectiones in invicem docens ait: *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filios; & insurgens filii in parentes, & morte eos afficient.* Eorum vero quæ dicta sunt finalis extremaque sententia continet etiam fructum: *Qui enim perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit.* Discimus ergo ex his nihil tempus plerumque lætitiæ quærere in præsenti vita, bonorum verò quæ spectantur retributionem viriliter sustinere & fortiter ferre quæcunque propter veritatem contigerint tristia. Hujusmodi enim perseverantia futura nobis bona providebit. Dicit enim beatus Paulus: *Quia tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit.* Confessionis nunc liberatio festivitatis initium est. Qui verò illa sustinent, eis non potest misceri tristitia. Et nunc experimenta inniruntur rebus. Exspectationes fructuum pondus laboris exonerant. Unde & sanctorum Apostolorum contubernium, dico autem Petrus & Iohannes, dum miracula & persflagellati fecissent, *exierunt gaudentes, quia digni facti sunt injuriam pro Christi nomine sustinere.* Et Paulus pietatis procertator exclamat: *Complacemus in infirmitatibus, in injuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis, in seditionibus pro Christo.* Explicans rationem dicit: *Quando enim infirmor, tunc potens sum.* Et non ait, *Tolero infirmitates & injurias*, & reliqua, sed, *complaceo*, inquit, id est, gaudens suscipio, cum voluntate flagellor, tormentis gaudeo, festivitas doloribus commiscetur. Et illa quidem natura sensibus ingerit, hanc verò voluntas adducit. Et mox infert inquiens ita: *Si gloriari oportet, de infirmitate mea gloriabor.* Et alibi: *Non solum verò, sed & gloriamur in tribulationibus.* Non autem dicit: *Perseveramus*, vel *toleramus*, vel *tribulationes patienter ferimus*, sed ait, *Gloriamur in tribulationibus*, inter tribulationes declarans voluntatem, animæque fiduciam de spe notificans futurorum. Quia enim in principio certaminum summitas est dolorum, & circumvallantium se malorum multitudinem cernens, & deprecans ut erueretur ex tribus certaminibus, judicem dicere audiit: *Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Lætabatur postea flagellatus, insultabat cùm torqueretur, extentus quasi in choro gaudebat. Cum plagis finderetur, hymniebat, gratias agebat in vinculis, & Ecclesias ex carceribus faciebat, noctes psalmodiis mutabat in dies. Irascebatur contra eos quos flere audiebat propter futuras ei tentationes, atque diceret: *Quid fletis & confeditis cor meum? Ego enim non solum ligari, sed & mori pro Domini nostri Jesu Christi nomine paratus sum.* Ista omnis Apostolorum chorus faciens permansit. Hæc qui post illos fuerunt veritatis athletæ. Hæc sunt etiam multi qui pro pia religione contemnant atque perficiant. Non enim nos omnino deseruit illius gratia qui cernit desuper universa. Dereliquit autem nobis Dominus semen, ut non similemur Sodomis & Gomorrhis. Et est etiam per misericordiam salvatoris aurea grana in botro cernere, quæ juxta imaginem propheticam benedictio Domini nominantur. Et spicas non duas aut tres, sed multa millia solida in valle radicatas est videre. Olivas quoque non quatuor aut quinque tantùm, sed numero plures super extremitatem plantatas montis excelsi, quæ ab inimicis furantibus auferri non queant. Hæc enim tropicè sancivit de his quos pietas nutrit, qui divinum depositum minimè perdiderunt, sed intentabile atque incontaminabile servavere. Scit Dominus qui sunt ejus, & adest præconfirmator, & excitatione levigat & clamat: *Non te deseram, neque derelinquam; & adhuc loquente te dicam, Ecce adsum. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Et, *Confidite, ego vici mundum.* Et, *Sufficit vobis gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Ob hoc enim quia in pugnatione multa undique sagittarum millia excipientes neque fugiebant, neque cadebant, sed fortiter stabant, & habebant immobilem virtutem, hoc ipsum ait ampliùs prædictam ejus regni virtutem. Expendentes enim sagittas impugnabant adversùm nos, & lapides ac lanceas nostros nos dejicunt milites. Hoc igitur audientes verbum contra insurgentes molestias hæsitare non convenit, sed fortiter stare hereditatemque paternam inadibilem furibus custodire & supernum custodire nutum. Veniet enim quicunque venturus est, & non tardabit, & athletas proprios coronabit. Credimus verò quia & gregem suum, qui divisus est, celeriter uniet, & pascit nos continuò. Tamen finit fieri sicut in principio, quando non erat nobis. Et eos qui erraverunt converter, & languentes salvabit, & salvos custodit in omnibus. Confidite igitur vos, qui estis piæ religionis peculiare nutrimentum, & vestram ipsorum salutem operamini, ad virtutes animi invicem provocantes, & divinas leges ad memoriam reducentes, deprecantesque Dominum ut hanc caliginosam nubem pinguemque dissolvat & omnibus lumen veritatis ostendat & doceat universos quia impassibilis & immutabilis est trinitatis natura secundùm sanctorum patrum doctrinam qui in Nicæa convenerunt dicentem: *Eos enim qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur non erat, aut quia ex non exstantibus procreatus est, vel ex alia quacunque substantia, dicentes esse vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat sancta catholica Ecclesia.* Qui ergò divinæ naturæ passiones apponunt, eam vertibilem dicunt atque mutabilem. Muterur namque ac vertitur quod se aliter atque aliter habet. Qui autem vertibilem dicunt atque mutabilem, sub patrum maledictione sunt sanctorum. Si enim quod impassibile naturaliter existit, vertibilitatem mutabilitatemque sustinuit, quod autem convertitur ac mutatur, jam non est inconvertibile neque incommutabile, quomodo igitur per Prophetam Dominus exclamat: *Ego sum, ego sum, & non mutabor?* Si ergo & Deus semetipsum immutabilem vocat, & beati patres huic voci obedientes anathematizant qui hunc vertibilem atque mutabilem vocare præsumunt, quis ita propriam salutem despiciat ut & adversa alleget contra Deum, & his qui subtiliter divina edocti sunt apertè repugnet? Oportet igitur credere in patrem & filium & spiritum sanctum, & patrem quidem qui non sit ex aliquo alio, nec existendi causam ab aliquo ha-

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

beat, filium verò ex patre quidem genitum consempiternum, non tamen eum qui bunc genuit existentem. Et nulli hoc verbum absqoe omni persuasibilitate videatur. Nam sicut filius quidem genitus est ex parre, sicut verbum verò est splendor gloriæ consempiternus patri, & quidem sicut filius ex patre, sicut verbum in patre, sicut autem splendor cum patre, sicut verè considens unà cum patre, idem quidem ctedimus de spiritu sancto, quem nos Dominos doeuit ex patte procedere, & Apostolus tradit dicens: *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est.* Credimus igitur unam esse patris & filii & spiritus sancti divinitatem, unam dominationem, unum regnum & potestatem atque consilium in tribus proprietatibus sive in subsistentiis agnoscendam. At verò illis relinquamus minus & majus qui ea quæ infinita sunt tamquam per linguam pensare præsumunt. Nos autem unam trinitati offeramus adorationem. Præcipimur enim sic honorare filium sicut adoramus & pattem, & in omnibus spiritum sanctum patri & filio communicare suows edocti. Tanta nobis ad præsens de divinæ natutæ deiloquio dicta sint. Isthic docens enim, non sieut disceptans, feci setmones. Et docttinam fratribus, non inimicis, offerimus. De dispensatione verò credere convenit quia unigenitus Dei filius, Deus vetbum, qui ante secula est, proptet nostram salutem incarnatus est & inhumanatus, & habitavit in nobis, & factus est caro, non vertibilitate divinitatis, sed assumptione humanitatis. Forma enim Dei existens, formam servi accepit. Et in terra visus est per humanam natutam, & cum bominibus conversatus est. Proptet quam etiam templom vocavit sumptam naturam, differentiam ejus qui accepit ad id qood assumpsit ostendens. Et quia hoc quidem Deus est, illud verò templum, utrumque autem onus Cbristos, unus Dominus, unus filius unigenitus, & idem primogenitus. Hoc enim nos etiam beatus Paulus edocuit: *Vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Et in epistola ad Hebræos: *Iesus Christus beri & bodie ipse & in secula.* Et alibi: *Vnus Dominus, una fides, unum baptisma.* Et patres autem qui in Nicæa congregari sunt inquiunt: *Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei.* Quos sequentes, unum quidem Cbristum & Dominum confitemur filium Dei, in ipso uno autem duas naturas agnoscimus. Et novimus unum eundemque recentem & sempiternom, ex Abraham recentem secundùm humanitatem, sempiternum secundùm divinitatem, passibilem circa id quod visibile est, impassibilem circa invisibilem naturam. Ex Deo, quia Deos est; ex Abraham, quia homo est. Sic filium confitentes, agnoscimus quæ cujusque naturæ sunt propria. Hæc vobis iterum, velut in summa, de dogmatibus pietatis scripsimus. Direximus autem vobis & ea quæ à nobis ad mooachos sanctissimos scripta sunt, & divinorum dogmatum latiùs opus habentes & claram Conethorum cognitionem. Super hæc autem direxi vobis amatriei dilectionem, amatriei Dei congregationi, & ea quæ ad Deo amicissimos Episcopos à nobis dicta sunt, qui discere volucrunt quæ sit eorum quæ moventur causa. Petierunt enim à nobis hanc eis manifestam statuerem & claram. Si verò vacare potuero, & ea quæ de sancta trinitate & de divina dispensatione olim à me scripta sunt dirigo vobis; non ut satietatem vobis faciam divinorum, sed ut accendam desiderium vestrum, ardentiusque perfiriam. Potens verò est Deus omni vos implere sapientia per spiritum & qood deest ex magistrorum interpretationibus adimplere, ut etiam dicat ipse de vobis: *Oves meæ vocem meam audient, & cognosco eas.* & ei respondeatis: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.*

CAPVT XLI. ...129

Epistola sancti Acacii Berrhœensis Episcopi [a] antiquissimi & illo tempore clari sacerdotis, qui etiam confessor Arrianorum temporibus fuit, cujus & scriptas contra beati Cyrilli capitula litteras approbavit Theodosius Imperator [b] scribens ad synodum quæ in Epheso congregata est per Iohannem Comitem largitionum, [c] sicut suprà ostensum est; cui & in ipsa discordia posito & sedes apostolica & beatus Cyrillus cum magna veneratione rescripsit.

DOmino meo sanctissimo & Deo amicissimo fratri & comministro [d] Alexandro Acacios: Sicut pridem nuntiavi religiositati tuæ, pervenit huc Dominus meus per omnia sanctissimus Iohannes Episcopus cum Deo amicissimis Episcopis Alexandro Apameæ, Archelao, Theodoreto, Thalassio, Eustatio, Mari, & Maru; & nunciaverunt quæ dicta sunt & quæ acta priusquam evocati sunt à religiosissimo & Deo amicissimo Imperatore nostro, quæ talia sunt ut nequeat complecti oratio. Omnem namque linguam superant ad loquendum qoæ per concinnationem diaboli dicta sunt. Discussione verò facta coram piissimo & Deo amicissimo Imperatore nostro inter utrasque partes, dum omnia piissimus Imperator cum orientalibus sentiret ac diceret, multa pecunia, quam dedit Cyrillus, pro peccatis nostris obruit veritatem. Nam postquam mortuus est [e] scholasticus eunochus, piissimus Imperator res ejus inquirens & aurum, quod reliqoerat infinitum, invenit hypomnysticum continens quia multas auri libras acceperit à Cyrillo. Et verò aurum tradebatur à [f] Paulo quodam filio fratris Cyrilli Alexandrini, qui illic Comes erat consistorianorum; præter alia numera quæ in variis speciebos sunt diversis ob-

[a] ANTIQVISSIMI] In epistula Theodosii Imp. ad synodum Ephesinam suprà pag. 528. sciptum est Acacium adiei sancto Concilio non valuisse *propter longam senectutem.* In capite verò XI. istius synodici laudatur rursum ejus senectus, & cap XVII. orientales aiunt illum tum explevisse centum & decem vitæ annos. Factus est Episcopus anno CCCLXXVIII. ut notat Baronius; furente nimirum Valentis Imperatoris Arriani persecutione adversus catholicos, de qua videndus Theodoretus in capite secundo historiæ religiosæ.

[b] SCRIBENS AD SYNOD.] suprà pag. 528. uti jam dictum est.

[c] SICVT SVPRA] Nihil istiusmodi legitur suprà, nisi quòd in capite XVI. pag 708. extat relatio Ioannis Comitis sacrorum. Itaque oportet omissam à Lupo fuisse sacram quæ extat suprà pag. 581.

[d] ALEXANDRO] Hierapolitano Euphratesiæ metropolitano Episcopo. Assentior enim Lupo, qui sic interpretatur.

[e] SCHOLASTICVS AVT.] ad quem data est epistola Nestorii quæ extat suprà cap. XV. pag. 706. ubi pluta de illo diximus.

[f] PAVLO QVODAM] Rectè observat idem Lupus falsum esse hoc loco Acacium, dum scriberet hunc Paulum fuisse filium fratris Cyrilli Alexandrini. Quippe ex epistola fratris ejus Athanasii Presbyteri Alexandrini, quæ extat in actione tertia Concilii Chalcedonensis, constat hos fratres fuisse filios Isidoræ sororis Cyrilli. In ea porrò epistola multa habentur de eodem Paulo.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

lata personis. Depositio verò Cyrilli & Memnonis fuerat confirmata, & ut prædicaretur quoque convenerat. Et sic tempus inveniens, dum custoditur in Epheso, fuga est usus. Maximianus verò, qui in Constantinopoli est ordinatus Episcopus, orientalibus in Constantinopolim non permisit intrare. Cognovit autem religiositas sicut oportebat agnoscere. Videns enim multam turbam monachorum piissimus Imperator, valefecit Episcopis, satisfaciens eis. In angustia igitur nimia sunt qui ad Ecclesiam pertinent, & ad salvandum Dei omnipotentia indigent atque remedio. Qualiter verò hi qui ad nos à vobis venerunt consolati sint cum multitudine quæ pariter venit, & quomodo nos fuerint consolati prædicti religiosissimi Episcopi, reverentissimus Panieius Diaconus edocebit. Omnem quæ tecum est in Christo confraternitatem plurimùm salutavi.

CAPUT XLII. ...130

Epistola quam præfatus Irenæus direxit, à beato Theodoreto Cyri Episcopo ad Candidianum Comitem Domesticorum ante pacem missa.

PRopter multa & ipsam memoriam Ephesi odio habens, gratias ei de una re ago præcipua, quia manifestam nobis fecit animam tuam, quæ est plena virtutibus. Sic enim athletas luctamina, & equos currendi certamen, & aurigas currus, & aurum coticula ostendit, utrum probatum sit, an adulterium, ipsa decernit, sic & civitas illa, & illa vehemens tempestas; & densi atque crebri fluctus, & diversi atque contrarii flatus stabilitatem vestram & fortitudinem firmitatemque pro justitiæ partibus ostenderunt, & ferventes dilectores nos vestræ magnitudinis effecerunt. Ob hoc Epheso gratias agere cogar, in qua illud pessimum naufragium sustinuimus, in qua Ecclesiæ membra contra invicem seditione armata sunt, & unum corpus incisum est, & mala illa sunt perpetrata quæ taciturnitate sunt digna, quæ plus nobis tua scit magnitudo. Unde & de sanctissimo ac Deo amicissimo
a Episcopo & comministratore nostro [a] Theophanio scribens, verbis non egeo longis. Et ipsum namque manifestè novit magnificentia vestra, & scit injustitiam quæ præsumpta est contra eum. Quia igitur & adversamini & odistis eos qui talia commiserunt, linguam pro manu porrigite, & suadere illos qui habent hujus sententiæ vim, extinguere tandem flammam quæ malè succensa est, & restituere malè pulsis Ecclesias, & sistere risum qui contra nos est pietatis adversariorum.

CAPUT XLIII. ...131

Epistola sanctæ memoriæ venerabilis Andreæ Episcopi Samosatæ civitatis ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, de [b] Rabbula Episcopo Edesseno, qui se ab orientali synodo separavit. b

HI qui pro recta fide laborant scripserunt mihi ab Edessa quia Rabbulas apertissimè declinavit à dogmatibus veritatis & persequitur rectæ fidei defensores, ita ut Theodorum quidem beatum rectæ glorificationis magistrum præsumeret [c] anathematizare in Ecclesia & multa mala contra eum diffunderet, anathematizaret verò & illos qui ea quæ illius sunt legunt, insuper & [d] qui illa quæ scripsimus, & quicunque veniunt & non portaverint [e] ad combustionem Theodori codicem, & eos qui præter illa quæ Cyrilli sunt sapiunt. Dicitur autem & prædicare quòd una tantùm natura sit Christi & expellere validè hos qui aliquid aliud dicunt. Superfluè igitur, ut apparet, Dominos confingimus, qui per taciturnitatem proditores veritatis efficimur. Et festivitas quidem quæ sistit in januis nunc convenire nos prohibet. Rogo verò ut mihi tua probitas indicet quæ oportet dicere vel agere super his, & priusquam nos convenire contingat. [f] Amici verò qui persecutionem sustinent interrogant nos si oporteat jam scissionem fieri & ostendi fiduciam, quia circa ea consilium minimè id nunc usque fecerunt. Mihi autem rationabile videtur ut qui fiducialiter impiè agit, & omnes abjuravit orientales, & nos contra eum clarè pugnemus. Si verò essent quidam fortes, & illud aliud fieri debuit. Et mihi quidem videtur quòd in Constantinopoli suscipiens litteras quas nunc usque sustinuit erupisset, & impietatem, quam olim conceperat, clarissimè peperisset. Nobis verò tutum, sicut arbitror, non est ut de talibus ulteriùs taceamos.

[a] THEOPHANIO] Episcopo Philadelphiæ Lydiæ, de quo plurà suprà in gestis Concilii Ephesini. Hunc cum reliquis schismaticis ab ecclesiastica communione alienos fecit idem Concilium actione quinta. Post quam damnationem, quia perseverabat in schismate, alius in loco ejus ordinatus est apud Philadelphiam. Attamen objici potest eum subscripsisse sententiæ depositionis à sancto Concilio latæ adversùs Nestorium, ut patet ex tomo tertio Conciliorum pag. 545. & ex hac nostra nova collectione pag. 525 ubi ille sic subscribit: *Theophanes Episcopus Philadelphiæ subscripsi*. Sed subscriptio illa perperam huc irrepsit ex codicibus Græcis, quam Latini non habent.

[b] RABBULA] Venerat Ephesum cum Ioanne Antiocheno, & subscripsit epistolæ orientalium ad Hierapolitanos, quæ extat suprà cap. XIII. pag. 705. Idem cap. XXVIII. pag. 715. subscribit epistolis eorundem orientalium ad Episcopos missos Constantinopolim. Postea ab eis recessit & se catholicis adjunxit, ut patet etiam ex Liberato cap. X & ex epistola Ibæ ad Marim Persam, in qua Rabbulam vocat tyrannum. Ad eum extat infrà cap. CVIII. epistola Cyrilli Alexandrini. Vide etiam cap. XLIV. CI. & CLXVII.

[c] ANATHEMATIZARE] Ibas in epistola paulò antè laudata, quam refert etiam Facundus: *Ex quibus unus existit nostræ civitatis tyrannus, quem & ipse non ignoras: qui occasione fidei non solùm viventes punit, sed & hos etiam qui olim ad Dominum migraverunt: quorum unus est beatus Theodorus, veritatis prædicator & doctor Ecclesiæ. Hunc ausus est, qui omnia præsumit, clarè coram Ecclesia anathematizare.* Meminit hujus loci Liberatus, hæc ipsa verba referens

[d] QUI ILLA QUÆ] Leg. *insuper & illa quæ scripsimus.* Conqueritur Andreas quòd Rabbulas anathematizaverit quæ à se ac Theodoreto scripta erant adversùs capitula seu anathematismos Cyrilli. Theodorus lector libro secundo scribit illum accusatum ab Andrea Samosateno fuisse quòd contra duodecim capitula Theodoreti scripsisset. Quod cùm falsum esse intelligeret vir eruditissimus Henricus Valesius, sic ex certissima conjectura emendandum putat hunc locum ut dicatur Rabbulas accusasse Andream quòd contra duodecim capitula Cyrilli scripsisset unà cum Theodoreto.

[e] AD COMBUSTIONEM] juxta edictum Theodosii, qui suprà pag. 584. jubet libros Nestorii omni studio conquisitos publicè concremari. Eam constitutionem ad Theodori quoque Mopsuesteni, qui Nestorii magister esse dicebatur, libros, quos pejores Nestorianis esse alicubi scripsit Cyrillus, extendit Rabbulas; sicut postea quintum Concilium eandem relegens, sic legit tamquam si ab initio nomen illic Theodori scriptum esset cum nomine Nestorii. Vide infrà cap. LXXXIII.

[f] AMICI] Ibas Presbyter Edessenus & ceteri qui cum illo erant Edesseni, ut satis ostendunt hæc verba.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

CAPUT XLIV. 132

Synodicum decretum Iohannis Antiocheni Episcopi & reliquorum ad Episcopos Osrhoenæ provinciæ contra eundem Rabbulam Edessenæ civitatis Episcopum.

a Multis & dignis fide viris [a]subtiliter & integrè didicimus quia bonorandissimus Rabbulas & Edessam perturbat & omnes qui vicinas provincias habitant, apostolicæ fidei valde contraria perpetrans, & eos qui rectè sapere elegerunt vertit in fugam, & multa molitur contra orthodoxam fidem. Vnde compulsi sumus, hæc discentes à plurimis, vestræ religiositati epistolam destinare; ut si vera sint ista quæ hic diffamantur à pluribus, immunes vos ab ejus communione servetis, donec eum evocantes ad nos, & integrè discutientes quæ ad eum pertinent, aut ignoscamus satisfacienti, aut convictum subdamus satisfactionibus regulæ. Oportet enim vestram Deo amabilitatem in fidei causa uti fiducia qua & præter litteras nostras vestra sanctitas utique uti potuerat; quippe quæ in divinis legibus antè conscripta est. Omnem fraternitatem quæ vobiscum est ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

CAPUT XLV. 133

Hypomnysticum Theodoreti ad Alexandrum Metropolitanum.

Venientibus quibusdam, & qui præsentes se fuisse ipso tempore in ipsa Thyanensi civitate & hæc vidisse confirmaverunt, cognovimus quia [b]Firmus subtrahens aliquos qui erant de provincia sua, cum multitudine venit super Deo amicissimum [c]Eutherium, & quendam ex assessoribus ordinavit, & quia magnificentissimus Comes Longras Isauros ad auxilium sanctissimi Episcopi Eutherii destinavit. Et portas quidem civitatis ad eos qui contra Episcopum venerant cives claudebant. Dum ergo ingressi fuissent universi, supervenientes tenuerunt, inter quos & eum qui ab eodem Firmo fuerat ordinatus. At verò ipse qui ordinatus est negavit ordinationem suam, dicens & contra voluntatem se ordinatum fuisse & non acquievisse, ita ut mox se indueret chlamydem, & in theatrum vadens exspectaret ludos. Aliqui verò qui cum ipso erant fugientes, ad Nazianzum pervenerunt. Hæc agnoscens, multo dolore atque angustia sum repletus, cogitans Ecclesiarum quæ ubique sunt perturbationem & procellam solam & per omnia pessimam. Oret igitur sanctitas tua & Dominum deprecetur ut extinguat hanc validissimam tempestatem, & vel modicam serenitatem donet Ecclesiis. Quæ verò & contra Deo amicissimum Episcopum Dorotheum Martianopolitanum tentaverunt adversarii veritatis efficere, & ex ipsis agnosces, Domine, quæ ab eo ad amatorem Christi regiæ urbis populum per epistolam dicta sunt. Hujus enim rei gratia nobis ab aliis directum [d]exemplar earundem litterarum tuæ sanctitati direxi.

CAPUT XLVI. 134

Epistola Dorothei Metropolitæ, missa ad populum Constantinopolitanum.

Revertente reverentissimo Martino compresbytero suscepimus à vestra caritate litteras; & colligentes nosmetipsos in idem, & legentes eas, confusi sumus immodicè, colligentes quia in tali tempore multorum millium charissimatum plena & amica Dei navis vestra piorum sacerdotum sit nunc æstuat; ita ut nonnulli quidem vestrorum catechumeni de hac vita exierint, alii verò vita desiderantes ultima communionis judicium, in ipso vitæ termino id non potuerint obtinere, eò quod adversarentur communicare cum impiis; sed sic ad Dominum migraverunt. Verumtamen nostræ fidei nobilitatem recordati, quam didicimus à prioribus temporibus, ad gratiarum actionem conversi sumus, omni tribulatione deposita; quia & ille justus judex, cùm sit etiam clemens, & per omnia nostrum propositum noverit, etiam solâ voluntate contentus est, & ad nostram sæpe intentionem mensurat divitias misericordiæ suæ ac fontem propriæ largitatis. Veruntamen vestræ caritatis epistolam non nos soli cognovimus, sed etiam legi eam Christo amicis plebibus cum litteris orientalium Deo amicissimorum Episcoporum coram Ecclesia fecimus. Communem orationem cuncti pro vestra stabilitate ac fiducia, quæ secundùm Deum est, cum compunctione cordis & lachrymis obtulimus Domino Christo, ut ad summa Ecclesiæ gubernacula in tempestate hac maxima deprecantes. Sed his ita gestis à nobis in Domini corde, nequam dæmon stimulatus de his quæ ab omnibus pariter atque affectu sincero fiebant, præparavit ut superveniret ad civitatem nostram cum magnificentissimo & religiosissimo magistro militiæ [e]Plintha [f]Saturninus quidam, qui diffamabat semetipsum ab apostatis & prævaricatoribus Episcopum fuisse ordinatum nostræ metropoli, qui & per violentiam capere hanc studuit patrocinio viri prædicti; sed spiritus armati virtute populi nostri, imitatores vestræ in Christo fortitudinis facti sunt. e f

Omnia enim reliqua in præsenti postponentes, intus intra sanctæ Ecclesiæ septa psalmis & hymnis & canticis spiritualibus semetipsos armantes, machinamenta adversariorum omnia, & Saturnini artes, & concinnationes eorum qui etiam patrocinabantur telam araneorum ostenderunt. Præparaverunt semetipsos antè de vita exire præsenti quàm nequam & impium suscipere pseudoepiscopum, maximè cognoscentes quia unam Domini & salvatoris nostri naturam prodigiosè denuntiet, alteram negans. Si enim, sicut putat, una natura est, necesse est eam aut mortalem esse aut immortalem. Et si mortalis est hæc circa eorum impiam factionem, igitur Deus verbum passibilis atque mortalis est. Si verò hanc impassibilem dicunt,

[a] SUBTILITER] evidenter, ut suprà cap. XXVIII. pag. 725 Item infrà cap. LIV. LVII

[b] FIRMUS] Episcopus metropolitanus Cæsareæ Cappadociæ primæ, unus inter primos synodi Ephesinæ.

[c] EUTHERIUM] Episcopum metropolitanum Thyanensem in secunda Cappadocia, damnatum cum reliquis orientalibus in eadem synodo, deinde relegatum Scythopolim, ac postea Tyrum, ubi defunctus est, ut legitur infrà cap CXC.

[d] EXEMPLAR] Extat in capite sequenti.

[e] PLINTHA] Anno CCCCXIX. Plinta fuit Consul cum Monaxio, idem hauddubiè qui heic vocatur magister militiæ. Nam tum sæpe consularis dignitas tribuebatur magistris militiæ, ut docent exempla Dagalaisi, Timasii, Abundantii, Stilichonis, Constantii, & Dionysii.

[f] SATURNINUS] Valuit istius ordinatio, repugnante licèt plebe. Interfuit enim Concilio CP. Flaviani adversùs Eutychetem, ut legitur in tomo quarto Conciliorum pag. 183. 230.

clarè circa illos Christianorum gloria est convicta, & salutaris baptismi evertitur donom. Ad quid enim jam pertinebit quod Apostolus ait: *Quicunque in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus ei per baptisma in mortem.* Vbi verò est & id quod est scriptum: *Sicut plantati facti sumus similitudini mortis ejus, sic etiam resurrectionis erimus.* Propter ista igitur simili zelo reverentiæ vestræ motus nostræ Ecclesiæ [populus] festinavit non deserere vestra vestigia. Vnde & clementis Dei gratia effulgens super nos hoc præparavit ut omnem inimicorum conatum fumi vice dissolveret. Saturninus autem, sicut venerat, sic discessit. His igitur ita factis, & dum prædictus venerabilis Presbyter Martious propter id ad regiam pergeret civitatem, justum esse arbitrati sumus per humiles litteras nostras hæc ipsa sicut dilectis nobis innotescere & rogare amicam Christi dilectionem vestram ut reaccendentes, per pium zelum ad Deum, pium desiderium circa patrem vestrum [a] coepiscopum nostrum, hujus quidem sine oblivione habeatis memoriam vos, qui per ea quæ docuit ac docet nunc usque, dum leguntur, semper juvamini. Permanete verò in sana confessione patrum qui in Nicæa congregati sunt, absque omni simolatione clamantes: *Credimus in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula,* consubstantialem nobis quippe, ut ex semine Abraham & David circa humanitatis naturam. Neque enim quiescimus unquam dicere duas naturas in
b filio; licèt non videatur [b] heredibus impiæ culturæ
c Apollinarii, qui dignus est exuri. [c] Eundem tamen confitentes creatorem operatoremque universorum secundùm deitatis rationem, è spiritu
d sancto & Maria virgine secundùm [d] humanitatis fructum, impassibilem & immortalem secundùm humanitatem. Hæc incessabiliter meditamini, in his permanete, ut profectus vester manifestus in omnibus sit. Rogamus autem vos; ô amice Dei grex Christi, quò per operationes ac deprecationes supplicetis Domino Christo ut quantocius hanc torios orbis terrarum increper tempestatem & profundam nobis Ecclesiarum pacem donet.

CAPVT XLVII. 135

Alia epistola Theodoreti ad populum Constantinopolitanum, commendatitia.

QVantum nos anxios facit error eorum qui rectam viam dereliquerunt, tam lætificat vestræ Deo amabilitatis fervens zelus pro evangelica fide. Invenimus enim & beatum Paulum dolentem quidem nimis de insania inimicorum, reanimatum tamen de unitate fidelium. Vnde & Timotheo scribens tristitiam quam de illis habebat, revelavit & refrigerium quod de istis, inquiens: *Nosti quia aversi sunt à me omnes qui sunt in Asia; quorum est Philetus & Hermogenes.* Et ostendens factam sibi per illam angustiam divinitus consolationem, mox superadjecit & hæc: *Det Dominus misericordiam Onesiphori domui, qui sæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit, & veniens Romam studiosius me quæsivit & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam à Deo.* Maximam igitur & nos habemus consolationem Deo amabilitatis vestræ devotionem; & firmitas fidei vestræ dissolvit tristitiam nostram, quam patit hiems quæ comprehendit Ecclesias. Vnde etiam sæpius scribens festinamus etiam [accipere] sanctam lectionem vestram; & indicamus quia nos nocte ac die pro pietate laborem suscipimus, & speramus nos non perdituros usque ad mortem doctrinam traditam nobis à sanctis Apostolis. Attestantur verò his literis & Domini mei sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Iohannes & Petrus & Eliseus & Alphius & Iephthahe, qui elegerunt expelli ab Ecclesiis sibi commissis & multa millia luctuum species sustinere quàm perdere apostolicam hereditatem. Confidentes igitur quia non sustinebimus despicere ut vel [una syllaba] doctrinæ quam percepimus corrumpatur, state in fide, viriliter agite, & confortamini. Omnia vestra in caritate fiant, & Deus pacis erit vobiscum.

CAPVT XLVIII. 136

Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad [e] Helladium Tharsi Episcopum, quando allata sibi Maximiani synodica, noluit ejus nomen in [f] diptycha recipere. e f

COndelector tuæ religiositati, quæ sic clarè pugnavit. In circuitu namque ambulantibus impiis, vestra effulsit Ecclesia. Non enim pacificæ ramum portabant olivæ qui venerant, sed sanguinem & mortem insatiabiles requirebant. Vnde desendentes in omnem prædicabimini orbem terræ, & claritatem vobis universa secula non deducent. Tales enim sunt piorum fortes animi, ut faciliùs universa deponant quàm piæ fidei possessionem. circa quam quicunque damnificati fuerint, nihil eis prodest, etiamsi totum mundum lucrentur, juxta Domini vocem. Qui verò lucrati hoc fuerint, heredes quidem æternæ sunt vitæ, obtinentes possessionem qua nihil dignum est eorum quæ præsentia sunt nisi futura tantùm, & quæ parata sunt piis his qui parvo quidem tempore habent pro pia religione fiduciam, in illum verò qui absque senecta & fine est ordinem mutabuntur.

[a] COEPISCOPVM] In veteri libro scriptum erat, ut sæpe fit, *quoepiscopum.* Quod cùm Lupus non intelligeret, sic reposuit, *quoque Episcopum*, inepto admodum sensu. Intelligit autem Dorotheus Nastorium Constantinopoleos Episcopum.

[b] HEREDIB. APOLLIN.] id est, Cyrillo Alexandrino & sequacibus ejus.

[c] EVNDEM] Ita nos emendavimus. Lupus enim ediderat, *Et unde.*

[d] HVMANITATIS FRVCTVM] Videtur legendum, *humanitatem factum, impassibilem & immortalem secundùm deitatem, passibilem & mortalem secundùm humanitatem*

[e] HELLADIVM] Tharsi Ciliciæ Episcopum, antea archimandritam monasterii Antiocheni post Theodosium, ut docet Theodoretus cap. 10. historiæ religiosæ. Valde senem fuisse quum factus est Episcopus hinc apparet quòd Theodoretus ibidem scribat illum pastoralem monachorum curam gessisse per sexaginta annos antè quàm ad episcopatum perveniret.

[f] DIPTYCHA] in codicem ecclesiasticum in quo scripta erant nomina communicantium cum Ecclesia cujus erant illa diptycha. In eo autem codice ponebantur seorsim Episcopi, seorsim laici, ut patet ex Facundo lib. 4. cap. 1. Hinc idem lib. 8 cap. 6. rectè catalogum Episcoporum vocat locum in quo nomina Episcoporum scripta erant.

CAPVT

CAPUT XLIX. 137

Item epistola Johannis Antiocheni Episcopi ad clerum & populum Tharsensis Ecclesiæ, quando personuerat quòd Imperator jussisset ut inde pelleretur Helladius, eò quod minimè suscepisset Maximiani Episcopi Constantinopolitani synodica.

FAma quædam novelli facti contra Ecclesiam vestram significata, nobis etiam annuntiata est. Sive autem fama est, sive res, quam fore venit in notitiam vestram, quæ bene ac magnè inchoavit pro Christi fide certamina fortiter propugnare, & favillam arbitrari ipsam facti quæ contra vos nuntiata est novitatem. Talia enim novit quidem dextera Dei dissolvere. Scit verò & egregius animus irrisione digna monstrare. Vnde rogo vestram in Christo beatitatem neque corpore neque anima præter illa quæ olim nobis cognita sunt aut sapere aut in consilium sumere. Vult enim Deus ut ex nulla re quæ apud homines vel tristifica est vel suavis occasionem perditionis fidei faciamus. Nam si quæ ventilantur causæ dissidii, de sedibus aut præsidentibus essent, & non de piis impiisque dogmatibus, forsan haberet aliquam veniam remissio animi. Si verò confessionis est tempus, quæso ut fidem, quæ sola, omnibus præferamus, in qua & spem salutis habemus, pro qua hi qui ante nos fuerunt & vitam despexerunt & mortem, neque ad patiendum quodlibet hæsitantes neque ad agendum. Ne appareat inter vos aliquis qui commune prodat in animæ suæ damnationem. Magis autem ne quis appareat in Ecclesia vestra qui non sit defensor pietatis & putans bonum esse segnitiem. Decet enim & amicum Deo esse; ut omnis qui apud vos perstet unusquisque in ordine suo & ætate ostendere fortitudinem pro pietate religionis ad Deum & sacerdote sancto & pro civitate quæ & magnum dixerim quoque Paulum protulit, illum quem nullum periculum à Christi caritate sejunxit. Quamvis vel si famam vanam ea quæ dicuntur esse noscamus.

CAPUT L. 138

Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum de [a] Aristolao, quem pro pace facienda misit Theodosius Imperator ad eundem Iohannem & Cyrillum Alexandriæ Patriarcham cum epistolis suis, per quas [b] synodis omnibus inter eos pacem fieri jussit.

QVi me vocavit ad [c] Constantinopolim, jam in januis est mirandissimus Tribunus Aristolaus. Si autem in nostra fuerit potestate ire vel non, responsione congrua opus est & quæ ex communi deliberatione descendit. Si verò violentum sustinuerimus aliquid, vel hoc eveniat ut valedicamus ad invicem; licèt nostrum corpus ita sit fragile ut si Cyrillus nullibus contra me necessitatibus abutatur, vias me assumere possibile non sit. Scriptum mihi est enim ab aliquibus amicis & propriis qua & in via mihi dolus interfectionis compositus sit, si passus fuero iter assumere. Et hæc agnoscens, quæso ut post collectam quæ hoc tempore Cyri fieri solet, simul cum Domino meo Deo amicissimo Episcopo Theodoreto & his quoscunque repereris advenire absque mora digneris. Ea enim quæ ad fidem pertinent, si cum fastidio cœperint agi, ad extrema pervenient, dum quid sim responsurus ignorem. Propositiones verò quæ nunc adferuntur, apertè sunt impiæ. Nam Cyrilli quidem capitula obumbratam habent incongruitatem. Nunc autem qui potestatem obtinuerunt inimici Dei, proponunt anathemarizandos esse hos qui dicunt duas naturas. quod nec ipse qui primus exstat illorum Cyrillus dicere elatè præsumpsit. Volo autem ut dum veneritis, quasi sub occasione honoris Domini mei magnificentissimi & gloriosissimi [d] magistri militum veniatis. Nam & ipse præceptum habet ut nobis violentus insistat de his ipsis importabilibus propositionibus. Hæc autem scripsimus per reverentissimum Presbyterum Eliam. Omnem quæ tecum est fraternitatem plurimùm salutamus.

CAPUT LI. 139

[e] Hypomnysticum Imperatoris Theodosii ad Acacium Episcopum Berrhææ.

HOc fuit à principio tuæ reverentiæ opus ut orthodoxia maneret & insuper augeretur. Iam enim & ante hoc tuo labore ac nisu divina membra catholicæ ac veræ fidei bene conjuncta sunt. Et nunc, quia diaboli cujusdam nequitia & non simplici neque regulari doctrina semina discissionis unitis & unum idemque sapientibus sparsa sunt, virtutem te recipere hortor illam quæ omnibus nota est, ut simul orationibus ad Deum & circa sacerdotes consiliis colligere quæ partita sunt atque conjungere quæ nec justè nec sanctè in pugna sunt universa festines. Erit verò, ut arbitramur, hoc facile tuæ sanctitati, si reverentissimum Iohannem Antiochenorum Episcopum non contendere neque insistere humanæ voluntati sive errori fueris exhortatus, magis verò institeris ut ab illo recedat. Contra ejus adinventiones novitatemque doctrinæ universi certant. Decet enim ut in hac [f] senectute & hoc certamen tua religiositas exequatur. Quod dum perelaboraveris, etiam eorum quæ olim fortiter peregisti prædicaberis victor.

[a] ARISTOLAO] Sacra per eum missa ad Ioannem Antiochenum extat suprà pag. 585. ex qua & ex epistola Cyrilli ad Acacium Melitinensem suprà pag. 599 accepit Liberatus ea quæ de negotio isto scripsit. Ait autem Episcopos Constantinopoli repertos dixisse non aliter redintegrari posse concordiam Ecclesiarum *nisi prius iretur & præferretur unius fidei vinculum.* Voces illæ, *prius iretur*, obscuræ, & meritò, visæ sunt clarissimo viro Ioanni Garnerio. Vide suprà pag. 600. De Aristolao vide rursum infrà cap. CXCIV. & CCXIII. Ex epistola quippe missa per Aristolaum constat Nicomediam statim delectam esse quò duo illi antistites convenirent, & pollicitum fuisse Imperatorem admissurum se eos post pacem factam. Itaque è Nicomedia facilè venturi erant Constantinopolim.

[b] SYNODIS] Puto legendum esse *modis*.

[c] CONSTANTINOP.] Hinc collegit Lupus Cyrillum & Ioannem primò evocatos fuisse Constantinopolim, sed Theodosium postea mutasse. quod falsum est.

[d] MAGISTRI MILIT.] Plinthæ, cujus mentio suprà cap. XLVI. pag. 750.

[e] HYPOMNISTIC.] Hujus epistolæ mentionem facere videtur Paulus Emesenus in libello quem dedit Archiepiscopo Cyrillo suprà pag. 589. Videtur autem missa fuisse per Aristolaum.

[f] SENECTUTE] Vide suprà cap. XLI. pag. 745. & infrà cap. LV. pag. 857.

CAPUT LII. 140

Synodicon a b

[a] Hypomnysticum ad sanctum [b] Symeonem Stylitem per eundem Aristolaum.

Totam reverentiæ tuæ vitam ad Deum conversam & ita viventem ut possis habere fiduciam & circa nos ejus conciliare propitiationem intelligentes, necessariè ad has nunc sumus venire litteras invitati, ut rem quæ re vera ad divinam providentiam pertinet in hoc præcipuè tempore agere festines. Dicimus verò pacem quæ bene fuerat radicata firmari, litigium verò molitione cujusdam diabolicæ malignitatis immissum præparetes amovere. Bene autem novimus hoc futurum, confidentes de tuæ orationibus sanctitatis & instantia atque hortationibus ad eos qui fundare hanc poterunt & redintegrare dissensam. Reverentissimus enim Iohannes Antiochenus Episcopus, [c] si subscribere ejus depositioni voluerit qui semina contentionis immisit, & patefecerit non se consentire ipsi dogmati vocum novitate insipientiaque præsumpto, diffessorum membrorum rursus sequetur unitio, in hoc simul concurrentibus universis. Si enim fecerit hoc & reverentissimo Episcopo Alexandriæ Cyrillo consenserit, cui & qui in occidente & qui hic sunt & qui ubique concurrunt, ea quæ olim divina clementia cohærebant, nunc quoque jungentur. Molestiam namque hanc & perturbationem superflua & inutilis, magis verò & noxia generavit illa doctrina; quæ depulsa ab animabus nostris, longèque fugata, orationibus vestris requiescere nos, sicut de adjutorio Dei confidimus, & reficere poterit. Sic enim nos dissolutio perturbat ut hanc & primam causam eorum quæ dure contingunt esse putemus; & confidimus quia secundùm divinæ clementiæ arbitrium cuncta imperio nostro proficiant, si Ecclesiæ rectæque fidei membra conjuncta fuerint & unita. Ad hunc effectum & optimum certato certamen, ut superes dæmonum tentamenta. Deputabitur enim tibi & hoc ad maximum bellum fortissimamque victoriam. Qua obrenta, eris tui sequax, ea quæ professus es agens. De quibus & confidens esto, deprecans ut indesinenter intercessionibus consuetis nos nostrumque imperium atque omnes qui sub nostro principatu sunt Deo commendes: quoniam nobis præcipuè, qui convenientem curam pro ejus exhibemus pace, culturæ ipsius virtute largâ bona præstantur.



CAPUT LIII. 141

Synodicon d

[d] Propositiones quæ directæ sunt ab Acacio Berrhœensi Episcopo per Aristolaum Tribunum & Notarium Cyrillo Episcopo Alexandrino ex Concilio Episcoporum Iohannis Antiochiæ, Alexandri Hierapolis, Macarii Laodiceæ, Andreæ Samosatæ, & Theodoreti Cyri, de pace facienda.

Permanemus in fide sanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt; quæ evangelicam & apostolicam doctrinam continet, & additamento non indiget. Manifestum verò ejus effecit intellectum & sanctissimus ac beatissimus Athanasius Episcopos Alexandriæ atque confessor in epistola ad beatissimum & Deo amicissimum Epictetum Episcopum Corinthi. Permanemus igitur & in ipsa, tamquam integram interpretationem habente prædictæ fidei. Quæ verò nuper superintroducta sunt dogmata, vel per epistolas, vel per capitula, tamquam quæ id quod est commune turbantia, excutimus, contenti antiqua patrum legislatione, & sequentes eum qui dixit: *Ne transferas terminos æternos quos posuerunt patres tui.*

CAPUT LIV. 142

Epistola Alexandri, Andreæ, & Theodoreti Episcoporum ad Helladium Tharsi Episcopum, sicut posuit Irenæus.

Scientes quantam curam sollicitudinemque tua sanctitas habeat, necessarium duximus indicare quia intravimus Antiochiam convocati, & invenimus per divinam gratiam non vera esse quæ fuerant diffamata & inimicorum veritatis superfluam verbositatem & araneis similem. Habentes igitur de his quæ sunt agenda Concilium, & intuentes quia salva pietate, etiam de pace oporteat cogitare, quasdam propositiones direximus, & retum compositionis modos, ut si quidem susceperint unam earum, suscipiamus eos in commonionem, non consentientes bis quæ contra sanctissimum Episcopum Nestorium ab eis facta sunt, sed ipsum quidem sicut habuimus habeamus, alios verò qui nostras propositiones susceperint suscipiamus ad communionem pro Ecclesiæ pace. Direximus verò propositiones ipsas, ut agnoscat religiositas tua quia non neglеximus dogmata nostra, sed curam fecimus competentem. Ut verò & hoc tuæ religiositati manifestum faciamus, scito, Domine Deo amicissime, quia nos usque ad mortem pro pietate persistimus, vindicantes eos qui nobis commissi sunt greges. Prius quàm scripta est epistola, placuit ut una [e] sex propositionum, quæ vivacissima est, & dogmatum collectionem tenet, proponeretur eis cum epistola beatissimi & sancti

[a] Hypomnistic] Extat ex interpretatione Pelțani, sed quæ emendata est ab editoribus Romanis. in tomo tertio Conciliorum pag. 1081.

[b] Symeonem] virum sanctitatis fama celebrem, ad quem etiam scripsisse postea Leonem Imperatorem in causa discidii quod tum turbabat Ecclesiam docet indiculus eorum ad quos idem Leo scripsit, qui habetur in codice encyclio Hinc ergo acceperunt Evagrius, Nicephorus, & Cedrenus. De hoc rursum mentio infrà cap. CXLVI.

[c] Si subscripserit] Non aliter enim revocari posse concordiam Theodosio responderant Episcopi qui cum Maximiano erant quàm si Ioannes Antiochenus anathematizaret dogmata Nestorii & ex scripto profiteretur damnationem ejus, ut legitur suprà pag. 599. & hinc apud Liberatum.

[d] Propositiones] Sex fuisse patet ex capitibus LIV & LX. hujus synodici. Isthic prima tantùm ponitur. Vide infrà cap. CVIII. Illarum porrò auctorem fuisse Theodoretum ipse docet infrà cap. LX.

[e] Sex propositionum] de quibus vide suprà cap. LIII. & infrà cap. LX.

Anno Christi 431. Synodicon.

ctissimi Athanasii Alexandrinorum civitatis Episcopi quæ scripta est ad sanctissimum [a] Epictetum Corinthi Episcopum, quam putamus habere tuam quoque religiositatem, quam resistens Apollinarii hæresi scripsit sanctissimus prædictus Episcopus, integrè atque [b] subtiliter apostolicam doctrinam exponens. Et incipit. *Ratus ea quæ exposita sunt à sanctis patribus qui Nicæam convenerunt.*

CAPUT LV. 143

Epistola sancti Acacii Episcopi Berrhææ ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum.

Redit ab [c] Alexandria, non Aristolaus per omnia admirandissimus & fidissimus Tribunus atque Notarius, sed nobilissimus magistrianus [d] Maximus, qui cum eo est. Hunc enim direxit ad nos deferentem & ipsius litteras & sanctissimi Episcopi Cyrilli. Et [e] Episcopus quidem qui Romæ est onam ad me scripsit epistolam; [f] Alexandriæ verò tres vel quatuor, ex quibus unius rescriptum tuæ religiositati direxi. Si igitur possibile est, fatigatiooem usque ad nos facies. Si verò, sicut scripsisti, nunc usque pedibus doles, inspiciens litteras Deo amicissimi Episcopi Cyrilli, & cognoscens quanta usus sit [g] acribia in fidei causa, scribens ad nos acquiesce ad ea quæ nos rescribemus cum Concilio Deo amicissimi atque sanctissimi Iohannis Episcopi & Pauli ac reliquorum qui Antiochiæ reperti fuerint Domini Episcopi. Ipsum verò rescriptum epistolæ cùm eis litteris destinavi & Domino meo Deo amicissimo Episcopo Theodoreto, rogans eum veniat usque ad nos. Si autem retinetur ob hoc quòd illuc advenerit magnificentissimus magister militiæ, scribat ad nos quia consentit ad ea quæ nos definiemus & quæ ad Alexandriam rescribemus. Profundissimæ autem [h] senectuti nostræ ut parcatis quæso, & detis manum hoc maximè agenti ut hoc nobis auferatur opprobrium & ad differentiam intolerabilis læsio. Scitis enim quia in omnibus vobiscum sum inconductus & quia in Epheso quidem Deo amicissimus [i] Paulus Episcopus subscripsit pro me. Ego verò, sicut allegaris, ad pium Imperatorem nostrum retuli per epistolam, ut hæreticum commemorans Deo amicissimum Episcopum Cyrillum, qui & reprehendit nos in his quæ ad nos scripsit in præsenti, quodam modo submurmurans quòd de ipso tamquam de hæretico fecerim meotionem in his quæ ad Imperatorem serenissimum per litteras retuli. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT LVI.

[a] Domino meo dilectissimo fratri & comministratori Acacio Cyrillus in Domino salutem. Decentem se etiam nunc curam suscepit sanctitas tua. Intentio est enim illi secundùm bonam voluntatem salvatoris omnium nostrum Dei ut conjungantur Ecclesiæ, & ut de medio quædam fiat pusillanimitas, persuadeantur verò hi qui debent unanimes esse, atque omne quod contristat auferatur, & ea quæ dirupta sunt, caritatis vinculis restringantur. Sed, sicut videtur, nonnulli eorum qui illic sunt videntur quidem putati ad superficiem clarè injungere ad usque tuæ perfectionis intentionem, aut ipsam verò latent, aut quasi celare se studeores efficiunt. Ea namque agere expetunt quæ fieri non queunt. Quid aliud est nisi rebus ipsis reclamare quòd pacis faciendæ non habeant voluntatem? Et hæc dico epistolam relegens à tua perfectione transmissam, per quam didici expetere illos ut omne [l] conscriptum & omnis epistola quæ ante synodum peracta est adjudicari aut abjurari à nobis debeant, consentiri autem rectæ fidei symbolo quod definitum est secundùm tempus à sanctis patribus in magna Nicæna synodo. Ego verò, quoniam sanctum quidem illud symbolum sufficit ad omnem scientiam bonam, & de illo nihil omnino est, dicam utique atque consentiam, etiamsi aliquibus aliis hoc sapere minimè videar aut dicere. Admiratus verò sum illud. Nestorio enim retortas illas & abominandissimas eructante voces contra omnium nostrum salvatorem Christum, & hoc coram Ecclesia, scripsimus quæ scripsimus, contradicentes scilicet, & pollutis vocum novitatibus ejus producentes contrariam veritatem. Et per gratiam Dei omnes ipsis intendentes, plures quidem mirati sunt, & recto intellectu honoraverunt quæ à nobis dicta sunt contra eum. Sed oescio quid hi qui nunc debent anathematizare polluta illius dogmata & ab illius impietate semetipsos alienos efficere, ad omne contrarium studium coovertentes, exterminari quærunt quæ adversùs eum scripta sunt. Quam rationem, quæso, id habet? Intelligit enim sanctitas tua quantam res habeat incongruitatem, si nos quæ pro recta fide scripsimus, quoniam nostra sunt, abnegemus, immo potiùs accusemus piam fidem. Ergo si se illa contra Nestorium rectè non habent, sive quæ contra perversa ejus dogmata scripta sunt, sine causa depositus est; immo magis & ille quidem forsitan rectè sapit. Erravimus autem oos, non ei consentientes, immo qui jam

[a] Epictetum] quam falsatam esse conqueritur sanctus Cyrillus in epistola ad Ioannem Antiochenum suprà pag. 596. & in epistola ad Acacium Melitinensem pag. 606. Ejus fragmentum extat suprà pag. 466. & 611. ex quo intelligimus tres saltem antiquitus fuisse Latinas istius epistolæ versiones. Tertiam enim ab istis diversam edidit nuper Paschasius Quesnellus.

[b] Subtiliter] evidenter. Vide suprà cap. XXIV. pag. 749.

[c] Alexandria] Hinc colligo Aristolaum primò profectum esse Antiochiam, utpote viciniorem Constantinopoli, & dein Alexandriam ivisse cum Maximo magistriano. Illic locutus cum Cyrillo, quem orientales heredem Arrii, Eunomii, & Apollinaris vocabant, ab eo accepit litteras in quibus hæreticos illos anathematizabat, ut legitur infrà cap. LVI. LXI. & LXVII.

[d] Maximus] de quo vide infrà cap. LXI. & LXXVI.

[e] Episcopus Romæ] Sixtus III. Cælestini successor. Non extat autem epistola ad Acacium quæ heic commemoratur.

[f] Alexandriæ] id est, Cyrillus Episcopus Alexandriæ. Is ergo tres aut quatuor litteras de negotio pacis scripsit ad Acacium; quarum unam, id est, sequentem, Acacius misit ad Theodoretum. Istius autem responsoria extat infrà cap. LX. Epistolarum porrò à Cyrillo scriptarum ad Acacium mentio est etiam infrà cap. LVII.

[g] Acribia] Infrà cap. LXIII. *ut secundùm acribiam ratiocinemur*. Acribia hoc loco significat diligentiam, ut sæpe alibi. Vide quæ dicta sunt ad caput XI. pag. 705.

[h] Senectuti] Vide suprà cap. XLI. pag. 745.

[i] Paulus subscripsit] Suprà pag. 577. *Paulo Episcopo Emesenorum facienti sermonem & pro sanctissimo Episcopo Acacio Berrœa*. Vide etiam suprà cap. XXIII. pag. 720.

[k] Domino] Hujus epistolæ mentionem facere videtur sanctus Cyrillus in epistola ad Acacium Melitinensem suprà pag. 600. Illius verò initium & sensus referuntur infrà cap. CXXXVI.

[l] Conscriptum] Eadem habentur in laudata epistola ad Acacium Melitinensem.

scripsimus his quæ dixit adversa. Et certè Nestorii multi feruntur codices omnia confundentes & perturbantes Ecclesias. Deinde quomodo nos ea quæ contra ipsum sunt scripta delebimus, quæ forsan aliquibus juvamen vel breve contigit efficere? Pervidet igitur tua, quæ omni sapientia est plena, perfectio quia rem impossibilem quærunt & tantum longè sunt à voluntate mitigandi interjacentem discordiam ut eam reducant ad principium contentionis illius quæ narrari non potest. Cur enim non potiùs ad Ephesinam metropolim venientes cum synodo unum protulere decretum contra eum qui talia & tanta impiè prædicavit? Nam si vel modicum tardaverant, quid prohibebat ut commentaria inspicientes gestorum satisfacerent eis quæ legitimè fuerant facta, & consentirent, sicut dixi, recto & quod increpari non debet decreto cunctorum? Sed è contrà, nec Dominum cogitantes, neque causam pro qua congregati sunt, (non enim de communi quacunque causa sermo erat, sed de fide, per quam mundum salvavit Deus & pater,) omnem cruditatem & omne fraternum odium in nobis ostenderunt tam sanctam & universalem synodum excommunicatione injuriantes, & hoc absque judicio, quam etiam velut immiti dextera gladium sævitiæ intingentes in me ac reverentissimo Episcopo Memnone. Ponamus enim quia secundùm veritatem & transiit nos aliquid quod ad rectitudinem dogmatum pertinet, aut circa alios modos subjecti aliquibus culpis eramus sive peccatis, non oportere dignos fieri priùs sermone colloquii? Atqui dum certè omnes sustinuerimus Nestorium, dum triennale tempus blasphemando consumeret, & nobiscum vero sanctitas tua & omne Concilium, fecimus abducere quidem illum ab eis, transformare autem potiùs ad illa dogmata quæ ad rectitudinem veritatemque respiciunt. Dum verò persisteret, & multò deteriora verbo laberetur adversùs gloriam Christi & in ipsa Ephesiorum metropoli, de reliquo tamquam incurabili languore detentum sancta synodus removit à sacerdotio. Volo autem tuam sanctitatem [a] utile aliquid commemorare, quod ad præsens pertinet tempus. Quando enim in magna Constantinopoli sancta vestra synodus congregata est, tunc quando [b] Iohannes est accusatus, deinde gesta sunt super eo à multis in scripto commentaria, cùm futurum esset ut contra eum definitio proferretur, & essem [c] ego unus adstantium, scio me audisse sanctitatem tuam sanctæ synodo sic dicentem: *Quia si scirem quòd nunc, si Iohanni veniam largiremur, melior fieret semetipso, & recederet à duritia & asperitate quæ in eo est, omnes vos rogassem pro eo.* Admirabilis ergo etiam circa hoc iterum judicata est sanctitas tua, quippe ut quæ dixerit veritatem. Quid igitur oportebat sanctam synodum facere, quæ impœnitentem & sic pertinacem reperit illum qui rectæ fidei repugnavit? Quoniam verè dicit quia oporteat soli symbolo consentire, vel certè expositioni fidei trecentorum decem & octo, & ego ad hæc dico quia intentio fuit una sanctæ & universali synodo quæ congregata est in Ephesina metropoli ut symbolum confirmaret, quatenus & omnes ita confiterentur & crederent ac docerent, neque adjecto quolibet, neque detracto. Non enim est adjicere super illud, nec est auferre ab eo. Propter hoc enim & contra Nestorium decrevit sicut qui non suaserit illud, quin potiùs removerit atque oblitteraverit, & secundùm nullum quidem modum secutus sit illud, altera verò quædam & dogmatibus Ecclesiæ peregrina insanè auribus insonuerit populorum. Actum est igitur in Epheso super hoc proprium commentum gestorum, [d] confirmante synodo expositam fidem à trecentis decem & octo patribus nostris qui [e] circa suum tempus in Nicæa congregati sunt. Et dixi hoc, ut tua sanctitas bene cognoscat. Quia enim rectè se atque irreprehensibiliter habet, clarè ipsa lectio docet. Adjecimus verò & sanctorum beatorumque [f] patrum testimonia; ut sciant adeuntes quomodo intellexerint illi fidei symbolum qui & nos ipsos mysteriis imbuerunt. Igitur olim tam hoc ab omnibus facto, quare non magis & ipsi consentiunt? Si enim quod omnibus placuit ab omnibus confirmetur, obtinebit omnino pax, dum omnino à nullo ei fuerit contradictum. Igitur etsi nimis plura & valde pessima contra nos ab eis facta sunt, & omnis species adversa humanitati tentata est, sed considerantes quia Deo ac piissimo amicoque Christi Imperatori [placitum] & ipsum verò quod Ecclesiis utile est, & tuæ sanctitatis admonitiones omni reverentia dignas habentes, consequenter ut fratribus dimittimus quæ in nos commiserunt. Illud autem potiùs quærimus quod omnibus videtur bene rectèque se habere. Complacet verò etiam Deo amicissimo Imperatori ut consentiant depositioni Nestorii, anathematizantes ejus blasphemias & polluta dogmata. Et nihil ultra residuum est ut contentio de medio auferatur. Recipient enim semetipsas Ecclesiæ invicem, Christo eis donante præmium pacis. Nec verò simpliciter quidam alienantium & inconsideratorum contra nos evomant verba, ea quæ sunt Apollinarii vel Arrii sive Eunomii me sapere diffamantes, sicut in Epheso conscripserunt. Ego per gratiam salvatoris semper fui & orthodoxus, nutritus vero sum & inter manus orthodoxorum patris. Et neque illa quæ sunt Apollinarii sapui unquam, absit, nec ea quæ alterius cujuslibet hæretici. Immo verò anathematizo illos. Neque enim inanimatum dico Christi corpus. Confiteor verò quòd animatum sit anima rationali. Et neque confusionem vel confermentationem vel refusionem factam confirmo, sicut aliqui dicunt; inconvertibilem verò & immutabilem subsistere secundùm naturam Dei sermonem novi, & omnis passionis insusceptibilem secundùm propriam naturam. Impassibile enim est quod divinum est, & conversionis obumbrationem minimè suffert. Quin potiùs requiescit in propriis bonis. Hæc habet verò inconvertibile, in quibus est [ejus] existentia. Vnum verò eundem Christum & Dominum unigenitum Dei filium, ipsum dico passum pro nobis carne secundùm scripturas, sive secundùm beati Petri vocem. Capitulorum verò virtus contra sola Nestorii dogmata scripta est. Quæ enim ille non rectè dixit ac scripsit, ipsa

[a] VTILE] Sic nos emendavimus. Lupus enim ediderat, *ut ille*, nullo sensu.

[b] IOHANNES] cognomento Chrysostomus Archiepiscopus Constantinopolitanus, dejectus judicio synodi habitæ in suburbio Chalcedonis quod Quercus vocabatur, de qua dictum est suprà pag. 105. Cyrillus hanc synodum vocat Constantinopolitanam, quia Chalcedo est vicina Constantinopoli.

[c] EGO VNUS ADSTANT.] Hinc discimus Cyrillum interfuisse synodo in qua sanctus Ioannes Chrysostomus excepit sententiam depositionis.

[d] CONFIRMANTE] Vide suprà pag. 480.

[e] CIRCA SVVM TEMPVS] id est, *per tempora*, ut alii interpretes vulgò verterunt.

[f] PATRVM TESTIMONIA] Ea extant suprà pag. 465.

ejiciunt. Qui verò anathematizant atque negant ejus vesaniam, cessabunt hæc quæ à nobis scripta sunt increpare. Videbunt enim capitulorum sensa solis illius contraire blasphemiis. Reddita verò communione, factaque inter Ecclesias pace, quando rescribere absque suspectione licuerit, vel eis qui illic sunt ad nos, vel nobis rursus ad eos, tunc & satisfaciemus facillimè. Quæcunque omnino eorum quæ à nobis scripta sunt rectè non intelliguntur à quibusdam, & hæc excandidabuntur. Satisfaciemus enim, Deo favente, non jam sicut repugnantibus, sed sicut fratribus, quia omnino rectè habeant. Et eorum quæ scripsimus nos, Nestorii dogmata impugnantes, nihil est omnino quod dissonet vel sanctis scripturis vel certè fidei definitioni quæ exposita est à sanctis patribus. Dico autem illis qui in Nicæa suo tempore congregati sunt. Nostra igitur invenio ad pacem se habet non impetere quæ sunt definita, ita videlicet si Nestorii, depositioni consentire voluerint & anathematizare contaminata dogmata ejus & communicare & ad concordiam venire, Christo juvante ad idem, qui est pax nostra secundùm scripturas. Eis verò qui dicunt quia oportet ejici ea quæ contra pollutà Nestorii dogmata scripsimus nullus acquiescet. Apertissimè enim elingues nos esse volunt illius blasphemiis, cunctorum nundinantes taciturnitatem. Aut forsan magis & nos persuadendos reputant ut ea quæ sunt illius sapiamus, si quæ nostra sunt abnegemus rectè se atque immaculatè habentia & contra illius vocum novitates stantia. Si verò illorum qui illic sunt quidam, secundùm quod eis videtur, detrahunt aliquibus, ad ea quæ nec convenit transvertentes sensus eorum, sciant quia præter omnes qui in toto orbe sunt soli hi perpetrantes sapiunt. Consenserunt enim his quæ à nobis facta sunt atque consentiunt universi, & rectè se habentibus, & dictis, qui certè subtiles perscrutatores sunt dogmatum divinorum. Et illud autem super hæc tua religiositas cogitet, quia oportet ita componi pacem Deo amicissimorum Episcoporum ut non ulli displiceat eorum qui per omnem Romanorum sunt principatum & universalis fiat, ne minima scissura ingentes plures aliàs faciat. Omnino enim non consentient si tale aliquid fuerit factum quod non frequens videatur. Et maximè hoc cogitari oportet. Cunctis namque instantibus in Epheso, & non acquiescentibus communicare his qui ex oriente sunt, proponentibus verò quia non erit priùs hoc nisi susceperint depositionem Nestorii & anathematizaverint nobiscum dogmata ejus, quomodo, nisi hoc fuerit factum, ea quæ ad communionem pertinent stabunt? Quis autem non clamabit contra nos, dum perdiderimus animas nostras, & negaverimus rectam fidem, & quæ rectè dicta omnibus placuerunt nos ejecerimus, tamquam non rectè sint dicta? Annon oportet, facta pace, nos epistolas mittere his qui ubique super alios religiosissimos Episcopos eminent, ut & ipsi concordes effecti reddant eis communionem? Deinde quis sit qui eis suadeat si quid factum fuerit præter quod omnibus placet, & in quo omnes institerant, ut oporteret depositum haberi Nestorium & anathematizare insanissimam ejus doctrinam, quin potiùs verbositatem contra omnium nostrum salvatorem Iesum Christum? Contristatos verò nimis & intolerabiliter dolentes propter illa quæ contra me gesta sunt ab orientalibus tam ex clero Alexandriæ quàm cunctos Ægyptiacæ diocesis Episcopos religiosissimos sic mitigavit Dominus meus admirandissimus Tribunus Aristolaus ut mihi etiam levissimam pacis faciendæ redderet viam, & omnes venirent in hujusmodi voluntatem. Et plurimùm quidem me fateor ejus admirabilitati esse debitorem, quia modò mihi fit cooperans ad omnia & competentibus rationibus quæ contristabant aboleverit. Saluta fraternitatem quæ apud te est. Te quæ nobiscum est fraternitas in Domino salutat.

CAPUT LVII. 145

Epistola Alexandri Hierapolitani ad Acacium Berrhœensem Episcopum.

ARbitror Dominum Christum præcipientem discipulis suis ut essent prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ, principaliter instruere ut caput omnium bonorum quæ in nobis sunt, rectam fidem sincerissimam conservarent. Sicut enim nulla salus est repentibus, si capite conterantur, sic neque Christiano qui sanam fidem corruperit. Propter hanc crucifixus est Petrus, Paulus capite cæsus est, diversis mortibus evangelistæ atque Apostoli complerverunt pium cursum, obsecuti sunt martyres. Irridebantur verò & subsannabantur omnes passionum temporibus ab his qui multiformes eis mortes crudeliter ingerebant. Scit sanctitas tua quia secundùm Syricam vitam quidem peccator ego sum. Vnde etiam quadragesimum jam annum ago, quibus mea plango peccata. Fidem verò rectam à prima die, sicut testatur sanctitas tua, usque ad mortem dilexi. Vnde nec unquam cessavi his qui vicini sunt de hac abominabili hæresi inferre certamen quam Cyrillus ipsa quidem virtute renovat, Apollinarium verò anathematizat, simile aliquid faciens tamquam si & aliquis ex non existentibus Dei filium dicens anathematizet Arrium, & ut sub una dicam omnes hæreses, ea quæ ipsorum sunt sapiens, hæc prædicat. Vbi enim Deitet, nullum revereor. Cyrillus hæreticus est, unam naturam prædicans Christi, & ipsi universas passiones adjungens, & ipsam mortem. Et lucidum est cuilibet legenti cum veritatis amore capitula ejus, & epistolæ ad Hebræos interpretationem, & epistolas vel festivas vel alias, & universa ejus conscripta, invenite quòd unam naturam Dei & hominis dicat, & quòd sunt unum, & circa hunc sensum caro sit factus, & mortuus fuerit carne, & primogenitus factus fuerit Deus verbum ex mortuis carne. Sparsit verò carnis nomen propter unius naturæ confessionem. Quod si non ita est, minimè opus est multiloquio. Confiteatur quia Christus, qui è sancta virgine genitus est, (Deus namque homo unus filius, unus Christus, unus Dominus) passus secundum humanitatem, crucifixus secundum humanitatem, & resuscitatus fuerit à mortuis per verbi divinitatem, quæ dixit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus resuscitabo illud.* Si verò permanet in capitulis suis hæreticis atque conscriptis, nulla nobis pars est cum illo. Certamus enim circa tribunal Christi & Apostolum gentium præcipientem bonum depositum custodire per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Licitum verò considerate volenti verba ejus ad seductionem, quia verbo quidem seducens impassibilem dicit Deum verbum, inconvertibilem, immutabilem, inconcussibilem, habentem, ut ejus dicto utar, in quibus est per substantiam; in unam verò naturam concludens duas, omnia prædicta

Anno Christi 431. Synodicum.

divinitati unigeniti circumponit. Propter quod non recusavit [a] [in] interpretatione epistolæ ad Hebræos dicere quia & revixit Deus verbum, passus carne. Et hæc verò ex aliis ejus conscriptis, & maximè ex epistolis ejus quas tuæ nuper sanctitati [b] transmisit possibile est his possibiliter qui diligunt discere, [c] subtiliter pervidere quia dicens Dei sermonem immutabilem subsistere & omnis insusceptibilem passionis secundùm propriam naturam, passionem fraudulenter cointroducit dicens Deum verbum carnem factum fuisse, non verò carnem assumpsisse. Hoc enim in totis ferè ponit capitulis suis, carnem Deum verbum ubique factum dicens, tamquam sit ante dispensationem quidem impassibilis, post dispensationem verò passibilis: *Per seipsum* namque, inquit, *impassibilis, Caro autem factus, ut homo sustinuit passionem:* Si verò confessus fuerit evidentissimè duas naturas, liberat semetipsum ab hæretico sensu. Scit enim sanctitas tua, sicut olim mihi per epistolam scripsit, quia & [d] in Roma coram sanctæ memoriæ Episcopo Damaso, præsente tua sanctitate, motum est de hæresi Apollinarii; & [e] nobis duas naturas confitentibus, ut non divinitati passionem tribuamus, dicebant hi qui erant Apollinarii duos nos dicere filios. quod & isti sursum ac deorsum diffamant contra nos. Dicat igitur quia Christus mortuus est, filius passus est, unigenitus passus est. Cur addit quòd verbum carne sit passum? Homine moriente, anima carne patitur mortem? Si verò blasphemum est ut hoc anima passa dicatur carne, ultra impietatem omnem est dicere filium Dei vel Dei verbum vel unigenitum circa intellectum hæreticorum passum carne. In divinis enim scripturis reperimus quia Christus mortuus est, filius mortuus est, unigenitus mortuus est, sanctus mortuus est, justus mortuus. Hæ namque appellationes universæ utrasque naturas ostendunt. Vox autem Dei verbi unam naturam signat. Secundùm quem sensum nunc & filium dixit in epistola carne passum, ut significaret unigeniti passionem divinitate. Scio autem me ab Epheso scribentem direxisse tuæ sanctitati [f] allegationem Melitinensis Acacii, ubi sequens Cyrilli capitula & ejus intellectum, sic in scripto deposuit. *Mentitus est*, inquit, *divinam scripturam Nestorius, tamquam nativitatem mortemque non divinitatis, sed humanitatis, edoceat. Calumniatus est & sanctissimum Episcopum Cyrillum, tamquam Deum passibilem dicentem.* Et habemus totum tomum apud nos ad satisfactionem pro salubri fide bonæ hujus instantiæ. Nos igitur nullam communionem habemus cum his qui talia docent. Si verò potuerit ostendere aliquis sanctissimum Episcopum Nestorium contraria Prophetis & Apostolis & Evangelistis aut sapuisse aut sapere, & doctrinam ejus anathematizamus & ipsum donec orthodoxiam prædicat quam multis in codicibus ejus & habemus & legimus. Nulla necessitas Christi potentia per ipsius gratiam violenter fiet, sed parati sumus omnia sustinere, ut neque impii neque iniqui simus.

CAPUT LVIII. 146

Epistola ejusdem Alexandri ad Andream Episcopum Samosatenorum.

CRedat mihi religiositas tua quia relegens ea quæ scripta sunt à Domino meo sanctissimo Episcopo Acacio, & ea quæ ab Ægyptio illi per epistolam scripta sunt, quæ & tu omnino credo quòd legeris, admiratus sum propter [g] velocem ejus nutum ad mutabilitatem, & oravi ut mihi terra dehisceret; & nisi timor Dei retinuisset me, forsan continuò eremum petens, extremum spatium requisissem. Meminit enim sanctitas tua quales epistolas olim sanctissimis Episcopis destinavimus ab Antiocheno persuasi, quando adveniente mirandissimo Aristolao, ejus litteris convocati convenimus, & euntes ad Antiochiam Concilium fecimus, & multa millia pertractantes deliberavimus, ut propter Ecclesiarum perturbationem mollem quandam propositionem & habentem vel modicum pietatis vestigium proponeremus Ægyptio. Sed & perquisivimus, scrutati sumus, invenimus vix qualem voluimus levem & rursus ab ipsa molliorem & denuo ab hac marcidiorem. Sed breviter dedimus clarissimo Tribuno propositiones. Complacuit verò ei quasi jam quæ mollior esset, ona, & quæ volebat Nicæna fide nos esse contentos, expulsis his quæ quod commune est turbaverunt, sive per epistolas, sive per capitula; ad quam etiam ipsam contradixit, sicut scripsit, Ægyptius. Certat enim, sicut vides, pro capitulis suis & reliquis hæreticis superbisque conscriptis, confirmans ubique quòd impossibile sit hæc unquam expelli quæ ab eo secundùm scripturas sint dicta divinas & contra Nestorii, ut dicit, hæresim. Sed nos tentamus, ut video, sic manifestam illius hac fiducia & tam cruda pro hæresi instantia orthodoxiam diffamare, etiamsi non possimus propellere impietatis torrentem & in nostra deflectere. Ego verò in Dominum Christum credo, quia oculus meus dexter & dextera manus mea si proponatur, Cyrillo neque ejiciente hæretica dogmata, neque apertè confitente Christum & Deum esse & hominem, & passum secundùm humanitatem, & resuscitatum per Dei verbi virtutem secundùm sententiam Domini dicentis, *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud*, abscindam potiùs membra mea per virtutem Domini quàm cum

[a] IN INTERPRETAT.] Ita nos emendavimus. Lupus ediderat, *non recusavit interpretationem epistolæ.* Suprà in hac ipsa epistola mentio est interpretationis epistolæ ad Hebræos à Cyrillo concinnatæ.

[b] TRANSMISIT] quarum mentio suprà cap. XV. pag. 757.

[c] SUBTILITER] evidenter. Vide suprà cap. XLIV. pag. 749.

[d] IN ROMA] Hanc synodum Lupus habitam fuisse censet anno CCCLXXXIII. quo Petrus Episcopus Alexandrinus, quem certum est interfuisse Concilio Romæ adversùs errores Apollinarii habito tempore Damasi, fuit in urbe. Aut igitur Acacius nondum erat Episcopus quum hæc synodus habita est, aut certè oportet eam seriùs habitam, cùm vel ipso teste Lupo constet eum ordinatum anno CCCLXXVIII. De epistola porrò Damasi adversùs Macedonium, Eunomium, & Apollinarem vide quæ à nobis observata sunt suprà pag. 380.

[e] NOBIS] id est, catholicis.

[f] ALLEGAT. MELITIN.] Ea hodie non extat. Eam tamen totam habebat cum Alexander Hierapolitanus. Non animadvertit autem Lupus heic agi de quodam opere Acacii Melitinensis Episcopi adversùs Nestorium; ideoque cuncta refert ad epistolam ab Alexandro scriptam ad Acacium Berœensem Allegatio hoc loco significat opusculum quo Acacius Episcopus Melitinensis testimoniis divinæ scripturæ ac fortassis patrum antiquiorum tuebatur Cyrilli Alexandrini sententiam de incarnatione Christi, Nestorianam verò refutabat.

[g] VELOCEM EJUS] id est, Andreæ Episcopi Samosatensis, qui infrà cap. LXIII. scribens ad Alexandrum dixerat utendum condescensione. Rursum verò Alexander cap. LXIV. repetit quæ heic dicuntur de secessu in eremum. Vide cap. CVI.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

istis impiè agam. Quando ergo volunt, veniant, [a] ordinent. Paratus sum ego, coram Deo dico, discedere cum omni lætitia. Sicut enim in veritate credo quia Deus est, sic & satisfactum habeo quòd pium sit manifestaturus Ecclesiæ dogma quando novit ipse, & veritatem non permittet absorberi. Veruntamen eorum quæ scripta sunt omnium exemplaria tuæ religiositati direxi.

CAPUT LIX. 147

Epistola Andreæ Episcopi, per quam respondit ad epistolam hanc Alexandri.

Relegens ea quæ Cyrillus per epistolam scripsit, & quæ de his à tua sanctitate ad sanctissimum Episcopum Acacium sunt rescripta, sine falsitate dico, non sine spiritu sancto arbitratus sum ea quæ in tua epistola rescripsisti. Nam & quod verum est, & quod subtilitas dogmatis habet, in eis inveni, & obumbratum occultumque inimici dolum bene ac manifestè nudatum, ac fiduciam multam quæ decet Christi servum qui pro sana fide certat. Consors igitur & ego tuæ sanctitati uniusque sententiæ, & nunquam præter hæc alia sapiam, confortante me Deo. Quomodo enim non turpe sit ut ille qui notha & reproba dogmata subinducit, tamen pro eis certet, nos autem pacis obtentu perdamus fidem? Admiratus verò sum & propositionem quam in ipsis literis posuit sanctitas tua. Si enim veri jam dogmatis est, & rectam fidem servat, & non intellectum suum fraudulenter occultat, si & duas naturas confitetur & impassibilem Christi divinitatem, quid prohibet ut & hominem eundem confitens Christum dicat quia passus est secundùm humanitatem? Et de his quidem superfluum est multiloquio uti ad tuam sanctitatem. Ex litteris verò sanctissimi Episcopi Acacii videntur quodammodo hi qui sunt in Antiochia cessisse atque his quæ scripta sunt consensisse. Et bene quidem facit sanctitas tua præcipiens nobis ut minimè perturbemur. Ego verò trepido ne per eos circa ipsas res illud confirmetur somnium quod non ante multum quidem tempus vidi, nimis autem coarctat meam animam. Videbam namque me esse cum tua religiositate, præsentibus aliis quibusdam non paucis Episcopis, loquens verò ad me dicebas Apollinarium hæreticum vivere. Me autem sæpius cum admiratione interrogante si verè viveret, confirmabas eundem virum superesse. Verùm quodammodo, improvisè utique, in domum quandam facti sumus in qua Apollinarius senex valde jacebat in lecto. Oportebat autem nos ad viri ipsius venire colloquium. Quod dum esset futurum, ipse ad autem mihi dixisti quia ille impius nunquam persuaderetur acquiescere his quæ dicebantur à nobis. Ego verò alterum quendam præter ipsum sedentem videns dicebam quòd ipse esset causa ut Apollinarius nostris verbis minimè flecteretur. Dum verò venimus ad colloquendum ego & sanctitas tua, sedes autem ego portabam tam mihi quàm tuæ sanctitati, juxta illius lectum subitò video Apollinarium quidem stantem & eulogias dispertientem, sanctissimum verò Iohannem jacentem in lecto & suscipientem ab eo, deinde & tuam religiositatem supponentem & manus propter condescensionem iniquè coactam. Ego autem stans ad me ipsum dicebam: *Qualis est condescensio ista? In sanctum spiritum peccat. In ipsam Domini inhumanationem impia est. Et qualis est ista condescensio?* Et hæc dicens evigilavi. Et oro ut phantasia sit somnium hoc & nihil significans.

CAPUT LX. 148

Epistola Theodoreti Episcopi scripta ad Acacium Berrhœæ Episcopum de litteris quæ ab Ægypto venerunt ad eundem Acacium.

Ego quidem non solùm vocatus, sed etiam non vocatus, vellem semper venire juxta tuam sanctitatem. Tantum autem ab hac intentione delinquo ut nec tuæ possim sanctitatis litteris obaudire. Rursus enim languor mihi validè supervenit, & pessimum terceranium post regressum de montuosis partibus incidi. Super hæc & magnificentissimus atque gloriosissimus magister militum hic est, propter quod & veniam peto. Et innotesco tuæ sanctitati quia in litteris quæ ab Alexandria directæ sunt inveni ea quidem quæ ab eo dogmaticè dicta sunt contraria his quæ olim sunt ab eo exposita, consona verò magis doctrinæ patrum. Et valde affectus sum, & laudavi Dominum Christum super mutatione quæ facta est per tuæ sanctitatis admonitiones. Aliquas verò partes epistolæ multis vidi volutionibus & multiloquiis falsis plenas. Nam dum oportet a nobis [b] sex positas propositiones, cùm breves essent, approbari ab eo, nescio cujus rei causa multis verbis usus effugit brevem pacis viam. Sic enim propositionem temperavimus ut nullis fuerat fugienda. Proposuimus enim, sicut tua sanctitas novit, permanere nos in fide quæ in Nicæa exposita est à sanctis & beatis patribus & in epistola sanctissimi & beati Athanasii, tamquam quæ hanc subtiliter interpretata fuerit, quæ verò nuper exsurrexerunt dogmata, seu per epistolas, sive per capitula, ejici, tamquam id quod commune est perturbantia, hæc relinqui quæ dissensionem præcipuè fecerunt. Subscriptionem nos exigit depositionis [c] illius viri, cujus judices non sumus effecti. Scit autem sanctitas tua quia ab omni carnifice duriùs nos trucidat conscientia nostra, si illa fecerimus quæ arbitramur non debere committi. Unde & beatus [d] Paulus dicit. Tuæ igitur sapientiæ sit sic dispensare causam ut facienda pax complaceat universis, & ante omnia Christo omnium Deo super hæc obediatur.

CAPUT LXI. ...149

[e] *Epistola ejusdem Theodoreti ad Andream Episcopum de hac ipsa re.*

Mirandissimus Aristolaus direxit ab Ægypto [f] magistrianum cum litteris Cyrilli, in quibus anathematizavit & Arrium & Eunomium &

[a] ORDINENT] id est, alium in sede mea constituant Episcopum.

[b] SEX PROPOSIT.] de quibus vide suprà cap LIII. & LIV. Infrà cap LXXVII. *Propositiones enim mons illas decem.*

[c] ILLIUS VIRI] Nestorii, ut patet etiam ex sequenti epistola Theodoreti.

[d] PAULUS DICIT] Desunt heic verba Pauli ex capite secundo epistolæ ad Romanos, ut opinor.

[e] EPISTOLA] Prior istius epistolæ pars extat inter opera Marii Mercatoris, & citatur à Pelagio II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ.

[f] MAGISTRIANUM] Maximum, suprà cap. LV. pag. 757. De eo mentio infrà cap. LXXVI. & XCV.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

Apollinarium, & eos qui dicunt divinitatem Christi esse passibilem, & eos qui confusionem & remixtionem duarum naturarum dicunt. Et in his quidem sumus [a] affecti, licèt fuerit nostra propositio. Exigit verò subscriptionem depositionis quæ ab eis facta est & anathematismum dogmatis sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii. Scit autem sanctitas tua quia [b] indeterminatè anathematizare præfati Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi doctrinam idem est anathematizare pietatem. [c] Si verò convenit ut aliquid nos, anathematizemus hos qui dicunt purum hominem Christum, aut qui in duos filios incidunt unum Dominum nostrum Iesum Christum, & qui ejus divinitatem negant. [d] Hæc enim cum omni satisfactione unusquisque piorum anathematizat. Si verò volunt ut indeterminatè & virum cujus judices non sumus facti anathematizemus & dogma ipsius, quod novimus rectum, impiè facimus, ut arbitror, si ei obedienus. Arbitror verò hæc etiam tuæ sanctitati complacere, qui egregius pietatis propugnator existis & verus atque accommodus orthodoxiæ magister.

CAPUT LXII. 150

Epistola Andreæ Episcopi, quam Theodoreto Episcopo ad suam rescripsit.

ALexandrini litteras legi; & à sua quidem putredine non recessit ullo modo, sicut & tua utique sapientia reperit easdem litteras legens. Quia verò condescensione opus est, ut solvatur orbis terrarum schisma, & non ampliùs discissam despiciamus Ecclesiam, (forsan enim ad majus procedunt mala, si compositio nulla proveniat) bene tuæ placuit sanctitati illius quidem propositionem sicut impiam fugere, uti verò his quæ scripsisti & anathematizare eos qui purum hominem dicunt Christum & qui in duos filios unum Deum secant. Arbitror verò quod & subscriptionem modis omnibus exigat depositionis. Aliqui verò & hoc forsitan facient. Et arbitror etiam Cyrillum, etsi omnes minimè subscribamus, illorum fore subscriptione contentum. Scit tua sanctitas quia hæc & antè in locutionem venerint, quando in Antiochia convenimus pariter. Ora igitur, quæso, ut nullum fiat impedimentum paci & ordinationi sanctarum Ecclesiarum.

CAPUT LXIII. 151

Epistola ejusdem Andreæ Episcopi ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum.

EOrum quæ ad me Dominus meus sanctissimus Theodoretus Episcopus scripsit exempla tuæ sanctitati direxi; & quia quidem Cyrilli errorem multoties millies anathematizet manifestum est his qui pervidere subtiliùs volunt. Quia verò tempus non permittit ut [e] secundùm acribiam ratiocinemur propter schisma generale quod factum est, & quia majora sustinentur mala de persistentia nostra, puto quòd bene se habeat ut aliqua condescensione utamur pro ecclesiastica pace, & illius quidem propositionem fugiamus quæ impia est, sicut nec ille nostram suscepit, anathematizemus verò eos qui duos filios dicunt, quod nobis objiciunt insanissimè, vel qui hominem purum Dominum nostrum Iesum Christum, & super his suscipiamus pacis compositionem. Reddent autem rationem qui impiè sapiunt judici omnium. Et nobis, vel si dispensatoriè pacem suscipiamus, pars nulla est cum his qui impiè sapiunt. Prævideo autem quia de persistentia nostra nihil evincitur ampliùs nisi ut orthodoxi pellantur Ecclesiis & dogma ex toto absorbeatur. Quæso igitur sanctitatem tuam ut quantacunque possibile est condescensione magis utamur. Scit enim spiritalis sapientia tua quia sicut zelus in tempore suo multa millia peragit, sic & condescensio in tempore apto magna bona operatur. Et mihi quidem placent ista. Si verò meliùs aliquid pervidet perfectio tua, quæ secundùm Deum est, notum nobis fac. Litteras illas ad sanctissimum Episcopum Theodoretum dirigere dignetur sanctitas tua. Omnes qui circa tuam religiositatem sunt ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT LXIV. 152

Epistola Alexandri Hierapolitani Episcopi ad Andream Episcopum rescripta.

LEgens quæ nuper à tua religiositate sunt scripta, pervidi quia sathanas secundùm veritatem petiit ut cribraret omnes nos sicut triticum. Ego verò, fide proposita, nullo modo impietatem esse condescensionem neque communionem cum hæreticis pacem Christi appello. Absit. Et da veniam, [f] velocitatem permutationis adspiciens oravi ut terra mihi dehisceret. Et verè, nisi timor Dei retinuisset me, continuò eremum petens, extremum spatium perquisissem. Puto enim quia & tuæ sanctitati dixi, jurejurando satisfaciens ei; & maledictionem contra memetipsum suscipiens, si alienationem à mysteriis conscius mihi sum aut per contentionem aut per odium aut per rebellationem aut per cujuslibet alterius gratiam facere aliquid in causa præsenti, sed ponens Deum & [g] Iohannem ante oculos & affectum nostrum. Et superat timor Dei, & hereditas Christi. Unde & à cunctis veniam postulo.

CAPUT LXV. 153

Epistola ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum.

QUa hora suscepi sanctitatis tuæ litteras, epistolam susceperam scriptam à Domino meo religiosissimo Episcopo Andrea, quæ contraria omnibus est prioribus. Et paulò minùs alienus effectus sum, videns quòd nos sathanas expetierit ad cribrandum. Direxit autem mihi & ad se scrip-

[a] AFFECTI] Marius Mercator, *gavisi, quamvis propositionem nostram ille diffugeret.* Ex quo patet isthic legendum esse, *licet fugerit nostram propositionem.*

[b] INDETERMINATE] Idem Mercator, *indiscretè*

[c] SI VERO] In codice Casinensi scriptum erat. *Si verò convenit ut aliquid nos anathematizemus eos.* Lupus putans sensum esse imperfectum, vocem *anathematizemus* rursum posuit inter vocem *nos* & vocem *anathematizemus.* Verùm ex Mario Mercatore apparet additamentum illud esse superfluum. Ob eam itaque causam nos sustulimus.

[d] HÆC ENIM] Reliqua desunt apud Marium Mercatorem.

[e] SECUNDUM ACRIBIAM] id est, minutiùs ac scrupulosiùs, ut verbo Quintiliani utar. Vide suprà cap. XI. pag. 703.

[f] VELOCITATEM PERMUT.] Damnat Andream Samosatenum quòd tam citò se transtulerit ad confirmanda capitula Cyrilli. Vide suprà cap. LVIII. pag. 764.

[g] IOHANNEM] Episcopum Antiochenum.

tam

ANNO CHRISTI 431

SYNODICON.

tam tuæ religiositatis epistolam continentem quòd eos qui dicunt divinitatem Christi passibilem anathematizet Ægyptius, & eos qui confusionem & remixtionem duarum perhibent naturarum. Et ego quidem Cyrilli epistolam nullatenus hæc continentem vidi. Quin potiùs inveni eum certantem & in primis & in mediis & in ultimis pro capitulis suis reliquisque conscriptis in quibus omnem impietatem suam perexemplificat. Si verò vobis & rectè se habere videntur quæ scripta sunt, & de reliquo qui hæc per epistolam scripsit inter orthodoxos deputatur, indifferenter verò & alia recepistis quæ ille quidem proposuit litteris, Iohannes verò traducit omnes, ut inquiunt, dispensativè propter pacem condescensionem amplexus, innocens ego sum à sanguine omnium. Vnusquisque verò sicut novit ea quæ ad se pertinent dispenset. Vivit omnium Dominus Deus meus, & Oasim & quemlibet extremum vicum præfero communioni hæretici & eorum qui orthodoxiam prodiderunt.

CAPVT LXVI. ...154

a [a] *Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit Alexandro Episcopo, sicut posuit Irenæus.*

PVto plus ab omnibus nosse Dominum meum sanctissimum & Deo amicissimum Iohannem quia depositioni Domini mei sanctissimi & Deo
b amicissimi Episcopi Nestorii [b] consentire non pa-
c tiar; quia memor est eorum quæ [c] in Tharso & in Chalcedone & in Epheso facta sunt, & nuper post reditum in Antiochia à nobis sæpius dicta. Non igitur quisquam sanctitatem [tuam] inducat quia hoc ego facere patiar aliquando, Deo utique cooperante mihi meque firmante. Dogmata verò ista Cyrilli, quæ nunc ad Berrhœam per epistolam scripsit, prava mihi esse non visa sunt, sed & valde contraria tam capitulis quàm aliis ejus conscriptis. Vnde & epistolam scribens Domino meo sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo Acacio hoc ipsum significavi. Et verè, si possem, venissem utique, & contulissem cum tua sanctitate. Vellem siquidem discere quid esset in veritate occultatum in eis quod ab evangelica doctrina sit alienum. Et hæc dico non quasi cui ad communicandum cum eo ista sufficiant. Oportet enim clarè illa exponi cum fide Nicæna, & subscribi ab eo & ab omnibus quorumcunque suscipiemus communionem. Noverit enim sanctitas tua quia tam longè sum suave aliquid existimare venturum ut
d Archimandritæ monasterii mei [d] de cella mibi ædificanda mandaverim. Hic namque illum in his diebus contigit inveniri.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

CAPVT LXVII. ...155

Epistola Maximini Episcopi Anazarbi ad Alexandrum Episcopum.

LIttetas suscepi Domini mei Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi Iohannis quasi Ægyptius anathematizasset Apollinarium & Eunomium & Arrium & eos qui dicunt remixtionem factam, duas autem naturas confessus fuisset Dominum nostrum Iesum Christum; & simpliciter, ut non plura dicam, laudat eum de his quæ nuper dogmatizavit. Alius verò aliquis, unus ex his qui diligunt nos, direxit nobis exemplar epistolæ quæ ab Ægyptio [d] ad Dominum meum Deo amicissimum Acacium Episcopum [e] scripta est, confirmantem quidem priora capitula & fortiter instantem pro eis, dicentem verò non se communicaturum nobis nisi anathematizaverimus Dominum meum Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Nestorium fidemque ipsius. Ego verò hæc legens & illa, nimium incurri torporem, & incertus sum utrum præfatus sanctissimus Antiochenorum civitatis Episcopus illa laudaverit, an alia. Dignetur igitur tua sanctitas, quæso, Domine mi & amicissime, hanc angustiam nostram solvere & per epistolam nos docere quid horum sit verius. Dum verò intraverit vestra sanctitas Antiochiam, mox mihi dignare tua scripta dirigere, & universi continuò pariter ingrediemur. Orare verò pro nobis & pro pia pace sanctarum Ecclesiarum incessanter; quæso, dignare.

CAPVT. LXVIII. ...156

Epistola Helladii Tharsensis Episcopi ad eundem Alexandrum Episcopum.

PEr omnes litteras, per priores dico & per præsentes, cognoscentes ad integrum, sanctissime amice Dei, animæ tuæ pro pietate intentionem, beatificantesque tuam sanctitatem de apostolico proposito, oramus ut nos tuæ sanctitatis vestigia consequamur, quò possimus & hostes adversos apostolico animo fortiter sistere, & eos qui ab incepta stabilitate desistunt dijudicare similiter. Nihil enim isti ab aliquo hæreticorum videntur languore distare, quia dum necessitas nulla evenerit, confessionem rectam perdiderunt, fingentes jam Ægyptium patrum fidem fuisse complexum & priorem abnegasse errorem. De confu-

[a] EPISTOLA] Istius epistolæ fragmentum extat inter opera Marii Mercatoris, malè additum epistolæ ad Andream Samosatensem quæ extat suprà cap. LXI. pag. 766 ut rectè monuit Christianus Lupus. Nam præterquàm quòd in codice Bellovacensi Marii Mercatoris divisa est à superiore, ac titulus ostendit diversa esse ista fragmenta, in Vaticano habet hanc inscriptionem. *Item ejusdem Theodoriti ad Alexandrum Hierapolitanum Syriæ Præsulem adseverantis nunquam se in damnatione Nestorii præbere consensum.* Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ referens initium istius epistolæ ex versione Marii Mercatoris scribit eam datam esse *ad Alexandrum Syriæ Palæstinarum Præsulem.* Quo loco Lupus putat reponendum *Euphratesiorum* pro *Palæstinorum*, ut habent editiones. Palæstina Syriæ pars fuit, itemque Euphratesia & Phœnicia. Ideoque facile Pelagio fuit heic labi. Vide Ammianum Marcellinum lib. XIV.

[b] CONSENTIRE NON PATIAR] Apud Marium Mercatorem: *præbere consensum quæ in Tarso & Chalcedone & Epheso facta est.* Ita enim habent antiqua Mercatoris exemplaria. At vir clarissimus Garnerius animadvertens sensum esse imperfectum, sic interpolavit: *præbere consensum, nec violare communem promissionem quæ in Tarso &c.* Verùm ex citata Pelagii epistola apparet nihil aliud illic olim fuisse in libris Marii Mercatoris quàm quæ etiamnum à nobis leguntur. Ceterùm hiatus ille rectè suppletur ex iis quæ in hoc capite nostro adduntur. Sensum autem hunc esse arbitror. Nemo est cui meliùs quàm Ioanni Antiocheno constare possit quo ego animo sim affectus erga Nestorium, ut qui præsens semper fuerit ubi de hoc negotio actum est, sive in Tarso, sive Chalcedone, sive apud Ephesum.

[c] IN THARSO] Vide infrà cap. CXXXVI. extremo.

[d] DE CELLA] Sic suprà cap. XXIV. & XXV. vidimus Nestorium rediisse ad monasterium suum. Sic Domnus Antiochenus, ut patet ex actione Concilii Chalcedonensis. Vide infrà cap. LXVIII.

[e] AD ACACIVM] Extat suprà cap. XVI. pag. 758.

sione verò præsenti utatur quibus quomodolibet liberrimus, atque in silentio conviviamus. Et nos similem habemus, ô sanctissime, voluntatem; & volebamus, sicut conscientia nostra testatur, conversationem in monasterio assumere, nisi nos similis tuæ sanctitatis discretio detineret, & non esse absque periculo crederemus gregem nostrum absque violentia & necessitate deserere. Oramus verò ut resolutionem vitæ potiùs impetremus. Nec enim aliam solutionem calamitatum præsentium sustinemus, nisi ut liberati à præsenti vita, eam quæ sustinetur recipiamus spem.

CAPUT LXIX. 157

Epistola Alexandri Episcopi Hierapolis, quam rescripsit Helladio Archiepiscopo Tharsi.

IN præsenti confusione sanæ fidei & Ecclesiarum Dei dissensione, quorum causam Cyrillus impius præbuit principaliter, nullam talem, si verum est, habemus mitigationem consolationemque qualem tuæ memoriam sanctitatis, & per sermonem & per litteras addiscentes & pro pietate instantiam tuam & duarum Ciliciarum consonantiam & pro orthodoxiæ prædicatore concordiam, id est, sanctissimo Episcopo Nestorio. Et beati vos, sicut veritas habet, qui hujus estis propositi atque constantiæ. Præstet autem Dominus ut etiam firmamentum totius efficiamini orientis & eorum qui per diversas provincias pro fide certant orthodoxa. Pervenerunt enim quæ ad vos pertinent in universam terram. Quia verò cognovit sanctitas vestra ex his quæ nobis innotuistis quia hæreticam Cyrilli epistolam ad sanctissimum & sacratissimum Acacium, in qua pro universis decertat hæreticis conscriptis suis, quidam sic justificaverunt ac si esset orthodoxa, rogo sanctitatem vestram ut quicquid verbo sive scripto de hoc ad vos fuerit demandatum, non hoc absque inquisitione ac discussione suscipiatis, sed cum omni præinquisitione perscrutemini, & primùm quidem ut quæ de ipso dicant, ab ipsis quæ ab eo diriguntur litteris cognoscatis; deinde non excusetis quatenus & duo & tres ex vobis ad Ægyptum pergant, & si orthodoxa sunt quæ ab eo dicuntur renuntient, ut ab eis certissimè de his quæ nuntiata sunt agnoscamus. Et si quidem consenserit sua esse quæ nuntiata sunt, seu præter scriptum sive scriptu, cùm sint orthodoxa & hæreticorum capitulorum negationem habentia & præcedentium dolorum tenebrosorumque dogmatum ejus, & communicemus ei, & amplectamur eum, & ejus genua teneamus, & nihil eorum quæ ad ejus honorem pertinent omittamus; si verò contraria significata fuerint his quæ dicuntur ab eo, habeamus qualiter cum conscientia bona & firmitate securitateque usque ad sanguinem fidem veram defendere. Cognoscat enim sanctitas vestra quia si toties millies esse illum diffamemus orthodoxum, non tamen corrigat de præteritis, nihil proficimus ampliùs nisi ut proditores rectæ fidei judicemur. Non enim patietur de cetero nisi ut cum majori audacia, cooperante sibi tempore, ipse quidem fiducialiter agat per hæresim, nos autem ita deditios suos in toto mundo nobis detrahens asserat, quippe quasi qui hæresim negaverimus, acquieverimus verò ejus orthodoxiæ secundùm ipsum. Olim namque, olim votum est natum, quia & his qui Romæ sunt & ubique nostram correctionem annuntient. Quæso igitur sanctitatem vestram non transitoriè neque indiscussè acquiescere his quæ nunc renuntiantur ab Ægypto, sed, ut prædixi, omnia facere nihilque relinquere eorum quæ ad laborem & opus vel pertinent ad itineris fatigationem atque studium; ut dignoscentes veritatem, aut re vera pœnitentem suscipiamus, aut persistentem refutemus Ægyptium. Sic enim & reliqua rectæ fidei permanentia sacerdotium radicabitur, & nullus nos, tamquam si ipsi magis quàm Christo serviamus, blasphemabit. Si verò & oportuerit per hanc perseverantiam & provincia & civitate & vita carere, arbitror sanctitatem vestram proné universa suscipere & pati & facere quàm à sola spe nostra, dico verò rectæ glorificationis fide, recedere, pro qua & Patriarchæ & Prophetæ & ipse salvator noster est passus & reliqui universi. Confidimus verò in Domino quia habebimus cooperatorem & ipsum Dominum Christum, qui & nostri certaminis fautor existet: qui utique præstaturus est nobis, tamquam promptè pro sua fide certantibus, ut & pro prædicatore orthodoxiæ, qui injustitiam pertulit, ad pissimum Imperatorem nostrum legatione fungamur.

CAPUT LXX. 158

Epistola Theodoreti Episcopi ad Helladium Episcopum de Himerio Episcopo Nicomediæ. Et hanc, sicut posuit Irenæus, duximus transferendam.

TAciturnitatem præsenti tempore servare deliberans, inveni hanc noxiam nimis ferentemque periculum. Unde taciturnitatem solvens, non prohibebo labia mea, cum Propheta clamabo; sed ea quæ mihi recta videntur & justa, his qui sunt à tua sanctitate innotesco, & à vestra sanctitate omni cum voluntate suadebor quæcunque expediunt. Igitur [a] manifestum tuæ facio sanctitati quia ex Ægypto missam legentes epistolam, invenimus doctrinæ ecclesiasticæ congruentem & contrariam duodecim capitulis è regione illis quibus hactenus perstitimus ut hæreticis repugnantes. Et deliberavimus pro Ecclesiæ pace cos quidem qui super his quæ peccaverunt se correxerunt in communionem suscipere, injustæ verò atque iniquæ damnationi sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii neque manu neque lingua neque mente acquiescere. Iniquum namque re vera & ultimo supplicio dignum est illi quidem qui mundum confudit, & terram & mare turbis complevit, & vix nunc expositionem nostram suscepit, impartire veniam, illum verò qui ab ipsa pueritia hæc esse à doctrina docuit, injustæ homicidali huic tradere interfectioni. Nam simile quoque est istud ac si omnes illos Deo amicissimos perdamus Episcopos qui nobiscum in Epheso & Chalcedone & [b] Constantinopoli pro veritate certarunt & usque ad præsens cum fervore certant, & despiciamus leges quæ pro omnibus impugnantur & foris ab Ecclesiis degere compelluntur. Deliberavimus igitur non priùs vel Ægyptiis vel Constantinopolitanis communicare donec propugnatores pietatis

[a] Manifestum] Ista clariùs exprimuntur in epistola sequenti.

[b] Constantinopoli] Itaque orientalium quidam Constantinopolim accesserunt post collationes habitas apud Chalcedonem.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

a proprias ᵃ receperint Ecclesias. Scribat igitur sanctitas tua Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Himerio, & persuadeat ejus religiositati quia & pietatem non prodidimus, & curam fraterni amoris habuimus, & studium votumque habemus aut cum eis traditos nobis populos regere aut cum illis expelli, & quietem quæ absque periculo est recipere. Et mihi autem intentionem dignare tuæ innotescere sanctitatis, Deo amicissime. Nimis enim coarctor, eò quod nihil à vestra amabilitate de his quæ aguntur sumus edocti.

CAPUT LXXI. 159

Epistola Theodoreti Episcopi, sicut idem Irenæus posuit, ad Himerium Nicomediensem Episcopum.

ET cui decet ut supetet omnibus bonis nisi ei qui possessionem bonorum omnium congregavit, & hanc in semetipso circumfert? Vicisti, Deo amicissime Domine, sicut in aliis omnibus, sic in festinatione allocutorias litteras dirigendi; & dum nos sumus & inertes & somnolenti & circa urgentia fastidiosi & negligentes, tuo nos alloquio suscitasti, & pari illius atque spirituali te vera affectu ad memoriam revocasti. Verùm ne omnes causas litterarum tarditatis occultans, memetipsum fastidii culpæ subjiciam, modicam quandam veramque satisfactionem pro nobismetipsis adhibebo. Habitamus civitatem longè alicubi sitam ab illa via qua equi transcurrunt, & ideo neque ipsos qui ad nostram provinciam veniunt cernimus, nec cum illis verò esse contingit qui hinc proficiscuntur. Et propterea non obtinemus consolationem dirigendi litteras ad vestram sanctitatem. Ad hæc, cùm priùs assueti fuissemus sæpius ire ad Antiochiam atque illic moras habere, unde facile erat & dirigere & suscipere litteras, à multo jam tempore in domo habitare atque illic elegimus quiescere. In præsenti enim hoc, tamquam quod ampliùs expediret, sumus amplexi. Hæc sunt quæ nos usque ad præsens prohibuerunt sanctum tuum caput amplecti per litteras. Sed sanctitas tua & hac necessitate superior facta est, quæ Dominum meum honorandissimum & Deo amicissimum Strategium comministrum direxit ad nos, quem omni festivitate conspeximus, ut salvatoris nostri Christi Diaconum, & tuæ sanctitatis dilectione ferventem, & omnia facere ac pati eligentem pro te, qui pietatis athleta es & fortis pro pietate certator. Beatificamus enim, ut bene novisti, Domine Deo amicissime, tua clara & magna certamina & fixum firmumque fortis tuæ animæ sensum & pro apostolica fide sudores & labores atque pericula, per quæ tibi æternæ & à corruptione superiores &, ut complexè dicamus, perficientur divinitus datæ coronæ, & Domini earum caput ornabunt. Nos enim circa nihil utiles Ecclesiæ Dei sumus effecti. A piis enim fidelibusque omnibus ac pleni zeli fervorem & piam sanctorum patrum confessionem spirantibus circumoperti despicimur potiùs quàm despiciamus, & regimur quàm regamus. Tua verò sanctitas in ipsa flamma existens, & circa tres illos adolescentes in medio camini choros exercens, unam magnamque habuit consolationem sancti spiritus auram, quæ & flammæ impetum sparsit, & ejus caminum permutavit in rorem. Et quidem de tuæ certaminibus sanctitatis à nobis tanta sint dicta. Superat enim non solùm mensuras epistolæ sed & maximam conscriptionem tuorum bona fama certaminum. Quod verò de pace fit murmur, significavimus tuæ sanctitati quia dum certè omnino proximi sumus, nihil ad integrum novimus, sed tanta scimus quanta nobis nuntiant hi qui huc ad nos revertuntur ad propria. ᵇ Intentionem nostram tuæ manifestam facimus sanctitati. Legentes litteras quæ nunc ex Ægypto directæ sunt, & crebrò eas apud nosmetipsos discutientes, ecclesiasticæ doctrinæ illas congruentes reperimus & contrarias duodecim capitulis quæ usque ad præsens permansimus expugnantes. Et deliberavimus ut si ᶜ receperit sanctitas tua divinitus sibi commissas Ecclesias, communicemus quidem Ægyptiis & Constantinopolitanis & aliis qui cum eis militaverant contra nos, quia nostrum, magis verò Apostolorum dogma confessis, ei verò quæ dicitur ᵈ damnationi sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii minimè assentiamus. Injustum namque secundùm veritatem & clarè impium perspicitur, etiamsi eisdem subjectus esset criminibus quibus & alter, illi quidem veniam impertire, huic verò claudere pœnitentiæ januam. Multò magis iniquum & ampliùs impium est illum qui est insons interfectioni contradere. Sciat igitur sanctitas vestra quia priùs eis non communicabimus nisi vestras receperitis Ecclesias. Hæc verò non ego solus, sed omnes sanctissimi hujus regionis Episcopi in unum convenientes habito ᵉ Concilio deliberavimus.

Iam suprà ostendimus quia Nestorius sua dogmata denegabât, & orientales Episcopi judicium fieri cupiebant se præsente atque Nestorio, & si re vera talia sentire convinceretur, eum se anathematizaturos cum tali ejus dogmate promittebant. Hoc enim Alexander in sua ad Acacium dixit epistola. Theodoretus verò scribit: Quia hominem, cujus non sumus judices facti, inauditum non possumus damnare. *Nemo ergo catholicus & Deum timens potest Theodoretum de fide reprehendere, cùm maximè audiat eum laudantem dogma epistolæ quæ ante unitivam directa est ab Ægypto, contra quam multi Episcoporum orientalium clarè dixerunt quia apostolicæ fidei esset adversa. Et quod pro omnibus est notandum, ante Ecclesiæ pacem legitur facta. Hæc tamen diximus salva illa quæstione, si ejus sunt.*



ᵃ RECEPERINT ECCLESIAS] Inter eos qui Ecclesiis suis ejecti fuerant sequens epistola docet Himerium quoque Nicomediensem fuisse.

ᵇ INTENTIONEM] Hanc partem istius epistolæ vertit etiam Latinè Marius Mercator.

ᶜ RECEPERIT] Probat hic locus veram esse lectionem quæ extat in antiquis exemplaribus Marii Mercatoris, ubi legitur, *ut si sanctitas vestra receperit.*

ᵈ DAMNATIONI] Hanc pericopen laudat Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ.

ᵉ CONCILIO] In codicibus Marii Mercatoris scriptum est *consilio.*

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

CAPUT LXXII. ...160

Epistola Theodoreti rescripta ad Alexandrum Hierapolitanum. Irenæus dicit, sicut apparuit, suspectus.

TUæ factus sum sanctitati tamquam proditerioi pietatem. Non enim me scribente quomodo intellexerim epistolæ Cyrilli dogmata, & discere volente si quid sit in eis aliud latens quod hæreticis ejus capitulis conferatur, admonuerat religiositas tua nihil scribere super hoc. Ego verò testem Deum invoco in animam meam, neque sedis desiderium, neque civitatis cupido, neque persecutionum timor subegit me usque ad præsens, sed incorrupto decreto & indeclinata mente illas litteras legens, convenientes nostris esse duxi intellectus earum. Quid enim aliud orabam audire, ut hoc venerarentur hæretici, nisi quia inconvertibilis est Dei sermo & impassibilis atque immutabilis, & neque fermentatio neque confusio neque retemperatio facta est in unitione Dei verbi ad carnem. Et hæc tamen in litteris comperiens, minimè tutum putavi esse ut super his solis communio fieret, sed ut evidentiùs fieret & clariùs horum exponeretur intellectus, sicut & olim litteris quas ante has scripsi mandaveram, vitans omnino damnationis subscriptionem. Et hæc autem per condescensionem suscepi, & putans nec tuam contradicere sanctitatem. Hæc verò & in Antiochia & in Berrhœa & in Hierapoli simus sæpius collocuti. Hæc & Domino meo sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo Andreæ per honorandissimum & reverentissimum [a] Diaconum fortissimorum tertio Stabilisianorum, dum illuc adveniret, scripsi. Et quia non de quolibet nobis certamen est, sed de ipsa spe nostra, venissem utique, si mihi hoc corpus infelix concederet, ad sanctitatem tuam, ut majori discussione & communi colloquio comprehenderetur sententia litterarum.

Vbique notandum quantum distet Theodoreti intentio ab his qui pro ea usque ad finem cum Nestorio permanserunt, item ab Alexandro & Eutherio, vel aliis similibus, & quantum consonet his qui pacem ecclesiasticam asserunt, item Iohanni & Acacio & Andreæ & similibus.

CAPUT LXXIII. 161

Epistola Eutherii Episcopi metropolitani secundæ Cappadociæ Thyanensis civitatis ad Iohannem Antiochiæ Archiepiscopum de eisdem litteris.

MAgnos patres atque doctores vos dedit nobis Dominus Christus ad defendendum, ad docendum, ad omnem animæ ducatum. Necesse est igitur nos quidem & importunos esse & discere quæ oportet, vestram verò sanctitatem & non graviter ferre deprecationes & monita paterna præstare. Quod autem nunc me movit, hoc est. Legi Alexandrini epistolam multa quidem & alia incongrua continentem, ut contra dogma pertinaciam malam, & alias propositiones non pias. De his justum judicavi ut indicarem quæ meæ humilitati placuerunt; ut aut confirmentur quæ bene se habent tuæ sanctitatis nutu, aut corrigantur quæ forsitan per ignorantiam fuerint visa contraria. Et priùs quidem de capitulis hoc suspicor, ut non priùs uniamur expositori eorum nisi omnino ea voce propria & subscriptione repulerit quæ habent præcipuè blasphemiam. [b] An ad hæc manebunt sicut ille præcepit? Sed nos, qui ei concedimus id, & insuper eum tot laudibus [c] atque præconiis quæ fecistis, ab omni excusatione nos ipsos efficiemus extraneos. Si enim tunc quidem sic ea judicaverimus mala ut eorum scriptorem unanimiter dejiceremus, & excommunicatos illos qui ea susceperant faceremus, nunc autem sic tolerabilia ut uniamur scriptori eorum non corrigenti hæc quæ tunc nobis damnatione visa sunt digna, quis nos à justa increpatione liberabit, qui eum tunc quidem deposuimus velut constitutum meritò sub reatu, nunc autem rursus eripiamus eum velut insontem? Impugnant enim se invicem judicia hæc & faciunt nos illi reatui subjici quem pronuntiat Apostolus dicens: *Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem memetipsum constituo.* Sed & capitulorum incongruitas cui bene susceptibilis apparebit? Quis carnaliter Dei paricen sanctam virginem suscipiat? Quis unitatem naturalem, & per hoc coactivam, quia super omnem naturam virtutemque? Quis unam naturam, Dei & hominis formam? Quis anathematizare præsumat eos qui piè adscribunt excelsa quidem divinitati, humilia verò humanitati, non scissa unitione ullo modo quam Apostoli & evangelistæ facientes ab hac legislatione anathematizati sunt? Quis consentiat terribili contra Episcopum sanctum gloriosumque Basilium sententiæ, qui Deiferam dixit Domini carnem, qui etiam cum his qui præsumunt Deiferum nominare anathematizatus est? Quis autem communicet ei qui Paulum, vas electionis, anathematizavit per illa quæ inquiens ait: *Si quis quasi hominem vi operatum Dei verbi Iesum dicit, anathema sit?* dum sanctus Paulus clarè dicat: *Secundùm operationem potentiæ virtutis ejus, qua operatus est in Christo, suscitans eum à mortuis.* Quis verò incidit à verbo carnem, & sic fert adorationem debitam, sicut jussit iste qui ait: *Si quis præsumat dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo & conglorificari, anathema sit.* Quis verò ab ipso Domino audiens quòd in spiritu Dei ejiciat ipse dæmonia, & discens à Paulo id quod est, *Qui manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu*, glorificari à spiritu Dominum nostrum Christum Iesum confiteri recuset? Immo quis eos qui hoc confitentur & anathematizare præsumat? Quis verò pronuntiare audeat circa hujus ineffabilem vocum novitatem Deum

[a] DIACONUM] Puto reponendum, *Decanum fortissimorum tertio Stabilisianorum.* Habetur in Codice Theodosiano titulus *De Decanis.* In collatione septima Concilii quinti mentio est militum *de numero tertio Stabilisianorum*, qui tendebant Antiochiæ. At in codice Bellovacensi ejusdem Concilii legitur *Staplisianorum.* Quæ varia lectio utilis esse potest ad confirmandam eorum sententiam qui putant eosdem esse Stablesianos milites, quorum mentio est in Notitia imperii, & Stabilisianos in synodo quinta commemoratos. Porrò cùm divisi illi essent in varios numeros, ut docet eadem Notitia, dicebantur Stabilisiani de secundo & tertio numero, sicut Equites tertio, quinto, sexto, nono Dalmatæ, & Equites quarti clibanarii Parthi, in eadem Notitia imperii.

[b] AN AD HÆC MAN.] id est, capitula Cyrilli, ut arbitror. At Lupus in scholio ad hunc locum sic intellexit ac si ageretur de Episcopis, & ita supplet. *An ad hæc manebunt omnes ubique alii Episcopi, sicut ipse præcepit?*

[c] ATQUE PRÆCONIIS] Videtur addendum, *extulimus*, aut aliquid simile.

verbum Apostolum factum ac principem sacerdotum, ut per hoc eum facturam quoque pronuntiet, tet beato [Apostolo] Paulo clamante: *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit eum.* Aut quis est qui Domini carnem non ex nostra natura sumptam, sed ipsius verbi propriam, tamquam si aliunde subsisterit, dicere eligat vel audire? Quis verò cunctos simul sanctos anathematismo supponat? Quis enim dixerit Deum verbum passum carne & crucifixum carne & primogenitum ex mortuis cum qui semper vivit & est immortalis? De quibus convincere quidem latius facile est, sicut factum[d] in contradictionibus quæ à multis & quæ à nobis ipsis factæ sunt; nunc verò, quippe ut in epistola, breviter necesse est subsignare; dum certè etiam sine omni impietate manifesta essent, oportebat tamen ea ut novella refutari & non suscipere ad injuriam præcedentium, quæ perfecta existunt, horumque ad receptionem non egere. Si dicis, Bonum est quod nunc habeo, facta est expositio dogmatis ad succurrendum pestilentiæ mundi, languorem minimè sistes nisi materiam languoris evacuaveris effectricem. In vanum medeeris extrinsecus, qui intus plantasti & radicasti perniciem. Si enim deterioribus excussis, meliora fuerint introducta, meliora obtinebunt locum, manentibus autem blasphemiis quæ superinducuntur, egregia injuriam sustinebunt, & reprobabilia fient. Quæ enim communio lucis ad tenebras, & quæ pars fideli cum infideli? Statio enim secundi est interemptio prioris. Vnde dicit Apostolus: *Interimit prius, ut statuat secundum.* Qui verò se dicit anathematizare Apollinarium & vesaniam ejus, dum non evertantur illi consonantia dogmata, inductio est & risus, tamquam si quis accusans eam quæ genuit multa venena, offerat tamen ipsa venena, & qui per potum multos extinguens ideirco se arbitretur demonstrare quoniam illos qui crudeliter perempti sunt ipse non læserit, quia accusat terram. Super hæc subscriptiones tamquam victor exigere gloriatur ad illius impudentem damnationem qui neque judicatus neque convictus, neque peregrinum aliquid fidei quæ ab olim tradita est nobis conscius dixit, quem vel unde culpemus omnino non novi. An forrè quis illis novis dogmatibus non assensit quæ nos adjudicavimus priùs quàm novitates vocum quas scriptura non tradit, ipse testimoniis sacræ scripturæ præposuit? Quare ea quæ sunt Apostolorum & Prophetarum & Evangelistarum & ipsius Christi, qui est omnium Dominus, absque vitiatione prædicavit? Sed contra illos sententiam proferemus, si adjudicamus hunc ea quæ illorum sunt prædicantem. Quæcunque autem in mirabilibus illorum gestis sive commentis ex hujus adscripta nomine à veritate dissonantia inveniuntur, nisi ostensa fuerint audacia falsariorum conficta, hisque nocentem deprehendi contigerit, modis omnibus suscipiemus additionis sententiam. Et nullus sic odit animam suam ut non mox anathematizet ea quæ manifestè fuerint prava cum ipso qui ea dixit, sive ille vel angelus de cœlo fuerit qui dicere præsumpserit incongrua. Quis autem poterit oblivisci illa verba congrua tua, quæ memoria digna sunt, quæ nos instruxerunt in Epheso, quia dum duo mortifera præcipitia proponuntur, hinc quidem quia dicitur dogma fuisse corruptum, illinc verò quia contra ipsum iniquus extiterit, nihil hic interest utrum ex illo præcipitio quod minus videtur aliquis ruat, quia æque periclitabitur, nihil prohibet & ex illo quod minus videtur aliquis ruens similiter periclitetur. Et quidem quod mihi placuit, breviter indicavi, sciens melius esse quicquid illud est paci. Quapropter temporalem peccati punitionem [satius est quàm] æternum sentire tormentum. Tuæ verò est sanctitatis & manifestare quæ certa sunt & tam litteris quàm orationibus confirmare, & quæ meditata sunt nunciare, ut præveniaris adversariorum nequitiam, & quietem beneplacitam magis eligere, si nihil præter pacem fiendum est atque concordiam. Dicimus enim quia sit & falsi nominis pax ab eo qui clarè dixit: *Quia zelatus sum in peccatoribus, pacem peccatorum videns.*

CAPUT LXXIV. 161

Epistola ejusdem Eutherii Thyanensis Archiepiscopi, quam scripsit Helladio Tharsensi Archiepiscopo, lectis litteris ab Alexandria & Iohannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum & Alexandri ad Ioannem.

QVantum nos vulneraverunt litteræ aliorum, quorum quidam rectam fidem impudenter expugnant, alii verò dogma ex parte maxima prodiderunt, tantùm me tuæ sanctitatis lætificavit epistola; & nisi hanc pro omni medicamine habuissem quæ operaretur contra universam passionem, subitò tanta me tristitia velut transitoriè irruens peremisset. Lætificaverunt autem me & aliorum orthodoxorum litteræ ostendentium dignum zelum de contradictione & resistentia pro pietate. Hæc verò dico ostendens quam habeam Deo cooperante intentionem, sequi festinans in his quæ proposita sunt non errantia tuæ vestigia sanctitatis, cujus ad bonum nutibus oro servire & omnia quæ piè ab eo deliberantur atque judicantur rata habere atque servare & ad effectum, quanta mihi est virtus, adducere, & per ipsa æternum lucrum in memetipsum acquirere. Omnem fraternitatem quæ cum tua est fraternitate plurimùm salutamus.

CAPUT LXXV. 163

Post hanc epistolam sua verba posuit Irenæus dicens ita.

HÆc quidem de litteris ex Ægypto tam ad Antiochenorum Præsulem quàm ad alios sacerdotum hic qui Thyanensem regebat Ecclesiam scripsit. Iohannes verò omne quicquid poterat agens persistebat & scribens ut ad sententiam propriam transduceret universos. Propter quod & servum Dei Alexandrinum mox de his ipsis similia scripsit. Et hæc dum de prioribus litteris hæsitaret.

Hic priùs notandum de epistola Eutherii, quia orientis Episcopi non credebant Nestorii illas epistolas vel sententias quas ex ejus nomine synodus Ephesina damnabat. Quòd si ejus esse probarentur, parati erant & ipsi

[d] Contradictionibus] Lupus putat hoc loco intelligi opus quod extat inter opera sancti Athanasii cum hoc titulo. *Adversus eos qui dicunt, Deus verbum est passus carne.*

Anno Christi 431.

Synodicon.

& hujusmodi ejus scriptis anathema dicere, sicut & Theodoreti attestantur epistolæ. Demum qui cum Nestorio persliterunt, Iohannem & Theodoretum inter fidei proditores & ante pacem notare nitebantur Ecclesiæ, quia Theodoretus fidem Cyrilli epistolæ ad Acacium valde laudabat, quam cuncti isti & Irenæus apertissimè hæreticam scribunt. Constat igitur quæ sit Theodoreti fides, quia litteris in melioribus consonans, à deterioribus valde dissentit.

CAPUT LXXVI. 164

Epistola Iohannis Archiepiscopi Antiocheni ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, quam rescripsit de litteris ex Ægypto, propter ea perculpatus ab Andrea Samosateno Episcopo.

LItteras tuæ religiositatis accepi, & hoc ipso quòd susceperim lætificatus sum. Solent enim litteræ piorum, qualescunque sint, gaudium suscipientibus exhibere. Legi verò & illas quas ad Dominum meum perque omnia sanctissimum communem patrem Acacium Episcopum direxisti; & vidi subtilitatem, magis autem minutiatum dialecticæ minutissimas quæ in epistola ferebantur. Non tamen hanc subtilitatem video præsenti tempori utilem. Dum enim vos oporteat delectari eò quòd de comedenti exierit cibus & ex amaro dulcedo, & ab eo qui non sapit ea quæ nostra sunt, illa quæ nostra sunt, illa quæ sapimus nos, patimini illud quod in Proverbiorum libro dictum est: *Is qui vincit, negavit se esse victorem.* Homo Dei, commemora temetipsum, quoniam totietas hæresis Apollinarii in naturarum mixtione & confusione omnem consistentiam habet. Ipse verò id latiùs repulit, anathematizans mixtionem quæ apud eum jacet in multis ejus, sicut & ipse nosti, conscriptis, & confusionem naturarum, & alterum dicens esse divinitatem, alterum corpus. Sic enim supersignans adjecit: *Quia impassibilis est divinitas, quia duæ naturæ.* Quod nullus hactenus eorum qui nunc sunt in Ponto habitantes aut dixit aut sapuit. Et sunt hæc manifestissimè convictio contra eos. Et utinam contingat eum qui est ex vicinis tuis occurrere in hanc confessionem, & alios qui ultra Taurum sunt. Et omnia ipsis quoque soluta sunt. Vides enim quia omnino his quæ illi dicunt & his quæ ipse in capitulis posuit sunt ista contraria. Verùm ne sermonem producam, ad aliud eorum quæ nobis visa sunt venio. Fui in Berrhœa; & dum multa nobis hic exercitatio facta fuisset, & communis pater Dominus meus Acacius sanctissimus Episcopus omne bonum moveret ut Ecclesiarum status in semetipsum redeat, placuit ut rogatus à nobis Dominus meus religiosissimus & communis frater Dominus meus Episcopus Paulus ad Ægyptum iter assumat pro pace universali; ut ibi conflictu habito per vivam vocem, quæ dicuntur ad majorem manifestationem clarioremque perveniant; ut illud fiat quod ab his qui foris sunt sapientibus dicitur: *Ea quæ de Deo dicuntur, & sæpius audiuntur, vix tandem sicut aurum purgantur.* Noli ergo esse pusillanimis, quæso. Sufficiens est enim Deus inchoatam suavitatem & clariorem reddere & firmiorem, dum facta fuerit ista profectio ad bonum, sicut arbitror, Ecclesiæ Dei. Et verè magnum est ut adsumat animum Dominus meus Paulus, despiciens & infirmitatem corporis & senectam, & multa millia fluctuationes, quas dinumerare facile non est, ac semetipsum committat & provinciæ peregrinæ & viro qui non parum est exasperatus à nobis, licèt non ex nobis. Si verò dicis quia crucifixus sis mondo & mundus crucifixus sit tibi, quoad te bene se habet, ad mundum verò id nihil est. Nec enim philosophiæ nunc nec martyrii tempus est, sed correptionis totius orbis terrarum & perturbationis ecclesiasticæ. Significo Deo amabilitati tuæ quòd piscator demissus sit, magis verò sublatus, & quieverit turpiter. Adfert vero id non modicam consolationem. Valde enim eum & ipsa Ægyptus execratur, sicut cognovimus à [a] magistriano qui venit, a
ipsi plus perturbationis adscribens. Hæc per epistolam scripsimus studiosè, ut unde luctus nostros mitigemus habeamus. Hæc quidem sic se habent. Deo amicissimus verò Episcopus [b] Archelaus etsi b
pro dogmate nihil est passus, veruntamen per orationes tuas multatus est ad octo millia solidorum ab [c] Augustino Seleuciæ. Et placuit ut [d] describerent c d
universi. Para igitur quantum devotio tua suggesserit. Quòd si non habeas, vel legitima ei prospice. Peremptoriè enim addictus es.

Anno Christi 431.

Synodicon.

CAPUT LXXVII. 165

Epistola Iohannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum, de Paulo Episcopo.

ARbitratus sum me aliquid utile incepisse. Quia verò religiositas tua necessaria quidem meæ epistolæ reprehendit ut prava, reliqua verò velut insana projecit, melius est me acquiescere tuis quàm te illa quæ mea sunt durè suscipere. Tamen vel hoc unum tibi ut placeat quæso, quia iter Domini mei religiosissimi & communis nostri fratris [e] Pauli Episcopi non sit superfluum, sed utile e
ac necessarium. Verisimile est enim euntem ipsum obtinere aliquid quod non discrepet à nostra sententia. Propositiones enim meas illas [f] decem, f
quas communiter composuimus, portans recessit. Et verisimile est quòd vir ille velut majorem quandam satisfactionem perficere super eas impetrabit. Amat quippe colloquium multas difficultates adimere. Si igitur aliquid votivum per gratiam Dei obtinens remeaverit, bene se habet. Aliàs, communiter nobis deliberandum est quid agi oporteat.

[a] MAGISTRIANO] Maximo; de quo suprà cap. LV. pag. 757. & infrà cap. CVII.

[b] ARCHELAVS] Episcopus Euphratesiæ, ut putat Lupus. Certè non est Archelaus Episcopus Myndi. Hic enim non adhærebat Nestorio aut orientalibus.

[c] AVGVSTINO] Legendum, *Augustali.* Noti sunt Augustales coloniarum.

[d] DESCRIBERENT] Reponendum videtur, *describerentur*, id est, conferrent alii Episcopi partem suam mulctæ quam Archelaus non erat solvendo, sic tamen ut arbitratu suo tribuerent quantum putaverint largiendum, ut ait Imperator Valentinianus l. 1. Cod. Theodos. *Ne quid publicæ lætitiæ.*

[e] PAVLI EPISCOPI] Emeseni, qui fuit interpres & nuncius pacis. Vide suprà pag. 589.

[f] DECEM] Suprà cap. LIV. pag. 756. & cap. LX. pag. 766. sex tantùm dicuntur.

CAPVT LXXVIII. ..166

Epistola Dorothei Metropolitani Mœsiæ & ejusdem provinciæ Episcoporum ad Iohannem Antiochenum Patriarcham de ipsa legatione Pauli ad Alexandriam pergentis.

BEnedictus Deus, qui & olim sub Apostolorum temporibus novum & benedictum nomen quasi aroma quoddam, id est, à vestra metropoli in omnem orbem terrarum diffudit, ut Christiani vocarentur, & nunc autem festinante adversario evertere orthodoxiæ confessionem, mox vos armavit zelo divino, & opposuit contra omnia machinamenta nequissimi, ut nostra, quæ à patribos ad aures nostras missa est, hereditas fidei inconcussa servetur, pro qua & multum studium exercentes minimè fatigamini, omnia propter Dominum sustinentes; ita ut debili corpore ad Deo amicissimum iter assumeretis Acacium, & per eum Deo amicissimum comministrum nostrum Emesenorum civitatis Episcopum Paulum dirigeretis, & eum sic transmitteretis Ægyptio sicut medicum ad languentem, quin potiùs, ut arbitror, putridum, ut in ipso providentiam facientes ecclesiasticæ totius orbis tranquillitatis. Hæc namque universa per litteras vestræ prospici agnovimus sanctitatis; & valde nobis quæ à vobis provisa sunt placuerunt, præcipue verò circa banc patrem qua cum pia cautela & tecta nostra confessione curate anguem festinatis, ut duæ naturæ Domini Christi inconfusæ per confessionem dicantur, rationabiles occasiones ab ipsis qui reciderant à pietate sumentes. Dignetur verò amatrix Christi sanctitas vestra, sicut & cœpit, ante omnia ut illa pars piæ confessionis nostræ muniatur, neque aliqui duas inconfusas Christi naturas negent, neque hi qui eas orthodoxè prædicant abjurentur ab eis, neque manus aliter his qui lubricati sunt porrigatur nisi scandala in scripto peremerint, anathemarizantes capitula quæ impiè ab eis exposita sunt & omnia quæcunque orthodoxæ piæ nostræ religioni & ipsi subintroducere absque probatione tentarunt, & quæ introducta ab aliis receperunt, subscriptionibus ea roborantes quæ aliena sunt ab orthodoxa fide. Hæc non tamquam præcipientes scribimus, Deo amicissime, sed sicut filii patribus damus consilium suggerentes.

CAPVT LXXIX. 167

Ad manifestandam divisionem eorum qui cum Iohanne Antiochenorum Archiepiscopo sentiebant, & eorum qui Nestorium cum ejus dogmatibus, quæ & ipse negaverat, post istam epistolam proœmium Irenæi, de quo sæpe diximus, transcribamus. Quod ita se habet.

TErtia, *inquit*, pars hujus codicis continet illa quæ acta sunt in Alexandria, quando inter se consenserunt, & Cyrilli circa eas malas artes, & Pauli ad eum impias pactiones, & ut in summa dicatur, ea quæ antè sunt gesta quàm Paulus & Aristolaus ad Antiochiam remearint. Postquam codicis partem ea quæ de ipsa Antiochenorum [Episcopus] primùm per literas ubique scripsit, nihil eorum quæ cum Ægyptio eis composita sunt faciens manifestum sacerdotibus orientis.

CAPVT LXXX. 168

Epistola prima post Ecclesiæ scissionem; quam Iohannes Antiochenus Episcopus per Paulum Emesenum Episcopum Cyrillo Alexandrino Episcopo pro pace facienda direxit.

IPse salvator & Dominus noster Iesus Christus & alia quidem multa millia salutarium præceptorum tradidit discipulis suis, & duo ista, quæ quidem videntur esse ad invicem quasi è regione contraria, omnem verò inter se consonantiam servant, dico verò pacem & bellum, bellum quidem pro semetipso & pro pia quæ de ipso est confessione, pacem vero quæ ab eo est ad eosdem, secundùm quam cunctorum constans conjunctio ubique fidelium una intelligatur Ecclesia, eorum qui inter gentes ac barbaros ubique per totum mundum intellectum pium conservant. Ipsis verò potiùs æquivocibus est utendum per omnia sanctis in quibus bellum initur & suam nobis tribuit pacem: *Non veni mittere pacem in terram, sed gladium.* &, *Pacem meam do vobis.* Hanc tunc quidem quando discerpserit pia in Christo confessio, hoc melius bellum est; & eos qui conteruntur salvos facere novit, dum non defendunt illa quæ sua sunt, sed illa quæ Domini. Quando verò pia [confessio intrò] missa est, tunc idem sapientium pax totius ecclesiastici corporis salus est. Hæc à me simpliciter dicta sunt, neque honoris amore, (Longè enim hoc à consuetudine mea est) sed ut ostendam quia divisio quidem quæ contra te, Deo amicissime frater, in tempore facta est pro veritate magis, non pro re aliqua corporali, nec inimicitiis vel pusillanimitate proveniens. Erat enim quædam nobis ad invicem ampliùs quàm aliis scilicet circa nos dilectio & affectus; quem licèt secundùm faciei adspectum non plantaverat collocutio, sed unitio rerum valde optimè atque firmissimè sufficienterque contigerat. Sed accepi discordiæ causam illorum capitulorum transmissionem, quæ utinam nunquam fuisset, effectam. Credere enim mihi tua à Deo amabilitas debet quia in tantum nos obstuporem miserunt ut nec putaremus tua hæc esse inter ipsa principia, (& utique forsitan cognovit id sanctitas tua ex epistolis nostris, quæ ad aliquos scriptæ essent) sed alicujus eorum qui non illa quæ nostra sunt, id est, Ecclesiæ, sapiunt. Et hoc, inquam, suspicati sumus, super eis valde turbati. Quorum capitulorum non modica salvatio facta est. Et spem verò adhuc nobis præstant perfectæ sanationis ea quæ nuper à te, Deo colendissime, scripta sunt: quæ directa quidem sunt ad Dominum meum Deo amicissimum, communem patrem Acacium, lætificaverunt autem cunctos qui sunt pacis ecclesiasticæ amatores; super quibus & nos nimis sumus supermodum affecti, licèt conjuncta essent multis quidem, quod attinet, fraternis accusationibus, præstabant enim nobis satisfactionem quandam non modicam. Et indigent non multo additamento, quod ipse te peracturum esse promisisti, illud dicens: Quoniam cùm pax fuerit facta, adhuc

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

amplius excandificabitur quod ad satisfactionem pertinet. Plus autem nos illud lætificavit, quia beati & communis patris Athanasii epistolam gratissimè suscepisti, quæ sufficiens est omnes discordias solvere, eò quòd non solùm rectè contineat, sed & ob hoc quod ille, dum fide sit dignus, auferat conflictus earum. Sit enim nobis hic interpres, cui meritò debeat credi illius fidei quæ in Nicæa à patribus sanctis exposita est, eò quòd sint quidam vel eorum qui intra Ecclesiam sunt, vel illorum qui foris Ecclesiæ, qui proferunt eam tamquam quoddam magnum juvamen ferat hominibus, divertat verò eorum quæ impia sunt quorundam ad proprium sensum & ad id quod simpliciter unicuique placuerit. Sufficit hoc tantummodo dicere. His igitur bene inchoatis, illa per quæ inter nos ad invicem fuerat facta diversitas de reliquo jam quiescant, illa verò quæ ad pacem pertinent maneant. Occurramus laborantibus per universum mundum populis per diversas opiniones, quibus huc atque illuc distrahuntur, dum multi eos distrahentium nesciant neque quid loquuntur, neque de quibus affirmant. Exundant enim ubique anathematismorum nimbi ingenti numero, & contumeliæ quas fratres adversùs fratres & [a] sacerdotes adversùs sacerdotes exquirunt & in populos populi. Nam alii quidem Iudæos nominant Christianos. Est Apollinarii ista contumelia contra universalem Ecclesiam, quem cum sensu ejus plurimi susceperunt. Ille enim impius & adversarius Dei oppugnantes errores suos, dico autem patres Ecclesiæ, Iudæos nominare minimè reveretur. Alii verò istos paganos gentilibusque deteriores appellant, qui forsan sæpius unà secum communionem sumpserunt ineffabilium mysteriorum. Et nihil est aliud videre fieri per omnem terram nisi perturbationem bellumque infandum & iram irrevocabilem & crudelitatem quæ omnem superat inhumanitatem barbaricam. Et non est qui condoleat super contritione Ioseph, invicem voluptatem præstantes hostibus pietatis. Et hæc dico non velut illos quidem inculpans, hos verò à culpa excipiens, sed omnia deputans confusioni quæ facta est propter peccata communia. Proficient namque evangelio. Et paganis atque hæreticis imminentibus necessariò contra nos pietatis inimici desæviunt; qui præsentis perturbationis tempus amplexi, impudenter omnia corruperunt. Unde ipsiusmet Christianitatis reverentia conculcata est, inimici verò Dei subitò sonuerunt, levaverunt caput super populo Dei, & adversùm te cogitaverunt consilium. Propter hæc omnia meum fratrem, tuæ verò Deo amabilitatis dilectorem, Dominum meum sanctissimum Episcopum Paulum ego & Dominus meus sanctissimus Episcopus Acacius invitavimus, ipse verò libenter arripuit, ut ad vestram perveniret sanctitatem, ut qui semper inter ecclesiasticos exstitit clarus, & sciens rebus competere & verbis, & habens ad Dominum reverentiam; qua utens præclarè sæpius in commune profuit, regente se Deo. Magis verò prodest propter eam quæ sibi inserta est devotionem. Hunc adspicere dignare suaviter, confidenter te [ei] committens tamquam mihi; & tamquam si ego, ita fiducialiter se tibi ipse committet. Et unà consideretis illa quæ mundum recolligere valeant. Non enim tantum vel me vel te considerare [debet] Deo amabilitas tua quantum quomodo ablatis scandalis in semetipsam revertente parte ad Ecclesiam Christi; ut his factis, & ea quæ placuerunt piissimo amatori Christi Imperatori de ecclesiastica pace proveniant.

CAPUT LXXXI. 169

Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Euphratesiæ provinciæ Metropolitanum. Irenæus dixit.

MUrmurando nos aliqui pulsant propter opiniones quæ veniunt ex Ægypto, [b] revereri nos arbitrantes si liberemur à cunctis, & nesciunt quia quies à nobis valde diligitur, dulcior est cunctis quæ in hac vita delectant. Usque adeo enim desideramus eam ut absque alicujus impulsione ad hanc currere cupissemus, nisi terror nos illius [c] judicis prohiberet. Quia verò id ita fieri minimè tutum est, sustinet necessitatem voluntas, ut desiderio cùm venia perfruatur. Quia igitur quæ diffamat rumor multa sunt atque distantia à veritate [& nata] animam perturbare, tuam sanctitatem quæso ut quæ vera sunt nos per litteras doceas; quatenus ad hoc ipsum nos præparantes aptemus. Nam & cum pietate desideramus pacem, & cum iniquitate ac impietate refugimus.

CAPUT LXXXII. 170

Epistola Andreæ Episcopi Samosateni ad Alexandrum Episcopum Hierapolis.

PRæcolligit quidem sanctitas tua rectè ab ipsis initiis finem ecclesiasticæ causæ. Ego verò ex litteris quas modò accepi non eundem præcolligam, sed unum sciam. Manifestas causas habeo; & quæ quidem sint necessarium non est in litteris ponere. Sciat autem sanctitas tua quia suave sit nihil, sed Alexandrinus quidem, sicut apparet, neque permutare aliquid vult eorum quæ semel malè conscripta sunt, neque transire à proprio sensu. Et ideo nihil ab Ægypto in tanto tempore scripserunt per epistolam qui profecti sunt. Nos verò, etsi multoties millies persistat in impio dogmate, contenti sumus his quæ olim per epistolam scripta sunt, quæ integrè orthodoxiam prædicant. Talia quidem præsentia sunt. Qualem verò habeant finem, & usque ad quid sit statuta perditio, nôverit Deus omnipotens. [Dum] verò indignè mortalem nunc prædicant eum, clarè pro sua impietate fiduciam gerunt; dum qui eos pascere videntur, studiosè illos incitantes exerceant, non ad blasphemiam solùm, sed ad omnes impudentias atque malitias. Et qui non consenserit, impius & Dominum negans ubique prædicatur & multarum millium mortium dignus. Ubi verò qui olim quidem nec ferebant hujus impietatis auditum, incongrui nunc & segnes facti, penè ubique ad reprimenda hæc quodam modo cesserunt, atque ipsi quoque curvati sunt, ne fortè & illa quæ adversarii proferunt bene se habeant requirentes, & illos maximè qui valde primores inter nos videbantur pro orthodoxia certare, videntes ad aliud

[a] SACERDOTES] Ibas in epistola ad Marim Persam scribens de schismate exorto inter Episcopos post damnationem Nestorii, ait: *Et propter hoc multa tristitia inter nos facta est, & in contentione erant Episcopi adversùs Episcopos & populi adversùs populos.*

[b] REVERERI] id est, timere ne pax fiat.

[c] IUDICIS] Obscurum est quem judicem intelligat Theodoretus. Lupus explicat de Cyrillo, propter duodecim capitula.

declinatos,

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

declinatos, & pacem ad illos amplexos. Et super his quidem Ecclesiæ calamitatem gemimus, & nos ipsos nocte ac die & aliis verò multis tristitiis vulneramus, eò quòd præsens sit omnium temporum pessimum tempus. Et frequenter desideravi ob hoc in solitario loco alicubi devacanti tuæ colloqui sanctitati, & quidem nihil aliud agere, flere verò ac lamentari tantummodo tam pro his quæ dicta sunt quàm pro aliis quæ penè jam duci perdidici.

Hæc dum geruntur in oriente, pax in Alexandria facta est, Paulo ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ dante epistolam pacis, & Cyrillo per eundem Episcopum ad Iohannem Antiochiæ Episcopum pacificam epistolam transmittente per Clericos suos. Quia verò culpantur aliqui orientalium quòd de hac pace quasi aliter quàm debuerant suspicati sint sive conscripserint, videamus & Cyrilli Archiepiscopi post pacem diversis directas epistolas. Sic tamen etiam synodales codices debitè & sincerè cum Dei timore quæramus, & videbimus puto quia nemo possit unam partem, eorum duntaxat qui Theodoreto idem senserant, de Nestoriani dogmatis suspicione culpare, qui tamen & alteram de Eutychiani dogmatis favore, si tamen non est ex ejus parte, pulsaverunt.

CAPUT LXXXIII. 172

Epistola Acacii Episcopi Melitinensis ad Cyrillum Archiepiscopum Alexandriæ [a] de pace quæ inter ipsum & orientales Episcopos facta est.

Hanc verò pro dogmatibus suis proferunt sectatores Dioscori & Eutychis contra catholicos; ubi & [b] addunt aliquod nomen Theodori Episcopi Mopsuestiæ.

Quoniam didici quòd per gratiam Dei prævaluetis orationibus, etiam præter præsentiam corporalem, ut in Ecclesiis statueretur quod in studio fuit, & litteræ Deo amicissimi & amatoris Christi Imperatoris venerint ad clarissimum & per omnia habentem virtutem mentis Tribunum Aristolaum jubentes ut unumquemque Episcoporum compelleret in sua Ecclesia anathematizare pollura Nestorii atque Theodori dogmata impietatis, gratias agens honorabili dominatori Deo, & multùm pro vestro studio orans, scribo pro omnibus quidem salutans reverentiam tuam, & rogo zelum tuum, qui secundùm Deum est, ut pro cunctis quidem æqualiter Ecclesiis cogites, & nec quamlibet Ecclesiam despicias, sed aut per vestram ipsorum præsentiam, aut directis aliquibus cum admirandissimo & clarissimo Tribuno fidelibus atque zelantibus viris ex tuis sodalibus, cogatur unusquisque publicè anathematizare Nestorii & Theodori dogmata, præcipuè hos qui dicunt duas naturas post unitionem, propriè unamquamque operantem. Eorum namque qui in Germanicia sunt aliquos experimentatus inveni quidem duos filios dicere recusantes, at verò duas naturas dicere non abnuentes. Unde si concedatur ut dicatur atque doceatur ab eis quia unaquæque natura per semetipsam operatur, & hæc quidem passa est, impassibilis vero illa permansit, nihil est aliud nisi duos iterum filios confiteri & patres induci. Rogo igitur incomparabilem tuam & devotam Deo animam, pervigila in causa, à Domino Christo tempus accipiens, & perfice Ecclesiarum sine scandalo ac sine cicatrice vel macula unionem.

Ad hanc Cyrillus Episcopus illam de Ecclesiæ pace dicitur [c] epistolam rescripsisse quæ nota est, quamque infrà invenies loco & numero suo, id est,

CAPUT LXXXIV. 173

[d] *Testimonium ex [e] epistola Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad Successum Diocæsareensis civitatis provinciæ Isauriæ Episcopum secunda.*

Etsi unus dicatur à nobis unigenitus filius Dei incarnatus & inhumanatus, non tamen fermentatus est ab his, sicut illis videtur; neque verò incarnatura mutasset verbi naturam, sed nec carnis in verbi; sed in proprietate quæ secundùm naturam utroque manente, atque intelligendo secundum modum quem modò reddimus, ineffabiliter & inenarrabiliter unitus, unam nobis ostendit filii naturam, veruntamen, ut dixi, incarnatam.

Hæc falsè intelligunt qui putant unam incarnatam naturam ita dictam quasi ex duabus unam, per unitionis compositionem factam. Hoc enim & continuè sequentia verba & adjectum de natura hominis composita monstrant exemplum. Nullis enim medius adjecit & hæc.

Non enim de solis simplicibus secundùm naturam verè dicitur unum, sed & de illis quæ per compositionem conscripta sunt, sive in idem conducta; qualis quidem res est homo ex anima & corpore. Aliena enim specie sunt alia, & ad invicem non consubstantialia; unita verò unam perfecerunt hominis naturam; licèt in rationibus compositionis differentia insistet secundùm naturam eorum quæ ad unitatem conducta sunt.

Audiamus jam nunc quomodo dicat esse contrarium dicere duas naturas Christi post unitionem & dicere unam incarnatam. Et quia hæc, ut dicit, impugnent se invicem, unde ampliùs constet quia unam naturam

[a] De paca] Hinc rectè collegit Lupus hanc epistolam scriptam esse sub initium anni CCCCXXXII.

[b] Addunt nom. Theod.] Hinc docemur huic Acacii epistolæ idem contigisse quod legi Theodosii adversùs Nestorium: quæ cùm adversùs ipsum tantùm lata sit, in Concilio tamen quinto sic relecta est ac si Theodorus quoque cum eo damnatus esset à Theodosio. Vide suprà pag. 583. & infrà cap. CXCIV. & CCXLIII.

[c] Epistolam] Habetur suprà pag. 591.

[d] Testimonium] Horum fragmentorum ex epistola secunda Cyrilli ad Successum excerptorum impugnatorem esse censet Lupus Irenæum amicum Nestorii, quamvis id dicat esse incertum. At illius esse non posse has impugnationes hæc res indicio est quòd ex calce istius capitis apparet illas scriptas esse post tempora Eutychis & Dioscori.

[e] Epistola] Hæc epistola habetur integra ex alia versione in capite CCXV. istius synodici.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

post unitionem vult dici compositam ad negationem duarum. Nam post paucillum ipsius epistolæ sic ait.

a [a] Addisco autem quòd super hoc & aliud sit quod in quæstionem venit. Qui enim dicit carne pati Dominum nuda, irrationalem facit & non spontaneam passionem. Si verò quis dicat cum anima intellectuali pati eum, ut sit spontanea passio; nihil prohibet dicere natura humanitatis eum passum. Si igitur hoc verum est, quomodo non dabimus duas naturas subsistere per unitionem indivisibiliter? Ego quisquis dicit, Christo igitur passo pro nobis carne, nihil aliud dicit nisi, Christo pro nobis passo natura nostra.

Hæc verba, quæ sunt omnino catholica, hic sacerdos sibi pro quæstione magis opponens, & quasi destruens quæ fuerat per epistolam pacificam paulò antè confessus, mox contra hoc indivisè hujusmodi verba produxit.

b [b] Repugnat iterum nihilominus hæc propositio his qui dicunt unam naturam filii esse incarnatam; & quasi vanum id volentes ostendere, contendunt utique duas naturas subsistentes ostendere. Sed ignoraverunt quoniam quæcunque non secundùm speculationem dici amant, hæc omnino in alteritatem, quæ in parte semota est & seposita est, modis omnibus abscedunt ab invicem. Sit autem nobis rursus ad exemplum secundùm nos homo. Duas etenim etiam super eo naturas intelligimus, unam quidem animæ, alteram verò corporis. Sed puris dividentes intuitibus, & tamquam in speculationibus subtilissimis, seu mentis phantasiis suscipientes differentiam, non per partes ponimus naturas, neque verò abruptè per utrasque incisionis permittimus ire virtutem, sed unius videlicet esse intelligimus, ita ut duæ jam non sint duæ, videlicet utrumque apud semetipsum, per ambas verò unum perficiatur animal.

Vbique Deum hic comparans animæ & humanitatem carni, usque ad hoc venit ut unum ex Deo & homine factum diceret animal. Vnum verò animal unum genus est, una substantia, una natura, una etiam species. Nos verò non secundùm solam speculationem duas naturas intelligi dicimus, ut ex utrisque dici possit & una. absit. Nec rursus, ut ait, omnino in alteritatem, quæ in parte semota est & seposita, modis omnibus abscedere ab invicem. absit. Nec verò dicimus quia in solis subtilissimis mentis phantasiis suscipimus differentiam, nec iterum quia per partes sint ponendæ naturæ, neque abruptè per utramque incisionis permittimus ire virtutem; sed illa utimur ratione quam beatus Gregorius Nazianzenus Episcopus scripsit, quamque ipse Cyrillus Alexandriæ Patriarcha in Ephesina synodo inter testimonia patrum cum reliquis approbavit Episcopis, dicens [c] *quia in Christo, qui secundùm deitatem suam coadimplet cum patre & sancto spiritu trinitatem, è converso se habeat quàm ipsa verè sanctissima trinitate. Sicut enim in trinitate divinitatis humanitas non præjudicat numero personarum, & sicut ibi rursus trium numerus subsistentium personarum divinitatis singularitatem minimè secat, sic hic naturarum subsistentium numerus singularitatem subsistentis personæ incidere non potest. ac per hoc sicut ibi una trium subsistentiarum non est persona, sed natura, sic hic una duarum naturarum non natura est, sed persona subsistens. Subsistere verò dico quod nec accidens sit, sicut dicitur pars civitatis & populi, nec translatitia, sicut vicem suscipiens alterius alter agit utilitates & causam alterius. Nam quia unam naturam Christi ex duabus factam fuisse per mixtionem usque adeo non licet dicere ut inter Apollinarii dogmata ab Ecclesia Christi antè damnatum sit quàm nascerentur hi de quibus nunc sermo sit, beati Ambrosii Mediolanensis Episcopi enim dignissima scripta testantur, viri apud Ecclesiam Dei ultra ceteros Episcopos famosi, & quem pro meritis suis non solùm catholici sed ceteri principes ejus temporis ultra omnes sunt veriti sacerdotes, cujus etiam testimoniis Ephesina synodus* [d] *usa est.* d *Dicit ergo Ambrosius in libro* [e] *contra dogmata* e *Apollinarii scripto inter multa similia & hoc.* Et hos igitur qui in phantasmate venisse Dominum Iesum Christum prædicant & illos condemnare debemus qui diversa erroris linea non unum eundemque filium dicunt, sed alium esse qui ex Deo patre natus sit, alium qui sit generatus ex virgine, cùm evangelista dicat quia verbum caro factum est, ut unum Dominum Iesum Christum, non duos, crederes. Nonnulli etiam aliud Dei verbum, aliud Dei filium crediderunt, cùm ipsum qui in principio erat verbum apud patrem in sua propria venisse evangelista testetur. Sunt autem qui tamquam ad unum Prophetarum, ita ad Christum factum esse verbum arbitrati sunt, non ipsum esse Dei verbum. Sed de nullo Prophetarum dictum est quia verbum caro factum est. Nullus Prophetarum abstulit peccata mundi. De nullo alio dictum est: *Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* De nullo Prophetarum legimus quòd sit dominus majestatis. quod de Christo Apostolus dixit quia Iudæi dominum majestatis crucifixerunt. Sed dum

ANNO CHRISTI 431. c

SYNODICON.

[a] ADDISCO] Non sunt verba Cyrilli, sed Successi objectiones mittentis adversùs doctrinam Cyrilli.

[b] REPUGNAT] Verba sunt Cyrilli refutantis superiorem objectionem.

[c] QUIA IN CHRISTO] Non sunt ipsa verba Gregorii Nazianzeni, sed auctoris istarum impugnationum. Vide suprà pag. 469. & 615.

[d] USA EST] suprà pag. 468. & 614.

[e] CONTRA DOGMATA] sive in libro de incarnationis dominicæ sacramento cap 6. Hunc librum ad Theodosium Imperatorem missum fuisse ab Episcopis Italiæ docent orientales suprà cap. XXXIV. pag.

Anno Christi 431. Synodicon.

hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini dicunt & divinitatem unius esse naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, ut majore contentione asserant patrem & filium & spiritum sanctum unius non esse substantiæ, quia isti divinitatem Domini & carnem substantiæ dicere tentaverunt. Deinde cùm isti dicant quia verbum in carnem, capillos, sanguinem & ossa conversum est & à natura propria mutatum est, datur illis locus ut infirmitatem carnis ad firmitatem divinitatis quadam facta divinæ naturæ mutatione detorqueant. Sunt etiam qui in tantum impietatis prodierint ut putent quia divinitas Domini circumcisa est, & imperfecta de perfecta facta est, & in ligno non caro sed illa operatrix omnium substantia divina in carnis specie coagulata pendebat. Quis autem non horrescat qui audiat quia non ex Maria virgine, sed ex divina substantia passibilem sibi carnem fecerit Dei verbum? Quod asserendo eò prolabuntur ut non ex tempore corpus Domini esse susceptum, sed coæternum Deo verbo semper fuisse contendant. Horum omnium auctores sunt qui divinitatem & carnem Domini unius naturæ fuisse dixerunt. Legi enim, quod non crederem nisi ipse legissem, legi inquam in [a] quibusdam libris sic positum, & organum & eum à quo movebatur organum, unius in Christo fuisse naturæ. Quod ideo posui ut ex scriptis nomen deprehendatur auctoris, & advertant quamvis exquisitissimis argumentis & phaleratis sermonibus non posse vim veritatis obduci. Et hic mihi frequenter Nicæni Concilii tractatum se tenere commemorat. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed Dei verbum unius substantiæ cum patre esse dixerunt, & verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni Concilii nomen obtenditur, & nova inducuntur quæ nunquam nostri sensere majores, cùm utique scripturæ dicant quia Christus secundùm carnem passus est, non secundùm divinitatem scripturæ dicant quia virgo in utero accipiet & pariet filium. Accepit enim virtutem, & peperit filium, quem & ipsa suscepit. Denique hoc etiam Gabriel proprio sermone declarat dicens: *Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Dei filius.* Ex te, inquit, ut secundùm hominem quod ex ipsa nasceretur adverteres. Ex se enim generavit Maria, ut quod generaretur ex ipsa, in eo, salva generationis dominicæ prærogativa, corporis esset vera natura. Sed & Paulus dicit se prædestinatum esse in evangelium Dei, quod antè, *inquit*, promiserat per Prophetas de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundùm carnem. Et ad Galatas: *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere.* Et ad Timotheum dixit: *Memor esto Jesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David.* Ergo ex nobis accepit quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro, & quod nostrum non erat, ex suo nobis divina sua largitate conferret. Secundùm naturam igitur se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificium, de suo præmium est. Multaque in eodem & secundùm naturam invenies & ultra naturam. Secundùm conditionem corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in præsepi est collocatus. Sed supra conditionem virgo concepit, virgo generavit, ut crederes quia Deus erat qui novabat naturam, & homo erat qui secundùm naturam nascebatur [b] ex homine. Ergo si caro omnium & in Christo subjacuit injuriæ, quomodo unius illa cum divinitate dicitur esse substantiæ? Verbum & caro, quæ de terra habet naturam, & unius substantiæ verbum atque anima, quâ perfectam naturam suscepit humanam? Vnius autem substantiæ verbum cum Deo secundùm paternam professionem & ipsius Domini assertionem, qui ait: *Ego & pater unum sumus.* Vnius ergo substantiæ pater cum terreno corpore prædicatur? Et adhuc indignamini Arrianis, qui dicunt filium Dei creaturam esse, cùm ipsi dicatis patrem cum creaturis unius esse substantiæ? Quid autem dicitis aliud dicendo ista nisi ut aut limum Adæ terramque nostram divinæ substantiæ comparetis, aut certè divinitatem in terrenæ corruptelæ injuriam transferatis? Dicendo enim quia verbum caro factum est, in terram dicitis utique esse conversum, quia caro & ossa de terra sunt. Scriptum est, inquiunt, quia verbum caro factum est. Scriptum esse non nego, sed considera quid sequatur. Sequitur enim: *Et habitavit in nobis*, hoc est; illud

[a] Quibusdam] Vulgatæ editiones & vetus liber bibliothecæ Colbertinæ habent *cujusdam*. quod melius est. Sed quod postea sequitur, *ut ex scriptis*, melius est quàm quod habent editiones, *ex scripturis*. Codex Colbertinus habet, *ex scriptis*.

[b] Ex homine] Postea nonnulla sequuntur apud Ambrosium quæ auctor iste prætermisit. Vox autem *omnium*, quæ paulò pòst isthic sequitur, extat etiam in codice Colbertino. At in editionibus legitur, *omni*. Postea legendum est: *esse substantia. Si enim unius substantia verbum & caro, qua de terra habet naturam, cur unius substantia asseratur verbum atque anima, quam perfectam natura suscepit humana.* Quamquam codex Colbertinus legit simpliciter, *esse substantia. Verbum & caro, qua de terra habet naturam, cur unius &c.*

verbum quod carnem suscepit, hoc habitavit in nobis, hoc est, in carne habitavit humana. Et ideo Emmanuel dictus est, hoc est, nobiscum Deus. Hoc ergo est, *verbum caro factum est*, pro eo quod est, homo factum est. Sicut etiam Iohel dixit: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Non enim super irrationabilem carnem, sed in homines futura promittitur spiritus effusio. Et si secundùm litteram vos tenetis, ut putetis ex eo quod scriptum est quia verbum caro factum est, verbum Dei in carnem esse conversum, numquid negatis scriptum esse de Domino quia non peccatum fecit, sed peccatum factus est? Ergo in peccatum conversus est Dominus? Non ita: sed quia nostra peccata suscepit, peccatum dictus est. Nam & maledictum dictus est Dominus; non quia in maledictum conversus est Dominus, sed quia nostrum suscepit in se maledictum: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Miraris ergo quia scriptum est, *Verbum caro factum est*, cùm caro assumpta sit à Dei verbo, quando de peccato quod non habuit scriptum est quia peccatum factus est, hoc est, non naturam operationemque peccati, utpote in similitudinem carnis peccati factus, sed ut peccatum nostrum in sua carne crucifigeret, susceptionem pro nobis infirmitati obnoxiam corporis peccati carnalis assumpsit. Desinant ergo dicere naturam verbi in corporis naturam esse mutatam, ne pari [a] temperatione videatur natura verbi in contagium mutata peccati. Aliud enim est quod assumpsit, aliud est quod assumptum est. Virtus venit in virginem, sicut & angelus ad eam dixit: *Quia virtus altissimi obumbrabit te.* Sic natum est corpus ex virgine. Et ideo cælestis quidem descensio, sed humana conceptio est. Non ergo eadem carnis potuit esse divinitatisque natura.

Licèt hæc lectio tota sufficienter notet hæresim quæ unam ex duabus dicit in Christo factam naturam, finis tamen ejus quasi è contrario est hanc tenentibus nunc usque dementiam. Non minùs verò & præfatas denotant lectiones, quæ non solùm in epistola ad Successum secunda, sed & in epistola [b] *ad Acacium Melitinensem &* [c] *Eulogium jacent. Et in aliis verò pluribus ante pacem scriptis similia continentur. Sed hoc plus est hic, quia & post pacem contra universæ Ecclesiæ fidem illa denuo renovare reperiuntur propter quorum suspectionem mota sunt universa litigia. Ergo qui Theodoretum culpant de epistolis quas bona intentione scriptas, si tamen ejus sint, per gratiam Dei ostendere poterimus, aut contra Ambrosium dicant non esse hæresim dicere unam naturam Christi post unitionem tantummodo, & sequacibus Eutyches atque Dioscori apertè jungantur, ac secernantur à coteris, aut certè non reprehendant quæ nesciunt quomodo Theodoretus dixerit, ne alterius, quem venerantur, quæ scimus quomodo dicta sint, damnare omni rationis consequentia compellantur. Si enim de utrisque non tacere partibus præ timore Dei, sed utrasque voluerimus humana præsumptione discutere, ad utriuslibet impietatis omni necessitate rationis præcipitamur abrupta, & quod est deterius, si unam naturam ex duabus post unitionem bene posse dici putemus in Christo, pariter quoque audeamus de mortuis judicare, quomodo non horremus dicere quòd excludemus Ambrosium, quasi pietatem pro gravissima impietate damnet, sicut & alii plurimi patres. Sed jam ex ipsius Cyrilli Alexandriæ Archiepiscopi dictis probemus quod hæc ipsa ante pacem prædicaverit quæ post pacem.*

CAPUT LXXXV. 173

[d] Cyrilli epistola ad Theognostum & Charmosynum Presbyteros & Leontium Diaconum Constantinopoli degentes, Apocrisiarios suos.

CYrillus Theognosto & Charmosyno Presbyteris, & Leontio Diacono, in Domino salutem. De omnibus rebus scribimus vobis. Deinde tamquam nihil agnoveritis sic scribitis, turbis nos replentes. Scio igitur scripsisse me vobis quia bene [e] senissimus & Dei colentissimus Acacius BerrhϾ per adhortationem aliquorum de oriente reverentissimorum Episcoporum scripsit ad me per Dominum meum magnificentissimum Aristolaum quia oportet omnia obliterari quæ [f] in codicibus vel epistolis scripta sunt, & solo symbolo esse contentos quod in sancta Nicæna synodo expositum est. Ego verò ad hæc multorum versuum [g] epistolam rescripsi ad eum, quam & utique modis omnibus accepistis. Hoc enim edocuit dilectissimus Eulogius Presbyter. Et nunc verò veniente reverentissimo Emesenæ civitatis Episcopo Paulo ad Alexandriam, omnia sunt formata, suaviter quidem atque pacificè, cautè verò, sed sicut oportuit. Nec enim [h] depositionem Dei colentissimi Episcopi Maximiani recepimus aut commu-

[a] Temperationis] In editionibus & in exemplari Colbertino, *interpretatione.*
[b] Ad Acacium] Habetur suprà pag. 599.
[c] Eulogium] Presbyterum Alexandrinum. Vide suprà pag. 597.
[d] Cyrilli] Hunc titulum nos addidimus, descriptum ex operibus sancti Cyrilli, ubi hæc epistola habetur Græcè & Latinè.
[e] Senissimus] id est, valde senex. Vide suprà cap XLI. pag. 746.
[f] In codicibus] Vide suprà pag. 600. in gestis synodi Ephesinæ, & cap LIII. hujus synodici pag. 756.
[g] Epistolam] Habetur suprà cap LVI. pag. 758.
[h] Depositionem] id est, eos non recepimus qui à Maximiano Episcopo CP. depositi sunt, neque cum eis communicamus, neque illos absolvimus à sententia quæ adversùs illos data est.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

nicatores habere aut absolvere [à sententia] quæ prolata est super eis. Neque simpliciter præfato Paulo communionem dedimus pro sua persona tantummodo, nisi obtulisset prius chartam, confitens quia Dei genitrix est sancta Maria, & quia anathematizat Nestorii dogmata. Sumens verò [a] dicendi in Ecclesia locum, magna voce dixit: *Quia Dei particem sanctam virginem confitemur, & quia anathematizamus eos qui non dicunt hoc, & quia unus filius Christus & Dominus, non duo.* Quia verò non venit chartam habens quòd anathematizaret Ioannes Nestorii dogmata, & confiteretur quòd & depositum haberet, sed erant simpliciter epistolæ quæ ab eo directæ sunt nihil necessarium habentes, dixi quia non ei possumus communionem reddere antequam faciat hæc. Dum verò vidissem fastidientes eos ob hoc, & ipsum reverentissimum Episcopum Paulum nimium coarctatum & Dominum magnificentissimum Tribunum & Notarium Aristolaum, solutionem dans causæ, & ne pacem refutare putaremur, dum causa per dilationes adhuc longas traheretur, scripsimus communicatorias litteras. Dictata est verò charta cum consilio reverentissimi Episcopi Pauli, in qua debeat subscribere & Antiochenus. Et misi cum admirandissimo Aristolao duos Clericos, ita ut si subscriberet Iohannes dejectioni vel damnationi Nestorii & anathematizaret dogmata ejus, daret ei communicatorias litteras, alioquin detineret eas, suscipiente cum juramento admirandissimo Aristolao quia charta ipsa minimè perderetur. Dixit autem, Quia si noluerit subscribere, rectò cursu Constantinopolim petam, & edocebo ipsum piissimum Principem nostrum quia nihil paci obest Alexandrina Ecclesia, sed Antiochenus est qui non diligit pacem. Nullum igitur æstuare sinatis. Non enim sic deliramus ut anathematizemus quæ nostra sunt, & in his quæ conscripsimus permanemus, & eadem sapiemus. Recta enim sunt, & quæ accusari non debeant, & scripturis divinis consona & fidei quæ à sanctis patribus nostris exposita est.

CAPUT LXXXVI. 174

Epistola Iohannis Episcopi Antiochiæ ad Theodoretum Cyri Episcopum de pace inter Ecclesias facta.

Quis loquetur potentias Domini, auditas faciat omnes laudes ejus? Pervenerunt ab Alexandria suavia & bona nuntia, quæ sperari non poterant, uno sensu conjungentia pietatis quæ ubique sunt terra marique Ecclesias Christi. Et per Dei gratiam futurum est post paululum ut ipsa quæ nobis fuerint scripta, tuæ religiositati vel deicolentiæ [c] destinemus, in quibus Dominus meus religiosissimus Episcopus Cyrillus usque ad satietatem usus dogmatis [b] acribia, suscipiens atque approbans ea quæ à nobis sunt destinata, magis verò per hymnos laudans, quippe ut bona & bene composita & patrum confessioni consonantia, componens verò & ipse similia & omni satisfactione plenissima. Vnde justum duximus esse hoc suavium rerum nuntio te ut peculiariter perlætificarem, ut ex parte etiam unusquisque suscipere gaudium queat. Arbitror enim quòd omnes qui Deum diligunt, festivitatem celebrabunt; quoniam suscipimus auditum quod omnium sensus fidelium restauret & erigat. Periclitantem namque & scissam in multas & varias opiniones piam patrum confessionem ex insperato Deus in semetipsam reduxit, gaudium donans his qui in cœlo sunt & qui in terra. Expulsus est enim clarè ab epistola ille adulterinus sensus unius naturæ, immo potiùs languor, & confessa quidem est differentia naturarum. Porrò verò unius singularitas & summa conjunctio expulsa est, etiam subintroducta illa consubstantiatio & unitio prædicatur. Et dividimus voces ut naturas, non solùm nos, quibus à principio & à patribus vocum est super salvatore amica divisio, sed hi qui sunt in Ægypto, sicut & nos qui sumus in oriente. Totum verò in Dei opus est per exercitationem collationis quæ cum caritate est habita. Scit enim affectus sæpius majora necessitate prævalere; & sæpe quod contentio revocare non potuit, hoc gratia sua persuasione restituit. Et ut non in prolixum ducam sermonem, ipsa in scriptis ad vos post paululum veniet rectæ fidei confessio, cùm secundæ litteræ eas fuerint subsecutæ, per quas manifestè omnia scitura est Deo amabilitas tua. Exivit enim ab Ægypto, & in via est, annuente Deo, Dominus meus sanctissimus Episcopus Paulus, qui illa potuit pro generalitate peragere quæ nos quidem orabamus, Deo autem complacuerunt. Et hujus præsentiam sustinentes, ne lateret aliquid [c] de Dei colentia, hæc interim scripsimus, volentes communi corpori satisfacere sanctæ Dei Ecclesiæ. Omnem quæ tecum est fraternitatem salutamus.

CAPUT LXXXVII. 175

Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Iohannem Antiochiæ Episcopum rescripta, & suprà appositæ respondens nuntiæ pacis.

Optima magistrorum militia & contra hostes in totum cunei cornu stant, & pro his qui laborant fortiter pugnant; & cùm pacem celebraverunt, non præsentes tantùm, sed & absentes prælantium in pace facienda connumerant secum. Et magnus David, dum progressus aliquando ad prælium victor exstiteret, [spolia ad] civitatem retulisset, non solis his qui bellati fuerant, sed & his qui vasa custodire præcepti sunt, æquam distribuit portionem. Et lex facta est ex illo, præcipiens ut hi qui fuerunt bellica instrumenta, cum bellantibus partem prædæ similiter sortiantur. Quomodo igitur non sit incongruum ut dum lex præcipiat ut [cùm] illi qui longè à prælio sedent in custodia vasorum, facti fuerint utiles, aliis participent æqualia, nos perdamus eos qui nobiscum decertarunt pariter ac despiciamus, dum ab his qui priùs communes inimici fuerant expugnentur viri qui in Ephesо & in Chalcedone fortiter pro pietate præliati sunt, & usque ad præsens steterunt unà nobiscum, & laudabiliter agere minimè quieverunt? Si igitur pax quæ diffamatur firma subsistit & vera est, oportet ut omnes ea fruantur, & nemo à nostro cuneo foris fit. Si verò res pacis inanis, & nudum nomen hujus fœderatores dederunt Deo odibilem

[a] Dicendi] Fragmentum ex ista homilia retulimus suprà pag. 662. Errat autem Lupus, qui hunc locum interpretatur de libello quem Paulus dedit Cyrillo suprà pag. 789.

[b] Acribia] Vide quæ notata sunt suprà ad caput XI. pag. 703.

[c] De Dei col] Puto legendum, *tuam deicolentiam*, id est, religionem, pietatem. Vide paulò suprà.

Anno Christi 431. Synodicon.

& omni pio indignam pacem, quia talem esse arbitramur. Nec enim sanctum est nec salubre ut nos quidem depositiones sive damnationes justas solvamus, & ordines illicitos suscipiamus, & his qui omnia sursum ac deorsum fecerunt impertiamus veniam, ab illis verò, & in ipso pacis tempore, quæ sunt hostium perpetrentur, & egregios nostri cunei pellant ab Ecclesiis. Scribat igitur sanctitas tua & amatori Christi Imperatori & magnis judicibus, & eis faciat manifestum quia minimè patiemur hanc suscipere pacem communionemque illorum amplecti nisi priùs hi qui certaminum tempore nobiscum fuerunt suas receperint Ecclesias. Tuam enim sanctitatem decet talem pacem Ecclesiis providere quæ ab omni macula sit libera, & quæ pios non ampliùs quàm ipsum prælium vulneret. Hæc ad præsens scribere sum coactus, litteras iterum suscipiens sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Himerii culpantis nos tamquam communis certaminis proditores. Ergo & ipsum refoveat sanctitas tua, & Imperatoribus significet quia nos deteriorem prælio arbitremur hanc pacem. Nam pugna quidem illa nos & apud Deum coronat, & apud eos qui divina sapiunt ornatos efficit. Pax autem talis & hic nos confusione replet, & apud justum judicem dignos efficiet supremo supplicio.

CAPUT LXXXVIII. ...176

a b

[a] Epistola ejusdem ad [b] Theosebium Episcopum. Ambas Irenæus ponit.

Ex quo quidem mali nominis reliquimus Ephesum, neque scripsi tuæ sanctitati, nec frui me contigit tuis litteris. Et ut communem satisfactionem faciam, arbitror causam fuisse non itineris longitudinem, sed ex eo quòd ab illa via qua currunt equi longiùs & nos & tua religiositas habitet. Veruntamen etsi litteras non accepimus, tuis continuè deliciamur in laudibus. Audivimus enim zelum tuum pro pietate & fortitudinem contra iniquitatem, & multùm miramur animi perseverantiam. Nam nos quidem longè ab hostibus existentes, & extra sagittarum, sicut dici solet, casum sedentes, [c] nihil arduum bonorum virorum virtutem sermonibus elevare, ab ipsis operibus abstinentes. Tua verò Deo amabilitas in medio hostium constituta, & ab eis undique circumdata, cùm circumfusi sint inimici, fortior exstat à malis, & quasi vir fortissimos aliquis armis amictos, galea quidem emissarum nubem repercutit sagittarum, lancea verò fugat instantes. Sic sanctitas tua omnimodis spiritualibus armis amicta, scuto quidem fidei ignitas iniquorum sagittas extinguit, gladio autem spiritus & divinorum doctrina sermonum falsitatem convincit, fortitudinem verò veritatis ostendit. Propter quod beatificamus te, sanctissime, & Dominum deprecamur, simile aliquid facientes his qui sedentes in terra, pro eis qui pugnant inter pelagi fluctus ferventer exorent, ut si placet ipsi, tempestates cælicus solvat. Si verò adhuc oportet eos qui nobis sunt similes corripi & eos nobis ostendi, hoc vobis robur donet usque in finem certaminum. Communis namque confidentia erit & virilitatis principalitas omnibus qui in hoc stadium descendere eligunt; quod quidem malignus aperuit, nostræ naturæ superbiens, utile verò fecit bonorumque procurationi accommodum Deus ille qui maligni machinationibus utitur ad salutem. Denique & nunc illos qui contraria doctrinæ apostolicæ adstruebant, & qui unam naturam factam docebant Christi naturas, & temperationem super inconfusa unitione dogmatizabant, & illas passiones quæ pro nostra salute carni Domini sunt illatæ inconvertibili & incommutabili divinitati adscribere tentaverunt, in alteram doctrinam, quæ his est è regione contraria, manifestè reduxit, & evangelicam redoceri regulam compulit. Unde duas confiteri naturas præsenti tempore persuasi sunt, & vertibilitatem confusionemque ab ecclesiasticis exilìantes dogmatibus, naturarum [differentiam] clara prædicant voce, & passiones carni coaptantes, impassibilem divinam confirmant esse naturam. Tantum & ipsis adversariis hoc stadium profuit, non propter diaboli nequitiam, sed propter Dei nostri misericordiam & sapientiam. Credimus quòd & iniquitatem convincat, sicut impietatem nudavit, & justitiæ prospiciat, sicut pietatem ostendit, & omnibus persuadeat quia nihil est quod non regatur ab eo, neque quid negligat, sed omnia sapienter gubernans permittat ad modicum contra navem sævire procellas, ut virtutem propriam navigantibus innotescat. Viriliter igitur age, Domine, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et me autem suffulcias tuis orationibus, quæso, qui valde tali præsidio egeo tam propter animæ infirmitatem quàm propter corporis quoque languorem.

CAPUT LXXXIX. 177

Verba Irenæi, quæ post Iohannis epistolam suprascriptam contra Theodoreti dixit.

His credens immo verò inductus iste amator Dei & Ecclesiæ quondam doctor, qui regebat currum, est valde quidem obductus de bonis pacis nuntiis. Quomodo enim posset aliter evenire? Nondum verò sciens hujus modum famosissimæ passionis, sed neque omnino in animo pro nimietate impietatis accipiens quæ molimina essent, non ad ipsum solum, sed insuper ad alios multos similibus usus est litteris.

CAPUT XC. 177

Epistola Andreæ Samosateni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum.

Multi & per litteras & per semetipsos pacem nobis annuntiant; & hi videntur nobis condelectari de hoc bono nuntio. Ego verò ea quæ sunt in medio cernens, sicut & tua sanctitas novit, videor quidem cum fastidio suscipere nuntios, ingemisco verò apud memetipsum cogitans quasi non aliquid novius nunc nobis ab Alexandria [d] deferatur. Nam [e] litteras quidem quæ de

[a] Epistola ejusdem] id est, Theodoreti, si Lupus nihil omisit eorum quæ in codice Casinensi interjacent inter superiorem epistolam & istam.

[b] Theosebium Epis c.] Cii in Bithynia, ut patet ex cap. VII. & CXC.

[c] Nihil arduum] id est, difficile nobis non est sanctorum virorum præclarè gesta laudibus in cœlum evehere. Itaque necessarium non est glossema quod huic loco attexuit Lupus, ideoque sustulimus.

[d] Deferatur] Post hanc vocem in editione Lupi diverso charactere, ut ille assolet quum aliquid de suo ponit, addidit hæc verba. *Pax cum corruptione fiet fidei.* Nos sustulimus, quia sensus absque his constat.

[e] Litteras ad Alex] id est, Cyrilli ad Acacium, quæ extant suprà cap. LVII. pag. 758. De his enim hic agi patet ex capite LX. pag. 766.

Anno Christi 431.

Synodicon.

ab Alexandria directæ sunt legens, quas & olim tuæ sanctitati transmisi, clariorem vidi impietatem divulgari. Video autem multos eorum qui videbantur pro fide certare particulariter subdeponentes & satisfacientes pro his qui nos ad jurgia concitaverunt, tamquam perducti sint & sapiant rectè. Et quem exitum causa suscipiat videre non possum. Vereor autem ne circa Antoninum meum inveniam ut eulogias ab Apollinario accipientes. Tua verò sanctitas, Domine, sufficienter pro pietate decertans, & nos confirmat atque corroborat, & Deus cunctis te foventibus columna, & firmamentum veræ fidei existet.

CAPUT XCI. ...179

Epistola Iohannis Antiocheni Episcopi ad Imperatorem Theodosium de pace Ecclesiæ.

DEo amicissimis & piissimis Imperatoribus nostris, qui dignè sunt honorati à Deo vel ordinati, Theodosio & Valentiniano Augustis, Iohannes Episcopus Antiochiæ vestræ devexæ Syriæ, in Domino gaudium. Opportunum nunc illo eloquio prophetæ dicere quia erunt prava in directa. Quando enim Deus aliquid facit, consequitur in his quæ fiunt facilitas nominis, & nullus divinæ resistit voluntati. Voluit nunc & complacuit ei ut per intentionem vestram piam & has beatas cutas quas pro Ecclesia Christi vestrum suscepit imperium ad pacem conjungere orbem terrarum & dare unitionem, in qua non alius aliud quid sapit de ecclesiasticis dogmatibus, sed unus sensus salvatur & idem de humanatione Domini nostri Iesu Christi. Idem sapimus igitur universi. Et communis nobis est facta confessionis convenientia complectens his quæ olim & à principio exposuerunt patres, satisfacientibus nobis ad invicem in his de quibus nos ambigebamus, decertando contra Dominum meum Dei colentissimum Episcopum Cyrillum. Ipse verò nunc ea quæ à nobis sunt directa suscipiens, & quæ componentes pietati tuæ in Chalcedonensi civitate tradidimus, his acquiescens, & approbans ea, similibus intellectibus contexuit nobis idem confitentem fidei apostolicæ traditionem. Expulsa est igitur universa hæresis atque contentio, pietate vestra incolumi orbi terræ, cujus sceptra cum pia confessione nutrita sunt, & certè obtinuerunt & obtinebunt in perpetuum, divina dextera continente. Et ut vestrum nosse possit imperium vel ea quæ à nobis ad eum scripta sunt, vel ab eo ad nos, in quibus unum eundemque sensum paternum in ministrando servamus, ipsas ad invicem nostras epistolas his litteris nostris subdentes direximus, tradentes epistolam clarissimo Tribuno & Notario vestro Aristolao, quo ministro est usus in causa, ut voluntas vestra proveniret, cùm pia & sancta sit. His igitur ita se habentibus, & fide indubitabilitatem suscipiente, secuti sumus omnia quæ præcepistis, piissimi Imperatores, per Dei colentissimum sive religiosissimum Episcopum Paulum, virum quem nostis & vos, ut arbitror, pace gaudentem & scientiam non modicam possidentem in ecclesiasticis rebus. Suscipimus igitur & ordinationem sanctissimi & religiosissimi sive Dei colentissimi Episcopi Maximiani, viri cujus virtutem conversationemque ab olim novimus. Et depositum sive damnatum habemus Nestorium, qui olim [a] fuit magni nominis Constantinopolim Episcopus, anathematismo subjicientes quæcunque ab eo alienè ac peregrinè dicta sunt contra apostolicam doctrinam. Supplicamus autem pietati vestræ ut perfectam festivitatem præstetis mundo, quatenus nulla civitas ab hac celebritate communis festivitatis extorris sit, & jubeatis ut Deo amicissimi Episcopi, qui inter præcedentes turbas expelli Ecclesiis visi sunt, ad priorem habitum reducantur & ab omni importunitate sint liberi, ut nullæ [b] pusillanimitatis reliquiæ Ecclesiis resideant. Facile verò est ut id à vestro imperio fiat, eò quòd hujusmodi correctionum vetera quoque habeatis exempla, quæ antiquos quidem Deo amicissimos Episcopos propriis sedibus reddiderunt, eos verò qui inter turbationem fuerant ordinati vacare fecerunt & sustinere illorum de vita præsenti recessum. His enim, sicut diximus, Deo favente, bene ac rectè provenientibus, orationes ac deprecationes pro imperio vestro fient à cunctis hominibus. Per vos enim & per vestram pietatem Ecclesiis quidem prior est restituta tranquillitas, Christianæ verò salvatæ sunt res. In pace de reliquo degunt civitates & populi atque provinciæ. Superdecet etenim vestro imperio ut sine turba sit. Et quales vos estis, tranquilli & mansueti, talem convenit esse etiam rerum statum, dum debeant & in commune omnes & propriè unusquisque complecti hanc unitionem, quæ præter omnem facta est spem. Laudabilis enim & apud Deum quisque beatus est, qui etiam per singulas partes quæ fuerant confusa restituit, & secundùm Domini vocem, quæ inquit: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* cujus inexpugnabilem virtutem novimus nunc etiam cooperaturam huic vestræ Deo amabilitatis intentioni. Fons namque omnis boni vos estis, & diffunduntur à vestris regnis in omnem mundum beneficiorum rivi, & fruuntur de reliquo Dei sacerdotes anteriori quiete, qua ad hoc præcipuè indigent ut sinceras & studiosas pro vestro faciant orationes imperio.

CAPUT XCII. ...180

Epistola [c] Meletii Episcopi rescripta ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum contra Paulum Episcopum Emesenum.

NOn delectabamur quidem nec antea divina hac quæ vituperatur condescensione, dum certè obumbrantes eam plurimi essent. Nunc autem post incontradicibilem claramque demonstrationem modis omnibus per gratiam Dei firmabimus quam priùs quoque de ipsis sententiam tenebamus. Melius est enim ut quis illa stabilitus in fide apostolicorum dogmatum, & nullo modo in quocunque remissus ab illa acribia quam circa ea quæ divina sunt oportet ostendere, ipse doctor sit veritatis ex ipsis operibus, his qui piè vivere vo-

[a] FUIT MAGNI] Lupus hunc locum sic interpellavit, *fuit apud magnus*, quia nesciebat Constantinopolim dixisse antiquos per omnes casus, ut suprà monuimus pag. 432. Vide infrà cap. XCII. *quam fecit ad aliquos Constantinopolim Clericos.*

[b] PUSILLANIMITATIS] id est, iracundiæ, indignationis ut patet ex canone quinto synodi Nicænæ: ubi pro eo quod Dionysius Exiguus vertit *pusillanimitate*, vetus interpres apud Isidorum habet *indignatione*. Vide suprà cap. LVI. pag 358. *de medio quadam fiat pusillanimitas*. Item cap. LXXX. pag. 782. *pusillanimitate proveniens.*

[c] MELETII] Episcopi Mopsuesteni in secunda Cilicia, ut patet ex capite CXC. Plures illius & ad eum epistolæ extant in hoc synodico.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

lunt, quàm condescensionis occasione ab optima pietatis altitudine decidat lubricando. Illud namque omni modo consequetur, ut ipse saltem periclitetur in nullo, etiamsi nullus fuerit cui prosit. Licet volentibus, licet absque terrore in adamantinam turrim veritatis adscendere. Et via enim [a] jacta est, & nemo qui vetet. E contrà verò & plures omnino sunt qui hortentur; si tamen aliquis sanctorum qui dormierunt multitudinem computet aut etiam turmas angelicorum exercituum, qui gratanter utique complectuntur atque ad adscensum perducent quoscunque desiderare adspexerint veritatem, ut petant eam; quia & multi sunt quibus bona persistentia prodest. Unde & melius puto ad hanc descensionem non esse debere festinos nec alteros tali salute præponere ex hoc. Unde ne ab alio quidem etit quicunque profectus. Utrumque verò similiter perditionis retibus capi necesse est. Nec rem quidem humilitatis per gratiam Dei iste proposuit. Direximus verò & Ægyptii epistolæ rescriptum, quod nobis nuper allatum est, quam fecit ad aliquos Constantinopolim Clericos suos, qui eum culpaverunt quasi anathematizasset quidem propria dogmata, præparasset verò universos ab eis abstere eaque conspuere. Undè clarè conspicere poteris & qualis pax ecclesiastica facta sit, & quæ sint à divinissimis legatis nostris acta, & quia potiùs sit receptus, Deo amicissime Domine mihi. Dignare autem, quæso, consuetè pro mea humilitate intercedere.

Et ex istis scriptis satis ostenditur, quod ubique notandum est, quia omnes illi orientales qui nolebant damnare Nestorium, non Cyrillum sed Iohannem cessisse dicebant; & qui habebant contrariam voluntatem, contraria opinione de utroque tenebantur.

CAPUT XCIII. ...181

Item epistola Alexandri Episcopi ad Andream Episcopum, hoc ipsum probans.

Venit finis, & communio re vera facta est ad impium Cyrillum, non Cyrillo hæresim relinquente, sed nobis ipsis per [b] unum verbum quod est in epistola positum inserentibus hæresim. Verùm qualem de illa epistola sententiam teneam tua religiositas non ignorat. Quoniam verò nulla mihi pars neque fors est cum eis, sed sive exilium, sive mors mihi, sive præcipitium, sive ignis, sive bestiæ proponantur, Deo me roborante, universa sustineam potiùs quàm communicem talibus, firmè teneat sanctitas sua. Scripsit autem mihi & Antiochenus epistolam, orthodoxum diffamavit, universos tentans consuetè decipere. Sic & nunc, quasi nullus neque aures neque oculos neque cor habeat, correctionem fidei mutationemque Ægyptii diffamavit, non erubescens & illa quæ in ipsa ipsius Ægyptii leguntur epistola. Et continuò dictavi hypomnysticum. Nec enim eum Episcopum scribo, de reliquo incidens memetipsum à communione Cyrilli & eorum [c] qui eis addit. Et ipsum hypomnysticum interim retineo; non quòd aliud quid cogitem, sed ut & tuæ sanctitati mitterem & Deo amicissimo Episcopo Theodoreto. Hæc ipsa igitur necessarium duxi tuæ nota facere sanctitati, ne circa nos contristaretur quasi nihil super hoc indicassem.

CAPUT XCIV. ...182

Ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum similis epistola.

Vix tandem quæ parturiebant & sculpebant mox post dejectionem Ægyptii qui circa bonorandissimum Paulum cum Domino Iohanne parere nunc & ad lucem deducere valuerunt. Memor est autem sanctitas tua quia nec ullo pertuli eis communicare consilio. De epistola illa quæ apud Ephesum facta est, in superficie quidem quasi ex occasione Iohannis Comitis scripta est, tamquam dixisset Imperator ut ei aliquid indicaremus de voce qua dicitur *Theotocos*, id est, *enixa Deum*; in veritate autem vox hæc, ut quærebatur à nobis, ad proditionem & calumniam illius qui rectam fidem docebat inserta est. Ut igitur nihil eorum quæ sentio tuam lateat sanctitatem, indico quia chartas quæ factæ sunt Ephesi, per quas & orthodoxorum constantiam & hæreticorum recessionem scriptis teneo, & Cyrilli hæretici codices ad præsentiam unanimi cuidam commendavi. Volo enim ad animæ meæ satisfactionem iobis, præcipuè à curis remotus, iterando meditari. Nec enim satis ad me attinet de chartis & vilibus libris, sive dentur mihi, dum exiero à loco meo, sive non dentur. Hæc ut in brevi à me ad tuam religiositatem scripta sunt, non volente quidem contra quemlibet quodcunque movere de eis quæ aguntur, nec sustinente verò communionem eorum qui eis adjiciuntur; ut si qui remanserint consoni nobis, & placuerit eis permanere in parœciis [d] nos, hoc fiat. Alioquin connuò de medio nos tollamus, & segregans animam meam salvem. His enim quæ à Paulo oblata & ab Ægyptio recepta sunt consentire non patiar, confirmante me Deo, neque si mihi præcipiantur multa millia mortium, sed nec si orbis consenserit universus. Quod quidem conditionaliter dico: quia & metuo eum qui ait usque ad mortem pro veritate certare, & insuper novi quòd præmeditata à multo tempore nunc venerit ad effectum proditio catholicæ vocis. Et quidem ut in festivitatibus sive præconiis atque doctrinis incircumspectè Dei genitrix sive Deum enixa ab orthodoxis tantummodo sine adjectione diceretur, vel Deicidæ Iudæi, vel quia verbum incrassatum est, & quæcunque sunt talia, quæ magis insuspectè dicta ab orthodoxis invenimus, sanè nulla accusatione sunt digna, eò quòd nec dogmaticè sint posita ista, &, ut dixi, non malignè sint dicta, quippe non à sordida voluntate, sed nec tali tunc quæstione proposita. At verò post corruptionem totius orbis, & ex quo prædicari nunc cœpit passibilis Deus ab impiis Cyrilli capitulis, dogmaticè poni solam vocem, quæ enixam pronuntiat Deum, id est, Theotocon, absque illa quæ pronuntiat hominis genitricem, id est, anthropotocon, nihil est aliud nisi ea quæ Cyrilli sunt prædicari. Universas siquidem passiones ac mortem hoc unum dictum

[a] IACTA] Puto legi debere, *facta*.
[b] VNVM VERBVM] id est, Theotocon, ut explicatur in sequenti epistola. Quare inutilis & supervacua heic est annotatio Lupi censentis heic agi de unione secundùm hypostasim.

[c] QVI EIS ADDITI] Puto legendum, *qui ei sunt additi*. Infrà in epistola sequenti, *communionem eorum qui eis adjiciuntur*.
[d] NOS] Legendum, *nostris*.

Anno Christi 431. Synodicon.

dictum pariter introducit, licet multoties millies altera vox per quoslibet circuitus apponatur, & subtiliter legenti epistolam totam perspicere licet ab ejus hæresi nullo modo liberam. Verùm si sana conscientia & hi qui offerebant obtulerunt & ille qui suscepit suscepit, quid vetuit ut sanctam virginem dicerent Christotocon, id est, Christum enixam, hi qui clarè Deum hominemque perfectum consubstantialem nobis prædicabant Dominum Christum? Si verò & voce hac composita delectantur, cur respuerunt ad vocem quæ est Theotocos & anthropotocos adjungere? Absit enim ut unquam quemlibet piorum Dei genitricis nomen pigeat confiteri, si unà ponat & hominis genitricem? Nam sicut est impium refutare vocem anthropotocos cum Theotocos, ita & Theotocos cum anthropotocos. Quando verò utræque voces ponuntur, & eorum qui Deum passum prædicant hæresim & illorum qui purum dicunt hominem Christum simul abjurant. Manifestati autem sunt patres hæresios utriusque, sicut & magni doctores Ecclesiæ, qui pro sana fide certarunt contra hæresim Apollinarii dogmatum resistentes, utrisque usi vocibus; per quas & omnes hæreses perspicuè notaverunt, & orthodoxiam irreprehensibiliter prædicaverunt.

Et hæ epistolæ, & quæ sequuntur Theodoreti Cyrensis Episcopi, ab Irenæo sunt in ea quæ ejus dicitur Tragœdia per ordinem positæ. Declarant autem sufficienter differentias utrorumque, & qui catholica, qui autem videantur altera voluntate moveri; si veræ tamen sunt.

CAPUT XCV. 183

[a] Incipit epistola, ut aiunt, Theodoreti Episcopi ad Iohannem Antiochiæ.

DEus, qui sapienter omnia indagans, & nostræ unanimitati prospiciens, & saluti populorum parcens præparavit ut conveniremus in unum; is & consonans ad invicem cunctorum voluntates ostendit. In communi enim legentes Ægyptias litteras, & earum mentem discutientes subtiliter, consona nostris ea quæ quidem sunt per epistolam scripta cognovimus & duodecim capitulis quasi è regione, contra quæ usque ad præsens perstitimus, dimicantes. Illa namque habent carnaliter carnem factum ex Deo verbum & unitionem secundùm substantiam, & conventum circa unitionem naturalem, & Deum verbum primogenitum factum ex mortuis. Interdicunt verò & vocum quæ de Christo sunt divisionem. Et alia autem præter hæc habebant ab apostolicis quidem dogmatibus aliena, ex hæreticis verò zizaniis germinantia. Quæ autem nunc in epistola continentur, clarè nobilitate evangelica decorantur. Prædicatur namque in eis Deus & homo perfectus Dominus noster Iesus Christus, & duæ naturæ, earumque differentia, & unitio inconfusa, non quasi per liquidorum invicem mixtionem coagulatumve fermenti, sed ineffabiliter & Deo decenter effecta, & quæ naturarum proprietates integras conservavit, & impassibilis quidem Deus verbumatque inconvertibilis, templum verò passibile ac morti ad modicum traditum, & resuscitatum rursus unita Dei virtute. Spiritus quoque sanctus non ex filio aut per filium habens subsistentiam, sed prodiens quidem a patre, proprius verò, quia & ei consubstantialis sit, nominatus. Hanc rectitudinem conspicientes in litteris ipsis, & quasi è regione contrarium reperientes eis quæ antè conscripta sunt, conlaudavimus Deum, qui blæsorum linguas solvere dignatus est, & incertum sonum in articulatam vocem suavemque traduxit. De his igitur hanc habuimus sententiam. Altera verò diffamata sunt quædam, quæ nos nimiùm turbaverunt. Dicunt enim quòd is qui hic pœnitudine usus sit, non solùm dejectionis sive damnationis subscriptionem à vestra sanctitate nititur exigere, sed anathematisimum quoque doctrinæ sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii. Quòd si id verum est quod hæc velut ex arce præcipit civitatis, simile aliquid facit tamquam si quis vix tandem perductus ad consubstantialem Deo & patri filium confitendum, mox iterum anathemate feriat eos qui hoc à principio sapuerunt atque docuerunt. Et iste siquidem postquam vix tandem nostris dogmatibus est adjunctus, mox eorum anathematisimum conatur exigere, quasi pro ipsa rerum rectitudine pœnitens. Quia igitur hoc omne nostros valde perturbat, quæso sanctitatem tuam & iterum quæso ut doceas nos utrum vera sit quæ omnes nos perturbavit opinio. Nam de subscriptione tuæ scribere sanctitati arbitror esse superfluum, quæ sæpe promisit nullum se contra voluntatem ad ista compellere. Hæc in communi scribere cuncti [b] voluimus; sed deliberavimus b potiùs ego & sanctissimus & Deo amicissimus Andreas Episcopus, non synodicis litteris, sed amicabilibus, hæc tuæ innotescere sanctitati, & sapientibus medicaminibus tuis eam quæ ex opinione nata est perturbationem restituere sanitati. De meo autem Domino sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo Alexandro rogamus tuum sanctum caput ut tua utens consueta sapientia sustineas patienter. Credimus enim quia & ipse una nobiscum voluntate consentiet, etsi nunc ambigit, subtilitatem nominum quærens, ac minimè intellecta confessione contentus.

Hanc quoque scripturam ex nomine Theodoreti Episcopi interserit Irenæus; quæ utrum sit vera nescimus; quippe quam viventi ei nullus legitur objecisse, vel docuisse quòd ejus sit. Nec tamen mihi, si ejus est, inexcusabilis, fateor, videtur epistola. Nam quòd pro omnibus potuerit rectæ fidei intentione conscribi, illud ostendit quòd laudet fidem unitivæ epistolæ beati Cyrilli, quam non solus, ut probavimus, execratur Alexander, sed nec ullus alius approbavit eorum qui cum Nestorio separati ab Ecclesia remansere. Quòd autem in dejectionem Nestorii non consentit ad præsens, hoc ei commune cum ceteris coëpiscopis. & priùs fuit & pòst non parva in parte tunc usque permanserat Concilio orientis; quorum nullus quasi ab hæreticis tunc reversus est pœnitens, quia sufficiebat Ecclesiæ Dei eos mutare sententiam.

a INCIPIT EPISTOLA] Edita est suprà pag. 662. Græcè & Latinè ex interpretatione v. c. Ioannis Baptistæ Cotelerii, qui eam innuit esse suppositam Theodoreto. Contrà Lupus in scholio ad hanc epistolam pronuntiat illam certissimè esse Theodoreti.

b VOLUIMUS] legendum, *noluimus*.

Aliud porrò est de persona, aliud de fide non recta sentire, sicut aliud est ipsum malum furti laudare, & aliud nondum tibi compertum furem quasi insontem, eò quòd insontem putaveris, vindicare. Similis de dogmate ratio est. Nam non solùm de Theodosio tunc Principe, sed & de aliis pluribus legitur, immo & de sanctis Cælestino Papa & Cyrillo Alexandrino, quòd approbaverint [a] *ejus initia, quippe quem tantæ civitati, sicut & scripta eorum loquuntur, consenserant præsidere, dum Presbyter Antiochiæ fuerit. quod canones nisi pro magnis doctrinæ ac morum meritis non permisissent. Talis verò ut adhuc apud orientales tunc usque putaretur idcirco contigit quia negabat se in Constantinopoli talia prædicasse qualia vulgabantur. Et insuper* [b] *Iohanni Antiocheno Episcopo rescribens, & Dei genitricem clarissimè dixerat, & alia quæ illum scribere potuisse mirantur qui ipsa legerunt. Et quod est ampliùs, ipsi fidei apud Ephesum se assensisse conscripsit quæ communiter in unitivis Cyrilli & Iohannis mediante Paulo Episcopo litteris continetur; in quam tamen fictè consensisse Nestorius postea deprehensus est. Quippe cujus complices, quorum unus est iste Irenæus, hanc fidei confessionem clarissimè arguunt quam tantopere Theodoretus laudat. Nam reprehendens hic ipse Irenæus suprascriptam Theodoreti epistolam, & contrà hanc laudans Alexandri, sic ait:* Divino ardens zelo magnus ille Alexander, & quodammodo futura prophetizans, proditionem vocis accusat. *Et hoc clarè conspicimus ex ipsis Cyrilli litteris. Omnes namque deceptionis materias hinc accepit; & hoc primum atque ultimum, quin potiùs solum deducens ad medium, orthodoxam quidem doctrinam exprobrat ut pollutam, proprium verò hac occasione exaltat errorem, & interferens mox aliqua ex nomine beati Cyrilli, adjecit ita:* Hæc providens magnus Alexander ab olim, proditionem vocis exhorruit, tamquam quæ sufficiens exstat, si Theotocos solùm, non adjecto anthropotocos nomine, proferatur, hæreseos inferre languorem, & ecclesiastica corrumpere dogmata. *Idem verò Irenæus paucis mediis subjunxit & hæc.*

CAPUT XCVI. ...184

[c] Epistola Alexandri ad Theodoretum, per quam vocis quidem proditionem accusat, declarat autem quomodo epistolam falsantes qui circa Paulum Emesenum, Cyrillo Ægyptio obtulerunt.

MEmor sum quia quando sumus ad invicem collocuti in loco qui dicitur [d] Arbathimilas, tunc tuæ dixerim sanctitati, dum certè nihil antè prætexuerim quasi verum aliquid aliunde audiverim, ne fortè pacis hujus legatus solam vocem quæ est Theotocos Ægyptiis detulisset. Et puto non absque Dei providentia fuisse id dictum. Ad nos namque pervenit epistola Iohannis quæ nuper facta est ad Cyrillum, & à Cyrillo ad eum, quæ circumferebantur in urbe; in qua nomen enixæ Deum tantummodo Ægyptius obtinens, tamquam cunctis erroribus propriis accommodum, multis eam laudibus prædicavit, dicens nunquam se aliter sapuisse nec sapere præter hoc. Et verè dixit, quia hoc est quasi arx totius ejus hæreseos. Et memor est utique sanctitas tua qualiter Ephesi positus communionem talis epistolæ tota virtute refugerim, dum certè illa valdo accusaret eas quæ inerant Cyrilli capitulis blasphemias. In novella namque epistola, dum transcurrissem totam partem quæ etiam Cyrilli jacet in litteris, & contulissem ad eam quæ tunc à vestra religiositate conscripta est, reperi quia neque initia neque fines illius ipsius epistolæ posuerunt hi qui ad Ægyptum directi sunt. Hoc autem claret non ex illis solùm vocibus quas idem transcripsit Ægyptius, sed & ex illis per quas multis jurgiis & accusationibus & ipsum & ejus capitula perfuderunt & ipsius hæresim detestati sunt qui tunc Ephesi conscribebant. Accipiet igitur, tunc ut dixi, Ægyptius per hunc unum sermonem eorum consensum ad omnia conscripta sua hæretica, & in nullis in quibus pridem simulaverat veritatem habet de cetero hæresis tutamentum. Et intentè legentibus epistolam manifestus est ipse quoque propriè veneni semper jaciens semina. Direxeram vero & easdem litteras, nisi nossem quòd eas tua sanctitas habeat.

Idem Irenæus ait.

CAPUT XCVII. 185

[e] Epistola Theodoreti, quam rescripsit Episcopo Alexandro.

CVlpavi & ipse hujus rei causa Paulum. [f] Falsa est. Et eorum memor sum quæ Ephesi coo-

[a] EIUS INITIA] id est, Nestorii. Et litteras quidem Cælestini in quibus laudat ejus initia habemus suprà pag. 424 Cyrilli testimonium puto nunc non extare.

[b] IOHANNI ANTIOCHENO] Hæc Nestorii epistola extat suprà cap. III. pag. 688.

[c] EPISTOLA] Hæc verba esse Irenæi docet annotatio posita in fine superioris epistolæ.

[d] ARBATHIMILAS] Infrà cap. XCIX. scriptum est *Marbathimas*.

[e] EPISTOLA] Et hic quoque titulus est Irenæi.

[f] FALSA EST] Puto hæc verba esse ex glossemate & ex margine irrepsisse in textum. Quam conjecturam nostram confirmat scholion adjectum in fine epistolæ. Itaque sic legendum arbitror. *Culpavi & ipse hujus rei causa Paulum, & eorum memor sum quæ Ephesi contigerunt.*

ADMONITIO NECESSARIA.

Quotiescunque titulos capitum animadverteris scriptos charactere quem typographi vocant parvum Romanum, cujus in titulo capitis XCVI. habes exemplum, scito verba esse Irenæi.

Anno Christi 431.

Synodicon.

tigerunt. Novi subtiliter causam, tamquam si hodie facta sit. Et tamquam coram ipsis veritatem sic dico, quia mox ut legi redargutionem à te factam, dolui animo, sciens discretionem sanctitatis tuæ; mihique valde displicuit quòd mediator ejus quæ dicitur pacis factus, quia sciens perturbationem quæ Ephesi facta est atque molestiam, hac magis propositione usus est, & non illis aliis quæ in Antiochia factæ sunt. Ego verò propter omnia necessarium arbitror ut ubicunque jubes conveniamus, sed & Dominus meus Deo amicissimus Episcopus Andreas. Si verò tuæ placuerit sanctitati ut & alii Episcopi veniant Hierapolim aut in Zeugmate, quatenus pariter utrum si quid agendum sit deliberemus, (non enim parva causa versatur, sed principalissima omnium) scribere igitur dignetur sanctitas tua prædicto Deo amicissimo Episcopo & Domino Andreæ. Et si promiserit se adfuturum, dignetur sanctitas tua significare mihi quò veniam, & continuo adero.

Hæc epistola, si vera credatur, non inexcusabilis mihi videtur. Potuit enim non ob hoc ei displicere Paulus Emesenus Episcopus quia quasi non convenientem fidei catholicæ pacem fecerit, sed quia non ita ut infirmioribus consuleret orientis Episcopis. Et certè ipsas unitivas epistolas circa fidem paulò antè laudaverat, immo nec unquam laudare desiit.

Idem Irenæus ait.

CAPUT XCVIII. 186

[a] Epistola Andreæ ad Alexandrum, indicans quòd neque ipse in aliquo judicet contra Nestorii personam, sed potiùs contra eos qui non ita habebant.

GRatias egi Deo suscipiens tuæ religiositatis litteras, per quas jussisti nos in Zeugmate convenire. Primùm quidem quòd fruar sancto & paterno capite; secundò vero quia & de proposito negotio forsan aliquid considerabimus quod & nobis prosit & expediat orbi. Nec enim ad verborum pugnas, neque ad contentiones, neque ad concussiones convenienus. Sed & nos parati sumus paternæ tuæ pietati acquiescere in his quæ utiliter & secundùm Deum proponit. Atque ipse rursus novi quia piè sis dispositus circa nos, nec te negabis nostro consilio, si quid apparuerimus utile suggerentes. De sanctissimo vero Episcopo Nestorio quòd deliberatione ulla non egeam (nec enim quicquam contra eum vel dicendum habeo vel agendum, sicut nec adversùs sanctitatem tuam) & per alias litteras significavi jam sæpius. Conveniamus igitur, sicut placuit. Aut enim & in commune aliquid utile ex nostra deliberatione proveniet, aut saltem nos ipsi [b] multa consolatione levabimur, invicem benevolentia nostra fruentes. Dignare vero, Domine, & omnium Domino consuetas orationes offerre pro nobis.

CAPUT XCIX. 187

Item verba Irenæi.

Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Alexandrum, per quam promittit anathematizare quæ circa Iohannis personæ doctrinam, nec ipse eorum pariter communicator existere.

Has ad hoc præcipuè posui ut notum sit quæ sint unde impetitur vel beatus Theodoretus vel quisquis conscripsit.

SCit sanctitas tua, etiamsi minimè dixero, quia propterea & [c] Marbathimas priùs & in Hierapolim tunc adveni & nullius alterius rei causa nisi ut communiter tractaremus quid agere deberemus & quod convenisset manciparetur effectui. Quia igitur tuæ sanctitati complacui ut conveniremus in Zeugmate, quæso sanctitatem tuam ut minimè differas. Omnia enim quæ desiderat religiositas tua, ut spero, facienda sunt, & nullus in ullo tuæ sanctitati resistet. Omnes enim & ut patrem & ut dominum & reveremur & reveriti sumus & venerabimur. Quæso igitur iterum sanctitatem tuam fatigari dignare. In veritate enim credo quia bonorum auctor Deus quæ ad nos attinent dispensare dignatus est, nec nos relinquet ut aut offendamus in eum aut confundamur apud homines, illuminans mentem nostram, & quod placitum sit ostendens. [d] Nam & olim vestræ sanctitati dixi quia anathematizaverunt dogma Domini mei sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii, neque ego his qui hoc fecerunt communicabo. Et si tuæ complacuerit sanctitati & hoc inseri litteris quæ [e] à nobis sunt dirigendæ, fiet & hoc. Noli igitur immorari, quæso per vestigia tua sancta. Deo [f] tuo rem cedo, & ipse gubernabit uti novit sanctitatem tuam & humilitatulam nostram.

CAPUT C. 188

Ejusdem Irenæi.

[g] Epistola, *inquit*, Alexandri ad Theodoretum, per quam suum tali conditione promisit adventum, si ei per litteras satisfieret de his propter quæ satisfactionem videbatur exigere.

ET tua religiositas novit quòd propter ejus rectam etiam nunc venire vobiscum de his quæ

[a] EPISTOLA] Hunc quoque titulum additum esse ab Irenæo docent ultima verba superioris scholii.

[b] MULTA] Legendum videtur, *mutua*. Vide præfationem Concilii Valensis secundi Sedati epistola ad Rusticium Lemovicensem de synodo Agathensi: *desiderium commune mutuo satiaretur aspectu*.

[c] MARBATHIMAS] Suprà cap. XCVI. pag. 804. *Arbathimilas*. Infrà cap CLXVII *Harbath meum montem*.

[d] NAM ET OLIM] Hoc fragmentum extat inter opera Marii Mercatoris, malè illic in editione Garnerii assutum epistolæ Theodoreti ad Himerium Nicomediensem. Sanè in codice Bellovacensi disjunctum ab illa est, & locus heic vacuus relictus tamquam ad scribendum titulum, qui sic habet in codice Vaticano *Ejusdem Theodoriti ad Alexandrum Hieropolitanum*. Si Lupus hæc monumenta sensisset, non adnotasset ad caput LXXI. hujus synodici hoc fragmentum pertinere ad epistolam Theodoreti ad Himerium, & additamentum esse quod Theodoretus pro Nestorio ad Himerii consolationem fecerit propria manu.

[e] A NOBIS] Apud Marium Mercatorem, *Antiochiam*.

[f] TUO] Videtur reponendum, *totam*.

[g] EPISTOLA] Responsoria est superioris, qua Theodoretus urgebat Alexandrum ne gravaretur adesse Concilio Zeugmatensi, cujus ipse Alexander fuerat auctor. Respondet ergo, ut arbitror, eam sibi mentem esse ut illuc proficiscatur; neque satis video quibus rationibus fretus Lupus diversam sententiam amplexus sit. Nam cùm in codice Casinensi legatur tantùm, *Et tua religiositas novit quòd propter ejus rectam etiam nunc venire vobiscum de his quæ aguntur*, Lupus sic emendavit & supplevit: *Et tua religiositas novit quòd propter ejus rectam fidem etiam nolim & nunc venire & tractare vobiscum de his quæ aguntur*. Nos testimimus hæc verba secundùm auctoritatem veteris exemplaris. Quamvis enim certum sit deesse aliquid post vocem *rectam*, difficile est æstimare an legendum sit *fidem*, *confessionem*, *monitionem*, *exhortationem*, aut aliud quippiam. Periculosior est conjectura verbi *nolim*, quod Lupus addidit, cùm certò nescire possimus an Alexander detrectaverit adesse synodo, an verò promiserit se adventurum. Quamquam magis huc inclino ut existimem promisisse.

ANNO CHRISTI 431. a b

SYNODICON.

aguntur [a] ut paria. Quoniam verò cognovi de reliquo quæ jam data sit ab eis forma damnationis ejus personæ, nimis mihi ridiculum videtur anathematismum capitulorum petere [b] à viro qui orthodoxum cum suo dogmate condemnavit, & maximè quia tuæ quidem religiositati videtur immutatum fuisse Cyrillum. Et nihil distat an quis te condemnare compellat, si communicaveris ei qui damnavit orthodoxa prædicantem. Veruntamen quæ tunc in [c] Antiochia inter nos collocuti sumus, dicentes quòd si Cyrillus illam conditionem susceperit, abjeceritque capitula, pacem fieri convenit, scientes videlicet illud hæc diximus, quòd hæreticorum capitulorum ejectio sit & rectæ fidei robur & eorum quæ contra illam personam sunt gesta subversio, & scandali generalis solutio. Quia igitur certum habeo quòd impius Cyrillus magis impius apparuerit ex his quæ modò sunt scripta, & ipse non mutatus sit, sed eos qui ei adjecti sunt ut suos receperit, quomodo est possibile ut ego ab eo anathematismum capitulorum petam qui per ipsam communionem cum Cyrillo initam & personam deposuit ac damnat, sicut integerrimè credimus? Continuò namque veraciter & opprobrio & ridiculo erimus, si postquam prodidetimus orthodoxam fidem, nunc derisoriam satisfactionem voluerimus exigere. Hæc necessariò arbitratus sum innotescere tuæ religiositati, ut mihi des veniam quòd nusquam fatiger. Si autem quæ dictavit religiositas tua voluerit dirigere, & addatur etiam de ipsa persona, ut Antiochenus per sua nobis scripta satisfaciat de anathemate illorum capitulorum, & quia orthodoxiæ prædicatorem nec ipse damnat, & nobiscum resistit usque ad mortem eis qui expetunt ejus condemnationem, non propter personam, sed propter orthodoxiam quam prædicat illa persona, & direxeris hæc mihi quæ dictaveris, ut & scriptum eorundem exemplar accipiam cum subscriptione omnium vestrum qui estis ejusdem diocesis Deo amicissimi Episcopi, insuper autem & illud authenticum quod ab ipso transmittitur, si tamen voluerit satisfacere nobis, non abnuam fatigari. Dominus enim Nestorius non propter pravitatem vitæ circa eos est condemnatus, sed propter hæreticam damnatus est fidem. Qui igitur eum condemnat, & ejus fidem pariter damnat. Ego igitur dupliciter scandalizor in Domino Iohanne, tamquam & fidem prodiderit & damnaverit eum quem novit orthodoxum cum propria fide. Si autem vos nullo modo hæc offendunt, superfluè ego de cetero vobiscum convenio.

CAPUT CI. ...189

Epistola, *inquit*, Andreæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit invitans eum ut mox consentiret ad factam pacis compositionem.

d AB hac tuæ sanctitati scribo. [d] Provincia exii, multis adversùs nos perturbatis ex calumniis [e] Gemellini, & [f] Rabbulæ satisfacere volens. Vnde modò præcipuè insistens, quæso sanctum caput tuum ut vel nunc considerans opportunæ condescensionis utilitatem, cogites de communione ac pace cum ceteris sacerdotibus ineunda. Nec enim vel ipsi à veritate recedentes, neque nos prodita pietate amplexi sumus pacem, sed duarum naturarum confessionem reperientes in scriptis & impassibilitatem divinitatis, quod maximè prius erat oppositum seu resistens. Si verò non sunt anathematizata capitula ab illo qui fecerat ea, maximè quidem & illa respuit ea quæ pòst facta est recta confessio. Cogitet verò tua perfecta in Christo sapientia quòd nec erat possibile illum sic accusatorem suum fieri evidenter qui suspectus erat periculi sui. Et idcirco pax & conjunctio Ecclesiarum provenire non poterat, sed in suo statu schismata permanebunt, & contra invicem cujusque nostra contumacia & adversùs Ecclesiam à paganis & Iudæis & hæreticis irrisus. Nunc verò intendat divinitas tua quia ex quo in hoc condescensio facta est, quiescunt quidem scandala universa, sopitur verò & quæ nunc usque diffusa est adversùs Deum blasphemia mortalem divinitatem dicens, ut in Ecclesia adstruunt sacerdotes. Quantum igitur bonum est ut per ipsas Alexandrini litteras suadeatur universis quod impassibilem & immortalem divinam naturam oporteat confiteri? Hæc ex multo affectu quem circa tuam habeo sanctitatem scribere audeo. Licèt enim instar capitis in omnibus nos præcellas, sed integrè nosti quòd & à minimis membris sæpe solatium adferatur. Et si volueris, Domine, suasus à nobis aliquid paululùm cedere, non longo temporis intervallo videbis quanta utilitas ex hac causa proveniet. Omnes tuæ proprios sanctitatis ego & qui mecum sunt valde plurimùm salutamus.

ANNO CHRISTI 431. c f

SYNODICON.

CAPUT CII. ...190

g Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, [g] quam rescripsit rogans ne de hoc ei ulteriùs instaretur ab eis.

DE hoc ecclesiastico negotio nihil tibi habeo quod scribere valeam ab his quæ tuæ sanctitati olim per epistolam intimavi. Biennii enim tempus est ex quo universa assecutus quæ scripto & absque scripto à contrariis vel à nobis prolata sunt, comprehendi, ut arbitror, propositum Cyrilli hæreticum & rectæ fidei quæ vindicatur à nobis. Si verò cuicunque aliter videtur de directis sive responsis, suæ quisque voluntatis est dominus. Hoc verò dedi responsum & Dominis per omnia Deo amicissimis Episcopis & Domino Theodoreto, qui scripsit ut hæc ipsa sentirem quæ & tua sanctitas scribit. De cetero igitur est supervacuum ut aut ego scribam aut tua sanctitas aliquid super hoc indicet. Volo enim nosse tuam religiositatem quòd nulla sit mihi pars cum communican-

[a] VT PARIA] Hæc corrupta sunt, ut opinor.

[b] A VIRO] id est, à Ioanne Antiocheno, ne quis heic cum Lupo intelligat Cyrillum. Quod etiam patet ex sequentibus verbis, *ut ego ab eo anathematismum capitulorum petam qui per ipsam communionem cum Cyrillo initam &c.*

[c] ANTIOCHIA] Vide suprà cap. LVIII. pag. 764.

[d] PROVINCIA EXII] Ex hoc loco & ex capite CVI. apparet Andream Episcopum Samosatensem coactum esse mutare solum suæ provinciæ propter tumultus adversùm se excitatos. In primis verò adversarium gravem expertus est Alexandrum Metropolitam suum. Abiit ergo in Mesopotamiam, in qua constitutus erat Rabbulas Episcopus Edessenus, ei satisfacere volens. quod ei etimioi vertit Alexander.

[e] GEMELLINI] Non fuit is Episcopus in provincia Osrhoëna, aut Clericus Ecclesiæ Edessenæ, ut putavit Lupus, sed omnino quidam incola Euphratesiæ provinciæ, nisi conjectura fallit, Ecclesiæ Samosatenæ Clericus aut minister.

[f] RABBULÆ SATISFACERE] Commotus erat Rabbulas adversùs Andream propter condemnationem capitulorum Cyrilli, ut diximus suprà cap. XLIII. pag. 748.

[g] QVAM RESCRIPSIT] ad Andream Episcopum Samosatensem, ut colligi potest ex superiori epistolâ & ex sequentibus.

Anno Christi 431. Synodicon.

tibus eis. Relinquere verò Ecclesiam propter violentiam secularem ob hoc differo tantùm, sub testimonio veritatis, ne videar veluti desertoris & proditoris ovium Christi incurrere adjudicationem.

CAPVT CIII. 191

Epistola, *inquit*, Andreæ, quam super his rescripsit Deo amicissimo Episcopo Alexandro, iterum rogans eum ut ceteris adquiescet.

MVltùm contristor de sanctitate tua, Domine, cogitans quantam festinationem machinationemque instruat dæmon ad perturbandam Dei Ecclesiam quæ tuo est commissa regimini, invidens ei quòd sub te valde profecerit. Pro qua re ego vinctus in lecto ad has litteras prosilivi. Et rogo sanctitatem tuam & tango vestigia ut accommodum sive aptum tuæ vitæ præteritæ etiam nunc facias cogitatum, committens Deo exitum rerum. Non enim ita vixisti, nec talia sunt quæ per omnem vitam peregisti, ut despiciaris à bono Deo; nec sic eum coluisti ut de te omnino non cogitet. Sed valde confido quia exitum quendam mirabilem inopinatumque præstabit his hujus temporis tristibus quem nos interim cogitare non possumus; quia ipse, sicut solet, post augmentum pessimorum potest solatium suum erga proprios cultores ostendere. Quæso igitur ut neque turberis, neque ab Ecclesia exire disponas. Hoc enim nimis est impium, & mercenarii potiùs quàm pastoris opus, nec multum tot prodere animas, sed eversionem cunctorum quæ priùs mirabiliter operatus es habens. Cogita verò, ut dixi, potentiam Dei, & quia ille, qui & ea quæ in cœlo & quæ in terra sunt reconciliavit ad pacem, & membra Ecclesiæ divisa conjunget, & dabit tuæ satisfieri sanctitati, ut aliis sacerdotibus communices atque consentias: quia & nos non simpliciter, nec velut si quis dicat, impiè ad hanc intentionem respeximus, sed cogitantes quid expediret Ecclesiis.

Idem Irenæus ait.

CAPVT CIV. 192

Epistola Alexandri Episcopi, quam rescripsit Andreæ, culpans eum quòd dum rectam fidem prædicant, communicent tamen Cyrillo nullo modo recedenti ab hæresi.

GRatias quidem tuæ admonitioni ago venienti ex affectu benevolentiæ; ut autem non multam chartam propter nos expendas, quiesce quæso à monitis. Nam quia & impius Cyrillus hæreticus est, & qui ei, sicut scripsit, illam chartulam obtulerunt, cooperatores facti sunt magisque principes perditionis contra orthodoxam fidem, scit amans Deum anima tua. Nam & ea quæ pertinent ad sanctissimum Episcopum Nestorium qualiter disposuerint, suis animabus nequaquam parcentes, omittantur, Dei judicio reservanda. Forsan vero & ille injustitiam committit qui religiositatem vestram velut irritantem accusat. Nam & orthodoxi estis, & rectam fidem prædicatis, & estis operati confusionem, & dispensativè orthodoxiæ hæresim miscuistis. Vnde quiesce quæso monere nos. Nec vobis enim, Deo me confortante, nec Cyrillo communico non anathematizanti evidenter hanc hæresim, neque communicantibus ei. Vos autem quod ad vos attinet peregistis, festinastis, cucurristis, ovem perditam requisistis. Non vult ipsa inveniri. De reliquo quiescite. Coram terribili enim illo tribunali utique videbimus invicem.

CAPVT CV. 193

Epistola, *inquit*, ejusdem, quam scripsit ad [a] Iohannem Germaniciæ, qui sim liter eum pro pace rogaverat.

ET olim vestro congregato [b] conventu in Zeugmate, id est, Deo amicissimorum Episcoporum atque pastorum, ad quærendam salvandamque ovem quæ perierat, & omnem pastoralis disciplinæ speciem ostendentibus, dum ego non possem ad altitudinem præstitæ vobis scientiæ pervenire & inspicere penetralia pœnitentiæ abominationis Ægyptiacæ, multis aliis inter hæc motis, ut propositiones vestras minimè reperam & pœnitudines, cognovistis quòd adjacerat mihi, cooperante Deo, qui & lumen scientiæ nobis rectæ fidei donat, omnem piam condescensionem recipere & impiam dispensationem refugere quæ fit sub pacis obtentu. Et nunc autem nihilominus eandem tenemus sententiam. Intentio enim mihi est ut ubique inconcussam conscientiam servem & ab omni hæretica mixtione discretam terribilem mysteriorum divinorum & cœlestium communionem. Si autem mihi, quod absit, (præceptum namque habemus dominicum ut oremus ne intremus in tentationem) ex imperiali necessitate jubeatur ut aut impii illius communionem amplectar (modò enim nobis, ut exercitatis in aliis causis, facilia videntur universa) aut decem millia mortes excipiam, Deo me & tunc denuo roborante noscetis quòd vos ad persuadendum nobis sitis infirmi, sed nos proclives non simus ad perdendum quod accepimus à Domino Christo depositum, cujus procul dubio & restitutionem deposcemur ab eo.

CAPVT CVI. 194

Epistola, *inquit*, Andreæ ad Oeconomos Deo amicissimi Episcopi Alexandri quòd communicaverit Antiocheno & reliquis omnibus.

AVdio quòd valde irascatur sanctissimus Episcopus, & per multa loca contra nos epistolas dirigat, [c] quasi viderimus religiosissimum Episcopum Rabbulam. quod quidem nondum contigit. Quod si & evenisset, nescio si quid commune commissum sit unde indignari debuerit. Qui enim semel communicavi sanctissimo Episcopo Iohanni, pacemque amplexus sum, ab ejus communione & colloquio aspectuque repulsurus sum, & hanc ultionem mihi imponere majorem nec si impiè, quod absit, egissem, mihi imponere valuisset; quippe qui & Iudæis colloquitur & paganis, in præsentiam nostram venire non pertulit, quia sanctissimo Episcopo Iohanni communicavimus, quem dixi orthodoxum. Forsitan verò & per singulos Episcopos expetendus sum singulas ultiones. Igitur ne semper noviter perturbetur, ecce apertè dico, sicut & olim scripsi, quia & postquam allata est ultima epistola ex Ægypto clarè

[a] Iohannem Germ.] de quo agitur in capite cix. Ad eum exstat epistola cxxv. Theodoreti de his quæ per vim adversùs eum & Domnum Antiochenum acta sunt in latrocinio Ephesino. Ex quo colligitur hunc Ioannem superstitem fuisse illo tempore.

[b] Conventu in Zeugm.] de quo vide suprà cap. xcvii. & sequentibus.

[c] Quasi viderim] Vide quæ suprà dicta sunt cap. ci. pag. 807.

Anno Christi 431.

Synodicon.

continens orthodoxæ fidei dogmata, ego & amplector pacem, & omnibus ubique sanctissimis Episcopis communico, & sanctissimo Episcopo Sixto, & Cyrillo, & Maximiano, & Rabbulæ, & Melitinensi, & omnibus Ponticis, & à nullo discissus sum, dum apud eos omnes obtineant dogmata veritatis & unitio atque pax Ecclesiæ ad gloriam Dei pertineat. Et confiteor Dominum Christum Deum esse atque hominem, duas naturas, unam personam, humilia & sublimia de eo divinis scripturis inserta, hæc quidem ut de homine, illa verò ut de Deo, inconfusa unitate obtinente, & uno existente, ut dixi, Domino & Christo. Si ergo vult de cetero ipse ut catholicus cum catholicis amplecti pacem & liberare à scandalis naufragantes per discordias & contentiones nostras, faciet bene. Si autem non vult, ego quidem contristabor quòd ita dispositus sit, judex vero Deus est omnium. Nullus ergo mihi de cetero quæstiones importet. Clarè enim sententiam meam à principio aperui, & nunc nihil novi deliberavi, sed quæ ab initio tenui mox ut allatæ sunt litteræ. Atque utinam possibile mihi esset ut omnes qui non consentiunt conjungerem adunatemque Ecclesiæ, essetque mihi à Deo donata efficacia hæc, qua me arbitrarer maximum ad æterna reperisse remedium sive solatium.

CAPUT CVII. 195

Epistola Pauli Emeseni Episcopi ostendens ejus intentiones.

DOmino meo & propter omnia magnificentissimo magistro militiæ [a] Anatholio Paulus. Clarè sciens quòd magnificentia vestra valde desideret cognoscere declarati Dei pacem & ordinationem, nota facio quæ per Dei gratiam Berrhœæ unà cum devoto [b] Maximo magistriano cognovi ex eis quæ scripsit Deo amicissimus Cyrillus Episcopus, quia per Dei gratiam propositionibus nostris assensit, & omnia suscepit atque approbavit ex plurimis quæ à nobis sunt. Quomodo enim non ita faceret, cùm recta essent dogmata & patrum sensibus consona? Pro qua re, Domine [c] magnificentissime & gloriosissime, in omni voluptate esto, cognoscens quòd per gratiam Dei velociter in oriente vestro & Dei Ecclesia, ordinem suscipiens competentem, pace consueta fruetur, vestra magnificentia magis quàm magni æstimante ut cœpta pax perfectum perducatur ad terminum. Festinat verò ad Berrhœam Dominus meus sanctissimus & Deo amicissimus Iohannes Archiepiscopus, ut manifestissimè de omnibus colloquatur & statuat. Dato enim per gratiam Dei principio, universa de reliquo ad correctionem perfectam prona erunt. Vobis namque incolumibus, orienti nihil deerit ad integram dogmatum emendationem & omnimodam Ecclesiarum tranquillitatem. Hæc scripsi sciens quòd ea quæ nuntiata sunt magnitudinem vestram valde lætificent propter amorem qui in vobis est Dei & validum atque ferventem zelum circa orthodoxiam. Prædictus verò sanctissimus Archiepiscopus jussit ut per nos hæc bona nuntia vestra magnanimitas disceret.

CAPUT CVIII. 196

Epistola, inquit, Cyrilli ad Rabbulam Edessenum Episcopum, nuntians quòd omnino non recepit propositiones quæ à Iohanne sunt destinatæ.

PIissimo & amatore Christi Imperatore dirigente Dominum meum mirandissimum Tribunum Notariumque Aristolaum, Christianum virum, & pro recta fide valde certantem, ut ad pacem copularet Ecclesias, & scribente clarè quòd Antiochenus deberet priùs subscribere quidem Nestorii damnationem, anathematizare vero scelesta ejus dogmata, & tunc communionem nostram quærere, scripsit ad me Dominus meus religiosissimus & optimus senex Episcopus [d] Acacius incongruam quandam propositionem, quasi ab orientis Episcopis, magis autem, si oportet dicere veritatem, ab eis qui ea quæ sunt Nestorii saperent. Nam dum eos oporteret sequi quod congruit, & [juxta] intentionem piissimi Principis omniumque orthodoxorum anathematizare scelesta Nestorii dogmata, è contrario petunt [e] vacare universa quæ à nobis scripta sunt sive in tomis sive in conscriptionibus; & sic, inquiunt, Ecclesiæ communicabunt ad invicem. Hoc autem clarè dicere est quòd oporteat nos rectam fidem denegare & Nestorii consentire blasphemiis. Si enim nostra exterminamus, quæ se bene habent & inexprobrabiliter asserunt veritatem & rectæ fidei militant, approbabimus ea quæ sunt Nestorii, & erimus admirantes ejus insaniam. Sed illorum quidem propositionem intelleximus. Contristati enim sunt quod blasphemante Nestorio, ab orthodoxis contra eum sermones scripti sunt & epistolæ. Qualia verò & nos scripserimus sciet tua perfectio, dum legeris paria eorum. Ob hoc enim tuæ illa religiositati direxi.

CAPUT CIX. 197

Epistola [f] Maximini ad Alexandrum, quam scripsit dum cognovisset de Andrea & de [[g] Iohanne] Germaniciæ.

VAlde confusus sum cognoscens ex litteris tuæ sanctitatis illum qui est Germaniciæ, & eum qui est Samosatenorum, semetipsos à sancto vestro dirupisse [Concilio.] Non crederem, si id nuntiaretur ab altero. Veruntamen & nos hæc ipsa pertulimus ab Alexandrino & Rossio. Reliqui enim cuncti per bonum Deum & sanctas orationes tuas firmi persistunt. Qui verò sunt in nostro confinio, præcipuè qui montana habitant, quibus & in Cappadocia & in Armenia negotiandi necessitas, multa millia malorum sustinent eò quòd mihi [h] Cæsareensis scripserit, & à me nec rescriptum potuerit impetrare nec ut ipse susciperem litteras ejus. De reliquo igitur adversùs nostros implacabile prælium assumpserunt. Sed rogo sanctitatem tuam ut assiduas pro nobis pre-

[a] ANATHOLIO] Sic vulgò scribitur in antiquis codicibus Latinis. Fuit is vir magnæ dignitatis per eas tempestates, ut qui magister militiæ fuerit in oriente, Consul, Patricius, ac synodo Chalcedonensi interfuerit primo loco inter judices imperatorios, ut etiam notat Lupus. Ad eum extant plures epistolæ Theodoreti.

[b] MAXIMO] Vide suprà cap. LXI. pag. 766. & cap. LXXVI. pag. 779.

[c] MAGNIFICENTISSIME.] Concilium Chalcedonense: *magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum & Exconsule ordinario ac Patricio Anatholio.*

[d] ACACIUS] Vide suprà cap. LIII. pag. 756.

[e] VACARE UNIVERSA] Vide suprà pag. 600.

[f] MAXIMINI] Episcopi Anazarbi, ut patet ex capite VII. pag. 697. & ex CXIII. CXXIV.

[g] IOHANNE] De eo vide suprà cap. CV.

[h] CÆSAREENSIS] id est, Firmus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus.

ces digneris effundere, ut & illius in semetipsum nequitia convertatur, & nostri perfectissimè roborentur.

CAPVT CX. 198

Epistola, inquit, Theodoreti ad Helladium, indicans quòd non abscesserit ab illis quæ inter ipsos semel in negotio convenerunt, neque injustitiæ quæ in illam personam commissa est acquiescere patiatur.

QAndo præcipuè litterarum consolatione nos oportuit frui, vehementior quippe nunc est erecta tempestas, tunc & ipsa fraudamur, & damnificamur ea quæ nobis sola supererat. Ego quidem semel secundòque scripsi de his quæ vertuntur, & poscens commune consilium, & manifestans sententiam meam, & claram mihi tuæ sanctitatis intentionem rogans, & nec semel impetravi rescripta. Vnam verò solam per totum tempus commendatitiam suscepi epistolam. Et valde me obstupuisse confiteor. Vereor quippe ne qua adversùm nos accusatio veniens, opus namque tale multorum est, licèt semper, præcipuè tamen hoc tempore, tuæ caritatis turbidaverit puritatem, suadens quòd relicta acie dedititii fuerimus effecti, & quasi quidam multipedes aut chamaleontes colorem secundùm petras & folia verterimus. Vnde ad has rursum litteras venio, ac rogo ut sanctitas tua eadem sit circa nos. Adjuvante siquidem gratia Dei non imitamur varios rheumatum cursus qui interdum quidem huc, nonnunquam verò illuc recurrere solent, sed festinamus in eis quæ à principio deliberavimus, quæ recta sunt, permanere, & tristia, quæcunque venerint, sustinere, & nutum desuper exspectare. Vnde eam quidem quæ ex Ægypto est directa epistolam, quia orthodoxa, recepimus; mercedes verò quas pro eadem sua recta fide poposcit, qui eam vix tandem discere valuit, ut odiosam Deo & abominandam sumus aversati. Nam quis unquam eorum qui sub pietate nutriti sunt mercedem rectæ fidei homicidium postulavit, vel quis tribuit postulanti? Aut quis veracem appellet eum qui sine mercede honorare noluerit veritatem? Demus enim non esse malam quæ est* petita mercedem docuerit. Mihi enim videtur nec illum nominare perfectum qui propter regnum cœlorum virtute animi pollet, sed quem boni detinet amor, & qui bonum propter ipsum complectitur. Et testatur hoc Dominus dicens ita: *Qui diligit me, implebit mandata mea.* Et non ait, *Qui desiderat regnum cœlorum*, sed, *Qui diligit me.* Si verò & meminit ubique mercedum, aliquando quidem dicens, *quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, aliquando verò, *quia ipsi hereditate possidebunt terram*, & quæcunque sunt talia, hoc facit ostendens propriam largitatem, & animas fastidiosorum ad bona sustollens. Perfectorum verò est proprium proclamare: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* Et: *Ego enim non tantùm ligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini nostri Iesu Christi.* Et: *Complaceo mihi in infirmitatibus, in persecutionibus, in seditionibus, pro Christo. Quando infirmor, tunc potens sum.* Sed istæ orthodoxiæ assertor seu præceptor egregius mercedem orthodoxæ fidei expoposcit, & mercedem scelestam & bestiis sanguinem potantibus condecentem. Verùm clamemus ei, quia diis tuis culturam non exhibemus, & imaginem quam statuisti auream non adorabimus. Talem tenemus sententiam, Deo amicissime Domine. Nullus igitur nos apud vos impetat velut alia sapiamus. Sed orate ac deprecamini Deum & animam nostram, quæ infirma est, roborate, & corpus, quod graviter est dispositum. Dexter enim pes meus torpore detentus lecto nos rursus affixit. Sed novi quòd & hoc utiliter atque salubriter dispensaverit universitatis inspector.

CAPVT CXI. 199

Epistola, inquit, Helladii ad Alexandrum, indicans quòd propter eam quæ facta est causæ prostitutionem Cilices convenire placuerit.

IN omnibus gratias agimus communi Domino & salvatori Christo, qui nos dignos fecit propter desiderium sui & piæ fidei confessionem in medio ebriorum plurimorum spiritales amplecti vigilias. Magis autem gaudemus quia instar capitis tuam inscribimus sanctitatem in certaminibus quæ hic qui tentationes exercitari permisit propter nostrorum multitudinem delictorum, hoc quo voluerit modo ipse compescet, maximè si pro pietate certantes firmo statu adversariis resistamus. Quia verò consequens erat ut postquam cognovimus execrandas impiorum pactiones, colligeremus Deo amicissimos hujus regionis Episcopos, ut deliberarent unà nobiscum quid sit agendum, hoc facere Deo propitio habemus paratum. Ea verò quæ tali Episcoporum synodo formari contigerit, nota utique faciemus tuæ sanctitati. Ora pro nobis, Domine per omnia Deo amicissime.

CAPVT CXII. 200

Epistola, inquit, Maximini secundæ Ciliciæ ad Alexandrum, qua indicavit quoniam convenientes certa quædam definierunt de causa quæ agebatur.

QVoniam nihil eorum quæ hic fiunt tuam latere convenit sanctitatem, necessariò & nunc quæ statuta sunt à nobis tuæ sanctitati innotescere festinavi, quorum direxi & paria. Dignetur ergo, his inspectis, religiositas tua quæso huic causæ auxilium ferre tam per sanctas orationes tuas quàm per eam quæ tibi inest boni constantiam. Vniversam tecum constitutam fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPVT CXIII. 201

Synodvs Anazarbensis.

Sancta synodus secundæ Ciliciæ quæ per gratiam Dei in Anazarbo metropoli convenit, interlocuta est quæ subjecta sunt.

MOta immodica perturbatione contra piam fidem, & infamibus vocibus aures hominum circumsonantibus, ex litteris piissimorum & amicorum Christi Imperatorum, quæ omnes Deo amicissimos Episcopos pariter convenire jusserunt, ad Ephesiorum metropolim venimus. Sed Cyrillus Alexandrinorum quondam civitatis Episcopus * antiqua patrum in fide non permanens, eam duodecim capitulis commovere tentavit, & anathematismos adjecit, per omnem terram monstrans propriam putritudinem. Hic priùs quàm cuncti Deo amicissimi Episcopi convenirent, circa quod amicis Christi nostris Imperatoribus placuit, præsidens ex auctoritate Concilii usurpavit sibimetipsi judicium, & calumnia circumvento Deo amicissimo Episcopo Nestorio, qui & ab-

* Antiqva] Sic nos emendavimus. Antea enim legebatur, *manu qua.*

ANNO CHRISTI 431. — SYNODICON.

sens erat, nec à fidei pietate recesserat, ut putavit, condemnationem supposuit. Nos igitur, qui undique convenimus, orthodoxi Episcopi ex orientali regione diversisque provinciis, [a] deposuimus eum alienumque a sacerdotio fecimus unà cum Memnone Ephesio, qui & in omnibus ei cooperatus est & impiam voluit hæresim roborare. Reliquos verò qui eis assenserunt communione privavimus donec suum cognoscentes errorem, impia quidem dogmata Cyrilli anathematizaverint, sanæ verò patrum confessioni acquieverint. Hæc dum cognovissent amatores Christi Imperatores, atque [b] approbassent confirmassentque damnationem quæ super eos à nobis facta est, jusserunt unumquemque sanctorum Episcoporum ad propriam reverti provinciam. Verùm quoniam nunc convenientes in Anazarbo metropoli propter ecclesiasticas curas, agnovimus quòd nonnulli præter illa quæ tunc in commune placuerunt, non ejectis Cyrilli capitulis, ab eoque ea quæ exposuit admittentes, in communionem receperunt eundem Cyrillum, placuit convenientibus nobis ut Cyrillum quidem sic habeamus ut habuimus & antè damnatum, eos verò qui eum receperunt in communionem non respuentes per propriam subscriptionem hæretica quæ exposuit capitula esse nobis à communione alienos donec ea quæ pridem communiter placuerunt effectum mancipentur & anathematizet Cyrillus impia capitula sua, permaneat verò in fide trecentorum decem & octo qui Nicææ convenerunt, neque adjiciens ei neque auferens aliquid. Non patiemur autem, cooperante nobis Domino Christo, aut Cyrillum quasi orthodoxum in communionem recipere aut eos qui ei adjuncti sunt, nisi hæretica capitula illa omnibus fuerint modis expulsa, etsi ad ignem & ferrum feratumque dentes nos oporteret congredi.

Maximinus Episcopus Anazarbi consentio [c] suprascriptis & subscripsi.

Secundùm hanc suscriptionem universi subscriserunt.

CAPUT CXIV. ...202

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Helladii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, per quam indicavit quòd convenientes Episcopi secundæ Ciliciæ certam formulam dederint de causa quæ vertitur, quam primæ quoque Ciliciæ Episcopi approbant.

QUoniam quidem synodus Deo amicissimorum secundæ Ciliciæ Episcoporum colligenda erat agnovisti utique omnino, Deo amicissime. Quia verò & congregata sit, & formatum sit ab eis, sicut & mandaverunt nobis per Deo amicissimum Presbyterum Mopsuestiæ Olippum, ut in illa damnatione habeatur Ægyptius cui olim suppositus est donec anathematizet impia illa capitula, & hi verò qui ei communicant excommunicati habeantur, necessariò & nos amplectentes hunc pro pietate zelum apostolicisque dogmatibus sanctorum verè Episcoporum, sequentes quoque apostolicum eorum propositum, & acquiescentes his quæ ab eis synodaliter exposita sunt, tuæ mandavimus sanctitati ut si quidem possibile est, huc usque fatigeris, subscripturus ipsi synodico, quod & facere debes. Si verò ab hoc aliqua fortè violentia prohiberis, quamquam nihil sit hoc violentius, sicut & tu, Deo amicissime, utique dicis, nisi fortè corporalis infirmitas, innotescere nobis dignare per litteras quod placet. Impossibile est quippe, sicut nos æstimamus, etsi hoc multoties millies simulent hi qui susceperunt Ægyptium nihil obesse pietati, subsistere apostolicum dogma, nisi fuerint abjurata illa scelesta capitula.

CAPUT CXV. 203

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Dorothei Metropolitani Mœsiæ ad Antiochenum Iohannem, quam scripsit ex opinione, advertens quòd Alexandriæ inter Paulum & Cyrillum convenerit.

QUi naufragaverunt à pia fide nostra, [d] quæ unit sarparis proprii fulcita, inter multas hîc opiniones disseminant, dicentes quòd religiositas tua & qui cum ea sunt sancti Episcopi acquieverint ad Ægyptii communionem, non damnatis conscriptionibus duodecim cognitis. Blasphemia eò quidem ora sumpsit quòd ipsa capitula perfectis quidem sint probabilia, his verò qui capere nequeunt aliena. Unde, inquiunt, rogati Ægyptii in communionem orientis sanctam synodum receperunt. His ita disseminatis ab ipsis, alteram fraudem machinati sunt contra pios. [e] In regia siquidem civitate simpliciores volentes decipere, proprios servos atque domesticos & alios quosdam colligentes ante auroram, in forum quod dicitur Constantini sub prætextu litaniæ convenire fecerunt, præparantes ut unus occurreret populo cum crucibus & cereis ille [f] deceptor qui ab illis desertoribus est illicitè ordinatus. Sed non diù fraudem suam tegere valuerunt; sed [g] deprehensi nolendo fortiores operati sunt populos persistentes in sua pietate, qui discentes hunc dolum declinaverunt errorem. Dum verò eis nec ista sufficiunt, finxerunt ab admirandissimo Aristolao litteras ad Maximianum fuisse transmissas, quas & in publicum in ambone legi fecerunt, narrantes sic pacem factam fuisse inter sanctitatem vestram & Ægyptios ut vestræ calculo sanctitatis & Maximiani ordinatio firmaretur, & sanctissimus ac Deo amicissimus Episcopus Nestorius condemnatus reputaretur. De his igitur universis subtiliter discere volens, coactus sum reverentissimum Presbyterum Eustochium cumque ipso Thomam monachum destinare, rogans ut nos per vestras litteras digneris instruere veritatem. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT CXVI. ...204

Idem hanc posuit epistolam.

DEo amicissimis & sanctissimis Dominis meis & cum omni reverentia nominandis sanctis

[a] DEPOSUIMUS] Sententia adversùs Cyrillum & Memnonem habetur tomo tertio Conciliorum pag. 598.

[b] APPROBASSENT] Vide suprà pag. 521. cap. 46.

[c] SUPRASCRIPTIS] Hæc emendatio nostra est. Lupus ediderat *sanctis*. Hauddubiè in veteri libro scriptum erat *ss*.

[d] QUÆ UNIT] Puto locum hunc esse corruptum

[e] IN REGIA] id est, Constantinopoli. Et hunc quoque locum nos amendavimus. Lupus ediderat, *integra*. Emendationem nostram confirmant ea quæ paulò pòst dicuntur de foro Constantini: de quo si plura scire cupis, consule Constantinopolim Christianam doctissimi amici nostri Caroli Dufresnii. Quare vehementer falsus est Lupus, qui heic agi putavit de Martianopoli & ejus Episcopo Saturnino ejecto à plebe.

[f] DECEPTOR] Maximianus Episcopus Constantinopolitanus Vide suprà pag. 581.

[g] DEPREHENSI SUNT] activa significatione, id est, deprehenderunt.

comministratoribus

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

comministratoribus Alexandro & Theodoreto Eutherius gaudere. Divinum sanctitatis vestræ zelum, qui ubique pervenit, nocte dieque fulgentem clamant jam universa terra & mare, à quo & nos, valde segnes, stimulati sumus ad bonorum desiderium piæque confessionis instantiam, ita ut audeamus per litteras deprecari & de eis quæ agenda sunt commonere. Perclaruit igitur hoc esse justum præsenti in tempore ut adjiciat sanctitas vestra ceteris rectitudinibus suis & hoc studium quod nunc exigit tempus, ut dirigatis aliquos cum communi hac formula & litteris accommodis ad occidentis partes, & excitetis ad hoc pro fide certamen eos qui illic sunt habentes insitum fidei zelum. Timor est enim ne prævenientibus litteris aliorum quasi unitio facta sit, & rebus incongruis consentientibus universis, segniores appareant ad ea quæ malè acta sunt corrigendum. Et nos quidem quasi in libro quæ sunt placita exponentes, id est, ego & Dominus meus per omnia sanctissimus Episcopus Helladius, horum rescripta vestræ quæ secundùm Deum est caritati direximus. Vestræ autem religiositatis est & probare & proferre & ad finem perducere. Quæ cum sanctitate vestra est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPVT CXVII. 205

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Eutherii Thyanensis Episcopi & Helladii Tharsensis, scripta ad magni nominis Romæ Episcopum Sixtum.

a [a] MVltam providentiam humani generis per singula tempora faciens Dominus Christus, alio tempore alia luminaria præparavit ad eorum ducatum qui bonæ sint voluntatis convictionemque contrariorum, & mendacii quidem destructionem, veritatis autem confirmationem.
b Sicut etiam sub illo [b] amore Pharaone beatum Moysen contra Iamnes & Mambre, & sicut super Simonem magum Petrum bene vincentem, sic & contra eos qui nunc insurrexerunt inimicos tuam protulit sanctitatem, per quam bonæ spei sumus & nos quòd orbis terrarum ab Ægyptio liberetur errore, qui Moyses novus existens omnem quidem Ægyptium hæreticum percuties, salvabis verò omnem Israëlitam orthodoxum. Igitur contra veritatem multis millibus gestis, & mundissima orthodoxiæ margarita multas excipiente inimicitias, & quantas nulla unquam tradit historia, ab his qui harum vocum novitatem contra paternam fidem apostolicam repererunt, nostrum quidem est, qui triplices multiplicesque patimur tempestates, & penè in piratas incidimus, ad eum clamare qui à Deo productus est gubernator, eumque pro amore veritatis quanta possibile est edocere; tuæ autem gratiæ sapientiæque est non despicere neque otiosè transcurrere hujusmodi quæstionem tantamque causam, sed & perscrutari cum dilectione boni laboris & imponere emendationem cum tota constantia & Deo dilecta fiducia. Et olim siquidem sæpius jam ex Alexandria hujusmodi hæreticis zizaniis insurgentibus, suffecit vestra apostolica sedes per universum tempus illud ad mendacium convincendum impietatemque reprimendam & corrigenda quæ necessarium fuit, muniendumque orbem terrarum ad gloriam Christi tam sub illo ter beato & inter sanctos habendo Episcopo c [c] Damaso quàm sub pluribus aliis gloriosis atque admirabilibus. Cujus rei gratia & nos præsuminus has supplicationes offerre, ut adjuvetis orbem terrarum & in illa parte quæ errat, & in illa quæ tyrannidem sustinet, quæque ad hoc impugnatur ut ad ea quæ non conveniunt assensum præbeat, eò quod nec velit nec expedire judicet ut Ægyptiorum capitulorum varias vocum novitates excipiat. Scribens enim Cyrillus Alexandrinus blasphemam vocum novitatem per bis sena capitula universæ divinitus inspiratæ scripturæ contrariam & anathematizantem legitimas & antiquas sanctorum patrum traditiones, & maximè illorum qui excelsa quidem Christi divinitati adscribant, humilia verò humanitati ejusdem, nusquam unitione ejus intercidenda, proposuit ei qui tunc sanctam sedem regebat magni nominis urbis; qui fuit à principio probatus & notus circa fidem, circa vitam, circa doctrinam verbi, & circa universa, Nestorio, ut aut consentiret capitulis ejus, atque subscriberet ea, & permaneret Episcopus, aut certè periclitaretur in gradu, & à sancta Ecclesia pelleretur. Ille autem propositioni nequam Dei timore prælato, elegit potiùs multis millibus periculis sibi injustè inferendis tradere semetipsum quàm dolis hæreticis præbere consensum & confirmare totius orbis errorem. Ad hæc synodus convenit in Epheso; & in nullo correptus, neque rationem reddere expertus, antequam convenirent qui sustinebantur universi, exactus est ultionem, dum illorum capitulorum blasphemiæ obviaverit, & omni crudelitate ei quæ dicitur damnationi & aliis aliquibus subjectus est, dum certè Cyrillus auctoritatem judicis non haberet, sed ejus qui judicandus est ordinem, eò quòd contra invicem moverint quæstiones; & erat præsidens reus; & sententiat princeps, qui sustinebatur multis sententiis supponendus. His gestis, aliis quidem cuncta quæ acta sunt lachrymis digna, aliis verò ridicula videbantur, ita ut & ille qui Antiochenam tenebat Ecclesiam Dei, post hæc veniens, Cyrillum quidem & Memnonem damnationi subjiceret communi decreto Deo amicissimorum sanctissimorumque Episcoporum usque ad viginti duorum Metropolitanorum ceterorumque qui pariter aderant; qui illos hæresios ac seditionis principes judicarunt & ecclesiasticarum æmulos sanctionum; ceteros verò qui eis ad omnia incongrua complices extiterant alienos à communione fecerunt. Sed illi egregii contra veritatem simul & regulas sibimetipsis indulgentiam relaxantes, terribilium mysteriorum communionem irreverenter sibi continuò præsumpserunt, alios verò communicare sibi periculosè fecerunt, ita ut omnes divinæ regulæ decreto subjaceant, quæ eos qui ita regunt omnino perdamnant. Hæc addiscens Deo

[a] MVLTAM PROVID.] Hanc epistolam edidit etiam Lupus in dissertatione de appellationibus Romanis pag. 849.

[b] AMORA] Ita codex Casinensis, ut Lupus monet. Vox illa nullum heic sensum facit. Itaque ille reposuit *majore*, instituta videlicet comparatione inter Pharaonem & Cyrillum. Verùm quia nec ipse Lupus admodum probat hanc emendationem, nos vocem mendosam remigrare fecimus in textum.

[c] DAMASO] Christianus Lupus heic affert exemplum Lucii Arriani Episcopi Alexandrini & Maximi Cynici Constantinopolitani, quos à Damaso solo damnatos esse ait. Errat autem vehementer. Nam primò Damasus Lucium non damnavit solus, sed cum consilio Episcoporum Italiæ & totius occidentis, ut colligitur ex epistola Concilii Italiæ ad Theodosium Imperatorem edita in appendice Codicis Theodosiani. Ad Maximum verò quod attinet, certum est eum non fuisse damnatum à Damaso, quem potiùs ei favisse adversùs Nectarium ostensum à nobis est lib. 5. de concordia sacerdotii & imperii cap. 21.

Anno Christi 431.

Synodicon.

Anno Christi 431.

Synodicon.

amicissimus & bonus victor Princeps continuò definivit vacare quæ sic inordinatè inconsequenterque sunt gesta contra eum qui in nullo convictus est, abruptè verò & furiosè addictus, denuo autem de dogmate cum veritatis amore fieri quæstionem per interrogationem & responsionem & demonstrationem quæ omnibus suaderet, non quæ auctoritate tyrannica imperaret. Illi verò ad solutionem canonum id quoque adjecerunt ut nec his piis litteris obedirent. Et nihil de fide dicere vel audire acquiescentes ulteriùs, ad solam se universi pertinaciam contulerunt; ad consensum cœperunt trahere judicii alios quidem fraude, alios violentia, alios præmiis. Constupentes super his nos per multum tempus rogabamus, obtestabamur cum omni fiducia, provocabamus ut nihil irrationabiliter fieret aut teneretur, sed de quæstione quidem dogmatum & de Cyrilli capitulis communis proponeretur tractatus atque Concilium, & quod omnibus placuisset, una seotentia firmaretur, de eo vero qui tyrannidem sic apertè pertulerat judicium verax fieret atque legitimum; ut convictus quidem de corruptione veritatis, adjudicationem consonè sustineret ab omnibus; si verò ex toto innoxius probaretur, in scripto abdicaret illa nobiscum quæcunque incongrua quidam vel ex ejus persona vel ex aliorum nomine ex suspicione aut accusatione jactaverant. Sed ista quidem displicebant his qui ex sola auctoritate devincere, non autem vel suadere vel suaderi volebant, præcipiebant verò universis ut abruptè anathematizarent & damnationi subscriberent. Quicunque autem se integriori deliberationi servasset, damnabatur, ordinabatur ab eis, subjiciebatur calumniis, malæ doctrinæ vocabatur. Ordinabantur pro talibus alteri, quia consentire nolebant. Laudare quidem damnatione digna capitula, damnare verò eum qui, quantum nos conscii sumus, nihil aliud dixit nisi ea quæ à sanctis Prophetis & Evangelistis & Apostolis per spiritum sanctum manifestè sunt tradita. Volebant enim & Apostolos criminari, dum supervacuè adjudicant illum qui ea quæ ipsorum sunt prædicabat. Talem namque & eorum quæ dicuntur gestorum fecerunt actionem, ut inconsona & incerta adversùs illum virum proferrent, & plerunque irreprehensibilia reprehenderent. *Cur*, inquiunt, *Nestorius dixit quòd passio non deitatem sed humanitatem Christi attigerit?* Interdum verò falsa scribebent, ponendo quòd ab ipso dicta fuissent verba quæ nec quicunque infidelium immo nec agrestium dæmonum dicere præsumpsisset, id est, quòd Christus esset Christus Domini, sicut Saul, sicut David, sicut infidelis Cyrus; in quibus facile est convincere volenti calumniam. Ea verò quæ de Antiocheno Iohanne sunt gesta; si esset possibile, tacere velimus. Sic irrationabilis apud nos ejus mutabilitas facta est & manifesta transgressio & proditio veritatis quæ ex improviso completa est sive peracta. Ille enim, quia antequam veniremus ad Ephesum, hæreticam capitulorum reperit fraudem, plurimis per litteras indicavit per primam Cappadociam secundamque, & per diversos locos ut ab eis se observarent admonuit, quasi Eunomio & Arrio & Apollinario consonarent, & qui acutè ac fervidè in Cyrilli damnationem prosilivit, & ad hoc omnes hortatus est. Quippe adiit & ipsam regiam civitatem, ut huic impietati resisteret. Et idem nobis scripsit adhuc Ephesi constitutis, priùs quidem dicens quia illum, id est, Nestorium, dimissum cognoscentes ab Epheso, valde doluerunt animæ nostræ, eò quòd illa quæ sine judicio & iniquè sunt gesta videantur interim roborari; deinde quia etsi illa blasphema capitula Cyrillus abjecerit, eum ne tunc quidem suscipere per sacramenta promisimus, eò quòd princeps ipse sit factus iniquæ hæresis. Vnde alterum cor accipiens ignoramus, omnibus moribus suis est adversatus, & Cyrilli communicator effectus non repellentis quæ malè conscripserat, qui eum nunquam susceptùrum se, vel si ea refutasset in scripto, juraverat. Et solus vinculum solvit quod cum tantis Cyrillo & Memnoni noxiis consequenter intulerat. Et nullam securitatem his qui pro pietate fuerant offensi procurans, ipse quidem reconciliatus est, ei quem pridem sic amarè notaverat; permisit verò Ecclesias perturbari, & præsules quosdam manere depulsos, alios autem adhuc multipliciter exturbari. Sed etiam litteras mirabiles fecit, in quibus ait damnatum se habere Nestorium & anathematizare quicquid impiè dixit aut sapuit. Sic & accusatione ac demonstratione defecit ut nec diceret, *Illam vel illam sive illam anathematizo sententiam*, sed ait: *Quicquid ab eo impiè dictum est*; dum certè apertè dicere debuisset, ut ab eo sensu quisque cautior redderetur; sicut clarè abominamur nos Cyrilli capitula, & quæsumus universos ut se ab insita illius malignitate custodiant, præconvincentes eas quæ in ipsis sunt blasphemias, & eas clarè omnibus publicantes. Hæc pauca de plurimis cum multa abbreviatione conscripsimus, scientes quòd horum malorum nimietas non solùm Hieremiæ lamentationibus digna sit, sed & universam tragœdiam superaverit. Rogamus verò & sanctis tuæ religiositatis provolvimur pedibus ut manum porrigas salutarem, & auferas mundi naufragium, omniumque horum inquisitionem jubeas fieri, & bis illicitis cœlestem superduci correctionem; ut revocentur quidem sancti pastores, qui injustè sunt à suis ovibus effugati, & reddatur gregibus ordo & antiqua concordia, & ut non ultrà lamentatus & mugitus pro votis offerantur ac psalmis, dum multi dispersi sunt; & ne quiquam periclitentur circa ea quæ præcipua sunt, dum vitant ab hæreticis vel lavacrum regenerationis vel mysticam communionem accipere, quæ ab orthodoxis sumere ad salutem minimè permittuntur. Quæ ex parte quidem videntes, ex parte verò audientes olim concurrissemus ad sanctitatem tuam nos, qui è diversis regionibus sumus, id est, ex Euphratesia, ex utraque Cilicia, secunda Cappadocia, Bithynia, Thessalia, & Mœsia, ut & fontes effunderemus lachrymarum, & publicè defleremus peregrina & insueta hujus vitæ mala, nisi detineret nos luporum terror insidiantium gregibus ad rapinam & ad errorem omnemque adversitatem. Vnde coacti sumus nostra vice dirigere religiosissimos Clericos & monachos, qui impleant locum nostrum. Quæsumus igitur ut absque dilatione exsurgatis, & fervido zelo magnum victoriæ trophæum contra æmulorum cuneos erigatis, ante oculos habentes boni pastoris diligentiam, simul & studium circa ovem quæ erraverat. Et non absque periculo deputetis si quid fastidiosè circa tot pastores & oves agatur, dum illæ quidem errent, illi verò tyrannicam sustineant violentiam. Imitamini potiùs & magnum pietatis præconem Paulum, oculum mundi, quem nos ut pignus habere familiaritatis nostræ erga vestram credimus sanctitatem. Civis enim noster existens, er-

Anno Christi 431. Synodicon.

tore totius orbis extincto, illius apostolicæ sedis factus est ornamentum, & à beato Petro [a] dexteram societatis accepit, ut appareret ab utrisque æquam subtilitatem dogmatum custodiri. Etiam quæsumus ne despiciamur à vobis nos, quos tot mala circumdant. Non enim de pecuniis vel gloria aut quolibet alio temporalium decertamus, sed pro pietatis possessione communi, pro paterno fidei thesauro, pro spe communi fidelium, pro bona confessione Apostolorum, pro immortali certamine martyrum, & maximè pro adventu elementiaque dominica, cujus virtutem invincibilem invocantes sine cessatione clamamus: *Parce Domine populo tuo, & ne dederis hereditatem tuam in opprobrium.*

Eutherius Episcopus metropolis Thyanensium subscripsi. Et quæso ut me ores incolumem, Deo amicissime & sanctissime pater.

Helladius Episcopus metropolis Tharsi subscripsi. Et rogo ut me ores incolumem, Deo amicissime & sanctissime pater.

CAPUT CXVIII. ...206

Multa inter hæc abstuli quæ ex sua persona intulit Irenæus. Sed hæc quæ sequuntur ab eo dicta non inutilia, sicut cetera, credens, ad hoc præcipuè transtuli ut homo Nestorii sequacissimus quàm se hostiliter habeat ad ea quæ in epistola Ibæ quæ ad Marim Persam cunctis fuæ regionis innotescenda facta est continentur, sicut & de aliis studiis fautorum prædicti, satis appareat.

b [b] Compositores, *inquit*, oportebat te vera ut ne hoc quidem præterirent isti propugnatores veritatis egregii, quatenus universa quæ erant agenda implentes, inconcussam propriam conscientiam custodirent. Nec enim Rex cœlorum plus à nobis exigit quàm propositum; ad quod respiciens & bravia donat, & mercedes deputat, & exigit ultiones. Et hujus quidem rei Abraham Patriarcha est testis, qui nec filio est privatus, & maximam illam pro sacrificio mercedem recepit; illius verò ille cui creditum talenti negotium, quem quia id neglexit tantummodo, tormentis deputavit, ostendens damnum quod ex eorum quæ in nobis sunt negligentia sustinemus. Quæ isti Deo amicissimi pastores memoria retinentes, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, dum certè jam competissent quòd deceptus jam Cyrilli versutiis qui Romanæ Ecclesiæ præsidebat, adversùs Nestorii personam calumnias perversis reprehensionibus approbasset, legatos tamen ad occidentem impigrè direxerunt, manifestasque fecerunt hujusmodi fraudes, quæ in hanc causam etiam de recenti fuerant paratæ. Hoc idem verò mox & magnus fecit Alexander, accusans illas impias pactiones quæ super alia incongrua & in fide auxerunt discordiam. Nam solùm siquidem quia per ea quibus interluserunt fœdera isti mirabiles extincta non est orientalium contra Ægyptium rixa, sed & omnes contra invicem sunt divisæ, præcipuè orientis, Ecclesiæ, occasione dissensionis accepta ab hac falsi nominis pace. Quòd autem illa non pax sed potiùs pax concordiæ dissipatio & cunctis pugnis deterior fuerit sufficiunt quidem & suprascripta declarare. Clariùs verò multis ipse rem prædicat.

CAPUT CXIX. ...207

c [c] Domino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Alexandro, Theodoreto, Abbibo, Heliadi, Mati, Davidi, Acilino, [d] Meletius. Dignum & gratum est vestræ sanctitatis etiam præsens studium, & gratum Domino Christo, qui nobis speculatores hujusmodi in præsenti quoque largitus est, ut ad eos intendentes habeamus qualiter, prout est in tanta hujus vitæ tempestate possibile, nostra itinera dirigamus. Non enim nostra sunt cuncta, sed ejus qui continet universa. Sat est nobis ut vel intentione sincera, si nihil amplius, contendere valeamus; ad quam respiciens omnium Dominus præstituturus est, utique vestræ sanctitatis orationibus, ut nec triplicibus voluminibus submergamur. Eos quidem qui ad occidentem directi sunt Deo amicissimos Clericos ita suscepimus ut consequens erat nostros & qui pro tali causa sunt destinati, quos etiam dimisimus ut per gratiam Dei ad ulteriora procedant. Festinamus autem, si Dominus annuerit orationibus vestræ sanctitatis, & nos similia gerere: quia oportet omnino ut offeramus & nos quæ credimus expedire. Forsan enim volens Deus ampliùs probare eos qui se sunt digni & redarguere noxios, permisit usque adeo adversarios crescere. Erit verò id his qui bene certant non ad defectum meriti. Quomodo enim fieri hoc potest, dum futuram magis coronam provideat, sed potiùs ad animarum erectionem, eò quòd opportunum tempus invenerint ad sui propositi virtutes ostendendas & ad eam quam quieti meditabantur fortitudinem, sicut & hi, ut arbitror, qui aliter priùs certant post ea studia.

CAPUT CXX. ...208

e [e] Deo amicissimo secundùm veritatem & sanctissimo patri Episcopo Nestorio Theodoretus. Quòd habitare in villa non metuam & [f] obsequi regulæ, & excelsi throni non sim desiderio compeditus, tuam nosse arbitror sanctitatem. Nàm si & aliud nihil, saltem sollicitudo civitatis, cujus gubernacula sum sortitus, satis est ad docendum me hanc philosophiam. Præter ipsam siquidem sollicitudinem & causarum turbas plurimas habet quæ sufficiunt ad abigendum eos quoque qui nimis talibus gaudent. Nullus igitur religiositati tuæ suadeat quòd ego præsulatus

---

[a] Dexteram] Sumptum ex capite secundo epistolæ Pauli ad Galatas. Hoc argumentum urget & Ivo Carnotensis epist. 61.

[b] Compositores] Verba sunt Irenæi.

[c] Domino] Legendum. *Domino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo.*

[d] Meletius] Episcopus Mopsuestenus.

[e] Deo amicissimo] Hæc epistola habetur ex alia versione in collatione quinta Concilii quinti, & rursum ex alia apud Marium Mercatorem. In Concilio verò quinto adnotatum est eam esse scriptam post unitatem factam inter orientales & Cyrillum. quod etiam colligi potest ex præfatiuncula Marii Mercatoris, sive potiùs ex titulo quem idem Mercator apposuit huic epistolæ, qui sic habet in codice Vaticano. *Item epistula ejusdem sceleratissimi Theodoriti directa Nestorio jam in exilio pro sua perfidia constituto, qua satisfacit &c.* ut in editione Garnerii.

[f] Obsequi regulæ] Concilium V. *nec seculari curatione nec gloria.* Mercator, *& obsequium gloriaque non superet.*

amore oculos claudens, idcirco ut orthodoxas susceperim litteras ab Ægypto. Dico enim, sicut coram veritate ipsa, frequenter eis perlectis, subtiliterque discussis, inveni ab illa eas hæretica amaritudine liberas, easque timui ullo modo maculare, dum certè oderim non minùs aliis illarum patrem, sicut totius mundi perturbationis auctorem. Et spero non me soluturum pœnas ob hoc in die judicii, quia justus judex est inspector intentionis. His autem quæ contra tuam injustè & iniquè facta sunt sanctitatem, nec si ambas manus meas quilibet abscindat, patior assentire procul dubio divina mihi cooperante gratia & animæ imbecillitatem roborante. Et hoc manifestum feci & illis per litteras qui exigere nitebantur. Direxi verò & sanctitati tuæ eorum quæ illis respondi rescripta, ut agnoscas quia divino nutu à nullo sumus tempore permutati, neque multipedes aut [a] chamaleontes ostendi; quorum hi quidem petras, illi vero folia, quibus adhæserint, colore imitantur. Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

CAPUT CXXI. 209

[b] Ea quæ rescripta sunt, *inquit*, ad Prophetam de ea quæ dicitur Ægyptii pœnitentia

[c] VEl si veram quis putet vel si fictam Ægyptii pœnitentiam, mihi utrique plurimum est odium contra eam. Odi enim fictam, sicut hypocrisin meretricis honestam faciem præferentis. Abominor verò eam quæ vera nominatur ut immaturam, similemque circa Esau pœnitentiam, quæ valde & eum quem correxisse videtur accusat, eò quod de pristinis malis quasi de bonis insultet, & illa solùm digna sit voce prophetica: *Væ qui vocat amarum dulce, & dulce amarum.* At ille conditiones contra orthodoxos, quasi mercedem qua peccantibus veniam dederit, ita proponit; & dum proposuit, celeri est adoratus assensu; quasi dominus misericordiæ loquens, qui ab adorantibus se, tamquam veniam perceperint, diffamatur. Et misit per eos satisfactionis pœnitentiam multis lachrymis plenam & ad eos qui ei clementiam donaverunt ita loquentem: [d] *Quia supervacua omnino & importuna Ecclesiarum discordia facta est,* [e] *nunc præcipuè habeo satisfactum.* Quis non ei sicut misericordia digna loquenti misereri queat, aut veniam lugenti non præstet? Penè enim genua tangens, & lachrymis urens pro litteris, his qui eum deposuerant clamat: [f] *Superflua & vana sunt quæ fecistis, & occasione rationabili nuda. Sed ego de vobis subtiliter persuasus fero sententiam.* Multum ejus qui deliquit obsequium circa eos qui extitere clementes, irrationabiles eos integerrimè ac non ambiguè appellantis. Nunc quippe, inquit, vana. Sic maximè mihi est satisfactum quòd vana sint & superflua quæ fecistis. Ea enim, ait, quæ mea sunt sentientes, imperitè hactenus faciendo suspicabamini me à vobis diversa sensisse. Et pœnitentiæ quidem ipsius tale est procemium. Post pauca verò istæ sunt ejus voces ampliùs compunctivæ pœnitentis: *Chartam nobis*, inquit, *ille porrexit irreprehensibilem confessionem fidei continentem.* Vide pompam, quæso, uniuscujusque sermonis, quæ cum diaboli est damnata superbia. *Chartam* dixit, & ei nec litterarum nomen donare dignatus est. Et addidit: *nobis porrexit.* Et ad judicandum rogatus extollitur. Et adjecit: *irreprehensibilem confessionem fidei continentem.* Tamquam parcens aliquid infamatis, irreprehensibiles eos decernit. Et hoc post ista declamans: *Quam chartulam ille*, inquit, *à te affirmabat esse compositam & ab eis Deo amicissimis Episcopis qui illic sunt.* Quid est aliud quod ait nisi ac si diceret. Diffidebam quidem dogmatis apud vos esse irreprehensibilem fidem; deposui verò suspicionem quam contra vos habui, eò quòd essetis de impietate dogmatum diffamati, juranti plurimùm illi qui mihi chartam obtulit credens, & quòd non falleret affirmanti. Quomodo igitur aliquis insultantis, quasi ipse magis ignoverit, pervicaciam putet pœnitentiam? Sed forsan superat quidem ut justè damnatus, ne salvari videatur, progrediens verò exposuit veritatem? Videamus ergo, si placet, & sequentia litterarum. Et priùs quidem ad medium deducamus primum bonæ hujus circa eos pœnitentiæ capitulum: [g] *Si de cœlo*, inquit, *& non ex virgine sanctum corpus dicimus factum salvatoris omnium Christi, quomodo jam Dei genitrix intelligitur? Quem namque omnino non peperit, nisi verum sit quòd Emmanuel genuerit secundùm carnem.* Hæ voces ejus & insensatæ & blasphemæ plurimùm sunt. Insensatæ quidem, quia ut bene dici demonstret carnem non esse de cœlo, utitur hac voce qua Dei genitrix nominatur. Qui per omnia immurmurat auribus omnium quod majus est deceat appellari. Si igitur amplius est genitricem Dei vocari, quomodo majoris nomen id quod minus est designet? Qualiter vero ille qui eam vocem, quæ est Emmanuel, tamquam divinitatis; quæ ex virgine nata est, Dei verbi significativam accipiens, dum propheticum testimonium profert, & frequenter sursum ac deorsum clamat de virgine, *Genuit secundùm carnem Emmanuelem*, nunc humanitatis partus significationem suscepit hoc nomen? Theotocos nomen quare prætulit Emmanuelis nomini, ut nomen verbi tantummodo vel tantummodo deitatis partæ de virgine? Si verò Emmanuelis vocabulo verbum, quod partum est, significari dicit, eò quod idem vocabulum prædicet *Nobiscum Deus*, quare rursus id ipsum ut non deitatis, sed carnis quæ est ex virgine, significativum dicit, & proclamat quasdam voces sibimetipsis contrarias? Et hoc quidem demonstratio est eorum quæ ab ipso sunt dicta dementiæ. Verùm repetens easdem voces, cerne etiam quanta sit blasphemia: *Si enim de cœlo*, inquit, *& non ex virgine sanctum corpus dicimus factum, quomodo jam Dei genitrix intelligitur? Quem namque omnino non peperit, nisi verum sit quòd Emmanuelem genuerit secundùm carnem.* Non perterretur vesanis hominibus prædicans quia Dei nomen significatione est genituræ carnalis, ita ut carnis genitrix sit Dei genitrix. Quod ergo sit nomen divinitatis

[a] CHAMALEONTES] Concilium V. *versipelliones.*

[b] EA QUÆ] Et hæc quoque epistola est Theodoreti, quem constat tum à Cyrillo vehementer abalienatum fuisse.

[c] VEL SI VERAM] Hoc est initium istius capitis, non verò pars tituli. Quod non animadvertens Lupus, existimavit dubium non esse quin sint verba Irenæi.

[d] QUIA SUPERVACUA] Hæc verba sunt Cyrilli ex epistola ad Ioannem Antiochenum suprà pag. 595.

[e] NUNC PRÆCIPUE] Hoc segmentum frustra diviserat Lupus à superioribus Cyrilli verbis. Porrò pro eo quod ille scripserat *ab eo*, nos reposuimus *habeo.* Eadem epistola Cyrilli: *nunc maximè nobis est satisfactum.*

[f] SUPERFLUA] Sunt eadem quæ paulò ante relata sunt verba Cyrilli, sed paraphrasticè exposita; sicut paulò pòst paraphrasticè etiam exponit hæc verba, *quam chartulam à te affirmabas &c.*

[g] SI DE CŒLO] Vide suprà pag. 594.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

illius quæ unita est carni, & quæ est cum genita carne, si dum Dei genitrix dicitur, illius est vocabulum partus qui consubstantialis est virgini? Alterum è duobus. Aut Deus verbum significatur, cùm Dei genitrix dicitur, & hinc absque nomine carnis est partus; aut si Dei genitricis nomen constitutivum carnis est, circa ipsum ergo idem est carnis genitrix quod Dei genitrix. Et quomodo ei stabit quod ait: *Genuit secundùm carnem Emmanuelem*? Nisi fortè dixerit quod virgo peperit carnem secundùm carnem. Præter hæc verò suave ducerem requirere illum quem putet à Propheta Emmanuelem fuisse prædicatum, utrum inseparabile illud Dei verbi templum, in quo nobiscum per opera Deus videbatur, an ipsum propriè verbum. Nam si propriè ipsum verbum dixit ab ea quæ est Emmanuel appellatione illud hominem nodum ea quæ illi inde est dignitate, quem nobis quasi parum facientibus se fingit objicere; si verò id ipsum nomen soli propriè visibili deputat, Emmanuelem nobis quasi alterum quemdam præter Dominum Christum ex virgine diffamat genitum. Sed hæc quidem nobis hactenus dicta sint. Veniamus verò & ad secundam talis pœnitentiæ falsitatem: *E cælo*, inquit, *descendens Deus verbum exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, & appellatus est filius hominis, cùm id quod erat maneret, hoc est, Deus. Inconvertibilis enim & immutabilis est secundùm naturam, tamquam unus jam intelligendus cum propria carne.* His occultè proprietates naturarum instar fermenti commiscet. Et cavens quidem consuetum sibi unius naturæ vocabulum, ne signum notum sit blasphemiæ, prout diceret, *Una natura*, interposuit: *tamquam unus. Inconvertibilis enim*, inquit, *& immutabilis est Deus verbum secundùm naturam, tamquam unus jam intelligendus cum propria carne.* Dicit: *unus intelligendus cum propria carne.* Et quod *unus*, non adjecit. Nec enim dixit *unus filius*, aut *unus Christus*, aut *unus genitus*, aut aliquid tale *intelligendus cum propria carne*, ne aliam verbi & aliam carnis intelligamus proprietatem. Et evidentiorem nolens in his quæ sequuntur blasphemiam fecit dicens: *Nominatus est Deus verbum & homo de cælo, perfectus existens in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate.* Non dicit: *perfectus Deus existens in homine perfecto*, sed *perfectus existens in deitate.* Et iterum, *perfectus idem ipse in humanitate*, ut ipsas naturas tamquam partes ponens invicem completivas, bene sonantem naturarum confusionem auribus intromittat. Propter quod ab eo & id quod est *idem ipse* supponitur ad occultè fallendum. Non Christus, non filius idem ipse, sed *verbum nominatum est*, inquit, *& homo de cælo, perfectus idem ipse in humanitate.* Idcirco & naturarum fecit post modicum mentionem, eò quòd orthodoxis suave sit has voces audire. Et post capturæ escam inducit confusionem, quippe ut qui supervacuè naturarum nomine ad suspicionem cavendam est usus erroris. Quid enim dixit? *Et si non ignoratur differentia naturarum, ex quibus unitionem dicimus ineffabilem factam.* Rursus id quod dixit, *ex quibus*, tamquam partes sint invicem naturæ dominicæ in unum quiddam factæ, sic addidit. Oportebat namque ut diceret, non *ex quibus*, sed *quarum dicimus unitionem ineffabilem factam.* Non enim ex naturis, sed ipsarum naturarum ineffabilis est unitio. Taceo quòd & carnis per crucem obitum per propriificationem divinitatis naturæ deputat, & sic divinam substantiam inducit esse passibilem, & quia verbi dorsum ad verbera datum fuisse prædicat. Et nec hoc intelligere potest, quia injuriæ ad id quòd divinum est per propriificationem facta relatio est, non autem passionum, quæ naturaliter carnis sunt, facta est divinitati proprietas. Et hæc non confunditur dicere qui paulò antè sacras voces illic dixerat, quæ ita se habent: [a] *Scimus verò deiloquos viros quasdam quidem vocum communificantes ut super una persona, quasdam verò dividentes, ut super duabus naturis, & Deo quidem dignas secundùm divinitatem Christi, humiles verò secundùm humanitatem tradentes.* Et iterum: *Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum, ante secula quidem ex patre genitum secundùm divinitatem, in ultimis autem diebus ex Maria virgine secundùm humanitatem.* Verùm manifestus est quòd per necessitatem divinitus & ineffabiliter sibi ingestam ad ista consenserit, sicut & Balaam nolens benedixit. Rursus verò ab ea relaxatus, ad semetipsum revertitur & ad consuetam confusionis blasphemiam. Nusquam ergo inter verbositates suas apparet de duabus naturis, quòd mortua quidem fuerit caro, deitas verò resuscitaverit eam. Et quid oporteat ampliùs in gurgite conversari, qui forstan nec de his quodcumque dixissem, nisi tua me religiositas per suas litteras excitasset? Quid enim mihi commune sit ad discernendum quis verè mendaciterve pœniteat, qui apud memetipsum quiesco; & ea quæ ait David cum voluptate proclamo: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me?* Ego igitur semel ea quæ ad me attinent Deo commendans, impietatis hujus vanum laborem derideo, recipere hanc à divina dextera sustinens et à me commendatam spem, quæ voces illas non audit quæ inde ineffabiliter emittuntur: *Quia nullus eas rapit de manibus meis.* Gratias verò ago Deo amicæ misericordiæ tuæ, quæ secundùm Deum tantum circa nos habet affectum, quem semper narramus & aliis qui culpant fortè aliquid ex ignorantiæ falsitate. Absit enim ut tantum apud nos valere unquam possit oblivio ut obliviscamur illa certamina quæ pro recta fide à tua religiositate sunt gesta; quibus & donaturus est utique omnium dominus ex victoriis adversùs impietatem & hic & in futuro coronam. Non enim est piorum patronus Christus infirmior patrono impiorum diabolo. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

CAPUT CXXII. 210

DOmino meo reverentissimo & Dei colentissimo comministratori Theodoreto Episcopo Iohannes in Domino salutem. Quoniam quæ inter nos olim Deo tantùm mediante placuerunt pro tua munitione & existimatione etiam in scripto à nobis dari tuæ sanctitati postulasti, Deo amicissime frater, promittens sub testimonio Dei nulli interim hæc prodenda, nisi fortè post hæc tempus exegerit atque necessitas, utile arbitratus sum ut has litteras ad tuam scriberem sanctitatem, unde divina gratia complacente omnem potestatem tuæ tradidi sanctitati uti fiducialiter machinationibus atque dispensationibus ut fratres nostros, qui à nostra unitione discissi sunt, suorum membrorum coaptione rejungas; ut sciens divinitati esse complacitum omnibus ad hoc uti modis, uni-

[a] SCIMUS VERO] Non sunt verba Cyrilli, sed orientalium confessionem fidei ad Cyrillum mittentium per Paulum Emesenum, Vide suprà pag. 593.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

versisque, prout est possibile, consiliis in eam causam ita uti ad eos, si ita oportuerit, leniendos seu molliendos. Et hoc fieri mihi nullam ingeret contristationem, sicut confiteor coram Deo. Dico autem etiamsi videar apud illos à tua caritate & contumeliis affici. Nam quid tam magnum se putet aliquis sustinere pro tot & talium fratrum salute & pace, quando ipse omnium dominus, unicus filius Dei, tantam condescensionem ultroneè ostendit pro nostra salute? cujus & nimium peculiaris discipulus pro suis secundùm carnem fratribus anathema esse à carissimo & omnipotente optabat magistro. Nihilominus verò & beatus Moyses pro Israël secundùm carnem de vita æterna deleri proposuit, & certè dum loqueretur omnium Deo. Hæc igitur hisque similia sæpius atque indesinenter in mente tua volvens, Deo amicissime frater, confortante te Domino Christo, tota [qua] consuevisti diligentia aggredere rem prædictam.

Iohannes misericordia Dei Episcopus Antiochiæ Syriæ scripsi atque subscripsi.

Incolumis orans pro nobis permaneas; Deo amicissime frater.

CAPVT CXXIII. ...211

Epistola, inquit, Iohannis Antiocheni, quam scripsit Tauro [a Præfecto prætorio] atque Patricio, congaudens quidem ei de b ordinatione Procli Constantinopolitani Episcopi, rogans verò eum adjuvare se contra obstinatos qui se ab ejus communione sejunxerant.

a
b

Litteras magnificentiæ vestræ suscipiens, per quas dignati estis innotescere factum per gratiam Dei Constantinopoli præsulatum, hoc gaudium plena voluntate suscepi propter bona quæ universis Ecclesiis Christi ubique futura sunt, quod & magnificentia vestra, dum bona nuntiat, designavit. Scitote siquidem, c magnificentissimi
c Domini, quia non parva mihi viri illius experientia sit, sed & quædam multa multa notitia, &
d noverim quàm se ad universa d accommodè habeat. Et confidenter dico quia magna Deus Constantinopolitanorum donavit Ecclesiæ per studium vestrum & curam Deo amicissimi Principis: qui cum benè viderit, e velociter quoque deliberata
e complevit, ne ulla invidia bonum judicium violaret. Sed sicut effectum est per magnificentiam vestram, sic rogo ut annuatis & de istarum pace partium cogitare. Sunt enim pauci quidam effrænati, qui pacem, quam Deus donavit, & quam pius executus est Imperator, propriam duxerint læsionem, & præferant non esse sub Principe fu-

per omne quod expedit tam sibi quàm cunctis Ecclesiis, dum certe omnino sit dignum ut approbent ordinationem Domini sanctissimi Episcopi Procli. Non injuriemur à paucis, quorum inordinabilitas ubique est diffamata, & ad deteriora inde proficiunt quia nunc usque & nos & vos circa eos lenes existimus.

CAPVT CXXIV. 212

Epistola, inquit, f Meletii Episcopi ad Maximinum Anazarbi, per quam significavit de Domitiano Quæstore & de sacris quas contra eos impetraverat Iohannes Antiochenus. f

Antequam tristia dicam, solutionem eorum tuæ innotesco sanctitati. Si verò & ad illa commemoranda perducor, ad eorum confirmationem quæ dicuntur compellor id facere, simul & ut ordinem gestorum in mea narratione custodiam. Audivimus olim quòd multùm sategerit Verius, qui pro g Iohanne Constantinopoli latitat, & au- g
rum multum distribuerit aliquibus ut posset obtinere sacram quæ nos cogeret aut communicare Iohanni aut exire ab Ecclesiis. quod etiam veraciter contigit. Nam Domitianus, qui nunc Quæstor est, scripsit Deo amicissimo Episcopo h Hel- h
ladio quòd sacram quidem contra nos obtinuisset Verius prædicta jubentem, ipse autem benignitate qua circa eum detinetur hanc interim cohibuerit publicari, necessarium putans, antequam publicetur illa, & præcepta per eam necessitas ingeratur, ut ille his quæ ab eo scripta sunt acquiescens, absque ulla necessitate reconcilietur Iohanni. Ob hoc enim i Decanum quoque se direxisse dixit, ut i
reconciliationis inter utrumque futuræ ministrum. Erat verò tantùm scænica simulatio ad præstandum Iohanni pro auri acceptione composita. Sic enim nuntiavit nobis, qui huc venit, admirandissimus judex, qui & præsens Constantinopoli fuit, & unumquodque eorum quæ gesta sunt novit, quippe cujus erat causa. Sacra quidem contra nos data est plena. Sed per omnia magnificentissimus Taurus Præfectus hoc cognoscens, & sicut re vera divino aliquo impetu motus, illam quidem publicari non sinit; intrans verò ad Principem, futuras ex hoc eversiones obtestatus est urbium, & apertè dixit quòd qualis est Thracia, talis & Cilicia erit, quæ penè sola remansit ad tributa solvenda, si hoc impleri permiserit; & sic vacare sacram modis omnibus fecit. Hinc jam Domitianus, quasi mercedes recepti restituens, primùm, quia aliud quod ageret non invenit, Decanum k Iohanni direxit, jactitans quidem quòd retinue- k

a PRÆFECTO PRÆT.] Has voces, quæ deerant in editione Lupi, nos addidimus ex aliquot legibus Theodosiano Codice comprehensis, quæ inscribuntur Tauro Præfecto prætorio & Patricio, huic ipsi nimirum. Fuit Consul anno CCCCXXVIII.

b ORDINATIONE PROCLI] qui factus est Episcopus CP. anno CCCCXXXIV. ut colligitur ex Socrate lib. 7. cap 40. Vide infrà cap. CXXV.

c MAGNIF. DOMINI] Lupus existimat legendum esse, *magnificentissime Domine*. Verùm nihil heic mutandum est. Ennodius lib. 4. epist 26. scribens Eugenio: *Domine mei, salutis pro desiderio supplico*. Idem epist. 27. ad Senarium: *Valete, mi Domine*. Ruricius lib. 2. epist. 56 ad Turencium: *Hæc nos, fratres optimi, non pontificali auctoritate sed fraterna pietate fidenter scribere unanimitati vestræ præsumpsimus*. Sunt & alia exempla. Vide infrà cap CLXXXIV

d ACCOMMODE] id est, placidè, benevolè. Socrates lib. 7. cap 41. *Proclus verò placidus erga omnes fuit, dum hæreticos hac ratione potiùs quàm vi ad rectam fidem adducere studeret.*

e VELOCITER] Socrates lib 7. cap. 40. ait Theodosium Imperatorem, vacante sede CP. post mortem Maximiani, veritum ne ea res tumultum in populo excitaret, ut contigerat in postremis vacationibus, Episcopis qui tum aderant Constantinopoli absque ulla cunctatione mandavisse ut Proclum in episcopali sede collocarent, nondum deposito Maximiani corpore.

f MELETII] Episcopi Mopsuesteni in secunda Cilicia

g IOHANNE] Episcopo Antiocheno, quem exosum habebant orientales propter pacem factam cum Cyrillo Alexandrino.

h HELLADIO] Tharsensi Episcopo. Vide epistolam sequentem.

i DECANUM] palatinum, ministerianum adhærentem famulationibus Imperatoris. Vide Iacobum Gothofredum ad titulum Codicis Theodos. *De Decanis*, ex quo sua descripsit Lupus.

k IOHANNI] Puto reponendum esse *Helladio* propter ea quæ suprà ac paulò pòst dicuntur. Quam conjecturam confirmat etiam sequens epistola.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

rit sacram, interimque si non parueritis, ut ait, his quæ ab eo scripta sunt dirigendam. Qui etiam suadet ut absque ulla dilatione Iohannis amplectamur communionem. Quem quia & venturum didicimus ad tuam sanctitatem, hæc ei innotescere festinavimus, ut noveris quomodo cum eis agas, Deo amicissime Domine mi. Direximus vero & rescriptum eorum quæ à Domitiano ad Deo amicissimum Episcopum Helladium scripta sunt, & eorum quæ ab eodem Deo amicissimo Episcopo Helladio scripta sunt nobis, ex quibus magis quæ à nobis dicta sunt intelligere poteris, & quòd vir ipse despiciendus omnino sit, illa ad decipiendum excolens quæ olim divino nutu repulsa sunt: quæ etiamsi prævaluissent, nullatenus nobis perhonoranda essent Imperatoris præcepta terreni contra cœlestis & sempiterni Regis.

CAPUT CXXV. 213

Epistola, *inquit*, vel hypomoysticum magnificentissimi Quæstoris ad Episcopum Tharsi Helladium, hortans eum Antiocheno adjungi.

OMnem bonorum affluentiam tuæ sanctitati adesse perfectam integrè sciens, non leviter affligor, ea quæ nunc aguntur considerans, amator pacis Ecclesiarum, & hanc votis & opere sanctissimam inconcussamque conservans. Quomodo eam nuper minimè amplectaris, mihi valde mirabile videtur. Sed etsi quis concedat quòd [si] unus homo his quæ justa sunt non fruatur, & pro meliore utilitate multorum quod uni est utile omittatur, tolerabilis hujusmodi [sit] compensatio. Quando verò nec illi nocetur qui sibi noceri putat, immo è diverso ipse aliis nocet, quomodò non quod multis est utile sanctitas tua consuetè lucratur? Scit enim sanctitas tua quòd bene de aliis dicens, in ipso quod est principale commisit, & sibimetipsi reputare debet quòd à potestate [a] detectus est. Et hæc meliùs à me novit sanctitas tua. Rogo igitur ne, ut dixi, multipliciter noceamus, confusionem quidem multitudini inferentes, & civitatibus indisciplinationem & inoptandorum multis pessimorum provisores efficiamini, ut acceleret continuò cum Deo amicissimo & sanctissimo Iohanne Episcopo inire colloquium, & ut amplecti tua sanctitas ejus pacem communionemque festinet unà cum ceteris Episcopis primæ & secundæ provinciæ Cilicium. Sciat enim divina virtus quòd decretum divinum completum subscriptumque, etiam promulgandum, hujus rei gratia interim retinui quòd spem suavem mihi ipsi dictaverim quòd meis hortatibus, quin potiùs ipsi veritati, tua sanctitas acquiescat, & corrigat quæ contristant. Quæso igitur religiositatem tuam ut celeriter id fieri jubeas; ne dum divinæ litteræ editæ fuerint, correctio desperetur. Et quidem certum est quòd in nullo noceatur sanctitati tuæ, cui nunc potiùs valde nocetur eò quòd utilitates multorum proprias reputet, & similiter plurimorum suas faciat læsiones. Sed & divinitas solet ab illis exigere rationes quibus corrigenda commisit.

CAPUT CXXVI. 214

Epistola, *inquit*, Iohannis Episcopi Antiocheni ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, per quam indicavit quòd præcepit Imperator ut nullus orientalium Episcoporum Constantinopolim proficisceretur.

PLacuit piissimo & amico Christi Imperatori nostro præcipere ut nullus Deo amicissimorum Episcoporum nunc ad ejus comitatum fatigetur, sed unusquisque in sua persistat [Ecclesia.] Hæc nota per me fieri vestræ religiositati prospexit. Quia igitur nec justum nec absque periculo esse arbitramur quæ nuper nobis præcepta reticere, manifestamus vobis oportere omnibus parere præceptis & vestrum quemque quiescere foventem Ecclesiam suam, quia sanctum est pio Imperatori & amico Christi indubitabiliter obedire. Dignare igitur hæc eadem nota facere his qui sub tua religiositate sunt Deo amicissimis Episcopis. Causam verò post paululum cognoscet religiositas tua. Omnem quæ tecum est fraternitatem plurimùm saluta.

CAPUT CXXVII. 215

Epistola, *inquit*, Alexandri Episcopi in personam magistriani qui præfatas attulerat literas.

EPistolam mihi reddebat admirabilitas tua [b] Antiocheni; quam non suscepi propter aliquas ecclesiasticas quæstiones. Lecta verò mihi est à bonitate tua. Et ut hoc possis ostendere, hanc epistolam feci ad tuam nobilitatem, declarans quod in his quæ præcepta sunt à piissimo & amico Christi Imperatore nostro permaneo, ut nec fatiger nunc ad ejus pium comitatum, & in mea Ecclesia persistam, orationes faciens pro ejus imperio. Notarius verò qui mecum est accepit ejus exemplar.

CAPUT CXXVIII. 216

Irenæus ait.

Et hæc epistola Theodoreti ad Meletium Neocæsareæ de his quæ Iohannes in diversis vicibus inique commisit.

MEmor sum eorum quæ mihi locuta est in Hierapoli religiositas tua, quando mihi Antiocheni intentionem nuntiasti, dicens quòd pacem desideraret, [jurans] nihil unquam quod nos contristaret se esse facturum. Vide igitur, Deo amicissime, sacramentorum veritatem. Vide vineæ Nabuthæ direptionem & injustas contra legem ordinationes. Vide transgressionem canonum & divinarum legum despectum. Quæ ei concedit regula ut [c] in aliena parrochia consecret? Immo

[a] DETECTUS] Arbitror legi debere *dejectus*, id est, depositus. Hunc quippe in primis deposuerat Ephesina synodus, ut colligitur ex epistola Cyrilli ad Donatum Episcopum Nicopolitanum tomo tertio Conciliorum pag. 515.

[b] ANTIOCHENI] id est, Ioannis Episcopi Antiocheni; qui superioris epistolæ exemplar per magistrianum miserat ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, ut reor.

[c] IN ALIENA PARROCHIA] Hinc rectè collegit Lupus Ioannem Episcopum Antiochenum præsumpsisse Episcoporum ordinationes in provincia Euphratesia, haudddubiè contra canones, qui singulas provincias suis permiserunt Metropolitanis. Attamen Innocentius Papa scribens ad Alexandrum Episcopum Antiochenum, ei concesserat uti vicinos Episcopos alterius provinciæ consecrare ipse posset. Quam auctoritatem secutus Ioannes, Marinianum quendam & Athanasium consecravit Episcopos in Euphratesia, in locis nimirum eorum qui subscribere nolebant in damnationem Nestorii & suscipere pacem quæ inter Ioannem & Cyrillum constituta fuerat. Hi videntur fuisse Abbibus Dolichii & Acilinus Barbalissi. Vide cap. CXXXIII. CXXXIV. CLVI. & CXC. Et Athanasius quidem ordinatus est in loco Abbibi, ut docet in capite CXXXIII. Theodoretus. Marinianus verò, ut arbitror, in loco Acilini. Vide rursum infrà cap. CXLIX. & CLXV.

quæ non hanc injustitiam verat? Non ei sufficit illicitè ordinare; sed & adjecit alteram impietatem, ut talibus viris committeret sacerdotium. Et Marinianum Deo amabilitas tua plus omnibus novit, & [de] Athanasio clarè audis. Unde cognoscat religiositas tua quòd à communione talia præsumentis nos ipsos abscidimus, timentes judicium Dei. Similiter verò & eorum qui has consecrationes iniquas suscipiunt communionem vitamus. Hæc verò in præsenti scribere sum coactus, memor quæ tuæ sit caritas sanctitatis, & volens ut in omnibus eminens, nulla reprehensione maculeris. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT CXXIX. 217

Idem Irenæus inquit.

PEr omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Syriæ & Ciliciæ primæ ac secundæ & secundæ Cappadociæ, Alexander, Theodoretus, Heliades, Abbibus, Maras, David, Acilinus, in Domino gaudere. Propheta quidem Hieremias unius civitatis incendium & hominum captivitatem lugens, fontem petebat lachrymarum, solitudinis ultimum requirebat, & lamentationes conscripsit, ut angustiam qua intus urebatur efferret per lamentationem quasi per fumi evaporationem. Nos verò Ecclesiæ Dei oppugnationem, sanctorumque ulterius proditionem, ac sacerdotii corruptionem lugentes, vos, ô compastores, ad lamentationum participationem vocamus; non ut ignorantes doceamus, neque ut lætos perducamus ad luctum, sed ut luctus communione vel parva quædam consolatio acquiratur. Novit enim sanctitas vestra quæ iniquè atque illicitè vel sint facta vel fiant, illam quæ præter omnium Episcoporum orientalium voluntatem ad Alexandriam est directa [a] legationem, illam quæ tyrannicè & non ecclesiasticè ab eo facta est damnationis, ut putavit, [b] solutionem, dum paulò minùs ducenti in [c] Ægyptii damnationem consenserunt, duos aut tres in communionem tyrannidis assumens, & omnes alios respuens, hunc quidem, sicut suspicatus est, solvit, illum verò qui [d] neque judicatus est, neque præter apostolicam doctrinam quodcunque prædicat, sed vestigia paterna secutus est, id est, Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Nestorium, crudeliter & latrocinaliter [e] interemit, non accipiens in mente oculum cuncta cernentem, non futurum judicium metuens, non continuis conscientiæ sagittis arctatus, non homines miseratus, quos vulnerant ista, non scripta pro illo viro testimonia quæ ubique transmisit, ante paululum quidem quàm synodus fieret Galatas & Cappadoces suadens quòd ille vir esset orthodoxus, in synodo autem ubique terra marique epistolas dirigens, & accusans impietatem iniquitatemque commissam. Omnibus his exclusis, non solùm iniquam & injustam damnationem suscepit, sed anathematizavit doctrinam ejus orthodoxam. Veruntamen & his gestis silentium nunc usque tenuimus, aliquam mutationem horum tristium sustinentes, & Ecclesiæ tranquillitatem videre cupientes, dum certè penè per singulos dies plurimis immo cunctis murmurantibus audiamus quòd potestas sacerdotii, quæ divinum munus est, sit facta venalis, & qui gratis acceperunt, & gratis dare præcepti sunt, quæ divina sunt pecuniis vendunt, & filii Sion pretiosi, dum præ sole fulgere debuerunt, ut vasa testea facti sunt opera manuum figuli. Quod verò est deterius omnium pessimorum, dum contra leges ordinet, ipsam iniquitatem nec celare contentus, divinis rebus insultat, & pompam de sanctis mysteriis ducit, mox post ipsas ordinationes de ordinatorum vita triumphans, & talia dicens quæ etiam his qui seculariter vivunt, curam tamen adhibent [f] castitati, abominanda & exectabilia sunt, nedum dixerim illis viris quorum propositum est castitatem sanctitatemque docere. Unde jam taciturnitatem putantes non impune constare, ab ejus quidem communione separavimus nosmetipsos, futurum judicium metuentes. Vos autem, qui præsideris Ecclesiis, & ovium Domini estis boni pastores, rogamus ut oves Domini vindicetis, quæ tam nimiè corrumpuntur, & tanta pestilentia devastantur, & non despiciatis, dum conculcentur apostolicæ leges & violentur patrum decreta; sed rememoremini doctrinam beati Pauli. Corinthiis enim scribens ait: *Si quis fratrum nominatur aut fornicator aut avarus aut idolis serviens aut contumax aut ebriosus aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere.* In præsenti autem non una species præfatorum, sed omnis simul malorum cuneus per hunc se ingessit Ecclesiis. Unde oportet sanctitatem vestram, quæ illud terribile judicium novit, non despicere Ecclesias Dei, quæ in tanta sunt tempestate, & periclitantur commune sustinere naufragium, sed vindicare tota virtute & impetus voluminum frangere & crescentem nequitiam sistere, quæ & universos desiderat obtinere, & pestilentia sui omnia certat implere.

Ego verò Alexander, qui vestram sanctitatem saluto, [g] ultra annum jam, sicut nostis, habeo quòd post adventum Pauli memetipsum ab Antiocheni communione sejunxi.

Religiositatem vestram & eos qui cum ea sunt nos & qui nobiscum sunt plurimùm salutamus.



[a] LEGATIONEM] quando Paulus Episcopus Emesenus à Ioanne Antiocheno missus est ad Cyrillum Alexandrinum pro pace componenda.

[b] SOLUTIONEM] quum Ioannes Cyrillum in suam admisit communionem, insuperhabita depositione ejus decreta ab Episcopis orientalibus.

[c] ÆGYPTII] Cyrilli Alexandrini, quem Ioannes & alii orientales ferè triginta deposuerant, ut legitur suprà pag. 499. Quod autem istic & infrà cap. CXCIX paulò minùs ducenti in damnationem Ægyptii consensisse dicuntur ita interpretatur Lupus ut eam post synodum suis subscriptionibus aut consensu firmaverint plerique orientalium.

[d] NEQUE IUDICATUS] Iudicatus sanè fuerat Nestorius in synodo Ephesina. Verùm quia orientales damnationem illam contendebant factam esse non servato juris ordine, præsertim quia Ioannes Antiochenus non fuerat expectatus, ideo illam nullam fuisse censebant. Vide epistolam sequentem.

[e] INTEREMIT] damnavit. Sic enim orientales de damnatione Nestorii palam loquebantur ac si Cyrillus & alii hominem occidissent, ut patet etiam ex capite CXXIX. & CXC. §. 14.

[f] CASTITATI] Dictum istud adversùs Athanasium, qui turpiter vivens deprehensus est in urbe Theodoreti, ut ipse ait in capite CXXXIII. Vide cap. CXXXV.

[g] ULTRA ANNUM] Hinc rectè collegit Lupus hanc epistolam scriptam esse sub initium anni CCCCXXXIV.

CAPUT

ANNO CHRISTI 431

SYNODICON.

CAPVT CXXX. ...218

[a] DOmino meo per omnia amicissimo patri atque sanctissimo [b] Alexandro, [c] Theodoreto, [d] Heliadi, [e] Abbibo, [f] Maræ, Davidi, [g] Acilino, [h] Helladius, [i] Marronianus, [k] Cyrillus, [l] Zenobius, in Domino gaudere. Dolenda & intolerabilia quidem quæ à vestra nobis nuper scripta sunt sanctitate, ô religiosissimi, non autem nova, nec aliena à confusione præsentium temporum & ab his quæ ex illo præsumpta sunt tempore quo vel in Epheso vel post hæc inconvenienter ac pessimè in canonum contumeliam gesta sunt: quæ per ordinem recordati, & ingemiscentes à profundo, tractavimus apud nos communem Deo amicissimorum Episcoporum synodum congregare ac litteras synodicas vestræ Deo amabilitati [destinare. Sed possibile] non fuit, prohibentibus, ut videtis, diebus, eò quòd Paschæ festivitas instet. Nos qui in metropoli sumus inventi, & Deo favente unam sententiam novimus esse cunctorum, sicut ex persona communi hoc tantùm vestræ Deo amabilitati rescribimus, quia oportet ad cunctorum Dominum deprecandum nos ferventiùs erigi, quia nec est possibile, sicut ipsi quoque fatemini, Deo amicissimi, aliunde operiri tantorum malorum solutionem. Licèt enim propter nostrorum multitudinem peccatorum deteriora firmentur, & augeatur apud eos qui sic volunt contumelia regularum; sed, si voluerit Deus, sola voluntate placabit multiplicem & importabilem diabolicarum magnitudinem tempestatum. Et hæc scribimus, non quasi sanctitas vestra monitis nostris indigeat, sed quia nimia difficultate temporum desperamus, & quòd tanta & talia quæ audivimus mala fieri permittantur; quæ tamen Deus suæ benignitatis more potens est amovere & præstare suis Ecclesiis celerem pacem. Orate pro nobis, Deo amicissimi, & omnem quæ vobiscum fraternitatem ex nobis & ex eis qui nobiscum sunt plurimùm salutate.

CAPVT CXXXI. ...219

m [m] DOminis meis & per omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Heliadi, Abbibo, Maræ, Davidi, Acilino, Hermogenes, Meletius, Hesychius, Heliodorus, in Domino gaudere. Nos quidem, ex quo iniquitates commissæ sunt contra sanctarum Dei Ecclesiarum decreta, ex tunc lugemus, & sumus in multo dolore. Nunc autem sanctitatis vestræ suscipientes epistolam, & quæ sunt facta noscentes, alterius tristitiæ augmenta suscepimus, cogitantes quòd per omnia ecclesiastica decreta calcentur. Oportebat verò & sanctitatem vestram, quia id quod docet omittunt, & super peccata sua majores adinveniunt injustitias, per singulos dies esse attentos in causa & celerrimè ordinare & non protrahere tempus, ne illi nocentes faciant quæ fecerunt. De communione enim arbitramur meminisse sanctitatem vestram quia rescripsimus religiositati vestræ & anno præterito, indicantes vobis hoc ipsum quòd nos separassemus ab eis usque adeo ut non quiescant per singulos dies in quibus possunt debellare nos. Sed qui pugnat pro injustitiam patientibus Deus, ipse per orationes vestras quod expedit sanctis ejus Ecclesiis celeriter faciat, & det nobis de reliquo à malis requiescere. Et nunc vero id ipsum rescribimus. acquiescentes eis quæ vestræ visa sunt sanctitati. Religiositatem vestram & eos qui cum ea sunt nos & qui nobiscum sunt plurimùm salutamus.

CAPVT CXXXII. ...220

Epistola, *inquit*, Alexandri Episcopi Apameæ ad Deo amicissimum [n] Alexandrum Episcopum, quam rescripsit rogans ut ubi possibile est convenirent ad deliberandum de his quæ geruntur, quid fieri oporteret. n

VOlebam tuæ colloqui sanctitati & de his quæ aguntur conferre. Quod non nunc priùs deliberare concepi, sed olim & diversis impedimentis revocatus sum, aliquando quidem ab instante corporali infirmitate, cujus adhuc reliquias fero, nonnunquam verò ex causis quæ nos coarctant. Quia igitur nec me illuc modò nec tuam sanctitatem huc venire [o] sancti dies permittunt, dignare in itineris medio in aliquo monasterio aut vico, ut tibi placuerit, fatigari & colloqui nobis. Hoc enim & mihi & tuæ expedit sanctitati. Et sicut coram Domino dico, nisi præsens sanctus dies officeret, non me illuc venire pigeret. Si igitur hoc fieri approbas, dignare innotescere mihi & ubi & quando aderis, ut eadem die concurramus.

CAPVT CXXXIII. ...221

Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad magnificentissimum [p] magistrum militum scripta de his. p

QVanticunque divinæ agnitionis lumine digni facti sumus, & illius radii nitorem suscepimus, credimus & esse Deum & humana intendere & sapienter omnem gubernare creaturam, quippe quam produxit, & cui esse donavit. Cernens igitur itaque conspiciens eam, utique bonis gaudet operibus, iniquitatem verò & alia malignitatis studia respuit. Dum verò abominetur ista & illa recipiat, omnino utique justas retributiones metitur operariis horum; & neque dignitatem, neque divitias, neque potentatum, neque aliquid horum quæ in hac vita præclara sunt judicat computanda, sed mentis fructus & cogitationum partus & rerum

[a] DOMINO] Responsoria est ad epistolam superiorem. Legendum autem est. *Dominis meis per omnia Deo amicissimis patribus atque sanctissimis.*

[b] ALEXANDRO] Episcopo Hierapolitano, Euphratesiæ metropolitano.

[c] THEODORETO] Cyrensi, cujus sedes subjecta erat Hierapoli.

[d] HELIADI] Zeugmatensi in eadem provincia.

[e] ABBIBO] Dolichii in eadem Euphratesia.

[f] MARÆ, DAVIDI] Episcopis Euphratesiæ.

[g] ACILINO] Barbalissi in Euphratesia.

[h] HELLADIVS] Tharsi Ciliciæ metropolitanus Episcopus.

[i] MARRONIANVS] Is ipse, ut opinor, qui Concilio Chalcedonensi interfuit cum aliis Episcopis provinciæ Ciliciæ primæ, ubi vocatur Episcopus Pompeiopolitanus. Vide to. IV. Conciliorum pag. 787.

[k] CYRILLVS] Episcopus Adanorum in eadem Cilicia prima. Vide suprà cap. VII. XIII. XXVIII.

[l] ZENOBIVS] Episcopus Zephyrii in eadem Cilicia prima. Vide infrà cap. CXX.

[m] DOMINIS] Epistola est Episcoporum Ciliciæ secundæ, ut patet ex nominibus Meletii Episcopi Mopsuesteni & Hesychii Castabalorum.

[n] ALEXANDRVM EPISC.] Hierapolitanum, unum ex præcipuis Nestorii defensoribus.

[o] SANCTI DIES] id est, Paschæ, ut rectè observatum est à Lupo.

[p] MAGISTRA MILIT.] Dionysium, ut opinor. Vide cap. CXLII. XLIII. LXXIX. LXXXI. cum sequenti.

discurit actiones. Eos autem quibus majores dispensationes commisit, majores exigit ultiones. Inquit enim scriptura divina: *Potentes potenter tormenta patientur.* Et. *Cui multum est datum, multum ab eo & exigent.* Et. *Omnia nuda & aperta sunt coram eo.* Et. *Omnes adstabimus tribunali Christi, ut recipiat unusquisque per corpus qualia egit, seu bonum, sive malum.* Et beatus David clamat ad Deum: *Quia tu reddes singulis secundùm opera eorum.* Quia ergo hanc habes, optime, fidem, & in terminis ac legibus scripturæ divinitus inspiratæ permanere desideras, & magnam illam, terribilem, desiderabilemque salvatoris nostri præsentiam sustines, in qua retributiones quisque secundùm vitam suam conversationemque recipiet, noli, oro, deceptoribus credere, nec facilem præbeas aurem tentantibus fallere; sed fortissimo Iob crede dicenti: *Quia auris verba dijudicat, gustus autem cibos degustat, in multo verò tempore sapientia invenitur, & in longa vita disciplina;* & ab eis qui nos calumniari & accusare pertentant exige ultionem, si unquam in vico ecclesiastico agrestium multitudinem congregantes armavimus, si operariis curatoribusve præripimus reditus non præstare præpositis, si aliquid eorum quæ ad eos pertinent retinuimus, dum certè multa millia injustitiarum nobis ab eis irrogata ferremus. Grandem siquidem contra nos multitudinem congregantes, incendere minabantur sanctorum bonorumque victorum & athletarum Christi [a] Cosmæ & Damiani basilicam; & quod minabantur forsan opere perpetrassent, nisi occursum nostrum reverita multitudo fugisset. Expetat ab eis ultionem magnificentia tua pro impietate commissa in sanctissimum [b] Abbibum Episcopum, quem nobis ejecerunt semivivum, nec vitæ finem in lectulo eum suscipere permittentes; qui nec [c] libellos refutatorios dedit, neque delirus est factus & perdidit intellectum, sicut mentiuntur, se excusare tentantes. Et cognoscet hoc magnificentia tua ex litteris quæ ad nos ab eo sunt scriptæ, cujus vestræ magnitudini paria destinavi, ut ex eis agnoscatis impietatis quæ in illo præsumpta est magnitudinem. Nonne perquam optimè à communione eorum nos ipsos abscidimus, sed justi judicis judicium formidantes. Scimus namque subtiliter [d] Athanasii vitam. Deprehensus est enim & apud nos in [e] xeneona turpiter vivens; & vivunt adhuc ex eis qui eum detexerunt multi & testimonio digni. Sed & in regia urbe multos habet qui conspexerunt ejus illecebras, præfectianos, magistrianos, & publicos civitatis, quorum testimonia in scripto nobis Chalcedone oblata nos legimus, & [f] qui eum consecravit illicitè. De [g] Mariniano enim dicere superfluum puto, qui omnibus ferè Antiochiæ habitatoribus parvo tempore factus est notus. Multi sunt canones qui præcipiunt non debere Episcopum consecrari neque [h] absque Metropolitano suo neque sine decreto sitæ regionis Episcoporum, sed ut aut cunctis præsentibus ordinatio celebretur, aut illis solis absentibus qui vel propter infirmitatem vel propter alias necessarias occupationes abfuerint & per scripta consentiunt, ut Christi gregum pastores cum concordia consecrentur ac pace. Si quis verò his omissis fuerit ordinatus, hujusmodi ordinationem infirmam reprobamque esse dixerunt. Contra legem verò agentes & in aliena provincia ordinantes & ipsos canones deponi præcipiunt. Hæ nos leges ab illis transgressæ ab iniquitatis auctorum communione recedere compulerunt. Non enim discordiæ & rixæ servimus, sicut tua suspicata est magnitudo, nec perturbationibus delectamur & turbis, sed omnia eligimus pati quàm calcari ecclesiasticas sanctiones. Idcirco illum alium Absalon contra patrem resumvimus oblatrantem, atque ab eo accepimus juramentum quòd Dolichiensium non invaderet civitatem adhuc illo superstite qui eum Presbyterum dispensatoremque constituit, commisitque ei sacras pecunias, & continuò dimisimus eum. Qui jurans decem millibus sacramentis, non per scripta solùm, sed etiam sine scriptis, sub testium præsentia plurimorum, moxque impietatem tantam despiciens, & nec patris senectam miseratus, nec communionem mensæ formidans, nec naturam reveritus, tamquam tyrannus Dolichium comprehendit. Propter hæc adversùm nos pugna surrexit, & nos illam equorum phalangem cum voluptate suscepimus, & vituperationem quæ variis præceptis est posita, memores Domini legum qui dixit: *Beati estis cùm exprobraverint vos, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne verbum malum contra vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo.* Et iterum: *Si mundus vos odit, scitote quia & me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, ideo odit vos mundus.* Sed & beatus Paulus consolatur nos dicens: *Omnes qui volunt piè vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes.* Et propter hæc quidem delectamur, dum contumeliam vel irrisiones patimur, & tam fortiter ac pessimè impugnamur. Dum verò recordamur quia [i] vir pius, fide ornatus, habens caritatis maximam curam, resurrectionem judiciumque exspectans, & justam retributionem sustinens, nequicquam contra nos tale iter assumpsit, & publicè in nos proposuit contumelias, & Deo amicissimos [k] circitores injustè trahi præcepit, dolemus animo, & magnis tribulationibus vulneramur. Ait enim magnus David: *Si inimicus meus exprobrasset mihi, supportarem utique. Et si hic, qui odit me, super me magna locutus fuisset, absconderem me utique ab eo.* Unde injuriam quidem fortiter sustinemus, & Domino supplicamus veniam dare peccatis. Didicimus namque à divinissimo Paulo dicere: *Injuriam sustinentes benedicimus. Dum persecutionem patimur, toleramus; dum maledicimur, supplicamus. Sicut*

a COSMÆ ET DAMIANI] Ioannes Moschus in capite 127. Prati spiritualis mentionem facit basilicæ sanctorum Cosmæ & Damiani in Palæstina sitæ.

b ABBIBUM EPISC.] Dolichii in provincia Euphratesia. Vide infrà cap. CXC.

c LIBELLOS REFUTAT.] id est, libellos quibus renunciabat dignitati suæ, post quos alius Episcopus ordinatus est in Ecclesia Dolichii tanquam vacante. Vide infrà in capite sequenti.

d ATHANASII] qui superordinatus est Abbibo. Vide suprà cap. CXXVIII. pag. 830. & infrà cap. CLXV. Erat autem Presbyter & Oeconomus Ecclesiæ Dolichii, ut dicitur paulò pòst.

e IN XENEONA] id est, in hospitio

f QUI EUM] id est, Ioannes Antiochenus. Hunc enim simul cum Theodoreto fuisse Chalcedone ostendunt gesta Ephesini Concilii

g MARINIANO] quem fuisse ordinatum puto in cathedra Acilini Episcopi Barbalissi, ut dixi suprà

h ABSQUE METROPOLITANO] Respicit ad canonem quartum synodi Nicænæ, & ad canonem 19. Antiochenæ.

i VIR PIUS] magister militum, ad quem scripta est hæc epistola.

k CIRCITORES] Puto heic agi de Episcopis injuriam passis.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema usque nunc. Rogamus verò magnificentiam vestram non facilè credere his quæ dicuntur, nec abruptè adversùm nos accusationes excipere, sed subtiliter quærere veritatem. Sic enim & placabis omnium Dominum, & fructus gloriæ carpes apud homines universos.

CAPUT CXXXIV. 222

Libellus reverentissimis & Deo amicissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Maræ, Davidi, Acilino, ab Abbibo Episcopo Dolichii missus, per quem indicavit quæ ab Antiocheno iniquè commissa sunt.

PErvenit ad me quòd apertam contra sacerdotii culmen tyrannidem & suam coram cunctis metuentes insaniam qui me ab urbe mea pepulerunt, opinionem falsam ubique seminaverint quòd non priùs in Dolichio Episcopum fecerint quam refutatorios à me libellos acciperent. Innotesco igitur vobis, per orationes vestras jurans, quia neque libellos refutatorios Antiocheno direxi, nequeunquam volens ab hoc episcopatu recedam, & violenter expulsus silere non patiar; sed vestra nihilominus sanctitate pro me suis orationibus concertante, non me pigebit, ut spero, nec subire itineris longitudinem nec ad plurium concurrere Episcoporum Concilium. Talia enim sustinui pacis tempore qualia nullus, dum contra pietatem facere cogeretur, sustinuisse monstratur. Nullum igitur locum apud vestram religiositatem illorum falsitas habeat qui excusant excusationes in peccatis, & nunc quidem dicunt quòd me defuncto ad alterius ordinationem perducti sint, nunc autem quòd à me fuerint dati libelli per quos episcopatus repudiaverim curam.

CAPUT CXXXV. 223

Epistola, *inquit idem*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, Theodoreti, Abbibi, Heliadis, Maræ, Davidis, Acilini Euphratesiæ provinciæ Episcoporum ad Augustas, quibus scripserunt innotescentes quæ ab Antiocheno diversis vicibus in eos commissa sunt.

DEus pietate ornavit imperium vestrum. Unde & diutissimè permansit ac permanebit. Ipse enim vos protegit. Et hoc sæpius per ipsas res docuit imperium vestrum. Defendite igitur & vos, ô amicæ Christi, ejus quæ oppugnatur Ecclesiam, non quod indigeat manus humanæ solatio, sed ut vobis ipsis insenescibiles & æternas procuretis coronas. Quæ autem sit pugna, hoc in brevi edocebimus. Venimus ad Ephesum pridem propter eas quæ natæ sunt ecclesiasticas quæstiones. Sed nec judicio facto, nec inquisitione, nec conflicto, neque colloquio, quidam quidem deposuerunt sanctissimum Episcopum Nestorium, quidam verò contradixerunt depositioni, injustam eam injquamque dicentes, quorum unus fuit & Antiochensium Præsul, sicut & vestra pietas novit. Et multa quidem certamina pro eo fecit Ephesi, ac plurima Chalcedone in consistorio & [coram] piissimo & amico Christi Imperatore nostro, orthodoxum nominans eundem virum, & ipsam depositionem de iniquitate accusans. Sed postquam rediit inde, & dejectionem suscepit & anathematizavit dogma veritatis. Adjecit vero his & alteram iniquitatem his quoque pejorem. Eos enim qui communicare sibi in hoc homicidio & impietate noluerint è diverso impugnat. Unde & contra nostram provinciam oblatravit, & contra sanctorum patrum regulas [a] duos Episcopos ordinavit, abominabiles viros atque perversos, & totius operatores lasciviæ. Pervasit verò & martyrium sancti & boni victoris Sergii martyris, quod sub Hierapolitana erat Ecclesia, & [b] noviter illic contra morem ordinavit Episcopum, cujus nec latet iniquitas, sed omnibus nota est. Ob hoc compulsi sumus Deo amicissimos Clericos ac monachos destinare cum præsentibus litteris, per quas vestram quæsumus pietatem ne despiciatis Ecclesias Dei, sed edoceatis de his quæ contra nos fiunt iniquitatibus piissimum & amicum Christi Principem nostrum, suadetis verò ut jubeat ejus imperium iniquas ordinationes vacare, Episcopos verò nostræ provinciæ secundùm sanctorum beatorumque patrum regulas ordinationes celebrare, basilicam verò sancti & boni victoris Sergii martyris secundùm pristinum morem sub Ecclesia hujus esse metropolis, [uti erat] antequam & magnum id ipsum templum fabricatum est & illi altissimi muri & alia intra eandem monitionem ædificia. Decet enim [c] sanctitatem vestram & hanc iniquitatem removere & sanctorum beatissimorumque patrum regulas roborare, quorum orationibus vestrum munitur imperium.

CAPUT CXXXVI. 224

Epistola Alexandri Episcopi respondentis super his Iohanni Archiepiscopo.

SApientissimo Salomone determinante per divinam gratiam contraria tempora & dicente, *Tempus flendi, & tempus ridendi*, arbitror tempus præsens non infantilis ludi, sed esse lachrymarum & gemituum & multorum luctuum. Quis enim non lamentetur legens impii Cyrilli capitula & reliqua illa conscripta quæ conveniunt eis, & hanc quam nunc ad Dominum meum sanctissimum & Deo amicissimum Episcopum Acacium scripsit epistolam, cujus prœmium sic se quodammodo habet, [d] *Decentem se etiam nunc*, inquit, *curam suscepit sanctitas tua*, videns cum omni instantia & fortitudine his ipsis ubique utentem tam in prœmiis quam in finalibus per quæ & primogenitum ex mortuis factum fuisse Deum verbum & reviviscere Deum verbum & conventum naturalem & secundùm subsistentiam unitionem sustinere & in unam naturam redactum evidentissimè prædicavit. Et pro his decertat tamquam piè se atque orthodoxè habeant & divinis scripturis consona sint, ita ut nec unquam projicere hæc assumat, tamquam divinis quidem scripturis consona, evertentia verò impia & polluta, juxta ipsum, Nestorii dogmata, nec unquam nos aliter in communionem vel à se esse recipiendos, vel ab eis qui ei eadem sapiunt excommunicationem fore solvendam, nisi & Nestorium condemnaverimus & blasphema, sicut

a DUOS EPISCOPOS] Marinianum Barbalissi & Athanasium Dolichienem. Vide suprà cap. CXXXIII.

b NOVITER] Hinc videtur posse colligi novum episcopatum institutum esse in quadam basilica sancti Victoris constituta in diœcesi Hierapolitana. Quæ conjectura confirmatur ex his quæ paulò pòst dicuntur de restituenda basilica illa Ecclesiæ metropolitanæ Hierapoleos. Vide infrà cap. CLXV.

c SANCTITATEM] pietatem, divinitatem.

d DECENTEM] Extat suprà cap. LVI pag. 758.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

ipse dicit, & impia ejus dogmata anathematizaverimus. Et in medio epistolæ pollutas suas vocum novitates & objectiones falsi nominis scientiæ & tortuositates ostentans cogitationum suarum, scripsit ita: *Quia inconvertibilis*, inquit, *& immutabilis, & omnis passionis insusceptibilis est Dei sermo, impassibile est enim quod divinum est, & conversionis obumbrationem minimè suffert.* & reliqua. His verò adjecit: *Quia omnis passionis insusceptibilis est secundùm propriam naturam.* & superinduxit: *Quia passus est Christus & Dominus & unigenitus filius Dei carne.* Quæ dicens, conclusionem delusit. Et magis hoc omnibus subtilius sanctitas tua [novit, sciens] ejus impia dogmata, quæ & per multas direxit provincias antequam proficisceremur ad Ephesum, per Cappadociam & Galatiam & omnem orientem, & omnes contra ipsa movit, quocunque conscribere potuit. Sed & post reditum ab Epheso per epistolam scribens sanctitas tua ea quæ in Epheso facta sunt admirandissimo & magnificentissimo Appiniano Duci Mesopotamiæ, integerrimè abominabilem capitulorum conscriptorem illiusque exposuit hæresim. Si igitur, sicut sanctissimo Episcopo Acacio orthodoxa esse visa est epistola, sic etiam tuæ sanctitati, superfluam arbitror fatigationem Domini mei Deo amicissimi Episcopi Pauli ad Ægyptum. Tuæ enim sanctitatis epistolam & Cyrilli ad sanctissimum Episcopum Acacium perlegens, cùm pariter essent nobiscum & Deo amicissimi Episcopi & multi reverentissimi Clerici, & eorum qui nostræ sunt civitatis, & eorum qui de provincia sunt, aliorumque multorum, nihil inveni, neque ego, neque qui erant præsentes, consonans quodcunque vel simile. At verò cognoscat sanctitas tua quia impius non nunc his decipulis utitur. Direxi primi anathematismi ejus interpretationem, ubi impium Apollinarium fidem patrum exponit, ad seductionem utens dictis his: *Quia neque fermentatio, neque retemperatio, neque refusio substantia ejus ad carnem facta est.* Posuit verò in ipsa interpretatione: *Quia & semen Abrahæ apprehendit, & similiter nobis participatus est sanguine & carne.* Et mox sceleratus & impius adjicit: *Genitus est enim ex sancta virgine secundùm carnem, & homo apparuit secundùm nos.* Et possibile est ei qui timore Dei & reverentia interpretationem primi capituli legit plurima invenire in quibus & obumbrare videtur, & manifestissimam hæresim suam exponit, sicut & in multis suis conscriptis. Si igitur persistat in iisdem Ægyptius, & non negat quidem capitula, [nec] confitetur verò Christum, ex quo evangelizavit sanctæ virgini angelus, Deum esse & hominem, eundem sine dubio & filium hominis propter naturam quæ est ex semine Abraham & David, & ipsum procul dubio Dominum David propter divinitatem, Deo verbo templum à mortuis suscitante secundùm sententiam Domini Christi, & in seculum infinitum duas naturas in uno filio, Domino, & Christo inconfusè & indivisè cognoscendas, nos nullam communionem cum eo habemus, neque cum his qui communicent ei absque hac confessione. Vt enim & Prophetas & Apostolos & Evangelistas & martyres taceam, nunc vel beatam Susannam sequi studeo dicens: Sive enim hoc fecero, non effugiam manus Ægyptii & communicantium ei. Omnia verò eligibilius est nobis sustinere ab Imperatoribus & judicibus & aliis hominibus quàm piam confessionem & sanam prodere fidem, vel si multa millia essent subsannantium nos. Vnde epistolam supremam de causa proposita dirigens tuæ religiositati, manifestam rationem sentiat jam meam. Ego enim sanctissimum Episcopum Nestorium scio in sermonibus suis ea quæ Prophetæ & Apostoli & Evangelistæ prædicantem. Et oportebat obturare nos aures, proponente nobis impio Cyrillo ut anathematizaremus dogmata ejus velut impia atque polluta. [a] In Tharso [b] quinque ex his deposuisti hæreticis, & consonavimus vobis. Nunc autem promittit Cyrillus quia si facti fuerimus hæretici, dabit nobis ipse communionem.

CAPUT CXXXVII. 225

Epistola, *inquit*, Dorothei Metropolitani Mœsiæ ad Deo amantissimum Alexandrum Episcopum Euphratesiæ & Theodoretum.

PActionem quæ pridem sub pacis simulatione non bene cum Ægyptio facta est nunc clarè detexit [c] Proclus, qui in magna illa ordinatus est civitate. Scripsit enim contra nos [d] litteras calumniis plenas tam ad reverentissimum clerum quàm ad amicum Christi orthodoxum populum. Igitur ad integriorem præfatorum scriptorum comprehensionem compar epistolæ ejusdem propriis meis literis junctum vestræ religiositati direxi; ut si vobis rectum videtur & utile quò omnes nos ad [e] magnam civitatem pariter concurramus, ut cum competenti in Deum fiducia colloquamur amico Christi Imperatori pro orthodoxa fide, id minimè negligamus. Notum vestræ facio sanctitati ut mihi secundùm Deum [f] congaudeatis, quia reverentissimus clerus & amicus Christi orthodoxorum populus per dies in Domino provehuntur, concertantes evangelicæ fidei. Omnem quæ vobiscum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

CAPUT CXXXVIII. 226

[g] Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Dorotheum Mœsiæ Metropolitam.

AVdientes vestram fortitudinem roboramur, & in vos intenti segnitiem deponimus. Exem-

[a] IN THARSO] Suprà cap. LXVI. pag. 769. *memor eorum est quæ in Tharso & in Chalcedone & in Epheso facta sunt.* Obscurum autem est quod heic ait Theodoretus, depositos ab orientalibus apud Tarsum fuisse quinque ex illis hæreticis. Nam quum Tarsi adessent orientales, quod fuit diu ante pacem factam, alios velut hæreticos deponere non poterant præter Cyrillum & ejus sequaces. Cyrillum sanè & Memnonem deposuerant apud Ephesum, reliquos excommunicaverant nisi resipiscerent. Difficultatem istam utcunque solvit epistola Meletii Mopsuesteni infrà cap. CXLI. CLXXIV.

[b] QUINQUE] Infrà cap. CLXXIV. *septem* quod est melius. Ex capite quippe CXLI apparet depositos fuisse Episcopos qui Constantinopolim missi erant à Concilio Ephesino. Hos autem fuisse septem, patet ex his quæ suprà dicuntur pag. 581.

[c] PROCLUS] Ordinatus est post mortem Maximiani anno CCCCXXXIV. mense Aprili, ut docet Socrates lib. 7. cap. 40.

[d] SCRIPSIT LITTERAS] Heic Lupus rhetoricatur ac divinat, seriem harum litterarum fusè exponens.

[e] MAGNAM CIVITAT.] Constantinopolim.

[f] CONGAUDEATIS] Assentior Lupo, qui hinc conjecit Dorotheum favore cleri ac populi adjutum mansisse in sede sua, Saturninum verò, qui in loco ejus fuerat ordinatus, non fuisse susceptum. Vide suprà cap. XLVI.

[g] EPISTOLA] Nescio rationes quibus inductus Lupus existimavit hac epistola Alexandrum Hierapolitanum respondere litteris Dorothei Marcianopolitani. Mirum quippe non est Theodoretum rescribere, cùm ad eum quoque data eodem exemplo fuerit epistola Dorothei.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

plar enim principale virtutis omnibus qui imitari voluerint vos certaminibus his præsidens proposuit Deus, ut per imitationem vestris insigniamur characteribus. Quia igitur multa vobis est apud Deum fiducia, sic ferventem illic nobis sustinentiam providete & orationibus stabilite ut firmi & in dogmatibus persistamus, & claudamus oculos, ne sanguinis injustum judicium videamus, & claudamus aures nostras, ne audiamus & cadamus in terram. His enim bonis ac talibus perfruemur, si vestras impetraverimus orationes.

CAPUT CXXXIX ...227

Epistola, *inquit*, ejusdem ad amicum Christi Constantinopolitanum orthodoxorum populum, per quam eos hortatur ad patientiam, & circa dogmata exhortatione rum pœnitentiam declarat.

[a] QUi nauticæ arti dant studium & in mari vivere deligunt, dum pessimis tempestatibus repugnant, à contrariis flatibus, sævis voluminibus oppugnantur, ac multa caligine detinentur, si subito eis ignis illuxerit, consolantur & resumunt excusso terrore fiduciam, quæ eos meliora sperantes desperare non sinit. Tale aliquid etiam nos perpessi nunc sumus, vestræ Deo amabilitatis litteras perlegentes. Multam namque Ecclesiarum concussionem videntes, & tempestates & procellas undique cernentes illidi, & hinc volumen ferveus & accrescens, & naufragium minitans, & pinguem nebulam diffusam, & quæ sunt communs conspici non sinentem, velut si igniculum subitò quendam & introitum portus vestras vidimus litteras, & consolatione perfruimur, & fiduciam sumpsimus, & fortiter patimur impetus tempestatis, & puram sustinemus serenitatem. Fidelis enim Deus est, qui non permittet nos tentari ultra virtutem; sed cum tentatione faciet & proventum, ut sustinere possimus, & falsitatem quidem convincere valeamus, veritatem verò lucidiùs comprobare. Convicta siquidem nunc quoque est compositio falsitatis, & virtus veritatis ostensa. Ecce enim qui salvatoris nostri Christi naturas impio sermone confuderant, & unam præsumpserant ejus prædicare naturam, & ut divinitati passiones deputarentur legem protulerant, & ob hoc sanctissimum & Deo amicissimum præpositum sacerdotum Dei Nestorium oppugnaverant, tamquam in chamo & fræno maxillas confracti, & à sinistris ad dexteram tracti, didicere veritatem, & contraria docent, illo ducatu cetrahentes ad veritatem quem pro veritate oppugnaverant. Pro una enim natura duas nunc confitentur, & eos qui contemperationem vel confusionem dicunt anathematizant, & divinitatem Christi impassibilitate venerantur, & carnis esse passiones docent, & evangelicas dividunt voces, & excelsas quidem Deoque dignas divinitati adscribunt, humiles verò humanitati coaptant. Tales enim ab Ægypto allatæ sunt litteræ. Sed hi qui vix tandem veritatem dogmatis didicerunt, & evangelicam regulam normamque edocti sunt, adhuc sunt malevoli hactenus circa illum qui eis horum doctor est factus, atque illum qui eos ab errore liberavit & ad veritatem deduxit, ut impium & hostem & operibus & verbis impetere tentant, & latrando adversus eum fariari non volunt. Sed non superabunt veritatem, quia res firma est veritas. Ipse enim Christus est veritas. Et convicit quidem jam, sicut dixi, adversitates mendacii, & veritatis radium subindicavit qui coronat veritatis amatores. Ostensurus vero est eam clariùs, & falsitatem omnino disrumpet. Et discent qui usi sunt ea quod sit Deus in cœlo, qui & ea quæ sunt conspicit, & quæ dicuntur audit, & ponit suis athletis certamina, & leones fame ac furore diffluentes mansuetudinem docet, & ignem sine mensura nutritum & nimis accensum in auram roris immutat, & incensu magno istum fugacem salvum conservat, & in cisternam cœni cum Propheta descendit, & qui illuc eum miserant, per bella captivos expellit; ipsum verò æneum murum & turrim robustam statuit barbarorum qui ei præstat obsequium, & in bellis vero enitescere præstat, & per duos plerunque fideles multos nes dena millia infidelium fugat. Et hujus rei testis est Ionathas & armiger ejus, qui soli contra alienigenas confidentes nutu divino universa alienigenarum millia fugaverunt, & ab invicem fecere consumi. Sed deficiet me tempus narrantem Dei mei mirabilia & ejus providentiam, quæ fit in nobis per singulos dies. Hæc igitur scientes, dilectissimi & Deo amicissimi fratres, in eum præsumite qui dixit: *Confidite, ego vici mundum.* Etsi enim nos misericordia ejus sumus indigni, tamen propter David servum suum & Hierusalem quam elegit, & procellas extinguet, & tempestatem sistet, & in directum denuo ferri præcipiet Ecclesiæ navem.

CAPUT CXL. ...228

Sacra, *inquit*, à Iohanne Antiochiæ impetrata tam contra Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Hierapolitanum Alexandrum quàm contra H- lidium & Maximinum & Theodoretum Deo amicissimos Episcopos.

ECclesiarum pacem & hanc procurantium diligenter omnimodum honorem & affectum cunctorum causam bonorum existere ambiguum non est. Quia enim concordiæ & religionis viam intactam & immaculatam custodiunt, hujus rei gratia honore maximo ac præcipuo fruuntur affectu. Si qui autem sub simulatione religionis putari custodes quærunt, præcipui dogmatis corruptores tectum testimonio demonstrantur.

CAPUT CXLI. ...229

Epistola, *inquit*, [b] Meletii ad Neoterium Comitem, qui eum per litteras fie at exhortatus & admonuerat ut Antiocheno reconciliaretur.

IGnorare videtur admirabilitas tua quòd neque pro pecuniis, neque pro possessionibus, neque pro ulla alia quæ ad hanc vitam pertinet causa sit hoc nostrum certamen, neque ut placeamus hominibus, nunc usque perstitimus. Absit enim sic nos esse vesanos. Qua enim sub præmii spe [pro] propria causa eligimus ovori? Qua [illegible]tate sustinemus Principum minas, distortiones, seu everssiones, & prætensionem exiliorum? Aut quid eorum quæ humana sunt prævaluit contra nos usque adeo ut ob hoc adversùm cunctos instituamus certamen? Et certè videmus eos qui valde contentionibus studeant illatis sibi à majoribus violentius cedere, etiam dum nolint. Unum tantummodo in rebus humanis invictum est, Deo dedita conscientia, illi placita ex toto corde defendens. Recolit enim futurorum spes, & cam

[a] QUI NAUTICÆ] Hanc epistolam Lupus ait scriptam esse post priorem sancti Cyrilli epistolam ad Acacium Beroœensem, id est, nondum plenè reddita Ecclesiæ pace.

[b] MELETII] Episcopi Mopluesteni in secunda Cilicia.

Anno Christi 431.

Synodicon.

quæ sustinetur beatitudinem, & ad Deum confidentiam, & alia quæ multo sunt universis hujus vitæ meliora quantò per infinita secula porriguntur. Hinc homines universorum præsentium fiunt despectores, sciendo quia etsi à præsenti vita solvantur, succedit procul dubio beatitudo cœlestis & cum Domino Christo regni consortium. Et idcirco non solùm pro nihilo præsentia deputant quidam, sed & pro summo beneficiò habent ut liberentur ab eis, bene scientes quòd futura obtinere non possint nisi à præsentibus liberati. Neque nos igitur, per gratiam Dei, pro gratia vel inimicitiis cujuslibet hoc certamen inivimus, sed pro pia fidei confessione, pro conscientia Christo devota; propter quem pro nihilo ea quæ in præsenti sunt seculo deputamus. Et quia hæc non fingam, audi per partes cum brevitate qua possibile est. Capitula Cyrillus exposuit plena universis hæresibus, propter quæ universus perturbatus est orbis. Collecta est Ephesi synodus. Advenit illuc & [a] iste ab Antiochia; & adjudicans tunc expositoris insaniam, deposuit eum cum toto orientali Concilio. Iuravit coram Principe *quia etsi pœnituerit Cyrillus, non ei restitui episcopatum, eò quòd hæresiarcha sit factus*. Et habemus exemplaria horum. Reversus est à Constantinopoli ad orientem idem Antiochenus. Collegit rursus in [b] Tharso Concilium. Scripsit synodicas litteras, in quibus & Cyrillum deposuit & eos qui pro eo adscenderant Constantinopolim, quorum manifesta sunt nomina. Ad ultimum venit [c] Aristolaus, accepit propositionem ut anathematizaret Cyrillus ipsa capitula & ea quæ malè exposuerat universa, & esset rectæ fidei confessione contentus. Suscipiens Cyrillus hanc conditionem per Aristolaum, [d] scripsit Acacio Berrhœensi epistolam versuum plurimorum, affirmans de capitulis quòd benè se haberent & nunquam repellerentur ab eo. Post hæc misit Antiochenus ad Cyrillum [e] Paulum Emesenum. Qui vadens, agensque illa quæ nunc dinumerare non possum, ad ultimum reportavit [f] epistolam quæ anathematismum capitulorum nec per somnium contineret, minùs verò deteriora capitulis in superficie prædicaret. Ex hac epistola diffamabatur tum quasi Cyrillus de his quæ conscripserat pœniteret. Et ab Antiocheno ita susceptus est. Hæc Cyrillus addiscens [g] scribit Constantinopolim quibusdam Clericis suis quòd neque pœnituerit de his quæ conscripsit neque omnino aliquid eorum quæ exposuerat moverit, sed neque rogans quemlibet ita receptus sit, sed potiùs è diverso ipse rogatus sit & Antiochenum susceperit. Et horum omnium exemplaria detinemus. Hæc ipsa verò [h] ad Melitinensem scripsit Acacium, quòd nec submoverit aliquid eorum quæ à se exposita sunt, neque ullum de reconciliatione rogaverit, quin potiùs è diverso Antiochenum rogatus exceperit ubi unam filii post unitionem dixit esse naturam. Et ipse hujusmodi per totum mundum clamat, & singulis vicibus asseverat quòd nec respuerit quæ ab eo sunt scripta nec repellere patiatur usque ad mortem. Propterea nosmetipsos ab Antiocheno sejunximus, eò quòd Cyrillo sic existenti perverso post tanta succubuit & per ipsam communionis cum eo unitatem semetipsum comparticipem ejus effecit. Non propter aliquas quippe quas nec habemus inimicitias ad Iohannem, sed propter conscientiam nostram, quæ Deo devincta est, quam non possumus pro humana decipere gratia, etsi multa millia nobis quis inferat mortium. Vnde & magnopere agimus pro illa persona, eò quòd Deo vincta sit conscientia nostra. Sed dicit quòd Cyrillus capitula illa respuerit. Ostendat ergo ejus epistolam nominatim anathematizantem illa capitula & Nicænæ fidei confessione contentam. Sed non habet quod ostendat, sed pro magno profert nobis epistolam quæ tantum differt à capitulis quantum non per omnia sic apertè blasphemat. Sed de hac nobis nullus est sermo. Verùm si vult inter nos inimicitias solvi, persuadeat Cyrillo anathematizare per epistolam nominatim omnia quæ malè exposuit, & Nicæna illa expositione beatorum patrum esse contentum, sicut ea beatus ille Theodoretus Dominus noster explanavit. Ipse enim est verus illorum quæ exposita sunt intellectus. Aut si hæc non fecerit, anathematizet ipsum cum capitulis ejus, hæc ausus videlicet in communicantes omnes qui eadem quæ Cyrillus adstruunt, & soluta sunt omnia. Nos enim per gratiam Domini Christi diligimus Ecclesiæ pacem. Diligimus verò ita ut ea perfruamur devota Deo conscientia, non verò ut nosmetipsos per illam gehennæ tradamus. Hoc enim non jam pax est, sed omnimoda exterminatio. Et nulla nobis alia remanebit adversitatis occasio, nisi propter piam fidei confessionem. Alioquin omni sumus damnatione digni, & revera infelicissimi omnium, si propter viles occasiones quæ sunt divina turbamus.

CAPVT CXLII. 230

Rescriptum, *inquit*, publicatum ut terminus eorum quæ scripta sunt ad magnificentissimum Comitem & Vicarium Titum à gloriosissimo [i] magistro militiæ Dionysio.

QVid de Helladio & Maximino & Alexandro & Theodoreto reverentissimis viris Episcopis definiri censuerit imperialis clementia, ipsæ divinæ litteræ [k] præfulgentes tuam magnitudinem poterunt edocere. Quomodo verò & à nobis iidem sint commoniti, [l] subjecta designat. Vnde diligentia tua præceptum nostrum suscipiens elaboret ut

[a] ISTE [illegible] ANTIOCHIA] Putat Lupus Ioannem Antiochenum sic à Meletio designari per contemptum, quia eum ipso etiam Episcopi nomine judicabat indignum. Quæ conjectura confirmatur ex capite CXLV & ex capite XCIII. ubi ita legitur de eodem Ioanne: *Nec enim eum Episcopum scribo, de reliquo incidens memetipsum a communione Cyrilli & eorum qui ei sunt additi*

[b] IN THARSO] Habitum est istud Concilium post reditum ab Epheso, id est, anno CCCCXXXI. ut arbitror. Vide suprà cap. LXVI. pag. 769. & cap. CXXXVI. pag 838 & infrà cap CCI.

[c] ARISTOLAVS] Vide suprà cap. L. pag. 751.

[d] SCRIPSIT ACACIO] Ea epistola extat suprà cap. LVI. pag. 769.

[e] PAVLVM EMES.] Vide suprà pag. 589.

[f] EPISTOLAM] Habetur suprà pag. 591.

[g] SCRIBIT CP.] id est, Eulogio Presbytero suo. Vide suprà pag. 597. Falsus est ergo Lupus, qui putavit hic agi de epistola à Cyrillo scripta ad Theognostum & Charmosynum, quæ descripta est suprà cap. LXXXV. pag. 794.

[h] AD MELITIN.] Et hæc quoque habetur suprà pag. 599.

[i] MAGISTRO MILITIÆ] per orientem, ut docet caput CLXXVI.

[k] PRÆFVLGENTES] Hic locus confirmat sententiam Sirmondi de Principum rescriptis per provincias ita promulgari solitis ut præponerentur edictis judicum, non verò subjicerentur, ut putabat Salmasius. Vide Propempticum Sirmondi lib. I. cap. 2. Vide etiam suprà pag. 586. 721. cap. IX. & infrà cap. CLXXXIII. & seq.

[l] SVBIACTA] id est, subjecta huic rescripto. Ea autem extat in capite sequenti.

Anno Christi 431.

Synodicon.

omni atte & subtilissima argutia perveniant ad effectum quæ imperialis decrevit auctoritas. Nec enim parva gloria tua magnitudo fruetur, si celeritatem tantæ causæ afferre valueris. Pertinet ad animarum nostrarum religionem, pertinet, ut ita dixerim, ad cœlestis divinitatis curam præsentis qualitas causæ. Vnde dum tuam magnificentiam & divinæ litteræ & nostra auctoritas præparant, commoneat verò per dies ac noctes orthodoxæ pietatis reverentissimus cultus, tota orbana tranquillitate servata, absque ullo strepitu ac perturbatione, divinitus imperatis competens præbebis obsequium.

CAPVT CXLIII. 231

Epistola, *inquit*, magnificentissimi Dionysii magistri militum, quam scripsit ad unumquemque Episcoporum qui nominantur in sacra, ut aut consentirent his quæ ab Antiocheno sunt gesta & communicarent ei, aut ab Ecclesiis & civitatibus exirent.

INvictus Dominus non ignorat quantum suo prosit imperio cultus sinceri devotio, quantamque securitatem & illuminationem in provinciis præparet fidelis investigatio cultus orthodoxi. Hinc utique & dignus efficitur impetrare quicquid à propitia poscendum deitate crediderit. Necesse est enim ut prosperè universa contingant, si Deo paruerit ea quæ apud ipsum definita est veritate. Motus igitur sanctitate congrua, dum cognovisset beatitudinem tuam Iohanni Antiochenæ civitatis Episcopo non adesse in sanctis neque communicare in mysteriis adorandis, cœleste decretum dare dignatur, quod in his quæ sunt priora præfulget, ut aut communices præfato ac reliquis qui cum eo consentiunt in cœlestis divinitatis cultu, aut recedas à civitate & sancta Ecclesia cui præesse dignosceris. Igitur divinis litteris pertractatis, unum è duobus facies. Necesse est enim ut aut communices Iohanni Episcopo catholicæ Ecclesiæ, ut ablatis contentionibus sancta Ecclesia quiete fruatur ac pace quam peperit, aut contendens formam divinitus datam subire cogaris. Privaberis enim orbe, privaberis & Ecclesia, si meliori fortè obedire & assentire nolueris. Sit igitur deliberationis tuæ ut divina & adorabilia præcepta recipias, si iram principalem declinare desideras.

CAPVT CXLIV. 232

Epistola, *inquit*, Helladii Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Meletium, quam scripsit indicans ei quòd sunt à Constantinopoli mandata, & de his petens quæ essent gerenda tractatum.

SVnt verò, quæ mandata sunt, hæc. Quia & orthodoxè docet Proclus, & patrocinator est, & multam habet fiduciam apud Imperatorem. Et missurus est ad Antiochenum cum sacris synodicam suam, ut eam suscipi ante omnia præparet; & quam qui non receperint, pellantur Ecclesiis. Necesse fuit ut quæ scripta sunt à nobis à regia urbe à religiosissimo compresbytero Anastasio & reverentissimo condiacono Thartitio ad tuæ cognitionem religiositatis perducerem. Igitur exemplaria destinavi, ut legens atque pertractans, celeriter nobis quod placuerit demandare digneris & quid agere debeamus. Nos enim ex tua religiositate pendentes, cum tuo gerere volumus universa consilio. Ora verò ante omnia pro nobis, Domine.

CAPVT CXLV. 233

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi Meletii ad Helladium, per quam rescripsit quòd neque ipse ab eis quæ semel piè placita sunt absistet, neque credere justum esset his qui illa nuntiaverunt, dum per opera ipsa docuerint quòd propter tempus à Procli sint suscitati fautoribus.

GRatias quidem tuæ sanctitati ago, Deo amicissime Domine mi, quòd talis curæ participes nos adsciscere dignatus es. Ego verò ad ea quæ nunc scripta sunt hoc renuando tantummodo, quòd neque hunc qui [a] beatificat Maximianum, [b] qui nuper obiit, quique à Cyrillo [&] eis [qui] ea quæ ejus sunt sentiunt [c] ordinatus est, & qui eos pro impietate adversùs veritatem quantumcunque potuit adjuvit, neque quemquam novi, quisquis sit, qui [d] Iohannem vocet Episcopum, neque aliquid eorum quæ ab ipso dicuntur accipio; sed nec si angelus de cœlo, secundùm beati Pauli præceptum, me persuadere voluerit. Nam si esset verè credendum quòd idem vir Nestorium Deo amicissimum Episcopum haberet Episcopum, & Cyrilli deterioris que ab eo Iohannis communionem respueret ut diabolicam, ne tunc quidem per omnia inculpabile foret ejus ordinationem recipere, etsi multoties millies ante hoc schisma consecratus esse dicatur, eò quod omnino hæc omnia ex priori perturbatione & inordinabilitate, per quam cuncta dirupta & in invicem per partes incisa sunt, pendeant, nihilque ratum sit legitimè apud eos. Forsan tamen nihil nobis nocere videretur injustitia illa quæ [e] in personam commissa ab aliis videretur quos à nostra omnino communione suspendimus. Nunc autem quomodo sanè his credere poterimus testimonium ferentibus quòd existat orthodoxus qui pium nominat & Iohannem, & manifestè dicit quoddam decretum dirigendum esse per quod pii cogantur ejus approbare synodicum. Ego igitur, Deo amicissime Domine mi, non abscedo à priori sententia, neque patior conscientiam meam in quocunque decipere, etsi omnes se dediderint præsentis seculi vanitati, propter eum qui me à principio adscivit, ut devotam Deo servare studeam conscientiam meam. Iam de reliquo quicquid voluerint agere contra nos, ipsorum sit hoc in tempore potestatis. Hoc solum rogo, ut consuetis orationibus tuis nobis cooperari digneris.



a BEATIFICAT] quia nimirum Proclus Maximianum sanctæ memoriæ virum & beatissimum vocaverat in epistola synodica de ordinatione sua, cujus initium habetur infrà cap. CL.

b QVI NVPER OBIIT] Hinc colligitur epistolam istam scriptam esse anno CCCCXXXIV. haud multò pòst mensem Aprilem, cùm in ea agatur de Maximiano Episcopo Constantinopolitano nuper mortuo & de Proclo in locum ejus ordinato. Maximianus enim obiit pridie Idus Apriles, & statim ei suffectus est Proclus, ut docet Socrates lib. 7. cap. 40.

c ORDINATVS EST] Proclus. Vide suprà cap. CXXIII pag. 827.

d IOHANNEM VOCET EPISC] Vide suprà cap. CXLI, pag. 842.

e IN PERSONAM] Nestorii.

Anno Christi 431.

CAPUT CXLVI. 234

Synodicon.

Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Alexandrum Deo amicissimum Episcopum, per quam significavit quòd magnificentissimus [a] Comes Titus & sanctissimi monachi insurrexerint in eum per literas, tamquam qui debebat pacem communionemque amplecti Antiochem Iohannis.

MVltas per hos dies sustinui perturbationes multasque tristitias, quales nunquam, quarumque alias prætermittam. Venit admirandissimus atque clarissimus Tribunus Euricianus cum literis magnificentissimi & gloriosissimi Comitis Titi tam ad sanctos monachos scriptis quàm ad Dominum [b] Iacobum & Dominum [c] Symeonem & Dominum [d] Baradatum & ad nos. Quæ litteræ minas continebant ut si non acquiesceremus pacificati, mox, nobis projectis, ordinarent alios. Et quidem risi de minis. Pessimè autem me sancti monachi afflixerunt, multa pro pace rogantes, ut culpantes. Dum verò irascens ego, & malè accipiens ista, paratus essem & civitatem relinquere & provinciam & ad vitam monasticam confugere, afflicti promiserunt usque ad [e] Gindarum mecum discedere & Antiocheno suadere ut illoc adveniret mecumque loqueretur. Me autem dicente quòd nisi [f] ejicerentur illi, impossibile esset fieri pacem, direxerunt tres Deo amicissimos Presbyteros & Archimandritas tam [g] ad eum quàm ad magnificentissimum Comitem Titum, mandantes eis non esse justum ut viros sanctos, & qui suas provincias ornaverunt, sic injustè & iniquè projicerent. *Si quid enim tale fuerit gestum, perturbationem necesse est subsequi. Si igitur pacis curam geris, dignare venire ad Gindarum; & sumentes Episcopum nostrum, veniemus ad te.* Igitur necessarium duxi hæc ipsa tuæ innotescere sanctitati, ut eam nihil eorum quæ agimus lateat. Ire verò ad Antiochiam omnino interim recusavimus. Oret igitur sanctitas tua hoc quod Deo placeat dispensari & ea fieri quæ expediunt sanctis Ecclesiis.



CAPUT CXLVII. 135

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit ad hæc quæ ab illo sunt scripta, dirigens ei conditiones quasdam de ipso negotio.

TVa quidem sanctitas bene fecit in scripto nobis quæ nuper acta sunt indicare. Ex parte autem nobis hæc ipsa & opinio nuntiat, quæ super ea quæ dicuntur & ea quæ aguntur solet adjicere falsitatem. Veruntamen ego per gratiam Dei, quæ me nunc usque roboravit, spero quòd nullius metuam minas, ut aut impio Cyrillo communicem aut orthodoxiæ proditoribus, qui & anathematizaverunt eam, & orthodoxum dejecerunt, ut ex hoc, quod ad ipsos attinet, clarè ubique falsitas prædicetur. Nam quòd crescat apud eos atque proficiat mali nominis hæresis, putò quòd & ipsa quæ nunc à Constantinopoli scripta sunt tuam docuerint sanctitatem. Et in Antiochia verò non unus, nec duo, nec decem tantùm de Hierapolitanis adsuerunt in Ecclesia, inter quos erat & Dominus meus Deo amicissimus Presbyter Maranas, q[illegible]do & Macedon in majori hebdomada in cœmiterio & Antonius Chalcidis Episcopus in Ecclesia sancti Zachæi apertè Deopassianam hæresim prædicaverunt. Hæc scribere sum coactus, nimis ægrè suscipiens, propter sanctorum monachorum contra nos curiositatem. Rogo igitur ut etiamsi omnes [h] mortuos ab initio mundi resuscitent, siquidem [i] quiescant, orent pro nobis. Si autem damnant nos, pateat illis Deus. Nec enim majoris auctoritatis sunt quàm de cœlo angeli, & quàm choros ille Apostolorum, quos anathematizavit per Paulum Christus si quid præter evangelium Christi evangelizare præsumpserint. Si unquam verò contigerit ut alicui eorundem sanctissimorum monachorum tua sanctitas colloquatur, & super hoc moverint ipsi sermonem, suade illis ex me quia secundùm veritatem, nec si mihi totum cœlorum regnum Iohannes, cujus non est dominus, dederit, non autem dico [k] Rasaphas & alias hujus solitudinis civitates, ei communicare sustinebo, nisi priùs correcta fuerint consequenter illa quæ per orbem terrarum sunt operata hoc fidei naufragium. Me-

[a] COMAS TITVS] implens locum magistri militiæ potestatis, ut legitur infrà cap. CXXXIII. seu Vicarius, ut in capite CLXXIV. pro quo in capite CLIV. scriptum est *loci servatoris*. Hujus rursum mentio est infrà cap. CLXXIII. CLXXV.

[b] IACOBVM] Presbyterum & monachum magni nominis, cognomento Nisibenum, cujus encomium enarrat Theodoretus in capite 21. historiæ religiosæ, & ad quem extat epistola 28. ejusdem Theodoreti. Assentior enim Nicephoro Callisto, qui lib. 15. cap. 22. eum vocat Nisibenum, hoc adductus, ut opinor, auctoritate codicis encyclii, ubi inter nomina eorum ad quos Leo Imp. scripsit in causa Timothei Æluri Episcopi Alexandrini, recensentur Iacobus monachus Nisibenus, Symeon monachus, & Varadatus monachus, illi ipsi nimirum qui in ista quoque epistola nominantur, & eo quidem prorsus ordine. Vide Evagrium lib. 2. cap. 9.

[c] SYMEONEM] cognomento stylitem, de quo pluribus actum est suprà cap. LII. pag 755. Vide Theodoretum cap. 26. historiæ religiosæ.

[d] BARADATVM] Recensetur, ut dixi, in indiculo eorum ad quos Imperator Leo scripsit de dissidio Ecclesiæ Alexandrinæ; sed pro Baradato Baradotus vocatur in antiquis exemplaribus Ecclesiæ Bellovacensis & monasterii Corbeiensis. Apud Theophanem, ut quidem editus est, vocatur Barda, itemque apud Anastasium Bibliothecarium in historia ecclesiastica. Qui error irrepsit ex divisione syllabarum. Nam pro eo quod editum est Βάρδα τῷ μοναχῷ legendum est Βαραδάτῳ, uti etiam legitur in codice 5091. bibliothecæ Colbertinæ. Rescripsit autem ipse ad Leonem Imperatorem.

[e] GINDARVM] civitatem Seleucidis, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. eamque locat prope Gephyra. In tabula Peutingeriana Gendarus ponitur inter Gephyra & Cyrrum hoc modo.

Ab Antiochia Gephyra M. P. XXIX.
A Gephyris Gendarum M. P. XXII.
A Gendaro Cyrrum M. P. XXXVI.

Itaque Gindarus erat posita medio ferè spatio inter Antiochiam & Cyrrum.

[f] EIICERENTVR] id est, monachi; non quòd eorum expulsionem peteret Theodoretus, sed quia videbat non aliter pacem amplexurum Ioannem quàm si illi ejicerentur.

[g] AD EVM] Ioannem Antiochenum.

[h] MORTVOS] Ex hoc loco conjecit Lupus aliquos mortuos à monachis illis, quos suspicatur eos tres fuisse qui in superiore epistola nominantur, resuscitatos fuisse. Verùm alius opinor sensus est hujus loci, nimirum non deserturum se evangelium Christi, etiamsi omnes qui ab initio mundi mortui sunt, ad vitam reducerentur & aliam fidem prædicarent. Vide infrà cap CLXVII.

[i] QVIESCANT] id est, ut ego arbitror, acquiescant, nobiscum sentiant in causa fidei.

[k] RASAPHAS] Sita erat hæc civitas in Palmyrene regione inter Chollen & Surien, ut docet tabula Peutingeriana. Rhesapha prope Chollen locat etiam Ptolemæus lib 5.

mor

mor enim sum dicentis: *Quia neque altitudo, neque profundum, neque præsentia, neque futura, neque alia creatura poterit nos separare à caritate quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Et gratias ago Deo quòd cum illis sunt & synodi & sedes & regna & judices, nobiscum verò Dominus Deus & munda atque intemerata fides in eum. Et per sanctas orationes tuas, quia nisi me timor Dei retineret, non exspectarem violentiam per seculi potestates inferendam. Sed ne Christi gregem videar prodidisse, necessitatem sustineo. Sciens igitur sanctitas tua propositum meum; si ei id placuerit, & [a] Antiochiam introire non renuat, & quicquid novit aliud agere. Ego enim quæ à principio definivi, in ipsis permaneo. Quia verò non sum contentiosè dispositus, sed habeam piæ condescensionis affectum, & eam gratè suscipiam, & hæ quas nunc direxi chartas tuæ satisfacient sanctitati.

Satis ostendit beati Theodoreti subjecta responsio, si tamen verè has ejus esse approbemus epistolas, cum reverentia & affectu Archiepiscopi tunc sui hujus Alexandri, & adversitate beati Iohannis Episcopi, & voluntate omnes secum pariter uniendi, non verò Nestoriani erroris assensu, ad universalem pacem tardiùs accessisse; quippe qui & unitivæ beati Cyrilli epistolæ fidem, quam tantopere nititur impugnare Nestorius, perseverantissimè ab initio approbavit, & prætulit duorum Episcoporum causæ, dejectioni Nestorii, & anathematismo dogmatis ejus. Et nunc ad hæc ad omnes illius conditiones Alexandrum Episcopum suum conatur adducere. Et postea hoc per multas cum singulis efficacissimè egit epistolas, ut omnes ad unitionem perduceret. Quod & in cunctis, eo suadente, paucissimis exceptis, suo studio, annuente Dei gratia, adimplevit. Vnde & magnas inimicitias sustinuit eorum qui usque ad finem suo errori pertinaciter adhæserunt.

CAPVT CXLVIII. 236

[b] Epistola, *inquit Irenæus*, ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam [Theodoretus] rescripsit significantei quòd legerit directas sibi conditiones, & unam tamquam minùs se bene habentem [non] probaverit.

LEgens tuæ sanctitatis epistolam, inspiciens verò & tria exemplaria, magis illud sine nomine approbavi. Duorum namque priorum unum quidem simplex erat, alterum verò intemperatè ardens. Bene autem se habens mihi illud est visum, quia & condescensionem cum mensura habuit & [c] acribiam laudabilem. Continebat enim ut intenderemus in illa [d] synodica, & quæreremus si superfluum nihil haberent & rectæ fidei consonarent, nullumque haberent assensum ad ea quæ Ephesi malè sunt gesta, & susciperentur pro Ecclesiæ pace, alioquin omni modo fugiantur atque refutentur. Dignetur igitur sanctitas tua ut si [e] ab oriente redierint qui hæc ipsa deportant, inspicias & quæras, & nobis quod verum sit innotescat. Ego enim murmur audivi quòd is qui nunc obtinuit sedem, orthodoxè docet. Et docuit verò me hoc per literas clarè Dominus meus sanctissimus & Deo amicissimus Episcopus [f] Helladius. Et eorum quæ mihi ab eo scripta sunt tuæ sanctitati rescripta transmisi. Direxit verò mihi & exemplar epistolæ Domini mei sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi [g] Eutherii, eandem virtutem continens. Rogo igitur sanctitatem tuam ut legens hæc, sicut de recta fide, sic & de Ecclesiarum cogites pace, quæ secundùm veritatem nimis commoventur, & facti sumus universo populo ridiculum. Si autem tuæ sanctitati videtur ut conditiones Antiocheni pro pace suscipiamus Ecclesiæ, ut exclusis his qui ab eo iniquè sunt ordinati, fotis ab Antiochia colloquamur, & hoc facies sicut tuam decet religiositatem. [h] Non autem tuam lateat sanctitatem quia & ego Antiocheni ad piissimum Principem litteras legens, valde anima mea dolui: quia evidenter novi quòd scriptor ejus, idem sentiens, absque judicio & justitia condemnavit eum qui [i] nihil noviter ejus doctrinam docuit. Anathematismus verò illic insertus sufficiens est quidem plus & ab ipso dejectionis assensu perturbare legentem. Veruntamen non indefinitè, sed cum quadam determinatione positus modicam quandam præber consolationem. Non enim dixit, *Anathematizamus ejus doctrinam*, sed *quæcunque ab eo alienè sive quocunque modo dicta vel sensa sunt præter apostolicam doctrinam*. Ego quidem præsumpsi rogare. Tuæ verò sit sapientiæ & pertractare quod expedit, & non irasci, sed intentionem nostram perquirere.

CAPVT CXLIX. 237

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam denuo rescripsit Deo amicissimo Theodoreto, dirigens ei & [k] proœmium synodicorum Procli.

NOn ignorat sanctitas tua quid sit quod me à communione Antiocheni à principio sequestravit. Scit hoc & oriens & occidens, & septentrio atque meridies. Et nullus mihi eorum sermo est, quia aut vituperent, aut accusent me, aut mihi contumelias ingerant. Semovit autem me non ordinationum turba, per quas iniqui viri promoventur, & illis Dei præponuntur altaribus quæ [l] ad Antiochenum minimè pertinent, sed proditio

[a] ANTIOCHIAM] Non solùm ergo Theodoretum orat Alexander accedere Gindarum, sed etiam, si necesse fuerit, Antiochiam usque proficisci.

[b] EPISTOLA] Apud Mercatorem habet hunc titulum. *Ejusdem Theodoreti ad eundem Alexandrum postea quàm rescivit Iohannem Antiochenum Episcopum anathematizasse dogma Nestorii.*

[c] ACRIBIAM] diligentiam. Vide suprà pag. 703.

[d] SYNODICA] Assentior Lupo, qui heic intelligi putat synodicas Procli literas de ordinatione sua. quam conjecturam confirmat sequens epistola.

[e] AB ORIENTE] non ab Antiochia sive orientali diocesi, ut Lupus existimavit, sed à Constantinopoli. quod sequentia probant, *is qui nunc obtinuit sedem*.

[f] HELLADIUS] Tharsensis.

[g] EUTHERII] Thyanensis.

[h] NON AUTEM] Hæc postrema pars istius epistolæ extat apud Marium Mercatorem.

[i] NIHIL NOVITER] Hæc obscura sunt. Meliùs apud Mercatorem: *nihil præter doctrinam sanam novit aliquid & docuit.*

[k] PROOEMIUM] Extat infrà cap. CL. Porrò invidiam propterea adversùs Theodoretum concitatam fuisse à Dioscoro Alexandrino quòd adhæsisset his synodicis Procli docet ipse in epistola 86. ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum.

[l] AD ANTIOCHENUM] qui illicitas ordinationes fecerat in Euphratesia, ut dictum est suprà cap. CXXVIII. pag. 810.

fidei, & communio a hæretici, depositi quidem prius à fere ducentis Episcopis, cedenre verò nunc ei communionem Iohanne & Paulo. Et hanc constantiam & habui & habebo, confortante me Deo, ut nulli eorum communicem qui communicant Cyrillo non excutienti & anathematizanti in scriptis impia sua capitula. Et si b hic qui nunc communicat ei dicatur orthodoxos, & vel nunc ab orthodoxis ordinatus, vel ante confusionem & iniquitatem quæ Ephesi facta est consecratus, etsi ipse multis millibus vicibus anathematizet impia Cyrilli capitula, non verò etiam communionem Cyrilli confuter, quicuoque talis est, meus communicator esse vel dici non poterit. Quæ autem subinde cognovi, & quæ agnovero, aut per verbum, sicut coram Domino à dignis fide viris, aut per litteras, vel quæ sit confusio prædicationis in Ecclesia Constantinopolitana, vel quæ virtus exinde allatorum synodicorum, vel quæ corruptio quorundam nostræ provinciæ Episcopotum, qui Antiocheno adjunguntur, & in omnibus circumferuntur cum Ægyptio, scribere superfluum duco, unam habens intentionem, quam & cuncti qui nos sciunt noverunt, ut habeam constantiam pro sana fide, & fugiam hæreticam communionem. Veruntamen prædictorum synodicorum procemium studiosè transcribens, quippe ut quod mihi sat est ad satisfactionem causæ præsentis, exemplar ejus tuæ religiositati direxi. Memor enim sum & corum quæ paulò antè mihi à tua sanctitate mandata sunt, quam ea testificari pro meatbitror quòd hoc fuerit planè propositum meum, Deo, nisi fallor, illuminante mentem meam, talemque satisfactionem condente in ea ut neque tribulatio neque angustia neque persecutio neque fames neque nuditas neque periculum neque gladius separet oos à sana fide, ut tempori potiùs quàm pietati militemus.

CAPVT CL. 238

Initium synodicæ c Ecclesiæ de Proclo factæ.

NOn minùs quàm quandolibet, etiam nunc opportunè ostendit gratia Dei suam manifestissimè bonitatem contra maliriæ magnitudinem, Ecclesiæque ægritudinem virtute clementi resistens, & dum grave profundum meneretur, veloci efficacique medicamine curans, & futurum periculum admirabili & insperato quodam salvationis modo præveniens. Quoniam quidem multa medio tempore tempestas tenuit seditiosorum, qui ex corruptificis fontibus doctrinæ Nestorii surrexerunt, & insistebant, dum pro sanctissima Ecclesia in medium staret sanctæ memoriæ Maximianus, qui omni quidem diligentia usus est ad hujus mali peremptionem, nec tamen sufficit hanc malam plantationem eradicare. Igitur dum subitò idem beatissimus à præsenti vita migrasset, tamquam facultatem præsumptioois susciperent qui hanc parturiebant seditionem, neque in occulto habere neque absconditam nequitiam suam continere dignati sunt, sed coacervatæ multitudines in multis partibus civitatis Nestorium publico clamore reposcebant, & urbi pericula Ecclesiæque minabantur incendium; & certè ista etiam sub illo beatæ memoriæ huic repugnante languori.

CAPVT CLI. 239

Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit indicans quòd multa oportet cogitare de pace, & maximè quia certi essent qui thronis eorum insidiarentur.

PRæstitit gratia Dei regressum Domini mei reverentissimi & Deo amicissimi Donati Presbyteri & Acacii Diaconi, & ab illa qua destruebamur consumebamurque cura liberavit. Quæ verò sit eorum d qui sursum sunt intentio ex allatis ab eo litteris tua sanctitas noscet. Omnes enim vel in quocunque nobis ferre adjutorium desistentes, pro pace nobis consilia obtulerunt. Qui verò valdè sunt e zelotæ, verentes hoc pessimum tempus, nec litteris nos dignos esse duxerunt. Integriùs verò hæc addiscet sanctitas tua à prædictis Deo amicissimis viris. Quæ agnoscens rogo ut quod Ecclesiis expedit, in commune cogitetis. Instantia enim nostra, ut video, ad nihil suave proficiet, sed perturbationes Ecclesiis & populos, qui f pascuntur à nobis, lupis cruda vorantibus tradet. Claret enim quòd exitus nostros intendunt, & erunt producendi pro nobis. Et timor est ne pro hac nimia acribia pœnas Deo solvamus, ea quæ nostra sunt intendentes, & non considerantes quod populis expedit. Omnia ergo pensans & librans sapientia tua, & lucrum lucro & damnum damno contraponens, eligat majus lucrum & minus damnum. Sic enim & Deo, ut puto, placebimus, & conscientiam minimè vulneramus, & eis qui ubique in nos adspiciunt proderimus, & commissos nobis populos non perdemus. Sufficiens verò est dominator omnium Deus & sanctarum gubernator Ecclesiarum quid agi debeat per tuas nobis orationes ostendere & ab his malis ac pessimis nos voluntatibus liberare & modicam nobis serenitatem tranquillitatemque donare.

CAPVT CLII. 240

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit rogans quidem non sibi de eisdem fieri importunitatem, dirigens verò et litteras à Constantinopoli Deo amicissimi monachi Parthenii.

DVm sæpe tuæ scripserim sanctitati de his, superfluum puto eadem de eisdem rescribere. Rogo igitur religiositatem tuam legere epistolas quas tibi antè transmisi, & non mihi existere importunum. Vivit enim Dominus Deus, lucrum confestens lucro præfero ante omnia desiderium Dei & regnum cœlorum honori & gloriæ seculi hujus. Et damnum damno comparaos, approbo magis eam quæ hic est expulsionem & exilium & temporalem mortem & opprobrium hominum & irrisiooes æterno tormento. Non verò miretur religiositas tua quòd tu quidem scribas illa, quia

a Hæretici] Cyrilli Alexandrini. Vide suprà cap. cxix pag. 831.
b Hic qui nunc] Proclus Episcopus C P.
c Ecclesiæ] Legendum *epistola*, ut & sensus ipse docet & superior epistola.
d Qui sursum sunt] id est, ni fallor, qui in regia urbe & in sacro comitatu degunt. quod etiam confirmari potest ex initio capitis clii.
e Zelotæ] id est, studiosi, amici. Suprà pag. 444. cap. xx. in titulo: *ad quendam zelotem*. Pag 686. cap. ii. *non cedentes de reliquo illis qui ex occasione pietatis zelotas ac studiosos nostri se ipsos desiderant*. An ergo Theodoretus, etiam amicos orientalium abstinuisse à scribendo, quia timebant ne litteræ ipsorum inciderent in manus adversariorum. Postea tamen Parthenius monachus rescripsit infrà cap clii.
f Pascuntur] Sic nos emendavimus pro eo quod à typographis perperam positum erat *pascuerunt*.

ANNO CHRISTI 431.

a b c d e

SYNODICON.

Cyrillum putas orthodoxum, ego verò ista, quia Cyrillum habeo hæreticum ab omnibus. [a] Quando expellebantur temporibus nostris beatissimi Episcopi, ut pauca de pluribus dicam, [b] Meletius, [c] Eusebius, [d] Barses, [e] & reliqui omnes, sciebat hæc Deus, & præ omnibus pro Ecclesia cogitabat; & rationem non exegit ab eis qui ideirco propulsi sunt quare non communicantes hæreticis permanserunt in Ecclesiis suis. Et ideo, confortante me Deo, paratus sum cum omni satisfactione & coram Principibus & præsidentibus & coram synodis de sola nostra spe fiducialiter agere & omnia, si Deus permiserit, sustinere. Quicquid ergo tua sanctitas novit expedire Dei Ecclesiæ quæ tibi commissa est, id agat. Meam namque sententiam novit Deo amabilitas tua. Veruntamen ea quæ mihi sunt scripta à Deo amicissimo Presbytero & Archimandrita servo Dei Parthenio religiositati tuæ [transmitto,] hoc necessarium putans.

CAPUT CLIII. 241

Epistola, *inquit*, Parthenii Presbyteri & Archimandritæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum.

Scripsit mihi sanctitas tua quam diminutum sit tuæ sanctitatis gaudium, eò quòd ego de his quæ transierunt inter hos dies tuæ religiositati non scripserim, quasi nos remissiores utique fuerimus effecti. Hoc ergo cognoscat sanctitas tua, quia quælibet insurgat tribulatio contra nos, sicut & multæ per dies singulos excitantur, quas & tacemus, ne arrogantèr fingere aliquid videamur, non nos evertunt à recta confessione quam tenemus in Christo; & quòd ita dispositi simus, ipse Dominus vobis innotescet. Sicut enim qui quotidie incipit pati, sic stamus, scientes quòd & mercedis retributor finem cujusque sustineat: quia non inchoare tantummodò unumquemque apud eum, sed & perficere facit esse laudabilem. Quod & tua nos sanctitas sæpe edocuit cum sanctissimo illo & Deo honorabili Archiepiscopo nostro & teste Christi Domino Nestorio. Scito, Domine mi, quòd hi qui hic sunt, proficiunt magis in reprobam mentem, nunc quidem impassibile id quod divinum est prædicantes, nunc autem velut ex pœnitentia aut oblivione evertunt id quod paulò antè dixerunt, & dispensationem denegantes, prædicant phantasiam. Et omnia omnibus & dicere licet & facere. Et sicut scriptum est: *Labia nostra à nobis sunt. Quis noster Dominus est.* Volunt autem & nos sibi communicare ad hominum deceptionem. De credulitate autem dicunt: *Habe qualem vis fidem, tantùm communica nobis.* Sed absit ut nos à veritate alieni esse patiamur usque ad vitam & mortem. Veritas verò est confiteri Dominum nostrum Christum filium Dei vivi, Deum perfectum, hominemque perfectum. Et damus passiones quidem humanitati Christi, divinitati verò miracula, unum Christum, unum Dominum prædicantes, qui descendit, passus est secundùm carnem, venturus in gloria patris judicare vivos & mortuos. Hanc tenemus fidem, quam & à vestra sanctitate didicimus, & in ipsa persistimus, & ab hac confessione usque ad vitam & mortem nullus nos poterit separare. Constantia enim sanctitatis tuæ circa veritatem clausit omnibus os, & excitavit etiam dormientes. In uno enim climate orientis existens usque ad occidentem & ultrà perlucens, clarior conspiceris à sole visibili, illa qua Christum diligis caritate. Dignare verò orare pro nobis, & bonum nuntium de optabili tuæ sanctitatis incolumitate præstate.

CAPUT CLIV. 242

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Acilinum Barbalissi Episcopum, qui indicaverat ei quòd multam instantiam sustineret magnificentissimi [f] loci servatoris Titi his qui sunt in castro mandantis ut aut præparent cum introire ad Antiochenum, aut de eodem [g] castro propellerent.

f

g

Ut eadem scribam, mihi quidem segnities non est, tuæ autem religiositati est munimen. Sciens ergo sanctitas tua quia & permansionis & exitus tui rationem reddittura est Domino Christo, id faciat quod cum tractatu & deliberatione perspexerit. Hanc epistolam verò scripsi, non quòd mihi displiceat tuæ sanctitatis actio, absit, sed potiùs ut quæ me muniunt dispensarem. Si verò illa etiam nunc firma sunt quæ priùs indicaveras, quæso ut minimè contristeris. Iuxta Apostolum nam-

[a] QUANDO EXPELL.] Lupus, qui hîc legit *expellebant*, putavit quædam verba hîc deesse & hinc nasci obscuritatem. Legendum est *expellebantur*, uti nos reposuimus, & constat sensus. Tum aliter interpungendus hic locus quàm in editione Lupi.

[b] MELETIUS] Episcopus Antiochenus, à Constantio primùm, dein à Iuliano, tertiò à Valente pulsus in exilium, ut est apud Baronium. Fallitur ergo Lupus, qui censet hîc agi de Meletio Episcopo Mopsuestiæ.

[c] EUSEBIUS] Episcopus Samosatenus, in Thraciam pulsus anno CCCLXX. ut ostendit idem Baronius ex Theodoreto lib. 4. hist. eccles. cap. 13.

[d] BARSSA] Episcopus Edessenus, pulsus in insulam Aradum, dein in Oxyrinchum oppidum Ægypti relegatus anno CCCLXXI. Vide eundem Baronium.

[e] ET RELIQUI] Horum quosdam relegatos fuisse Diocæsaream colligi potest ex Facundo lib. 4. cap. 2. & lib. 11. cap. 2.

[f] LOCI SERVATORIS] id est, Vicarii, ut legimus infrà cap. CLXXXIV. Orientem regebat magister militiæ Dionysius, ut in capite CLXXVI. scriptum est. Hujus locum in provincia Euphratesia implebat, ut cap. CLXXXIII. dicitur, Flavius Titus Comes Domesticorum. Flavius verò Lybianus erat Præses ejusdem provinciæ. Præsidalis officii Euphratensis mentio est in Codice Theodos. *l. 2. De venat. ferar.* Utar autem hac occasione ut emendem insigne mendum typographicum quod irrepsit in Concilium Lateranense Martini Papæ tomo sexto Conciliorum pag. 109. ubi pro *loci servaturam sedis Hierosolymitanæ arripiens*, ut verè habent omnes aliæ editiones & vetus codex Ecclesiæ Bellovacensis, *loci servatam* editum est. quod interpres Græcus ita vertit: τὴν τοποτηρητοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις θρόνου λαβών. In Concilio sexto, ubicunque τοποτηρητοῦ nomen positum est, editiones Latinæ habent *vicarii* aut *locum tenentis*, sed optimus & antiquissimus codex Ecclesiæ Bellovacensis legit *locum servantis* aut *servatoris*. Res aliquot exemplis probanda est. Initio actionis decimæ: *Anastasio glorioso Exconsule patricio & locum agente Comitis imperialis excubiis.* Vetus codex, *loco servare* pro *servatore* per errorem librarii. Nam paulò pòst ita scriptum est: *Theodoro Presbytero & locum agente Archiepiscopi Ravennæ.* Idem vetus codex, *loci servatore.* Actione XIII. *Petro Presbytero locum servante sedis Alexandriæ.* Idem codex, *loci servatore.* Sunt plura alia exempla istiusmodi. Sed ista sufficiunt.

[g] CASTRO] Hinc collegit Lupus Episcopum fuisse positum Barbalissi contra canones, non animadvertens multa esse loca episcopalia in notitiis quæ castra erant; in Mesopotamia superiore, castrum Turandios, castrum Lornes, castrum Isphrios, & multa alia; in secunda Armenia, castrum Martiicerum, castrum Polios, castrum Bajulvos, castrum Ardon; in Africa, castellum Medianum, castellum Iabaritanum, castellum Tatroportense, castellum Tuniianum, castellum Ripense, castellum Minoritanum; in Gallia, castrum Cabilonense, castrum Matisconense, castrum Vindonissense, castrum Ebredunense, castrum Rauracense, castrum Vecciense. Prætermitto Italiam & ceteras provincias, quæ multas sedes episcopales habuerunt in castris. Sufficiunt enim hæc exempla.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

que dicendum est, *Non sunt condigna hujus temporis passiones ad futuram gloriam qua revelabitur in nobis, & quia nobis donatum est, non solum ut in eum credamus, sed & patiamur pro eo.* Ego verò hoc scribo, quod & præsente religiositate tua crebrò dicebam, quia duæ me causæ ab omni ambiguitate perliberant, quòd mihi conscius non sim esse me militiæ desertorem & Christi ovium relictorem, ut aut imperiali necessitate compellar, aut ab universo consonanter meo grege repudier. Quæso igitur ut hæc ipsa apud te etiam ipse confirmes, & aut publicam necessitatem aut refutationem tui castri sustineas.

CAPUT CLV. 243

Epistola, *inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit cognoscens quòd post interitum Deo amicissimi Episcopi Theodoreti in Antiochiam commoti Cilices de rebus propositis diversa tractarent.

CLatè Deus tuæ revelat sanctitati & non nulli abscondere volunt quòd omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Ego autem promissionibus credens eorum qui hæc à tua percunctati sunt sanctitate, id est, utrumne oporteret scribere, an minimè. Erant enim nimii, ut & esse videntur, pro pietate omnia gerere promittentes. Sic præsumpsi tuæ pridem scribere sanctitati ut minimè pigritates usque ad nos iter assumere. Nescio autem quomodo contra verba propria venientes, in rebus alio tempore alias nobis formas ostendunt perturbationemque animæ, id est, in his quæ eis ex necessitate placuerant, quippe per ista monstrantes, & nunc quidem ista interrogantes, nunc verò alia proponentes, [quia] nullam stabilitatem suæ sententiæ habent; sicut de illis animalibus fertur quòd in adspectu cernentium colorum varietates subitò mutent. Et videtur mihi quòd eos tædeat quòd & usque ad præsens simulationem servaverint, & non primi aliorum diabolo sensetipsos addiderint. Sed quidem quid alii velint nos satagere non oporter. Nam & prius mandantes si oportet diligi eas quæ dicuntur benedictiones, an non, & ex mea sententia cognoscentes non modò eas diligi non debere, sed nec ab eis suscipi litteras, omnia contraria peregerunt. De meautem novitis, Deo amicissime Domine mi, quòd ex quo cognovi factam cum impio Cyrillo conjunctionem ab Antiocheno, semel tantùm per magistrianum litteras ejus accepi; quas & in latoris faciem jeci, ita ut nec ipse præsumeret à nobis reciprocas poscere, neque ille nobis ulteriùs scripta transmitteret. Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

CAPUT CLVI. 244

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Deo amicissimum Episcopum Meletium, quam scripsit, eum quidem approbans pro tali constantia, reliquorum verò inconstantiam reprobans, & indicans persecutionem factam Deo amicissimo Episcopo Acilino.

QVia Cilices, paucis exceptis, semper & calidi & tepidi fuerint, ut non dicam, frigidi & sublimes & humiles, quales etiam nunc inventi sunt apud nos, tuam non latuit sanctitatem, quæ & meam de his sententiam novit. Semper enim, dum ad eos scriberem, in tuæ sanctitatis judicio posui utrum hæc eadem dirigerentur, an non. Habemus verò etiam nunc, per gratiam Dei, eandem de Cilicibus consolationem sicut & prius habuimus, hoc est, divinitus datam constantiam & invincibilem zelum sanæ fidei, tuam sanctitatem. Sufficit enim Deo & unus quando submersit orbem generale naufragium, & tres in Babylone quando per terrorem fornacis accensæ omnes idolo servierunt. Rogo igitur sanctitatem tuam ne refutes sæpius nos ad præsens instigare certamen. Ecce enim clarè videmus illud Isaiæ impleri Prophetæ, quod ait: *Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt. Et, Non est judicium in viis eorum. Semitæ namque eorum per quas ambulant perversæ sunt, & nesciunt pacem. Ideo judicium recessit ab eis.* Et beati ac ter beati qui oppugnantur à talibus per Ecclesiam malignantibus. Quapropter beatifico nunc Dominum meum Deo amicissimum Episcopum [a] Acilinum, à Barbalisso ab eis expulsum, qui pariter [b] est nobiscum, & olim coronas emeruit. Sole enim clarius ferè ab incunabulis conversatus est, nunc verò per calumnias & factiones à sua abjectus Ecclesia per magnificentissimum [c] loci servatorem atque fortissimum. Sed ora quæso & pro hoc ipso qui me rogavit id scribere, & pro constantia, ut Dei voluntatis signaculo roboretur.

CAPUT CLVII. 245

Epistola, *inquit*, Hesychii Castabalensis Episcopi ad Episcopum Meletium, indicans quòd persuaso Antiocheno ut in litteris nihil superfluum poneretur, id est, de Nestorii depositione, personæ communicaverint hi qui erant ex secunda Cilicia.

SIcut illic de præsenti tuæ religiositati promiseram quæ in causa contigerint nuntiare, studui per has literas id implere. Convenit igitur per gratiam Dei Christi ut his quæ in illa epistola superfluè legebantur exclusis, susciperentur illa quæ bene & apostolicè dicta sunt à Domino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Iohanne; [d] ut & sanctitate ejus perfeci, ut per has nuntiemus & quæ sint quibus assensimus, & quæ à quibus abstinemus. Sciet autem subtiliter sanctitas tua ex his quas ad eum dictavimus litteris, quarum destinavi rescriptum. Et dignare quæso, quod tamen non ut ministrans consilium scribo, sed ut commemorans, sic de hac causa tractare sicut à sancto ac beato Domino illo nostro nutritus, ut modis omnibus maneat indisruptum corpus Ecclesiæ Domini Christi.

CAPUT CLVIII. 246

Velut ut anagnosticum, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Maximinum Episcopum Anazarbi.

HI quidem qui scripserunt qua intentione scripserint non habeo dicere; sed illud novi, quòd nos ad impia manifestè invitent. Namque præbendo consilium ut ne Ecclesias obtineant hæretici, nos eas potiùs Iohanni communicando te...

[a] ACILINUM] Vide suprà cap. CXXVIII. & infrà cap. CXC.
[b] EST NOBISCUM] Lupus ex his verbis collegit Acilinum ejectum à Tito confugisse ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum. Sanè paulò post dicit Alexander rogatum se ab illo fuisse ut istam epistolam scriberet.
[c] LOCI SERVATOREM] id est, Vicarium Titum Vide suprà cap. CLIV. pag. 854.
[d] UT ET SANC.] Locus corruptus.

ficamus, quid est aliud dicere nisi: Ne alii hæretici futuri sint, vos potiùs esse hæretici festinate? Clatet enim quod qui his communicare delegerit qui omnes hæreses incongruitate vicerunt, unus eorum ipse quoque sua communione reddatur. Sicut enim qui adhæret Domino, unus est spiritus, sic & qui adhæret hæreticis, unus est spiritus. Nam quid est aliud cum talibus una communio nisi ad eos conjunctio per animæ affectum? Quare de his proptie fortasse dicetur quod qui eis adhæserit, unus sit spiritus. Hæc autem clariùs indicavit humilitati meæ Deo amicissimus Episcopus Helladius per litteras quæ mihi sunt redditæ tertia sabbathi, meridie; quas etiam mandare tuæ dispofueram sanctitati, nisi lector cum tuo, ad quod respondeo, anagnostico pervenisset. Illi autem rescripsi quòd per gratiam Dei nec noverim illos qui semper quidem contra nos synodos facere meditantur, sunt verò à semetipsis depositi, nec reputo eos ullatenus. Qui enim sunt illi qui nos ad synodum provocent? quos oporteba, si tamen justitia servaretur à nobis, ad judicium provocari, & eorum quæ ab ipsis iniquè & insanè sunt præsumpta reddere rationes. Igitur nec respondebo ullatenus ei quem dixerint, si tamen revera venerit aliquis, sed ad directores suos inhonoratum remittam. Si verò habere visi fuerint Principis nutum, tunc credens ex permissione Dei esse hanc rem, & per has tentationes bonam circa se devotionem monstrare, abscedam potiùs ab Ecclesia ista, opere docens per gratiam Dei quemque volentium ut barathrum perditionis effugiant quàm patiar communicando eis in hac Ecclesia permanere & memetipsum omnibus prodere. Quæ ad tuam sanctitatem nunc à me dicenda provideo super contestatione Clericorum. Ridiculum namque est, sicut illi non trahuntur ad curiam, ego meam fallacem conscientiam coram Deo, & perdam & me & populum quem mihi commisit, dum me illi sequi debeant, si bene præfuero, & sicut dux fuerit Dominus Christus. Manifestum verò est quia eum qui pro pietate certat non solùm nihil metuere opotteret, sed & ad sustinendum dita omnia esse tota devotione præparatum, ne perdat pretiosissimam margaritam. Me verò confortante Deo, de Ecclesia mea exieto. Si ita contigerit, non solùm mancipem nominent, sed & si quid est pejus, & quicquid aliis vilius. Si autem volunt, & ad forum purgandum me deputent, ut manibus meis plateæ pulverem mundem, sicut in judicum fieri solet adventu. Si verò & his est aliquid deterius, ad aliud adjudicent. Nam cujus vorum est pro conscientia Christo devincta & per custodias expendi & per omnem tormentorum speciem trahi usque ad ultimum spiritum, huic quid de omnibus ceteris pertinebit? Pro qua re mibi eveniet tuæ sanctitatis orationibus ab Ecclesia, si hoc Deo videtur, & si tempus restat, abscedere, opere cunctis qui mihi commissi sunt demonstrante quomodo sit ab eis perditorum fugiendus assensus. Si verò aliquis me sequi voluerit, lucrabitur semetipsum. Alioquin ego quod facere debui faciam, si me dignatus fuerit Dominus Deus. Credo autem quòd dignetur pro sua clementia. Quid autem mea interest utrum multi an pauci sint mei consortes. Nam siquidem Antiochenus instituerit, non contristat, etiamsi nullus adjutor sit. Si verò imperiale præceptum necessitatem simul intulerit, nihil proderunt solatia plurimorum. Quippe qui & absque hoc, si à me non perditus fuero, nec sic quidem aliquid mihi pertinet propter Christum, cui commisi spes meas; excepto quòd infelicium perditionem potero lamentari, quia non oro ex ipsorum perditione lucrari. Veruntamen Dominus Macarius, sicut scimus, ex quo ejus agnovit miseriam, nec scripsit ei, nec fecit ut de Episcopo mentionem. Quòd si eum nummè deposuit, non tamen ideirco ei communicare dicendus est. Non enim potuit synodum facere contra eum. Quod autem ad se attinet, fecit, ab eo se animo separando, qui ulteriùs nec scripsit ad eum, nec eum nominavit Episcopum, immo & è contrario in collocutionibus amarissimè ejus faciens mentionem. Nam nec nos nunc Cyrillum & Iohannem ab Ecclesia fecimus alienos, sed non ob hoc communicare eis credendi ullatenus sumus donec illorum perditionem nostris animis inducamus. Et quidem miseriæ meæ per gratiam Dei ista voluntas est. Si verò Iohannes anathematizaverit ista capitula, cumque eis Cyrillum, qui ea exposuit, & agit pro eis, & non subscripserit ordinationem Procli, per hoc utcunque compensans ea quæ contra Deo amicissimum Episcopum Nestorium iniquè præsumpsit. Etenim Proclus amplectitur procul dubio Cyrilli & Iohannis communionem. Unde & de ea quæ dicitur ejus confirmatione synodicam utrisque transmisit. Si ergo Iohannes hæc fecerit, & Deo amicissimum Nestorium Episcopum fuerit se habere confessus, non dictum tantummodo, sed ut eum in Ecclesiam introducat, & cum eo sedeat, tunc cum nostra ipsorum securitate seu munitione amplectemur ejus communionem. Præter hæc autem decies millies ab Ecclesia pelli exotem & per universa mortis genera transire quàm communionem ejus amplecti, etiamsi nullus è clero vel populo hanc beatam viam carpentem me sequi voluerit.

CAPUT CLIX. 247

Epistola, inquit, Maximini & eorum qui erant ex secunda Cilicia ad Antiochenum de communione. Et de capitulis fecit ut hæreticis mentionem.

Suscipientes tuæ sanctitatis litteras per Dominum admirandissimum Comitem Neoterium, omnino delectati sumus super expositione fidei sanctitatis tuæ, quomodo priùs sanctorum beatorumque patrum qui Nicææ convenerunt tua sanctitas fecerit mentionem, deinde illorum sanctorum propofuerit nomina qui semper claritate tectæ fidei micuerunt & pro pietate fortiter decertando coronati sunt. Hæc clarificaverunt animas nostras, hæc corda nostra festivitate repleverunt. Nihilominus verò anathematismi contra omnis contaminationis & impietatis Apollinarium & abominandissimas expositiones ejus nos supergaudere fecerunt. Et oramus ut sanctum tuum caput donetur nobis longissimo tempore perpetuò hæc exponens simul & admonens. Quæ enim præterita vel scripta vel dicta sunt, aliena ducimus à sanctorum beatorumque patrum fide. Expositioni verò tuæ sanctitatis orthodoxæ existenti & satis clarè prædicanti piam fidem acquiescimus. Et non nos dijudicet religiositas tua, eò quòd hactenus ad paternas tuas ulnas non percurrimus. Etenim semper nos omnino turbaverunt illa capitula, quæ & tua religiositas sæpius ut prava existentia repulit. Nunc autem optima expositione tuæ religiositatis accensi, rogamus sanctitatem tuam ut ores pro nobis quòd in fidei pietate persistemus & diligenter servemus vitæ munditiam. Hoc namque de nobis tuæ religiositatis est lucrum, ut sibi tui animi virtute proficiant. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

Iudicent & de istis qui beati Theodoreti ac beati Ibæ dicta condemnant, & pariter de Antiocheno præsule sancto Iohanne, qui talia scribentes minimè respuit.

CAPUT CLX. 248

Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Helladium Tharsensem, qui ei scripserat & direxerat litteras quæ à Constantinopoli venerant. Scripsit verò ei hortando eum ut uniretur Antiocheno, firmans quòd à nemine cogeretur depositioni consentire personæ.

ET literas quas tua sanctitas destinavit inspexi, & magnificentissimi atque gloriosissimi [a] Quæstoris epistolam legi, quam per Deo amicissimos [b] Donatum Presbyterum & Acacium Diaconum nobis destinavit. Legi verò & alias litteras amicorum, & inveni quòd omnes pro pace nobis hortatus offerrent.. Memor verò est & sanctitas tua quia & à principio dixerim orthodoxam esse epistolam quæ ab Ægyptio directa est, & nullam circa eam quandolibet discordiam habui. Hæc igitur apud memetipsum cogitans omnia, & quòd unum sit Ecclesiæ dogma, & quia hæreticorum illorum capitulorum virtus evacuata est, dum duæ naturæ pro una prædicentur, & confessa impassibilis deitas, collocutus sum Domino meo Deo amicissimo Episcopo Iohanni, & inveni eum pro orthodoxia studiosè certantem & Ecclesiæ unitionem fieri festinantem & depositionis subscriptionem minimè exigentem ab eis qui facere nollent. Inveni verò & eos qui sunt secundæ Ciliciæ ad eum communionis [c] epistolam destinasse. Necessarium igitur æstimavi dirigere honorandissimum & reverentissimum Presbyterum Basilium cum his litteris & rogare sanctum tuum caput ne perdas gregem tibi commissum, dum causæ nullius intersit. Nam per gratiam Dei & recta fides obtinuit, & ad injustitiam nos secum nullus impellet. Quæso igitur sanctitatem tuam iterumque ne differas litteras, sed ut scribas, & salves Ecclesiam, quandoquidem nec tua conscientia vulneratur. Nec enim nos justus judex alienæ injustitiæ exiget ultiones. Inquit enim: *Qui ligat sarcinam, ipse & portabit. Et qui uvam acerbam comederit, ejus dentes obstupefient.* Nos convenit & contentiones sistere & Ecclesias conjungere & commissas à Deo non perdere oves, ne ob hoc tormenta solvamus.

CAPUT CLXI. 249

Epistola, *inquit*, ejusdem ad Cyrillum Adanensem, quam scripsit rogans & ipsum ut pro pace satageret, confisus quia nihil ab eo expeteretur nisi sola communio.

T*Empus pugnæ, & tempus pacis*, inquit sapiens Salomon res bene dispertiens & quid sit proprium tempori cuique determinans. Igitur præsens tempus non belli, sed pacis est. Nam & apostolica doctrina per Dei gratiam tenet, & hæreticorum quievit nova vox dogmatum, & unus est sensus Ecclesiæ. Et secum nos injustitiam facere nullus impellit, nec ad damnationem quisquam cogit insontis. Et hæc manifestè cognovi colloquens Domino meo sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo Iohanni, & subtiliter ejus intentionem comperiens. Dignare igitur, sanctissime Domine, quia & hi qui ad secundam Ciliciam pertinent, ad me synodicam direxerunt, communicatores se ejus litteris confitentes. Hortare Dominum Deo amicissimum Episcopum Helladium ut pro unitione curet Ecclesiæ, quandoquidem nec ejus conscientia vulneretur. Oportet enim sanctitatem tuam pacem Ecclesiæ procurare. Sufficienter quippe invicem, velut in nocturna pugna, consumpsimus. Et operare ut nosmetipsos de reliquo cognoscentes, jam tandem amplectamur & pacem.

Et has superiores epistolas ex nomine Theodoreti positas non me arbitror inaniter transtulisse, licèt rationabiliter ambigam utrum verè sint ejus. Sed idcirco id egi ut quia talibus adversarii abutuntur, etiam circa hæc instruantur orthodoxi per gratiam Dei. Qui enim beati Ibæ adamarint epistolam, [d] ejus abnuunt esse; quæ etiam gestis [e] universalis Concilii absolutè sub ejus nomine continetur. Absque dubio Theodoreti credi desiderant, eò quòd eam operi suo Irenæus ille contexat: qui dum priùs acerrimus Nestorii defensor exstiterit, postea anathematizanti eum cum dogmate suo communicavit Ecclesiæ. Unde aliis & ipsi Theodoreto magnopere duxerat exprobandum. Ac ne hoc tantùm laicus agere videretur, [f] à Domno Antiocheno Præsule Tyriorum metropolis Episcopus ordinatus est. Multa enim talia ejus inter has epistolas dicta pro inutili longitudine prætermisi; cujus ad hoc aliqua transtuli ut ejus intentio nosceretur. Primus ergo hic ipse Irenæus, deinde consimiles ejus sunt abusi talibus, ut quasi de mutabilitate Theodoreto exprobrarent. Abutuntur his & Acephali, dum certè in non dicendo Ephesi secundo Concilio apud eorum auctorem Dioscorum nulla ex his legantur objecta. Quod certè immaniter videntes ad hoc impulit indigentia objectionum, ut de illis quoque addicendus judicaretur quæ adversùm duodecim capitula ante pacem conscripserat. Sed hanc objectationem serotinus & novellus error à veteri mutuatus est, adversariorum testimonia digna fide dicendo.

[a] QUÆSTORIS] Domitiani; cujus epistola ad Helladium extat suprà cap. CXXV. pag. 819. & cujus mentio fit in capite CXXIV. pag. 829.

[b] DONATUM] Vide suprà cap. CLI. pag. 852.

[c] EPISTOLAM] Habetur suprà cap. CLIX. pag. 858. Illius rursum mentio est in epistola sequenti.

[d] EIUS ABNUUNT ESSE] Facundus in epistola contra Mocianum: *Non enim vel hoc fatentur quòd Ibæ sit, sed quòd ejus esse dicatur.* Pelagius II. in epistola secunda ad Episcopos Istriæ: *Quisquis igitur epistolam quæ Ibæ dicitur asserere quòd sit ex synodo nititur, quid aliud quàm gesta ejusdem synodi destruere conatur? Et paulò post: quæ nimirum si vera creditur, etiam tota sanctæ Ephesinæ synodi fides ac reverentia dissipatur.* Gregorius magnus lib. 7. Ind. 2. epist. 53. *Epistolam verò quam iam reverentissimus Ibas denegat suam.*

[e] UNIVERSALIS CONC.] Chalcedonensis, ubi habetur in actione decima. Verùm sanctus Gregorius in loco paulò antè laudato ait eam in extrema parte synodi jacuisse. Diversæ ergo olim fuerunt collectiones gestorum Concilii Chalcedonensis. Etenim in codicibus Rustici epistola Ibæ habetur in eadem actione decima. Non extat autem in Isidoriano. Habetur etiam in collatione sexta Concilii V.

[f] A DOMNO] Falsum istud. Etenim Irenæum à Theodoreto Episcopo Cyrensi ordinatum esse docet epistola 110. ejusdem Theodoreti, quæ data est ad Domnum Antiochenum.

Ego autem scripta hæc tantò in melius accipienda perspicio quantò Theodoreti probare potuerint; licèt in eis illa intentione quam videre non volunt, post Ecclesiæ ex parte unitionem de beati Cyrilli dictis destruere & injuria damnatum videatur dixisse Nestorium. Tota namque intentio pro caritate secundùm Deum proximorum fuisse monstratur. Per hoc solum suadere studuit ut ad Ecclesiæ Christi pacem trahens orientis Episcopos, nullum foris ab ea æternæ tradendum perditioni relinqueret. Quod tunc eis aliter suadere non poterat nisi talia interim verba misceret; Quippe quando & ipse sanctus Iohannes Antiochenus Præsul cum adunatis sibi coepiscopis suis, id est, magno illo sene Acacio Berrhœensi, & Paulo Emeseno, & aliis, simili hæc intentione tolerabat. Quis igitur sic malevolentiæ cæcus sit quem ad malam suspicionem sola hæc dicta inclinent, & non potiùs ad boni propositi effectusque intellectum trahant? Qui longè clariùs meliores existunt, quoniam tot pastores & plebes abstulerunt Nestorio, & Ecclesiæ reddiderunt unitati. Nam fructus horum scriptorum illi nimirum sunt quos legemus post paululum, uno spiritu damnatis erroribus, ad quod nisi tali dispensatione perduci non poterant. Intellexisse verò eos integrè Theodoreti intentionem & ex ipsa circa fidem Nestorii & ejus adversitate cognoscitur. Nam dum Nestorius unitivæ Cyrilli ad Iohannem epistolæ fidem clarissimè impiam demonstrare festinat, eam Theodoretus constantissimè asseverat orthodoxam. Et insuper post tales ad se Nestorii litteras, hoc idem faciendo persistit, ad Helladium metropolitanum Episcopum in sua epistola dicens: [a] Memor est autem sanctitas tua quia & à principio orthodoxam esse dixi epistolam quæ ab Ægyptio directa est, & nullam circa eam quandolibet habui discordiam. *Quod et ille Alexander, qui ab hoc ipso Irenæo per omnia valde laudatur, in epistola quam* [b] *suprà posuimus improperat dicens:* Non verò miretur religiositas tua quòd tu quidem scribas illa, qui Cyrillum putas orthodoxum, ego verò ista, qui Cyrillum habeo hæreticum. *Quæ omnia evidentiùs elucent, si scriptis his Theodoreti illa Nestorii conferamus.*

CAPVT CLXII. 250

Epistola, *inquit*, ejusdem ad Mocimum Deo amicissimum Oeconomum Hierapolitanæ Ecclesiæ; per quam significat quòd in Antiochiam ingressus, Iohanni collocutus sit, & ea de quibus agitur decenter & optabiliter composuerit.

Qvi facit omnia longè meliùs quàm petimus vel intelligimus, præparavit nos colloqui cum Domino meo sanctissimo Episcopo Iohanne, & sermone de singulis habito, terminum quem volebamus accepimus. Invenimus quoque remedium quod sufficiat Domino meo Deo amicissimo Episcopo vestro, subtilitatis dogmatum causa. Dignare igitur, Deo amicissime, proloqui religiositati ejus & eum nobis ad persuadendum facilem præparare. Speramus enim quia, jubente Deo, circa diem mensis hujus vigesimum omnem vobis collocutionem nostram narrabimus, ut & vos Domini mirabilia obstupescatis. Qui nobiscum sunt, salutant tuam religiositatem.

CAPVT CLXIII. 251

Epistola, *inquit*, Meletii, quam scripsit ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, indicans quòd communicaverint secundæ Ciliciæ sacerdotes, primæ verò eos sequi potiùs vellent.

RE vera, nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis veritatis semen sanctitatem tuam, sicut Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus effecti. Qui enim videntur adhuc pro pietate confligere, ut non dicam cuncti nos, erubescendo tuæ sanctitatis pro pietate constantiam, videntur utcunque hactenus tecertantes, ut post bella inviti tentantes; quasi rationes Deo non simus reddituri, ad quem referri contingit hujus certaminis causam; dum certè fructus servetur, restituendus in tempore suo his qui ex tota virtute diligunt Deum, & ob hoc sincerissimè in præsenti ostendunt pro pietate constantiam. Sed optamus donati nobis tuam diutissimè [illegible] eam quæ in hac vita emersit caliginem [illegible] rem perfectæ circa Deum notionis festa [illegible]. Nos autem, sicut jussisti, Domine mi Deo amicissime, Episcopo Helladio sanctitatis tuæ misimus litteras, & reciprocas accipientes tuæ sanctitati direximus. Quæ autem circa nos aguntur vetemur edicere. Vnde id omittens, quæso sanctitatem tuam, consuetè ora pro nobis, ne nos valeat impietatis unda submergere; quæ intolerabilis, ut videtur, existit, nisi dives quædam desuper gratia venerit.

CAPVT CLXIV. 225

Epistola, *inquit*, Helladii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua indicavit quòd secundi quidem Cilices communicaverint, compellatur verò & ipse ab omni clero & Episcopis provinciæ suæ Antiocheno conjungi, dicentibus sibi præfatis ne deteriora mala contingant his quibus nunc coarctatur Ecclesia.

COnvenientia quidem tui apostolici propositi & zeli quem pro pietate geris à principio usque ad finem, & ista sunt quæ nuper nobis per Deo amicissimum Episcopum Meletium tuæ sanctitatis porrecta sunt scripta. Ego verò & quæ scripsi, & quæ locutus sum reverentissimo illi & optimo, minimè obliviscor, & nunc tuæ Deo amabilitati hæc ipsa significo: quoniam dum multa ac pessima contra Ecclesiam Dei mala versantur, ad medium venditionis & emptionis præsunt homines prava sentientes & indiscreti, & alia inoptabilia & vitanda, quorum nec numerus potest explicari, quid agam reperire non valeo. Nam quiescere quidem & meam solius observare animam æstimo amplectendum, sicut testis est conscientia mea; & multis emere velim, ut à principio usque ad finem æquali uterer vita, nihil pro commissi

[a] MEMOR] fragmentum est epistolæ Theodoreti quæ extat in capite CLX. pag. 859.

[b] SVPRA] cap. CLII. pag. 852.

ministerii necessitate relaxans, neque meliore, velut ita dixerim, conversatione prælata. Sed si prodidero iterum quibus non oporter Ecclesiam Dei & fidelissimos Christi populos, nescio an vel parva mihi satisfactioois particula in diem jodicii relinquatut. Vnde omnem simul securitatem omnemque pariter curam jactans in omnium Dominum, in ipsum solum confido, præcipuè videns quòd omnis noster Deo amicissimus clerus & ferè cuncti sanctissimi Episcopi compellont oos ad conjunctionem prospicere. Et secundi quidem Cilices, quod & tu, Deo amicissime, jam fortassis audisti, & pacificati sunt & Antiocheni amplexi communionem, & apud nos petagere hæc ipsa festinant. Ego verò remansi cum duobus Deo amicissimis Episcopis tantùm, non minor zelo, ut arbittor, pietatis à tua sanctitate, deliberans unà cum eis neque præter Domini Christi facere voluntatem neque Ecclesiam Dei & fidelissimos & amatores Christi populos prodere. Tuæ sit orationis, Domine, mihi de reliquo, ut sicut desiderii nostri est, ita hæc pia dirigatur intentio.

CAPUT CLXV. 253

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam Tharseosi rescripsit, vituperans quidem scripta ipsius, admonens verò eum ne desereret ea quæ semel Deo amabiliter judicasset.

IVdicium qoidem de talibus, Deo amicissime Domine, tuæ est per omnia Deo amabilitati conveniens per omnes spiritales viventi virtutes. Ego autem rogo ut illud mente percipiat Deo amabilis anima tua, quòd ubique per orbem tempore isto publica exeritur audacia ab ægrotantibos ea hæresi quæ nuper emersit, aot ei præbetur locus ab eis qui esse sani videntur. Et clarè illud propheticum opere perpetratur, quia *& ipsi commiscebantur meretricibus, & cum consecratis idolo sacrificabant; & intelligens populus*, quin immo, ut veterius repetatur, sacerdotes, qui intelligunt, *compelluntur fornicari*. Quid igitur quæso convenit ulteriùs sustinere eos qui secundùm veritatem pro pietate certant, nisi utiqoe ot pellantur & exilientur & persecutionem sustineant omnemque speciem tormentorum, juxta Apostoli sententiam, qui ait: *Omnes enim qui volunt piè vivere in Christo, persecutionem patientur. Mali verò homines & deceptores proficiunt in pejus, errantes, & in errorem mittentes?* Sed ecce, ut scripsimus pridem, serenissimus & mansuetissimus Imperator noster, dum certè sicut contra hæreticos ad eum accusatores nostri retulerint, oihil nobis proposiiit aliud nisi ut aut communicemus orthodoxiæ proditoribus, aut segregemur ab eis. Nos autem, qui pro pietate certamus, quid oportuit sustinere? Requiem, honorem, gloriam, permaosionem temporalem, &, ut complexè dicamus, præsentis temporis fruitionem, an omnem speciem tormenti & pœnæ? Nullus enim, dom pro pietate certaret, distributis unquam deputatisque tormentis abscessit; sed è diverso suo quidem proposito ad dita omnia præparatur. Necessitate verò corruptibilis corporis, una vel secunda pœna ad finem pervenit. Meliusque jam fuerat à principio nos exivisse, nec multos ad pietatem in nobis attonitos robotasse, quàm ounc ad tam mansuetam clementemque propositionem torpescere. Et hæc nonc mihi non ad tuam religiositatem dicta sint, sed ad meam meditationem, propter secundas has litteras. Tria sunt ab Antiocheno commissa, communio cum hæretico, rectæ fidei anathematismus, orthodoxi hominis depositio. Quid horum quæso excusare valebimus, & pro quibus ei communicare vitabimus? Nam duo quidem manifesta sunt quòd ab eo in Deum commissa sint, tertiom verò in hominem. Verùm quia Dei sacerdos est læsus, & hoc quodammodo refertur ad Deum. Illud verò Heli cogitato sacerdotis: *Si peccaverit*, inquit, *homo in hominem, orabunt pro eo.* Quomodo igitur est possibile ut nos pro pietate certantes deseramus quæ prima & quæ necessariora sunt causæ, & pro iniquitate quæ io personam commissa est resistamus? De pietate quidem pro nihilo taceamus; objiciamos verò non nos esse in dejectione participes, ex quo semel ejus communionem fuerimus amplexi? Ego verò ordine & consequentia progrediens, credo io Dominum Christum, quia etsi exilium nobis minentur & mortem, communicare ei nullatenus sustinebo, quando & decies millies orthodoxus esse prætendatur; idcirco præcipuè quia communicaverit hæretico, & abjutaverit rectitudinem fidei. Qui verò nuoc boni sunt circa vos, per suos proprios, per quos ad nos scripta misetunt, & ipsam, tempori succumbentes, addixere personam. Quicqoid ipsi personæ scripserint pridem, quando meliorem de ea gerebant spem, tuam non latuit sanctitatem. Nonne aotem stupendum, seu mirum, qoòd nobis in præsentis certaminia tentatione contigit idem, falsa eorum qui nos amare videntur misericordia, veritate verò oderunt, & reprehensiones, & cootumeliæ, & subsannationes, & exprobrationes eorum quæ circa tempora immutantur, nec pro veritate certant, & blandimenta propriorum, & ipse circa eos nec rationabilis neque necessarius noster affectus. Per hæc namque universa & tentati & probati sont qui Christi martyres confessoresque sunt pietatis effecti. Et alii quidem vicetuot, noooulli aotem plerunqoe succubuertot. Quem namque eorum non circumdedit multitudo affinium, conjugum, filiorum, fratrum, parentum, amicorum, vicinorum, sodalium, affectus firmitatem monstrantium, & à constantia circa Domioum revocare tentantium? Noo habemus pecunias & munera & naves plenas oneribus, quæ mittamus; sed habemus orationes & lachrymas, & gemitus compunctionem, & ad Dominum vigilias. His namque armatur veritas, illis autem multitudo contra veritatem. Sed sub debito sunt, inquiunt, Ecclesiæ oostræ. Ergooe ob hoc despicienda est pietas? Vnde verò debent? Numquid deliciati sumus ex eis? Numquid donavimus nostris? Numquid nostra solvimus debita? Quòd etsi eis thesauros decem millia congregemus, nonne bonum est ut verba Domini Christi teneamus in mente: *Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, anima vero sua faciat detrimentum?* Instant enim nobis cogitationes hujosmodi, qoas per gratiam Dei alteris cogitationibus sobriis & verbis scripturæ destruimus. Bonum verò est io statu sistentibus illa divina monita meditari, qoæ inquiunt: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri invocabimus.* Et. *Contra me*, inquit, *garriebant qui sedebant in porta.* Et. *In me psallebant qui bibebant vinum. Ego verò & oratio mea ad te Deus. Tempus beneplaciti Deus.* Et illud Hieremiæ: *Ego autem non destiti post te consequendo, & diem hominis non desideravi.* Et. *Quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram revelari in nobis gloriam.* Quæ autem nuper magnis contra me elicuerunt studiis, reqoies mihi sunt & libertas, si

hoc

Anno Christi 431. Synodicon.

hoc permiserit Deus, ab hoc prælio non dicendo. Quam enim speciem contrarietatis adversùm me Antiochenos non exercuit? Nonne militum magistros & judices adversùs meam armavit humilitatem? Nonne [a] martyris Ecclesiam à me abstulit, in quam ferè trecentas auri libras expendimus, & Ecclesiam sub debito fecimus? Nonne [b] invasit parrochias meas? Nonne militarem commovit cohortem contra [c] Episcopum senem, eoque expulso, introduxit sacrilegum? Nonne alibi [d] fornicarios & criminum stigmatibus inustos ordinavit? Nonne hanc omnem, quod ad se attinet, regionem adversùs nos invitavit? Et per eum qui me confortavit gaudium, & corona, & exultatio, & exercitium, & unctiones mihi hæc omnia facta sunt, ut experimento discerent quia in multa probatione tribulationis abundantia gaudii nostri est. Ad recommemorandam verò religiositatem tuam & eorum quæ ab Epheso pridem scripsimus ad sanctas Dei orientales Ecclesias, transcribens ex chartis ecclesiasticis quæ apud nos sunt, exemplar tuæ sanctitati direxi.

Hic illud non posui, quia suprà jacet.

CAPUT CLXVI. ...254

Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit postquam ingressus Antiochiam Iohanni est collocutus, & præfatus senex Deo amicissimus ejus, id est, Theodoreti, colloquium non est passus ulteriùs.

EGo, etiamsi me tua religiositas persequatur & pellat & utatur vectibus contra nos, non desinam procidens supplicare & provolui pedibus ejus sanctitatis & tenere illa genua quæ in orationibus expendisti, & ad quorum obsequium pertinet universa peragere, & quibus testimonium perhibent ea quæ nuper sunt acta. Post turbas enim decem millia & non pauciores perturbationes, quas sustinui, videns in magno periculo animas quæ commissæ sunt nobis, in domo facto colloquio universa nobis per gratiam Dei votivè peracta sunt. Servo autem narrationem collocutioni futuræ. Invenimus enim & satisfactionem quæ tuæ mundæ conscientiæ satis sit, & ab omni eam dubitatione valeat prævenire: cui & Isauri cedentes & Cilices, amplexi sunt communionem ad Dominum meum sanctissimum Episcopum Iohannem. Spero autem, concedente Deo, ad tuam venire sanctitatem circa diem mensis hujus vigesimum. Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus.

CAPUT CLXVII. ...255

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, qua respondit indicans quidem causas quæ id non sinerent fieri, rogans verò ne ob hoc sibi de cetero instaretur.

ARbitror quòd religiositas tua non solùm nihil omiserit eorum quæ ad salvationem pertinent infelicis animæ meæ, sed & supergressa sit illum pastorem velocissimum qui in evangelio legitur. Ille enim semel ivit ad ovem quæ perierat inquirendam; tua verò sanctitas & [e] Harbath meum montem & Hierapolim & Zengma & Antiochiam nunc adiit ad animam meam, quæ periit, inquirendam. Quiesce igitur quæso de cetero & ipse fatigari & conterere vos. Ego enim non quomodo agant Cilices & Isauri intendo; sed si [f] omnes qui fuerunt à seculo homines à mortuis resurgentes Ægyptiæ abominationis impietatem pietatem vocent, digniores eos fide nullatenus duco à scientia quæ mihi Deo largiente donata est. Et nihil horum quæ scripturus sum dicerem, sicut testis est veritas, nisi talia nobis, quasi exquisita propter nos satisfactione, per epistolam tua sanctitas indicasset. Arbitror autem quòd ego potiùs locum habuerim tuæ scribere sanctitati, deposuisse quidem me talem provectum, investigasse autem veritatem. Pro talibus causis sancti monachi qui sunt Alexandriæ epistolas direxerunt per Chometum his qui in Ægypto fuerunt, Acacio reverentissimo Diacono & Xenodocho, & Scyllacio religioso Presbytero & Gazophylaci, execrantes impietatem Cyrilli & pestilentiam quæ comprehendit Ecclesiam Dei, & sibi indicari rogantes si aliqui Deo amicissimorum Episcoporum per orientem relicti sunt qui non sunt hujus temporis facti; ut si remanserint, scriberent iisdem monachis ut venirent & habitarent sub umbra eorum. *Hic namque*, inquiunt, *ab altis sedibus Deus passibilis prædicatur.* Deo amicissimus Presbyter & Archimandrita [g] Parthenius & mihi & tuæ religiositati direxit epistolam, quia cum fiducia nunc in Constantinopolitana dogmatizantes Ecclesia dicunt quia ille immortalis est mortuus. Et ante paulum quàm susciperem tuæ religiositatis [h] epistolam, undecimo quidem die veniens indicavit quòd propter hanc hæresim ab ipsa Ecclesia infinitæ multitudines se separarint. [i] Andreas verò Deo amicissimus Episcopus ante hos mihi dies per epistolam scripsit quòd in tota Pontica regione Deus passibilis prædicetur. Deo amicissimus & sanctissimus Episcopus ex Ægypto tuæ religiositati per epistolam indicavit: [k] *Rabbulas de vobis quidem sapit quòd pietatem cognoveritis; de nobis verò ubique scribit evidenter nos hæreticos nominans.* Qui sunt à secunda Cilicia mihi synodicum direxerunt, in quo & Cyrillo dederunt anathema, excommunicantes eos qui eum ut Episcopum habent. [l] Simili mihi epistola indicavit Helladius quòd simul & ipse decreverit unam sententiam in his quæ Deo amicissimis secundæ Ciliciæ Episcopis placuerunt, & quia nonnulli illius regionis Episcopi altera sapiunt, sui permutatione tempori servientes. Quinque epistolas habeo Deo amicissimorum Presbyterorum [m] Photii atque Martyrii, duas quidem communiter scriptas, in quibus orthodoxam epistolam, tres verò à solo Deo amicissimo Photio, in quibus eam nominavit hæreticam. Deo amicissimus

[a] MARTYRIS] Sergii, quæ sub Hierapolitana erat Ecclesia, ut dicitur suprà cap. CXXIV.
[b] INVASIT PARROCHIAS] Suprà cap. CXXVIII. de hac ipsa re: *Qua ei concedit regula ut in aliena parrochia consecret?*
[c] EPISCOPUM SENEM] Alexandrum Hierapolitanum, qui heic loquitur.
[d] FORNICARIOS] Athanasium nimirum, qui superordinatus est Abbibo Episcopo Dolichii. Vide suprà cap. CXXXIII.
[e] HARBATH MEUM] Suprà cap. XCVI. scriptum est *Arbathimilas*, capite verò XCIX. *Marbathimas*.
[f] OMNES QUI FUERUNT] Idem Alexander suprà cap. CXLVII. *etiamsi omnes mortui ab initio mundi resuscitentur.*
[g] PARTHENIUS] cujus mentio suprà cap. CLII. & sequenti.
[h] EPISTOLAM] Extat suprà cap. CLIII.
[i] ANDREAS EPISC.] Samosatenos.
[k] RABBULAS] Episcopus Edessenus. Vide suprà cap. XLIII. & sequenti.
[l] SIMILI EPISTOLA] Habetur suprà cap. CXLIV.
[m] PHOTII] Presbyteri Constantinopolitani, qui discipulus ac fautor Nestorii fuit. Vide suprà pag. 531. 618.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

Zebinas, qui in Antiochia fuit, Proponiaous Eurethæ, Eustolianus in Anazarbo cum reliquis Episcopis coram Ecclesia anathematixavit Cyrillum & communicantes Cyrillo. Veruntamen & comperi nunc. Aurelius Flavius est. Potui ex his, ut prædixi, tuæ religiositati investigandæ veritatis dare consilium, sed præsenti tempore judicavi tacere. Et per sanctas orationes tuas omnes hi qui condemnaverunt impium Cyrillum, sicubi dixerint orthodoxum, permutati sunt circa hanc partem illorum fortè ponentur à me quorum sanctus meminit [a] Paulus. Rogo igitur religiositatem tuam, quia nec insanus sum nec delirus, ut parcas senectuti meæ. Sic enim verè nosset sanctitas tua in orationibus ita mea genua laborasse ut ipse dixisti. Ego enim ante triginta annos, dum Julianus quidam, vita evangelica vivens, Apollinaris morbo langueret, & nominaretur super oblationem in Ecclesia Chalenti & vicino monasterio, usque [laboravi dum] auferretur nomen. Sciet etiam illud, quia decem millia mortes sustinere paratus sum quàm tali communioni præbere consensum.

CAPUT CLXVIII. 256

Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua significavit quòd Cilices & Isauri subscriptis conditionibus Antiocheno sint adunati.

SEu suscipiat quæ à nobis vel apud nos aguntur sanctitas tua, sive etiam non, nos non quiescimus, illa facientes tuta virtute quæ coram terribili illo tribunali damnationem qualemcumque nobis non inferant. Etsi in aliis enim negligentes & fastidiosi sumus, nullamque rerum divinarum facimus curam, sed in talibus & oramus & satagimus ne studiosis bonorum multò infirmi simus. Innotesco igitur sanctitati tuæ quia Cilices & Isauri & eulogias Antiochiam direxerunt, & in litteris suis ut Episcopos nominatunt & Alexandrinum & Constantinopolitanum, adjicientes non se communicare depositioni sanctissimi Episcopi Nestorii. Hæc mihi indicaverunt nonnulli communium amicorum, mandantes ut etiam nunc tuam deprecer sanctitatem, & ad sanctos pedes tuos cadam, & persuadeam quatenus his quæ cunctis placuerunt communiter acquiescas. Putant enim me cuncta posse apud sanctitatem tuam. Vnde iterum rogo animam tuam sanctam ut suscipias hanc deprecationem meam, & condescendas pro Ecclesiæ pace.

CAPUT CLXIX. 257

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam rescripsit Deo amicissimo Episcopo Theodoreto, insinuans quia nihil interesset apud se quòd Cilices & Isauri Antiocheno communicassent, quando ipse omnia sustinere pro pietate delegerit.

AB initio ego nec vos nec Cilicas sum secutus. Et maximè vos, qui aliquando quidem super nubes volatis, aliquando verò ad illius genua ut deditirii observatis. Quippe orbis terrarum notatus à vobis est, & utraque propria estis voluntate perpessi. Vos autem dixi, ut facerem commune quod tuum est. Sed à principio memetipsum à Cyrillo impio separavi & à communionibus eorum qui usque ad præsens pro sua impietate certant, vos maximè suæ hæresis cooperatores accipientes. Nihil enim nunc usque nos latuit eorum quæ ab illo conscripta sunt, sed inter manus habemus & ea quæ [b] Berrhœensis scripsit Acacius, & [c] ea quæ per Emesenum Paulum & quæ [d] adversùs tuam religiositatem scripsit, & quæ [e] ad Clericos suos Constantinopoli remorantes, & quæ [f] ad Melitinensem Acacium, postquam cum Paulo fœdus communionis iniit, ubi & acriter pro sua hæresi agit. Antiochenum namque nec habui hæreticum unquam, nec habeo, etsi propter tempus inter utramque in nonnullis variari partem potuerit. ET POST ALIA. Conjuro igitur te per sanctam trinitatem ut ad me desinas. Spero siquidem in eo qui crucifixus est. Quippe apud me valere fecit ampliùs pietatem, & quatuor gubernatores & alios mundi judices quietè superavit, nec permissurus me scandalizari per te. Ego enim cum tanto jam gaudio me expulsuros excipiam ut si auri mihi ulla copia, exceptis vasis ecclesiasticis, esset, plures eis eulogias quàm pro bonis nuntiis darem. Nam quia Ecclesia nostra nec habet quodcumque nec habuit, neque ego accepi, neque tribui cuilibet usque ad obolum unum, sæpe me arbitror intimasse. Vnde nec codicem quemlibet ejicere pertuli, sed nec unum per gratiam Christi obolum ex ecclesiastica facultate. Sed ex his quæ mihi direxerunt amici habeo ad animalium conductionem; & sic sum quotidie quasi in frixoria positus, Domino teste. Absque enim necessitate irrefutabili pascua non relinquo, Dei judicium metuens; ne & hic inter tentationes ab eo constitutus, & in futuro rationem relictionis exsolvam. Necessitas autem & hic nos à dubitatione & illic à damnatione liberos præstat. Non igitur hujus rei gratia tua religiositas fatigetur, sed oret pro nobis tantummodo.

CAPUT CLXX. ...258

Theodoreti ad Nestorium, *inquit Irenæus*, sanctissimum, ut persuaderet sanctissimum Alexandrum adunari Antiocheno.

DOmino meo & secundùm veritatem Deo amicissimo atque sanctissimo patri & Episcopo Nestorio Theodoretus in Domino salutem. Pessimè quidem ægrotavi postquam redii à Germanicia; ampliùs verò me conficiunt & validiùs cruciant ea quæ geruntur circa Dominum meum sanctissimum Episcopum Alexandrum. Nec enim Domini verbis acquiescere patitur dicentibus, *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*, nec juramentis beati Pauli, quibus usus est ad suadendum nobis quòd anathema fieri à Christo juraverit pro impiis Judæis; sed vult commissa sibi pascua perdere, & ultiones ob hoc debitas pro nihilo deputat. Vnde iterum tuam sanctitatem

[a] PAULUS] in epistola ad Galatas 2. *Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, prævaricatorem me constituo.*

[b] BERRHOEEN. ACACIUS] in epistola ad hunc Alexandrum, quæ extat suprà cap. LV. pag. 757.

[c] EA QUÆ PER EMES.] Hujus loci sensum, alioqui non admodum difficilem, assequi non potuit Lupus. Agitur heic de epistola Cyrilli de pace ad Joannem, quam à Paulo Emeseno delatam esse ad eum docet Liberatus. *Ascendens ergo Antiochiam Paulus obtulit Johanni Archiepiscopo & omni Concilio ejus epistolam Cyrilli.*

[d] ADVERS. T. RELIG.] id est, apologiam Cyrilli adversùs reprehensiones Theodoreti, quæ extat tomo tertio Conciliorum pag. 822.

[e] AD CLERICOS SUOS] nimirum ad Eulogium suprà pag. 597. & ad Theognostum & Charmosynum suprà cap. LXXXV. pag. 792.

[f] AD MELITINEN.] Habetur suprà pag. 599.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

rogo ut ei scribas & ejus sanctitatem persuadeas Paulum audire dicentem, *quia non quaero quod mihi soli expedit, sed quod pluribus, ut salventur*, & acquirere ut pusillum delinquat. Sic enim ponamus quasi & hoc fiat ut à multo delicto ceteros liberet. Scis enim clarè quòd dico, Deo amicissime Domine; & nosti causas mei doloris. Unde nec pluribus verbis indigeo; sed tuæ supplico sanctitati ut eum vehementius increpes. Arbitror enim quia si id fiat, non refutabit nostra colloquia, atque ita, Deo favente, difficilia cuncta solventur.

Dubitare me fateor an epistola Theodoreti sit credendo, qua hortari narratur Nestorium ut ejus correctione Alexander, id est, quasi alter Nestorius, corrigatur, dum tria & eadem uterque proponeret, id est, ut Cyrilli scripta decernerentur hæretica. ut non damnarentur Nestorii dogmata, ut ejus dejectio solveretur; alioquin ut, quod erat residuum, non communicarent his qui ista renuerent. Theodoretus autem contrario evidenter tramite means, perspicuè ad id quærere colloquium apparebat Alexandri ut ei de communione cum Iohanne ineunda [persuadere] posset. Tale igitur erat, si credendum est, quod Nestorio suadere susceperat, ac si diceret: Increpa Alexandrum, cùm communicat tibi ac tuis, & non potiùs communicatoribus Cyrilli depositoribus tuis & anathematizantibus tua dogmata. Nisi fortè, ut assolet, Theodoretum magnæ utilitatis spes & nimia caritatis intentio assumptæ rei difficultatem non sivit intendere. Nihil namque ampliùs erat agendum quàm quò suas partes Nestorius ipse dissolveret & sui causa disruptos Ecclesiæ restitueret. Una quippe causa erat Alexandri & ceterorum partis ejusdem; & quòd in illo obtineretur à Nestorio, Ecclesiæ tot Episcopis non absque gregibus suis Theodoretus magno utique caritatis cupiebat instinctu. Unde necessariò & illud evenerat, ut [caritas] in illo jam cœpta haberi firmatetur, ab ipso auctore destructa. quòd si per hanc obtineretur epistolam, de fructu ejus omnes, puto, catholici lætarentur. Quin etsi, ut contigit, impetrare non posset, ille internum vir ita excitavit quicquid pro Ecclesia contra hæresim facere valuit ut nihil quod fieri deberet emitteret. Quæ usque adeo mihi summum tenere videtur intentio ut nec optato fine meliorasse poterit, nec eo quod evenit debeat judicari deterior. Neque illud autem credo quòd talia scripta Theodoretus, si tamen ejus sunt, quod ubique dicendum est, absque suæ opinionis apud aliquos offuscatione legenda crediderit. Sed quid mirum si æstimationem apud quosdam despexit pro tali negotio, pro quo despicere posset & vitam? Nonno apud sapientes & justos hinc clarus enitesceт? Sciendum namque est usque adeo veritatis esse sententiam qua hi qui per animi tumorem ex sua corripi persona non sustinent, seu ad recertandum continuò irritantur, detorta in alterius personam correptione monendi docentur ut eam sanctus Iohannes, præclarus Ecclesiæ doctor, Constantinopolitanus Episcopus & utatur multotíes & valde commendet, scripturæ divinæ explanando sententias. Itaque quantumlibet quis præfationem laceret hujus epistolæ, quæ fortè sola falsatus est, illius tamen calumniarum tenebris involvere non valet caritatem, si Theodoretus hortando Nestorium qualiter ad Ecclesiam revocaret Alexandrum, obliquè ipsi Nestorio monstrare cupivit quia & semetipsum debuit Ecclesiæ reddere pœnitendo.

CAPUT CLXXI. 259

Epistola, *inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua scripsit quòd hi quidem qui etiam ex secunda Cilicia communicaverint, alii verò Cilices & Isauri similiter sint transgressi quæ piè judicaverunt olim.

Gratias Domino Deo, qui per singulas generationes elegit eos qui protegunt veritatem, ut quæ perire periclitatur in plurimis, in paucis ejus tuitione servetur, demonstrationem donans per ista plenissimam eò quòd impossibile sit omnino conspirationem mali hujus ex toto exterminium fieri. Manet verò in paucis testimonium quòd hæc Deo sint placita, etsi omnes pariter ad contraria studia coovertantur. Gratias autem Domino Deo, qui hæc semper quidem ad munimen pietatis dispensat, & nunc verò tuam sanctitatem ad simile pro nobis obsequium, ut dum periclitetur pietas in omnium voluntate, apud religiositatem tuam maneat mysterium veritatis. Veruntamen humilitatem nostram similibus Paulo illi beato ad tuam verbis uti sanctitatem convênit & dicere: *Omnes nos Cilices reliquerunt, præsens seculum diligentes, & abierunt unusquisque post cor suum.* Magis autem tuam quidem sanctitatem valde ista dicere convenit, quæ & ante hoc aliis præfulgebat, quando videbantur defendere pietatem, & nunc in universam terram sola præfulget. Nos autem solùm grates convenit reddere omnium Domino Deo, qui reliquit nobis tempore Christianorum penuriæ sacerdotem, & cunctorum simul bonorum solitudinis summitatem & basim & robur & fundamentum tuam sanctitatem, ut nulla exurgente tempestate turbemur; qui & hoc præstet ut usque ad finem nobis tua sanctitas constet. Est enim Dominus omnium quò perficiat, ad confusionem quidem uniuscujusque tuentium & ad munitionem permanentium, si tamen adhuc aliquis est relictus. Sicut enim video, sacerdotum nullus remansit ubique nisi tua sanctitas. Sed dignare quæso & pro humilitate nostra orationes facere consuetas, ut digna efficiatur omni qua dignum est voluptate tentationes sufferre pro Christo.

Irenæus continuò interposuit inquiens pro eo qui composuit.

Sapiemet quidem Deo amabilis iste sacerdos epistolam intimavit huic magno veritatis athletæ. Erant verò omni verbo superiores ejus meritorum divitiæ & pietatis desiderium. Omnia enim quæ præsentis sunt seculi damnum putabat, ut lucrifaceret Christum, juxta vocem Pauli Apostoli, omnia postponens caritati quam habebat ad Deum. Unde usque in finem persistit incommotus idem pietatis propugnator egregius, quin immo turris adamantina, quam tanta amicorum simul & hostium phalanges

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

ab Iesu caritate dividere nullatenus voluerunt. Sed opus est in ejus laudibus immorari, dum liceat ex litteris quæ sequuntur addiscere quæ pastor Cyri Theodoretus ad Antiochenum sua epistola indicaverit, quantaque & ipse cum semper veneratione coluerit qui adversùs eum falsas inimicitias exercebat. Inquit enim: *Recolat sanctitas tua & illa verba quæ ab ea olim dicta sunt nobis, quia Dominum Alexandrum omnes pariter ferimus & portamus, & ei importunitatem quamlibet inferri à quocunque non sinimus.* Hæc enim clara voce sic dixit. Iste verò in suis litteris posuit, sicut continuò videbimus. Verumtamen nos non ex his hunc sanctum senem miramur per quæ eum quidam vel verbis vel litteris laudaverunt, sed ex confidentia circa Deum & pro veritate certaminibus, sicut ipsæ res prædicant.

CAPUT CLXXII. 260

Epistola Deo amicissimi Episcopi Theodoreti ad Iohannem Antiochenum, causa Deo amicissimi Episcopi Alexandri.

NOn pet neglectum distuli ad tuam sanctitatem litteras destinare, sed nesciens nunc usque quid scriberem. In suo siquidem tenore permansit Dominus meus sanctissimus & Deo amicissimus Episcopus Alexander, credens eum summæ esse justitiæ: cujus rei gratia neque amicos affatus neque preces admittit, sed evangelicorum transgressionem mandatorum deputat dispensativam condescensionem. Quia igitur eum clarè à principio, Domine, nosti, sed & aliam virtutem viri expertus es, quæso sanctitatem tuam ut patienter agas & eos qui ei tentant importuni esse prohibeas. Hoc enim coram veritate dico, quia & tuæ sanctitati decus plurimum providebit, necnon lætificabit ipsum, qui nullam consolationem ulla habet ex parte. Nec enim colloqui nec scribere patitur dilectoribus suis, nec ab eis excipere litteras; triumque nunc habet tantummodo votum, ut quacunque occasione à cura liberetur. Consequens verò est ut & emolliatur temporis spatio. Si verò idem ipse persliterit, nec hinc sanctitati tuæ ulla læsio erit nec nobis nostrove in commune collegio. Quæ enim per Dei gratiam docet sunt orthodoxa & convenientia ecclesiasticæ fidei; perturbare autem neque valet, neque tentaturus est; quoniam silentium tenet, Ecclesiæ pacem in nullo contaminans. Si verò ejectus fuerit, cognoscet sanctitas tua quòd maxima læsio inde contingat. Apertè siquidem divisio ex hoc ecclesiastici corporis fiet Constantinopoli & in aliis plurimis urbibus, eò quòd per simplicitatem nesciam nunc nonnulli putent eum integerrimæ fidei defensorem. Alii verò factis juvenilibus aggaudentes, & propter hoc contentiones in excelsum attollere festinantes, occasiones assumunt. Multam verò & tuæ religiositati, ignosce mihi hæc præ dolore scribenti, blasphemiam congregabit, si hoc contigerit; sicut nihilominus id quod priùs dixi, omnem gratiam & patientiæ laudem afferet. Qui enim nactus copiam ulciscendi non utitur potestate, nullis laudibus minor est. Recolat autem sanctitas tua & illa verba quæ ab ea olim dicta sunt nobis: *quia Dominum Alexandrum cuncti pariter & ferimus & portamus, & ei quamlibet importunitatem inferri à quocunque non sinimus.* Et propter universa ram quod est commune disponens quàm quæ propri sunt decoris, prohibeas eos qui illi infestari tentaverint. Hoc enim & placere arbitror omnium Deo & homines, non amicos tantùm, sed & inimicos, ad laudem movere.

Et reliqua per ordinem scripta sicut ab Irenæo sunt posita exequar in....

CAPUT CLXXIII. 261

DOmino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo [a] Meletio [b] Titus. Multa & diversa subinde hic [c] diffamantur de sanctitate tua, quibus exitus consonat, eò quòd nolit usque ad præsens sanctitas tua totius orbis & catholico & orthodoxo communicare conventui, ab aliquibus forsan qui quod expedit comprehendere nequeunt dissuasa. Nunc igitur serò tandem revigilare desidera contra versutias inimici, & omnium sanctorum Episcoporum affectum recupera, & noli ad præventiones & malloquia tendere, quæ juvare nihil possunt, quin immo & hic & in futuro seculo nocent. Claret enim quòd Dei providentia omnes sanari homines velit. Quomodo ergo credibile est quoniam solam sanctitatem tuam jusserit suis teneri judiciis? Cognoscat igitur [d] angelus tuus quòd [e] divinæ litteræ venerunt certa quædam contra eos qui non obediunt sancientes & contra non communicantes sancto universali que Concilio. Nos enim, qui semper oramus ut nequaquam diaboli mala prævaleant, rogavimus Deo amicissimum Archiepiscopum Iohannem differre donec hæ litteræ redderentur. Omne igitur tuæ religiositatis studium sit malas quidem cogitationes deponere, prodire verò & ad Antiochiam pervenire. Hoc enim multis modis fieri expedit. Si autem post has litteras sanctus angelus tuus occurrere non voluerit, nullus habebit ulteriùs unde in quoquam vituperet aut eundem sanctissimum & Deo amicissimum Episcopum Iohannem aut nos ipsos, quando sub omni velocitate hæc ipsa exequi cœperimus quæ à divino vertice sunt præcepta. Si enim divinæ litteræ inobedientes comprehenderint in eis in quibus videntur degere urbibus, intolerabilis eis tristitia fiet. Incolumes sitis.

CAPUT CLXXIV. 262

DOmino meo per omnia reverentissimo & admirandissimo & magnificentissimo Tito Meletius. Quoniam quidem providentia Dei, sicut in litteris ipse prædixisti, ô admirandissime Domine mi, omnes homines salvare velit, constat, sed non utique divinam voluntatem, sicut videmus, sequuntur hominum voluntates; quarum nos dominos faciens Deus, sicut cuique videtur, eis uti permisit ad probandam rationalis animæ vel benevolentiam vel malevolentiam circa Deum. Sic namque Cain quidem fratricidium præsumpsit, parum cogitans divina præcepta. Sodomitæ

[a] MELETIO] Episcopo Mopsuestiæ in secunda Cilicia, cujus nomen sæpe occurrit in hoc synodico.

[b] TITUS] Comes devotissimorum Domesticorum & Vicarius magistri militiæ. Vide suprà cap. CLIV pag. 854.

[c] DIFFAMANTUR] id est, dicuntur, narrantur. Marci cap 1. *At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem.* Actor 1. *A vobis enim diffamatus est sermo Domini.* Vide glossarium Dufresnii.

[d] ANGELUS] Et paulò pòst: *Si autem sanctus angelus tuus.* Hinc collegit Lupus Christianam fidem semper tradidisse unicuique fideli, præsertim Episcopo, esse proprium custodem angelum. Videntur alii. Suprà cap. XXXII. pag. 731. *electis angelis qui vos servant.* Vide etiam infrà cap. CCIII.

[e] DIVINÆ LITTERÆ] id est, præceptum imperiale, illud opinor quod extat in tomo tertio Conciliorum pag. 1213.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

verò ad omnes impietatum & iniquitatum declinaverunt species, nullam facientes memoriam voluntatis divinæ. At populus Judæorum crucifigere omnium salvatorem Christum minimè formidavit, dum certè debuerit eum qui ex eis ad omnium salutem apparuit cum festinatione recipere, sicut & volebat ejus dispensationis intentio. Et ut breviter dicam, omnis scriptura divina talibus exemplis referta est per quæ clareat quòd innumeri semper extiterint qui præter divinam voluntatem ad deteriora dilapsi sunt, omnino autem pauci qui salutem secundùm Dei obtinuerunt voluntatem. Non tamen ob hoc aut mali præferendi sunt optimis, aut optimi criminis rei esse putandi sunt, eò quòd non sint malis admixti. In nullo enim reprehendimus Abel quia Cain moribus non assensit, nec nos tamquam de insania incusamus eum, qui reliquos sui temporis universos non fuerit imitatus. Nec Abraham delirasse putavimus, qui ex omnibus generis sui solus Deo complacens factus est, & idololatriæ errori peregrinationem pro pietate præposuit. Nec Loth ab eo quod decet excessisse dicemus, qui solus ex omnibus Sodomitarum renuit opera. Nec despiciemus Moysen, qui regali obsequio præposuit pro pietate pericula. Nec præteribimus tres pueros, qui soli ex omnibus noluerunt imaginem Nabuchodonosor auream similiter aliis adorare, sed pro benevolentia sui erga Deum flammas elegere fornacis. Sed nec Apostolos, tamquam gentis nulla pars fuerint; qui cum duodecim numero essent ex omni populo Judæorum, in illum soli crediderant qui ab istis deceptor & Dei adversarius vocabatur, & certè hoc ipso eis ad præsens nibil aliud promittentem nisi tribulationes & persecutiones & mortes. Sed numquid eis infructuosa vel præsenti in tempore facta est diligentia competens? Et certè vide quòd Abel quidem majorem fiduciam post mortem possidet apud Deum, & Noë mirè salvatus est à totius mundi naufragio. Vide Abraham, qui principium & radix correctionis omnium factus est, & propter virtutem pater cunctorum fidelium meruit appellari. Vide Loth, qui ignem largissimum evasit. Vide Moysen, cui totius Israelitici populi commissus est principatus, & figuris honoratus est veri pastoris. Vide pueros, qui Babylone super omnes apud Chaldæos sint prælati mirabiles, & honoribus primis ac maximis benigni apud alienos effecti sunt. [[a] Vide] sanctos Apostolos, [b] quare qui & apud omnes & Imperatores & privatos sive subjectos tanta veneratione colantur ut pro summo beneficio habeant qui omnibus dominantur si Pauli scripturæ quisque sciat attendere ad consonantiam plurimorum, & quæ ad se attinebat diligentiam virtutis, nullus putaret esse juvaminis, neque aliquoquam dignus existeret & commune quisque pene particeps esset, nunc autem quia & soli apud semetipsos virtutes diligentes vita tali, apud omnes veneratione coluntur, & in futura vita sustinent beato & infinito lumine comprehendi. Non igitur vel nunc abjectos faciet apud Deum paucos qui tota pendent benevolentia circa eum, & ob hoc vituperantur, injuriantur, effugantur conspiratione plurimorum. Etsi enim nos sicut illi pauci ac beati non sumus, sed tamen illos modis omnibus imitari jubemur. Cujus rei gratia sicut in simulacris & imaginibus similitudines corporum, sic illorum virtutes divinis inscriptæ sunt litteris, ut nos eorum exemplar attendentes, facta ipsorum considerantes æmulemur, & non arbitremur nos novi aliquid instituere præter illa quæ apud veteres gesta sunt, etiamsi id ab omnibus incusetur. Et ne nos putes hæc nunc vanè percurrere, & ut scias ex ipsa necessitate & Deo devincta conscientia nos ad imitationem cogi priscorum, & ipsam causam breviter audi pro qua non inconsequenter nos ab Antiocheni separandos communione putavimus. Dogmata Cyrillus exposuit omni impietate replera. Propter ipsa cum Ephesi Antiochenus deposuit ut impium, participes adsciscens ad hoc plurimos alios è diversis provinciis & omnes orientalis regionis Episcopos. Abjuravit ejus ubique doctrinam, ut errori Apollinaris per omnia consonantem. Imperatore præsente juravit, sicut ipse Chalcedone [c] scripsit Ephesi constitutis, quorum rescripta salva sunt apud nos, quòd nec si pœnituisset Cyrillus & sua capitula rejecisset, eum ad communionem recipere acquiesceret qui princeps exstaret hæresios. Deposuit eum rursus [d] in Tharso & cum [eo] [e] septem qui pro eo adscenderunt Constantinopolim, factis synodalibus litteris, quas & cuncti subscripsimus. Super hæc permansit Cyrillus non solùm suorum scriptorum nihil abjurans, sed & prædicans ea cum majori fiducia. Et ille qui coram Imperatore juraverat nec pœnitentem Cyrillum se ad communionem recepturum, ad eum in Ægyptum misit supplicem Paulum; sicut & illud quod apud nos est exemplar ostendit. Et ipse ubique Cyrillus affirmat, tam per ea quæ scripsit Constantinopoli degentibus [f] Clericis suis, quàm per illa quoque quæ [g] ad Acacium Melitinensem, qui exprobraverat ei quasi à suis recesserit & ad communionem fuerit ab Antiocheno receptus. Taceo de ejusdem Cyrilli litteris ad [h] Acacium Berrhœensem scriptis inconvincibilem habentibus instantiam tam pro iisdem capitulis quàm pro omnibus quæ priùs & postea impiè exposuit. Post quæ Antiochenus Paulum in Ægyptum direxit, tam dogmata Cyrilli suscipiens, pro quibus eum secundo damnaverat, quam rectitudinem fidei anathematizans in scripto, & omnia faciens sicut ei placuit. Et horum testis est ipse Cyrillus, qui ejus satisfactionem suscepit: qui in suis ad Acacium Melitinensem litteris hanc eandem commemorans epistolam ad Acacium Berrhœensem quam fecit, mox intulit inquiens: *Quia nisi Antiocheno ea quæ à me ad Acacium scripta sunt placuissent, non utique à principio Paulum direxisset ad me.* Interpretatur verò Cyrillus idem in eisdem literis suis epistolam quam detulit Paulus, quæ sursum ac deorsum ab Antiocheno pro-

[a] VIDE SANC. APOST.] Ita nos reposuimus, cùm antea legeretur *sanctis Apostolis*. Et certum erat hiatum esse, cui supplendo hæc verba inseruerat Lupus. *Dignitas eadem obvenit sanctis Apostolis*. Nos maluimus sequi priorem loquendi modum.

[b] QUARE] Pote legendum *quippe*.

[c] SCRIPSIT] Ejus epistola extat suprà cap. XXXI. pag. 730. ubi hæc ipsa verba leguntur.

[d] IN THARSO] Vide suprà cap LXVI. pag. 769. cap CXXXVI. pag. 838. & cap. CXLI. pag. 842.

[e] SEPTEM] id est, Arcadium Episcopum occidentalis Ecclesiæ, Juvenalem Hierosolymitanum, Flavianum Philippensem, Firmum Cæsareæ Cappadociæ, Theodotum Ancyranum, Acacium Melitinensem, & Euoptium Ptolomaidis. Hos enim Constantinopolim miserat Cyrillus, seu potiùs Ephesina synodus. Vide suprà pag. 571. cap. LXV.

[f] CLERICIS SUIS] Eulogio suprà pag. 597. Theognosto & Charmosyno suprà cap LXXXV pag. 792.

[g] AD ACACIUM] Hæc epistola diversa erat ab ea quæ extat suprà pag. 599

[h] ACACIUM BERRHOE.] suprà cap. LVI. pag. 758.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

fertur, ut nihil omnino à capitulis differentem, sed eadem intentione conscriptam, & malè ex invidia intellectam ab eis qui eam orthodoxam quidem dicunt, sed his quæ ab eo prius sunt exposita esse contrariam, necnon & doctrinæ Nestorii consonantem. Verùm nos hæc omnia omittentes, hujusmodi conditionem dedimus Antiocheno, ut aut suaderet Cyrillum anathematizare omnia sua & sola apostolica doctrina esse contentum circa eorum quæ scripta sunt intentionem, & sic conjungerentur Ecclesiæ, aut ipse Antiochenus anathematizaret in scripto Cyrillum cum impiis dogmatibus ejus, contra quæ prius sæpe decrevit, & nomen Deo amicissimi Episcopi Nestorii, qui pro sola pietate tanta perpetitur, sanctis inscriberet diptychis. Sed [nihil] horum facere voluit. Propter hæc nos dissentimus ab eo, atque ab ejus communione disjungimur. Si enim pro incongruis ille persistit, quantum est ut nos pro pietate perstemus, pro qua utique & à communione ejus avertimur, non ab illa fide recedentes cum qua eum euntem ad Ephesum & ab Epheso revertentem suscepimus, sed ipsam fervantes ut apostolicam & à beatis patribus traditam quam à magno [a] Theodoro, qui ea quæ illi tradiderat tradens claruit, accepimus. Et ignosce quæso nobis non valentibus decipere conscientiam nostram. Si autem propter hæc tranquillissimus Imperator præcepit nos ab Ecclesiis ejici, facito quod justum est, nec malevolentiæ gratia differas ad finem quæ sunt præcepta perducere. Ego enim mox ut ipsam videro authenticam, faciam, nec enim rescripto ero contentus, & ut didicero quæ illi relata sunt, ne fortè adversùm nos clementibus mentiti sint auribus adversarii veritatis, inveneto quòd omnino me exire ab Ecclesia jubeat, glorificans & nunc sicut prius, in quo me repetiti contigerit schemate abscedo ab Ecclesia, Imperatorum legibus omnibus modis cedens. Paratus sum per gratiam Dei non ab Ecclesia egredi solùm, sed etiam decies millies mori quàm possim apud Christum lædere meam conscientiam. Nec enim licet minorem me inveniri ab illo infante annorum septem, qui cum beato [b] Babyla propter Christum capite cæsus est, cui totius Ecclesiæ & [c] Ecclesiæ cujus Theodorus extitit doctor commissus est præsulatus. Ut verò & illud propter prædicta commemorem, scito, admirandissime Domine mi, quia etsi non pro ipso bonæ causæ merito starem, & ipse terror tam civitatis quàm territorii hujus me in hac adversùs Iohannem discordia detinere sufficeret; qui si me ei tantummodo communicasse cognoscerent ante sacram, me & vita privassent. Nec enim cujus sint discipuli nescis, vel quomodo pro zelo dogmatum divinorum universi moveantur, ita unanimes existentes tamquam si una sit anima omnium. Pro qua re omnibus modis est tutius ex necessitate repelli quàm vel absque ipsa nocere apud Deum conscientiæ suæ, & ab eis qui nunc mihi subjecti sunt vitam instar canis amittere. Si verò quisquam nos abruptè in quibuscunque accusare voluerit, pro nihilo deputamus. Calumniari namque & contumeliam facere facile est, & omnibus adjacet. Non omnium verò est dicere veritatem.

CAPUT CLXXV. 263

Epistola, *inquit*, Zenobii Episcopi [d] Zephyrii ad Deo amicissimum Episcopum [e] Alexandrum, insinuans exisse ab Ecclesia Deo amicissimum Episcopum Meletium.

Personali quidem præsentia tuæ sanctitatis benedictione repletus sum, quando solus bene ab Epheso remeasti, sicut ipsæ res omnibus ostendeerunt; litteris verò tuæ non sum fruitus sanctitatis. Unde nunc præsumere sum coactus ut litteras incipiam tuæ sanctitati dirigere. Et rogo ut des mihi veniam. Multa enim & amabilis Deo constantia tua hoc me præsumere præparavit. Hic enim nullus pro pia fide persistit, sed universi tempori serviunt, & pariter simulatores effecti sunt qui videbantur esse constantes. Solus inter hujus Ciliciæ Episcopos perstat ad finem Dominus meus Deo amicissimus Episcopus Meletius, qui [f] ejectus est militari superinducta cohorte, [g] juxta eorum qui sunt Antiochiæ jussionem. Ora igitur, Domine, & nos fieri dignos tam ejus celeriter comitati vestigia quàm tuæ etiam sanctitatis, ut possimus in die Domini Christi vos intercessores pro nostra pusillitate proferre.

CAPUT CLXXVI. 264

Deprecatio Iohannis Episcopi Antiochiæ contra Deo amicissimum, *inquit*, Meletium Episcopum.

Pissimis & amatoribus Christi Imperatoribus nostris Flaviis Theodosio & Valentiniano triumphatoribus, victoribus, Augustis, postulatio & deprecatio à Iohanne Antiochenæ Dei Ecclesiæ Episcopo. Generis vestræ pietatis imperium in excelsum tulit & hanc provexit ad gloriam fides in Deum, qua sanctissimam & catholicam semper augeri vultis Ecclesiam, & cuncta quæ in ea exurgant zizania desideratis abscindi. Quia igitur hoc unimini zelo, ô pissimi & boni victores Imperatores, & eos qui obliterare volunt patrum doctrinam, alienos à sacerdotali existere dignitate post nos, quibus canones de hac re concedunt judicium, decrevistis, expelli verò à sanctissimis Ecclesiis & urbibus in quibus videntur existere, & talis ad orientem sanctio vestra pervenit, hanc promulgavimus magnificentissimo & gloriosissimo Præfidi utriusque militiæ & [h] Exconsuli Dionysio; & consonans ejus accipientes præceptum, prævalere putamus malignitati Meletii, qui pridem Mopsuestiæ Episcopus fuit, subjicientes cum depositioni. Introduximus autem & præfecimus ipsi populo è gregibus Christi [i] Chomatium Deo amicissimum Episcopum. Præfatus verò Meletius ma-

[a] THEODORO] Episcopo Mopsuestiæ.

[b] BABYLA] Episcopo Antiocheno, quem sub Decio passum esse tradit Eusebius lib. 6. hist. eccles. cap. 39. Vide Baronium ad diem 24 Ianuarii.

[c] ECCLES. C. THEOD.] Hic locus confirmat eorum sententiam qui putant Theodorum Mopsuestenum Episcopum non esse diversum à Theodoro Presbytero Antiocheno, cujus meminerunt Gennadius cap. 12. & Facundus lib. 10. cap. 1.

[d] ZEPHYRII] in prima Cilicia, ut heic rectè monet Lupus. Vide infrà cap. CXC.

[e] ALEXANDRUM] Hierapolitanum.

[f] EIECTUS EST] exiliatus in Melitiana Armeniæ civitate, ut dicetur infrà cap. CXC. Vide cap. CLXXVI. cum tribus sequentibus.

[g] IUXTA EORUM] Vide cap. CLXXVI. ubi ista explicantur.

[h] EXCONSULI DIONYSIO] qui Consul cum Florentio fuit anno Christi CCCCXXIX.

[i] CHOMATIUM] In Antiocheno Concilio sub Domno, quod refertur in actione XIV. Concilii Chalcedonensis, & in synodo Mopsuestena habita sub Iustiniano Augusto, cujus acta relecta sunt in collatione quinta Concilii quinti, Episcopus ille Mopsuestenus vocatur Thomas. Neque dubito quin isthic quoque sit ita legendum.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

jor esse legibus vestris & tranquillitate Romana volens, in partibus ejusdem territorii delitescit, concussionem perturbationemque sanctis Dei Ecclesiis ingerens, & præsumens post dejectionem sacerdotale ministerium. Et justum est supplicare ut qui peregrinus est à sancta disciplina & Ecclesia, peregrinus fiat & ab universa provincia Ciliciæ, præcedente pia sanctione ad magnificentissimum & gloriosissimum [a] magistrum militiæ orientis vestri, ita ut inde quidem pellatur, [b] deducatur verò ubi vestræ pietati placuerit. Et hoc impetrato, consueta vota solvemus pro permansione & victoria imperii.

CAPUT CLXXVII. 265

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Deo amicissimum Alexandrum, quam scripsit postquam militum superventu expulsus est.

ET cui priùs quàm tuæ sanctitati quæ circa nos geruntur referri conveniens sit? Sive enim congaudere oportet de his quæ nobis à Christo donata sunt, sive etiam pro his quæ residua sunt orare, ad eam necesse est, ut ad patrem, pro cunctis filiorum bona referri. Dignatus est enim nos Dominus Christus orationibus tuæ sanctitatis incorruptum sibi ovile usque ad exitum custodire quod nobis indignis & pro virtute commisit, & permisit rursus auferri, quando id bene se habere judicavit. nec enim quod ejus deserit unquam providentia, etsi ad præsens esse difficile videatur. Et quidem diabolus ab olim grande habuit prælium contra eum, & nunc illud perturbare omnino per ministros suos studuit, non solùm inimicos armando, sed & ex nobis ipsis ad hoc quosdam ministros accipiens: qui & observavit dominicum diem, & sub uno cunctos ad introeundum contra nos concurrere præparavit. Dominus autem Christus, qui contra eum semper ejus convertit insidias, & propriis dispensationibus subjicit, & nunc ei inutilem fecit universum contra Ecclesiam impetum, dum nos perturbari non sivit, sed omnem Ecclesiam in sua devotione construxit, ita ut non solùm clarerer malum, sed & civitas tota cum provincia universa consonam pro fide acciperent voluntatem, ipsis quoque à pietate alienis, id est, Judæis, & hæreticis aliis, non parvo quodam contra adversarios odio motis, nec circa nos parvum quendam ostendentibus affectum, dum certè nos latentes sæpius degeremus, ne quiscunque putaret quòd à nobis instigarentur ad hoc. Quod & valde [c] suspecti inimici dexteræ altissimi, non ab Ecclesia nos tantùm, sed & à civitate repulerunt, nec usquam juxta eam manere sinentes. Sed hæc quidem à Domino Christo etiam nunc cuncta pro nostra sunt dispensata humilitate. Nos verò magis pluribus debitis sumus obstricti, quos dignos majoribus fecit quàm nostræ virtutis est. Vnde modis omnibus deficimus ad solvendum. Quam enim Deo possumus gratiarum actionem reddere, qui nimietate clementiæ sustinere tentamenta pro se & nostra dignatus est parvitate? non quò grave aliquid pateremur, quia perfectiora sufferre sumus indigni, sed & propositum tantummodo haberemus. quod & maximum nimis est ad nos, qui sumus voluntatis omnino despectæ. Sed rogo ut orare digneris quatenus usque ad finem digni efficiamur gratia Domini Christi; ut sicut ei placet, ita residuum præsentis seculi transigamus. Dominum meum & sanctissimum Episcopum [d] Acilinum plurimùm salutamus.

CAPUT CLXXVIII. 266

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Meletium Deo amicissimum Episcopum, quam rescripsit ad præfatas litteras post exitum ejus.

SI esset mihi desiderium meum adimplere possibile, litteris non erat opus, sed adventus præsentia; vel potiùs juxta psalmistam columbæ pennas expeterem, ut veniens requiescerem juxta habitaculum coronati, & viderem juxta Prophetam sanctitatem tuam sicut in solitudine uvam, aut ut magis propriè dicatur, ut acinum botri cunctorum totius Ciliciæ sacerdotum, quem exterminaverunt vulpes, quæ propemodum secundùm veritatem vineas deleverunt; non exterminaverunt autem, eò quod benedictio Domini sit in eo. Verè enim præsenti in tempore sufficeret tuæ sanctitatis adspectus adamante nos facere firmiores. Nam si cogitatio tantùm tuæ secundùm Domini certamina sanctitatis omnibus nos circumdat Domini armis, ut nullo modo emissis variis multimodisque sagittis vertamur in fugam, quomodo non nos omni modo roborasset talis adspectus, qui nos non per verba sed per res ipsas armaret, & in semetipso exponeret quid sit: *Ne disperdas in finem?* Intendisti enim, Domine per omnia Deo amicissime, indeclinabiliter in auctorem fidei & consummatorem Iesum, & sunt repositæ tibi coronæ, non expulsionis tantùm. Non enim te ad definitum præparasti tormentum, sed claret quòd præparatus sis omnia sustinere. Sic contra impietatem parasti temetipsum. Vnde & ille qui donis suis nostros supervincit labores, tuæ sanctitati coronam justitiæ reddet circa varietatem tui propositi passionum spiritalium munerum divinitate effulgentem. Certasti enim bonum re vera certamen, & cursum consummasti, fidemque servasti. Vnde & quod ista consequitur, Deus qui mendax non est, illud tuæ sanctitati retribuet in quod hic jam bona conscientia tua intendendo lætatur, & gaudio sancti spiritus adimpletur. Potest autem sanctitas tua nostram consolari absentiam attentioribus orationibus, donec donet & nobis per clementiam suam Dominus vestris comitari vestigiis. Certus enim sum veraciter quòd ego intentionem habeo hanc ut tuam sanctitatem sequar, & unà eos qui priùs certarunt & coronati sunt. Pauci quidem, sed apud Deum pretiosi. Melior namque est unus Domini voluntatem faciens decem millibus injustorum. Fruensque sanctis orationibus tuis non desciscam à vestro consortio; nec à vestra separabit me caritate tribulatio, aut angustia, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius; maximè quia religiositas tua, quæ portum Dei voluntatis obtinuit, majorem circa nos habet curam, tamquam qui adhuc marinis undis obsistimus & omnimodis malorum spirituum tentamentis nunc quidem tentantium nos minis, nunc verò subruere adulationis blandimentis. Vnde & talem mihi posui legem, ut fugiam cunctorum loqui mihi

[a] MAGISTRUM MILITIÆ] id est, Dionysium Vide suprà cap CXLII. pag. 844. & cap. CLIV. pag 854. & infrà cap. CLXXIX. pag. 879

[b] DEDUCATUR] Deductus est in Meletinam Armeniæ civitatem, ut dicetur infrà cap. CXC.

[c] SUSPECTI] id est, suspectum habentes, ægrè ferentes.

[d] ACILINUM] Barbalissi Episcopum; qui sede sua pulsus, ad Alexandrum Hierapolitanum confugerat.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

volentium & adspectum & verba & ipsam quoque memoriam. Quod non ex propria assumpsi sententia, sed ex divinis scripturis edoctus. Nec enim Dominus respondit perversis, cùm judicaretur, sed sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce. Non enim quò dicant aliquid, sed quò capiant, collocutiones & alloquia nobiscum conserit captator. Docemur verò & in veteribus scriptis quòd Ezechias pius post Rapsacis Dei adversarii voces magistris militiæ tacere præceperit, nihilque Dei adversariis respondere. Unde & nos, repellentes eorum colloquia qui in Ægyptum corde sunt reversi, & qui
Num. 14. non solùm dicunt, *Demus initium, & redeamus in Ægyptum*, sileamus, & tantam misericordiam sustineamus à Deo, qualiacunque sæva superinducere adversùm nos concessi fuerint æmuli. Quæ omnia suscipiamus cum lætitia, & cogitemus quòd, sicut beatus inquit Paulus, non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in eos qui stigmata Christi, quorum tu dignus effectus, in suo circumferunt corpore. Unde rogo ut digneris nos per venerabiles litteras tuas juvare ad instantia certamina. Dominus meus Deo amicissimus & sanctissimus Acilinos, quia tecum coronatur, salutat & complectitur religiositatem tuam.

CAPUT CLXXIX 267

Interpretatio, *inquit*, præcepti magistri militum [a] Dionysii, quam scripsit ad clarissimum judicem secundæ Ciliciæ.

Divina auctoritas per annotationem terribilem Meletium quondam Mopsuestenæ civitatis Episcopum in Meletina degere Armeniæ provinciæ civitate præcepit. Susceptis igitur præceptionibus nostris, lectis verò & divinis responsis, quæ in missis præfulgent, observare debes quæ ab immortali sancita sunt vertice, utens militari solatio ad iter idem, si tale solatium necessarium fortè perspexeris; admonendo utique nostrum Vicarium ut competens solatium deputetur, ad quem de hac parte scripsimus, quamvis competenter sufficere civiles ordines arbitremur.

CAPUT CLXXX. 268

Domino meo Deo amicissimo & sanctissimo, *inquit*, patri Alexandro Episcopo [b] Titus.

Quemadmodum sanctitatem tuam semper peculiari amore dileximus & magnopere obsequi ei fatemur, arbitramur & ipsam clarè nosse rebus ex ipsis. Quia igitur & nunc ex eadem voluntate detinemur, & secundùm Christum religiositatem tuam egregiam desideramus existere, dignare, sanctissime Domine, vel nunc, cùm susceperis litteras nostras, communicare sancto catholicoque Concilio secundùm divinas & adorabiles litteras. Nam & sanctissimus Theodoretus & sanctissimus Helladius, & alii qui ad modicum voluerunt separare seipsos ab hoc sancto Concilio, agnoscentes quod est inexcusabile, & quod est impossibile, & quod placitum Deo, & quia universali synodo oportet obedire & imperialibus sanctionibus, à discordia quidem recesserunt, communicarunt autem sanctæ & catholicæ synodo. Hoc autem facere tuam sanctitatem præ omnibus oportebat, quæ manifestè novit res, & tempore est provecta. Rogamus igitur ne despicias precatorias præsentes litteras nostras, nec des locum diabolo volenti discordias contra sanctam consubstantialemque immittere trinitatem; sed ut conculces aculeos ejus, & concordiam synodi sanctæ recipias. Nam si post has litteras meas sanctitas tua in dilatione perstiterit, eisque communicare noluerit, claret quòd [c] non sit de cetero necessarium [d] divinis litteris uti, quæ apertè præcipiunt ut hi qui sanctæ synodo communicare noluerint, in exilium à sanctis Ecclesiis repellantur.

CAPUT CLXXXI. 269

Domino, *inquit*, meo sanctissimo, & Deo amicissimo patri Episcopo Alexandro [e] Dionysius.

Divina & [f] immortalis veritas pacem desiderat, adhibet verò plurimam curam & suæ pietati decentem circa rectæ fidei cultum. Scientes igitur intentionem pii Principis nostri, priùs per has litteras nostras tuam religiositatem duximus salutandam & adhortandam ut quæ decent faciat; inter hæc verò & illud est, ut communicet sanctitas tua Deo amicissimo Episcopo Iohanni. Hæc namque causa pacis erit omnibus sanctis Ecclesiis. Nec enim volumus Ecclesias ampliùs perturbari & animas imperitorum perverti quid faciant nescientes, dum perturbatio detinet vos, qui pacem prætenditis universis. Dignare igitur, tantùm memor & amicitiarum nostrarum & adhortationis, omnem tristitiam deponere & convenire in idem religiosissimo viro, ne cogamur divina & imperialia constituta executioni mandare. Salvam religiositatem tuam & orantem pro nobis salvet omnium Deus, Domine sanctissime pater. Ignoscere mihi habet religiositas tua, si quid facere compellendus sum, divinam formulam sequens, si huic epistolæ consentire nolueris.

CAPUT CLXXXII. 270

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi [g] Alexandri, quam rescripsit ad litteras suprascriptas, in causa eadem suum demonstrans propositum.

Benevolentiæ quidem circa meam vilitatem retributiones clemens Deus præstet vestræ clementiæ. De causa verò quæ vertitur, quoniam nostræ vitæ caput est pietas, coram terribili tribunali Christi omnem reservo satisfactionem. Ut verò etiam magnitudini vestræ in brevi respondeam, indico quòd [h] ille qui nunc contra nos quatuor imperiales has litteras clementer obtinuit, & ante

[a] DIONYSII] magistri militiæ per orientem. Vide suprà cap. CLXXVI. & infrà cap. CLXXXI.

[b] TITUS] Vicarius Dionysii magistri militiæ per orientem. Vide suprà cap. CLXV. pag. 874.

[c] NON SIT] Tollenda est negatio. Sensus enim est. Si sanctitas tua in contumacia perstiterit, necessarium erit adversùm te exequi mandata Principis, qui præcepit ut in exilium omnes pellantur qui sanctæ synodo communicare noluerint. Vide epistolam sequentem.

[d] DIVINIS LITTERIS] sanctioni imperatoriæ. Lupus ediderat, *divinis literis. Utique apertè præcipiunt.* Nos emendavimus.

[e] DIONYSIUS] magister militiæ per orientem. Vide suprà cap. CLXXIX.

[f] IMMORT. VERITAS] id est, Imperator Theodosius. Quamquam valde suspicor legendum heic esse, *Divinus & immortalis vertex*, ut infrà cap. CLXXXIX. & alibi passim.

[g] ALEXANDRI] Hierapolitani.

[h] ILLE] id est, Ioannes Episcopus Antiochenus, qui post pacem cum Cyrillo factam preces Imperatori Theodosio obtulit adversùs contumaces, & rescripta adversùs eos obtinuit, ut patet etiam ex capite CLXXVI. pag. 876.

Ephesum

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

Ephesum & in Ephesо & post Ephesum hæteticum sciebat Ægyptium. Quod manifestè cognoscere licet ex literis ejus, quæ usque nunc apud plurimos salvæ sunt. Postquam vetò suscepit hypomnysticum per admirandissimum Aristolaum ut & Cyrillo communieatet & Nestorium deponeret & anathematizaret ejus doctrinam, dum sit orthodoxa, sicut ipse pet plura scripta confessus est, cedens bypomnystici minis, fecit universa. Et nunc adversùm nos usque ad sanguinem pugnat, eò quòd parati simus per virturem Dei contra Cytilli hætesim tepugnare usque in finem & orthodoxam fidem absque permistione servare, non ineundo communionem neque cum hætetico neque cum communicantibus ei. Habenus namque ptæ oculis illam terribilem vocem Domini Christi, quæ pet Apostolum gentium Paulum dicta est: *Quoniam si nos aut angelus de cœlo evangeli̇zaverit vobis prater id quod evangelizavimus, anathema sit.* Vnde qnæso ut quando tibi placuerit illam persecutionis quæ contra nos lata est formam ptomulgare, mihi vestra jubeat magnitudo ut sub silentio & absque strepitu abeam, & hoc modo quæ sancita sunt impleam. Quando enim de pietate proponitur, obedire oportet Dco potiùs quàm hominibus.

CAPVT CLXXXIII. 271

Præceptum, *inquit*, gloriosissimi loci servatoris Titi ad clarissimum Lybianum Euphratesiæ judicem.

a FLavius Titus gloriosissimus Comes devotissimorum Domesticotum, [a] implens locum magistri militiæ potestatis, Flavio Lybiano clarissimo Præsidi Euphratesiæ provinciæ. Divinissimi Principes nostri ut hi qui non assentiunt Deo amicissimo Episcopo Iohanni, perturbant autem sanctas Ecclesias, dum pacem renuunt orbis, à locis propriis amoveti ptoptia lege præceperunt, sicur & venetatio adorabilium præfulgentiumque litterarum manifestiùs edocebit. Quia igitur Alexander
b Hietapolitanus Episcopus à [b] sorte reverentissimotum Episcoporum semetipsum fecit alienum, nec enim patitur ptæfato Archiepiscopo in divinis communicate mysteriis, curet caritas tua, hac auctoritate suscepta, eundem Alexandrum, si in ptoposito perstiterit, loco ptoprio amovere, eumque in ejus loco suscipere quem sanctorum Episcoporum synodus probaverit ordinandum. Si verò id tuam virturem, quod non arbitramur, excedit, dum devotissimi milites in ea constituti sint civitate, uteris eotum solatio. Etenim quæ oportet ad ipsos quoque direximus, ut cum deliberatione communi nostra præcepta festinetis implere. Si verò & majori opus est manu, aut si hæc res & nostram præsentiam postulaverit, sufficies continuò indicare. Nam dum id clarè constiterit, divinis
c præceptionibus ministrantes cum sufficienti [c] solatio continuò veniemus. Quò autem tu mox ad ptæfatam civitatem vadas, & nostra præcepta implere festines, Hypatium specialiter deputati præcepimus, cui & mandara dedimus ut noo solùm te cogat nostris ptæceptionibus obedire, sed & de tua nos ptæsumptione, si ita contigerit, nosse faciat. Vlno enim contra neglectum tuum competens consequetur.

CAPVT CLXXXIV. 272

Relatio, *inquit*, Lybiani Euphratesiæ judicis ad magnificentissimum Vicarium Titum

d PRæceptum magnificentiæ vestræ [d] decimo septimo Kalendas Maii per Hypatium, qui est ex otdine magistri militiæ, nostræ est redditum
e parvitati; cui divinæ & adorabiles littetæ [e] præ-
f fulgebant, [f] jubentes teverentissimum & Dco amicissimum Alexandrum Hietapolitanum Episcopum aut communicatotem sanctæ synodi fieri aut ab episcoparu quiescete. Iosinuo igitur quòd suam prædictus, quæ in se est, opère declaraverit voluntatem, & Hietapolim dereliquerit, episco-
g patum tenere minimè delectatus, [g] Domini magnificentissimi & pet cuncta sanctissimi.

CAPVT CLXXXV. 273

Relatio, *inquit*, secunda Euphratesiæ judicis, qui perturbationem civitatis agnoscens propter exitum sanctissimi Episcopi Alexandri factam, direxit magnificentissimo Comiti orientis, transmittens & populi acclamationes tam ad se quàm ad magnificentissimum Comitem Titum factas & ad ipsum quoque Antiochiæ Præsulem.

HIerapolis & devotioni serviens, & pio desiderio stimulata, divino quidem motui cessit & ptæcepto magnifico gemens. Nunc verò expetit misericordiam, qua diligatur ejus desiderium, expansa super Alexandro sene, & luctus quidem suscitans per plateas, inundans autem lachrymis solum, & fetè in ipsam jam divinitatem quid ausa præsumere. Nee enim consuetas actiones exhibet gratiarum. Et tecessit claudens sanctas Ecclesias, & tale quid agens quale cui veniam comperat impartiri: quoniam pereunte conscientia vel quid perpetrent nesciunt, anhelantes defectum, ne illum quem valde complectuntut amittant. Hoc quidem per pusillitatem meam pervenit ad finem. Nam sacta quidem loca reserata sunt, & consueta complentur. Quod autem reliquum fuit, petitiones sub conjuratione depositas inspexi omnium qui boni videntur & qui pro patre ptecantut ac supplicant ut ab illo pascantur qui eos à pueris magister mitissimus educavit. Eidem namque nec vitam se vivere arbitrantur nisi super eos episcopatum Deo amicissimus Alesander teneat; cujus vitam quidem mitantur, obstupescentes sacerdotii pietatem, & pietatis pondus diligentes, & doctrinas justitiæ suis circumferentes in linguis, colligentesque cuncta, quæ multa sunt, ad roborandum sui amoris ardorem, adjicientesque præfatis quòd ante tempus suum de hac vita tecedant, & nisi efficiatur quod petere instant, in semetipsos mali aliquid perpetrabunt, pueri simul ac senes, mulieres ac virgines, & omnes maturæ ac senilis ætatis, si defuerit adhuc ad sanctæ Ecclesiæ præsidendum qui eam est habere sortitus, dum necdum quieverit lege naturæ. Dum

a IMPLENS LOCVM] id est, Vicarius. Vide cap. seq. & suprà cap. CLIV. pag. 854.

b SORTE] societate, numero. Actor. XXVI. *ut accipiant remissionem peccatorum & sortem inter sanctos.* Coloss. I. *gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum.*

c SOLATIO] id est, auxilio. Vide Notas ad Capitularia Regum Francorum pag. 988.

d XVII KAL. MAII] anni CCCCXXXV, ut Lupus existimat.

e PRÆFVLGEBANT] desctiptæ in fronte edicti vicariani, ut mos erat. Vide suprà cap. CXLII. pag. 844. & infrà cap. CLXXXIX.

f IVBENTES] Ita nos emendavimus, cùm antea per errorem legeretur *jubens.*

g DOMINI] pro *Domine.* Vide suprà cap. CXXIII. pag. 827.

tuæ interfit magnitudinis, cujus operis eft quicquid illud mali fit difcutere à fubjectis, & ea quæ plena funt triftitiæ ac difficultatis abigere, & pacem lætitiamque civitatibus introferre, ea quæ fubfecuta funt indicavi, ut quicquid fteterit fiat. Ceterùm dum pridem talia facere inftitiffent, reverentiffimus Alexander relationem fieri non permifit, Domine admirandiffime & magnificentiffime. Oro Deum ut tu, Domine mi, incolumis & per omnia felix temporibus longis perdures, communis falvator, & beneficiorum præftitor.

CAPUT CLXXXVI. ...274

His Irenæus illa fubjecit. Ideo pofuimus ne quis miretur cur hic voces populi minimè fcripferit.

Manifeftat quidem relatio illius provinciæ judicis illam plurimam civitatis lamentationem, quin immo & confufionem, quam pro reparatione illius Deo amiciffimi paftoris grex Chriftum diligens fuftulit. Multò ampliùs verò ea quæ ab universâ multitudine acclamata funt circa eum quanto affectu conftringerentur oftendunt, defiderii æquitatem, & orbitatis amaritudinem, & anguftiæ rationem. Etfi fuperfluum duxerimus eafdem voces adfcribere, quippe ut nimis plurimas exiftentes, & contra aliquos blafphemias valde multiplices continentes. Vnde & bonus Iohannes omnino formidans, atque eos qui his ufi funt metuens, has protulit voces, & per hanc allocutionem fcriptam eis confolationem feu potiùs deceptionem obtulit.

CAPUT CLXXXVII. ...276

Hypomnyfticum Deo amiciffimo clero Hierapolitano & Chrifti amatoribus plebibus ab Iohanne.

Audivi fupplicationem veftram, quam per acclamationes in Ecclefia feciftis ad nos & magnificentiffimum & gloriofiffimum Comitem Dominum Titum; & ego ipfe hæc eadem opere provenire oro vobifcum. Cognoviftis enim procul dubio propofitum noftrum, quia nihilominus ad illum fuavem hominem deprecandum pro quo ipfi rogaftis, ut vanæ fuæ phantafiæ præferret ecclefiafticam pacem, quam totus orbis cum pietate amplectitur, fed quod patitur, quia fic averfus eft ab omni medicamine ut nec colloqui cum Dei facerdotibus fuftineret, neque ullatenus ad eorum virorum veniret affatus quorum precibus mundus ipfe falvatur. Eligens enim optimos Deo amiciffimorum Epifcoporum fæpius deftinavi, qui eum commovere potuiffent ne infeftaret ecclefiafticam pacem quam mundo Deus inopinatè largitus eft. Ille verò ex arrogantia & ea qua detinetur obftinatione aures obfurdans, inexorabilis perftitit; quin immo permanfit mala fibimet coacervans, dum nos ab hac viri malevolentia fomus infontes, & nunc ad fatisfactionem veftram, & ut poffit videre amatrix Chrifti Ecclefia veftra quod non occafione captata quafi contriftantem adversùm nos, & tantas nobis contumelias ingerentem quaotas ipfum decebat inferre, dum nos per gratiam Dei nihil læderemus, ex eis à fua illum removerim Ecclefia, fed quia nobis inobediens exftitit volentibus ut noftrum fieret membrum & Ecclefia veftra toti communicare demonftraretur Ecclefiæ. Vnde circa eum cuncta fervavimus quæ ad remedium pertinebant. Sed & nunc quæ nobis fufficere dignum eft peragentes, fpondemus quia fi poffibile fuerit ut correctione refipifcens deponat fuperbiam priftinam, parati fumus excipere & ad vos cum noftra atque illius feftivitate remittere. Si autem jam femel ftatuit præcipitare fe ipfum ad commotionis quidem læfionem, perditionem verò animæ fuæ, nos quidem & Deo & hominibus fatisfecimus; vos verò quod vobis ipfis expedit quæfo perquirite.

Erubefcant jam veritatis inimici, qui credentes præfatus fub nomine Theodoreti epiftolis, eum Neftorianæ impietatis volunt criminari fautorem, cui tale teftimonium præbet Iohannes Archiepifcopus nimiùm cunctis Neftoriani erroris fautoribus inimicus; ficut ipfi quoque apertiffimè clamant, dum contra obftinationem pertinaciamque Alexandri veraciter dicit: ut nec colloqui cum Dei facerdotibus fuftineret, neque ullatenus ad illorum virorum veniret affatus quorum precibus mundus ipfe falvatur. Eligens enim optimos Deo amiciffimorum Epifcoporum ad eum fæpius deftinavi, qui eum commovere potuiffent ne infeftaret feu violaret ecclefiafticam pacem quam mundo Deus inopinatè largitus eft. *Quod per nullum Epifcoporum feciffe nifi per Theodoretum & Andream, ficut ex fuperioribus claret, poterit inveniri. Ex his verò & illud verum roboratur quòd à nobis intentio Theodoreti integerrimè comprehenfa fit.*

CAPUT CLXXXVIII. ...277

[a] Interpretatio, *inquit*, facræ quæ promulgata eft magnificentiffimis & gloriofiffimis Præfectis de exilio in Petram magnificentiffimi Comitis Irenæi.

Damnato principe pottentuofæ culturæ Neftorio, juftum eft ut impiæ ejus culturæ participes fentiant validiffimam pœnam. Ob hoc Irenæum, qui maledictum Neftorii cultum non folùm fecutus eft, fed & inftituit & ftuduit multas cum eo provincias, eò quod ipfe tali culturæ præeffet, evertere, nudatum cunctis dignitatibus & infuper ipfa propria facultate, & [b] Photium verò

[a] INTERPRETATIO] Cùm hæc facra directa fit ad Ifidorum Præfectum, ad quem etiam miffa eft fanctio imperialis de Neftorio in exilium mittendo, ut fuprà pag 583. oftenfum eft, huc valde inclinarem ut hæc decreta dicantur anno CCCCXXXVI. nifi repugnans videretur Iræneum relegari in eundem exilii locum in quem deduci præceptus eft Neftorius. Attamen cùm Irenæus & Photius, quos ob eam rationem locis feparari oportuit, Petram tamen fimul proficifci jubeantur, nihil obftare videtur quò minùs fentiamus fanctionem quæ de illis in Petram mittendis emiffa eft datam eodem tempore fuiffe quo de Neftorio in exilium pellendo juffum eft.

[b] PHOTIUM] Difficile eft affirmare quis fuerit hic Photius. Probabile tamen eft eum fuiffe qui unà cum Anaftafio dogma Neftorii diffeminaffe dicitur in Lydia fuprà pag. 531. & 617 Nec obftat quòd ejus facultates in publicam transfcribi jubeantur utilitatem. Etenim tum in hæreticos valebant conftitutiones quæ in reos majeftatis latæ erant.

eisdem impietatibus implicatum, adæque facultate nudatum, quæ & in publicam proficiet rationem, in Petris exiliari decrevimus, ut paupertate perpetua & locorum solitudine cruciaentur, Isidote pater honorandissime. Gloriosa igitur atque magnifica auctoritas tua huic nostro decreto pragmatico competenter obediet, deputato sufficienti solario ut ad præfatum exilii tramitem præfati religionis nostræ violatores abigantur.

CAPUT CLXXXIX. 278

Interpretatio, *inquit*, præfati præcepti.

QUæ sint quæ de Irenæo & Photio sunt sancita à divino & immortali vertice præfulgens divinarum litterarum tenor ostendit. Magnificentia igitur tua his quæ sunt decreta divinitus absque mora obediens, ad loca in quæ jussi sunt duci cum competenti solatio præparet [a] veredos duos cum duobus parippis [b] Oresti & Stephano, qui singillatim directi sunt ad peragenda quæ divinitus decreta sunt quæque nostris præceptionibus continentur, coadjuvantibus eos ex Syria tam regionum judicibus quàm provinciarum quarumque ordinibus, insuper & Defensoribus, & reliquo solatio vel auxilio, & Decurionibus vel curialibus.

CAPUT CXC. 279

Qui, *inquit*, à sanctis Ecclesiis exierunt, nolentes suam conscientiam vulnerare, neque acquiescere factis Cyrilli, seu ejus sustinere communionem.

I.

ALEXANDER Episcopus Hierapolis Euphratesiæ; qui & exiliatus est in Famothin Ægypti metallum.

II.

ABBIBUS Dolichii; quo ejecto ab Ecclesia, [c] alter ordinatus est à Iohanne.

III.

DOROTHEUS Marcianopolitanus Metropolitanus Mœsiæ. Iste ejectus, exiliatus est in Cæsarea Cappadociæ.

IV. & V.

VALERIANUS, & Eudocius Mœsiæ; qui sub eodem Dorotheo existentes, ultro ab Ecclesiis recesserunt.

VI.

MELETIUS Mopsuestenus secundæ Ciliciæ. Hic exiliatus in Melitina Armeniæ civitate defunctus est, multa millia passus ab Acacio ejus Ecclesiæ Præsule.

VII.

ZENOBIUS Episcopus Zephyrii primæ Ciliciæ, qui ultro quidem reliquit Ecclesiam, post hæc verò in Tiberiadem relegatus est; sed & inde fugatus, dum se hunc ipsum denuntiasset existere.

VIII.

EUTHERIUS Episcopus Thyanensium, Metropolitanus Cappadociæ secundæ; qui ab Ecclesia ejectus, relegatus est quidem Scythopolim; similiter & inde fugatus, in Tyro defunctus est.

IX.

ANASTASIUS Tenedi, qui ultro cessit Ecclesiæ; & eos qui erant per exilia circumcirca miens, ita defunctus est.

X.

PAUSIANUS Hypatæ, qui & ultro cessit Ecclesiæ.

XI.

[d] BASILIUS Metropolitanus non acquievit; qui multa millia passuum non acquievit ut eum reliquis [e] eum qui non deliquerat condemnaret.

XII.

JULIANUS Metropolitanus Sardicensis; qui & ipse se insontem à fraterna punitione servans, ad multa millia periculorum pervenire prælegit.

XIII.

THEOSEBIUS Episcopus Chii; qui erubescentibus eum ejicere habentibus potestatem, in sua est defunctus Ecclesia. Nec tamen Nestorii depositioni consensit, nec communicare ullatenus pertulit his qui Cyrillo adjuncti sunt.

XIV.

ACILINUS Barbalissi Euphratesiæ. Hic à castro quidem [f] fugatus est, dum communicare Antiocheno non acquiesceret; post hæc autem [g] communicavit quidem, non tamen & [h] homicidio assensit.

XV.

[i] MAXIMINUS Demetriadis Thessaliæ, qui mox se ipsum post factam in Nestorio iniquitatem ab Ecclesia separavit.

CAPUT CXCI. 280

Lex quæ contra Nestorium proposita est.

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti. Debita à nobis piissimæ religioni

[a] VEREDOS DUOS] Orestes & Stephanus, quibus commissa erat cura ducendi in exilium Irenæum & Photium, accipiunt è publico veredos duos cum duobus parippis. Veredus quid sit omnes intelligunt. Parhippum sic explicat Imp. Julianus in l. 14. Cod. Theodos. *De cursu publ.* ubi ita legitur. *Et quamquam quid sit parhippus & intelligere & discernere sit proclive, tamen ne fortè interpretatio depravata aliter hoc significet, sublimitas tua noscat parhippum eum videri & habendum esse si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos soles evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat.* Quo loco vide interpretem.

[b] ORESTI] Fuit ea ferme tempestate Orestes Præfectus Alexandriæ sive Ægypti, cujus meminit Socrates lib. 7. cap. 13. Verùm ille diversus videtur ab eo qui isthic nominatur cum Stephano.

[c] ALTER] id est, Athanasius. Vide suprà cap. CXXVIII. pag. 831. & cap. CXXXIII. pag. 835.

[d] BASILIUS] Larissæ Thessaliæ metropolitanus.

[e] EUM] Nestorium.

[f] FUGATUS EST] & alius in loco ejus ordinatus, Marianus nimirum, de quo vide suprà cap. CXXVIII. pag. 811. & cap. CXXXIII. pag. 835.

[g] COMMUNICAVIT] adeoque redditus est Ecclesiæ suæ. Quo fit ut suspicer de illo agi apud Evagrium lib. 1. cap. 10. ubi Aquilinus Episcopus Bybli dicitur depositus fuisse judicio Episcoporum qui in prædatoria synodo Ephesina convenerant. Fortassis ergo substituendum heic est nomen Acilini Episcopi Barbalissi. Attamen in Concilio Antiocheno Domni, quod relectum est in actione XIV. Chalcedonensi, adfuisse reperio Benetium Episcopum Bibli.

[h] HOMICIDIO] id est, depositioni Nestorii. Suprà cap. LXX pag. 772. *injusta homicidanti huic tradere interfectioni.* Ibidem pag. 774. *impium est illum qui insons est interfectioni contradere.* Cap. CX. *mercedem rectæ fidei homicidium postulavit.* cap. CXCV. ex Irenæo: *Volebat enim homicidio suo universos de cætero per orientem ab apostolicis quidem dogmatibus abscedere.* Theodoretus in sermone habito apud Chalcedonem suprà cap. XXXVI. pag. 738. *Concupiscitis enim delectabile melos audire vestri pastoris, illius pastoris quem compastores ejus calamorum, sicut arbitrantur, subscriptionibus peremerunt.* Item Episcopi Euphratesiæ suprà cap. CXXIX. pag. 831. *Nestorium crudeliter & latrocinaliter interemit.*

[i] MAXIMINUS] Suprà cap. VII. pag. 699. cap. XIII. pag. 706. vocatur Maximus.

ANNO CHRISTI 431. a

SYNODICON.

cultura. *& cetera quæ* [a] *posita sunt priùs; quibus jubetur ut Nestorii vindices vocentur Simaniani, ut libri ejus urantur, ut nusquam talibus liceat convenire, ut proscribatur qui eis locum conveniendi ubicunque præbuerit. quod hic ponitur ab Irenæo.*

CAPUT CXCII. ...281

b [b] Synodica, *inquit*, Helladii & aliorum Ciliciæ Episcoporum, quæ scribentes postea Principi direxerunt, veniente ad hoc cum decreto imperiali admirandissimo Tribuno & Notario Aristolao.

RElgiosissimis & piissimis Imperatoribus nostris, dignè honoratis à Deo, Theodosio & Valentiniano Augustis, Helladius, Cyrillus, Valentinus, Minodorus, Tarianus, Episcopi primæ vestræ Ciliciæ. Scientes, ô amici Dei & amici Christi Imperatores, vestrum circa pietatem zelum, quòd ab initio habuistis erga Ecclesias dominatoris Christi studium & providentiam, & dominatorem Christum glorificantes persistimus quòd tam pio dignos fecit imperio, & pro vestra diuturnitate atque victoria non desinimus exorare. Hac nobis actionis gratiarum prædictis voluntate, hæc ipsa gratiarum actio præsenti in tempore magis suscepit augmentum. Adveniente siquidem ad vestræ Ciliciæ provinciam clarissimo viro Aristolao Tribuno & Notario, verum secundùm piam sanctionem vestram & ipso quoque nobis declarante ardorem fervoremque vestrum circa orthodoxorum piam religionem, & quòd ab unitione ecclesiastica nihil ampliùs studeatis, pronam nostram quoque voluntatem & obedientiam, quam circa vestræ Deo amabilitatis pias sanctiones habemus, ostendimus. Iuxta enim divinas præceptiones vestras communionem cum sancta synodo quæ in Epheso facta est amplectimur, & Nestorium, qui quondam fuit felicissimæ Constantinopolis Episcopus, habemus depositum & anathematismo subjecimus super omnibus quæ impiè coram Ecclesia docuit, seu in scriptis exposuit, seu sermotim locutus est, sequentes sanctos Episcopos Xystum Romæ & [c] Proclum magni nominis Constantinopolis & Cyrillum Alexandriæ & Iohannem Antiochiæ & omnes reliquos religiosissimos Episcopos, in omnibus quæ piè definiuntur ab eis coanathematizantes ipsum Nestorium & eos qui eadem impiè asserunt, id est, Nestorianos, quos justè vestrum sic cognominavit imperium.



CAPUT CXCIII. ...282

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

Has Irenæus literas multiloquè impetens sic adjecit.

Epistola, *inquit*, Helladii, quam priùs scripserat, quando sacra contra eos promulgata, ex necessitate communicatoribus Ægyptii communione conjuncti sunt.

DOmino Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Nestorio Helladius in Domino salutem. Etsi ab initio usque ad finem multitudo peccatorum prævaluit ut omnia nobis in contrarium quàm orabamus verterentur, verumtamen nos in æqua circa tuam, religiosissime, sanctitatem voluntate persistimus, & pro pietate certare tuam novimus sanctitatem, ac propter ipsam ea quæ apud tuam sanctitatem festiva voluptate ab ipsa credimus sustineri. Vnde beatificantes animam tuam, quæ tantis ac talibus tentationibus probata perclaruit, Deo amicissime, oramus circa amorem divinum tui inveniri participes in judicii die. De aliis verò audisti utique, sanctissime. His qui circa Deo amicissimum Theodoretum sunt nos quoque connumera, ideo magis quæ eligimus eligentes, ne deteriora proficiant; oramus quia hæ quæ directæ sunt litteræ omnem ferunt in semetipsis traditionis apostolicæ acribiam. Pro nobis verò ora Domine.

Qui tamquàm de hypocrisi accusant Theodoretum propter illa quæ ex ejus nomine posuit Irenæus, satis terreri debent ne ipsi potiùs ut re vera hypocritæ suo in supremum diem judicio condemnentur. Nam de illis quidem perscriptis graviter questi, de istis Helladii nomine positis hactenus interim silent, nec condemnanda prætendunt. Vnde benedicendus est Deus, qui in hoc quoque secundo non celat veritatem, clariùs in die judicii propalandam. Ecce enim suæ damnationi accumbunt, ecce Dei adversarii esse produntur. Videte attentiùs, quæsumus. Nonne per Imperatorem Iustinianum, omni conspirata totius seculi potestate, toto tricennali ferè tempore id egerunt ut Theodori & Ibæ & Theodoreti scripta acerrimè condemnarent? Quare de hac Helladii epistola omnino tacuerunt, nisi quia Helladius nominatim receptus in Chalcedonensi Concilio omnino non legitur, nec aliquid illic actum de eo per quod, si condemnetur, præfatæ synodi subruatur auctoritas, per quam Nestoriani complices adstruuntur erroris? Nam si Irenæo, qui & illas ex Theodoreti nomine posuit, creditur, ecce epistola Helladii, illa

[a] POSITA SUNT PRIUS] Hinc patet aliquid hoc loco deesse. Etenim hæc lex nullibi apparet in hoc synodico. Habetur autem integra suprà pag. 584. in antiqua versione Concilii Ephesini.

[b] SYNODICA] Hinc colligi posse videtur synodum ab Helladio Episcopo Tharsensi celebratam esse eo tempore quo Aristolaus in orientem missus est ab Imperatore Theodosio, id est, anno Christi CCCCXXXII. quo contigit Aristolai legatio ad Ioannem Antiochenum. Verùm ne ita sentiamus facit mentio Procli Episcopi Constantinopolitani, quem anno tantùm CCCCXXXIV. ordinatum fuisse constat ex Socrate, ut suprà cap. CXXIII. dictum est. Itaque oportet duas fuisse Aristolai legationes, unam quidem anno qui secutus est post synodi Ephesinæ tempora, aliam biennio pòst. Quam conjecturam esse veram patet ex capite CXCIV. & CXCVI.

[c] PROCLUM] Admonet Lupus notandum esse quòd heic Helladius Proclum Constantinopolitanum præponat Cyrillo Alexandrino ac Ioanni Antiocheno, haud dubiè propter audentiam Procli. quod parum probabile videtur. Erat enim Proclus vir bonus, & qui nihil novare ausus esset, ut colligitur ex Socrate lib. 7. cap. 41. Porrò quæ heic Lupus differit de pactis conventis inter Proclum & Domnum Antiochenum, quorum auctorem facit Theodoretum in epistola ad Flavianum Procli successorem, mera commenta sunt, cùm nulla eorum mentio extet in illa Theodoreti epistola, quæ est 86.

continens quæ magno strepitu in aliis accusantur, & nunc usque à nullo fuit specialiter impetita. Sed soli hoc merentur ab æmulis, per quos illorum destrui posse putatur auctoritas qui Dominum nostrum Iesum Christum in duabus perpetuis substantiis agnoscendum, in una verò persona eademque subsistentia, synodica definitione docuerunt. Sed numquid eorum fraudes, quæ etiam peccatoribus & pusillis & tardis hominibus immo & omni orbi patent, occultæ erunt eidem Domino Iesu Christo, qui omnia novit, & judicaturus est omnes? In quo, quæso, jam puri sint, qui fraudulentissimi sunt in quo se putant adjutores Dei & vindices veritatis? Duo adversa sunt veritas & falsitas, sicut dolus & puritas. Si dolus adjuvat veritatem, potest adjuvare puritas falsitatem, ac per hoc consonare virtus & vitium, & virtus [virtuti] esse contraria. Quæ dum sint impossibilia, necessariò arbitror sequi ut non sit veritas quæ dolo defenditur atque dilatatur.

CAPUT CXCIV. 283

Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Aristolaum Tribunum; quam scripsit rogante [a] Beroniciano Episcopo Tyri, formas dans anathematismi qui ab eis fieri debuisset.

DOminus meus religiosissimus Episcopus Beronicianus scripsit ad me quòd pium [b] decretum Deo amicorum Principum tuæ admirabilitati sit traditum, per quod præcipitur ut universi religiosissimi Episcopi orientis anathematizarent impium Nestorium, & omnes ejus contra Christum blasphemias dicere Simonianam seu Nestorianam hæresim. Hoc est, ut arbitror, & aliud nihil. Significavit autem quia parati sint universi æstimationes vel opiniones suas à tali suspicione liberare, eò quòd sint omnibus modis liberi ab illius blasphemiis. Ego pacem quæ per Christum præstita est Ecclesiis firmari volens, oro quidem ut cuncti hanc habuant intentionem, & à Nestorii vocum novitatibus sint mundi. Quia verò dicunt quòd nihil ampliùs expetere debeamus super ea quæ imperiales & piæ litteræ continent, & hoc petunt à tua virtute, dignare, omnium juvando opinionem, præparare illos anathematizare Nestorium & polluta ejus dogmata eumque habere dejectum, credentes unum esse Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, utique unigenitum ejus verbum inhumanatum & incarnatum, non in duos filios incidendum, sed eundem ex Deo ineffabiliter genitum ante omne tempus, & in ultimis sæculi temporibus eundem secundùm carnem ex muliere, ita ut & una ejus persona sit. Sic enim Dei genitricem intelligimus sanctam virginem, eò quòd sit idem Deus simul atque homo, quippe qui inconvertibiliter & inconfusè incarnatus & inhumanatus est unigenitus, esse verò eum passibilem quidem humanitatis natura, pati verò eum impossibile natura divinitatis, pati eum propria carne secundùm scripturas. His namque conjunctis anathemati adversùs Nestorium omnis de cetero, ut tamen arbitror, vacabit incusatio, & munda erit conscientia hominum, ut nec hi qui per civitates sunt populi confligant ulteriùs contra se, vel omnino scandalizans aliquid in magistris, confitentes quòd cuncti teneamus in nobis rectam & inaccusabilem fidem. Hæc enim scripsi Domino meo Episcopo Beroniciano. Arbitror verò quòd ad idem respiciat virtus imperialium decretorum, & nihil his quæ præcepta sunt adjecimus.

CAPUT CXCV. 284

Idem Irenæus, ubi propter ista injuriavit orientis Episcopos, ait.

Epistola Cyrilli ad Iohannem Antiochenum, per quam causatur quòd orientales anathematizassent quidem Nestorium, sed eadem quæ & ille illi prædicarent. Format autem & quomodo de cetero anathematismus expeti debeat.

PAcem quidem desiderare summum bonum est atque præcipuum. Et oportere dico ut qui sapere Christo placita volunt, contineant circa hoc studium suum, non remissè, sed fortiter. Veruntamen non ob hanc causam despici oportet pietatis in Christo virtutem. Possimus quidem & aliter diligere pacem, & bona quæ ex ipsa sunt obstupescere nimis, deducere verò ad medium non ea quibuscunque roboratur & inconcussibilis fit, sed potiùs illa quæcunque eam resolvunt & evertunt, & circa eam quæ composita est permanere non sinant. Hæc scribo contristatus valde. Dicuntur enim quidam illic religiosissimorum Episcoporum impium quidem Nestorium anathematizare & dementissima dogmata ejus, tentare verò rursus quasi ex permutatione ea quæ ejus sunt sapere & loqui & dissolvere conscientiam fratrum pro quibus Christus est mortuus. Miror autem quomodo, dum sint sapientes, lateat eos quia si quæ ejiciunt dogmata sapiunt, semetipsos anathematizant. Dicitur namque, & hoc pro veritate, etsi esse videtur onerosum, & hos qui nescio quomodo ea quæ Nestorii loqui audent clarè dicere: *Non præsumpsi.* Volo namque in talibus ad creden-

[a] BERONICIANO EP. TYRI] in provincia Phœniciæ. Difficile est definire tempus quo ille ad episcopatum vocatus est istius civitatis. Lupus arbitratur successisse Irenæo, hunc verò Cyro, quem miratur nullibi nominari in gestis synodi Ephesinæ. Et tamen in mandato quod orientales Ephesi constituti dederunt legatis suis Constantinopolim proficiscentibus (quod editum est in tomo tertio Conciliorum pag. 721. & in hac nostra collectione pag. 577. & frequenter laudatur à Lupo) Macarius Episcopus Laodicensis dicitur facere sermonem pro Cyro Episcopo Tyriorum metropolis. Et suprà cap. XIII. pag. 705. & cap. XXVIII. pag. 725. inter reliquos Episcopos orientales subscribit Cyrus Episcopus Tyri. Huic igitur defuncto ait Lupus successisse Irenæum, & quidem anno CCCCXXXII. post terminatam synodum Ephesinam. quod rectè colligere se putat ex epistola XLII. istius synodici, quam credidit ab Irenæo scriptam ad Candidianum; cùm contrà scripta sit à Theodoreto, missa ab Irenæo. Verùm cùm suprà ad caput CLXXXVIII. pag. 883. dictum sit exilium Irenæi, quo unà cum Photio relegatus est in Petras, videri contigisse anno CCCCXXXVI. quia sanctio imperialis missa est ad Isidorum, non absurda conjectura erit si quis Beronicianum Cyro successisse suspicetur, Beroniciano Irenæum. Nam Beronicianum Irenæo non potuisse succedere hinc manifestè colligitur quòd Irenæus episcopatu Tyrio pulsus est anno CCCCXLVIII. rescripto Theodosii Imp. quod editum est in tomo tertio Conciliorum pag. 1213. & dejectus in prædatoria synodo Ephesina, ut Evagrius scholasticus tradit lib. 1. cap. 10. Ei successisse Photium docent acta synodi Berytensis habitæ Kalendis Septembr. P. C. Zenonis & Posthumiani, selecta in actione decima Concilii Chalcedonensis.

[b] DECRETUM] Habetur suprà pag. 584.

dum tardus existere pro magnitudine mali. Tua autem sanctitas, si tamen omnino sunt aliqui tales, dignetur eos monere atque confundere, & sistat sapientes vocum novitates Nestoru & loquentes. Nam quomodo anathematizant eas, vel quomodo pacem permanere desiderant, repugnantes ei, eamqoe evertentes ut iniquam? Sufficiebat quidem insuspectis anathematizare tantùm impium Nestorium & dogmata ejus seu contra Christum blasphemias. Quoniam verò [veri] simile est quòd deludant quidam hanc rem, dicantque, *Ob hoc ejectus est solùm quòd Dei genitricem minimè fateretur, & aliud nihil*, ideó arbitror esse dicendum quoniam non hæc sola dejectionis fuit causa dictio, sed etiam plurimæ contra dogmata veritatis elevantes aculeum. Oportet igitur profiteri quia & anathematizant Nestorium & polluta ejus atque insana dogmata, & eum depositum habent, credentes unum esse Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei utique unigenitum.

Et cetera ita sequuntur hic verbis subjuncta sicut in epistola ad Beronicianum usque ad locum ubi habet: & inaccusabilem fidem. *in quo & finitur.*

Et post hæc Irenæus multa contra orientis Episcopos ait. Et testimonia Ligiorum revocans ad medium, postremò adjecit.

Ostensum quidem est integrè per suprascriptas litteras quia qui doctrinam Nestorii damnaverunt, semetipsos alienos ab ecclesiasticis pronuntiavere doctrinis. Per quæ enim contra illum sint visi decernere, ipsam clarè abjuraverunt veritatem. Iohannes verò, & certè nihil nesciens horum, dum præfatas Cyrilli litteras suscepisset, per omnem viam venit & artem donec consacerdotes suos ad illud impelleret perditionis abruptum. Sed nec hoc [b]Ægyptium valuit satiare, aut saltem sistere latrantem contra veritatem. Volebat enim [a] homicidio suo universos de cetero per orientem ab apostolicis quidem dogmatibus abscedere & ab ipsis quoque quæ ipse per Paulum quidem in scripto confessus est. unam verò naturam clarè & quæ sunt talia prædicare, nihil ulteriùs contra expositorum rursus ab eo capitulorum vesaniam recertantes. Nihil igitur ob hoc curans vel de eis quæ ab eo pro acquirenda gratia ejus impudenter & impiè acta sunt, mittens ad regiam civitatem, eosque ad solatium consuetè aggregans quorum patrocinio & à principio fretus inierat bellum contra Nestorium, assumit etiam nunc sui propositi participes. Hi igitur scientes quæ ab orientalibus paulò antè fuerant acta, & quia omnia priùs sibi proposita ignominiosè opere compleverunt, alteram continuò contra eos, Cyrilli consilio, ædificavit factionem longè deteriorem prioribus. Etenim Maximum quendam, monachi habitu circumpositum, & ferventer Apollinarii errore languentem, cum literis imperialibus & præceptis præfectoris & virtute maximè plurima ad orientem dirigunt, ut quasi per Iohannis concordiam ejus jam studium monstrantes, hæresis quidem languorem disseminent per orientis Ecclesias, præparent verò anathematizari qui orthodoxiæ egregiorum prædicatorum luminaria fuere clarissima, & Apollinarii deliramenta & præcipuè novæ hujus venena hæresios detexerunt. Sed hi quidem qui propter ista directi sunt, valde orientem perturbaverunt; & si propter sanitatem populorum nihil ampliùs perficere valuerint, salutem saltem suam fuga lucrati sunt. Iohannes autem colligens orientis Episcopos, subjectis synodicis literis est usus.

CAPUT CXCVI. ...285

[b] Epistola scripta Proclo Constantinopolitano Episcopo ab orientali Concilio pro Theodoro & Diodoro quondam Episcopis.

Si quidem sobriè agere velint qui turbis & juvenilibus levitatibus contra commune corpus Ecclesiæ nunc nescio unde potestate sumpta utuntur, & suas quidem patrias relinquentes, venientes verò [c] ad imperii urbem, & calumnia adversùm proprios Episcopos eorum qui illic sunt [d] sordidantes auditus, non utique nunc necessarium fuerat.

His dictis, [e] duas ponit epistolas Iohannis Antiocheni Pontificis & totius sub eo Concilii orientis pro piæ memoriæ Diodoro & Theodoro Episcopis, & mediam solius Iohannis, dicens.

CAPUT CXCVII. ...286

Epistola Iohannis ad Proclum, per quam gloriatur quòd totum perverterit orientem. Et personam verò in ipsis literis accusavit.

Et priùs & nunc suscipientes piissimi & amatoris Christi Principis de pace ecclesiastica sanctionem per conspicuum fidelissimumque Tribunum & Notarium Aristolaum, agnovimus & nunc & priùs quæ sit secta Nestorii, quam contra rectam patrum fidem noviter adinvenit, & ipsum quidem ab eis dejectum. Quæ autem malè sapuit vel dixit, seu in conscriptis, sive in expositionibus, hæc omnes abjecimus & anathematizavimus, & qui eum excipiunt, & qui ea eadem quæ ille alienè à pia confessione sapiunt. Quod fecerunt omnes religiosissimi orientis Episcopi, sicut & hi qui ubique sunt, id est, tam nos quam cuncti qui undique in Ephesum convenerunt Deo amicissimi Episcopi, quibus assensimus Nestorium deponentes dejectum. Et complacemus atque sentimus ut nihil neque adjiciatur neque dematur de expositione in Nicæa à sanctis patribus facta, sed ut permaneatur in ea, & ut [omnibus præfulgeat] venerabilis hæc ipsa de fide confessio sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt; quam roboravimus etiam nos, & confirmantes per Dei gratiam permanebimus, in qua & nati & nutriti & baptizati sumus, eò quòd ipsa trahat firmitatem credulitatemque in semetipsa, exi-

[a] Homicidio] id est, subscriptione depositionis Nestorii. Vide suprà cap. cca c. pag. 886.

[b] Epistola] Nescio quibus argumentis persuasus Lupus hanc epistolam orientalium retulit ad tempora Dioscori Alexandrini & Ioannis Antiocheni, tanquam se eorum ætate nomina Theodori Mopsuestensis & Diodori Tharsensis non venissent in controversiam. Nam Liberatus cap. 10. memorat fautores Nestorii, cùm viderent libros illius blasphemos proferri non posse in publicum, quia prohibiti fuerant imperiali lege, Diodori & Theodori volumina circumferre cœpisse, ac congregatam fuisse propterea synodum Antiochiæ à Ioanne Ecclesiæ illius Episcopo, in eaque synodo lectum ac laudatum fuisse tomum Procli ad Armenios, ad eumque remissum cum subscriptionibus Episcoporum qui huic Concilio interfuere. Præterea Facundus lib. 2. cap. 2. & alibi refert fragmenta ex epistola Ioannis Antiocheni cum synodo orientis ad Proclum, in quibus Theodorus multùm laudatur. Sed de his pluribus agemus ad annum ccccxxxv.

[c] Ad imperii urbem] ad regiam urbem, ut loquitur Cyrillus ad Ioannem Antiochenum & universam orientalem synodum scribens apud Facundum lib. 3. cap. 6. *Hoc autem & nunc, sicut vestra litera monstrant, ad regiam urbem pergentes movent &c.* Agitur enim illic de eadem causa ob quam ab orientali Concilio scriptum est ad Proclum. Vide etiam lib. 8. cap. 4.

[d] Sordidantes] Liberatus cap. 10. de hac ipsa causa agens: *& intrantes regiam civitatem, & multorum sordidantes auditum, calliditate sua omnia perturbabant.*

[e] Duas epistolas] ad Cyrillum, ut opinor, & Proclum. Vide infrà in narratione de Concilio Antiocheno anni ccccxxxv.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

stentem in scripturis divinitus inspiratis & his quæ Prophetæ & Evangelistæ & Apostoli prædicarunt necnon & omnes gloriosi patres qui post eos usque ad Nicænum Concilium omni spirituali charismate micuerunt, & qui post ipsos quoque usque ad nos ipsos fuerunt. Adjicere verò aliquid ei, aut auferte ab ea, vel divertere, impium periculosumque judicamus. Non est enim tutum auferre terminos quos posuerunt patres nostri. Anathematizamos igitur eos qui alienè ab ipsa exponunt cotam Ecclesia, vel qui malè interpretantur hanc ipsam, vel qui eam studiosè corrumpunt, & qui circa eam non fortè ex ignorantia tale aliquid patiuntur quale hæretici pertulerunt, id est, Arrius, & Sabellius, & Photinus, & ante eos Valentinus & Marcion, & Manichæus, & Paulus Samosatenus, seu Simon, & quicunque his similis sectæ sunt. Vti verò & volumus & commendamus universis illis verbis & illo sensu qui in præfato symbolo continetur, nec ullatenus abscedere prætereum. Qui verò id corrumpit, hunc esse ab omni Christiana confessione & communione [alienum.] Intelligimus verò eam, traditamque recipimus circa intellectum & verbum & sermonem, sicut hi qui ante nos fuerunt Deo amicissimi Episcopi, in occidente quidem Damasus, Innocentius, Ambrosius, & alii patres, in Hellade verò & Illyrico Methodius & alii patres qui pietate claruerunt, & in Africa Cyprianus, in Alexandria Alexander, Athanasius, Theophilus, in Constantinopoli Nectatius, Iohannes, Atticus, in Ponto qui circa Basilium atque Gregorium, in Asia Amphilochius, Optimus, in oriente Eustathius, Melerius, Flavianus, & omnes quicunque similiter talibus pietate micuerunt. Habet verò expositio fidei sic.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei, genitum ex patre, unigenitum, id est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt qua in cælo & qua in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, incarnatus & inhumanatus est, passus est, & resurrexit tertia die, adscendit in cælos, sedet ad dexteram patris, venturus est judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & quia ex non entibus factus est aut ex altera subsistentia, dicentes esse vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Hæc ad eorum satisfactionem qui satisfactione indigent per tuam direximus sanctitatem. Nos enim omnia quæcunque oportuit fieri ante quatuor annos, mox ut venit ab Ægypto ter beatus
a [a] Paulus, & fecimus & egimus & diximus. Sed nescio unde nobis & Ecclesiis ab olim procuratus est malus iste circuitus, qui revolvitur mordens, non solùm, quantum viderat, nos, sed & eos qui ubique sunt, nisi nunc Deus per vestram Deo amabilitatem restinguat incendium. Hi qui ex
b [b] Paralia sunt Deo amicissimi Episcopi bis consona componentes & subscribentes direserunt. Illi qui ex secunda Phœnicia venientes propter ordinationem religiosissimi [c] Episcopi Theodori, qui tua dignus est sanctitate, quemque te arbitror nosse, illum dico qui est à [d] secunda cathedra, id est, consessu, ipsi quoque subscripserunt. Cilices utrique ab anno præterito his convenientia & consona per conspicuum Tribunum Aristolaum compleverunt. Arabes per Metropolitanum suum, qui hic adfuit, religiosissimum Episcopum Antiochum his acquieverunt. Mesopotamia & Osrhoëna & Euphratesia & Syria secunda omnia quæ fecimus unanimiter vindicarunt. Ab Isauris quæ facta sunt olim vestra Deo amabilitas longè antè suscepit. Primæ Syriæ hæc ipsa nobiscum per semet & sapiunt & subscripserunt universi. Qualiter autem Deo amicissimus qui apud nos est clerus & audierit hæc & tuam religiositatem laudaverit propter has tuas beatas curas, adjacet tuæ sanctitati à clarissimo & fidelissimo Tribuno & Notario Aristolao discere, quem sicut filium proprium adspeximus, & per eum nota fecimus universa. Cessent igitur, quæso, hæc de cetero usque in finem per te & sapientiam tuam & sudores & labores singulorum dierum, qui semper Ecclesiis prosunt, pro quibus constituat te nobis Deus Ecclesiæ propugnatorem in longa & pacifica tempora; ut paulùm ex his improvisis malis respirantes, quæ propter maledictum Nestorium mundus expertus est, adversùm gentiles Phœniciæ possimus obsistere & Palæstinæ & Arabiæ, & adversùm cuncta Iudaica, & maximè quæ sunt Laodiceæ, (Subitò enim impii Iudæi Archidiaconum, mirabilem virum, in theatrum deducentes puniverunt) insuper & contra eos qui in Cilicia effrænatè resistunt. Sunt namque adhuc rebellantium ex conspiratione Nestorii contra veneratorem vestrum Domnum Choneum, quem juvare dignare. Præstet verò Deus misericordiam & adjutorium suum magnificentissimo & gloriosissimo Præposito Domino Felici; qui clara corona indutus est, eò quòd tali operatione magnam hyemem tempestatemque sedaverat.

ANNO CHRISTI 431. c d

SYNODICON.

CAPVT CXCVIII. ...287

Postquam longo multiloquio præcipuè Iohannem sanctæ memoriæ & ejus coepiscopos maledixit, hic ipse Irenæus,

Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Imperatorem accusantis contra eos qui circa Antiochenum Iohannem, eò quòd quasi anathematizare, *inquit*, visi Nestorium, ea ipsa sentiunt quæ & ille, eò quòd Theodori & Diodori scripta mirentur.

ÆTernam vitam providere à terra est inculpabile ad Deum patremque qui in cœlis est, inquiens: *Hæc est autem sola & æterna vita, ut cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Sed nescio quomodo quidam fingunt quidem rectis circa hoc pedibus ambulare dum claudicent, & veritatis viam deserentes vertantur ad alteram, quæ ad exterminium perditionemque perducit. Adhærent enim quorundam conscriptionibus interdictis. Et ut clarè dicam rei naturam, (siquidem scriptum est, *Et loquebar de testimoniis tuis coràm Regibus, & non*

[a] PAVLVS] Episcopus Emesenus, pacis interpres.
[b] PARALIA] id est maritima. quod Lupus interpretatur de insula Cypro, quam Paraliam olim fuisse dictam ait.
[c] EPISCOPI THEODORI] Damasceni, qui Concilio Chalcedonensi interfuit, itemque Antiocheno sub Domno.

[d] SECVNDA CATHEDRA] id est, cui primus post Patriarcham locus competebat in patriarchatu Antiocheno; ut heic rectè explicat Lupus, adductis verbis epanagnostici Basilii Imp. relato in actione prima Concilii octavi tomo VIII. Concilior. pag. 979. Vide etiam pag. 991. & alibi.

confundebar) Theodorus quidam fuit, & ante hunc Diodorus Episcopus, hic quidem Tharsi, ille verò Mopsuestiæ. Hi patres fuerunt Nestorii blasphemiæ. In libris enim quos composuerunt, agresti insania usi sunt contra omnium nostrum salvatorem Christum, ignorantes ejus mysterium. Voluit igitur impius Nestorius ea quæ illorum sunt ad medium deducere, & à Deo sacra privatus est aula. Dum verò anathematizassent quæ ejus sunt nonnulli orientis Episcopi, altero modo hæc ipsa rursus inducunt, dum ea quæ sunt Theodori admirantur, & eum rectè sapere dicunt & consonè patribus nostris, Athanasio dico & Gregorio atque Basilio. Sed mentiuntur contra sanctos viros. Scripserunt enim quantacunque Theodori & Nestorii malis sunt adversa sentientes. Quia igitur didici quòd de his & vestris piis auribus ingerant quædam, rogo ut animas vestras intactas omnino impollutasque servetis à Theodori & Diodori impietatibus. Sicut enim suprà jam dixi, Nestorius ea quæ ipsorum sunt est locutus, & ob hoc ut impius condemnatus est ab universali synodo apud Ephesum congregata juxta Dei voluntatem. Quoniam verò simulant quidem se symbolum confiteri quod expositum est in magna & antiqua synodo Nicæna, declinant verò ejus falsa interpretatione virtutem, rogaverunt Archimandritæ orientis orthodoxi interpretari à me idem symbolum. quod & interpretatum est. Et necessarium fuit ut in vestras pias & Christi amicas aures perveniret hoc opus. Vestræ siquidem tranquillitati inest inter alia bona & hoc, ut in sermonibus de recta fide sine cessatione delectati velitis.

a [a] *Sanctam epistolam pro suis patribus ad hoc præcipuè protulit Irenæus ut Nestorium probaret non esse novitatis auctorem, dum constet quòd multæ hæreses patrum pro se ob hoc ipsum proferant lectiones, nec tamen ob hoc eorum principes non sint novitatis auctores. Nam ut de aliis interim sileam, Eusebius in opere apologetico pro Origene & dogmatibus ejus, id est, pro præexistentia & restitutione composito, quod martyris & ipsius Eusebii Cæsareensis nominibus prænotatur, multis valde præcedentium patrum testimoniis usus est pro prædictis erroribus. Nec tamen idcirco ab Ecclesia Dei vel Origenes absolvitur, quasi non fuerit novitatis inventor, sed illis pariter addicuntur. Similiter Arriani & Macedoniani abutuntur testimoniis Dionysii Alexandrini Pontificis, & cum eis etiam Donatistæ sancti martyris Cypriani & octoginta sex coepiscoporum ejus, Concilio facto. Et de omnibus his idem quod dixi servat Ecclesia. Et Pelagius, diabolici auctor erroris, etiam beati Iohannis Constantinopolitani Præsulis & Mediolanensis Ambrosii & aliorum, ipsiusque Augustini, laudabilis tantæ expugnatoris hæresios. Nec tamen ob hoc vel ipsi Nestoriani dicere potuerunt quòd nullus prædictorum fuerit novitatis inventor. An fortè idcirco alios novitatis repertores asserunt nominari quia de præcedentium patrum nominibus scriptisque mentiuntur? Sed contra hoc nobis testis est illa vetustas & consonantia codicum, cui qui non credit, nec contra Manichæos de novi testamenti librorum invenit quod adstruat veritate. Si ergo verè Manetis blasphemias execrantur, quomodo ei in maxima & summa suæ hæresis confirmatione poterunt consonare? Cur ergo ipsi novitatis inventores nostros patres accusant, dum longè antiquiores ab Ephesino, sed & alis ab ipso quoque Nicæno Concilio magistri clarissimi verè ac propriè, id est, summi ac sempiterni Dei genitricem beatam virginem, quæ substantialem patri filium peperit, dicant, & quæ ille ipse in nostram naturam suscepit, ejus dici per unitionem in unam personam subsistentiamque definiant quæ primus prorsus Nestorius abjurando damnatus est? Et ne nunc quidem correctus est, sicut ejus, quantum suprà posuimus, ipso Irenæo dicente, ad Theodoretum scripta testantur, quæ contra fidem pacificæ Alexandrini Pontificis scripsit epistolæ. Hæc breviter diximus ad id solum, quia non ob hoc negandus fuit Nestorius novitatis inventor quia Theodorus & Diodorus à Cyrillo eadem sapuisse dicti leguntur.*

CAPUT CXCIX. 288

Pars, *inquit*, Theodoti Ancyræ ad sanctum Vitalem monachum qui erat in Cappadocia.

ETsi enim Cilicum quidam vobis impietate communicant, quos ante Nestorium decepit Theodorus, sed non oportet tuam religiositatem post tantam virtutem & tot tempora vitæ monachicæ subduci novitatibus dogmatum quæ superductæ sunt pietati ex quæstione juvenili, non ex nostra pristina fide. Dispensationis enim Christi miracula fides quidem fecit omnium lucrum, quæstio autem hoc lucro quærentem privavit. Præfuit verò huic ineffabilium & omnem superantium rationem mysteriorum unigeniti quæstioni priùs quidem Theodorus, post illum verò Nestorius; quem nunc sequuti sunt Thyanenses.

CAPUT CC. 289

Pars, *inquit*, [b] epistolæ Rabbulæ Edesseni scriptæ ad [c] Ægyptium, significans quòd qui ab eis oppugnabatur, id est, Nestorius, eos qui circa beatum Theodorum secutus, sic usus est coram Ecclesia doctrinis. b c

EPiscopus enim quidam provinciæ Cilicum, vir verisimilis dictu, & sufficiens ad persuadendum,

[a] SANCTAM] Legendum *suprascriptam*, ut in simili causa monuimus suprà pag. 719.

[b] EPISTULA] Extat in collatione quinta Concilii quinti. Citatur autem à Pelagio II in epistola tertia ad Episcopos Istriæ, ex eadem interpretatione. Mutilus porrò est hic locus in editionibus epistolarum Pelagii, quem emendandum esse ut habetur in Concilio V. docet vetus codex bibliothecæ Colbertinæ.

[c] ÆGYPTIUM] Lupus ediderat *Ægyptum*. Nos emendavimus, secuti auctoritatem Concilii V. & Pelagii II. qui docent eam epistolam scriptam esse ad Cyrillum Alexandrinum.

dendum, altera quidem pro tribunali præferebat ad placendum populo, altera verò per dæmonis capturas ferebat in scriptis. [a] Qui in quorundam fuorum librorum principiis anathematisatum legenti circumponebat, ne alius proderet scripta. Iste primus exposuit non esse Dei genitricem secundùm veritatem sanctam Mariam, tamquam Deo verbo non recipiente eam quæ secundùm nos est geniturarn. Hoc nunc usque latens, ne tempore diuturniore roboratum firmius putaretur, secundùm dispensationem Dei oblitus Nestorius, novæ incisionis auctor, in publicum protulit.

Idem Irenæus & ad hoc his testibus utitur ut quasi talem faciat syllogismum.

Ecce his tribus testibus est credendum quòd Nestorius Theodorum in sua prædicatione secutus sit. Rursus quòd Theodorus ea ipsa docuerit quæ omnes clarissimi patres, testis est synodus orientis. Igitur, inquit, Nestorius eadem prædicavit quæ cuncti clarissimi patres.

In his ideo erravit, quia temperantiam non attendit Ecclesiæ Dei, qua usa est synodus orientis ad Imperatorem Theodosium in epistola pro Theodoro & Diodoro Episcopis, quam & ipse Irenæus posuit, inter alia inquit: [b] Si quis verò, Imperator sancte, [c] immanifestum de tali dicat inveniri in ejus aliorumve conscriptis, nec hoc jam nunc est necessarium retractare. Quorum enim in sacerdotio & sacris operibus optimum finem vita suscepit, his pristinam gloriam dedicamus, & non eos esse judicamus ab eis ex quibus eos audacter quidam reprehendere volunt. *Apertè synodus orientis dicta Theodori sub sana exceptione ut laudavit, ita & clarissimis ostendit consonare doctoribus, dicens:* Ex quibus quidem defunctos magistros Ecclesiæ temperantia laudet, ex quibus judicare non debeat, *id est, ex his quæ communia omnium sunt, non ex his si qua non inveniuntur esse communia. Quoniam verò præfatus Irenæus dicit quòd Iohannes & coepiscopi ejus eadem quæ Nestorius sentientes, sub hypocrisi ejus dejectioni consenserint, quædam testimonia ex libro Eutherii coheretici ejus contra unitivam beati Cyrilli epistolam, ubi & ejusdem Nestorii testimoniis utitur, hic transcribenda prospexi, per quæ etiam nunc catholicorum & hæreticorum differentia dignoscatur, & maximè circa fidem, de qua nunc specialiter sermo est.*

CAPUT CCI. 290

[d] *Epistola Eutherii quondam Thyanensis Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum, contra pacem scripta Ecclesiæ Dei quæ facta est inter Cyrillum & Iohannem Episcopum.*

MOvet me ad scribendum consuetè à Deopassianis adversùs pietatem pugna conscendens. Nunc verò duo me ista compellunt intacitum movere sermonem contra eos qui impiis assenserunt. Unum, quia oriens bene degens in pace priùs, nunc sicut & ceteræ provinciæ perturbatur, & quia [e] is qui hujus perturbationis est causa, ut admirabile aliquid, delictum suum per epistolam laudat. Scribit namque ad Cilicum patres: *Si quis verò, quod absit, ab hoc bono avertitur, hic manifestius est quod ab olim & à principio non ea quæ Domini sunt, sed quæ sua, quæsierit.* A quo inquirere bonum est: A te interim quæ Domini sunt quæremus, quæ in Epheso perdidisti, [f] non veniens tempore definito, atque nunc in Ægyptum dirigens contra fidem perpetrasti. Taceo interim quæ contra [g] personam quæ in invidia est fueris machinatus, sciens quòd jurisdictio quæ pro pietate movebatur, illius defensioni proficeret. Sæpe enim potente persona pietas utitur circa fidem pro suo contra impietatem statu, quoties se viderit impugnari, sicut quondam sanctæ memoriæ Meletio Antiocheno Episcopo, & ante ipsum immortalis memoriæ Alexandrino Episcopo Athanasio. Dic igitur nobis quando tu ea quæ Domini sunt quæsieris, præteritis temporibus, an præsentibus? Sed ne scrutatores tuæ conversationis putes, contra Ægyptii impietates sine pudore debellatus es. Ex tuo & ejus novello negotio, qualiter de præteritis dijudicatio nulla fit, hoc nobis ostende, & utrum correctio cujuslibet putanda sit judicemus, illiusne qui deliquit atque correptus est, an tua, qui dijudicasti & corripuisti? Dic quis alterum sit lucratus, quis sit peccati absque sua confusione correptor, quis imitatus Petrum, & ad pœnitentiam paratè susceptus? Perscrutemur, si placet, & eorum quæ ad te [h] ab Ægyptio scripta sunt virtutem. Videamus si pacem quam redditam prosperè mundo annuntias, fixæ adjectione factam non reperimus in te; & veni, ut attingentes ipsarum principium litterarum, Ægyptiacæ illius interim dejectionis specimen videamus: qualiter in ipsis epistolæ prooemiis salvatoris quidem Christi præteriens faciat mentionem, imperialem verò mox dilatet laudem. Et hoc namque impiorum est proprium, despicere quidem patientiam salvatoris, obsequi verò eorum qui in terra prævalent potestatibus. Sed mihi dona ut de vanis illius circa hæc sermonibus taceam, ipsam virtutem earundem inspiciens litterarum. Quod verò est deterius, qui deludit irreprehensibile Domini consilium, semetipsum cœlitus consiliarium divinæ gubernationis

[a] QUI IN] Sic legendum esse docent idem Concilium & Pelagius. Apud Lupum legitur, *Quin.*
[b] SI QUIS VERO] Hoc fragmentum tribus in locis refert Facundus, nimirum lib 8. cap. 3. & 5.
[c] IMMANIFESTUM] Apud Facundum, *obscurum*
[d] EPISTOLA] Non est epistola, sed invectiva adversùs Cyrillum Alexandrinum & Ioannem Antiochenum, ab Eutherio haud dubiè missa ad Alexandrum.
[e] IS QUI HUJUS] Ioannes Episcopus Antiochenus.
[f] NON VENIANS] Tardè enim venit ad synodum. Vide suprà pag. 481 cap. 31.
[g] PERSONAM] Nestorium.
[h] AB ÆGYPTIO] Cyrillo Alexandrino. Agitur itaque hic de epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum, quæ acriter & invidiosè examinatur. Extat suprà pag. 591.

efficiens. Nam sensum quem volentes ejus adhibent blasphemiis nomine pacis appellat, & ipsam à salvatore attributam quadam quasi lege pronuntiat. Adhuc autem conspectione digna est & ipsa insyncetitas adulationis ad Principes. Mitatur enim eorum pietatem a parentibus traditam, & per hoe eos suadere volens hanc ejus suscipere impietatem quæ illis beatis adversa est. Vnde coronas iterum plectit ei qui occurrit ad ipsum, & auget ejus superbiam contra fidem. Ipse namque epistolæ verborum crepitus interpretatur illius animæ crudum tumorem. Quæ commemorari est bonum. [a] *Nam quo quidem modo Ecclesiæ sint divisæ, superfluum dictu est.* O protervia! Insontem semetipsum censet, & sola, qua contra alios dicat, interminatione seu comminatione contentus, probationem culpæ alterius putari vult quòd ad accusandum pronè paratus sit. Vbi sunt nunc qui tuba canunt [b] hujus pœnitentiam? Vbi sunt illusionis hujus impudentes præcones? Quid loquimini contra illum qui ab eo & apertè [c] theatrizamini? Videte quam de vobis exhibet pompam, & eos lætissimo risu traducit qui pridem quidem bellati sunt contra eum, nunc verò ejus facti sunt fœderati. Quid enim dixit? *Quoniam verò superflua omnino & inopportuna Ecclesiarum discordia facta est, nunc nobis est præcipuè satisfactum.* O incongruitas! Superfluam dicit suæ discordiæ increpationem, impiæ culturæ suæ discoopertionem. Sed & satisfactionem superfluitatis hujus annuntiat. Dic, ô optime, hujus satisfactionis speciem, de forma hypocritarum subsannationem triumphi in eos qui tibi prodidere veritatem. Scribe tuorum supplicum confessionem. Scribe occultas Iudæ nunc contra divinitatem nundinas. Dic proditionis & modum. *Domino meo*, inquit, *religiosissimo Episcopo Paulo chartam nobis offerente irreprehensibilem confessionem fidei continentem, & hanc à sanctitate tua & ab his qui illic sunt religiosissimis Episcopis compositam confirmante.* Intende quæso confessionis conjunctioni. Ait enim: *irreprehensibilem confessionem fidei continentem.* Iudex etiam nunc fit fidei qui damnatus est, judicat judices qui addictus est, & exigit testimonium quasi veracior. Ait enim: *& hanc à sanctitate tua & ab his qui illic sunt religiosissimis Episcopis compositam confirmante.* Quantam simulationem demonstrat absconditam? Coofirmante, inquit, erroris eorum correctionem, gestorum contra me ab eis pœnitentiam, præcedentis errorum confessionis incongruitatem, mei magisterii utilitatem, meorum capitulorum conservationem. Etenim expetam, inquit, eos fidei hujus testimonium, ut eorum contra expositionem meam calumnia publicetur. Dico & *irreprehensibilem eorum confessionem*, ut adversantes mihi, accusatos nuper, credidisse convincam. Sed quid me detinet impœnitens Ægyptii elatio, dum me abstrahat jam [d] fratricidii perpetratio? Video namque illos hereditate ejus qui iniquitatem ipsam passus est adornari & illius nitescere floribus. Dicite enim mihi; cujus doctrinas & exponitis, quo prius hæc estis prædicante confessi? Et si quidem talia plurimos latent, fingite solos vestra vos discere; si verò clara sunt omnibus, cur occiditis hereditatem quam diripitis? Veruntamen legamus, & horum demonstrationem videamus. *Confitemur*, inquit, *Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante secula quidem de patre genitum secundum deitatem, ultimis verò diebus eundem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria sancta virgine secundùm humanitatem, consubstantialem patri eundem secundùm divinitatem, & consubstantialem nobis secundùm humanitatem.* Hæc nunc scripsistis vos. Audite & [e] ejus dicta qui expugnatur à vobis, quàm clarè eadem dixerit. Sequens enim sanctos patres qui Nicææ convenerunt, & coram Ecclesia circa illorum expositionem verbum faciens, sic ait: *Vox significans & divinitatem & humanitatem id est, id nomen quod est Christus, patres vera dicere facit utraque. Consubstantialis patri Christus, verum est. Etenim secundùm divinitatem consubsistit. Consubstantialis nobis secundùm humanam naturam, verum est. Et homo est enim.* Vides quomodo unius linguæ sint prædicationes. Cur igitur abnegaris prædicatorem veritatis? Cur qui ei assensistis, contra ipsum cui consensistis furiosè pugnatis? Cur refutaris cum eum quo ipsa sensistis, & alii, qui blasphemat, communione jungimini? Non mihi sitis verbis orthodoxi & operibus blasphemi. Res pietatis ostende, & vera eris de pietate conscribens. Sed dic, inquiunt, & residuæ confessionis identitatem & de virgine sancta præcipuè. [f] *Confitemur enim nos*, inquiunt, *sanctam virginem Dei genitricem, eò quòd Deus verbum incarnatus sit & inhumanatus, & per ex ipsa conceptionem univerit sibi templum ex ipsa susceptum.* Ego tibi ostendam & hujus confessionis similitudinem, etsi ab acribia recidisti. Participatus namque es cum hæreticis cumque orthodoxis quæ de virgine sapis. Et audi qualiter nec hoc prædicator veritatis omiserit. Sermooem namque de inhumanatione coram Ecclesia faciens, & infirmioribus auribus condescendens, sic ait: [g] *Oportet id & clariùs dicere, ut omnibus sit perspicuus ejus quod dicitur intellectus. Liber generationis Iesu Christi. Non ait, Liber generationis Dei verbi, neque Liber generationis hominis. Nam si diceret, Liber generationis hominis, Christum purum nobis hominem demonstrasset. Si verò dixisset, Liber generationis Dei verbi, puram nobis induceret divinitatem. Comprehendit igitur utrasque naturas in appellatione Christi, ut nullum sine altero intelligatur. Hinc sancta virgini convenit quidem & ex eo quòd Christi facta sit mater, ut duplici nomine appelletur. Quoniam verò oportet, & propter eos qui clariorem appellationis hujus exigunt intellectum, & maximè filios existentes Ecclesiæ, & dicto ad eos uti manifestiore, ideo & nunc quæ pridem breviore appellatione de beata illa & sancta virgine prædicabantur, hæc manifestioribus appellationibus confitemur, quoniam sancta virgo Dei genitrix est & hominis genitrix; Dei genitrix quidem, eò quòd templum illud quod in ea à spiritu sancto creatum est, unitum sit deitati; hominis verò genitrix, eò quòd assumpserit nostra natura primitias divina natura.* Quis igitur præfatæ confessionis expositionem secutus est? Tu qui Dei genitricem dixisti tantummodo, an & iste, qui Dei genitrici conjunxit hominis genitricem?

[a] NAM QVO QVIDEM] suprà pag. 593. *Quo enim modo divisæ sint, superfluum arbitror dicere.*
[b] HVIVS POENITENTIAM] Orientales enim pœnitentiam Cyrilli vocabant eam quam cum Iuanne iniit pacem. Vide paulò infrà pag. 902.
[c] THEATRIZAMINI] illuditmini
[d] FRATRICIDII] depositionis Nestorii, quam homicidium dictam fuisse notavimus ad caput CXC pag. 886.
[e] EIVS DICTA] id est, Nestorii.
[f] CONFITEMVR] Redit ad epistolam Cyrilli.
[g] OPORTET] Fragmentum est sermonis à Nestorio habiti in Ecclesia, quod extat suprà pag. 690. Habetur etiam inter opera Marii Mercatoris. Eadem repetit Nestorius in epistola ad Cyrillum suprà pag. 410.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

Perimis confessionem fidei quam priùs exposueras. Dixisti namque ex ipsa genitum Christum secundùm humanitatem. Noli igitur perimere priora fugienda quod sequitur. Quod verò non secutus sis patres orthodoxos, & maximè beatæ ac sanctæ memoriæ Episcopum Tharsi Diodorum, audies à beato condescensoriè quidem dici Dei genitricis vocem concedente, non verò abscidi ab ea & hominis genitricem dogmatizante. Inquit enim. *Veruntamen dicatur propter unitionem Maria Dei genitrix. Deus enim fortis est semen Abraha per unitionem ad Deum verbum. Fatenda verò & hominis genitrix. Sic enim propter naturam hominis genitrix est Maria. Dei verò genitrix, non tanquam natura sit partus, sed quia is qui est ex Deo, homo natura, Deo verbo conjunctus est.* Vidisti subtilitatis expositionem. Cur igitur non secutus es sanctos patres? Major enim est accusatio illa: quia & dum promisissetis pariter omnino nihil adjicere fidei sanctorum patrum qui Nicææ congregati sunt, vocem quæ ab illis dicta non est adjecistis, secuti plures consonantes illorum; nunc verò & patribus illusistis, & discipulorum non estis secuti vestigia. Omnia autem fecistis soli placere festinantes Ægyptio. Vnde & fictas illius assentationes vos suscepistis soli, dum sanctas ad decipiendum vos appellaverit voces. [a] *Has*, inquit, *adeuntes sanctas voces.* O multiformis error. Impiissime & veritatis inimice, nunc sanctæ sunt pietatis voces, nunc dixisti fidei verba, nunc tibi est rectæ glorificationis confessio prædicata. Tandem tege impudentiæ faciem. Nonne impugnatus à te doctor hæc te imbuit priùs? Lege infelix inscriptos ad te apices. Vide, impudentia plene, clariùs tibi explanatas has sanctas voces; & aut temetipsum ut fidei adversarium increpa, aut ironiam sanctæ hujus appellationis denuda. Quid enim tibi scripsit, etiam quando ei contumelias ingessisti? [b] *Et* [*si*] *mihi*, inquit, *aures ad fraternam medicinam præstiteris, ipsas tibi illorum sanctorum voces proponens, liberabo te à calumnia contra eos & contra divinas scripturas per illos. Credo*, inquiunt, *in Dominum nostrum Iesum Christum filium ejus unigenitum. Attende quomodò priùs ponentes*, Dominus & Christus & unigenitus & filius, *quæ nomina divinitati & humanitati communia sunt, quasi quædam fundamenta tunc inhumanationis & resurrectionis & passionis superædificant traditionem, ut præpositis nominibus quibusdam utrarumque naturarum significativis, neque ea quæ filiationis & dominationis sunt incidantur, nec ea quæ naturarum in singularitate filiationis confusionis exterminio periclitentur.* Nonne hæc tibi scripta sunt priùs? Sed istis & ea quæ ante nuper laudata sunt confer. [c] *Confitemur*, inquit, *Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, Deum perfectum, & hominem perfectum.* Hic intende quia edoctus es olim quòd ut fundamenta sint divinitatis & humanitatis nomina. Dic verò & reliqua: *ante secula quidem ex patre genitum secundùm divinitatem, in ultimo verò dierum propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundùm humanitatem. Consubstantialem eundem patri secundùm divinitatem, & consubstantialem nobis secundùm humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta est, propter quam unum Christum, unum Dominum, unum filium confitemur.* Secundùm hanc inconfusæ unitionis intelligentiam discute & hic rursùs consonationis virtutem. [d] *ut præpositis*, inquit, *nominibus quibusdam communibus utrarumque naturarum significativis, neque ea quæ filiationis & dominationis sunt incidantur, nec ea quæ naturarum in singularitate filiationis confusionis exterminio periclitentur.* Vides quomodo tibi eundem quidem ex indivisa & singulari filiationis intelligentia clariùs scripsit. Ad hæc ubi tuam factam laudem suscipiemus? Hæc ipsa enim & odisti & miraris, & anathematizas & sacra dicis. Sed inquit: *Nunc admiror, ex quo vocem Dei genitricis accepi. Tunc enim non solum tacebatur, sed è contrario etiam projiciebatur. Christi enim genitrix, & non Dei genitrix, dicebatur hæc eadem.* Ostensum quidem tibi est & ex prædictæ vocis vi quin potiùs vocum expugnabilis ratio. Quia verò his litteris intendens, abscindis consequentiæ rationes, ego tibi expediam epistolæ verba, ostendamque illum virum hanc vocem nullatenus repulisse. Ait enim hæc ipsa. [e] *Vbique*, inquit, *divina scriptura, quotiescunque dominica dispensationis memoriam facit, generationem passionemque non divinitatis Christi tradit, sed humanitatis, ita ut vocetur juxta scrupulosiorem appellationem sancta virgo genitrix Christi, & non genitrix Dei.* Secundùm scrupulosiorem, inquit, appellationem. Vbi autem quæritur quod scrupulosius est, ibi non omnino perimitur quod simplicius est. Vtrumque enim suscipientium commensuratur auditus. Sic enim ad eos & postea dictum est: [f] *Quia propter eos qui clariorem appellationem hujus expetunt intellectus.* Et id quod est: *Veruntamen dicatur propter unitionem & Dei genitrix, si non juxta hæreticum sensum.* Sufficiat igitur & ista convictio fraudis quæ contra illas litteras facta est. Incongruum namque est relinquentes nos importabilem tuam contra salvatorem blasphemiam de simpliciori virginis appellatione contendere. Ipsa enim quæ visus es admirando laudare, mox pace nisus evertisti. Nam si quidem solùm vocasses sacras illas voces, & continuò tacuisses, multorum subrepsisses auditibus. Quò verò compellit te ultio veritatis? Simulationis tenebras amisisti. [g] Age igitur, & nos rursus utamur gladiis contra te. Et priùs quidem sibimetipsi repugnare monstremus tuæ temeritatis insaniam. Nam qui in superioribus epistolæ partibus decentia tempori pacis & sapere te & dicere promisisti, mox ex insidiis erigis prælium, & vespas agrestes appellas eos qui ad tuarum conscripserunt blasphemiarum convictionem. Vbi autem sunt etiam nunc qui tuba canunt hanc pacem, qui eum [qui] contumelias ingerit prædicant pœnitentem? Quid erratis, immo verò quid tentatis decipere? Non sunt hæc verba pœnitentis, sed nec iterum dicere: [h] *sic & nos sapere invenientes*, pro eo ut dicat: *Non nunc hæc ex pœnitentia sapimus, sed semper ita sapuimus, & sumus vanè depositi.* Dic & aliud huic demonstrationi conveniens. *Oportebat namque clarè intelligere quòd omne ferè nobis fuerit de fide certamen.* Certamina prætendit, ô homo, & tu pacem nominas prælium. Ille exspoliatur ad luctamen, & tu profers de pace le-

[a] HAS, INQUIT] suprà pag. 594. *his vestris relectis sacris vocibus.*
[b] ET SI MIHI] Fragmentum ex epistola Nestorii ad Cyrillum suprà pag. 408.
[c] CONFITEMUR] Redis ad fragmentum paulò antea laudatum ex epistola Cyrilli ad Ioannem.
[d] UT PRÆPOSITIS] Repetis verba quæ paulò antè descripta sunt ex epistola Nestorii ad Cyrillum.
[e] UBIQUE DIVINA] suprà pag. 410.
[f] QUIA PROPTER EOS] suprà pag. 690.
[g] AGE] Compellat nunc Cyrillum, & ei objicit verba sua quæ habentur suprà pag. 594.
[h] SIC ET NOS SAPERE] Verba Cyrilli suprà pag. 594.

ges. Si autem mihi hæc dicenti non credis, vide & ipsos sudores ejus certaminis, vide impietatis fomenta, defige mentem blasphemis ejus captionibus. Ecce enim sequens impia capitula sua, rursus ipsa defendit & confirmat apud nos. Interim namque Emmanuelis appellatione in generatione secundùm carnem denuo utens, carnalem ac non Deo decibilem generationem virginis recommendat. Deinde ad reliqua, velut quadam consequentia, ad ipsam editionem capitulorum pergens, introducit scribens temperationis confusionisque unitatem. Audi enim quæ post hæc verba posuerit. *Qui verò*, inquit, *desuper ac de cælo descendens Deus verbum exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, & vocatus est filius hominis, persistans esse quod fuit, id est, Deus, inconvertibilis namque est & immutabilis secundùm naturam, ut unus jam intelligendus cum propria carne, de cælo dicitur descendisse. Nominatus verò est & homo de cælo, perfectus existens in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate.* Attende subtilitatem verborum, vide sermonum longitudinis intellectum. *Quia*, inquit, *desuper ac de cælo descendens Deus verbum.* Et quid post pauca? *ut unus*, inquit, *jam intelligendus.* O optime, & quomodo jam cum carne est? Iam non solum verbum intelligitur, sed caro & verbum, inseparabiliter quidem ut una persona contemplandus, non verò unum verbum vel unus sermo intelligendus. Quid ad operis conversionis credulitatem? Quid corrumpis scripturam, quæ furto non subjacet? Quid nomen fugiens Christi, ad hoc divinæ naturæ circumvolveris ut eam dispensationis passionibus subdas? Sequere Apostolum Paulum, & ne illudas Christum, qui in eo locutus est. Non ait: *Ipse de cælo descendens Deus verbum exinanivit semetipsum formam servi accipiens.* Sed quid dicit? *Hoc sentiatur in vobis quod & in Christo Iesu, qui in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Quæ verba & sanctorum patrum qui apud Nicæam convenerunt secura est fides. Solus verò intellectus vestri Apollinarius institutor nominum remutationem contra eorundem sanctorum patrum Nicænam confessionem & contra ipsam divinam scripturam fraudulenter induxit, pro Domino & Iesu Christo & filio, quæ sunt duarum naturarum significativa nomina, Deum verbum tantummodo exponens; ut dum solam divinam naturam personæ significat, tamquam quæ superet alteram, ipsam prædicet pro persona, & contemperet ambas in unam bene sonantem naturam. Hanc namque intentionem & tui sequuntur multiloquia verbi, *Deus*, inquis, *verbum ut unus jam intelligendus cum propria carne.* Dic & reliqua. *De cælo*, inquit, *dicitur descendisse. Nominatus verò est & homo de cælo, perfectus existens in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate.* Et quid est quòd in divinitate & in humanitate cognoscitur esse perfectus? Quid est alterum quod præter illas quæ unitæ sunt naturas inducitur? Quid est præter ipsas quod in ipsis speculandum sit? Nam quod in aliquo est perfectum, alterum præter ipsum est in quo ostenditur esse perfectum. Quomodo nobis in tres duas scidisti naturas? Dic quid sit præter deitatem & humanitatem alterum quod in eis perfectum debeat speculari? Ne transeas quod est tuum. Noli fugere convictionem. Habes demonstrationem præ manibus. Profer expositionem capitulorum. Ostende inde manifestè quod quæritur, clamans naturalem & secundùm subsistentiam unitionem. Hæc tibi enim objectum solvunt. Hæc tibi ædificant circa materiarum modum præter naturas ex naturis figuram, figuram quæ ex eis & fit & in eis est contemplanda. *Perfectus*, inquis, *existens in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate.* Putasne perfectus Deus sermo secundùm te in divinitate, an potiùs confiteberis secundùm nos divinitate perfectum? Et rursus, putasne perfectus idem ipse, ut inquis, in humanitate, an potiùs iterum credes nobiscum perfectum Deum in homine perfecto? Deum namque tantùm & hominem glorificamus, nihil alterum præter unitas agnoscentes naturas. Dic verò & quod sequitur. *& tamquam in una*, inquit, *persona intelligendus.* Quæ est latrantium tanta vesania? Non enim sufficit quòd in naturis inducitur aliquid alterum, id est, ex naturale, & secundùm subsistentiam unitione figura quædam; sed & in ipsa figura alterum quoddam peregrinum & inconstans dogmatizat. *& in una*, inquit, *persona intelligendus.* Non jam dixit unam contemplari debere personam, sed alterum in persona intelligendum. O intolerabilis ista confusio! O hæc contemplantia naturarum! Sed nos hanc similiter insilientem despiciamus ejus blasphemiam. Intendamus verò quomodo naturas dominicas completivas filiationis inducat. Nam dum perfectum supponit in eis alterum, introducit ex eis compositionem factam, qua filius perficeretur. Et ubi est inhumanationis filii perfectio, ubi permansio indefecta filiationis ante secula? Vbi est quem consubstantialem patrum fides absque mendacio dixit? Non sine causa, ut arbitror, qui vocati à te sunt vespæ, de cælo te ominati carnem dixerunt. Nam si & caro implet filiationem, perfecta verò & ante adventum filiatio fuit, necesse est consempiternam dicere huic perfectioni & carnem. Consempiternam verò dicens, consubstantialem quoque dicturus es. Consubstantialem verò dicens, cælestem sapere convinceris. Ne despicias. Non est tibi aculei parva plaga vesparum. Strangulat enim tuæ impietatis fauces, ut aut neges filietatem ante inhumanationem fuisse perfectam, aut hoc volens dicere, fatearis illud nolens, quod carnem sentias esse cælestem. Expedit porrò tibi accipienti plagam magis benignè suscipere vesparum doctrinas quàm vanitatem tantæ impietatis amplecti. Reliqua enim verba sæpius forsan dixeris pietatis. Si verò impudenter agis, & hoc disce, te ipsum rursus in blasphemiis permanentem latrantemque deteriùs. [a] *Vnus enim*, inquit, *Dominus Iesus Christus. Etsi non ignoratur differentia naturarum, ex quibus unitionem dicimus ineffabilem factam.* O insania, ô insipientia, ô amari & venenosi latratus! Quomodo dulce & amarum contemperavit in idem? Quomodo mel veneno conjunxit? Scimus, seductor, quòd unus sit Dominus Iesus Christus, & quòd non ignoretur differentia naturarum. Dic autem nobis quid sibi vult illud quod ais: *ex quibus unitionem dicimus ineffabilem factam?* An utique iterum illud, quòd ex naturis plena est filiatio? Etsi enim simulas non dicere nunc unitionem naturalem, volens ineffabilem nominare, sed tamen altero verbo idem composuisti. Hoc ipso namque quod dixisti, *ex quibus*, alterum rursus præter naturas significas quod ex ipsis est. Vides quomodo in eisdem volveris? Nec lates irridens. Nos namque, ô mirabilis, non ex ipsis unitionem dicimus factam, sed ipsarum tantum-

[a] VNVS ENIM] suprà pag. 595.

modo naturarum confitemur unitionem. Sic enim & perfectionem filiationis, quæ est ante secula, absque repugnatione prædicamus, & gratiam quæ nobis ex inhumanatione donata est, in glorificatione servamus. Non enim ipse indiguit ad plenitudinem filiationis primitus nostris; sed nos indigentes, adoptionem digni facti sumus ab ejus carne suscipere. Ad prædicta & illud pariter videamus, quòd non solùm capitulorum impietati hæc epistola convenit, sed etiam, sicut diximus pridem, & illas voces quas sacras vocavit evertit. Audi enim Deum perfectum hominemque perfectum. Perfectum è contrario prædicavit, verisimilem seductionem commutans, ac dicens in divinitate perfectum & in humanitate perfectum. Et rursus hæc dicens, quarum naturarum è contrario docuit obtegens confusionem, unionem dicit ineffabilem. *ex quibus*, inquit, *unitionem dicimus ineffabilem factam.* sursum atque deorsum adjectione syllabarum temperans blasphemiam. Huc enim ex Arrii & Eunomii magisterio adductus est contentiosus hic dæmon, impudentissima bestia, inverecundus draco. Et quasi parva fuerit præcedens impietas, ejus additamentis aliis quod dictum est supernutrit. Es verbis rursus transformatis impietatem colorans, ad intentionem suam passibilis apud eum divinitatis recurrit. Quid enim dixit ad hæc? [a] *Impassibilem Dei sermonem subsistere confitemur universi, etsi omni sapientia dispensans ipse mysterium, sibimetipsi impartire videatur eas quæ contigerunt carni propria passiones.* Impassibilem Dei sermonem subsistere confiteris. Et cur præcedens eum passibilem dogmatizas? Dic quid tibi velit quod inquis sibimetipsi impartire passiones, nisi utique illud, quia voluntariè passus sit? Novimus enim tuorum verborum consuetudinem. Sed possibile est ut quidam simul cum blasphemo irridentium contendat adversùm nos quòd impartire iste impius dixerit quasi proprias facere. Ad quos dicimus nos quia primùm vocem quæ dicitur *impartit* non id solùm significare putetis quod pertinet ad propria facere, sed etiam comparticipationis est res. Impartire namque quasi inter se & alterum partiri aliquas res, corrupto per compositionem sermonis verbo, nominatur. Si igitur sibimetipsi impertit, constat quia id ita dicitur sicut voluntariè vel spontaneè passionem participat. Confirmat verò quòd & nunc passum Deum verbum dogmatizet iste adversarius legum positi ab eo super hoc scripturæ testimonii lectio. [b] *Quale est*, inquit, *illud quod per Propheta vocem præconatur ut ex ipso: Dorsum meum dedi ad verbera & maxillas meas ad colaphos, faciem verò meam non averti à confusione sputorum.* Obstupefacit me illius sensus incongruitas. Si enim verbum carnis passiones proprias facit, (concedatur enim quia id quod est *impertit* ita ponit ac si dicat, proprias facit passiones) quomodo ad id testimonio utitur isto ut carnales has passiones sustinere dicatur? Aliud quippe est propria facere verbera carnis, & aliud ipsum verbera pertulisse, & ipsum fuisse colaphizatum, ipsumque consputum. Scripturæ siquidem testimonio Deum verbum per semetipsum prædicat pertulisse. Quomodo enim eum qui semel impassibilis exstat & incompositus & liber à formis creatorque formarum, aut ut ex partibus compositum & membris constantem quicunque eorum qui bene sapiunt suspicetur nisi ejus inseparabile templum, quod constat dorso & maxillis & facie, quæ consputa est, ut prædixi? Iste verò figurans infigurabile, ipsi passiones impertit universas. Si enim, sicut dixi, ex ipso quòd sibimetipsi passiones carnis impertit, antè præconatum est, *Dorsum meum dedi ad verbera &c.* alteras præter carnem convincetur habere Deus verbum figurales figuras, quæ passiones carnis in participationem recipiant. O insuperabilis insania, ô innumerabilis contaminatio, ô ineffabilis temeritas! Divinitatem figurat impius, & flagellat. Obstupesco de contaminata hujus temeritate formidans, & tremo dum loquor. Sed parco jam mihi, reliquorum jactans alienationem & desolationis abominationem, quæ & iterum circa Apollinarii phrenesim nihil se de sanctorum patrum fide corrumpere irrisoriè [c] jactitat, & similiter [d] contra spiritum sanctum illius blasphemias solitè sequitur. Lugeo autem solos qui [e] cum eo contra divinitatem manus extenderunt qui invocat Christum & ejus perfert hostem. [f] Quam is in vos habet jurisdictionem, quam excusationem, qui addictis impius paci, impietatis hujus estis refugæ facti? Projicientes fructus, fovistis radicem. Quinimmo & fructus recepistis, & radicem complectimini. Quas fraudes vestras ad memoriam reducemus? Illasne quibus tardiùs pervenistis ad Ephesum, an deceptiones quas in ipsa Epheso perpetrastis? An de proditione facta [g] Constantinopoli, an de [h] irrisione Tharsi composita, an de subdola assentatione [i] Antiochiæ gesta? Nonne illum quem punire meditabamini festivis muneribus illiciebatis? Nonne patres orthodoxos per scripta subegistis, [k] jurationibus inducente te? Nonne Constantinopolitanos & Antiochenos populos fovebatis? Digna sunt impietatis Ægyptiacæ quæ à vobis sunt perpetrata. Consonant sibi ad invicem nundinæ vestræ. Quæcunque enim desivistis blasphemare per linguam, hæc studetis simulatione firmare. [l] Sed vos, qui horum non estis participati pestilentia, inviolatum servare bonum depositum, quod & accepistis, in quo & baptizati estis, per quod

[a] IMPASSIBILEM] suprà pag. 595.
[b] QVALE EST] suprà pag. 595.
[c] IACTITAT] nimirum suprà pag. 595. ubi ait sequi se ubique sanctorum patrum sententias, omnino in aliquo ab eis deviare metuens.
[d] CONTRA SPIRITVM] ubi ait eum procedere quidem ex Deo patre, à filio autem alienum non esse secundùm unius essentiæ rationem.
[e] CVM EO] id est, cum Ioanne Antiocheno. quod sequentia probant.
[f] QVAM IS IN VOS] Alloquitur nunc & redarguit Ioannem Antiochenum & eos qui cum illo ad concordiam redierunt.
[g] CONSTANTINOPOLI] seu potiùs Chalcedone. Neque enim Constantinopolim intrare permissi sunt orientales, ut patet ex capite XXXII. & sequentibus. Et tamen ex capite LXX. pag. 772. videtur elici posse illorum aliquos fuisse Constantinopoli aut tum aut post discessum à Chalcedone. Ioannem Antiochenum à Constantinopoli revertentem Antiochiam synodum celebravisse apud Tharsum scribit Meletius Episcopus Mopsuestiæ suprà cap. CXLI. pag. 842. Cyrillus Alexandrinus in epistola ad Acacium Berœensem suprà cap. LVI. pag. 759. Constantinopolitanam synodum eam vocat quæ apud Chalcedonem habita est anno CCCCIII. adversùs sanctum Ioannem Chrysostomum.
[h] IRRISIONE THARSI] ubi congregatum est Concilium à Ioanne post recessum à Chalcedone. Vide suprà cap. LXVI. pag. 769. CXXXVI. pag. 838. CXLI. pag. 842 & CLXXIV. pag. 874.
[i] ANTIOCHIÆ] Illic enim post reditum ab Epheso synodum habuit Ioannes, in qua rursum damnavit Cyrillum & eos qui cum ipso erant. Vide Socratem lib. 7. cap. 33. & Liberatum cap. 6.
[k] IVRATIONIBVS] id est, terribilibus sacramentis, quorum mentio suprà cap. CLXXIV. pag. 874.
[l] SED VOS] id est, Alexander Hierapolitane & reliqui qui communionem habere noluistis cum Cyrillo.

& salvamini, declinantes omne impietatis collegium, maximè ne communicetis infestè illis qui polluti jam fuerint. Hi enim dum rectæ fidei se simulent assertores, impietati ministrant. Ad eos bene testificatur clamans scriptura divina: *Non potestis duobus dominis servire. Vnus enim Dominus, una fides, unum baptisma.* Vnus quippe per omnia & super omnia & in omnibus Deus, qui reddet unicuique secundùm opera ejus. Ipsi gloria in secula. Amen.

CAPVT CCII. 291

[a] Presbyter Claudianus.

PRæsumentes de sanctitate tua, quippe tamquam de nostro fratre, quia omnia etiam quæ efficibilia sunt, ut nosti, potes complere, religiosissimum Presbyterum Paulum virtute eulogiarum illuc sumus parati dirigere, præsumentes, ut diximus, de Deo & de tua, Domine, religiositate.

CAPVT CCIII. 292

Epistola, inquit, Epiphanii Archidiaconi & Syncelli Cyrilli ad Maximianum Episcopum Constantinopolitanum, in qua maxis convincitur intentio Cyrilli & eorum qui circa eum.

DOmino meo sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo patri patrum & Archiepiscopo Maximiano Epiphanios tuus. Quæ nobis sæpius à tua scripta sunt sanctitate non erant ita perturbatione plena sicut quæ nunc transmissa sunt Domino meo per omnia sanctissimo sanctitatis vestræ fratri Cyrillo, quæ plus eum fecerunt incidere ægritudinis recidivam, & admirandissimi Tribuni Aristolai, & quæ meæ humilitati directa sunt. Et ad utraque petita venia refero tam quæ olim facta sunt quàm quæ nunc denuo definita, & in quibus contristatus est sanctissimus & Deo amicissimus frater vester Cyrillus, insimiliter clarissimus Tribunus Aristolaus. Nam dum priùs id orientales expeterent ut capitula quæ sanctissimus frater vester Cyrillus exposuit, hæc ipsa [b] anathematizans idem extra Ecclesiam catholicam faceret, in hoc idem Dominus meus sanctissimus pater Cyrillus recertabat, atque dicebat quòd sancta & magna synodus agnoscens quorum veritatem sancivit, ea rectæ & sanæ fidei esse, & Iohannem cum reliquis [c] segregationi subjecit. *Et quomodo*, inquit, *ego cum eis faciam pacem & evertam synodale judicium?* Admirandissimus autem Tribunus Aristolaus insistebat ei [d] ut divinitus sancita perageret. Et hoc ex necessitate disposuit per omnia sanctissimus Dominus meus Cyrillus, ut ejus quidem sanctitas anathemate interposito dicat quòd non juxta hæreticum intellectum hæc ipsa exposuerit, sed quicquid videtur reprehensibile esse, zelo & calore circa Dominum nostrum Iesum Christum, qui abnegatus est à Nestorio, dictum sit, orientales autem cuncti anathematizent Nestorium ejusque sententiam, & ita suscipiantur ad pacem. Hoc autem mandante magnificentissimo Aristolao eis qui circa Iohannem sunt & Dominum Acacium, quòd deberet Dominus Acacius Iohannem compellere, direxerunt Paulum, vitantes hoc, ut de illo nihil in memoria aberret, sed ille quiesceret. Igitur Domino meo sanctissimo patre Cyrillo magna ægritudine detento, placuit ista differre. Post aliquot autem dies ostendit magnificentissimo Tribuno Paulus Episcopus litteras piissimi Iohannis, quòd Episcopi orientis & qui ulteriùs sunt hæc fieri non sinant: quæ & habebant quasdam illius impii, id est, Nestorii paginas. Dum rursus magnificentissimus Aristolaus hæc per litteras intimaret increpitans eis, [e] scripsit Verius magnificentiæ ejus quòd quædam decreta fuerint nuper ab Episcopis [qui] Antiochiæ convenerunt, & [f] Alexander Episcopus cum certa formula, quæ esset prolata, ad ejus esset magnificentiam destinandus. Hæc igitur addiscens Dominus meus sanctissimus Cyrillus, circa tuam quidem sanctitatem valde contristatur quòd pro ejus non posueritis animam tuam qui sæpe laborat sanctitate, & quia insuper & cum Domino [g] Philippo & Domino Claudiano non curet quomodo hinc exire faciatis Aristolaum clarissimum virum, sed præter ipsorum consilium, aiens, nihil feceris; & iterum recidivam incurrit. Nunc igitur, Domine mi sanctissime, impone tibi omne in hac causa studium. Scriptum est à Domino meo fratre vestro & Dominæ ancillæ Dei reverentissimæ Pulcheriæ, & Præposito Paulo, & Romano Cubiculario, & Dominæ Marcellæ Cubiculariæ, & Dominæ Droseriæ. Et directæ sunt benedictiones dignæ eis. Et ei qui contra Ecclesiam est Chrysoreti Præposito magnificentissimus Aristolaus paratus est scribere de nonnullis quæ [h] angelus tuus debeat impetrare. Et ipsi verò dignæ transmissæ sunt eulogiæ. Scripsit autem Dominus meus sanctissimus frater vester & Domino scholastico & magnificentissimo Arthebæ, ut ipsi conveniant & persuadeant Chrysoreti tandem desistere ab oppugnatione Ecclesiæ. Et ipsis verò benedictiones dignæ directæ sunt. Festina igitur & tu ipse, sanctissime, supplicare Dominæ ancillæ Dei Pulcheriæ Augustæ ut iterum ponat animam suam pro Domino Christo, (Puto enim quòd nunc non satis curet pro sanctissimo vestro fratre Cyrillo ut & omnes qui sunt in palatio Regis & quicquid avaritiæ eorum deest. Quamquam non desint & ipsi diversæ benedictiones) ut scribat increpativè Iohanni quò nec memoria illius impii fiat, scribatur verò & magnifi-

[a] PRESBYTER CLAVD.] Constantinopolitanus, ut docebit sequens epistola.

[b] ANAVNHMATIZANS] Puto reponendum heic esse, *anathematizaret, id est, extra Ecclesiam catholicam faceret.*

[c] SEGREGATIONI] depositioni.

[d] DIVINITVS] à divino & immortali vertice, ab Imperatore.

[e] SCRIPSIT VERIVS] Ita nos liberè emendavimus, cùm minimè dubia videretur emendatio. In veteri libro legebatur, *increpitans eis scripsit verum magnificentia ejus quod quadam &c.* Lupus, qui putabat legi debere *Verum*, videns sensum esse imperfectum, sic interpolavit hunc locum: *scripsit. Verum magnificentia ejus rescriptum est quòd quadam &c.* Verius, qui pro Ioanne Antiocheno degebat Constantinopoli; ista scripserat ad Aristolaum. Vide suprà cap. CXXIV. pag. 818.

[f] ALEXANDER EPISC.] Apameæ, ni fallor.

[g] PHILIPPO] Presbytero CP. viro magni nominis. Vide suprà pag. 376, 379, 411.

[h] ANGELVS TVVS] Paulò infrà: *contra promissiones quas fecit angelus tuus Eulogio.* Suprà cap. CLXXIII. pag. 872. *Cognoscat igitur angelus tuus quòd divina littera venerint.* Lupus hinc argumentum sumit ut ostendat Christianam fidem semper tradidisse unicuique fideli, præsertim Episcopo, esse proprium custodem angelum. Quod etsi ego negare nolim, arbitror tamen angeli nomen aliud significare in locis adductis & idem sonare ac si diceret: *contra promissiones quas fecit sanctitas tua, cognoscat sanctitas tua.* Quid si in Græco codice ex quo hæc versa sunt scriptum fuit ἁγιότης per abbreviationem, & hinc nata errandi occasio?

Anno Christi 431.

Synodicon.

centissimo Aristolao, ut instet ei celeriter. Et roga Dominam Olympiadem ut & ipsa coadjuvet nos & ut insuper roget Marcellam & Drosetiam, quia satis eam patienter auscultant. Et studium namque est orientalium nonnullorum ut impium Nestorium recipiant. Etsi non volueris, nocte ac die pro temetipso curans, multos habes perturbare sanctorum. Et Dominum meum sanctissimum [a] Dalmatium Abbatem roga ut & Imperatori mandet, terribili eum conjuratione constringens, & ut cubicularios omnes ita constringat ne illius memoria ulterius fiat, & sanctum [b] Eutychen ut concertet pro nobis & Domino meo fratre vestro sanctissimo ac reverentissimo. Clericos nostros inseparabiles habeat sanctitas tua. Et super hoc enim hic aliqui contristantur quod contra promissiones quas fecit angelus tuus Eulogio Alexandrino Presbytero geras. Subjectus autem brevis ostendit quibus hinc directæ sint eulogiæ, ut & ipse noveris quantum pro tua sanctitate laboret Alexandrina Ecclesia, quæ tanta præstat his qui illic sunt. Clerici enim qui hic sunt contristantur quod Ecclesia Alexandrina nudata sit hujus causa turbelæ, & debet præter illa quæ hinc transmissa sunt Ammonio Comiti auri libras mille quingentas. Et nunc ei denuo scriptum est ut præstet. Sed de tua Ecclesia præsta avaritiæ quorum nosti, ne Alexandrinam Ecclesiam contristent. Quæ præter præmissa gerat sanctitas tua. Ut nosti, loquere Ammonio Comiti, & suadeat ei ea quæ scit religiositas vestra. Et fac illum scribere huc, ne sit etiam de hoc tristitia. Magnificentissimus Aristolaus, qui pro tua sanctitate laborat, contristatur omnino quod ei talia scripseritis. Roget itaque sanctitas tua Dominam jugalem ejus ut scribat ei rogans illum ut perfectè laboret & ut reverentissimus Eutyches scribat ei. Festinet autem sanctitas tua rogare Dominam Pulcheriam ut faciat Dominum Lausum intrare & Præpositum fieri, ut Chrysoretis potentia dissolvatur, & sic dogma nostrum roboretur. Alioquin semper tribulandi sumus.

CAPUT CCIV. ...293

Incipiunt epistolæ quas inveni in codicibus Dioscorianorum, quarum signum à capite.

[c] Domino meo dilectissimo fratri & comministro [d] Donato Cyrillus in Domino salutem. Convenit & omnino peculiariter tuæ me religiositati ea quæ Ecclesiarum subsecuta sunt pacem facere nota. Fuit igitur Dominus meus admirandissimus Tribunus & Notarius Aristolaus ad Antiochiam, imperiales syllabas ferens, quæ jubebant reverentissimum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum Iohannem anathematizare quidem polluta Nestorii dogmata, acquiescere verò & dejectioni ejus ad similitudinem synodi, ac tunc quærere ut esset sibi nobiscum una communio. Et virtus quidem eorum quæ scripta sunt hæc fuit. Quidam verò orientalium Episcoporum, nondum puto eundem judicantium, vel etiam patrocinium illi præbentium qui rectam fidem nostram contristat non mediocriter & gloriam Salvatoris omnium nostrum Christi non mediocriter offendit, præparaverunt ad me scribere religiosissimum Berrhœensium Episcopum Acacium tetra quædam, quasi ipsa deposcerent, [e] oportere quidem cuncta quæ à nobis adversùs Nestorium scripta sunt solvi & ut infirma projici, consentire vero soli fidei symbolo quod à sanctis patribus nostris in Nicæna definita est civitate. Scit vero sanctitas tua quod tales rursus eorum propositiones & in Ephesina fuerint civitate. Ego vero scripsi ad hæc quod rem quærerent quæ fieri non posset. Scripsimus enim rectè quæ scripsimus, rectam immaculatamque asserentes fidem, & nihil omnino negamus ex nostris. Nec enim, sicut ipsi dicunt, aliquid excedenter est dictum, sed ubique juxta rectitudinem & veritatis virtuti concurrentia sunt. Illos autem potiùs oportere à [non] necessariis [cessare] sed circa id [acquiescere] quod bene habens placuit & ipsi piissimo & Deo amicissimo Imperatori & sanctæ synodo, ut Nestorii verbositates & contra Christum factas blasphemias anathematizent, fateantur verò & eum se habere dejectum, & ordinationi consentiant sanctissimi & religiosissimi Episcopi Maximiani. His igitur litteris à me directis ad eos, conspicientes quod eis communio minimè redderetur nisi perducerent ad finem quæ ab eis fieri oportebat, mittunt ad Alexandriam Emesenorum Episcopum reverentissimum Paulum ferentem literas ad me, communicatorias quidem, non tamen valde competenter dictatas. Simulabant enim & reprehensiones inferre, tamquam non rectè quædam dicta & gesta in sancta synodo fuerint. Et epistolas quidem tales minimè attendi, sed dixi quia illi qui & veniam postulare in his quæ acta sunt debuerunt, quoniam & secundas injurias inferunt. Excusante autem prædicto religiosissimo Episcopo & cum sacramento affirmante quod talem non habuerint intentionem, sed potiùs ex simplicitate ad has venerint litteras, pro caritate & istud omisimus. Non autem priùs ei Missas nobiscum celebrare concessi nisi libellum dans in scripto anathematizasset Nestorii dogmata, & confessus fuisset eum se habere depositum, & consentire ordinationi reverentissimi & religiosissimi Episcopi Maximiani. Interrogabat quidem tamquam pro omnibus qui in oriente sunt religiosissimis Episcopis, tales libellos dans ut nihil ultra hæc aliud posceremus. Consensi verò nullatenus; sed enim simul direxi cum Domino meo admirandissimo Tribuno & Notario Aristolao duos è Clericis nostris in Antiochiam, tradens eis chartam, & dicens: Quia si subscripserit religiosissimus Episcopus Antiochenorum Iohannes, & receperit eam, tunc ei date communicatorias litteras. Anxiabatur enim pro tarditate præfatus admirandissimus Tribunus Aristolaus. Subscribente igitur religiosissimo Episcopo Iohanne & his qui cum eo sunt clarioribus, & anathematizantibus Nestorii dogmata, & confitentibus eum se habere depositum, consentientibus quoque ordinationi religiosissimi Episcopi Maximiani, communionem reddidimus. Hæc namque illis & in Ephesina metropoli proposita sunt à sancto Concilio. Noverit verò & illud sanctitas tua, quod institerit quidem à principio plurimùm rogans reverentissimus Episcopus Paulus pro his qui depositi sunt, Helladio dico, & Eutherio, & Hi-

[a] Dalmatium] Vide suprà pag. 483. 485. 654.

[b] Eutychen] Ejus ergo magna tum erat sanctitatis fama. Postea ierunt contra dogmata Ecclesiæ, & hæresim de suo nomine condidit.

[c] Domino] Hæc epistola habetur Græcè & Latinè in tomo tertio Conciliorum pag. 1152.

[d] Donato] Episcopo Nicopolitano Epiri veteris. Interfuit Concilio Ephesino. Vide tomo tertio Conciliorum pag. 477.

[e] Oportere] Vide suprà pag. 600.

Anno Christi 431.

Synodicon.

metio, & Dorotheo. Et rogabat vacare ea quæ decreta sunt similiter eis, prætendens non aliter Ecclesiarum pacem posse definiri nisi adjicerentur & hi. Ego verò dixi quòd impossibilem rem tentaret & impossibile hoc esset obtineri unquam à nobis. Permanserunt igitur in eo quo nunc sunt [a] habitu, & nulla eorum mentio facta est in compositionibus de pace Ecclesiarum. Scripserunt verò eandem epistolam, quam direxerunt ad me, & ad religiosissimos & sanctissimos Episcopos tam [b] Xystum magnæ Romæ quàm & Maximianum sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanorum. Et necessarium fuit ut de his subtiliter doceretur perfectio tua; ne fortè aliquando multiloqiis assueti, alia pro aliis seminantes, perturbent aliquos fratrum, quasi nos ea quæ adversùs Nestorii blasphemias scripsimus negaremus. Direxi autem paria epistolarum tam scriptæ à me ad reverentissimum Episcopum Antiochiæ Iohannem quàm & ejus quæ ab eo ad me scripta est anathematizando Nestorii blasphemias & assentiendo ejus dejectioni, ad instructionem integram tuæ perfectionis. Et alias nemo proferat præter istas epistolas. Saluta fraternitatem quæ apud te est. Te quæ nobiscum est in Christo salutat.

CAPUT CCV. 294

[c] *Epistola ejusdem ad Acacium Melitinensem Episcopum.*

Reverentissimus & religiosissimus Diaconus & Archimandrita [d] Maximus venit ad me. Et dum talis sit vir, vidi eum sicut oportuit eum qui per multum tempus videri desideratus. Admiratus verò sum & zelum ejus & rectitudinem & aculeum pietatis quæ in Christo est. Ita enim cogitat & plenam curis habet mentem ut & omnem laborem velit suaviter sustinere quatenus mala doctrina Nestorii radicitus ab orientis partibus exstirpetur. Legit autem mihi & tuæ sanctitatis epistolam scriptam ad reverentissimum & religiosissimum Episcopum Antiochenorum Iohannem multa fiducia & Dei amore plenam. Scripsi verò ei & ego tales epistolas. Sed, ut videtur, deteriora vicerunt. [e] Fingentes enim se ea quæ Nestorii sunt odisse, altero rursus ea detinent modo, quæ sunt Theodori admirantes, qui certè æqua immo multò deteriori potiùs impietate languebat. Non enim Theodorus Nestorii discipulus fuit, sed iste illius, & quia ambo quasi ex uno ore loquuntur, atque conspuunt mali sensus ex corde suo venenum. Scripserunt igitur ad me orientales *quòd non oporteat ea quæ sunt Theodori accusare*, *ut non*, inquiunt, *& ea quæ sunt beati Athanasii & Theophili & Basilii & Gregorii accusentur. Quæ enim locutus est Theodorus, hæc & illi.* Ego verò ista scribentes non pertuli, sed fiducialiter dixi quia Theodorus quidem blasphemam habuit & linguam & ej calamum ministrantem, illi verò totius orthodoxiæ fuerunt magistri & enituerunt in istis. Sic verò eos qui ab oriente sunt affecerunt ut & exclamationes in Ecclesiis à populis fierent: *Crescat Theodori fides. Sic credimus sicut & Theodorus.* Et ista qui eum quondam lapidibus insectati sunt in Ecclesia quæ apud eos est breve aliquid subloqui præsumentem. Sed sicut vult magister, ita sapit & grex. Ego quidem nec quievi increpare ea quæ ab ipsis scripta sunt, nec quiescam. Quoniam verò oportuit, velut contradictiones in scripto apud eos essent, intendens in Theodori & Diodori codicibus, qui scripserunt non de incarnatione [[f] sed magis contra incarnationem,] elegi quædam capitula, & quo fuit possibile modo egi contra ea, ubique pronuntians abominatione plenam eorum esse sententiam. [g] Hortante autem me præfato reverentissimo Diacono & Archimandrita Maximo interpretari symbolum fidei quod expositum est à sanctis patribus qui Nicææ convenerunt, & ad hoc disposui memetipsum. Asseverat enim quòd quidam versutè fingunt se dicere illud & sequi, sed non sensibus rectis utantur, sed disputantur potiùs eis quæ rectè & indeclinabiliter directa sunt ad id quod ipsis videtur. Ut verò tuam non lateat sanctitatem, direxi [h] codicem simul & [i] tomum: quæ legens, consuetas pro me preces offerre dignetur.

Qui talia pro se scripta proferre consueti sunt, ex ipsis quoque alieni à Christi Ecclesia demonstrantur; posito priùs quòd re vera Cyrilli sint, & quòd talia ejus scripta & gesta probanda sint. Vident quòd post damnationem Nestorii & hæresis ejus, ipse princeps totius exclusionis eorum deteriora dicens à Nestorio scripsisse Theodorum, à communione tamen ejus judicum se minimè separavit, dum certè hos ipsos, id est, orientales Episcopos, ipsumque Concilium tota causa divisisse legatur, non solùm judicandi Theodorum, sed & ita ejus quæ accusabantur scripta laudandi ut in Ecclesiis à populis clamaretur orientis: Crescat Theodori fides. Sic credimus sicut ipse. *Isti autem qui se quasi Cyrilli sequaces extollunt, usque adeo se ab ejus judicum communione diviserunt ut non solùm scriptis &*

[a] Habitu] Hinc emenda editionem Conciliorum pag. 1153 ubi pro *schemate* positum est *schismate*. In Græco est σχίσματι. pro quo rectè adnotatum est in margine σχήματι.

[b] Xystum] Ea epistola extat Græcè & Latinè in tomo tertio Conciliorum pag. 1087.

[c] Epistola] Scriptam esse eo anno quo Proclus tomum suum misit ad synodum Antiochenam pater ex capite CCXI. Extat autem illa Græcè & Latinè inter opera sancti Cyrilli, Latinè verò ex veteri interpretatione in collatione quinta Concilii V.

[d] Maximus] Diaconus Ioannis Antiocheni, ut in capite decimo docet Liberatus. Extat enim ad eum epistola Cyrilli, in qua vocatur Diaconus Antiochenus. De hac Maximi monachi profectione in orientem vide quæ Irenæus suprà dixit pag. 891. in scholio ad caput CXCV. & infrà cap. CCVI. CCXI.

[e] Fingentes] Vide Liberatum cap. 10.

[f] Sed magis] Ista, quæ desunt in codice Casinensi, addita sunt ex editione vulgata istius epistolæ, & ex antiqua quæ extat in Concilio quinto.

[g] Hortante] Hinc rectè collegit Lupus Cyrillum expositionem suam in symbolum scripsisse ad preces atque hortationes Maximi. Extat in tomo tertio Conciliorum pag. 1180. inscripta Anastasio, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Gregorio, & huic Maximo Diacono. Ejusdem fragmenta referuntur in collatione quinta Concilii V.

[h] Codicem] id est, libellos Armeniorum pro defensione dogmatum Theodori Mopsuesteni, quos Alexandriam delatos fuisse & Cyrillo oblatos à Basilio Diacono docet Liberatus. Verùm ex epistola ad Lamporem, quæ extat in capite sequenti, colligi posse videtur hoc per codicem aut tomum intelligi expositionem symboli à Cyrillo compositam.

[i] Tomum] Procli videlicet ad Armenios, quem idem Basilius obtulerat Cyrillo, ut scribit idem Liberatus.

nominis

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

nomini Theodori anathema in scripto dicerent, sed & non judicantibus & anathematizantibus ea. Et hoc tunc fieri cœpit quando non, ut pridem, solius orientis, sed totius eum vindicabant orbis Ecclesiæ. Nonne si hoc sanè factum dicatur pro antiqua communionis talium tolerantia, quæ nunc intolerandissima judicatur, consequentissimè & ipse Cyrillus justè damnatus proponetur? Longè igitur rectiùs facimus, qui utrumque defendimus ab eis, nec unum acerbè damnando, nec alteri rationabiliter parcendo. Hoc auctores eorum, id est, clariores sequaces Dioscori obruit. Si enim tunc Cyrillus beatissimus & per talia reclamans, toleravit tamen solius orientis Concilium, quomodo vestri auctores Chalcedonense totius orbis Concilium anathematizare præsumpserunt, & ab Ecclesiæ ubique diffusæ semetipsos communione sejungere? Iam si hæc idonea non sunt ad utrisque partibus ostendendum quòd timore divini judicii schisma relinquere atque ad Christi debeant Ecclesiam remeare, quid unquam dici poterit quod gehennæ metus & æternæ vitæ desiderium humanis possit animis commendare? Per Christum quæsumus, universi qui legitis, studete meminisse quæ diximus & quia ob hoc ipsum & cetera scripta similia in hoc synodico vertimus in Latinum.

CAPUT CCVI. 295

[a] Epistola quædam Lamponi Presbytero & Clericis.

Degente me in Ælia, vir quidam præcipuus eorum qui in palatio militant epistolam mihi obtulit multorum versuum & grandem atque signatam, quasi qui acceperit eam ab orthodoxis Antiochiæ. Subscriptiones verò erant in ea multorum valde & clericorum & monachorum & laicorum. Impetebat verò orientis Episcopos, quasi tacuerint pridem Nestorii nomen; & fingunt se ei adversos; transilierunt verò ad Theodori inhumanatione codices, in quibus multæ deteriores jacent à [b] Nestorii blasphemiis. Pater enim fuit malæ sectæ Nestorii, qui impius loquendo ea quæ illius erant, ad ista in quibus nunc est pervenisse verisimiliter mihi videtur. Et scripsimus gloriosissimo Episcopo Antiochenorum, ut Theodori impia dogmata in Ecclesia nemo loquatur. Veniens verò Alexandriam reverentissimus [[c] Diaconus] & Archimandrita Maximus multùm clamavit contra eos qui sunt in oriente, dicens quòd orthodoxi nullum illic habeant locum neque fiduciam ad loquendum quæ rectæ sunt fidei. Dixit autem quòd simulent Ecclesiæ se symbolum confiteri quod in Nicæa est à patribus editum, interpretentur verò id malè. Et hortatus me est ut omnem expositionem eorum qui Niceæ convenerunt interpretarer, quòd non subreperent altera pro alteris, exponens. Quod & feci. [d] Deportat igitur tomos ut offerantur & piissimis dominabus & amatori Christi ac piissimo Domino. Feci enim in membranis fieri tomum. Contrecta igitur eum, quando bene se habere conspicitis, opportunè proferre. Oportet enim nos ubique pro recta fide certare & eam quæ contra Christum excitata est impietatem, quantum possibile est, tentare ut è medio auferatur.

CAPUT CCVII. 296

Epistola ejusdem Iohanni Episcopo Antiocheno.

Litteras à tua perfectione transmissas, plenas festivitate multa, etiam suavissimè nunc suscepi. Quod enim bonum, aut quid jucundum, nisi habitare fratres in unum, per unanimitatem & eandem circa Christum voluntatem in caritate conjunctos ad invicem, diruptis è medio scandalis quæ nescio qualiter subintroducta sunt: quæ gratia salvatoris per tuam sanctitatem peremptà quidem sunt olim, perimentur verò & in reliquis. Et hoc est, arbitror, quod à Deo dictum est voce prophetica: *Ambulate per portas meas, & lapides ex hac via projicite.* Contingat igitur ut cuncti quæ meliora sunt honorantes, vel nunc tandem contra veritatem contendere desinant, & addicta verbositate Nestorii, rectum & immaculatum resumant fidei verbum. Et hi quidem qui ad hoc olim vocati sunt, plurima valde nos, ut dixi, festivitate repleverunt. Det verò omnium Deus tuæ perfectionis orationibus & educationem, adductos ad mansuetudinem capere nosse qood utile est. Si verò quidam sævè contendunt, Ecclesiæ mansuetudinem non culpabunt; sed sibimetipsis quod passuri sunt haurientes, à vobis audient: *Abite in lumine ignis vestri & flamma quam accendistis.* Oportet enim distortis jam non mansuetè concurrere.

CAPUT CCVIII. 297

Epistola ejusdem Maximo, Johanni, Thalassio, Presbyteris & Archimandritis.

Egregius quidem zelus religiositatis est vestræ, & omni laude studium plenum. Zelantes enim Deo zelatis, ut scriptum est, ut non & nunc ab his qui ea quæ sunt Nestorii sapiunt exhonoratus inquiat: *Sustinuimus qui simul contristaretur, & non fuit: & consolantem, & non inveni.* Et hi quidem qui dogmatibus religionis sive Dei culturæ obsistunt, contra stimulos calcitrant, & suis ipsorum nocent animabus, offendentes in Christum, & contra eum calumniis se oblectantes. Alienum verò est ab anima sacerdotis, & quæ populis præsidere sortita est, lingua quidem anathematizare pollura & contaminantia Nestorii dogmata, re-

[a] EPISTOLA] Extat Græcè inter epistolas sancti Cyrilli, Latinè verò in collatione quinta Concilii Quinti. Ejus fragmentum refert Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ.

[b] NESTORII] Eadem vox restituenda est epistolæ tertiæ Pelagii ad Episcopos Istriæ in tomo quinto Conciliorum pag. 626. ubi malè editum est *nefaria*; cùm tamen in codice Nicolai Fabri, ex quo illa edita est, disertè scriptum sit *Nestorii*. Extat nunc in bibliotheca Colbertina.

[c] DIACONUS] Hæc vox addita est ex synodo quinta. De eo vide suprà cap. CCV. pag. 911.

[d] DEPORTAT] Nos emendavimus. Nam Lupus ediderat, *Deportate*. In Concilio V. habetur, *Habet.*

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

fertam verò eis habere mentem & evertere animas frattum pro quibus Christus est mortuus. Scripsi ergo & Domino meo admirandissimo Tribuno & Notario Aristolao quæ utique scriptura est religiositas vestra. Scripsi verò & aliis quibusdam. Cognoscens verò & hoc à reverentissimo Presbytero & Archimandrita Adamantio, cujus & mores & conversationem & disciplinam cum intellectu & rectitudine circa fidem miratus sum, & quasi omnes in uno præsentes adspexi. Quoniam verò mihi multi orthodoxorum & religiosissimorum Episcoporum scripserunt opposita sibi seu populis qui sub eorum manu sunt ab insensans Nestorianis colligens ea, librum brevem scripsi de incarnatione unigeniti, ut in tribus capitulis redigens omnem de fide sermonem. Et primum quidem est, quòd sancta virgo sit Dei genitrix. Secundum, quia unus est Christus, & non duo. Tertium verò, quia manens impassibilis Dei sermo, pertulit propria carne pro nobis. Igitur religiositas vestra præparet eum ab orthodoxis legi. Placebit enim, sicut arbitror, omnem ferè illorum solutam habens excusationem. Pro me verò facere orationes ne pigeat vos. Multa enim undique se effundens negotiorum coarctatio instar fluctuum conflictum habet intolerabilem. Credo autem & per orationes religiositatis vestræ erit iterum tranquillitas & pax.

Hanc sequitur illa quam & Irenæus posuit ab eodem Cyrillo ad Aristolaum scriptam.

CAPUT CCIX. ...290

Ejusdem Cyrilli epistola Aristolao Tribuno & Notario.

Piarum sanctionum quæ nuper ad admirabilitatem tuam sunt transmissæ virtutem addidicerunt omnes tam qui sunt in magna Alexandria zelotæ quàm qui per universam quoque Ægyptum Episcoporum religiosissimi, & rursus orationes pro donis obtulimus intentissimas Deo de victoria & permansione amicorum Christi & religiosissimorum Principum nostrorum, quos & contingat magnificari contra hostes & corroborari adversùs omnem resistentium manum, ut simus omnes in pace atque lætitia. Est verò id & tuæ admirabilitatis studio dignum. Oportuit enim ut tibi, qui talis es, & qui multùm intendis quod pium est, & habes fervidum zelum, dico autem pro pietate & immaculata fide, committeretur & hoc. Et orabam quidem ut omnes per orientem religiosissimi Episcopi nec suspecti à principio ullatenus fierent de malo sensu Nestorii, sed sinceram & omni inquinamento liberam opinionem & ipsum cor habuissent. Sic enim verbum veritatis rectè tractantes, curam decentem probatissimi induissent. Sed, ut addisco, lingua quidem nonnulli, & quod attinet usque ad sermonem, anathematizant vesaniam Nestorii, audeor verò rursus ea & sapere & loqui quæ ejus sunt. Et incredibile quidem est si sint quidam tales ullatenus eorum qui sortiti sunt sacerdotium. Quia verò multa est consusurratio, & non despiciendæ immo & omni reverentia dignæ sunt personæ hæc testantium, dignetur tua virtus semetipsam Deo commendandam cura attentiori intendere, ut præcipuè qui in suspicione sunt hujusmodi mali, anathematizent contaminatum Nestorium propter multas blasphemias ejus. Non enim id tantùm dixit quia sancta virgo non esset Dei genitrix, sed & alia super hæc adjiciebat mendacii patrocinia contra rectam & apostolicam traditionem. Duos enim nominabat Christos filios, unum quidem semotim ex Deo patre verbum, alterum verò præter eum semotim, illum ex semine David, & quem divinitatis organum nominabat, & dividens ubique, & quasi oblitus beati Pauli dicentis: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Non enim in Deum & hominem baptizati sumus, ut in duos per differentiam filios, sed in unum Christum, id est, unigenitum Dei verbum inhumanatum & incarnatum; ut sit idem ipse Deus simul & homo; ut ex Deo quidem patre genito Deo unico, ex sancta verò virgine eodem secundùm carnem. Non igitur patiatur admirabilitas tua eos qui alia sapiunt & nequicquam garriunt illic. Unus est enim, sicut dixi, Iesus Christus Dominus, & ejus una persona inhumanati, ejus qui natura & verè est filius. Eundem verò dicimus impassibilem quidem esse secundùm divinitatem, pati verò propria carne secundùm scripturas. Cujus enim proprium est corpus, illius esse dicuntur & quæ carni ejus contigerunt passiones. Impassibilis ergo secundùm divinitatem subsistens, in propria carne pertulit propter nos & pro nobis. Sic & universa dicuntur ut vivificante Deo unitam sibi carnem & propriam ejus, & nos in ipso & morte & corruptione potiores efficiamur. Si verò & anathematizant quidem voce & lingua, & sapiunt altera, videant impendens sibi à Deo periculum & prolatum [a] terminum ab universali Concilio quod in Epheso congregatum est. [b] Definivit enim ut qui ea quæ sunt Nestorii loquuntur aut sapiunt, sive Episcopi fuerint, sive Clerici, à sacerdotio repellantur; ne dicant quòd eam quæ in Epheso congregata est synodum nesciant; ut non eos abnegemus & nos, tanquam nescientes Episcopos esse.

CAPUT CCX. ...299

Epistola ejusdem Iohanni Antiocheno contra Theodoretum.

Ego quidem abstersisse à se maculam Nestorii vocum novitatis unà cum aliis religiosissimis Episcopis suspicabar reverentissimum Episcopum Theodoretum. Credebam namque quòd postquam semel scripsit & amplexus est pacem, ac recepit à me salutationis pacem, quæ pacationi videbantur officere abstulerit & ipse de medio. Sed mihi tradidit reverentissimus Presbyter Daniel [quòd] nunc usque persistit. A plurimis enim recedens, permanet forsan in ejus blasphemiis. Et clarum est, si nec anathematizavit eas, [quòd] neque pertulit ejus dejectioni subscribere. Et mihi det fiduciam sanctitas tua ex caritate dicenti quam ob causam sic pertinaces sunt aliqui ut non sequantur probabilem tuæ religiositatis intentionem neque in his quæ cum orbe fecisti, sed quasi quidem dehonorantes congregationem sint, ita quòd sibimetipsis videtur confirmant. Et si ea quæ didici

[a] TERMINUM] canonem, regulam, definitionem. In antiquis codicibus Concilii Chalcedonensis ita scriptum est in fronte canonum. *Termini ecclesiastici promulgati à sancta & magna & universali synodo quæ Calchedone collecta est.* Suprà cap. XXXVIII. pag. 741. *excommunicationis conculcaverunt terminum.*

[b] DEFINIVIT] Vide suprà pag. 480.

Anno Christi 431. Synodicon.

vera sunt, debet intrare in experimentum tuæ religiositatis aculeorum prædictus religiosissimus vir.

CAPUT CCXI. 300

Epistola ejusdem Mosæo Episcopo [a] Antaradi.

EGo quidem semper tuæ religiositati scribere non omisi & litteras abea directas accipere. Quæ verò mota sunt inter hæc, taciturnitatis causa sunt facta mihi & tibi. quæ & det Deus radicitus cadere atque è medio fieri. Volunt quidam spinas, quæ inter erigunt sepem, & disruptionem, qua nostri affectus ad invicem convenire non valeant. Perturbaverunt enim me omnino qui circa reverentissimum Archimandritam [b] Maximum, scribentes quædam quæ ad summam blasphemiam pertinent, & dicentes quòd illa ad eos à tua religiositate sint dicta. Oportet verò nos ut sicut ad [c] corda scieotem super omnia Deum sic purè accedamus, & non ut lingua quidem confiteamur contradictionem pollutorum dogmatum Nestorii, in anima verò aliud habeamus. Et hæc scribo, his quidem quæ dicta sunt non valde credens, sed opinionem tuæ religiositatis præmunire volens. Valde verò sum delectatus inspiciens ea quæ à tua religiositate sunt scripta & per Dominum meum desideratissimum filium vestrum Thomam.

CAPUT CCXII. 301

Epistola ejusdem Acacio Melitinensi.

[d] LAtere tuam non oportuit sanctitatem quæ forsan & didicit, quòd venerint omnes religiosi orientis Episcopi in Antiochiam, dirigente eis [e] tomum [Domino] meo sanctissimo Episcopo Proclo bonis sensibus & rectis dogmatibus plenum. Erat namque sermo multus & longus de dispensatione Domini nostri Iesu Christi. [f] Subdidit verò & nonnulla capitula ex codicibus excerpta Theodori, & Nestorii malis sensibus convenientem habentia intellectum; & hortatus est ut anathematizarentur ab eis. Ipsi verò non passi sunt. Deinde [g] scripserunt ad me qoia si anathematizari contigerit scripta Theodori, omnino percurrere hanc maculam & ad sanctos patres nostros, [h] Athanasium verò dico & Basilium & Gregorium & Theophilum & ceteros. *Scripserunt enim*, inquiunt, *& ipsi quadam Theodoro consona.* Erat necessarium scribere, & non qualiacunque, ad eos: quæ & nota tuæ faciet sanctitati reverentissimus Presbyter Daniel, qui Alexandria navigat advenire, & per singula integrè novit ea quæ mota sunt.

CAPUT CCXIII. 302

[i] *Epistola Acacii Melitinensis ad Cyrillum* [k] *post synodum Ephesi habitam.*

QVoniam didici quia per Dei gratiam prævaluisti per orationes & absque corporis præsentia quæ studebatis pro Ecclesiis obtinere, & litteræ piissimi & amatoris Christi Imperatoris directæ sunt ad clarissimum per omnia virtutum virum Tribunum Aristolaum præcipientes ei ut cogat unumquemque Episcoporum in sua Ecclesia anathematizare polluta Nestorii & Theodori impietatis dogmata, gratias agens adorando Domino Deo, & multùm pro tuo studio orans, scribo priùs quidem salutans reverentiam tuam, & rogo zelum tuum qui circa Deum est ut æquè quidem pro cunctis Ecclesiis cures, & neque quamlibet Ecclesiam despicias, sed aut per [l] verba ipsorum præsentia, aut quosdam dirigendos eum admirandissimo & clarissimo Tribuno fideles & zelantes viros ex tuis sodalibus, cogas unumquemque publicè anathematizare Nestorii & Theodori dogmata, & præcipuè dicentes duas naturas post unitionem, semotim quamque operantem. Expertus namque eos qui sunt in Germanicia, inveni quidem illos dicere duos filios, olim duas naturas dicere minimè devitantes. Vnde non concedatur dici ab eis & doceri quòd unaquæque natura secundùm semetipsam operetur, & hæc quidem susceperit passiones, illa verò impassibilis manserit. Nihil est enim aliud nisi rursus duos filios confiteri duasque introducere personas. Rogo igitur compassibilem & Deo deditam animam tuam ut pro causa invigiles, à Domino Christo tempus accipiens, & obtineas sanctis Ecclesiis absque scandalo & macula unitionem.

Post hanc jacet descripta, ut aiunt, ad hanc longa epistola, cujus initium: [m] Res quidem est inter fratres collocutio dulcis &c. *quam posuimus olim ab alio translatam, ut erat.*

CAPUT CCXIV. 303

Epistola ejusdem [n] *ad Successum Episcopum Diocæsareæ Isauriæ provinciæ.*

PErlegi quidem commonitorium quod à tua est sanctitate transmissum, nimiùm verò sum gra-

[a] ANTARADI] seu Aradi & Antaradi, ut dictum est suprà cap. XVIII. pag. 713.

[b] MAXIMUS] Vide suprà cap. CCV. pag. 911.

[c] CORDA SCIENTEM] Ex illo psalmi VII. *scrutans corda & renes Deus.*

[d] LATERE] Hæc epistola habetur in collatione quinta Concilii V. & in epistola tertia Pelagii II. ad Episcopos Istriæ, sed ex alia interpretatione. In Concilio autem illo adnotatum est eandem scriptam esse ad Theodotum Ancyræ & ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ.

[e] TOMUM] sive epistolam ad Armenios, quæ edita est Græcè & Latinè in tomo tertio Conciliorum pag. 1217. & ejus varia fragmenta referuntur in Concilio V. & apud Facundum.

[f] SUBDIDIT] Hæc non extabant in epistola Procli ad Armenios, sed in altero tomo, ut docet Ioannes & synodus Antiochena in epistola ad Cyrillum apud Facundum lib. 8. cap. 4. *Alter tomus excerpta quadam habens beati Theodori, qui fuit Mopsuestia Episcopus, & ea qua ille diversis libris scripsisse videtur, volentes eis anathema inferre.* Excerpta autem illa non fuerant facta à Proclo, sed ab Armeniis; eaque simul cum tomo suo miserat Proclus, ut ait Liberatus.

[g] SCRIPSERUNT AD ME] Concilium Antiochenum ibidem: *Excerptis enim istis similia quadam invenimus apud ter beatum & nobilem Athanasium &c.* ut ipsiâ in Concilio apud Antiochiam celebrato anno CCCCXXXV.

[h] ATHANASIUM] Vide suprà cap. CCV. pag. 911.

[i] EPIST. ACACII] Extat ex alia interpretatione suprà cap. LXXXIII. pag. 785.

[k] POST SYNODUM] In alio exemplari, *de pace qua inter ipsum & orientales Episcopos facta est.*

[l] VERBA IPSOR. PRÆ.] Aliud exemplar, *vestram ipsorum præsentiam.*

[m] RES QUIDAM] Habetur suprà in fine gestorum Concilii Ephesini pag. 599.

[n] AD SUCCESSUM] Ista & sequens epistola habentur Græcè & Latinè inter epistolas sancti Cyrilli, & in appendice tomi primi Conciliorum editionis Romanæ.

ANNO CHRISTI 431.

SYNODICON.

tulatus quòd & dum valeas nobis aliisque prodesse ex multo amore doctrinæ, hortari digneris ut ea quæ tenemus omnino & bene se habere perspicimus, hæc ipsa & scribamus. Sapimus ergo de salvatoris nostri dispensatione ea quæ & sancti patres qui ante nos fuerunt. Legentes enim labores illorum, sic nostra coaptamus nunc ut illos sequamur, & nihil novi eorum dogmatum rectitudini invehamus. Quia igitur tua perfectio percunctatur utrum dici oporteat super Christo duas naturas, an non, arbitratus sum respondere ad ista.

a [a] Diodorus quidam pneumatomachus, id est spiritui sancto repugnans erat, qui, ut dicunt, circa tempus orthodoxorum communicavit Ecclesiæ, deponens, ut putavit, Macedonianæ hæresis maculam, languorem incurrit in alterum. Sapuit enim & scripsit quòd alter quidem seorsim sit filius qui est ex semine David [b] ex sancta virgine genitus, alter verò propriè filius sermo qui ex Deo est patre. Velut ovis autem pelle obumbrans lupum, simulat quidem unum se dicere Christum, referens nomen ad solum Dei patris verbum genitum, ex Deo unigenitum. Ut verò in ordine gratiæ deputat hoc, ut ipse dicit, & ei qui est ex semine David, & filium vocat. Unitum verò non sicut nos glorificamus, sed circa dignitatem solam, & circa auctoritatem, & secundùm honoris æqualitatem. Hujus discipulus fuit Nestorius, & ex illius obtenebratus codicibus simulat quidem se unum & Christum & filium & Dominum confiteri, partitur verò & ipse in duo unum impartibilem, hominem dicens Deo esse conjunctum æquivoca nuncupatione, æquo honore, dignitate. Quin etiam voces quæ in evangelicis prædicationibus de Christo sunt positæ definit, ac dicit has quidem coaptari debere homini, manifestum est utique quòd humanas, illas verò Deo verbo singulariter convenire, manifestum est utique quòd Deo decentes. Et quoniam sequestrat multipliciter, & quasi à parte ponit ut hominem seorsim eum qui est ex sancta virgine genitus, & seorsim similiter & à parte filium eum qui est ex Deo patre sermonem, ob hoc sanctam virginem dicit non esse Dei genitricem, sed genitricem potiùs hominis. Nos verò non sumus ita hæc se habere dispositi, sed à divina scriptura & à sanctis patribus sumus edocti unum filium, unum Christum, & Dominum confiteri, id est, ex Deo patre sermonem, genitum quidem ex ipso ante secula Deo decenter & ineffabiliter, in novissimis verò temporibus seculi eundem propter nos genitum secundùm carnem ex sancta virgine. Et quia Deum inhumanatum & incarnatum genuit, idcirco eam & Dei genitricem nominamus. Unus est igitur filius, unus Dominus Iesus Christus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Non enim alter est filius ille ex Deo patre sermo, alter verò rursus hic ex sancta virgine, sed ipse ille qui ante secula & secundùm carnem ex muliere genitus creditur; non tamquam divinitas ejus initium quoque esse acceperit, vel certè ad subsistendi principium per sanctam virginem sit vocata, sed quia potiùs, sicut dixi, ante secula existens verbum, ex ipsa secundùm carnem natum esse dicatur. Propria namque erat ejus caro, sicut cetera uniuscujusque nostrum, & proprium ejus corpus. Quoniam verò quidam objiciunt nobis Apollinarii sectas, & dicunt, Si unum dicitis per unitionem integram & constrictam filium ex Deo patre verbum inhumanatum & incarnatum, forsitan & illud utique somniatis & cognoscitis sapiendum quòd confusio aut contemperatio aut consermentatio facta sit verbi ad corpus, seu certè corporis translatio in divinitatis naturam, ob hoc igitur & valde sapienter, repellentes calumniam, dicimus quia sermo qui ex Deo patre est, inæstimabiliter atque ineffabiliter univit sibi corpus animatum anima intellectus capaci, & processit homo ex virgine, non per mutationem naturæ secundùm nos factus, sed magis dispensativa benevolentia. Voluit enim fieri homo, & secundùm naturam Deus esse non perdidit. Sed etsi in his quæ secundùm nos sunt depositus est mensuris, & portavit formam servi, & sic permansit in excellentiis deitatis & in dominatione naturali. Adunantes igitur nos sanctæ carni habenti animam intellectualem ineffabiliter ac sublimiter intellectum ex Deo patre verbum, inconfusè ac inconvertibiliter unum filium & Christum & Dominum confitemur, eundem Deum & hominem, non alterum & alterum, sed unum & eundem, hoc & illud existentem & intelligendum. Igitur aliquando [c] quidem ut homo dispensativè humanè loquitur, aliquando verò ut Deus facit cum potestate Deo decente sermones. Dicimus verò & illud, disquirentes bona arte in carne dispensationis modum, & subtiliter mysterium calculantes, videmus quòd is qui ex Deo patre est sermo, inhumanatus est & incarnatus, & non sibi ex divina natura sanctum illud corpus plasmavit, sed magis ex virgine id accepit. Alioquin quomodo factus est homo, nisi quia corpus portavit humanum? Advertentes igitur, ut dixi, inhumanationis modum, videmus quia duæ naturæ ad invicem convenerunt unitione indisrumpibili inconfusè atque inconvertibiliter. Caro enim caro est, & non deitas, etsi Dei facta est caro. Similiter verò & verbum Deus est, & non caro, etsi carnem dispensativè propriam fecit. Quando igitur intelligimus hoc, nihil nocemus ei qui est in unitate concursui. Et ex duabus naturis factum fuisse dicentes, veruntamen post unitionem non dividimus naturas ab invicem, nec in duos incidimus Christum, [[d] sed unum asserimus filium,] & ut patres dixerunt, unam naturam verbi incarnatam. Igitur quod quidem pertinet ad intellectum & ad solum animæ oculorum visum, quomodo inhumanatus [[e] sit ille unigenitus], duas naturas dicimus esse unitas, unum verò Christum & filium & Dominum Dei verbum inhumanatum & incarnatum. Et si videtur, ad exemplum suscipiamus compositionem secundùm nos ipsos, qui homines sumus. Compositi enim sumus ex anima & corpore. Et videmus duas naturas, alteram quidem corporis, alteram verò animæ; sed unus homo ex ambabus circa unitionem. Et non ex eo quòd ex duabus naturis fit homo compositus, duo homines unus efficitur, sed unus homo, ut dixi, secundùm compositionem ex anima constat & corpore. Nam si

a DIODORUS] Episcopus Tharsensis.

b EX S. VIRGINE] In vulgatis editionibus, *ex sancta virgine Deique matre.*

c QUIDEM] Sic nos reposuimus, secuti auctoritatem textus Græci. Perperam enim in editione Lupi scriptum erat *fidem*.

d SED UNUM] Hoc segmentum, quod deerat in editione Lupi, nos addidimus ex editione vulgata. Viderat Lupus hic nonnulla deesse, & post vocem *dixerunt* addiderat *dicimus*. quod nos sustulimus. Nunc enim sensus est integer.

e SIT ILLE UNIG.] Hanc quoque partem huc transtulimus ex editione vulgata.

auferimus quòd ex duabus diversisque naturis onus & solus sit Christus indisruptus existens, [a] unitionem dicunt orthodoxæ fidei repugnantem. Si una natura est totum, quomodo inhumanatus est, aut qualem carnem propriam fecit? Quoniam verò in ipso hypomnystico talem sermonis inveni sententiam, quòd post resurrectionem sanctum corpus salvatoris omnium nostrum Christi in totum sola divinitas, oportere arbitratus sum & ad hoc respondere. Scribit beatus Paulus, causas inhumanationis unigeniti filii Dei nobis enarrans aliquando quidem: *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmatur, mittens Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, peccatum damnavit in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum.* Aliquando verò: *Quia igitur pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter communicavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum, & liberaret eos quicunque timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. Non enim angelos apprehendit,* [[b] *sed semèn Abraha apprehendit.*] *Unde debuit per omnia fratribus similari.* Dicimus igitur quoniam ex transgressione in Adam corruptionem pertulit humana natura, & quasi tyrannidem sustinet animus noster ex voluptatibus seu motibus carnis insitis in naturam [[c] necessarium ad salutem fuisse nobis qui in terris degimus, Dei verbum hominem fieri,] ut humanam carnem corruptioni subjectam, & voluptatis amore languentem, propriam faceret, & quoniam vita est & vivificans, destrueret quidem corruptionem quæ in ea est, increparet verò in natura insitos motus, hos videlicet qui ad amorem provocant incongruæ voluptatis. Sic enim congruebat in ea mortificari peccatum. Recordamur verò & beati Pauli legem peccati vocantis motum qui nobis est insitus. Igitur quoniam caro humana propria verbi est facta, quievit quidem corruptionem sufferre. Et quia peccatum nescit ut Deus, ipse eam faciens propriam & suam, sicut dixi, monstravit, desiit & [illa] voluptatis amore languente. Et non sibimet ipsi id impetravit sermo unicus Dei (est enim qui est semper) sed utique nobis. Si enim subjecti sumus his malis quæ sunt ex transgressione Adæ, venient modis omnibus in nobis & ea quæ sunt in Christo, id est, [d] incorruptibilitas mortificati peccati. Ergo factus est homo, non hominem recepit, ut videtur Nestorio. Et ut factus homo crederetur, dum certè permaneret quod erat, utique Deus secundùm naturam, ob hoc & esurire dicitur & laborare & sustinere verò & somnum & perturbationem atque tristitiam & alias irreprehensibiles passiones. Ut autem rursus satisfaceret videntibus se, quia homo simul erat & verus Deus, divina operabatur signa, increpans mare, suscitans mortuos, & alia inopinatò perficiens. Sustinuit verò & crucem; ut carne patiens mortem, & non divinitatis natura, fieret primogenitus ex mortuis, & iter perveniendi ad incorruptionem panderet humanæ naturæ, & infernum spolians misereretur animabus quæ illic tenebantur obtrusæ. Post resurrectionem verò idem quidem [erat] corpus in quo paulò antè pertulerat, veruntamen non habebat in se infirmitates humanas. Non enim de cetero esurit, aut famis vel laboris aut cujuslibet talium esse susceptibile dicimus, sed de cetero incorruptibile, & non hoc tantùm, sed & vivificum. Vitæ siquidem corpus est, id est, unigeniti. Effulsit verò & Deo decentissima gloria & intelligitur Dei corpus. Igitur & si quis dixerit id divinum, sicut & hominis humanum, orationis decore non deviat. Unde arbitror & sapientissimum Paulum dixisse: *Si verò & cognovimus secundùm carnem Christum, sed nunc non cognoscimus.* Dei enim, sicut dixi, corpus existens proprium, omnia humana transcendit. Translationem verò vel transitum in divinam naturam corpus ex terra pati possibile non est, sed est impossibile. Alioquin divinitati derogabitur quasi factæ & quasi recipienti id in se ipsam quod ejus secundùm naturam proprium non sit. Æquum namque est dicere quòd mutata caro in divinitatis naturam & dicere quòd mutatum sit verbum in humanam naturam. Nam sicut impossibile est hoc, (inconversibilis namque & immutabilis est) ita & alterum. Nec enim dici potest in divinitatis substantiam vel naturam posse quamlibet ex creaturis transire. Creatura verò & illa caro. Ergo esse quidem corpus Christi divinum [asserimus,] quia Dei est corpus, & ineffabili gloria illustratum, incorruptibile, sanctum, vivificum; quòd vero divinitatis mutatum sit in naturam, neque sanctorum patrum sapuit ullus, neque nos ita sentimus. Non ignoret verò & illud sanctitas tua, quòd beatæ memoriæ pater noster Athanasius, qui fuit tunc Alexandrinus Episcopus, motis tunc temporis aliquibus, scripsit epistolam [e] ad Epictetum Corinthi Episcopum per omnia recta fide referram. Quoniam verò & ex ipsa convincebatur Nestorius, & rectæ fidei assertores legentes hanc ipsam, vincebant eos qui similia sapere voluissent, ad convictiones suas ex ea quid dicere non habentes, amarum quiddam machinati sunt & impietate hæretica dignum. Corrumpentes enim eandem epistolam, & alia quidem subtrahentes, alia verò adjicientes ediderunt, ita ut videretur ille prædicandæ memoriæ vir consona sensisse Nestorio & similibus ejus. Erat igitur necessarium, ne fortè & illuc perferatur quibuscunque corrupta, de exemplaribus quæ apud nos sunt paria sumpta tuæ religiositati dirigere. Etenim reverentissimus & religiosissimus Emesenorum Episcopus Paulus ad Alexandriam veniens movit de his sermones; & inventus est habens quidem exemplar illius epistolæ, sed corruptum ab hæreticis & infectum, ita ut supplicaret quatenus ex nostris exemplaribus rescriptum dirigeretur his qui sunt Antiochiæ. quod & destinavimus. Sequentes igitur per omnia sanctorum patrum sententias, contra Nestorii dogmata scripsimus codicem & contra aliorum quorundam capitulorum quæ sunt vituperanda virtutem. Et ista tuæ religiositati transmisi; ut si qui sunt alii confideles & unanimes fratres nostri, quibus quorundam multiloquio sit subreptum, & putent quòd pœnituerimus de his quæ contra Nestorium scripsimus, ex lectione addiscant quia bene & rectè corripuimus & increpavimus ut errantem, & nunc nihilominus resistimus ubique ejus blasphemiis repugnantes. Tua verò perfectio, quæ & ultrà [valet intelligere, tum scribendo, tum orando, nos quoque juvabit.]

[a] UNITIONEM] Vox illa referenda est ad membrum superius, & deinde legendum, *dicunt orthodoxæ fidei repugnantes: Si una &c.*

[b] SED SEMEN] Rursum hanc pericopen huc transtulimus ex editione vulgata.

[c] NECESSARIUM] Et hæc quoque addita sunt ex editione vulgata

[d] INCORRUPTIBILITAS] sive incorruptio peccatorumque mortificatio, ut in alia versione.

[e] AD EPICTETUM] Vide suprà, pag. 595. 606.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

Aliorum quorundam capitulorum, quæ sunt vituperanda, virtutem dupliciter interpretari quis potest, ut etiam dicatur contra alios quosdam qui accusati erant illorum capitulorum virtute, ut de suis id intelligatur dixisse capitulis. Vbique tamen de omnibus hujusmodi scriptis, ubi una sonat ex duabus dicta natura, hoc generaliter dico, quia multa satis potui non perfectissimæ acribiæ dicta monstrare contra eos qui velut ex hujus viri auctoritate opiniones impetunt & memorias patrum, nisi quia nunc hoc propositum non est. [a] *Exnodicum quippe, non apologeticum, solùm scripsimus. Et hic, prout inveniuntur apud diversos diversa, absque integrioris inquisitionis præjudicio collocamus.*

CAPUT CCXV. ...304

[b] *Epistola secunda ejusdem sanctissimi Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad eundem sanctissimum Episcopum Diocæsareensem Isauriæ.*

CLaram quidem semetipsam constituit veritas diligentibus eam, abscondit verò, ut æstimo, & tentat latere intelligentias versutorum. Non enim dignos semetipsos pronuntiant ut eam claris oculis cernant. Et immaculatæ quidem fidei dilectores quærunt Dominum in simplicitate cordis, ut scriptum est. Qui autem per distorta & aspera itinera meant, & cor habent sinistrum seu vanum, sicut in psalmis scriptum est, perversis intellectibus multiplices coacervant sibimetipsis occasiones, [ut pervertant vias Domini rectas] & avertant animas simpliciorum ad ea quæ non licent, quasi liceant, sentienda. Et hæc inquam tuæ sanctitatis hypomnysticis agnitis, & inveniens in eis quædam incantè proposita ab his qui nescio qualiter falsæ scientiæ diversalia diligunt. Erant verò hæc.

Si ex duabus naturis, inquiunt, *collectus est Emmanuel, post unitionem verò una natura verbi incarnata, sequetur omnino dici opertere pati eum in sua natura.*

Beati patres, qui sanctum rectæ fidei symbolum nobis definierunt, inquiunt ipsum ex Deo verbum, quod ex ejus est substantia unigenitum, per quod facta sunt omnia, incarnatum atque inhumanatum; & quemadmodum dicemus nescisse illos sanctos quia unitum verbo corpus erat animatum anima intellectuali, consequitur ex hoc ut qui incarnatum dicit verbum, non absque intellectuali anima illam fateatur carnem quæ unita est ei. Sic enim, sicut quidem arbitror, quin potiùs ut cum fiducia dico, & sapientissimus evangelista Johannes verbum carnem factum dixit, non tamquam, quod absit, inanimatæ carni unitum sit, seu quod tamquam conversionem mutationemve sustulerit; mansit verò quod erat, [c] id est, natura Deus. Assumens verò ut esset homo, sive secundùm nos ex muliere secundùm carnem, rursus unus perstitit filius, veruntamen non jam sine carne, sicut olim, vel ante tempora inhumanationis, sed potiùs velut vestitus etiam nostra natura. Sed etsi non est consubstantiale verbo corpus quod ei unitum est, & in quo intellectualis est anima, tamen phantasia quidem mentis adspicit ea quæ unita sunt alterius esse naturæ, unum verò filium & Christum & Dominum confitemur, ut carnem facto verbo. Quando autem dicimus carnem, hominem dicimus. Quæ igitur necessitas est pati eum in sua natura, si post unitionem dicatur una natura filii incarnata? Si enim non esset in sermonibus de dispensatione id quod solet succumbere passioni, rectè diceretur quòd dum non sit id quod pati solet, omni necessitate sequeretur verbi naturæ contingere passionem; si verò in eo quod dictum est *incarnatum*, universus à nobis sermo dispensationis cum carne habita introductus est, (incarnatus enim non aliter nisi *apprehendens semen Abraha & assimilatus per omnia fratribus & formam servi accipiens*) vano multiloquio sunt usi qui dicunt consequi oportere omnino in sua eum pertulisse natura, dum subjaceat caro, circa quam consequentissimè passio intelligitur contigisse, verbo impassibili existente. Sed non ob hoc à passionibus excludimus eum. Quia sicut ejus proprium corpus est factum, sic universa quæ corporis sunt, excepto solo peccato, nihilominus dicentur ipsius per adscitionem dispensativam. [Sed dicent adversarii.]

Si una, inquiunt, *natura verbi incarnata, omni quodammodo necessitate consequitur dicere fermentationem factam & contemperationem, quasi imminuta & subtracta in eo nostra natura.*

Ignoraverunt iterum, qui recta pervertunt, quòd secundùm veritatem una natura verbi sit incarnata. Nam si unus est filius, qui natura & veritate est sermo qui ex Deo patre est ineffabiliter genitus, deinde circa assumptionem carnis, non inanimatæ, quin potiùs animatæ intellectualiter, homo processit ex muliere, non in duas partietur personas filius, sed unus permansit, veruntamen non absque carne, neque foris à corpore, sed habens id proprium circa unitionem indecisibilem. Qui verò hoc dicit, non fermentationem, non confusionem, non aliud aliquid tale modis omnibus significat, nec verò id unquam quasi ex necessaria ratione consequitur. Si enim & unus dicatur à nobis unigenitus filius Dei incarnatus & humanatus, non ob hoc, ut illis videtur, fermenti modo commixtus est, neque verò in carnis naturam verbi natura translata est, sed nec carnis in hujus; sed in proprietate quæ est secundùm naturam utroque manente, atque intelligendo secundùm hanc quæ à nobis nuper est reddita rationem, ineffabilis & inenarrabilis unitio unam nobis ostendit filii naturam, veruntamen, ut dixi, incarnatam. Non enim in solis simplicibus secundùm naturam unum verè dicitur, sed in illis quoque quæ compositione collecta sunt. Qualis quædam res est homo ex anima & corpore: quæ quidem diversæ sunt speciei, & non consubstantialia ad invicem, sed tamen unita hominis naturam perfecerunt; etsi compositionis rationibus differentia inest circa eorum quæ ad unitionem sunt conducta naturam. Superflua igitur loquuntur hi qui dicunt quia si una natura est verbi incarnata, modis omnibus conse-

[a] EXNODICUM] Legendum fortean *Henoticum*.

[b] EPIST. SECUNDA] Extat Græcè & Latinè inter epistolas sancti Cyrilli. Ejus verò fragmenta quædam habentur suprà cap. LXXXIV. pag. 756. Portò quæ in hac editione nostra posita sunt inter uncos, addita sunt ex vulgata.

[c] ID EST] Nos emendavimus. Malè enim editum à Lupo fuit *idem*. Nihil vulgatius in antiquis libris quàm permutatio horum vocabulorum.

ANNO CHRISTI 431. SYNODICON.

quitur fermentationem fieri & contemperationem, quasi imminuta & subtracta ei hominis natura. Nec enim diminuta est, neque, ut dixerunt, subtrahitur. [Nam ad plenissimè declarandum quod sit factus homo] sufficit [fateri illud fuisse incarnatum.] Si id tacitum fuisset à nobis, habuisset eorum calumnia locum. Quoniam necessariò adjectum est id, ubinam mutationis vel subtractionis est locus?

Si perfectus, inquiunt, *Deus Christus, idemque intelligendus homo perfectus, & consubstantialis quidem patri secundùm deitatem, secundùm humanitatem verò consubstantialis nobis, ubi est id ipsum quod perfectum est, si hominis natura non subsistit? Ubi verò & consubstantiale nobis, si non mansit substantia quæ nostra natura?*

Sufficit & huic ad manifestationem solutio præmissi capituli, seu certè excusatio ejus. Si enim dicentes unam naturam verbi, tacuissemus non adjicientes incarnatam, sed quasi extra ponentes dispensationem, esset eis & forsan non nisi verisimilis ratio interrogare fingentibus: *Ubi est in humanitate perfectio, vel quomodo subsistit nostra substantia?* Quoniam verò & in humanitate perfectio & nostræ substantiæ manifestatio introducta est per hoc quod dicitur incarnata, quiescant incumbere eanneæ virgæ. Hoc namque erat refutare dispensationem & incarnatiooem negare & ob id justè inclamare, [ac si à filio perfecta humanitas auferretur.] Si verò, ut dixi, in eo qood dictum est incarnatus, clara est atque indubitabilis satisfactio quòd homo sit factus, nihil jam prohibet intelligere qoia unus existens & solus filius Christus, idem Deus & homo est, ut in divinitate perfectus, ita & in homanitate perfectus. Rectissimè ergo & nimiùm sapienter tua perfectio rationem salutaris passionis exponit, non ipsum unigenitum Dei filium, seu qui intelligitur & est Deus, pati in sua natura quæ sunt corporis asseverans, sed terrena potiùs pertulisse natura. Oportet enim necessariò ambo servire uni & secundùm veritatem filio, & non pati divinè, & dici pati humanè. Ejus enim passa est caro. Sed arbitrantur rursus illi nos eam quæ apud ipsos Dei passio vocatur inducere per ista quæ diximus, & non intelligunt dispensationem, fraudulentissimè verò tentant transferre in hominem sepositè passionem, damnum sibi pietatis per suam sapientiam providentes, ut non à Deo verbo dicamur esse salvati, tamquam qui proprium pro nobis sanguinem dederit, sed ab homine potiùs, qui sepositè ac sequestratim filius intelligendus sit. Hoc quicunque sic sapit, omnem dispensatioois cum carne rationem & divinom mysterium nostrum non immanifestè ad hominis culturam redigit, & non cogitat quòd eum qui ex Iudæis est secundùm carnem, id est, ex semine [Abraham &] Iesse & David, Christum dominum gloriæ & Deum benedictum, in secula & super omnia beatus Paulus dixerit, proprium illud corpus verbi pronuntians qood ligno adfixum est, & ipsi per hoc deputaverit crucem.

Addisco autem quòd super hæc & aliud sit quod in quæstionem venit, quod qui carne nuda pati Dominum dixerit, irrationabilem dicit [& non spontaneam ejus asserit passionem:] & qui dixerit cum anima intellectuali eum fuisse perpessum, ut sit spontanea passio, nihil prohibet ut dicat humanitatis eum pertulisse natura. Si verò ita, quomodo non dabimus duas naturas post unitionem subsistere indivisè? Quare quicunque dixerit, Christo igitur passo pro nobis carne, nihil alterum dicet, nisi, Christo igitur passo nostra natura.

Confligit rursus hæc nihilominus propositio his qui unam dicunt naturam filii incarnatam, & quasi superfluum seu vanum id pronuntiare volentes, contendont ubique duas naturas subsistentes ostendere. Seed ignoraverunt quia quæcunque non circa solam contemplationem dividi amant, hæc ipsa utique modis omnibus & in alteritatem partium & omnimodam semotionem desciscant ab invicem. Sit verò nobis ad exemplum rursus secundùm nos homo. Duas namque in eo intelligimus naturas, unam quidem animæ, alteram verò corporis. Sed in puris intellectibus dividentes hæc quasi in subtilibus contemplationibus, vel certè animæ phantasiis differentiam capientes, non per partes ponimus has naturas, neque abruptè per omnia incisionis virtutem linquimus inter eas, sed unius [hominis] esse deputamus, ita ut duæ jam non sint duo, per ambas autem perficiatur animal unum. Igitur vel si dicatur humanitatis natura & divinitatis super Emmanuele vel in Emmanuele, sed ipsa humanitas facta est propria verbi, & unus intelligitur filius cum ea. Cum verò dicat scriptura divinitus inspirata carne eum passum, melius est ut nos ita dicamus quàm natura humanitatis. Quamvis si & hoc ab aliqmibus [sine] malo dicatur, oihil obsit tanti mysterii rationibus. Nam quid est aliud humanitatis natura præterquam caro intellectualiter animata, & [in qua] dicimus Dominum carne perpessum. Curiosissimè igitur dicunt humanitatis eum passum fuisse natura, à verbo eam quodammodo desciscentes, & extrinsecus semoventes atque sequestrantes, ut duo intelligantur, & non jam unus incarnatus & inhumanatus is qui ex Deo patre est sermo. Adjectum verò ab eis *indivisè*, apparet quidem quodammodo apud nos esse rectæ culturæ significativum. Hi autem non ita intelligunt. *Indivisè* namque apud eos secundùm vocum novitates Nestorii circa alterum suscipitur modum. Dicunt enim quòd æqualitate honoris, eadem voluntate, & una auctoritate indivisus à Deo verbo existit homo ille in quo habitavit. Igitur non simpliciter proferunt verba, sed cum quodam dolo atque insidiis malignis.

CAPUT CCXVI. 305

Exemplar ab [a] Hypatia, quæ philosophiam docebat in Alexandria, ad beatum Cyrillum Archiepiscopum [b] in diptychis. a b

LEgens historias temporum, reperi factam Christi præsentiam [c] ante annos centum qua- c

[a] HYPATIAM] Certum est eam floruisse eo tempore quo sanctus Cyrillus tenebat cathedram Alexandrinam. Sed cùm ex Socrate lib. 7. cap 15. constet eam testis interemptam ac incendio consumptam fuisse anno quarto episcopatus Cyrilli, Honorio X, & Theodosio VI. Consulibus, hoc est, anno Christi quadringentesimo decimo quinto, exilium autem Nestorii, cujus in his litteris mentionem facit Hypatia, ante annum CCCCXXXVI. non contigisse, valde credo hanc ejus epistolam ad Cyrillum esse notham ac suppositiam. Si ista argumenta spectasset Lupus, hac epistola usus non esset ut exemplum poneret eorum qui crucis ignominiam Deo indignam esse putantes, propterea animum habuerunt aversum à professione religionis Christianæ. De Hypatia porrò vide Synesii epistolas & Suidam, tum etiam Henrici Valesii annotationes ad Socratem pag. 86.

[b] IN DIPTYCHIS] Difficile est explicare quid significent hæc verba. Neque enim probabile est epistolas ad Episcopos scriptas, præsertim ab iis qui religioni Christi contrarii erant, in diptycha fuisse relatas.

[c] ANTE ANN. CENT. QUAD.] Lupus animadvertens sensum hujus loci esse imperfectum, sic interpolavit, *ante annos quater centum quadraginta*. Quod verum videri posset, si constaret hanc epistolam esse legitimam.

draginta. Fuerunt verò discipuli ejus qui postea Apostoli nominati sunt, qui & post assumptionem ejus in cœlos Christianam prædicavere doctrinam, qui simpliciùs quidem & absque omni curiositate superflua docuerunt, ita ut invenirent locum plerique gentilium, malè intelligentes atque sapientes, hanc accusandi doctrinam & instabilem nominandi. Quod enim dixit evangelista, *Deum nemo vidit unquam*, quomodo ergo, inquiunt, [dicitis] Deum fuisse crucifixum? Et aiunt: *Qui visus non est, quomodo affixus est cruci? Quomodo mortuus atque sepultus est?* Nestorius igitur, qui modò in exilio constitutus est, Apostolorum prædicationes expo uit. Nam discens ego ante longa pridem tempora quòd ille ipse duas naturas Christum fit confessus existere, ad eum qui hæc dixerat inquam: *Solutæ sunt gentilium quæstiones.* Dico igitur sanctitatem tuam malè fecisse illi contraria sapiendo, synodum congregare & absque conflictu dejectionem fieri præparasse. Ego verò adhuc paucis diebus ejusdem viri expositiones inspiciens, & Apostolorum prædicationes conferens, atque intra memetipsam cogitans quòd bonum mihi sit fieri Christianam, digna effici spero dominici generatione baptismatis.

Accepi exemplar ab Epiphanio monacho Alexandrino ante ferè annum Christiani Imperatoris.

CAPUT CCXVII. ...306

Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ ex sermone de fide, cujus initium hoc proœmium.

Ego contemperatum non recipio. Alienum namque est ab apostolica fide & recta Dei traditione. Contemperatio enim exterminium operatur naturarum. Ineffabilis verò unitio, quam rectè sapientes confitentur, ambas naturas inconfusè servat. Ex eodem. Si enim naturæ in unum contemperatæ sunt, mixtione quæ sunt ad invicem diversæ substantiæ. Et in fine sic ait. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Et solutum quidem est templum triduanæ tempore sepulturæ, ipso volente, & rursus suscitavit illum, & unitus est ei ineffabili ratione post triduum, non temperatus in eo. Nec extra carnem factus est, sed servans in se ipso duarum naturarum, quæ sunt diversæ ab invicem substantiæ, inconfusam proprietatem. Nec enim quoquam mixtæ sunt aut contemperatæ duæ illæ naturæ, id est, ineffabilis divina natura, & inconfusa humana; sed unitæ sunt inexplicabili & ineffabili modo, qui omnem rationem transcendit.

Ejusdem.

Numquid siquidem destitit à propria deitate, etsi evacuavit semetipsum, formam servi accipiens propter nos, amittens formam divinitatis, ut secundùm te ad deificandum præpararetur ut homo? Absit. Sed templum sibi componens animatum, & perfectus in sanctæ virginis vulva, & indutus eo, & unitus ei ineffabili ratione, in ambabus eisdem naturis non contemperatus, processit homo apparens, intelligendus autem Deus Iesus Christus.

CAPUT CCXVIII. 307

[a] *Ejusdem ex interpretatione epistolæ ad Hebræos.*

Sed non in nobis mortificata lex peccati fuisset, sed nec ipsa cunctis inimicissima mors destructa fuisset, nisi factum fuisset verè proprium verbi id in quo illud per ejus virtutem propriam damnabitur. Non enim communis hominis & ejus qui secundùm nos intelligitur erat posse destruere mortis imperium. Destructum verò est id per Christum. Est igitur [in] confesso quod certè secundùm nos fuerit multùm. Deus ergo fuit, quoniam homo, multùm valde ultra nos ut Deus. Et templum erat sanctum quod plenitudinem divinitatis accepit. Veruntamen per unitionem dispensativam unus esse creditur ad eum qui inhabitavit & dicitur. Sicut enim est in nobis spiritus sanctus ostendens nos vel efficiens templum Dei, juxta eundem modum & in ipso dicimus Christo habitasse quidem in carne ut in templo illum Dei sermonem, sanctificasse verò eam ut inhabitantem. Dicimus verò quia licèt dicitur templum, sed tamen proprium ejus erat id quod assumptum est, ut unum reputetur ad eum; non quia transit ad deitatis naturam, sed potiùs compositionem circa unitionem dispensativam. Deus namque erat in carne propter nos.

CAPUT CCXIX. 308

Epistola Imperatoris Theodosii ad suprascripta.

[b] Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper colendi, Augusti, Deo amicissimo & beatissimo Archiepiscopo Iohanni [c] & sanctæ synodo quæ cum eo convenit. [d] Perturbationem & tumultum qui contigit in oriente nostrum cognovit imperium à religiosissimo patre nostro & Episcopo Proclo. Et quia universorum quietis & pacis providentiam gerimus, maximè autem pro recta fide, quæ nos nostrumque custodit imperium, per hanc epistolam vestræ scripsimus sanctitati ut patrocinemini paci, & nullius eos momenti deputetis qui contra salutem propriam volunt religionem saluberrimam perturbare. Illa est enim nostræ divinitatis intentio, ut cum quiete omnes homines degant, præcipuè autem sanctæ Ecclesiæ Dei, per quas & nos salvamur & nostrum crescit imperium. Hac itaque voce quieti Ecclesiæ providete. Nos enim aliquid de vobis utilius exspectamus † [[e] nisi ut hoc quoque cum omni statuatis Ecclesia, ne quis

[a] Ejusdem] Fragmentum est ex interpretatione Cyrilli in epistolam ad Hebræos, cujus mentionem suprà cap. xvii. pag. 762. facit Alexander Hierapolitanus. Aliud ex eadem interpretatione fragmentum refert Facundus lib. 11. cap. 7.

[b] Imperatores] Hanc epistolam posuit Facundus in capite tertio libri secundi, & nos infrà descripturi sumus in narratione de Concilio Antiochiæ celebrato anno ccccxxxv.

[c] Et sanctæ synodo] Apud Facundum, & *synodo cum eo in Antiochia congregata.*

[d] Perturbationem] Turbabat orientales, ut heic ait Sirmondus, quòd vir nobilis, nimirum Theodorus Episcopus Mopsuestenus, & defunctus in communione Ecclesiarum anathematizaretur. Hoc itaque est quod rescripto suo nunc vetat Theodosius, ne quis eos lacessat qui in Ecclesiæ pace defuncti sunt.

[e] Nisi ut] Quæ uncis conclusa sunt, nos addidimus ex editione Facundi. Deficit autem probat in primis crux hoc loco posita, ad quam adnotatum est antiquitus ea quæ inter crucem & vocem *Deus* interjacent non haberi in opere Irenæi. Ex qua adnotatione sequitur deesse heic nonnulla post crucem, ea nimirum quæ nos substituimus ex libro Facundi.

adversùs

adversus eos qui in ejus pace defuncti sunt quicquam de cetero tale præsumat.] Deus vos multis [annis] conservet, venerandissimi patres.

A cruce usque ad Deus *Irenæus non habet.*

CAPUT CCXX. 309

Translatum ex codice monasterii Acœmetensis.

Epistola, *inquit*, tractoria sive generalis à sanctissimo & universo Concilio.

[a] SAncta & universalis synodus quæ in Epheso congregata est ex decreto piissimorum Principum, omnicuique sanctæ synodo quæ per singulas mundi partes est, in Domino salutem. Nobis secundùm pias litteras congregatis in Ephesia civitate, recesserunt nonnulli ex nobis numero paulò ampliùs quàm triginta, principem suæ apostasiæ habentes Antiochenorum Episcopum Iohannem, quorum & nomina hæc sunt, id est, Iohannes Antiochiæ Syriæ, Macarius, Iulianus, Alexander, Diogenes, Aptingius, Placus, Alexander, Theodorus, Heliades, Meletius, Iohannes, Paulus, Mathæus, Marcellinus, Helladius, Maximianus, Helladius, Dexianus, Gerontius, Asterius, Antiochus, Dorotheus, Iacobus, Zebinus, Petrus, Fritilas, Himerius, Theodoxius, Eutherius, Anastasius, Tranquillinus, Basilius, Pausianus, Maximus, Daniel, Eustachius. Qui habentes secum quosdam depositos, ante omnia quidem Nestorii & Cælestii sententias vindicantes manifestissimè demonstrati sunt, eò quòd nobiscum contra Nestorium minimè acquiescant; quos & communi sententia sancta synodus & ab omni ecclesiastica communione alienos effecit, & cuncta sacerdotii operatione privavit per quam possent vel nocere vel juvare.

I. Quia verò oportuit & eos qui defuerunt à synodo & perstiterunt in unaquaque provincia non ignorare quæ de his decreta sint, notum vestræ facimus sanctitati quia sive Metropolitanus quis cujuslibet regionis, abscedens ab hoc sancto & universali conventu, adjectus est ad illud apostasiæ Concilium, vel post hæc si se illi commiserit, vel si ea quæ sunt Cælestii post hæc sapuit sive sapuerit, contra suæ regionis Episcopos nihil poterit prævalere, omni ecclesiastica communione à præsenti jam hac synodo factus extorris atque privatus effectu. Sed & ipsis suæ regionis Episcopis & affinibus undique Metropolitanis, qui orthodoxè sentiunt, subjacebit, ut in totum & episcopatus gradu privetur.

II. Si verò aliqui [b] parrochiales Episcopi, relicto hoc sancto Concilio, eidem discessioni adjuncti sint, aut adjungi tentaverint, aut si quis ex his qui subscripserunt dejectioni [Nestorii] ad conventum reversi sint discessionis ejus, hos omnino secundùm quod huic sanctæ synodo placuit, esse à sacerdotio alienos. & ab eodem cadere gradu.

III. Si verò & quidam Clericorum qui in unaquaque sunt civitate à Nestorio vel ab his qui unà sunt, eò quòd rectè saperent, ab officio suspensi sunt, & hos proprio gradui restitui sanximus.

IV. Communiter verò eos Clericos qui eadem sapiunt quæ hæc orthodoxa & universalis synodus, jubemus his qui abscesserunt sive abscessuri sunt, omnimodo non esse subjectos, neque ullo modo subjacere.

V. Si qui verò abscesserint Clericorum, & præsumpserint vel clam vel palam ea quæ Nestorii aut ea quæ Cælestii sunt sentire, & hos à sancta synodo esse depositos.

VI. Quicunque verò ob incongrua facta ab hoc sancto conventu dejecti sunt, seu ab Episcopis propriis, & his irregulariter citra discretionem per omnia sua Nestorius aut hi qui ea quæ ejus sunt sentiunt reddere communionem vel gradum tentaverint, absque ullo eos esse solatio, & nihilominus illos depositos permanere sanximus.

VII. Similiter verò & si quicunque voluerint ea quæ de singulis acta sunt in hac sancta synodo Ephesina quolibet modo commovere, eadem sancta synodus definivit, si Episcopi aut Clerici fuerint, ut omni modo à gradu proprio excidant; si verò laici, sint communione privati.

CAPUT CCXXI. 310

Similiter ex antiquo Acœmetensi codice transtuli, quæ ita prænotatur. Confessio fidei Acacii Episcopi BerrhϾ.

CRedo in unum Deum, qui in tribus personis agnoscitur, causam factoremque omnium, unam substantiam sempiternam absque principio, ingenitam, incomprehensibilem, incontemplabilem, incircumscriptibilem, immutabilem, immortalem, impassibilem, id est, quam nec in ipsa nec in alio aliquo dico susceptibilem passionis. Vndique enim impassibilis exstat natura divina.

Vnum siquidem Deum dico, qui re vera Deus existit. Gentilitatem verò, qua deorum pluralitas introducitur, fugio. In tribus autem personis agnosci, eversio Iudaismi est. Patrem namque in filio & in patre filium & spiritum sanctum ut Deo filio & patre confiteor.

Confiteor verò Christum coæternum patri secundùm divinitatem, nec substantiæ nec subsistentiæ modo circa deitatem patre minorem.

Similiterque spiritum sanctum,

[a] SANCTA] Hoc decretum cum canonibus sequentibus editum est in tomo tertio Conciliorum pag. 801. Græcè & Latinè. Sed illic tantùm triginta quinque Episcopi numerantur, cùm in hoc synodico sint triginta septem, eodem nimirum numero qui ponitur suprà pag. 496. in epistola universalis Concilii ad Augustos. In tribus omnino locis descripta reperiuntur nomina Episcoporum orientalium qui pseudosynodum Ephesinam celebravere, nimirum isthic, in collectione nostra suprà pag. 497. & in tomo tertio Conciliorum pag. 804. Et editio quidem istius synodici satis congruit cum nostra, tametsi interdum nomina depravata sint per inscitiam librariorum. Quòd autem in nostra desint nomina quatuor Episcoporum, Pauliani nempe, Maximi, Danielis, & Eustachii, videtur accidisse ex eadem librariorum imperitia aut oscitantia, cùm in epistola cui hæc nomina subjiciuntur adnotatum sit hos Episcopos fuisse triginta & septem plus minùs. At editio quæ extat in vulgaris editionibus Conciliorum multùm distat à reliquis duabus. Nam desunt illic nomina Diogenis, Placi, Heliadis, Mathæi sive Musæi, Marcellini, Gerontii, Asterii, Antiochi, Iacobi, Zebini, Theodoxii sive Theosebii, Anastasii, Tranquillini sive Stranguili, Basilii, Pausiani, Maximi, Eustachii; in quorum locum substituti sunt Polychronius Heracleensis, Zosis Esbuntis, Sallustios Coryci, Hesychius Castabalæ, Valentinus Mulceblaccæ, Philippus Theodosiopolis, Cyrillus Adanensis, Olympius Carpasiæ, Palladius, Theophanes Philadelphiensis, Tarianus Augustæ, Aurelios Irenopolitanus, Musæus Aradi. Quod qua ratione acciderit, aliis excutiendum relinquo.

[b] PARROCHIALES] In vulgatis editionibus Conciliorum, *provinciales*.

Filium namque dico absque tempore & sine initio genitum, consempiternum subsistere patri, & sapientiam quæ ex Deo & patre semper existit.

Credo & in processionem spiritus sancti, quam non dico generationem. Et generationem filii non dico processionem.

Dum verò exigit eorum consequentia quæ dicuntur, unum fateor Deum, non subsistentias negans, sed [a] nomine, si quod consubstantialitatis est commune, significans. Cum verò consubstantialitatem loquor, non unius personæ consubstantialitatem dico, sed trium, id est, patris & filii & spiritus sancti. Una siquidem persona consubstantialis sibimetipsi non dicitur, sed filii & spiritus sancti & patris est istud. Differentia igitur pater, & filius, & spiritus sanctus.

Modus subsistentiæ seu nomen est habitus, non autem substantiæ simpliciter significatio. Esse igitur patris est Deus, cujus autem sit pater. Et esse filii Deus est, cujus autem sit filius. Sic & spiritus sanctus. Quorum verò esse est idem, secundùm meam de consubstantiali trinitate [fidem] sint dicta.

Dicam verò & de inhumanatione Dei verbi propter nos, de qua nobis maxima quæstio est, non solùm contra omnes hæreticos, sed & contra ipsos quoque qui putantur domestici fidei.

Ita igitur credo [juxta] [b] Cyrillum sanctæ memoriæ: Propter clementiam propriam multamque benignitatem circa genus humanum complacuit Dei verbum in fine dierum ædificare sibi ex sancta Maria virgine templum quod erat in præscientia.

Immaculatum & absque ullo peccato hoc templum sumpsit Deus verbum pro nostra salute ad manifestationem suæ divinitatis, & per illud in ipso emisit nostram salutem propter suam, sicut dixi, benignitatem & circa nos regimen inenarrabiliter & ineffabiliter sibimetipsi hoc uniens ex ipso in vulva plasmationis initio. Dignatusque est illud eundem esse filium secum unitione ad se & totius dominationis atque honoris & gloriæ ac virtutis quam naturaliter habet ipse qui Deus est verbum; ita ut Dei forma & servi forma ad unam personam, unum filium, unum Dominum, Christumque pertineant.

Sic Deum hominemque confiteor Christum filium Dei, unum filium ex duabus naturis, ex passibili atque impassibili, ex mortali & immortali, ex visibili & invisibili, & non inchoantem, ex incircumscriptibili & circumscriptibili; qui sine principio quidem ac sempiternè est natus ex patre secundùm deitatem, idem verò ipse ex spiritu sancto & Maria virgine diebus novissimis natus est secundùm carnem.

Sed neque carnem dico ex Deo & patre genitam, neque divinam quoque naturam ex sancta virgine Maria; sed secundùm divinitatem quidem absque initio ex Deo patre est genitus, secundùm carnem verò in ultimis diebus partu Mariæ virginis editus.

Sic unum Dei filium confiteor, divinitate quidem impassibilem, humanitate verò passibilem, sed nec in passionibus nec in vulva illud templum ab inhabitante divinitate sejunctum, sed ex ipsa conceptione unitum. Non tamen cum eo circumscriptum dixerim Deum verbum. Incircumscriptibilis est enim divina natura.

Partus est igitur ex sancta, ut dixi, Maria Christus filius Dei, non illa incircumscripta, sed illa circumscripta natura. Dixi namque superiùs Christum filium Dei & incircumscriptibilem & circumscriptum, secundùm divinam quidem naturam incircumscriptibilem, circa humanam verò circumscriptum; secundùm quam & in præsepi & in cunis & in cruce & in sepulchro circumscriptus est filius Dei; circa illam verò alteram infinitus & incircumscriptibilis, & omnia continuit continetque.

Unum igitur ex duabus dico naturis. Patitur igitur Christus filius Dei, non divinitate, sed humanitate, id est, Christus est passus in carne. Patitur sumpta natura; illa verò quæ assumpsit, impassibilis manet. Deus autem verbum proprias reputar templi sui hominis passiones, circa dico & mortem & reliqua quæcunque dispensativa videntur. Propria ea facit, dum nihil ipse sustineat. Sed quia ad unam personam pertinent ipsæ naturæ, illa impassibilis ea quæ sunt passibilis propria facit. Nec tamen patitur illud impassibile Dei verbum suas faciendo passiones, sed, ut dixi, suæ carnis passiones adsciscit.

Aliud verò est pati eu ipso quòd suas efficit passiones, & aliud suas efficere passiones. Non alterius inquam filii, sed naturæ alterius passiones. Secundùm nullam siquidem patitur rationem, qui naturaliter est insusceptibilis passionis.

Nec verbum caro factum conversionem sustinuit. Factum namque dicitur pro ut dicatur, accepit. Et qui erat in forma Dei, servi accepit. Hoc enim significat quod sequitur: *Et inhabitavit in nobis.* Nec enim filii unitate disperditur distantia naturarum. Sed sicut aliud corruptibile corpus, & alterum anima immortalis, ex utrisque verò unus homo consistit, sic ex mortali atque immortali & sine principio Dei verbi natura unam confiteor filii personam. Et quia impassibile verbum passibili unitum experimentum non sustinuit passionis, est quidem filius Dei & passibilis & impassibilis, sed passibilis quidem carne, impassibilis verò divinitate, habens secundùm carnem temporale principium, absque initio verò secundùm deitatem.

Hæc sicut memetipsum habens, ita conscripsi.

CAPUT CCXXII.

[c] *Epistola Eutychetis hæretici; ubi scribens ad Papam urbis Romæ Leonem, negat in Christo duas naturas, id est, divinitatis & humanitatis.*

De mea in Dominum & Deum omnium Christum spe confidens, ante omnia qui-

[a] NOMINE] id est, Christi, filii, Domini. Hæc enim nomina utramque naturam significant. Vide suprà pag. 431 472. 625.

[b] IUXTA CYRILLUM] Cùm Cyrillus obierit anno CCCCXLIV. Acacius verò ordinatus sit Episcopus anno CCCLXXVIII. ac tempore synodi Ephesinæ centum & decem vitæ annos expleverit, ut suprà pag 446 & 711. dictum est, parum probabile videtur eum supervixisse Cyrillo; adeoque hæc confessio videtur esse suppositiria.

[c] EPISTOLA] Quæ sequuntur, non pertinent ad causam Nestorii, sed Eutychetis; adeoque potiùs referenda essent ad Concilium Chalcedonense quàm isthic edenda, nisi decretum nobis esset istud synodicum dare integrum, non verò per partes. Epistolam autem istam Eutychetis edidit etiam Lupus in libro de appellationibus pag. 884.

dem, testis Deus verbum est, in sensibus hujusmodi dignoscens veritatis probationem, invoco autem vestram sanctitatem in testimonio cordis mei & ratione sensuum meorum atque verborum. Sed pessimus diabolus fascinavit tale studium nostrum & propositum, à quibus vires destrui oportuit. His stimulans omnem domesticam sibi vim, contra me movens Eusebium Episcopum oppidi
a Dorylænsis [a] libellum dantem sancto Episcopo Constantinopolitanæ Ecclesiæ Flaviano & quibusdam aliis inventis in eadem urbe, qui propter diversas causas suas evenerant, quomodò hæreticum compellavit, non veritate accusationem movens, sed perniciem mihi machinans & perturbationem Ecclesiis Dei. Vocabar ad responsionem accusationis ab ipsorum sanctitate; sed gravi ægritudine super ipsam senectutem retentus occurri ad purgationem, non ignorans compositam factionem contra salutem meam. Et quidem libellis statim, sub-
b scriptione mea his addita, [b] obruli scripta, ostendens de sancta fide professionem meam. Sancto autem Flaviano Archiepiscopo neque libellum suscipiente, neque ut legeretur jubente, audiente ta-
c men & respondente me ipsis verbis [c] fidem quæ Nicææ exposita est à sancta synodo, confirmata verò apud Ephesum, expetebar duas naturas fateri & anathematizare eos qui hoc negarent. Ego autem metuens definitionem à synodo, nec adimere nec addere verbum contra expositam fidem à sancta synodo Nicæna, sciens verò sanctos & beatos
d patres nostros [d] Iulium, Felicem, Athanasium, Gregorium sanctissimos Episcopos refutantes duarum naturarum vocabulum, & non audens de natura tractare Dei verbi, qui in carnem venit ultimis diebus in uterum sanctæ virginis Mariæ immutabiliter quomodo voluit & scit, in veritate non in phantasmate homo factus, aut anathematizare supradictos patres nostros, rogabam ut innotescerent ista sanctitati vestræ, & quod vobis videretur judicaretis, omnibus modis me secuturum quæ probassetis. Sed nullo eorum quæ à me dicebantur audito, abrupta synodo publicaverunt dejectionis sententiam, quam adversùs me calumniæ factione instruebant, ut & saluti meæ discrimen incumberet, nisi citò opera Dei, orationibus sanctitatis tuæ, militaris manus me ab incursione rapuisset. Tunc duces aliorum monasteriorum cogere cœperunt in dejectionem meam subscribere, (quod nunquam nec in eos qui se hæreticos professi sunt vel adversùs ipsum Nestorium factum est) in tantum ut cùm ad satisfaciendum plebi proponerem fidei meæ confessiones, non solùm & arcerent eas audiri, verùm & arriperent hi qui contra me supradictam factionem meditabantur, ut exinde tamquam hæreticus apud omnes haberet. Ad vos igitur religionis defensores & hujusmodi factiones execrantes confugio, nihil & nunc novum inducens contra fidem jam inde nobis ab initio traditam, sed anathematizans Apollinarium, Valentinum, Manem, & Nestorium, & eos qui dicunt carnem Domini nostri Iesu Christi salvatoris è cœlo descendisse, & non è spiritu sancto & sancta virgine Maria, & omnes hæreses usque ad magum Simonem. Et nihilominus tamquam hæreticus de vita periclitor. Et obsecro, nullo mihi præjudicio facto ex his quæ per insidias contra me gesta sunt, quæ visa vobis fuerit super fidem proferre sententiam, & nullam deinceps permittere à factiosis contra me calumniam procedere, & non excuti & eximi de numero orthodoxorum eum qui in continentia & omni castitate septuaginta annos vitam peregit, ita ut in ipso exitu vitæ naufragium patiatur. Subjunxi autem his litteris meis utrumque libellum, & eum qui ab accusatore meo oblatus est synodo, & qui à me gestus quidem est, non tamen susceptus, & editionem fidei meæ, necnon & ea quæ de duabus naturis à sanctis patribus nostris decreta sunt.

CAPUT CCXXIII.

[e] *Item verba Eutychetis.*

TEstor vos coram Deo, qui cuncta vivificat, & Christo Iesu, qui sub Pontio Pilato testificatus est optimam illam confessionem, ne quid ad gratiam faciatis. Ego enim jam à majoribus meis ita sensi & à pueritia mea ita illuminatus sum quemadmodum sancta & ex universo orbe terrarum apud Nicæam habita synodus trecentorum decem & octo beatissimorum Episcoporum fidem constituit, & quam conservavit ac definivit denuo obtinere solam sancta synodus Ephesi collecta, & nunquam aliter sensi quàm quemadmodum præcepit recta & sola vera fides orthodoxa. Et cunctis quæcunque sunt [circa] eandem fidem à sancta eadem synodo constituta Ephesi adsentior; cujus synodi dux & princeps fuit beatæ ac sanctæ recordationis Episcopus Cyrillus Alexandrinorum, & prædicationis ac fidei sanctorum & electorum Dei Gregorii majoris, & item Gregorii, Basilii, Athanasii, Attici, Procli socius & particeps. Eum & omnes eos orthodoxos & fideles habui, & honoravi tamquam sanctos, & magistros meos existimavi. Anathema autem dico Nestorio & Apollinari & omnibus hæreticis usque ad Simonem, & qui dicunt carnem Domini nostri Iesu Christi de cœlo descendisse. Ipse enim, qui est verbum Dei, descendit de cœlo sine carne, & factus est caro in utero sanctæ virginis ex ipsa carne virginis incommutabiliter & inconvertibiliter, sicut ipse novit & voluit. Et factus est qui est semper Deus perfectus ante secula, idem & homo perfectus in extremo dierum propter nos & nostram salutem. Hanc igitur meam plenam professionem sanctitas vestra &c.

a LIBELLUM] Extat in actione prima Concilii Chalcedonensis, tomo tertio Conciliorum pag. 152. Vide Liberatum cap. 11.

b OBTULI SCRIPTA] Rectè monuit Lupus ad hæc ipsa verba respicere sanctum Leonem epist. 8. data ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum, in qua sic legitur: *Accepimus enim libellum Eutychis Presbyteri, qui se queritur, accusante Eusebio Episcopo, immeritò communione privatum, maxime cùm vocatum se affuisse testetur nec suam præsentiam denegasse, adeo ut in ipso judicio libellum appellationis sua se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum; qua ratione compulsus sit ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret.* Verùm in epistola ista nulla mentio de appellatione Eutychetis. Itaque postrema hæc verba referenda sunt ad ea quæ in fine ait Eutyches, mittere se ad eum libellum synodo oblatum, qui susceptus non est.

c FIDEM QUÆ NICÆÆ] Idem Leo epist 7 ad Theodosium Augustum: *Quamvis enim prædictus Presbyter ad sedem apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit, breviter tamen aliqua prælibavit, asserens se Nicænæ synodi constituta servantem frustra in fidei diversitate culpatum.*

d IULIUM] Horum patrum testimonia recitantur suprà pag. 465. 467. 465. 612. & sequentibus.

e ITEM VERBA] Lupus, qui ista quoque in eodem libro de appellationibus edidit, existimat esse libellum contestatorium ab Eutychete propositum in Constantinopolitana urbe, ut docent verba sancti Leonis paulò antè à nobis relata.

Eutyches Presbyter & Archimandrites huic libello subscripsi manu mea.

CAPUT CCXXIV.

a *Exemplar Iulii Episcopi urbis Romæ, ut asserunt Eutyches scripta ad* b *Dionysium Episcopum, cujus sensu ductus ipse Eutyches decidit in errorem.*

Miror audiens quosdam confitentes quidem in carne Dominum nostrum, incurrentes verò divisionem malè à Paulianistis introductam. Illi enim Paulum Samosatenum sequentes, alium quidem intelligunt eum, qui ex cœlo descendit, Deum confitentes; alium verò terrenum hominem esse dicunt, & illum quidem infabricabilem, hunc dominum, alium servum; c impium, seu venerentur eum quem servum appellant & fabricatum, seu non colant eum qui nos sanguine suo redemit. Hi verò qui Deum descendisse de cœlo confitentur & carnem factam ex virgine & unum esse cum carne, frustra conturbantur, excedentes in verba impietatis illorum. Dicunt enim & ipsi, sicut audio, duas naturas. Ad quod & Iohannes evidenter probat [unum] Dominum nostrum cùm dicat, *Verbum caro factum est*, & Paulus Apostolus, cùm dicat: *Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Si enim natus ex virgine Iesus nominatur, & ipse est per quem universa facta sunt, una scilicet natura facta est, quoniam & una persona, non in duo divisa, cùm nec propria natura corporis est, & propria natura deitas sit secundùm carnem. Sed sicut homo una natura est, ita & is qui ad similitudinem hominis est factus Christus. Quòd si non agnoscunt id quod per adunationem unum est, possunt & unum in plura partire & plurimas dicere naturas: quoniam multiplex corpus, quod ex ossibus, nervis & venis, carne & cute, sanguine & spiritu constet, quæ omnia diversa quidem inter se sunt, una tamen est eorum natura. Unde & deitatis natura cum corpore unum est. Et d nec in duas naturas dividitur. Nec enim poterat totum filius hominis appellari qui descendisset è cœlis, & rursus filius Dei qui natus ex femina est, si duarum naturarum caperet divisionem; sed id quidem quod descendisset è cœlis, vocaretur filius hominis, non filius Dei. Et hoc Paulianæ divisionis est. Nos autem divinæ scripturæ docent tamquam de uno Domino nostro sentire, & cùm descendisset è cœlis, & cùm in terra natus est. Qui igitur sic sentiunt, non excedunt [ab] inconsona contraria sentientibus, ut cùm mente divinis præceptis consentiant, sermonibus discrepent. Necesse est enim eos, cùm duas naturas intelligant, alteram colere, alteram non adorare, & in divinam quidem baptizari, in humanam verò non baptizari. Si autem in mortem baptizamur Domini, unam profitemur naturam & impassionabilis deitatis, & passionabilis carnis, ut per hoc sit baptisma nostrum & in Deum & in mortem Domini perceptum. Nec enim veremur calumniatores, qui dividunt in duas personas Dominum. Nec cùm nos unitatem evangelicam atque apostolicam prædicemus, lacerent nos tamquam dicentes carnem esse cœlestem, cùm nos è contra divinas scripturas legamus dicentes filium esse non ex cœlo. Nec enim cùm dicimus filium Dei creatum ex muliere, possumus reprehendi tamquam verbum ex terra dicentes, & non ex cœlo. Dicimus enim utrumque, & ex cœlo totum propter deitatem, & ex muliere totum propter carnem, ignorantes divisionem unius personæ.

CAPUT CCXXV.

Exemplar epistolæ tacito nomine factæ ad quendam senem cupientem scire quid contrarium catholicæ fidei senserit Eutyches.

Misit mihi nobilitas tua exemplum libelli de novæ fidei expositione Eutychetis, quem exposuit scribendo ad beatissimum Papam sedis apostolicæ Leonem. Scribere & dignatus es ut si quid inde sentirem, humilitatis meæ litteris indicarem. Quod quidem ipse pro studio sanctæ affectuosè injungere dignatus es; sed mihi trepidam habenti mentem & timore repletum cor, in hac quæstione periculosum videtur adgredi, præcipiente doctore & illuminatore gentium Apostolo Paulo & generaliter monente ac dicente: *Stultas autem & ineruditas quæstiones & contentiones & pugnas legis devita. Sunt inutiles & vanæ.* Tamen ipsius beatissimi Apostoli Pauli precibus, adjuvante Domino & Deo Iesu Christo, quod potuerit rusticus sermo & tenuis meus sensus aggrediar; non ut magnitudo & majestas fidei exigit, sed ut tenues vires meæ humilitatis patiuntur. Cùm ergo percurrerem prædictum exemplar epistolæ vel libellum fidei Eutychetis, inter cetera textus verborum ejus inveni, ubi à sancto Concilio Episcoporum expeti à se duas naturas in Christo conqueritur confiteri. quod si consulens suæ continentiæ & vetustæ in se castitatis laboribus confiteri voluisset, nunquam sententiæ suæ fidei periculum fuisset passus. Sed quia in unam Christi personam secundùm Apostolorum vel Prophetarum seu evangeliorum traditionem duas naturas in Christo confiteri noluit, in ipso portu exitus sui non solùm ipse laborum continentiæ suæ naufragium passus est, verùm etiam jam olim bene fundatam Ecclesiarum per orbem terrarum perturbavit fidem, & ad cumulum perfidiæ suæ, Christi veneratorem & bonæ fidei fidelem prædicatorem beatum occidit Episcopum Flavianum. Et ille quidem quietis temporibus, nulla existente publica persecutione, coronam accipiens martyrii, nunc cum beato suo magistro Apostolo Paulo gloriatur & dicit: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De cetero superest corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex, non solùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem ejus.* Et illo quidem cum omnibus sanctis in Domino gloriante, nobis necesse est, si meremur ejus sequi vestigia & traditionem fidei, per quam gloriosum meruit exitum, totis fidei viribus & usque ad mortem tenere & in unam Christi personam duas confiteri naturas divinitatis & humanitatis, creatricis & creatæ, assumptricis & assumptæ. Quæ tamen substantiæ aut naturæ, non confusæ, sed unitæ, & in una eademque persona inseparabiliter, & in sua semper proprietate sunt permanentes. Quapropter unicuique substantiæ naturæ propria utique aptanda sunt, id est, infirmitatis humanitati, quæ creata

a Exemplar] Puto legendum, *Ex epistola* Porrò hæc quoque edidit Lupus in eodem libro de appellationibus pag. 889.

b Dionysium Episc] Mediolanensem fortassis.

c Impium] Legendum, *impii.*

d Nec] Lupus utrobique edidit *hac.* Sæpe hæc duo vocabula permutantur in antiquis libris. Ceterùm isthic legendum esse *nec* probant sequentia.

Anno Christi 431.

Synodicon.

est digna, non verò mutabilia divinitati, quæ creavit. In tantum enim hæ duæ naturæ in una persona Christi simul unitæ sunt atque conjunctæ ut idem Iesus Christus Dei filius, Deus & homo, aliquando res aut agat aut loquatur humanas, aliquando verò divinas. Nam denique ut duarum naturarum, id est, divinitatis & humanitatis, in se ostenderet substantias, navigans dormit in navi ut homo, & procellæ, eminenti vento, vel mari imperat ut Deus, dicens: *Tace, obmutesce.* Et post quadraginta dierum atque noctium jejunium esurit ut homo, & in solitudine quinque millia virorum, exceptis infantibus & mulieribus, de quinque panibus & duobus piscibus refecit ut Deus. Et quid plura? A Iudæis crucifixus, & lancea in latere compunctus, moritur ut homo, & Lazarum quatriduanum de monumento resuscitavit ut Deus, auctoritate divina dicens: *Lazare, veni foras.* Harum ergo, Domine, duarum naturarum in Christo traditio est fortiter custodienda; ne cum Eutychete aut ceteris ejus consentaneis eas in unam confundentes, novum incertæ fidei teneamus tramitem. Optimè enim eos dedignaris, quia omne quod confusum, obscurum & incertum esse cognoscitur. Siquidem ut datur intelligi, proprias easdem naturas divinitatis & humanitatis imprudenti sensu in unum confundere videntur, ut non separantes humanitatis substantiam à Christi divinitatis natura, ipsa voce Deum passibilem pronuntient. Nam denique epistola quam dicit Eutyches Iulii quondam Episcopi urbis Romæ esse, quam & ad solatium suæ perfidiæ, ignoro, forsitan falsam protulit, cujus & pravo sensu duci cognoscitur, in ipso ultimo textus sui ita profitetur, dicens: *Qui igitur sic sentiunt non excedunt ab inconsona contraria sentientibus, ut cùm mente divinis præceptis consonant, sermonibus discrepent. Necesse est enim eos, cùm duas naturas intelligunt, alteram colere, alteram non adorare, & in divinam quidem baptizari, in humanam verò non baptizari.* Vides ergo quomodo impugnantes & confundentes duarum naturarum substantiam, Deum passibilem pronuntiare perfido sensu conantur. Nos verò, qui catholicæ fidei rectum tenemus tramitem, prætermissa hac confusione duarum naturarum, in dominicam carnem baptizati, propterea eam adoramus quia à divinitate suscepta atque eidem ita unita sit ut non alium atque alium, sed unum eundemque Deum & hominem, Dei filium confiteamur. Nam si Eutyches aut ceteri ejus consentientes hominem separant à Christo Deo, illi nos nunquam adoramus aut servimus. Aut si quis nostrum purpuram aut diadema regale jacentia inveniat, numquid ea conabitur adorare? Mox verò ut ea Rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit si quis ea simul cum Rege adorare contempserit. Ita Christi Domini nostri perfectam humanitatem, non solam & nudam, sed divinitati suæ unitam, unum eundemque Dei filium, Deum verum, & hominem verum, si quis adorare contempserit, æternam mortem patietur. Sequitur & Iulius, cujus sensu ducitur Eutyches, & dicit: *Si autem in mortem Domini baptizamur, unam profitemur naturam & impassionabilis deitatis & passionabilis carnis.* Velim pleniùs agnoscere quomodo dicant *carnis?* Si hæc caro sine anima est, quid est caro ista nisi terra sine sensu, quæ nec gratias agere valuit, nec crucis pœnas sentire potuit? Quòd autem caro sine anima sentire non possit, cunctis est manifestum. Si autem, ut illi sentiunt, in illa dominica carne divinitas pro anima fuit, divinitatem ergo passionibus subjiciunt. Si autem, ut vera se habet scripturarum fidelissima ratio, simul cum carne & humanam suscepit animam, ergo perfectus Deus perfectam suscepit hominis naturam, ut ostenderet se simul cum humana carne & humanam suscepisse animam, id est, perfectum hominem. Dicit enim: *Pastor bonus animam ponit pro ovibus suis.* Et. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum potestatem habeo sumendi eam.* Et in ipso articulo passionis suæ dicit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Et. *Nunc anima mea conturbata est.* Non enim Deus aliquando perturbatur, sed ille utique homo qui esurit, qui sitit, qui dormivit, qui lassatus fuit, atque ploravit. quæ omnia sine affectibus animæ caro sola sentire non potuit, nisi ille homo perfectus quem suscepit Deus perfectus, dicente Hieremia Propheta: *Hic Deus noster, non æstimabitur alius ad eum: qui invenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israhel dilecto à se.* Et adjecit: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Qua porrò forma in terra visus fuerit & conversatus sit, sanctissimus Prophetarum Isaias plenissimè & apertiùs exponit: *Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus coram ipso tamquam pueri, ut radix in terra sitienti. Non est ei species, neque gloria. Vidimus eum, & non habuit speciem neque decorem; sed species ejus sine honore, & abjecta præ omnibus hominibus. Homo in plaga positus, sciens ferre infirmitates. Quoniam aversata est species ejus, & dehonestatus, & pro nihilo æstimatus est. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet. Nos æstimavimus eum in dolore esse & in plaga & in vexatione. Ipse autem vulneratus propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostræ in eum, livore ejus nos sanati sumus. Omnes ut oves erravimus, & omnes homines à sua via erraverunt. Et Dominus tradidit eum pro peccatis nostris. Ipse autem malè vexatus conticuit labia sua, ut ovis ad immolandum ductus est. Et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem autem ejus quis enarravit? Quoniam tolletur à terra vita ejus, & ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo inanes pro sepultura ejus, & divites pro morte ejus. Quoniam iniquitatem non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus. Et Dominus vult purgare eum de plaga. Si detis pro peccato animas vestras, videbitis semen longæ vitæ, & vult Dominus adolere animæ ejus, ostendere ei lumen, formare prudentiam, justificare justum, bene servientem pluribus. Et peccata eorum ipse portavit. Ideo ipse hereditatem possidebit multos, & fortium partietur spolia. Propter quod tradita est in mortem anima ejus, & inter iniquos deputatus est. Et ipse peccata multorum tollit, & propter iniquitates nostras traditus est.* Pervide igitur, Domine mi, secundùm sanctæ tuæ mentis studium quomodo prædicti Prophetæ Hieremias & Isaias sibimet consentientes asserant qualiter perfectus Deus de cœlo descendens pro salute generis humani, susceperit hominem, & superiùs ab Isaia prædictas passiones uterque naturæ illius in Christo suscepti hominis assignet. Nam numquid Deus, qui est invisibilis, incomprehensibiliter poterat comprehendi aut inimicis tradi aut inter impios deputari aut mori aut vita ejus à terra tolli? Sed ille utique qui, ut suprà jam diximus, esuriit, sitivit, lassatus fuit, dormivit, atque ploravit; qui etiam in cruce passionis pendens, cùm vidisset in se inhabitantem Deum de suo exire corpore, lachrymabili voce

clamavit post eum, Hebraica lingua dicens: *Heli, Heli lamasabactani*, hoc est: *Deus meus, quare me dereliquisti?* quamvis tertia die eum esset resuscitaturus. Tamen necesse erat illud adimpleri quod jam prædixerat in evangelio Iesus, suis discipulis dicens: *Ego à Deo processi, exivi à patre, & veni in hunc mundum, & iterum relinquo hunc mundum & vado ad patrem.* Siquidem & in ipsa passione, quamvis ille perfectus homo, à perfecto Deo susceptus, impiam moriens in cruce patiatur pœnam, tamen & ipse impassibilis Deus in eodem à se suscepto perfecto homine, quamvis passionem non sustinuerit, tamen injuriam passus est. Nam sicut qui indumentum conscindit, induto facit injuriam, ita & qui carnem ejus crucifixerunt, divinitati ejus injuriam intulerunt. Hanc ergo divinitatis injuriam omnia elementa videntia expaverunt. Nam denique terra contremuit, petræ scissæ sunt, sol fugit in noctem, luna sanguineo colore fuscata est; & tamquam damnatione perpetua jam mundus oppressus esset, avulsæ locis cœlestibus stellæ ruerunt, & elementorum lege confusa, apertis monumentis, sepulta jam olim corpora animas receperunt. Ideo ergo catholici per orbem terrarum fidelissimi Ecclesiarum doctores secundùm scripturarum auctoritatem duas in Christo naturas prædicant, divinitatis [& humanitatis. Quæ otinam considerasset Eutyches,] & tot annorum continentiæ laboribus [se] apertis oculis non immersisset, nec orientis Ecclesiis impiam protulisset perturbationem per confusas duarum naturarum substantias Deum passibilem pronuntians. Sed cùm in ista suam sententiam Paulus Apostolus compleat dicens, *Quia in novissimis temporibus recedent quidam à fide*, tamen nos sollicitus præmonet dicens: *Attendite spiritibus seductoribus in hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentium conscientiam.* Nisi enim secundùm Apostoli dictum cauteriatam & incertam suæ fidei habuisset conscientiam, nuoquam tantam confusionem Ecclesiis Dei excitans, suæ perfidiæ socios fecisset sanctos trecentos decem & octo patres Nicæni Concilii, necnon & Cyrillum, & Athanasium, Felicem, Gregorium, & Proclum, sanctos Episcopos; qui non utique ejus perfidiam sequendo, sed superiùs à mea humilitate expositam fidem docendo, inter sanctos & electos Dei in numero & libro viventium dinumerati sunt. Sed ut simplicium & imperitorum illudat & ad se ducens aduniat animos, ideo prædictos viros, catholicæ fidei auctores & prædicatores, suæ novæ & novissimæ perfidiæ fingit esse socios. Verè in hunc Eutycheten completa est Apostoli sententia dicentis: *Hujusmodi Pseudo-Apostoli, operarii dolosi, transfigurant se in Apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim satanas transfigurat se sicut angelum lucis. Non ergo magnum si ministri ejus transfigurentur sicut ministri justitiæ: quorum finis est secundùm operationem eorum.* Secundùm hanc ergo Apostoli sententiam, cùm sit ministri perfidiæ, simulat se socium esse ministris justitiæ, à quibus prædictam fidei nostræ [non] tenuit, à se doctam exposuit rationem; inter quorum discipulos & dulcissimos fideles fidei filios cupio tuam nobilitatem mecum pariter adscribi; ut eorum, si meremur, sequentes fidei vestigia, precibus in futuro judicio misericordiam impetrare mereamur à triplici pietatis unita majestate, hoc est, patris & filii & spiritus sancti, cui gloria in secula seculorum. Amen.

FINIS SYNODICI.

CONCILIUM TARSENSE
Habitum anno CCCCXXXI.

Concilii istius hactenus incogniti memoriam nobis conservavit vetus ille interpres epistolarum quæ extant in synodico adversus Tragœdiam Irenæi. Illic ergo scriptum est Ioannem Episcopum Antiochenum, Alexandrum Hierapolitanum, Meletium Mopsuestiæ, & alios redeuntes è Constantinopoli in orientem, collegisse Concilium in Tharso Ciliciæ primæ metropoli, & in eo damnasse Cyrillum & cum eo septem Episcopos qui Epheso Constantinopolim missi erant adversùs orientales. Depositi ergo ab Episcopis Concilii illius sunt Arcadius Episcopus occidentalis, Iuvenalis Hierosolymitanus, Flavianus Philippensis, Firmus Cæsareæ Cappadociæ, Theodotus Ancyranus, Acacius Melitinensis, & Evoptius Ptolemaidis. In eam rem factæ sunt litteræ synodicæ, quibus cuncti Episcopi subscripserunt. Vide synodicon cap. 66. 136. 141. 174. 201.

CONCILIUM ANTIOCHENUM
Habitum anno CCCCXXXI.

Celebrata est ista synodus paulò post Tharsensem de qua mox diceбamus, & quidem ab iisdem Episcopis. Confirmatam illic fuisse depositionem Cyrilli & cæterorum colligi facilè potest ex capite sexto Liberati, & ex Socrate lib. 7. cap. 34.

CONCILIUM ANAZARBICUM
Habitum anno CCCCXXXI.

Cùm à Chalcedone in orientem rediissent Episcopi qui Cyrillo Alexandrino infesti erant, varias adversùs eum synodos celebravere, & in his etiam istam apud Anazarbum Ciliciæ secundæ metropolim. Congregata fuit à Maximino istius urbis Episcopo; in qua primùm confirmata est depositio Cyrilli, tum excommunicati qui eum receperant in communionem. Extant acta suprà in capite CXIII. *adversùs Tragœdiam Irenæi pag.* 814.

CONCILIVM ANTIOCHENVM
Habitum anno CCCCXXXII.

Theodosius Imperator revocandæ pacis inter Episcopos valde studiosus, Aristolaum Tribunum ad Ioannem Antiochenum & Cyrillum Alexandrinum misit anno CCCCXXXII. *cum litteris quibus Episcopos illos graviter monebat ad ineundam concordiam. Et Tribunus quidem primùm aggressus est Ioannem, quippe in itinere positum. Is verò statim consuluit Acacium Episcopum Berœæ quid facto opus esset; & coacta Episcoporum orientalium synodo, cui infuerunt Alexander Hierapolitanus, Macarius Laodicensis, Andreas Samosatenus, & Theodoretus Cyrensis, scripserunt Cyrillo quia amicitiarum modus seu pacis sanctarum Ecclesiarum non aliter fieri conveniret nisi secundùm quod eis placeret, id est, ut ante omnia rejicerentur & exploderentur quæ ab illo conscripta erant, & soli fidei in Nicæna synodo definita staretur, ut ait ipse Cyrillus suprà pag. 600. in epistola scripta ad Acacium Episcopum Melitinensem. Miserunt autem ad eum eodem tempore sex propositiones pacis, quarum prima habetur suprà in capite 53. synodici adversùs Tragœdiam Irenæi pag. 756. Hanc synodum Ioannis subdolam assentationem Antiochiæ vocavit Eutherius Episcopus Thyanensis in capite 201. ejusdem synodici. Vide rursum synodicum cap. 58. & 62. Meminit ejusdem synodi Theodoretus ibidem cap. 71.*

CONCILIVM ZEVGMATENSE.
Habitum anno CCCCXXXII.

Multam contradictionem passam esse pacem quæ inter Cyrillum Alexandrinum & Ioannem Antiochenum constituta est satis probant testimonia veterum scriptorum, in primis verò ea quæ habentur in synodico adversus Tragœdiam Irenæi. Theodoretus sanè Cyrensis Episcopus graviter illam & iniquo animo tulit, ac ferme statim post eam initam scripsit ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum de congregandis propterea provinciæ Euphratesiæ Episcopis apud Hierapolim aut Zeugma, præcipuè verò Andrea Samosateno. Elegit Alexander Zeugma, ad eumque locum evocavit Andream, qui mox datis ad Alexandrum litteris pollicitus est se adfuturum. Quid in eo conventu actum sit ignoramus, nisi quòd certum est in eo decretum fuisse ne quis susciperet dispensationem quæ sub pacis obtentu facta erat à Ioanne. Ista nos collegimus ex capitibus 214. 217. & 225. synodici adversùs Tragœdiam Irenæi.

CONCILIVM ANAZARBICVM
Habitum anno CCCCXXXIII.

Constituta pace Ecclesiarum Alexandrinæ & Antiochenæ, eam amplecti se professi sunt Episcopi secundæ Ciliciæ. Testis horum est epistola synodica ab illis scripta, quam retulit in collectionem suam auctor synodici adversùs Tragœdiam Irenæi cap. 159. pag. 858.

CONCILIVM THARSENSE
Habitum anno CCCCXXXIV.

Synodus hæc congregata fuit ut pax susciperetur quam Ioannes Antiochenus fecerat cum Cyrillo Alexandrino; eique interfuerunt Helladius Episcopus Tharsensis metropolitanus, Cyrillus Adanensis, Valentinus Malli, Minodorus, qui aut Coricii Episcopus fuit aut Sebastenus, Tarianus Augustæ, Matronianus Pompeiopolitanus, Zenobius Zephyrii. Scripserant ad eos Episcopi Euphratesiæ adversùs Ioannem Antiochenum, quòd ad pacis conditiones descendisset impias. Scripta sunt ergo ab isto Concilio ad Episcopos provinciæ Euphratesiæ & ad Imperatores litteræ quæ habentur in synodico adversùs Tragœdiam Irenæi cap. 130. & 192. ex quibus constat susceptam fuisse ab Episcopis Cilicibus damnationem Nestorii factam in Concilio Ephesino.

CONCILIVM ANTIOCHENVM
Habitum anno CCCCXXXV.

Nestorii sectatores videntes, ut ait Liberatus, libros illius blasphemos non posse proferri in publicum, eò quòd synodo Ephesina anathematizanto fuerant condemnati, & imperiali lege prohibitum fuerat ne quis eos legeret aut defenderet, cœperunt Diodori Tharsensis Episcopi & Theodori Mopsuesteni circumferre volumina; & simplicissimos quosque decipientes, aiebant non sapuisse nova Nestorium, sed antiquorum patrum prosecutum fuisse doctrinam; ac præterea ipsa eorum volumina malitiosè in Syrorum linguam & Armeniorum atque Persarum transtulerunt. Sed ubi hæc agnoverunt Acacius Episcopus Melitinensis & Rabula Edessenus, scripserunt Episcopis Armeniæ ne Theodori Mopsuesteni libros susciperent, utpote qui hæreticus esset & auctor Nestorianæ dogmatis. Quod graviter tulisse Cilices patet ex synodico adversùs Tragœdiam Irenæi cap. 43. & 44. & ex Liberato.

Anno Christi 435.

Congregati sunt ergo in unum venerabiles Armeniæ Episcopi, & miserunt duos Presbyteros Leontium & Abelium ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum cum libellis suis & uno volumine Theodori Mopsuesteni, scire volentes utrum doctrina Theodori an Rabulæ & Acacii vera esse probaretur. Itaque Proclus accipiens Armeniorum libellos & illud Theodori volumen, ac diligentiùs utraque examinans, tomum Armeniis scripsit & destinavit; in quo posuit, ad interimendas Nestorianorum versutias, qui duas in Christo inducunt personas, unum de trinitate incarnatum: quem & direxit Ioanni Antiocheno per Theodotum Diaconum suum cum excerptis capitulis ex voluminibus Diodori ac Theodori quæ missa erant ab Armeniis. Hortatus est verò Ioannem ut pro communi fide servanda ipse tomum eundem cum suo Concilio susciperet & subscriberet, & ut anathematizaret impia illa capitula. Extat porrò tomus ille Procli in tomo tertio Conciliorum pag. 1217. *datus Constantinopoli consulatu Theodosii Augusti XV. & Valentiniani IV. id est anno Christi* CCCCXXXV. *Ioannes autem & qui cum eo erant congregati Episcopi legentes eundem tomum, & ejus laudantes compositionem, subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt. Sed Basilius quidam Diaconus sumens tomum Procli, quem Armeniis scripserat, Alexandriam venit, & Armeniorum libellos suis libellis annectens, obtulit Cyrillo ejusdem urbis antistiti; ac deinde Constantinopolim veniens, libellos composuit & Archiepiscopo Proclo porrexit, associans cuncta quæ antehac Cyrillo Archiepiscopo obtulerat. Proclus verò jam destinaverat tomum suum Armeniis, nullam in eo de Theodoro faciens reprehensionis mentionem. Quod cognoscens Basilius, scripsit libellum adversùs libros Theodori, vitandos eos esse docens sicut Arrii & Eunomii blasphemias.*

Post hæc autem, occasione acceptâ, surrexerunt quidam monachi ab Armenia Apollinaris sectatores, portantes excerpta capitula, ut dicebant, de libris Theodori Mopsuesteni vel aliorum sanctorum patrum qui illo in tempore contra Apollinarem scripserant; & intrantes Constantinopolim, ac circumeuntes totius orientis civitates & universa monasteria, damnanda esse cum auctoribus clamabant, accusantes ea Nestoriano sensu fuisse conscripta.

Tunc Ioannes Episcopus Antiochenus, omnes orientis Episcopos evocavit Antiochiam synodum ea de causa celebraturos; ex qua scripta sunt epistolæ, una ad Theodosium Imperatorem, alia ad Cyrillum Alexandrinum Episcopum, tertia ad Proclum Constantinopolitanum, in quibus Theodorus laudibus in cœlum efferebatur. Et ejus quidem quæ ad Imperatorem Theodosium scripta est fragmenta habemus apud Facundum & in synodico adversùs Tragœdiam Irenæi, unde nos heic describenda censuimus.

Fragmenta epistolæ synodalis ad Imperatorem Theodosium.

Facundus lib. 2. c. 2.

THeodorus enim, quem quando dicimus, virum dicimus in episcopatu clarum finem habentem, & quinquaginta penè annis fortiter repugnantem cunctis hæresibus, & in expositionibus quas in omnibus Ecclesiis orientalibus faciebat, & quibus in regia civitate valde esse comprobatus apparet, à nullo quoquam neque majorum neque similium judicatus est hæreticus; è contrario autem ab omnibus sacerdotibus, propter eam quæ illi aderat doctrinæ gratiam, in admiratione semper est habitus, & superiorem honorem gloria possedit; & non à sacerdotibus tantummodo, sed à sacratissimo vestro avo, dicimus ter beato & à Deo imperii sceptra sumente & vobis transmittente Theodosio, qui in desiderio visionis viri factus, in Ecclesia ejus doctrinæ fuit auditor magnus ille Imperator, nec arbitratus est alterum se talem comperisse doctorem superadmiratus quidem ejus doctrinam & colloquio delectatus atque obstupefactus tunc quem nunc spernunt aliqui, tamquam fontem sumentes probandi & reprobandi obeuntium doctorum quos volunt. Iam verò & à vestro imperio pro sui reverentia & spiritali sapientia ei sæpius attestatum est, & vestris litteris honoratus est. ET INFRA. Iste ille est Flaviani magni Antiochensium sanctæ Dei Ecclesiæ Pontificis amantissimus discipulus, & beati Ioannis Constantinopolitani Episcopi condiscipulus; cujus memoriam redivivam fecistis, maximam hinc gloriam pietatis vestræ imperio facientes. ITEM INFRA. Si autem quicquam, Imperator sancte, obscurum aliquis inveniri dicat in ejus vel aliorum litteris, hoc retractationi necessarium non est. Quorum enim vita in sacerdotio & ministerio optimum habuit finem, his præclaram gloriam dedicamus, & non ex illis eos judicamus de quibus aliqui atrociter eos accusant. Impossibile enim est, cùm homines sint qui in Ecclesia docent, ut calumniantium vituperationes effugiant. Et quid de Ecclesiæ doctoribus dicimus? quoniam & ipsa sancta evangelia multi hæreticorum ad suam recipiant voluntatem, divina dicta vertentes, & in multas partes corpus Ecclesiæ discindentes. Hæc in brevi pietatem vestram nos omnes Episcopi qui in Antiochiam Dei sumus gratia congregati docuimus. *Et post hæc, cùm multos & antiquos doctores Ecclesiæ nominatim commemorarent, perhibentes eos similia docuisse Theodoro, ad ultimum dicunt.* Arbitramur autem etiam ipsi pio imperio esse inutile, dum homines huc atque illuc jactati coguntur, nec quiescere permittuntur ab hac importuna hominum inquietudine.

Idem lib. 8. c. 5. 5. lib. 11 c. 4 Synodicon. c. 200. pag. 897.

Ad hæc Imperator ista respondit; quæ licèt edita jam sint suprà cap. 219. *synodici pag.* 928. *heic tamen damus ex editione quæ extat apud Facundum, diversa nimirum ab ea quam exhibet synodicum.*

Idem. lib. 8. c. 3.

Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores piissimi, semper Augusti, Deo amatori Ioanni Archiepiscopo & synodo cum eo in Antiochia congregatæ. Turbam atque tumultum qui evenit in oriente nostrum cognovit imperium per religiosissimum & sanctissimum patrem nostrum & Episcopum Proclum. Quoniam ergo pro quiete & pace omnium providemus, præcipuè autem pro fide catholica, quæ nostrum quoque custodit imperium, vestræ scribimus sanctitati quatenus pacem obtineatis & nullum verbum intendatis eorum qui volunt contra salutem propriam religionem sanctissimam conturbare. Intentio etenim nostræ divinitatis illa est, ut omnes homines cum quietè degant, præcipuè autem sanctæ Dei Ecclesiæ, per quas & nos salvamur & nostrum pollet imperium. Hac itaque voce quieti Ecclesiæ providentes nos aliquid de vobis utilius nisi ut hoc quoque cum omni statuatis Ecclesia, ne quis adversùs eos qui in ejus pace defuncti sunt quicquam de cetero tale præsumat.

Synodi epistola ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

Facundus lib. 8. c. 4. Vide etiam lib 1. c. 1. lib 8 c. 5. lib. 11. c. 1. & 8.

DEo amabili & sanctissimo Episcopo Cyrillo Ioannes Antiochiæ & qui cum eo Deo amabiles

Anno Christi 435.

biles Episcopi. Convenientes ex unaquaque provincia quæ in oriente sunt Dei gratia in civitatem amabilem Christo Antiochiam, propter litteras sanctissimi Episcopi Domini Procli. Et infra. Nunc autem iidem ipsi, velut ex somno exsurgentes, pertexerunt ad regiam civitatem, & eam perturbantes, ecclesiasticam pacem, quantum in ipsis est, turbaverunt. Sanctissimo enim Episcopo Proclo tomum rectè revera & piè habentem, quem ad Armenios scripsit, nobis destinante, & nostrum quærente consensum, omnia facta sunt à nobis, & in nullo minus fecimus. Erat autem & hoc in præsenti tempore supervacuum, propter quod jam Dei gratia omnes ubique unum & eundem custodiunt pium intellectum. Solent enim aliquoties res quæ quasi necessariæ videntur, nisi opportunè fiunt, augmentum perturbationis accipere. Aliud etiam malum est in istorum festinationem manibus extensis, & alter tomus excerpta quædam habens B. Theodori, qui fuit Mopsuestiæ Episcopus, & ea quæ ille diversis libris dixisse videtur, volentes eis anathema inferre. Propter hoc petimus ut mentem tuam nobis applices studiosius quàm in aliis rebus, & dignare considerare malum opus hoc esse, nisi communi sententia illud extinguere labores. Dedit enim tibi Deus super velle etiam posse, ut in commune omnes juves. Sunt in illo tomo quædam incerta, & aliter quàm dicta sunt intelligi valentia, confitemur hoc etiam nos: plurima verò eorum aperta videmus, & sine aliqua ambiguitate tecta. Sed illis quæ putantur obscura, similia multa & à plurimis anterioribus ejus & gloriosis patribus dicta invenimus: & periculum hinc pendet non leve, ne in istis etiam illorum solvamus, ejus viri reprobantes dicta qui in episcopatu quidem defunctus, agonibus autem adversus Arianos & alios hæreticos decem milibus per omnem suam vitam ubique decoratus est. Quod si fiat, multa etiam ab aliis sanctis patribus apertè dicta retractaturi sumus & reprobaturi. Excerptis enim istis similia quædam invenimus apud ter beatum & nobilem Athanasium, quædam etiam apud beatum Basilium, quædam apud Gregorium utrumque, multa verò & apud Amphilochium sæpius dicta, non parva verò & apud communem patrem B. Theophilum. Sunt enim quæ etiam tua sanctitas ita confitetur, & eundem de illis habes intellectum. Quædam etiam ab ipso amabili Deo Proclo in eodem ipso tomo quem ad Armenios misit, quo multis sensibus istis decerptis concurrit. Et dies nos deficiet percurrentes beatum Eustachium Antiochiæ civitatis Episcopum, qui fuit pro recta fide in Nicæno Concilio, & magnæ famæ Alexandriæ vestræ. sed etiam post illos sanctissimos Episcopos, Meletium, Flavianum, à quibus plura istis concordantia dicta sunt. Quid jam dicam de his qui in occidente secundùm doctrinam & eandem confessionem decorati sunt, quos etiam tua sanctitas meliùs novit? Intende itaque, rogo, ad quod præcipitium nos impellant, qui ad nullam utilitatem verbis contendunt. Quid non hinc læsionis vel corruptionis & confusionis plenum generetur, si aperiamus januam bis qui dicta transeuntium patrum evertere? quale damnum non apertum erit dicta non solùm refutare, sed etiam anathematizare? Verum aliud alicui placeat, aliud non, in aliquorum dictis, sive antiquorum, sive posteriorum, sive non nostrorum, alia ratio est. Ut autem & anathema eis imponatur, arbitramur audax & asperum apparere, etsi personæ cum dictis non anathematizentur. Quis enim nostrum speret quòd alium posset movere? aut quid horum non præbeat occasionem semper ut populi perturbentur? Et hoc quidem & viventibus & transeuntibus contingere solet. quod non scienti tantùm hæc dicimus, sed etiam plus omnibus considerare valenti magnitudinem hujus absurditatis. Quid autem non speramus ex hoc desiderabile Nestorii defensoribus? Quis enim eum non honorabit, si cum isto & aliis, qui in episcopatu vitam deposuerunt, simul anathematizetur? aut ubi ejus opinio per hoc non accipiat incrementum? Quis autem deceptorum hominum, de istis occasionem assumens, non confessorem vocaverit, velut propter illos passum quæ passus est, quæ etiam illi qui in Ecclesia fulserunt passi sunt? Quis autem meorem habentium nescit, quia ea quæ dictè à B. Theodoro dicta sunt, necessitate compulsus dixit? Proponebat enim eum totus in commune oriens inter eos qui ante nos fuerunt, sicut virtutem multam doctrinæ habentem adversus hæreses, contra quas pugnans & dimicans multa quadam divisione usus est, non ex pravo intellectu veniens, sed efficaciùs adversus hæreticos illo modo oti judicans; neque unitatem summam ignorans vel negans, absit, (pleni enim hujusmodi sunt omnes ejus libri) sed naturarum proprietates amplius dividens, sicut ei pugna quam adversus hæreticos habuit faciendum dicebat. Hoc & tua religiositas dispensavit apertè in anterioribus literis vestris, ad satisfactionem quorundam venerabilium coepiscoporum nostrorum. quod & ipsum tuæ virtutis tuæque sapientiæ proprium est.

Ad has litteras Cyrillus respondit magnificè pro memoria Theodori, multùm eum laudans, laudans insuper orientales quòd magni viri nomen famamque generosè tuerentur adversus invidos. Extat epistola ejus responsoria in collatione quinta Concilii Quinti, illic accusata falsitatis. Ejus tamen fragmenta aliquot habentur apud Facundum lib. 3. cap. 6. & lib. 8. cap. 5.

Fragmenta epistolæ ad Proclum Episcopum Constantinopolitanum.

Tomum qui ad Armenos factus est à reverentissimo nostro filio Diacono * Theodosio, qui dignus est tuis dispositionibus ministrare ob eam quæ inest ei super ætatem diligentiam, & petivimus, & cum omni delectatione ejus fecimus mentionem. Faciebat autem nobis delectationem non polcritudo compositionis sola, neque argumentationum multitudo contra utramque partem adversantium pertractata, quantum ipsa sacrorum dogmatum cautela simul & pietas; pietas quidem, quia regalem divinarum scripturarum in his quæ dicebantur, verbum veritatis rectè confitens, pergebas, non sine testimoniis scripturæ præsumens aliquid ex potestate propria prædicare; cautela verò, quia cum divinis scripturis etiam patrum dicta ad probandum quæ dicebantur proponebas. Et infra Siquidem sobriè agere velint qui turbis & juvenilibus levitatibus contra commune corpus Ecclesiæ nunc nescio unde potestate sumpta utuntur, & suas quidem patrias relinquentes, venientes verò ad imperii urbem, & calumnia adversùm proprios Episcopos eorum qui illic sunt sordidantes auditus, non utique nunc necessarium fuerat. Item infra. Nimis nostræ animæ vulneratæ sunt, quia non solùm nos viventes tales calumnias ab his qui conturbare volunt Ecclesias continuè sustinemus; sed & qui bene de vita profectus est B. Theodorus, & qui quinque & quadraginta annis clarè in doctrina

* Leg. Theodoro.

Synodicon c. 196. pag. 892.

Anno Christi 435.

præfulsit, & omnem hæresem expugnavit, & nullam alicubi detrectationem ab orthodoxis in vita suscipiens, post longi temporis hinc discessum & post multa certamina, & post decem millia libros adversus errores conscriptos, & posteaquam in conspectu sacerdotum & Imperatorum & populorum probatus est, periclitatur quæ hæreticorum sustinere & illis primus prædicari. Et adjiciunt quæ intermissa fuerant, dicentes: Hac nos confusione & turbis compleverunt, non autem nos solùm, sed & Christianos populos, qui hæc cognoscentes nullatenus sine turba ecclesiasticas celebrationes impleri permittunt, sed adversum nos seditiones faciunt, nec usque ad auditum passi suscipere quòd adversus dormientes patres meditabantur anathema, & decem millia adversùs nos mala minantur, si quid ab aliquo fuerit tale præsumptum. Sciat autem & hoc tua sanctitas, quia scripturas antiquorum doctorum Ecclesiæ requirentes, decem millia talia & his similia invenimus, qualia quidam malo more ex libris B. Theodori colligentes, & corpus reliquum abscidentes, tuæ obtulerunt sanctitati. Etenim apud magnum martyrem Ignatium, qui secundus post Petrum Apostolorum primum Antiochenæ sedis ordinavit Ecclesiam, & apud beatissimum Eustathium, qui sanctorum patrum, qui apud Nicæam congregati sunt primus existens fidem orthodoxam confirmavit, & apud sanctissimum & beatissimum Athanasium, qui millia millium certaminum pro evangelicis dogmatibus passus est, ad hæc autem & apud Basilium & utrumque Gregorium, qui ejusdem sententiæ fuerunt, & apud beatissimum Flavianum, Diodorum, & Ioannem, qui clara luminaria orientis fuerunt totius, rursum autem & apud beatissimum Ambrosium, qui omnes partes Hesperias illustravit, & apud beatissimum Amphilochium probatissimum doctorem, necnon & apud B. Atticum tuum patrem, & apud alios decem millia, ut non singulos percurramus, consona decerptis his capitulis invenimus. quibus anathematizatis, necesse est & ea quæ à prædictis patribus sunt dicta complecti. Et quis de cetero nostris adsit doctrinis, sic admirabilibus & famosissimis viris post mortem damnatis? Non nostrum est ergo gloriosis eorum qui præcesserunt opinionibus insultare, neque judicare eos qui honoratè defuncti sunt, sed solius judicis vivorum & mortuorum.

Fragmentum ex responsoria Procli.

Facund lib. 8. c. 2. & 5.

QVando enim ego scripsi tuæ sanctitati oportere aut Theodorum aut alios quosdam qui pridem defuncti sunt anathemati subdi, aut nominatim alicujus fieri mentionem? Sed puto, sicut & ipsæ litteræ ad tuam sanctitatem directæ clamant, nihil difficile vel pravum epistola continet, sed quia oportet omni suspicione liberari & detrahentium ora consuere ex hoc quod in tomo directo subscripsi, & illa capitula quæ subjecta sunt repuli, utpote subtilitatem non habentia pietatis. Neque autem de Theodoto, neque de alio quoquam, qui jam defuncti sunt, scripsi tibi, Deo amantissime, aut ut anathematizetur aut abdicetur. Sed neque carissimus * Theodorus, qui à nobis directus est, Diaconus talia mandata percepit.

* Suprà Theodosius.

Hæc usque acta ad hoc Concilium Antiochenum pertinentia, prout ea colligere potuimus. Approbatum autem illud fuisse à Concilio Chalcedonensi docent Facundus & Liberatus.

CONCILIVM THESSALONICENSE
Habitum anno CCCCXXXV.

AFfirmari non potest hanc synodum Thessalonicensem fuisse habitam. Illud tantùm scimus, rumorem percrebuisse de ea congreganda. Sic enim docet epistola Xysti III. Romani Pontificis ad Episcopos Illyrios, data VIII. Idus Julias Theodosio XV. & Valentiniano IV. Consulibus, quæ scripta est universis Episcopis synodo apud Thessalonicam congregandis. *Edita est in actis Concilii Romani sub Bonifacio II. in tomo quarto Conciliorum pag. 1711.*

ADDITIO
Ad Concilium Regense habitum anno CCCCXXXIX.

VVlgata Conciliorum editiones & vetera exemplaria manu exarata canones istius Concilii octo tantùm exhibent. Attamen optimus ille & veterrimus Isidorianæ collectionis codex qui servatur in bibliotheca Ecclesiæ Vrgellensis, cujus exemplar nos habuimus beneficio illustrissimi doctissimique viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis, duos sequentes canones ponit post septimum, octavumque interim omittit. Horum autem duorum canonum alter descriptus sanè est ex synodo Antiochia celebrata temporibus Papæ Iulii, sed interpolatus, fortassis secundùm eam quæ tum in Ecclesia Gallicana erat disciplinam. Vtcunque se res habeat, illic eos damus quales leguntur in libro Vrgellensi.

De his qui Ecclesiarum vel eorum cultoribus id est sacerdotibus seditiosi extiterint.

PErventum est huic sanctæ synodo quòd aliqui ignoti institutiones canonum fastu superbiæ editiones antiqui hostis consilio emutilare nituntur: qui non humiles, sed superbi, seditionemque Ecclesiabus Dei vel ejus sacerdotibus pestifitunt. Placuit omni synodo hos tales ab Ecclesia Dei & à cœtu catholicorum segregati ac excommunicatos exilio relegari; ut post correctionem satisfactionem pœnitentiæ, ad sanctam communionem possint idem admitti, non ad clerum.

Vt bis in anno Concilium agitetur.

SVfficere visum est bis in anno per singulas provincias Episcoporum Concilium fieri, se-

Anno Christi 440.

mel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis, ita ut in quarta quoque hebdomada quæ consequitur, id est, media Pentecosten, Concilium compleatur. Admoneant autem comprovinciales Episcopos ii qui perampliotibus id est in metropolitanis civitatibus degunt. Secundum verò Concilium Idibus Octobris post vindemiæ temporibus habeatur, qui dies apud Græcos Iperbeteti mensis decimus invenitur. In ipsis autem Conciliis & Presbyteros & Diaconos & judices sive curiales ac privati præsentes esse oportet; & omnes quotquot se læsos existimant, causas enarrent, & synodicam expectent sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos Concilia Metropolitanorum queat esse præsentia & absque Metropolitanorum Episcoporum conscientia facere, quibus de omnibus causis veridicum ac fidelissimum constat emissum esse sanctionis judicium.

Anno Christi 445.

Sicut in nomine Christi consedimus, manu propria subscribamus.

Sequuntur subscriptiones Episcoporum.

CONCILIVM EPHESINVM
Habitum circa annum CCCCXL.

Memnon Episcopus Ephesinus invidia motus erga Bassianum, si ei credendum est, quia diligebatur ab omnibus ob eximiam caritatem ejus erga pauperes, nihil non egit ut eum expelleret à civitate; demum immisit manus in eum ut ordinaret Episcopum Evazorum. Bassianus verè non acquievit, nec unquam profectus est ad Ecclesiam cui ordinatus erat Episcopus. Inter hæc contigit ipsum Memnonem finem vitæ suscipere. Post hac Basilius episcopatum accepit Ephesinum. Is autem evocans Concilium provinciæ, & discens ab Episcopis violentiam quam Bassianus fuerat passus, & quoniam machinatio fuerat, alium in civitate Evazorum ordinavit Episcopum, Bassiano verò reddidit communionem & locum episcopatus, id est, eum concessit habere nomen Episcopi, quo ornatus fuerat à Memnone, quamvis plebem non haberet quam regeret. Hæc sumpta sunt ex actione XI. *Concilii Chalcedonensis.*

CONCILIVM HIERAPOLITANVM
Habitum circa annum CCCCXLV.

Ex libello precum quem Sabinianus Episcopus Perrhensis obtulit synodo Chalcedonensi in actione XIV. *discimus Athanasium decessorem ejus fuisse depositum in Antiochensium splendidissima civitate à multis Deo amantissimis Episcopis; cujus synodi acta habentur in eadem actione. In fine verò ejusdem actionis gloriosissimi judices aiunt Sabinianum, post depositionem Athanasii, ordinatum esse à provinciali Concilio in Perrhenorum civitatis episcopatu, à Stephano nimirum Episcopo metropolitano Hierapolis cum provincialibus Episcopis, ut ipse Sabinianus scribit in libellis oblatis Marciano Imperatori & synodo Chalcedonensi. Illum postea deposuit Dioscorus, & Athanasium reposuit; ut constat ex iisdem libellis.*

CONCILIVM ASTVRICENSE
Habitum anno CCCCXLVI.

Antequam de rebus in hac synodo gestis agamus, necessarium arbitrer aliquot exempla ostendere veteres, quum de gestis episcopalibus loquuntur, his verbis intelligere gesta synodalia, ab Episcopis confecta in synodis. Patet istud primò ex epistola synodi Africanæ ad Innocentium Papam; in qua quæ de episcopalibus gestis in oriente confectis dicuntur pro absolutione Pelagii, de aliis gestis explicari non possunt quàm de synodo Diospolitana, in qua Pelagius absolutus est. Leo Papa in epistola ad Theodosium Imperatorem, in qua significat se Legatos ad Ephesinam synodum mittere Iulium, Renatum, & Hilarum, gestorum episcopalium vocabulo intelligit synodum Constantinopolitanam sub Flaviano, in qua Eutyches damnatus est. Idem in epistola ad Flavianum, quæ relecta est in actione secunda Concilii Chalcedonensis, agens de eadem synodo Constantinopolitana, gesta episcopalia vocat quæ ab Episcopis in ea decreta sunt adversus eundem Eutychen.

Leo I. epist. 12.

His ita prælibatis, agendum nunc est de rebus in hoc Asturicensi Concilio gestis. Ejus mentionem facit unus Idatius in chronico. In Asturicensi urbe Gallæciæ quidam ante aliquot annos latentes Manichæi gestis episcopalibus deteguntur, quæ ab Idatio & Turibio Episcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritensem Episcopum directa sunt. *Horum unus fuit Pascentius, de quo ista paulò pòst scribit idem Idatius:* Pascentium quendam urbis Romæ, qui de Asturica diffugerat, Manichæum Antoninus Episcopus Emeritæ comprehendit, auditumque etiam de provincia Lusitania fecit expelli.

Si vera esset epistola Turibii Episcopi Asturicensis ad Idatium & Ceponium, quæ edita est ab Ambrosio Morale, proclive esset existimare gloriam præclari facinoris refundendam esse in eundem Turibium. Verùm gravis suspicio est epistolam Leonis ad eum scriptam, in cujus fine jubet Leo Gallicia sacerdotes in unum convenire, quibus congregandis Idatius & Ceponius immineant cum Turibio, gravis inquam suspicio est epistolam illam immisisse alicui impostori cogitationem confingendi eam quæ à Turibio scripta esse dicitur ad Idatium & Ceponium. Itaque ab illa abstineo.

CONCILIUM EPHESINUM
Habitum anno CCCCXLVII.

EX his quæ leguntur in actione undecima synodi Chalcedonensis collegisse mihi videor Imperatorem Theodosium, permotum rumoribus obortis adversùs Bassianum Episcopum Ephesinum, de eo retulisse ad Episcopum Alexandrinum, qui tum erat Dioscorus, ut ejus studio & auctoritate celebraretur synodus in qua cognosceretur de criminibus ei objectis. Non invenio ubinam convenerint Episcopi, nisi quòd series narrationis indicare videtur eos congregatos fuisse apud Ephesum, præside, ut videtur, Dioscoro Alexandrino. In synodo autem lectæ fuisse videntur litteræ sancti Leonis scribentis istum non oportere esse Episcopum, id est, deponendum eum esse. Depositus ergo est ab Episcopo Romano, damnatus ab Alexandrino, ut legitur in gestis Chalcedonensibus; & Stephanus in loco ejus ordinatus est. Ista suscepta sunt à Flaviano Episcopo Constantinopolitano, & à Domno Antiocheno. Vide eandem actionem Concilii Chalcedonensis, ubi ista fusius explicantur.



ACTA CONCILII CHALCEDONENSIS.

PRÆFATIO.

I. Dignitas & auctoritas magni illius Concilii Chalcedonensis, cui sexcenti & triginta Episcopi interfuerunt, & inter hos plurimi magnorum nominum magnarumque virtutum, cui etiam piissimus Imperator Marcianus suam præsentiam dignatus est exhibere, postulat ut antiquam illius versionem Latinam, quam Rusticus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus olim contulit cum codicibus antiquis, Romanæ Conciliorum editionis curatores, dum concinnitati & elegantiæ studerent pro more sui seculi, obliterarunt per speciem emendationis, revocemus & universo literatorum ordini sanctæque Dei Ecclesiæ restituamus. Laboriosum sanè opus ac difficile, tum periculosum in primis: quia qui criticen non amant, quorum infinitus est numerus, supervacaneam & inutilem dicent omnem operam meam in hoc collocatam, parum sua referre existimantes utrum hoc aut illo modo verterit interpres, dum sensus verborum Græcorum expressus sit. Sed illa tamen spes me solatur, viros doctos, quorum præcipuè causa hic labor à me susceptus est, laudaturos hanc meam diligentiam, ac mihi aliquam propterea gratiam habituros, & quæ illi maximè spernunt maximè approbaturos. Intelligunt enim quæ reverentia debeatur scriptis veterum, quæ sit auctoritas priscarum versionum, quanta utilitas capiatur ex variis lectionibus quas nobis antiqui codices subministrant, etiamsi interdum sint depravatissimæ.

II. Difficile valdeque operosum est constituere tempus quo vetus illa interpretatio elaborata est, & quis illius sit auctor: quia cùm nihil istiusmodi annotatum sit in antiquis codicibus, neque apud veteres scriptores qui ea usi sunt, non videtur posse ulla fieri conjectura vel argumentatio vera. Hanc igitur partem relictam, ut Ciceronis verbo utar, explebimus nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro. Verùm antè quàm ad eam materiam descendam, necessariò quædam dicenda sunt de opinione clarissimi viri Paschasii Quesnelli censentis acta Chalcedonensis Concilii, eo quo nunc habentur modo, collecta, translata, & ordinata rogatu sancti Leonis fuisse à Iuliano Episcopo Coensi. Fundum autem istius suæ opinionis accepit ex his verbis S. Leonis ad eundem Iulianum scribentis: *Gestorum synodalium quæ omnibus diebus Concilii in Chalcedonensi civitate confecta sunt parum clara, propter linguæ diversitatem, apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuæ specialiter injungo ut in unum codicem universa facias congregari, in Latinum scilicet sermonem absolutissima interpretatione translata.* Hinc erui quidem potest sanctum Leonem Iuliano injunxisse uti in unum codicem congregari faceret omnia gesta Concilii Chalcedonensis & in Latinum sermonem transferri; sed an ei paritum fuerit, an Iulianus ea gesta Latinè verterit, neminem puto certò definire posse. Scio Leonem

Tom. 1. operum S. Leonis, pag. 888.

S. Leo ep. 86.

Idem epist. 101. 104.

Ooo iij

cupiisse ut epistolam suam ad Flavianum idem Iulianus diligenti interpretatione ex Latino in Græcum transferret. Quod quidem homini Græco, qui haud dubiè aliquantulam Latinæ linguæ cognitionem habebat, difficile non erat in tenui & exigua lucubratione. At majoris operæ fuit amplissima illa gesta ex Græco sermone vertere in Latinum, homini præsertim Græco; qui, tametsi Legatus esset sedis apostolicæ in oriente, Græcè semper locutus est in synodo, nunquam interprete usus est ut sua sensa proderet. Scio doctissimos viros Cardinalem Baronium & Henricum Valesium contrà sensisse Iulianum per interpretem in synodo locutum. Sed illos in hunc errorem impulerunt mendosæ istius Concilii editiones, in quibus perperam positus est Iulianus pro Iulio. Nam præterea si re vera Iulianus hæc gesta Latinè versa misisset ad Leonem, dubium non est quin & ipse & successores ejus uti debuerint ea collectione. Vsos autem non fuisse ex eo liquet quòd qui ea gesta antiquitus laudarunt, usi citra controversiam fuerunt collectione multùm diversa ab ea quæ hodie in omnium manibus versatur.

III. Igitur repudiata opinione viri clarissimi, reliquum est ut nostram promamus. Primùm ergo observandum est à nullo veterum laudatam reperiri Latinam gestorum Chalcedonensium interpretationem ante pontificatum Papæ Vigilii, deinde canones XXVII. Concilii Chalcedonensis in ea positos esse quales leguntur apud Dionysium Exiguum, & rursum actione XII. (quæ hodie est XI.) referri canonem XVI. Antiochenum qualis extat apud eundem Dionysium. Ex quo conjici posse videtur illam tum prodiisse, ac forsitan à Dionysio ipso fuisse compositam, quem Cassiodorus testatur alia multa, præter codicem canonum ecclesiasticorum, ex Græco transtulisse in Latinum quæ utilitati possunt Ecclesiæ convenire.

Cassiodor. cap. 23. divinar. lect.

IV. Sed adversùs hanc conjecturam opponi potest relatos in quarta actione & in duodecima canones V. & XVII. synodi Antiochenæ esse alterius versionis quàm Dionysianæ, & verisimile non esse Dionysium, virum, ut ait Cassiodorus, in utraque lingua doctissimum, qui canones Antiochenos Latinè vertit in codice canonum ecclesiasticorum, aliena potiùs verba quàm sua his gestis inserere voluisse. Gravis sanè argumentatio, si non liceret interpretibus sua sensa diversis modis ac verbis explicare. Verùm illud eos sibi licere putasse ostendam tribus gravissimis argumentis ex hac ipsa Concilii Chalcedonensis interpretatione petitis. Habentur in antiqua versione post sextam actionem canones XXVII. ex ea interpretatione, ut dixi, quæ legitur apud Dionysium Exiguum; & tamen paulò antè tres eorundem canonum referuntur diversis omnino verbis, non solùm in editionibus vulgatis, sed etiam in codicibus antiquis. Præterea definitio fidei constituta in quinta actione, quia subscriptio dilata est, relecta fuit in sexta coram Imperatore & ab omnibus approbata. Poterat vetus interpres, uti factum est post inventam artem typographicam, prima tantùm illius verba ponere in sexta actione & lectorem remittere ad quintam, ubi ea definitio extabat integra; sed maluit eam isthic rursum totam integram ponere ex nova versione, quam nos propterea suo loco descripsimus. Denique in actione tertia, post prolatam damnationis sententiam adversùs Dioscorum Episcopum Alexandrinum, refertur in antiquis exemplaribus epistola à synodo scripta ad Clericos Alexandrinos ex duplici versione, primò quidem subjecta propositioni contra Dioscorum, deinde post damnationem ad eum missam. Probant igitur ista posse interpretes eadem loca, quum repetuntur, variè transferre & necesse non esse ut se ipsos transcribant, adeoque diversas illas versiones canonum Antiocheno-

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

rum non impedire quin Dionysio tribui possit vetus ista gestorum synodi Chalcedonensis interpretatio.

V. Primus omnium, ut arbitror, quorum hodie scripta supersunt antiqua illa versione usus est Facundus Episcopus Hermianensis, quem anno Christi DXLVI. scripsisse duodecim libros pro defensione trium capitulorum colligitur ex ejus procemio ad eosdem libros. Nam cùm is scribat actionem tertiam primæ conjunctam ac secundæ præpositam fuisse in codicibus, & in variis librorum suorum locis referat ipsa verba veteris interpretis, quamvis aliquando, quod fatendum est, ab illo discedat, manifestum est eum non alia interpretatione usum esse quàm ea quam nos vocamus antiquam. Neque enim dici potest eum sua accepisse ex illa quam Rusticus recensuit & emendavit, cùm certum sit istum collationem synodi Chalcedonensis aggressum non esse ante Indictionem duodecimam, id est, ante annum Christi quingentesimum quadragesimum nonum. Sed heic tamen mihi negotium facessit idem Facundus: qui referens edictum Imperatoris Marciani pro confirmatione eorum quæ decreta fuerant ab Episcopis apud Chalcedonem congregatis, quod non extat in exemplari nostro antiquæ versionis, videtur accepisse ex editione Rustici, qui in fine actionis tertiæ docet se illud ex codice Acumitensi Græco transtulisse in Latinum. Cùm enim constet Facundum libros suos scripsisse antè quàm Vigilius adveniret Constantinopolim, adeoque aliquot annis antè quàm Rusticus ad emendanda hæc gesta accederet, planum est eum non potuisse illius verba describere ac sua potiùs accepisse ex codicibus antiquioribus, id est, aut iisdem aut similibus quibus postea usum quoque esse constat Papam Vigilium dum quæreret quid de Iba constitutum fuisset in synodo Chalcedonensi. Nisi si Facundus retractans libros suos post emissam Rustici editionem, ea addidit quæ nondum noverat quum primùm animum ad eos scribendos appulit.

Facund. lib. 5. c. 5. pag. 94. & seq.

Idem lib. 12. c. 2. pag. 534.

VI. Concilii V. Episcopos alia collectione usos non esse quàm ea quam nos antiquam vocamus, & ejus interpretem versione nostra veteri usum quoque esse, in promptu est. Nam in collatione sexta, in qua nonnulla referuntur ex gestis synodi Chalcedonensis, accepisse se eorum partem profitentur ex tertia actione, cum tamen hodie ea legantur in secunda. quod & à Surio quoque, qui primus Concilii V. gesta vulgavit, adnotatum est in margine. Cùm autem constet Evagrium Scholasticum, Facundum, & codices monasterii Accemetensium, cum quibus congruit noster Parisiensis, eam actionem vocasse tertiam quæ nunc est secunda, ac secundam quæ nunc est posuisse in loco tertiæ, ambigi non potest quin similibus usi sint Episcopi illius Concilii. Porrò interpretem sua accepisse ex codicibus Latinis gestorum Chalcedonensium satis agnoscent ii qui ejus verba comparare voluerint cum variis lectionibus quas nos ex eodem codice Parisiensi descripsimus in tertia & quarta actionibus istius nostræ synodi.

VII. Duo insignia Vigilii Romani Pontificis opuscula habemus ex quibus facilè deprehendi potest illum quoque fuisse usum antiqua ista versione, constitutum videlicet editum anno Christi DLIII. pro defensione trium capitulorum, quod ab illustrissimo Cardinale Baronio editum est, & constitutum anno sequenti ab eo emissum pro damnatione eorundem capitulorum, quod nos infrà post gesta Concilii V. daturi sumus. Erat ille, ut ipse fatetur in priore constituto, Græcæ linguæ ignarus, & ob hoc Latinos codices Chalcedonensis synodi consuluit. Usus est autem antiqua editione, ut ostendit etiam hic locus ex actione decima pag. 676. Labbeana: *relecta ejus epistola, ag-*

novimus eum esse catholicum. Nam cùm reliqui codices & veteres editiones habeant *orthodoxum*, Parisiensis verò, in quo continetur antiqua illa versio, solus habeat *catholicum*, dubitari non potest quin Vigilius, qui hunc locum eodem modo refert in utroque constituto, aliquo simili codice sit usus. Nolo referre omnia loca à Vigilio adducta ex veteri versione, ne fastidiosus sim lectori per nimiam diligentiam. Tria tantùm aut quatuor afferam quæ omnium manifestissimè ostendunt non aliunde illum accepisse. In ultimo constituto Vigilius affert epistolam Clericorum Edessenorum pro Iba, quæ extat in actione decima; & cùm ceteri veteres libri & editiones Romana antiquiores habeant, *& hæreticos & Iudæos & paganos*, in Parisiensi & in isto constituto legitur, *& hæretici & Iudæi & pagani.* Rursùm ibidem pro *comministrare ei in sacrificio*, quæ est lectio veterum librorum & editionum, in Parisiensi & in eodem constituto scriptum est, *Missas cum eo tenere.* Infrà idem Vigilius referens interlocutionem quorundam Episcoporum simul loquentium, inter quos fuit Atarbius Trapezuntinus, Arranium eum nominat manifesto errore, sed quem accepit ex veteri versione Latina, in qua Episcopus ille vocatur Artanus in hoc loco. In epistola etiam ad Rusticum & Sebastianum, quæ extat inter acta quintæ synodi, describens canonem quintum Antiochenum ex actione quarta Concilii Chalcedonensis, iisdem verbis illum describit quæ descripta quoque sunt in libro Parisiensi. Ex quibus omnibus & ceteris quæ facilè unusquisque observabit perspicuum est Papam Vigilium antiqua nostra versione usum esse.

VIII. Ejus successor Pelagius II. in epistola tertiâ ad Episcopos Istriæ tractans causam Ibæ Episcopi Edesseni, quod est unum ex tribus capitulis, plurima fragmenta describit ex illius epistola ad Marim Persam prout leguntur in codice Parisiensi. Deinde referens verba Marciani principis è synodo discedentis, quæ extant in calce actionis sextæ, ea refert qualia leguntur in eodem codice Parisiensi, non verò quemadmodum ea habent reliqui codices & editiones, ut illic monuimus. Denique ait: *Vigilanti ergo cura respicite quia in sexta illius actione sanctæ fidei professio consummatur, moxque in septima ad instructionem jam fidelium regula canonum figitur.* Et paulò pòst scribit ordinem causæ indicare ut dum definita fidei regula in actione sexta ostenditur, in actione subjuncta canonum forma sequeretur. Ac deinde: *Si igitur in actione sexta professio fidei consummatur, moxque canonum regula figitur.* Itaque Pelagius in suis codicibus habebat canones in actione septima, ut in codice Parisiensi. Afferam autem & alium Pelagii locum ex eadem epistola, quem manifestè patet sumptum esse ex antiqua versione. Primus illam edidit illustrissimus Cardinalis Baronius ex veteri codice doctissimi viri Nicolai Fabri, sed non ubique eo modo quo illic habetur. Testis erit iste locus, quem describo juxta editionem Baronianam, quam editores deinde Conciliorum retinuerunt: *Laborastis multo spatio fatigationem perpessi. Sustinete autem tres aut quatuor dies adhuc, & præsentibus magnificentissimis judicibus nostris singula quæcunque vultis movete, competens adepturi solatium.* At in codice Fabri, qui nunc censetur in bibliotheca Colbertina, omnia quidem similia sunt editioni vulgatæ usque ad hæc verba, *singula quæcunque*; pro quibus ita habet codex verus: *Singula quæ vultis digno auxilio merituri movete.* Hanc autem lectionem sumptam esse ex veteri versione nullus est dubitandi locus.

IX. Pelagium secundum secutus est sanctus Papa Gregorius, vir ad æternitatem Romani nominis natus. Is ergo ad Secundinum scribens de gestis Concilii Chalcedonensis docet usum se esse codice in quo canones seque-

bantur

ANNO CHRISTI 451. bantur post definitionem fidei in sexta actione prolatam, & post canones, causæ Episcoporum speciales. quod ostendit illum antiqua versione nostra usum esse. Referenda autem nunc sunt ejus verba. *Sancta Chalcedonensis synodus*, inquit, *usque ad definitionem fidei & prolationem canonum de generalibus causis locuta est. Nam post prolationem canonum, specialia Episcoporum certamina sopire curavit.* Confirmat hanc suam scriptionem idem sanctus in alio loco qui nonnullis visus est habere aliquid difficultatis & obscuritatis, quia non noverant discrimen quod intercedit inter antiquam versionem Latinam synodi Chalcedonensis & vulgatas editiones. Scribit ergo Gregorius ad Constantium Episcopum Mediolanensem de personis tantummodo actum esse in quinta synodo, & de his personis de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur. Aiunt itaque sanctum Gregorium videri non satis attendisse ad ea quæ scribebat, aut aliud quid innuisse quàm quòd apparet, expressam enim Theodoreti & Ibæ, de quorum personis actum est in Concilio quinto, mentionem haberi in tribus actionibus synodi Chalcedonensis quæ propter illos tantùm celebratæ sunt, in octava nimirum, nona, & decima. Addit deinde sanctus Gregorius, post expressos canones Chalcedonenses, factam esse contentionem, & extremam actionem de personis ventilatam esse. Heic verò putant sanctum virum aliquid humani passum esse, aut canones non rectè referri in actione xv. quam occupant. Hæc sunt verba Gregorii: *De illa tamen synodo quæ in Constantinopoli postmodum facta est, quæ à multis quinta nominatur, scire vos volo quia nihil contra quatuor sanctissimas synodos constituerit vel senserit, quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur; sed post expressos canones facta contentio, & extrema actio de personis ventilata est.* Difficultates quæ adversus hunc locum proponuntur nullæ erunt, si verba sancti Gregorii reducantur ad ea quæ de Chalcedonensi synodo scribit Pelagius II. in epistola paulò antè laudata, statuendo nimirum finem illius Concilii esse in definitione fidei & in constitutione canonum, & actiones quæ postea sequuntur, quamvis in sede synodi fuerint celebratæ & in corpore gestorum ejus reperiantur, posse quodammodo existimari non pertinere ad Concilium, quippe cùm privata tantùm negotia in illis fuerint judicata. Specialis enim synodorum causa est fides. Itaque ex hoc etiam loco habemus sanctum Gregorium codice usum fuisse in quo canones synodi Chalcedonensis sequebantur statim post definitionem fidei, & postea actiones de specialibus Episcoporum certaminibus.

Conc. Chalcedon. — Conc. I. Chalcedon. — S. Gregor. lib. 7. Ind. 2. epist. 55. — S. Gregor. lib. 3. epist. 37.

X. Martinus quoque Papa istius nominis primus, decessorum suorum vestigiis insistens, non aliis codicibus est usus. Patet istud ex secretario quarto Concilii Lateranensis ab eo habiti, in quo definitio synodi Chalcedonensis descripta est eodem verborum ordine qui extat in codice Parisiensi. Ex pluribus locis quos ad probandam hanc veritatem proferre possemus duo sufficient, quæ certò ostendunt Martinum veteri versione usum fuisse. Sic ergo legitur in eodem secretario quarto: *Propter illos verò qui mysterium dispensationis corrumpere moluntur, & purum hominem esse qui ex sancta virgine Maria natus est impudenter delirantes.* Certum est & constans legi in hoc loco debere *delirant*, ut est in omnibus editionibus & in antiquis codicibus Divionensi & Corbeiensi. Retinendum tamen est hoc mendum: quia cùm extet etiam in codice Parisiensi & in ultimo constituto Vigilii, ostendit Martinum ista sumpsisse ex ea versione quæ mendum illud habebat, id est, ex antiqua quam nobis conservavit codex Parisiensis. Idem dicendum

de altero loco qui paulò pòst sequitur, & ita habet: *qui salutaris symboli pio zelo nosse desiderant.* Nemo non videt aliquid heic deesse. Neque fugit illud Surium istius Concilii primum editorem, qui propterea in margine apposuit vocem *intellectum*, quam alii deinde editores retinuerunt. In codicibus quidem Corbeiensi & Divionensi synodi Chalcedonensis legitur: *qui salutaris symboli mentem pio zelo nosse desiderant.* Cùm autem vox *mentem* desit in codice Parisiensi & in ultimo constituto Vigilii, difficile non est divinare cur desit etiam in Concilio Martini Papæ. Nam, quod dicendum quoque est, non solùm eam non habuit codex Surii, sed desideratur etiam in vetustissimo ejusdem Concilii Lateranensis exemplari quod extat in bibliotheca Ecclesiæ Bellovacensis. Si quis hinc plura nosse cupierit, adire potest observationes nostras ad paginas 565. & 568. Concilii Chalcedonensis.

XI. Neque verò Romæ tantùm aut in Italia recepta erat hæc versio, sed in Gallia quoque nostra. Testis hujus rei est omni exceptione major Hincmarus Archiepiscopus Remensis, cujus hæc sunt verba in opusculo LV. capitulorum cap. XXI. *Sed & actio XII. Calcedonensis Concilii, in quo scriptum habetur, regula nonagesima quinta de vacante Episcopo, & paulò pòst Leontius ex eodem codice legit regulam* XCVI. *de his qui ad episcopatum vocati evitant.* Cùm enim Hincmarus hunc locum laudet ex actione duodecima, manifestum est eum codice synodi Chalcedonensis usum fuisse in quo canones XCV. & XCVI. Ecclesiæ universæ descripti erant in actione duodecima. Iste verò alius esse non potuit quàm antiqua nostra versio; in qua quia canones ponuntur post actionem sextam, necessariò actio quæ in aliis codicibus est septima, in isto est octava, & sic de ceteris quæ postea sequuntur usque ad sextam decimam. Nam in illa rursum conveniunt omnia vetera exemplaria. Porrò hinc etiam probari potest Hincmarum sua accepisse ex antiqua versione quòd cùm primo loco posuisset *regula nonagesima quinta*, in secundo scripsit *regulam*. Cùm enim codices Divionensis & Corbeiensis utrobique ista ponant in nominativo, Parisiensis in primo quidem loco similiter habet, sed in secundo ponit accusativum, ut legitur apud Hincmarum.

XII. Quæ hactenus dicta sunt ostendunt veram esse non posse conjecturam clarissimi viri Paschasii Quesnelli, qui putat prima quæ in Gallias appulerunt synodi Chalcedonensis exemplaria à Rustico fluxisse nullamque extare in occidente ejusdem synodi editionem quæ non Rustici mentionem faciat. Nam quæ nos suprà retulimus ex Facundo, Concilio quinto, Vigilio, Pelagio, Gregorio, Concilio Lateranensi, & Hincmaro, ea certè sumpta sunt ex editione diversa ab ea quam Rusticus emisit, quam illi videntur ignorasse.

XIII. Itaque vetus illa interpretatio, quæ prorsùs congruit cum his quæ de Concilio Chalcedonensi refert Evagrius, in hoc differebat ab hodierna vulgata quòd statim post actionem primam sequebatur actio in qua depositus est Dioscorus, quæ nunc est tertia, & quòd post actionem sextam, in septima nimirum, descripti erant canones XXVII. qui nunc in actione XV. constituti sunt. Tum verò actio de conventione Maximi Episcopi Antiocheni & Iuvenalis Hierosolymitani, quæ nunc est septima, erat octava; & sic de ceteris quæ sequuntur usque ad sextam decimam, ut dixi. Quare quod ait idem vir clarissimus hinc etiam probari codices synodi Chalcedonensis quibus Romana Ecclesia utebatur sedecim actiones habuisse quòd Dionysius Exiguus canones XXVII. ejusdem synodi, *quos tamen constat*, inquit, *non esse nisi in ultima omnium actione promulgatos*, retulit in suam collectionem,

Quesnel. tom. 2. pag. 618.

subsistere non potest, cùm certum sit antiquas collectiones Græcas & Latinas habuisse canones XXVII. statim post actionem sextam, & hujusce modi collectionibus semper usam esse Ecclesiam Romanam, ut antea diximus.

XIV. His ita constitutis, affirmare possumus priscam collectionem Græcam actorum synodi Chalcedonensis in eundem ordinem ac modum confectam fuisse quem hodie nobis exhibent Evagrius scholasticus & vetus codex Parisiensis. Hunc autem illi actionum Chalcedonensium ordinem fuisse docent.

Actione prima actum est de causa Eutychetis Archimandritæ Constantinopolitani; lectaque sunt gesta synodi Constantinopolitanæ sub Flaviano, Ephesinæ sub Dioscoro, & pars gestorum primæ synodi Ephesinæ. Lecta sunt etiam multa alia, prout continentur in omnibus editionibus.

Actione II. judicatus est Dioscorus & damnatus.

Actione III. relecta sunt symbola synodorum Nicænæ & Constantinopolitanæ primæ, tum etiam epistolæ duæ sancti Cyrilli, & epistola sancti Leonis ad Flavianum.

Actio quarta eadem continet quæ vulgatæ editiones exhibent. Sed non habet actionem de Caroso & Dorotheo, neque actionem de Photio & Eustathio. Hæc enim addita sunt in editione Romana; & non extant in antiquis exemplaribus manu scriptis, neque in antiquis editionibus.

Actione V. constituta est definitio fidei, cujus subscriptio dilata est in sequentem actionem.

Actione VI. adveniente Marciano in synodum, eamque alloquente, relecta est fidei definitio & subscriptio. Tum hortatu Imperatoris tres canones conscripti.

Actione VII. constituti sunt alii canones.

Actione VIII. confirmata est conventio Maximi Episcopi Antiocheni & Iuvenalis Hierosolymitani.

Actione IX. purgatus est Theodoretus Episcopus Cyrensis.

Actione X. & XI. discussa & finita causa Ibæ Episcopi Edesseni.

Actione XII. & XIII. judicata controversia de episcopatu Ephesino.

Actione XIV. discussa lis de Basilinopoli.

Actione XV. actum de Sabiniano Episcopo Perrhensi.

Actione XVI. & ultima actum de honore Episcopi Constantinopolis novæ Romæ.

XV. Heic verò observandum etiam est, ex dialogo Rustici adversùs Acephalos & ex actione secunda sextæ synodi sumi posse opinionem epistolas quæ ante gesta præmissæ sunt, fuisse olim descriptas in antiqua collectione, tametsi Evagrius & vetus interpres illas non recenseant. Nam Rusticus in ea dialogi parte in qua disputat de natura verbi, quæ inhumanata est, mentionem facit libelli propriæ fidei quem Flavianus Episcopus Constantinopolitanus Imperatori Theodosio destinavit; *qui & in Chalcedonensi synodo susceptus est*, inquit. Sanè in actione prima Chalcedonensi, ubi releguntur acta synodi Constantinopolitanæ sub Flaviano, Episcopi suscipiunt expositionem fidei prolatam à Flaviano, ut docent etiam verba Maximi Antiocheni. Verùm nulla illic mentio epistolæ illius ad Theodosium, sed tantùm interlocutionis in Concilio Constantinopolitano prolatæ; ut manifestè liquet ex prosecutionibus Thalassii Cæsariensis, Quintilli Heracleensis, & aliorum quorundam. Cùm itaque Rusticus scribat epistolam Flaviani ad Theodosium fuisse susceptam à Concilio Chalcedonensi, necesse est existi-

mare eum respexisse ad collectionem illam epistolarum quæ editæ sunt ante primam actionem. Ad Concilium sextum quod attinet, cùm in secunda illius actione referatur fragmentum ex epistola sancti Leonis ad Flavianum, & referatur ex libro primo synodi Chalcedonensis, eam porrò certum sit lectam non esse in actione prima Chalcedonensi, sed in tertia, ut quidem docent Evagrius, vetus interpres, & Rusticus, manifestum est verba illa sextæ synodi accipienda esse de codice in quo epistolæ illæ continebantur. Neque reponi potest Leonis verba sumpta esse ex editione Rustici, quæ epistolas illas præmittit gestis synodi Chalcedonensis. Etenim ille epistolam Leonis non descripsit inter ceteras quæ leguntur ante gesta, *eò quòd*, ut ipse ait, *in gestis sancti & universalis Concilii Chalcedonensis tertiæ actionis inserta sit.* Hinc tamen colligi verè non potest acta synodi Chalcedonensis, quæ nunc divisa sunt in partes tres, semper apud nos & apud Græcos fuisse divisa in libros tres, quia primi illorum libri mentionem faciunt gesta sexti Concilii. Quod ideo dico ne cui imponat falsa Christiani Lupi observatio ita pronuntiantis in annotationibus suis ad Concilium Chalcedonense. Nam ut istud verum esse posset, necessarium foret ut tertii saltem gestorum Chalcedonensium libri mentio aliqua extaret in scriptis veterum. Ceterùm quòd hodie illa divisa sunt in partes tres, petitum non est ab antiquitate, sed inventum ab editoribus Romanis, qui in parte tertia posuerunt epistolas scriptas integro quinquennio post habitam synodum Chalcedonensem, ut dicemus in præfatione ad codicem encyclium.

XVI. At Liberatus, qui testatur se gesta Chalcedonensis Concilii de Græco in Latinum translata suscepisse apud Alexandriam, codicem nactus est multùm diversum ab iis quibus usi sunt Evagrius & vetus interpres. Nam primò causam Dioscori ponit in tertia actione, prout eam hodie exhibent editiones vulgatæ; & canones, qui apud Evagrium & in antiqua versione constituunt actionem septimam, rejicit in penultimam, conventionemque Maximi & Iuvenalis illis substituit. Dein negotium Theodoreti actitatum ait fuisse in septimo quidem secretario, sed in actione octava, & causam Ibæ discussam in decima & undecima, controversiamque de episcopatu Ephesino cognitam & terminatam in undecima & duodecima. Tum decimæ tertiæ assignat litem de Basilinopoli, & decimæ quartæ seu undecimo secretario causam Bassiani (sic enim vocatur in antiquis Liberati exemplaribus) Episcopi Perrhensium, ultimæ verò contradictionem Legatorum sedis apostolicæ adversus ambitum Anatolii Episcopi Constantinopolitani.

XVII. Diversi rursum fuere codices quibus utebatur Facundus. Laudat ille actionem primam, secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam, septimam, & octavam. De prima, secunda, & tertia testatur eas eundem ordinem habuisse quem ex Evagrio retulimus & ex antiqua versione; in quarta approbatam fuisse ait epistolam sancti Leonis ad Flavianum, in quinta expositionem fidei priùs recitatam atque ad Imperatorem relatam, in sexta, in qua præsens fuit & Imperator, omnes Episcopos subscripsisse definitioni fidei, in septima & octava causam Ibæ discussam atque finitam. Sanè postea canones ecclesiasticæ disciplinæ ait constitutos fuisse post definitionem fidei. Verùm cùm post actionem sextam commemoratam scribat in septima & in octava causam Ibæ fuisse discussam, necesse est existimare codices ejus non habuisse hos canones in septima, & aut consequenter positos in sexta, quod propius vero crediderim, aut rejectos ad calcem gestorum, ut in codice ex quo sua descripsit Liberatus.

XVIII. Codex quoque ille monasterii Acœmetensium à Rustico toties laudatus differebat ab antiqua collectione Græca & Latina, à Facundi quoque & Liberati codicibus. Nam licet tertiam actionem habuerit in loco secundæ, ut colligi potest ex annotatione Rustici ad caput septimum eorum quæ ante gesta præmissa sunt, in hoc tamen discrepabat ab aliis quòd causam Ibæ ponebat in sexta actione, nisi si erratum heic est à veteri librario, canones in septima, causam Theodoreti in octava, & actionem prætermittebat in qua confirmata est conventio Iuvenalis & Maximi. Ista quidem certa sunt, licèt obscura in codicibus antiquis, qui corrupti sunt in his locis.

XIX. Denique codex patriciæ Iuliæ, cujus mentionem facit Rusticus, habuit actionem de Domno Episcopo Antiocheno, quam ceteri quos idem vidit non agnoscebant. Et rursum heic magnum discrimen est inter vetera exemplaria quæ actionem illam præferunt. Nam libri nostri & veteres editiones eam ponunt in septima actione synodi Chalcedonensis, Vaticanus verò à Baronio laudatus in nona. Rursum eam aliquot libri præponunt conventioni Iuvenalis & Maximi, alii postponunt. Quòd enim illa hodie legitur in calce actionis decimæ, profectum est ex sola conjectura & opinione editorum Romanorum. Illud interim admoneo, codicem illum Vaticanum, de quo mox dictum est, non extare hodie in bibliotheca sedis apostolicæ. Nam cùm nuper ad virum litterarum istarum amantissimum ac peritissimum Hieronymum Cardinalem Casanatam scripsissem ut in mei & communium studiorum nostrorum gratiam consuli faceret hunc codicem, rescripsit illum non fuisse repertum, nec apud ullos memoriam illius extare. Eodem autem tempore monuit me idem vir optimus & humanissimus consultos jussu suo fuisse codices omnes Latinos bibliothecæ Vaticanæ in quibus extant acta ejusdem synodi, & omnes actionem de Domno ponere in septima actione ante conventionem Juvenalis & Maximi. Præstat autem ipsius verba referre ex litteris ad me datis die trigesima Martii hujus anni. *Ceterùm omnes codices Vaticani*, inquit vir eminentissimus, *in actione septima ante Maximi & Iuvenalis conventionem ponunt actionem de Domno Antiocheno. Inter eos unus est vetustissimus, quippe qui ante mille ad minus annos peritorum judicio conscriptus fuit; ex quo non titulum modò cum abbreviationibus & nævis suis, sed & integram actionem cum suis itidem nævis describi & cum aliis duobus vetustis codicibus conferri jussi, eamque ad te mitto. Duo alii codices Vaticani nu. 5405. & 4166. recentissimi sunt, nec quicquam continent observatione dignum.* In titulo verò exemplaris ejusdem actionis ad me missi ita scriptum est. *Actionem de Domno Antiocheno ita exhibet codex vetustissimus Vaticanus nu. 1322. charactere majusculo secundæ ætatis, ante mille, ut videtur, ad minimum annos conscriptus, ac initio corrosus & mutilus, suppletus tamen manu octingentorum & ampliùs annorum.* Tum ad marginem annotatum est varias lectiones ejusdem actionis sumptas esse ex codicibus 1321. & 1323. ejusdem bibliothecæ Vaticanæ. Hinc ergo, præter cetera, discimus actionem de Domno præponi conventioni Iuvenalis & Maximi in omnibus codicibus Vaticanis, cùm tamen Corbeiensis & editiones Conciliorum Romana antiquiores eam postponant. Verùm codices Vaticanos & Divionensem, qui cum illis convenit, esse meliores ostendere videtur annotatio in calce actionis de Domno posita in codice Corbeiensi, quæ sic habet: *Post hæc sequitur Maximi & Iuvenalis [conventio] quam inter se fecisse noscuntur de quibusdam parræcis.* Eadem verba certum est extitisse in codice quo Crabbus utebatur. Annotatio est enim Rustici, qui admonet actionem de Domno positam esse primo loco in codice patriciæ Iuliæ, & post

eam sequi ineodem codice conventionem Maximi & Iuvenalis.

XX. Inquirenti autem mihi in originem tantorum discriminum nihil probabilius occurrit quàm oscitantia & arbitrium Notariorum. Nam quia Episcopi, quum ad synodos proficiscebantur, solebant, ut etiam ad Evagrium observavit vir doctissimus Henricus Valesius, Notarios suos secum deducere qui gesta synodalia notis exciperent, quò scilicet finita synodo codicem actorum singuli referrent in patriam, evenit deinde ut cùm codices tabularum ederent in paginis, eas quisque pro suo captu ac libitu disponeret; sicque factum est ut quidam, exempli causa, initium causæ Ibæ retulerint in sexta actione, alii in septima, alii in nona, alii in decima. & sic de ceteris. Consuevisse autem Episcopos secum ducere Notarios suos ad Concilia probat insignis locus ex gestis istius synodi Chalcedonensis. In actione prima pag. 127. cùm recitata fuisset pars gestorum latrocinii Ephesini, & quidam Episcopi clamarent ea falsa esse, Theodosius Episcopus Claudiopolitanus de Dioscoro loquens dixit: *Deducat suos Notarios. Ejiciens enim omnium Notarios, suos fecit scribere.* Et cùm judices & senatus peterent cujus manu perscripta essent monumenta gestorum, Dioscorus dixit: *Vnusquisque per suos Notarios scripsit, mei mea, religiosissimi Episcopi Iuvenalis sui, religiosissimi Episcopi Thalassii sui. Erant autem & aliorum reverentissimorum Episcoporum multi Notarii excipientes. Sic non est meorum Notariorum littera, quia unusquisque proprium habet.* & cetera quæ sequuntur.

XXI. Nunc ordo rerum postulat ut agamus de editione Rustici. Venerat is Constantinopolim anno DXLVII. cum Papa Vigilio patruo suo, à quo postea defecit sub initium anni DXLIX. gradusque sui honore & ministerio dejectus est anno sequenti. Ante verò dejectionem suam aggressus est emendationem gestorum synodi Chalcedonensis x. Kal. Martias anni DXLIX. & eam absolvit anno sequenti III. Kal. Aprilis, annum integrum & aliquanto plus huic operi incumbens. Dubium autem est an istud effecerit Constantinopoli, an verò apud Chalcedonem. Vt pro Chalcedone sentiam faciunt mendosissimæ notæ appositæ in fine primæ actionis, ex quibus deprehendisse mihi videor antiquam veramque lectionem, quemadmodum illic dico. Huic tamen conjecturæ obstare videtur mentio codicis monasterii Acœmetensium, quod omnes sciunt situm fuisse apud Constantinopolim. Verùm istud ita explicandum est ut dicamus Rusticum non loqui de codice Acœmetensium Constantinopolitanorum, sed eorum qui erant sub Episcopo Chalcedonensi, quorum Archimandrita Ioannes subscribit libello monachorum ad Mennam Patriarcham totamque synodum dato in collatione quinta synodi Constantinopolitanæ sub Menna.

Quesnel. to. 2. pag. 888. XXII. Contrà vir ille clarissimus de quo antè dixi, qui novam nobis operum sancti Leonis editionem dedit, existimat Rusticum emendasse tantùm primam actionem; idque his argumentis evincere conatur. Primùm ait nullibi in gestis, præterquam in prima actione, mentionem fieri emendationis Rustici, & in ea sola nonnulla haberi inserta ex codice Acumitensi. Postea tamen addit nolle se ista pro certis accipi. Rectè. Nam ipse suprà, nimirum ad epistolam XXIV. sancti Leonis, quæ scripta est ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum, quæque relecta est in actione secunda Concilii Chalcedonensis, agnoscere videtur hanc quoque actionem à Rustico Diacono emendatam fuisse; & in dissertatione de causa Theodoriti agnoscit itidem eum ad codices monasterii Acœmetarum accuratè recognovisse acta Concilii Chalcedonensis. Addo autem hæc verba posita in calce

actionis quintæ in codicibus Rustici, *Idem contuli*, ad eum necessariò referenda esse qui superiores actiones contulerat cum codicibus antiquis, id est, ad Rusticum, cujus solius mentio est in codicibus antiquitus emendatis. Nam quòd idem vir clarissimus suspicatur codicem Acœmetensium, quem lustrare cœperat Rusticus, primùm quidem in oriente emendatum à viris Rustico antiquioribus, qui attestationes in eo suas apposuerant, ad occidentales postea deportatum, à pluribus descriptum esse, adeoque emendationes in marginibus appositas non esse unius Rustici, sed plurium diversorumque annotatorum, mera divinatio est, ut pace ejus dixerim, quæ ratione non constat. Nam præterquàm quòd editio Rustici serò cognita fuisse videtur in occidente, cùm sola antiqua usi sint occidentales usque ad tempora Hincmari Remensis, Rusticus, qui initio primæ actionis monuerat incepisse se emendationem Chalcedonensis Concilii x. Kal. Martias, in calce decimæ quartæ scribit complevisse se collationem sanctissimi Concilii Chalcedonensis III. Kal. April. Indict. XIII. & requievisse postea ab opere perpetrato. Quæ verba de alio quàm de Rustico accipi non posse nemo est qui non fateatur, nisi qui contentionis funem ducere voluerit. Quòd autem idem vir clarissimus ait in sola prima actione nonnulla haberi inserta ex codice Acœmetensium, istud verum non esse luculenter probant annotationes Rustici à nobis editæ in variis istorum gestorum locis. Et si ille veteres codices accuratè, uti nos fecimus, consuluisset, hanc opinionem mente sua non comprehendisset.

XXIII. Observat præterea idem vir clarissimus Rusticum reliquisse intactam seriem priscorum actorum, & annotationes suas ad oram paginarum relegasse; idque se rectè colligere putat ex hac admonitione prævia in codice Thuano, qui nunc censetur in bibliotheca Colbertina: *Annotatio circumducta.* :†: *Singulas interlocutiones à foris ita posui ut Acumitensium codex Græcus Latinè continet.* Antequam de re ipsa agam, necesse est admonere virum doctum non satis feliciter assecutum esse sensum istius admonitionis seu annotationis. Codex Græcus Acœmetensium Latinè habebat interlocutiones Legatorum sedis apostolicæ, ut patet ex variis locis istorum gestorum, & etiam alias nonnullas. Cùm itaque Rusticus vellet verba Lucentii describere in margine qualia habebantur in illo codice, neque posset ea loco suo ponere, id est, contra versionem ex Græco quæ extat in textu, quia ibi scripserat admonitionem suam de interlocutionibus à foris positis, supra eam admonitionem sic scripsit, *Annotatio circumducta*, id est, in alienum locum ducta, in alieno loco posita; & mox signum apposuit quod ostenderet quò recurrendum esset ad eam inveniendam. Ad simile autem signum paulò pòst describit in margine verba Latina codicis Acœmetensium quæ nos inter varias lectiones paginæ 95. retulimus. Itaque annotatio illa Rustici non complectitur omnia discrimina veterum codicum à Rustico relectorum, sed tantùm interlocutionem istam & alias quasdam quæ paulò pòst sequuntur, & à nobis relatæ sunt in suis locis.

XXIV. Examinandum nunc est an Rusticus intactam reliquerit seriem priscorum actorum, & an contentus fuerit adnotare emendationes suas ad oras paginarum. Primùm ipse in initio & in calce primæ actionis testatur se acta illa emendasse, contulisse cum antiquis exemplaribus Græcis & Latinis, annotasse, distinxisse. Non contentus ergo fuit vir doctus officio collatoris, sed textum quoque emendavit ubi occasio tulit. Præterea cùm Latina actorum Chalcedonensium collectio, quæ nunc omnium manibus versatur, Quesnel. to. 1 pag. 888.

sit antiquior Rustico, eique emendandæ idem adlaboraverit, ut vir doctus fatetur, dubitari non potest quin is multa illic mutaverit si multa illic sunt diversa ab antiqua versione. Diversa autem esse admodum multa & innumera nemo inficiabitur qui variantes lectiones à nobis collectas consuluerit. Itaque sic ista interpretari debemus, Rusticum gesta Concilii Chalcedonensis contulisse cum codicibus Græcis & Latinis, ea emendasse, annotationes suas apposuisse, quæ obscura erant distinxisse. Neque tamen censendus est immutasse ordinem actionum, cùm videamus Facundum, qui sua scribebat, uti diximus, antè quàm Rusticus aggrederetur emendationem horum gestorum, ita quasdam actiones constituere ut locus non videatur esse posse reponendis canonibus in septima, & Liberatum, qui codice Alexandrino utebatur, tametsi post Rusticum scripserit breviarium suum, codice usum diverso à Rusticiano. Multum autem debemus diligenti & erudito huic Diacono, qui laborem conferendi hæc gesta in se suscepit, & quasdam annotationes sparsim addidit in margine quæ sunt magni momenti.

XXV. Quæri autem hoc loco potest an unus idemque fuerit hic Rusticus cum illo qui dialogum scripsit adversùs Acephalos. Mihi sanè dubium non est quin unus idemque cum illo fuerit; nescio an aliis persuasurus sim. His argumentis ego permoveor ut ita credam, quòd uterque Acephalorum hostis fuerit, trium autem capitulorum defensor. De eo qui scripsit dialogum nulla ambiguitas est. Ostendendum ergo eum qui synodum Chalcedonensem contulit cum antiquis exemplaribus hostem quoque Acephalorum fuisse & trium capitulorum defensorem. In actione prima Chalcedonensi, ubi recensentur acta secundæ synodi Ephesinæ, Eustathius Episcopus Beryti laudat epistolas Cyrilli Alexandrini ad Acacium Episcopum Melitenæ, Valerianum Iconii, & Successum Diocæsareæ. Ad hunc autem locum ita annotat Rusticus: *Nota epistolas quibus nunc usque abutuntur Acephali ad Acacium, Valerianum, & Successum.* Eundem fuisse trium capitulorum defensorem hinc certò probatur quòd Ibam vocat confessorem in annotatione quinta ad actionem quintam, *contra Ibæ confessoris epistolam.* Et in annotatione ad legem Theodosii junioris latam pro Eutychete annotat hinc eradendum esse nomen Ibæ, sicubi invenitur, & se ipsum emendat qui in alia lucubratione illius mentionem fecerat inter eorum nomina quos illa lex damnat. Respicit autem, ut arbitror, ad illam partem dialogi qua caremus; in qua idem tractabat causam Diodori, Theodori, Ibæ, & Theodoreti. Ex quo interim discere possumus dialogum illum ab eo scriptum esse antè quàm aggrederetur emendationem Concilii Chalcedonensis. Præterea eodem argumento utuntur auctor dialogi & auctor annotationum ad synodum Chalcedonensem, ubi disputant de duabus Christi naturis adversùs hæreticos. Hæc sunt verba dialogi: *Ergo, ut dicis, multò magis quatuor secundùm te erunt trinitatis, imò potiùs, ut dicitis, quaternitatis naturæ &c.* Auctor verò annotationum ita scribit ad definitionem fidei in quinta actione lectam: *Hic quaternitatem putant induci qui cæci sunt animo, nec vident non esse additamentum quartæ, sed repletionem unius ejusdemque de trinitate personæ.* Illustrissimus annalium ecclesiasticorum conditor existimavit dialogum illum à Rustico missum ad Sebastianum Diaconum, sed istius nomen postea in titulo operis esse subtractum; idque colligit ex his verbis in præfatione positis: *Memento Christianum te esse atque Diaconum, & hoc summæ totius universitatis Ecclesiæ.* Verùm si quis attendat ad verba Rustici, is intelliget illa ad eum referri, non ad alium quempiam. Fingit enim se decrevisse manere in silentio, sed rationem sibi è contrario

To. iv. Concil. pag. 174.

Ibid. pag. 557.

contrario suggessisse uti non occultaret talenta quæ ei commissa erant. Inter hæc ergo ratio dicit : *Memento Christianum se esse atque Diaconum.* Assentior autem clarissimo viro Philippo Labbeo, qui ait parum sibi probabilem videri eorum sententiam qui dialogum hunc ex Græco versum fuisse putant.

XXVI. Postquam egimus de antiquis editionibus synodi Chalcedonensis, consequens est ut de iis quoque agamus quæ post inventam artem typographicam prodierunt. Primus ergo acta synodi istius seu potiùs exiguam eorum partem edidit Iacobus Merlinus Doctor Theologus Parisiensis. Postea Petrus Crabbus integra acta secundùm Rustici editionem vulgavit, bona quidem fide, sed qui tamen alicubi nonnulla suo Marte supplevit, quia constabat sensum non esse integrum; quæ postea jure meritòque sublata magna ex parte sunt ab editoribus Romanis, quia neque in antiquis codicibus habentur neque in textu Græco. Idem referens passim in margine annotationes Rustici, eas protulit tamquam suas, non quidem dolo malo, sed quia eas describens ex veteri codice, non putavit necessarium de his admonere lectores, neminem fore credens qui non intelligeret eas ex antiquis codicibus esse acceptas. quod nonnullis viris doctis ævi nostri fraudi fuit. Eadem editio, in aliquot locis emendata à Laurentio Surio, recusa est postea Coloniæ, tum Venetiis, retentis utrobique annotationibus Rustici. Tandem ineunte hoc seculo viris quibusdam doctissimis impositum est Romæ onus recensendi Concilia generalia, & inter hæc, etiam Chalcedonense. Præstiterunt illi istud cum summo studio summaque diligentia; sed, quod dolendum est, morem seculi sui secuti, versionem Latinam in locis propemodum innumeris contaminarunt dum elegantiæ sermonis & concinnitati studerent, ac præterea deleverunt annotationes Rustici, persuasi, ut opinor, eas esse Crabbi, adeoque nullam habere auctoritatem. Præterea nimium tribuentes textui Græco, multa bona sustulerunt ex versione Latina, quia non congruebant cum textu Græco, quædam addiderunt quæ versio Latina non habebat. Et tamen istius synodi codices Græcos interdum deteriores esse Latinis ostendit initium quartæ actionis, & ipsi etiam editores Romani id fateri coacti sunt sub finem actionis XVI. ubi ista annotaverunt in margine : *Versio Latina nonnihil distat à verbis Græcis, quæ corrupta videntur, & interpretis sensus ex integriori textu desumptus.* Sanè in actione XIV. inter priores synodi nominatur in omnibus Græcis codicibus Stephanus Episcopus Ephesinus, qui tamen in actione duodecima ab illo episcopatu depositus fuerat, ut heic quoque agnoscunt iidem editores Romani. Præterea in testimoniis quæ subjecta sunt allocutioni synodi ad Marcianum, quæ edita est in fine gestorum, refertur in antiquis editionibus fragmentum ex epistola quadam Cyrilli Episcopi Alexandrini, sed absque nomine illius ad quem scripta est; & Crabbus illic rectè monuit illud non extare in epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum, neque in ea quam idem scripsit ad Nestorium. Et tamen editores Romani, cùm viderent locum illum in Græco referri ex epistola ad Nestorium, ita etiam posuerunt in editione Latina, tamquam si ita quoque haberet vetus editio, nulla admonitione addita quæ doceret hanc inscriptionem additam esse ex Græco. Certum est autem lectionem illam codicum Græcorum esse falsissimam, & fragmentum illud esse desumptum ex epistola prima sancti Cyrilli ad Successum Episcopum Diocæsareensem, ut docent etiam omnia vetera exemplaria versionis Latinæ. Quare rectè fecissent viri doctissimi, si retinuissent ipsa verba veterum editionum, emendationes verò conjecturasque suas rejecissent ad margines, judiciumque integrum reliquissent lectori-

Crabb. to. 1. secundæ edit. pag. 914. & seq.

bus istarum rerum studiosis; cùm, ut heic monet Baronius, ob depravatos codices interdum ex Græco corrigendus sit Latinus textus, & ex Latino Græcus.

XXVII. Ceterùm quàm periculosum sit quicquam absque admonitione prævia addere aut mutare in scriptis veterum, præsertim in rebus ad religionem summi Dei pertinentibus, ostendit eventus præsentium temporum in his ipsis gestis Concilii Chalcedonensis. Editores Romani ex codicibus Græcis addiderunt in calce actionis quartæ actionem de Caroso & Dorotheo monachis & actionem de Photio Episcopo Tyri & Eustathio Episcopo Beryti, & in altera columna novam versionem posuerunt diverso charactere, quem vulgò vocamus Italicum. Binius postea secutus est, qui easdem actiones, ut par erat, retinuit in sua Conciliorum editione Græco-Latina, sed diversitatem characterum non servavit. Aliter tamen usurpatum ab eo est occasione eorum quæ ex Græco textu Romani Latinè, sed characteribus Italicis, addiderunt initio actionis XI. & XIV. ubi retinuit modum à Romanis servatum. Verum postea curatores editionis regiæ, qui spectabant ad elegantiam editionis, indecorum putantes ista diverso charactere scripta esse, cùm ea certò pertinere videantur ad seriem gestorum, & vetera & nova Latina eodem charactere edi jusserunt. De errore commisso in actione XIII. neque Binium damno neque curatores editionis regiæ. Quippe illic editores Romani obliti sunt additiones suas mandare exarari characteribus Italicis, sua non distinguentes à veteribus in hoc loco. Binianam ergo regiamque editionem imitati sunt posteri. Et sic factum est ut qui novis Conciliorum editionibus utuntur, & veteres non habent quas data occasione consulant, id est, major pars generis humani, cogantur existimare ea additamenta esse veteris interpretis, quia ejus verba discernere non possunt à verbis editorum Romanorum.

XXVIII. Ex his quæ dicta huc usque sunt quivis facilè intelligit hæc gesta eguisse nova recensione & collatione ad vetera exemplaria. Itaque ego, permotus reverentia adversùs antiquitatem, tum caritate rei publicæ & eorum qui his studiis delectantur, conquisivi vetera eorundem gestorum exemplaria, & immenso ac penè incredibili labore ea contuli cum antiquis & novis editionibus, idque ita scrupulosè ut etiam annotaverim vocum transpositiones, omissa aut mutata epitheta & vocabula honoris, ac etiam quandoque descripserim lectiones falsissimas. Neque id tamen feci absque ratione. Nam variæ illæ lectiones, seu falsæ, seu quæ videntur esse levis momenti, usui mihi fuerunt ut ostenderem quænam esset vetus interpretatio, eane quæ extat in vulgatis editionibus Conciliorum, an alia quæpiam; ac præterea illæ mihi viam aperuerunt ad inveniendam versionem qua Romana & ceteræ occidentales Ecclesiæ utebantur. Et quamvis ea utilitas magna sit, nullus dubito quin hanc curam & diligentiam meam culpent pleríque qui hæc tamquam minima aspernantur, quæ verò viri docti non rejiciunt, quia sciunt verè dictum esse ab Hieronymo contemnenda non esse quasi parva sine quibus magna constare non possunt. Iis porrò qui me in hoc reprehendent illud quoque respondere fas erit, imitatum esse me Rusticum Ecclesiæ Romanæ Diaconum; qui hæc minutissima consectatus, dedit mihi documentum quomodo me gerere deberem in hac veterum codicum & editionum collatione. Præterea ita existimavi, futurum aliquando post nos aliquem qui seriò cogitare velit de nova & accurata Conciliorum omnium editione, adeoque volet haud dubiè dare integram & emaculatam veterem istius Concilii

Hieron. epist. 7. ad Lætam.

Chalcedonensis versionem Latinam. Is verò gaudebit sic omnia à me annotata utcum majore laboris parte levaverim, annotando quid à veteri interprete præstitum sit, quid à Rustico, quid ab iis qui post inventam artem typographicam ediderunt eandem antiquam interpretationem.

XXIX. In emendandis his gestis usus sum vetustissimis & optimis codicibus de quibus mox dicturus sum. Incipiam autem ab eo quem voco Parisiensem, quia in eo continetur pura puta illa vetus interpretatio quam constat esse Rustico antiquiorem. Illius usum debere me lubens profiteor viro clarissimo & doctissimo Claudio Iolio Cantori & Canonico insignis Ecclesiæ Parisiensis; qui pro suo in litteras amore illum, ne pereat, cum reliquis bibliothecæ suæ libris dono dedit eidem Ecclesiæ, bono in posterum exemplo, si quis imitari voluerit. Corbeiensem, in quo emendationes & annotationes Rustici continentur, sed qui decima sexta actione mutilus est, habui ex bibliotheca celeberrimi monasterii Corbeiensis, mihi permanenter concessum ab illo monachorum doctissimo Ioanne Mabillonio. Divionensem, quem sic voco quia huc ad me pervenit ex urbe Divionensi, debeo singulari humanitati amplissimi nobilissimique viri Ioannis Bohierii Præsidis Divionensis, in quo litterarum ac librorum amor hereditarius est, & qui illum mei juris esse tamdiu voluit donec mihi esset utilis. Istum & Parisiensem sæpe laudasse Labbeum constat & ex iis multas varias lectiones retulisse. Verùm qui nostra comparare voluerint cum Labbeanis, invenient virum occupatissimum non habuisse satis otii ad colligenda ex libris illis omnia quæ discrepabant à vulgatis editionibus, contentumque fuisse nonnulla passim annotare ut ostenderet illos incognitos sibi non fuisse. In bibliotheca quoque Colbertina plures optimos codices inveni, in quibus varia gestorum synodi Chalcedonensis fragmenta continentur. In uno quidem inveni ea quæ ante gesta præmissa sunt, ut verbo Rustici utar, id est, epistolas sancti Leonis & aliorum quæ præponi solent primæ actioni. In alio inveni actionem primam ferè integram, cum annotationibus & emendationibus Rustici. In aliis autem quasdam alias actiones & varia fragmenta, prout annotatum à me est in ipsorum recensione gestorum.

XXX. Superest ut nonnulla dicamus de Iulio Episcopo Puteolano & de Domno Antiocheno, quia ad hæc gesta pertinent. Necessitas autem de iis agendi hæc est. Auctor breviculi historiæ Eutychianistarum ait secundæ synodo Ephesinæ sub Dioscoro interfuisse vicarios ab apostolica sede directos, Iulium videlicet Episcopum Puteolanum, & Hilarum Archidiaconum, Renatum verò Presbyterum, qui cum illis quoque missus fuerat, non interfuisse, quia in Delo insula morte præventus est. In eadem synodo depositus est Domnus Episcopus Antiochenus. In gestis autem Chalcedonensis Concilii extat actio in qua decretum est sumptus ei præstandos de Ecclesia Antiochena ad vitam ejus sustentandam. Quoad Iulium Puteolanum & Renatum Presbyterum, vir clarissimus Paschasius Quesnellus contendit auctorem breviculi esse hallucinatum, Iulium enim non interfuisse Concilio Ephesino, Renatum interfuisse. Quoad Domnum verò, actionem illam synodi Chalcedonensis falsam esse ac suppositiam speciali dissertatione ostendere conatus est. Ego autem debere me veritati puto ut quæ verè scripta sunt ab antiquis tuear pro mea virili, quæ à recentioribus scriptoribus adversùs veritatem scribuntur refellam. Ostendam ergo primùm Iulium re vera interfuisse prædatoriæ synodo Ephesinæ, Renatum verò non interfuisse, deinde actionem illam de Domno non esse falsam ac suppositiam.

XXXI. Itaque hæc sunt verba breviculi. *Interfuerunt etiam vicarii ab apostolica sede directi, Iulius Puteolanus Episcopus, Hilarus Archidiaconus, quia Presbyter Renatus in Delo insula morte præventus est.* Vir ille clarissimus qui hæc falsa esse contendit putat memoriæ lapsum passum esse auctorem breviculi, aut incertis rumoribus scripsisse deceptum, Renatum pro Iulio posuisse. Ad probandam autem opinionem suam hæc duo argumenta adducit, Iulium nunquam nominari in actis latrocinii Ephesini, adeoque ei non interfuisse, sed Iulianum Episcopum Coënsem, Renatum verò interfuisse disertè probari ex epistola CXVI. Theodoreti Episcopi Cyrensis ad eum scripta post habitam synodum. Contrà ego contendo auctorem breviculi vera dixisse, & neque Iulianum Episcopum Coënsem in ea falsa synodo fuisse præsentem, neque Renatum Ecclesiæ Romanæ Presbyterum. Ac primò quidem observandum est non licere cuiquam accusare veteres falsitatis absque certis argumentis. Hic verò tantum abest ut viri clarissimi argumentationes certæ sint ut etiam omnia conspirent ad stabilienda & confirmanda ea quæ ab auctore breviculi sunt prolata. Nam & Prosper, cujus auctoritas excuti non potest, scribit in chronico Dioscorum Episcopum Alexandrinum tulisse in ea synodo sententiam damnationis in Flavianum Episcopum Constantinopolitanum, *reclamante Hilaro Diacono Ecclesiæ Romanæ, qui vice sancti Leonis Papæ cum Iulio Episcopo Puteolano à sede apostolica fuerat destinatus.* Nulla heic mentio Iuliani Coënsis, neque Renati Presbyteri. Prospero convenit cum Evagrio, qui lib. 1. cap. x. ait Iulium Episcopum Leonis Episcopi Romani vices gessisse in ea synodo. Denique in gestis Concilii Chalcedonensis, ubi gesta prædatoriæ synodi Ephesinæ referuntur, vicarius Papæ Leonis constanter vocatur Iulius in omnibus antiquis codicibus manu scriptis; exceptis tantùm aliquot locis, in quibus per errorem librariorum vocatur Iulianus aut Iuvenalius. Porrò Iulianum Coënsem huic synodo non interfuisse hæc quoque probant. Nam si interfuisset, acta ejus mentionem facerent, quæ Hilari quoque Diaconi & Dulcitii Notarii meminerunt. Quare cùm eadem à Renati quoque nomine semper abstineant, manifestum est eum illuc non pervenisse, adeoque verum esse quod de eo scribit auctor breviculi. His ita constitutis, necesse est ruere argumentum petitum ex epistola CXVI. Theodoreti, ex cujus falsa inscriptione permotus est vir clarissimus ut existimaret Renatum interfuisse conciliabulo Ephesino. Duplex autem potest afferri causa & origo hujus erroris. Nam cùm Theodoretus prohibitus fuerit literis Imperatoris Theodosii accedere ad hanc synodum Ephesinam, & ab ea distaret triginta quinque dierum spatio, ut ipse scribit ad sanctum Leonem, mirum videri non deberet impositum illi fuisse per incuriam aut ignorantiam eorum qui eum de rebus in synodo gestis certiorem fecerunt, qui cetera quidem veri, in nomine Renati fuerint falsi. Sed malo istud imputare veteri librario qui codicem epistolarum Theodoreti composuit. Consuevisse enim istiusmodi errores committi frequenter à veteribus librariis notissimum est, & probari etiam potest ex emendationibus à viro clarissimo factis in editione epistolarum sancti Leonis.

Vide annotationes ad pag. 115 117. 119. 317.

Theodoret. epist. 113.

XXXII. Major nobis difficultas incumbit in explicando negotio Domni Episcopi Antiocheni, non propter rem ipsam, sed quia respondere oportet variis ac multiplicibus argumentis à viro clarissimo allatis, quæ nos, Deo juvante, facilè ostendemus esse invalida. Idque eò lubentiùs efficiemus quòd nobis constet plurimam nos gratiam apud illum inituros, qui verbis minimè ambiguis testatus est totis votis peroptare se ut hæc actio minimè com-

mentitia sed genuina esse probetur, quòd ea ratione, inquit, jam præclarissimum antiquissimumque præ manibus habituri simus testimonium summæ auctoritatis Romani Pontificis in synodos & Episcopos orientales. Tum nobis regulas quasdam præscribit quas sequi oporteat eum qui vera germanaque primariæ sedis privilegia vindicare voluerit adversùs novatores, id est, veri amorem, & animum à deformi obsequio alienum, veritatem inquiens non egere mendacio, sed potiùs ex mendacii consortio consuesse veritatem etiam testatissimam in falsitatis suspicionem vocari. Has regulas nos magna cum cura & diligentia servabimus, quantum nobis licebit per mediocritatem virium nostrarum.

XXXIII. Primum clarissimi viri argumentum adversùs hanc actionem istud est, illam inter omnes alias Chalcedonensis Concilii actiones Latinè tantùm reperiri, idque esse non leve indicium suppositionis ab aliquo impostore Latino factæ, in gratiam nimirum Romani Pontificis. Videamus ergo quid magni emolumenti hinc accepturus fuerit Romanus Pontifex. Nam si illic nihil pro ejus auctoritate reperiatur extraordinarium, id est, quod non in aliis ejusdem Concilii locis inveniatur, fatendum necessariò erit nullam fuisse causam admittendæ istius falsitatis, adeoque subsistere non posse argumentationem viri docti. In hac igitur actione Paschasinus Vicarius sancti Leonis suo collegarumque suorum nomine ait sanctum & beatissimum Papam, qui episcopatum sancti & venerabilis Maximi Episcopi Ecclesiæ Antiochenæ confirmavit, justo satis judicio visum fuisse approbasse meritum ejus. Quibus verbis & depositionem Domni & ordinationem Maximi confirmari nemo est qui ambigere possit. Atenim istud est magnificum pro Romano Pontifice, si Antiocheni & consequenter Alexandrini aliorumque Episcoporum ordinatio stet aut cadat pro ejus arbitrio? Nolo heic ingredi vastum disputationis campum de potestate Romani Pontificis. Illud tantùm aio, nihil heic novi dicere Paschasinum, & eadem in eodem Concilio Chalcedonensi dicta esse ab Anatolio Episcopo Constantinopolitano, Stephano Ephesino, & iterum à Paschasino, dum aiunt in actione decima Maximum à Leone susceptum esse in communionem, & ordinationem Maximi ab eo fuisse susceptam. Sanè solus Stephanus Ephesinus ait ordinationem Maximi à Leone fuisse susceptam. Sed profectò alii, quum de eo in communionem à Leone suscepto loquuntur, eodem tempore dicunt ordinationem ejus confirmatam ab eo fuisse. Nam si Romani Pontifices olim communionem restituendo Episcopis depositis in synodo, eis suas quoque sedes reddebant, dubitari non potest quin Leo recipiens in communionem suam Maximum recens ordinatum in Ecclesia Antiochena, hoc pacto ordinationem ejus approbaverit. Itaque nihil amplius in actione de Domno tribuit Paschasinus Leoni quàm ei in decima tribuunt idem Paschasinus, Anatolius, & Stephanus. Ex quo consequitur nihil novi juris Romano Pontifici hinc conciliari, adeoque nullam causam fuisse quæ Latinum Romanæ sedi addictum impelleret ad concinnandam actionem istam ut Papæ gratificaretur.

XXXIV. At ea Latinè tantùm edita reperitur, Græcè autem nusquam apparuit? quod est non leve indicium suppositionis. Non puto virum doctum huic argumento multùm inniti. Scit enim multa esse veterum Græcorum scripta quæ hodie Latinè tantùm habemus, neque tamen ideo minùs vera putantur. Et quamquam ista certa sint, neque indigeant probatione, afferam tamen aliquot exempla quibus contradici non poterit. Nam in tomis Conciliorum, inter gesta Concilii Ephesini, extat epistola Nestorii ad Cælestinum To. 3. Concilior. pag. 349.

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

Latinè tantùm, quam tamen constat Græcè scriptam fuisse. Ejusdem Concilii actionis sextæ initium habetur Latinè tantùm; itemque in eadem actione desunt Græca subscriptionum octo Quartodecimanorum, quæ nos postea invenimus in duobus codicibus manuscriptis bibliothecæ regiæ. Deinde in Ibid. pag. 671. & 687. fine ejusdem actionis desunt subscriptiones Græcæ, quæ ex Latinis codicibus acceptæ sunt. Petitiones quoque schismaticorum & alia nonnulla habentur Ibid. pag 689. Latinè tantùm, itemque actio septima ejusdem Concilii Ephesini, in qua continentur suggestiones Episcoporum Cypri. Denique in eadem actione Ibid. pag 727. & seqq. refertur definitio synodi contra Messalianitas, & paulò pòst libellus supplex synodo oblatus à quibusdam Episcopis. quæ omnia Latinè tantùm edita sunt. Ibid. pag. 787. In Concilio quoque Chalcedonensi, ne exempla è longinquo tantùm repetamus, Ibid. pag. 809. deest Græcus textus multarum interlocutionum, itemque epistolæ To 4. pag. 257. & sequent. 307. 427. 463. Concilii ad Marcianum, & relationis sanctæ synodi ad Pulcheriam. Codicem encyclium & acta Concilii V. Latinè tantùm habemus. Quæ omnia necesse est falsa esse ac supposititia, si regula à viro clarissimo proposita certa est. Porrò actionem istam de Domno versam esse ex Græco testatur ipse Rusticus, cujus etiamnum ævo superfuisse Græcè videtur.

XXXV. Alterum suppositionis indicium à viro docto allatum illud est, quòd hujusmodi actio nobis prodiit ex unico codice, quem nulla auctoritas, antiquitas nulla commendabat, cùm & chartaceus solummodo esset, & ab ignotis scholaribus Germanis duobus acceptus prædicetur. Doleo me ad hanc necessitatem adductum ut annotare cogar virum clarissimum duos germanos scholasticos quorum mentionem facit Rusticus malè interpretatum esse de duobus scholaribus Germanis, & putare Crabbum, quia non monuit ista se descripsisse ex veteri codice Rustici, codicem illum accepisse à Iulia. Hæc est enim annotatio Rustici. *Actio de Domno Antiocheno, quam inveni in codice patriciæ Iuliæ membranatio novo, transscriptam ex codice vetusto chartacio, quem dixit ipsa fuisse Proculi & Albini germanorum scholasticorum.* Iam ergo omnes intelligunt hanc actionem, non ex codice novo, sed ex eo qui vetus erat ævo Rustici, descriptam fuisse, qui fuerat Proculi & Albini fratrum virorum disertissimorum. Nobis verò non ex unico codice prodiisse censenda est, cùm eam habuerint codices quibus Crabbus & Baronius utebantur, extet verò etiam in Corbeiensi & Divionensi & in tribus Vaticanis vetustissimis, quorum unus est mille saltem annorum, ut ad me scripsit eminentis doctrinæ dignitatisque vir Hieronymus Cardinalis Casanata. Cùm ergo nobis testis sit illa vetustas & consonantia codicum, ut verbo utar auctoris synodici adversùs Tragœdiam Irenæi, sufficiunt illi ad ostendendum errorem Vide supià pag. 896. in quo versabatur vir doctus. Vnum tantùm addam, valde mihi displicere, quòd is Rustici fidem, cui tantum debet Ecclesia universa ob præclaram operam ab eo impensam in gestis synodi Chalcedonensis, in suspicionem vocaverit falsitatis, tamquam si is hanc actionem supposuisset ut ostenderet Domnum non esse damnatum post mortem. Sic enim falsò persuasum erat quibusdam ævo Rustici, ut statim dicemus.

XXXVI. Subdit enim vir doctus hanc actionem fuisse ignotam Imperatori Iustiniano & Episcopis qui synodum quintam celebrarunt, qui aiunt Domnum à synodo Chalcedonensi damnatum fuisse post mortem, quia scripserat debere taceri duodecim capitula sancti Cyrilli. Vnde concludit eum non fuisse superstitem tempore synodi Chalcedonensis, adeoque summæ ignorantiæ ac impudentiæ convinci eum qui hanc actionem consarcinavit ac supposuit. Non immorabor in recensendis erroribus historicis qui paſ-

sim occurrunt in constitutionibus Imperatoris Iustiniani, neque in ostendendo plurima in gestis Concilii V. scripta atque inserta esse quæ vera non sunt. Cùm enim ista sint certissima, atque ita aliqua ex parte fateatur etiam vir clarissimus, abuti videremur otio nostro si ad ea probanda nos converteremus. Itaque omissa auctoritate illa Iustiniani & Concilii V. utpote nullius momenti, cùm præsertim nihil de damnatione neque de morte Domni reperiatur in gestis Concilii Chalcedonensis, videamus an ex aliquo veterum scriptorum testimonio colligere possimus Domnum fuisse mortuum eo tempore quo synodus Chalcedonensis habebatur.

XXXVII. Antequam tamen hanc partem exequar, necessarium puto aliqua dicere de ejus depositione facta in prædatoria synodo Ephesina dolo Dioscori, ut ait Liberatus: quia & in hoc vertitur cardo causæ, & vir ille clarissimus contendit eum esse mortuum statim post dejectionem suam. Dioscorus Episcopus Alexandrinus, præses & tyrannus nefandæ illius synodi, Ibam Episcopum Edessenum, Theodoretum Cyrensem, Eusebium Dorylæensem, Flavianum Constantinopolitanum, Sabinianum Perrhensem, omnes catholicos, deposuit cum consensu Domni Antiocheni, cujus auctoritate abutebatur ut faciliùs ad optatum finem pervenire posset. *Post hos omnes autem*, inquit Liberatus, *& Domnum Antiochenum remanentem ab orthodoxorum depositione, quia particeps factus Dioscoro in depositione orthodoxorum & Eutychis absolutione. Depositus est autem dolo Dioscori sic. Postquam consensit in omnibus Dioscoro, datis in medio ejus epistolis quas ad ipsum Dioscorum Antiochenus Domnus contra duodecim Cyrilli capitula scripserat, damnavit ægrotum & absentem illa die.* Aliam depositionis ejus causam, ut hoc obiter dicam, refert Marius Mercator, nimirum quòd eo præsente palam in Ecclesia ausus sit Theodoretus insultare memoriæ Cyrilli Episcopi Alexandrini. Conatur autem heic vir doctus hunc Liberati locum conciliare cum iis quæ scripta sunt à Nicephoro lib. XIV. cap. XLVII. vocem *remanentem*, quæ obscura est in hoc loco, sic interpretans ac si Liberatus dicere voluisset Domnum se removisse ac retraxisse ab orthodoxorum depositione, ob idque damnatum à synodo. Nicephorus enim cùm dixisset Domnum vi consensisse depositioni Flaviani Constantinopolitani & Eusebii Dorylæensis, addit eundem postea, quum libertati suæ redditus fuisset, retractasse quæ fecerat, & subscriptionem suam reddi sibi flagitasse, ac propterea sacerdotalem dignitatem ei ademptam esse à synodo. Occasio postulat ut etiam pro nostra virili locum ab eruditis vexatum explicemus. Hic est ergo, ut ego quidem arbitror, vérus ac genuinus sensus verborum Liberati. Dioscorus in latrocinio Ephesino deposuit Episcopos orthodoxos; Domnum tamen Antiochenum, quamvis & ipse esset orthodoxus, non deposuit, quia ipsi consenserat in depositione orthodoxorum & Eutychis absolutione. Sed hunc quoque *remanentem* indemnatum postea damnavit, nimirum *post omnes* alios damnatos, quia epistolam ad Dioscorum scripserat contra duodecim capitula Cyrilli, ut ait Liberatus. Itaque non est depositus à synodo quia publicè pœnitebat eum præstitisse consensum damnationi orthodoxorum, sed quia epistolam ad Dioscorum scripserat quæ damnare videbatur duodecim capitula Cyrilli.

Vide Concil. V collat. 5. in fine.

XXXVIII. Scribit deinde Liberatus Domnum ægrotum & à synodo absentem fuisse depositum. Probabilissimum ergo ac potiùs certum esse ait vir doctus eum non diù depositioni suæ superfuisse, nec usque ad Concilium Chalcedonense produxisse ætatem, id est, ex eo morbo illum non convaluisse quo afflictum fuisse testatur Liberatus, tædioque propterea confectum

obiisse. Poterat ille hanc conjecturam suam juvare testimonio Eutychii, qui in annalibus suis scribit Domnum mortuum esse anno sequenti post illam synodum Ephesinam. Verùm abstinuit, ea, ut opinor, de causa, quia auctor ille plenus erroribus historicis & chronologicis, nihil certi dare posse censendus est de vita aut morte Domni. Contra argumentum igitur ex Liberato petitum ego oppono eundem Liberatum; qui paulò pòst describens mortem Flaviani, & quomodo Anatolius in loco ejus ordinatus est, consequenter & uno tenore ait pro Domno Antiocheno ordinatum esse Maximum, neque addit Domnum fuisse mortuum. Immo tamquam de vivo locutum fuisse hæc res indicio est quòd postquam dixit Anatolium ordinatum fuisse in loco Flaviani defuncti, subjungit de ordinatione Maximi in loco Domni, Nonni in loco Ibæ, & Athanasii in loco Sabiniani, nulla mortis eorum vel alicujus ex eis mentione facta. Sicut autem nemo ex hoc loco colligere certò potest Domnum mortuum non fuisse tempore Concilii Chalcedonensis quia conjungitur cum Iba & Sabiniano, quos constat huic Concilio interfuisse, sic ex superiore nullus certò colligere potest mortuum fuisse ante tempus synodi Chalcedonensis quia ægrotabat tempore Concilii Ephesini.

XXXIX. Fortiùs urget argumentum ex silentio ejusdem Liberati depromptum; qui singulas actiones Concilii Chalcedonensis recensens, nullam causæ Domni mentionem fecit, facturus haud dubiè si verè circa eum contigissent quæ in ea actione narrantur. Adde Evagrium scholasticum: qui primò quidem ait in Ephesina synodo depositum fuisse Domnum Episcopum Antiochenum; *de quo quid postea factum fuerit*, inquit, *invenire non potui*; deinde seriem contexens actionum Concilii Chalcedonensis, de Domno prorsùs silet. Hæc enim innuere videntur Domnum fuisse mortuum eo tempore quo synodus Chalcedonensis habebatur, cùm uterque horum scriptorum de eo sileat in historia illius Concilii, alter verò eorum testetur nescire se quid de eo factum fuerit post ejus depositionem. Ad hæc respondendum est Liberatum & Evagrium usos esse codicibus in quibus illa actio non extabat, sicuti non extat etiamnum in codice quem nos vocamus Parisiensem. Neque tamen ideo falsa est. Nam quemadmodum si nondum ars typographica inventa esset, & aliquis codice illo solo utens, actionem illam prætermitteret, nihil adversùs auctoritatem codicum præjudicare videretur in quibus illa invenitur, sic nec Liberati aut Evagrii silentium præjudicare potest adversùs codices quos constat eorum ætate habuisse illam actionem.

Evagr. lib. 1. c. 10.

XL. Heic enim semel observandum est, Concilii Chalcedonensis finem esse re vera in actione sexta, ita ut ea complectatur quoque canones, & quæ sequuntur actiones, quamvis in Concilio actitatæ fuerint, non pertinere propriè ad Concilium, quia nihil illic actum est de causa fidei, sed circa sola negotia privata versantur. Istud colligimus ex vita sancti Euthymii Abbatis & ex epistola tertia Pelagii II. ad Episcopos Istriæ. Nam in vita sancti Euthymii scriptum est illius discipulos Stephanum Iamniæ & Ioannem Sarracenorum Episcopos, qui synodo Chalcedonensi interfuerunt, statim postquam litteris mandatum est decretum fidei, iter arripientes, illud quàm celerrimè detulisse ad Euthymium. Putabant ergo illi finem synodi esse in definitione fidei. Vnde postea eorum nomina nusquam comparent in actionibus quæ sequuntur post sextam. Sed apertius istud docet Pelagius II. in epistola mox laudata, cujus hæc sunt verba. *Plerique Græci antiquiores codices continere synodum nonnisi in sex actionibus, subjunctis canonibus, demonstrantur, ut omnino cetera quæ privato studio fuerant mota non habeant.* Et paulò suprà: *Vigilanti*

ergo

ergo cura respicite quia in sexta illius actione sanctæ fidei professio consummatur, mox-que in septima ad instructionem jam fidelium regula canonum figitur, ulterioribus verò actionibus nihil de causa fidei, sed sola negotia privata versantur. Decessori suo, vel potiùs sibi ipsi, si qua fides Paulo Diacono, consentanea scribit sanctus Gregorius in epistola ad Secundinum: *Sancta Chalcedonensis synodus usque ad definitionem fidei & prolationem canonum de generalibus causis locuta est. Nam post prolationem canonum, specialia Episcoporum certamina sopire curavit.* Itaque cùm plerique codices Græci, & quidem antiquiores, non habuerint olim actiones quæ sequuntur post sextam, quia respiciebant privata quorundam Episcoporum negotia, mirum non est si hi qui eas postea addiderunt, in gesta eas intulerunt diversis modis, nullo temporum ordine observato, illam vel aliam inserentes aut omittentes prout quisque affectu ducebatur. Vetus collector omisit actionem de Domno, sed eam habuit vetus exemplar ex quo descriptus est codex patriciæ Iuliæ.

S. Gregor. lib. 7. Indict. 2. epist. 53.

XLI. Idem dici potest, ut illud quoque obiter annotem, de actione in qua agitata & definita est controversia quæ inter Photium Episcopum Tyri & Eustathium Beryti erat de quibusdam Ecclesiis quas præter jus fasque ab Eustathio fuisse invasas conquerebatur Photius. Eam non habuisse constat veteres Chalcedonensis synodi collectiones. Et tamen initio istius sæculi prodiit ex Græco codice Vaticano. Illic verò, ut etiam fidem facit illustrissimus Cardinalis Baronius, constituta est in calce quartæ actionis, cùm tamen Balsamon in scholio ad canonem XXIX. Chalcedonensem testetur eam in codice suo positam fuisse in fine gestorum. Referenda autem sunt ejus verba. *Scriptum est in fine quartæ synodi*, inquit, *relatum fuisse à Photio metropolis Tyri Episcopo quòd Episcopus Berytensis civitatis, arrepta occasione, diversos Tyriorum episcopatus ab Ecclesia avulsit, Byblum, Botryn, Tripolin, Orthosiadem, Arcadem, & Antaradum, & eos qui ab ipso Photio ordinati fuerant, depositos Episcopos, in Presbyteri locum deduxit. Hoc cùm observassent qui secundùm imperiale decretum Chalcedone convenerant patres cum civilibus magistratibus statuerunt æquum esse Tyriorum Ecclesiæ restitui ablatos, ut dictum est, episcopatus, & habere depositos Episcopos proprios honores. Et Romanæ quidem Ecclesiæ loci conservatores pronuntiarunt: Episcopum in Presbyteri locum deducere est sacrilegium &c. Anatolius autem & reliqua synodus & magistratus secuti sunt.* Valde autem puto meliorem esse lectionem codicis quo Balsamon utebatur, & annotationem diei falsam esse quæ hodie legitur in initio illius actionis. Nam cùm certum sit negotia privata Episcoporum fuisse discussa post definitionem fidei tantùm, id est, post sextam actionem, consequens est controversiam Photii & Eustathii non potuisse disceptari XIII. Kal. Novembris. Sexta enim actio habita fuit XI. Kal. ejusdem mensis.

XLII. Gravioris momenti in causa Domni Antiocheni est illa pars Evagrii in qua scribit invenire se non potuisse quid de eo factum sit post ejus depositionem. Nam cùm Evagrius civis & Advocatus fuerit Antiochenus, ut disertè probat vir doctissimus Henricus Valesius, difficile est existimare illum nescisse quid de Domno factum sit, si is re vera superfuit suæ depositioni, & si sumptus ei in Chalcedonensi synodo decreti sunt ex facultatibus Ecclesiæ Antiochenæ ad vitam sustentandam. Fateor hanc difficultatem esse magnam. Veruntamen illa nullo modo juvat opinionem viri clarissimi. Nam hinc colligi quoque potest nescisse Evagrium si tum Domnus excesserat è vivis, aut si diù post depositionem suam superstes fuit. Immo verba illa Evagrii confirmare potiùs videntur scriptionem auctoris vitæ sancti Euthymii; qui docet Domnum, quum illa contigissent quæ Euthymius ei prædixerat, id est, vita in epis-

To. 2 Monum. Eccl. Græc. pag. 247.

copatu infelix & depositio, pœnitentia ductum quòd salutaribus ejus monitis non obedisset, ad Euthymium in Palæstinam rediisse. Hinc ergo factum ut qui vitam procul Antiochia & in silentio transivit, in oblivionem venerit Antiochensium. Adeo enim verum est Domnum post depositionem suam secessisse in eremum ut & Theophanes quoque chronographus & qui ab eo accepit Anastasius bibliothecarius istud mandaverint memoriæ literarum, quamvis diversam secessus ejus causam afferant ab ea quam profert auctor vitæ sancti Euthymii. Neque reponi potest majorem fidem habendam esse Evagrio, qui exeunte seculo sexto suam historiam scribebat, quàm Theophani & Anastasio, qui multùm remoti fuere à tempore quo ista contigisse narrantur. Præterquàm quòd enim Evagrius non est censendus esse contrarius & adversùs his quæ à Theophane & Anastasio tradita sunt, licèt diversa scripserit, verba etiam ejus nos docent ita latere voluisse ac latuisse Domnum ut nisi Cyrillus Scythopolitanus, qui ejusdem eremi incola fuit in qua Domnus habitavit, secretum illud detexisset, etiamnum haud dubiè cum Evagrio ignoraremus quid de eo factum sit post ejus depositionem.

XLIII. Ad confirmandam opinionem suam de morte Domni clarissimus Quesnellus aliquot alias rationes adducit quæ mihi non videntur esse magni momenti, nimirum pejorem Domni conditionem non fuisse quàm Iuvenalis Hierosolymitani & ceterorum quibus synodus indulgentiam dedit in actione quarta, & de quorum nominibus, an ad altare recitanda essent, Anatolius scripsit ad sanctum Leonem. Nam quoad indulgentiam erga Iuvenalem & alios, mirum non est prætermissum fuisse Domnum, qui eam non expetebat, & post depositionem suam redierat in Palæstinam ad Euthymium Abbatem suum. Quod de silentio quoque Anatolii dici potest. Quippe cùm Domnus desiisset esse inter Episcopos, neque se restitui postularet, nulla quæstio esse poterat de ejus nomine recitando cum nominibus aliorum Episcoporum. Præterea retorqueri potest argumentum adversùs virum clarissimum. Nam si Domnus propterea censendus est mortuus tum fuisse quia nullam ejus mentionem in suis ad Leonem litteris fecit Anatolius, mortui ergo tum etiam erant Thalassius Episcopus Cæsareæ, Eusebius Ancyræ, & Basilius Seleuciæ. Leo enim Anatolio respondens, istorum, qui cum Dioscoro, Iuvenale, & Eustathio fuerant principes Ephesini latrocinii, mentionem nullam facit.

XLIV. Sed Gelasius Papa ad Episcopos Dardaniæ scribens de damnatione Acacii, omnia quæcunque potest exempla corrogans ut apostolicæ sedis auctoritatem supra synodos evehat, ac plures enumerans Episcopos quos à synodo damnatos absolvit sedes apostolica, alios etiam ab eadem damnatos quos synodus absolverat, addensque eam veniam concessisse innumeris qui prævaricati erant in pseudosynodo Ephesina, dum hanc in irritum misit, nullam inter hæc Domni mentionem facit? Mortuus igitur erat ante ordinationem Maximi. Rectè sanè, si cunctorum Episcoporum catholicorum à Dioscoro depositorum nomina recitasset Gelasius, solius Domni nomen silentio transmisisset. Si igitur propterea mortuus fuisse dicendus est Domnus Antiochenus ante ordinationem Maximi quia Gelasius nomen ejus tacuit dum loqueretur de Pontificibus qui latrocinio corruerant Ephesino, dicendum quoque est Ibam Edessenum & Sabinianum Perrhensem mortuos esse quum Nonnus & Athanasius in locis eorum ordinati sunt, quia ab eorum nominibus commemorandis abstinuit Gelasius in epistola illa ad Dardanos. Quod tamen dici non posse & veteres historiæ ostendunt & gesta synodi Chalcedonensis.

XLV. Vrget vir clarissimus, & ait sanctum Leonem, quando rescidit acta pseudosynodi Ephesinæ, nunquam de Domni depositione excipienda cogitasse, sed omnia omnino illic à Dioscoro perpetrata in irritum misisse, ac præterea rogasse Theodosium Augustum ut omnia in eo statu manere juberet in quo fuerant ante omne judicium. Ex quo consequitur effectum habere non potuisse sententiam latam adversùs Domnum, si is tum in vita fuisset. Vtrum de Domni depositione excipienda cogitaverit Leo, annon, difficile exploratu est. Non excepisse constat, saltem ex monumentis quæ hodie supersunt. Verùm ista nihilo magis probant Domnum mortuum esse ante ordinationem Maximi quàm probant ideo Maximum in loco ejus ordinatum esse quia is sponte recessit ab episcopatu Antiocheno post sententiam synodi latrocinalis.

XLVI. Mortuum esse eum ante habitam synodum Chalcedonensem asseverat vir clarissimus, quia in constitutione Theodosii Imp. qua pseudosynodi acta confirmat, de Domno scriptum est, *qui fuit Antiochenus Episcopus*, & quia inter acta synodi Antiochenæ recitata in actione XIV. Chalcedonensi Athanasius Episcopus Perrhensis, in loco Sabiniani ordinatus, causam reddens cur subterfugerit judicium Domni, ait: *Inimicus meus erat ipse qui judicabat Antiochenus.* Hinc manifestum esse contendit Theodosium & Athanasium loqui de Domno quasi jam defuncto. Sic nuper quidam è nostris, vir magnæ famæ, collegit ex actis Concilii Ephesini primi Cyrillum Episcopum Alexandrinum non tenuisse locum Cælestini Papæ in synodo, quia ubi dicitur eum tenuisse, gesta aiunt, *qui & obtinebat locum Cælestini*; illud verò referri debere ait ad tempus prætęritum, id est, ad tempus quod antecessit synodum Ephesinam. Sanè hi loquendi modi sunt præteriti temporis, fateor, sed præteriti imperfecti, ut aiunt grammatici. Sunt autem ista puerilia, & non merentur ut in his ampliùs immoremur. Illud ergo tantùm dicam, Athanasium non loqui de Domno tamquam mortuo videri certum esse. Etenim idem in initio istius actionis nominans Cyrillum Alexandrinum, Proclum Constantinopolitanum; & Domnum Antiochenum, de duobus prioribus loquitur tamquam mortuis, de Domno tamquam de eo qui olim fuerat Episcopus Antiochenus, sed qui tum non erat Episcopus quum ista dicebantur. *Hanc* (causam) *audierunt beatæ memoriæ Cyrillus & Proclus, & certas formas scripserunt Domno qui fuit Antiochenus Episcopus.*

XLVII. Ex silentio quoque amicorum Domni & Concilii Chalcedonensis colligit vir clarissimus eum mortuum esse ante ordinationem Maximi: quia si tum is superstes fuisset, neque facilè desertus esset ab amicis suis, & causa ejus retractata fuisset in synodo Chalcedonensi. Demus hoc viro clarissimo ut has conjecturas alicujus esse momenti fateamur, si certum esset ægrè Domnum tulisse depositionem suam, adeoque publicè conquestum esse de violentia sibi facta. Verùm cùm nihil istiusmodi legatur, contrà verò ex vita sancti Euthymii & ex veterum scriptorum ac synodi Chalcedonensis silentio colligi non absurdè possit eum patienter tulisse potentiam Dioscori & dolorem suum, non est cur amicorum Domni & synodi Chalcedonensis silentium imputemus morti ejus. Quamquam reponere possumus Chalcedonensis synodi gesta loqui de Domno tamquam vivente in actione decima, dum aiunt omnia quæ in latrocinio Ephesino gesta sunt infringenda esse, *exceptis his quæ gesta sunt adversùs Domnum Antiochenæ civitatis Episcopum, ob hoc quia ordinatio Deo amantissimi Episcopi Maximi facta pro eo canonicè in Antiochena metropoli, à sanctissimo Archiepiscopo Leone & hoc præsente sancto & universali Con-*

cilio est suscepta. Quippe si tum Domnus excessisset è vivis, inutilis erat illa synodi cura pro Maximo, cujus ordinationem esse sine controversia constitisset. At quia ille in loco viventis ordinatus erat, necesse fuit illum muniri adversùs ingruentem tempestatem, si fortè Domnus, seu sponte sua, seu ab æmulis Maximi stimulatus, sedem suam repetere voluisset.

XLVIII. Redit postea vir clarissimus ad argumenta falsitatis istius actionis, & ait motis non fuisse ætatis illius ut Romanus Episcopus hac unica voce, PAPA, sine aliquo addito designetur, nec locum ullum extare in actis Chalcedonensibus, in quibus toties nominandus occurrit, ubi ad vocem *Papa* non addatur vel *urbis Romæ* vel *apostolicæ sedis* aut aliquid simile. Duplex ad ista potest esse responsio. Prima, necessarium non esse ut ævo Domni Antiocheni vox *Papa* sola poneretur quum de Episcopo Romano agebatur, ac sufficere ut hic mos inolevisset ævo interpretis, apud quem vox ἐπίσκοπος respondet voci *Papa* in interlocutione quadam Bonifacii Presbyteri Romani quæ extat post subscriptiones Episcoporum in actione decima sexta. Secundò, etiam ævo Domni vocem *Papa* solam dictam esse de Romano Pontifice, & id quidem in gestis synodi Chalcedonensis, in epistola Hilati Diaconi ad Pulcheriam Augustam, & in breviculo historiæ Eutychianistarum. Incipiam autem à gestis Concilii. In actione prima, inter acta synodi Ephesinæ secundæ, Iulius Episcopus Vicarius Papæ Leonis ait: *Priùs Papæ legatur epistola.* quod non solùm in Latino textu legitur, sed etiam in Græco, qui ita haber: πρότερον ἀναγνωσθῆ τὰ γράμματα τοῦ πάπα ἐπισταλέντα. Rursum in actione secunda reverentissimi Episcopi clamaverunt: *Papa Leo ita interpretatus est.* quod cum Græco congruit, ubi sic legitur: ὁ πάπας Λέων οὕτως ἡρμήνευσεν. Immo Evagrius ista recensens non ponit vocem Λέων in hoc loco, sed ait simpliciter: ὁ πάπας οὕτως ἡρμήνευσεν. & id quidem in omnibus Evagrii editionibus Græcis. Ad Latinos quod attinet, epistola Hilari Diaconi ad Pulcheriam Aug. scripta post latrocinium Ephesinum, quæ ab eodem viro clarissimo relata est inter epistolas sancti Leonis, satis magnam fidem facit consuesse tum Romanos Pontifices appellari simplicirer Papas. Sic enim ait: *manifesta necessitas erat quæ me litteras beatissimi Papæ ad vestram clementiam directas offerre compelleret.* Non utar auctoritate epistolæ Gallæ Placidiæ ad eandem Pulcheriam, in qua scriptum est, *multitudine sacerdotum reverendissimus Leo Papa circumdatus*, quia reponi posset vocem *Papa* heic esse cum adjuncto. Breviculus historiæ Eutychianistarum: *Superveniente Vranio subadjuva & contra Ioannem jam Episcopum sacra principis deferente, ab episcopatus illius confirmatione Papa suspensus est.* Sufficiunt autem, ut arbitror, illa quæ dicta sunt ad infringendam vim argumenti quod adversùs hunc locum adduxit vir doctus.

To. 4. Concilior. pag. 150. — Ibid. pag. 341. — Evagr. lib. 2. cap. 18.

XLIX. Sensit ille tot argumentis à se allatis valde incommodare interlocutionem Stephani Episcopi Ephesini, qui in actione decima ait judicare se ut quæ contra canones in Ephesina metropoli facta sunt infringantur, exceptis his quæ gesta sunt adversùs Domnum Antiochenæ civitatis Episcopum, *ob hoc*, inquit, *quia ordinatio Deo amantissimi Episcopi Maximi facta pro eo canonicè in Antiochena metropoli, à sanctissimo Archiepiscopo Leone & hoc præsente sancto & universali Concilio est suscepta.* Vir clarissimus, ut à se repellat vim & pondus istius testimonii, ait illud non magni faciendum esse, quia unicum est, & ab eo profectum quem actione sequenti exauctoratum legimus propter scelera per quæ sibi gradum ad Ephesinam sedem fecerat, adeoque probabile esse eum ex odio ac malevolentia condemnationem Domni ratam esse voluisse. Sanè verum est graviorum facinorum reos non admitti

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

ad testimonium. Sed crimina quæ Stephano exprobrat vir clarissimus nullius heic momenti sunt, quia causa ejus nondum fuerat agitata in synodo, adeoque ille nondum compertus erat illorum flagitiorum. Alioqui dicendum esset malos homines fuisse patres synodi Chalcedonensis, qui hominem convictum nefariorum facinorum admiserunt in conventu, & quidem inter Episcopos primarum sedium. Etenim is in actione tertia cum aliis Episcopis damnavit Dioscorum, in quarta laudavit epistolam Leonis ad Flavianum eamque suscepit, in sexta subscripsit definitioni fidei coram Imperatore, in septima confirmavit conventionem Iuvenalis & Maximi. Odium autem & malevolentiam habuisse eum adversùs Domnum, quæ eum impelleret ad confirmandam ejus depositionem, invenire non potui. Contrà, si in re adeo obscura divinare liceret, proclivius esset existimare Stephanum, qui sententiam depositionis tulerat adversùs Dioscorum in tertia actione, in ista debuisse favere ac patrocinari Domno, quem Dioscorus dolo deposuerat in prædatoria synodo, & qui propterea merebatur indulgentiam. Non confirmavit autem condemnationem ejus propter odium aut malevolentiam, sed quia cùm Domnus post depositionem suam rediisset ad monasterium suum judicioque Episcoporum de se voluntarius acquievisset, ac fortassis libellum refutatorium pro more illorum temporum obtulisset synodo, dederat locum canonicæ ordinationi Maximi, quam propterea Leo Papa & Concilium Chalcedonense susceperunt.

L. Æquè parum verum est Stephani suffragium fuisse unicum, eique nullum fuisse adstipulatum. Nam Anatolius Episcopus Constantinopolitanus paulò antè definierat nihil horum valere quæ in synodo illa Ephesina gesta sunt, *nisi illud circa sanctissimum Maximum magnæ Antiochenæ civitatis Episcopum, quoniam & sanctissimus Leo Romanus Archiepiscopus in communionem eum recipiens, præesse eum Antiochensium judicavit Ecclesiæ.* Quibus verbis arbitror dubitari non posse quin Anatolius intellexerit infringi debere quæ contra canones acta fuerant in illa synodo, exceptis his quæ gesta sunt adversùs Domnum Antiochenæ civitatis Episcopum, ob hoc quia ordinatio Maximi facta pro eo canonicè in Antiochena metropoli, à sanctissimo Archiepiscopo Leone suscepta est. Vnde & antea Paschasinus dixerat: *Si ergo & à beatissimo & apostolico Romanæ urbis Episcopo omnia quæ ibi gesta sunt vana sunt habita, claret quia & sanctissimus Episcopus Antiochenæ civitatis extra hæc est, quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communione suscepit.* Paschasino, Anatolio, & Stephano adstipulatos esse ceteros Episcopos ista docent. Igitur Stephani suffragium non fuit unicum.

LI. Addit vir clarissimus ad hoc unicum Stephani Ephesini suffragium respexisse quintam synodum cùm exempla undequaque exquireret Episcoporum post mortem damnatorum, ut inde trium capitulorum damnatio roboraretur: quorum exemplorum inopia cùm laboraret, avidè arripuit Stephani verba, quasi fuissent à synodo approbata. Vt ista meliùs intelligantur, describenda sunt Concilii V. verba: *Chalcedonensis sancta synodus Domnum Antiochiæ Episcopum, eò quòd scripsit debere taceri duodecim capitula sanctæ memoriæ Cyrilli, & post mortem condemnavit, cùm confirmasset condemnationem ejus, & suscepisset Maximi ordinationem.* Si cavillari luberet, opponerem nihil de capitulis Cyrilli legi in interlocutione Stephani, adeoque Concilium V. ad eam non respicere. Sed agamus more majorum, sine fuco ac fallaciis. Ait quinta synodus condemnationem Domni confirmatam fuisse à Concilio Chalcedonensi, & Maximi ordinationem in eo fuisse susceptam. Certum est

Concil. V. collat. 6.

ista pertinere ad solum Stephanum, si ea à nullo alio dicta sunt. At cùm paulò antè ostenderimus omnes Episcopos eadem dixisse, rectè censuit quinta synodus Chalcedonensem ista decrevisse de Domno & Maximo, neque hanc sententiam coërcuit intra limites verborum Stephani.

LII. Superest ut Paschasini nunc interlocutionem retractemus, quam paulò antè descripsimus, tum ut veritati gestorum patrocinemur, tum ut quæ verè ab eruditissimo & optimo viro Petro de Marca Archiepiscopo Parisiensi dicta sunt, ea vera esse ostendamus. Egit ille de causa Maximi Antiocheni in libro tertio de concordia, ut etiam isto exemplo doceret Romanæ sedis auctoritatem in temperanda canonum executione & indulgenda dispensatione ad orientis quoque Ecclesias porrectam fuisse. Ordinatus fuerat Maximus ab Anatolio Episcopo Constantinopolitano in loco Domni à Dioscoro damnati. Huic ordinationi duo maxima vitia inerant; unum, quòd Domnus ab impia synodo damnatus esset; alterum, quòd ordinatio illa contra canones ab Anatolio peracta erat. *quod nos*, inquit Leo ad Marcianum Augustum scribens, *amore reparandæ fidei & pacis studio retractare cessavimus.* Poterat ergo Leo, ut Marca ait, ordinationem Maximi retractare, nisi benignè se in eum gessisset. Id verò hinc etiam confirmat quòd ille à synodo Chalcedonensi eo solùm nomine receptus sit quòd Leo summus Pontifex ejus ordinationem & communionem probasset. Tum ut id ostendat esse verum, describit verba Paschasini suprà relata, & annotat sequentia, *quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communione suscepit*, deesse in textu Græco, sed hæc tamen à veteri interprete juxta fidem antiquorum codicum retenta esse. Quesnellus, qui non vult ista dicta esse à Paschasino, miris modis se torquet ut bonum loci illius sensum constituat absque verbis illis, quædam sua auctoritate addens, nonnulla detrahens, alia mutans. Et ut confirmet opinionem suam, ait necesse non esse ut Legatorum sedis apostolicæ verba firmentur interlocutione Anatolii, quam propterea Marca statim retulerat, cùm sibi ipsi sufficiant ut intelligantur; *& sive sententia illorum*, inquit, *ab Anatolii suffragio discrepet, sive illi concinat, non probat tamen id à Legatu dictum quod dictum non esse omnia originalium actorum exempla significant.* Duo igitur contendit vir clarissimus, sensum esse integrum absque illis Paschasini verbis, & ea deesse in omnibus exemplaribus actorum originalium. Quoad primum, publicam heic appello fidem si non manifestum est sensum esse imperfectum absque verbis illis. Cùm enim dixisset Paschasinus synodum Ephesinam à Leone Papa missam fuisse in irritum, addidit his generalibus verbis non comprehendi Maximi ordinationem ex eo clarere quia Leo eum in sua communione susceperat. Nisi enim Paschasinus hanc rationem reddidisset, sensus non fuisset integer, & aliquid postea expectassent Episcopi quod ab eo diceretur. Adde quòd sequentia nullam connexionem habent cum causa nisi addantur hæ voces, *Necessarium est enim*, quæ in textu quoque Græco deesse cônstat. At enim ea desiderantur in omnibus exemplaribus Græcis, quæ originalia vocat idem vir clarissimus? Primò quærendum est an re vera dici possit Græca exemplaria esse originalia ubi Legati Romani Pontificis Latinè loquebantur. Sanè Rusticus in hoc loco non legitur adnotasse hanc Legatorum Papæ interlocutionem Latinè jacere in antiquis codicibus. Sed cùm ipse alibi moneat illos Latinè locutos esse & interlocutiones eorum Latinè scriptas fuisse in antiquis exemplaribus Græcis, cùm isthic compositor gestorum non dicat eos per interpretem esse locutos, par est existimare Paschasinum locutum esse Latinè; adeoque si quid heic erroris

commissum est, non videtur esse tribuendum interpreti Latino, sed Græco, seu potiùs librario, qui per errorem omisit ea quæ isthic desunt in textu Græco. Nam & veteres Græcos codices synodi Chalcedonensis non esse sanos ostendimus suprà, ubi etiam monuimus Baronium credidisse corrigendos illos propterea esse ope Latinorum.

LIII. Sunt etiam alia nonnulla quæ vir clarissimus adducit ad probandam falsitatem actionis de Domno, nimirum errores quidam grammaticales, & omissa nomina Episcoporum qui huic actioni interfuisse dicuntur, quæ describi oportebat, cùm illic scriptum sit, *quorum nomina infra sunt scripta*, denique quòd Maximus preces porrigit judicibus laicis in causa ecclesiastica, posthabitis Episcopis principibus synodi. Quod attinet ad errores grammaticales, fatemur multos heic commissos esse. Sed quid facimus quòd in integra actorum synodi Chalcedonensis serie tot barbarismi & alii errores grammaticales admissi sunt ut propterea existimaverint editores Romani emendanda illa esse, adeoque per speciem emendationis, ut antea diximus, effecerunt ne hodie habeamus antiquam versionem eo modo quo elaborata est à veteri interprete aut emendata à Rustico? Quoad Episcoporum nomina, necesse non fuit ut statim sequerentur post actionem de Domno, sed ut recitarentur in actionibus sequentibus. Recitata autem illa fuisse in octava & in sequentibus patet ex inspectione gestorum. Et quamvis in actionibus illis non forent descripta, sufficerent subscriptiones quæ leguntur in calce gestorum. Quoad factum verò Maximi, observandum est eam causam non fuisse merè ecclesiasticam, adeoque nihil extra regulam fecisse eum quando preces suas direxit ad judices laicos. Neque tamen solos judices laicos rogavit pro hac causa, sed etiam sanctam synodum; nimirum ut ex utriusque potestatis consensione obtineret quod in gratiam Domni petebat. Fecit autem istud secundùm quod præceperat Imperator Marcianus: qui recedens à synodo jussit ut Episcopi triduum aut quatriduum morarentur, & unusquisque id quod vellet proponeret coram magnificentissimis judicibus. Sed primo loco nominat judices laicos in causa ecclesiastica, posthabitis Episcopis principibus synodi? Quasi verò in tota serie gestorum non nominentur perpetuò magnificentissimi judices & amplissimus senatus ante Episcopos synodi principes & ante ipsos Legatos sedis apostolicæ. Immo illi aliquando primi sententiam promunt in rebus ad disciplinam ecclesiasticam pertinentibus, quam postea Episcopi amplectuntur & approbant.

LIV. Ait præterea vir clarissimus indecens esse ac ridiculum exhibere Domnum coram synodo tamquam mendicum sollicitumque de alimoniis & præter has aliud nihil requirentem, Domnum inquam tantæ sedis qualis erat Antiochena præsulem, qui cùm avunculi sui loco successisset, non poterat multis opibus amicisque ac auctoritate plurima non pollere, neque ad illud calamitatis profundum deduci potuisse censendus est ut alimenta ei omninò deessent nisi successoris sui arbitrio provisum ei esset. Adversùs hæc nihil habeo quod respondeam nisi nihil horum reperiri in actione illa de Domno. Nam neque ille advenit ad synodum, ut etiam vir clarissimus contendit adversùs Baronium, neque sumptus illos petiit, neque alius pro eo. Fecit id Maximus sponte & voluntariè, inscio Domno, ut ego quidem arbitror. Immo valde suspicor ista effectum non habuisse, & Domnum sua sorte contentum, reliquum vitæ exegisse in monasterio absconditum, nihilque deinceps habuisse commune cum Antiochensibus. Ad hanc opinionem me adducunt verba Evagrii dicentis invenire se non potuisse quid de Domno fa-

ANTIQVA VERSIO CONCILII CHALCEDONENSIS,

EMENDATA A RVSTICO S. R. E. DIACONO,

Edita à Petro Crabbo, servata à Laurentio Surio, mutata ab editoribus Romanis, nunc verò restituta ex auctoritate & fide veterum exemplarium.

Rescriptum de fide factum manu Flaviani Archiepiscopi Constantinopolitani, datum ab eo poscenti Imperatori.

CAP. I. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus piissimo & amatori Christi Imperatori Theodosio salutem. Nihil ita convenit sacerdoti Dei & dogmatibus erudito divinis &c. *ut in tomo quarto Conciliorum pag. 15. Ex alia porrò versione habetur in epistola Innocentii Episcopi Maroniæ, in qua continentur gesta collationis habitæ cum Severianis.*

VARIÆ LECTIONES.

sacerdotium evangelii. *Vetera omnia exemplaria synodi Chalcedonensis & omnes editiones ante Romanam habent*, sacerdotium tale evangelii. *Sic etiam apud Liberatum, qui hanc epistolam efert.*

In duabus utique naturis. *Veteres libri & editiones Romana antiquiores*. Ex duabus utique naturis. *Sic etiam Liberatus. Vide infrà ad paginam* 568.

inhumanationem. *Iidem libri & editiones*, inhumanatum in una subsistentia & in una persona. *Ita etiam apud Liberatum.*

verbi Dei. *Legendum* Dei verbi, *ut in veteribus codicibus & editionibus, & apud Liberatum.*

non unum & eundem. *Libri nostri & antiqua editiones non habent voculam* &. *Liberatus legebat ut est in libris nostris.*

sapientes quæ ejus sunt, ac loquentes ea, & abscindantur. *Vetera exemplaria & Liberatus legunt*, sapientes quæ ejus ac loquentes ea, & abscidantur.

& in annotationibus scripsit. *Codices Corbeiensis & Divionensis*, & annotationibus scripsit. *Colbertinus*, adnotationibus subscripsi, *omissa etiam conjunctione. Annotatio ergo significat subscriptionem, ut infrà pag.* 241. *in libello precum quem Eutyches obtulit Imperatori Theodosio. Et pag.* 245. *secundo*: & has ejus pietas subnotavit. *ubi vide annotationem Rustici. Vide etiam pag.* 332. 685. *Vide Synodicon adversus Tragœdiam Irenæi cap.* 79. *Unde apud Liberatum pro his verbis legitur*, Et subscripsi.

confundantur calumniam facientes. *Omnia vetera exemplaria habent*, confundantur qui calumniam facientes. *Sed Liberatus non habet vocem* qui.

Epistola Leonis Archiepiscopi Romæ ad Eutychem scripta.

CAP. II. Desiderantissimo filio Eutychi Leo Episcopus. Ad notitiam nostram tuæ dilectionis litteris retulisti quòd Nestoriana hæresis quorundam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam &c. *ut in eodem tomo Conciliorum pag.* 10.

VARIÆ LECTIONES.

ambigimus. *Codices Corbeiensis & Divionensis* ambigis, *Colbertinus* ambices. *quod eodem recidit.* ambigis *etiam scriptum est in codice* 3940. *bibliotheca Colbertina, in quo continentur epistola sancti Leonis.*

Deus te custodiat incolumem. *Vetera exemplaria.* Deus te salvum custodiat, fili desiderantissime.

Incipit epistola Petri Episcopi Ravennensis ad Eutychem Presbyterum scripta.

Dilectissimo & honore digno filio Eutychi Presbytero Petrus Episcopus Ravennæ. Tristes litteras tuas & scripta mœsta mœrore debito percucurri; quia sicut nos pax Ecclesiarum &c. *ut in eodem tomo Conciliorum pag.* 35. CAP. III.

VARIÆ LECTIONES.

Magi Christum. *Libri nostri*, Magi Iesum.

Nos, frater. *Iidem libri.* Nos, frater carissime.

curiosè perscrutari. *Melior haud dubiè est lectio veterum exemplarium Corbeiensis & Divionensis, in quibus scriptum est* injuriosa perscrutari. *Colbertinus unius litterula additamento habet* injuriosae. *Pro quo Surius & alii post eum habent in margine*, injuriosè.

qui jubemur honorem. *Veteres libri sic habent*: qui jubemur honorem dare, timorem reddere, & expectate dum non perscrutandum judicem confitemur. *Sic etiam edidit Crabbus, sed in margine admonuit alibi legi* non discentere quem judicem confitemur. *quam lectionem alii transtulerunt in textum.*

bonotabilissime fili. *Iidem libri*, honotantissime fili.

Incipit epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Flavianum Archiepiscopum Constantinopolitanum.

Dilectissimo fratri Flaviano Episcopo Leo Episcopus. Cùm Christianissimus & clementissimus Imperator sancta ac laudabili fide pro Ecclesiæ catholicæ pace sollicitus &c. *ut in eodem tomo Conciliorum pag.* 10. CAP. IV.

VARIÆ LECTIONES.

relationis. *Malè codex Divion.* revelationis. *quod non notassem, nisi hæc varia lectio translata esset in marginem hujus epistolæ in nova quam nos sequimur editione Conciliorum.*

Eutychetis. *Vetera exemplaria*, Eutychis.

cùm evocatum. *Codex Colbert.* cùm vocatum, *Divion. & Corbei.* convocatum,

Inducunt. *Legendum esse* indicunt *ostendit sensus & auctoritas veterum librorum.*

d. fendatur, frater carissime. *Vetera exemplaria & meliores editiones non habent hac duo postrema verba.*

XII. Kal. Maii *Veteres libri,* XII. Kal. Mart. Asturio & Protogene Consulibus. *Sæpe in antiquis libris manu exaratis vidi scriptum* Asturio, Astorio, Austurio, *pro* Asterio *Idatius in chronico:* Asturius vir illustris ad honorem provehitur consulatus. *Fasti consulares Idatiani.* Asturio & Protogene.

Incipit epistola Flaviani Archiepiscopi Constantinopolitani ad Leonem Archiepiscopum Romæ.

CAP. V. SAnctissimo & Deo amantissimo patri & consacerdoti Leoni Flavianus in Domino salutem. Nihil est quod stare faciat diaboli nequitiæ incontemptibile malum, plenum veneno mortifero, sursum atque deorsum circuit quærens quem percutiat, quos conturbet, quem devotet. Unde & vigilare & sobrii esse ad orationes & propinquare Deo & fatuas quæstiones respuere & patres sequi & non transgredi terminos æternos ex scriptura sancta didicimus. Deponens itaque timorem luctus, lacrymarum multitudinem, quoniam eorum qui sub me constituti sunt clericus captus est, nec eum salvare prævalui neque lupo præripere, licèt animam meam paratus fuissem ponere pro eo, ut captus est, ut exilivit, odio habens vocantis vocem, & ad perditorem maximè currens, & memorias quoque paternas declinans, & eorum itinera prorsus abhorrens, pergo in hunc sermonem. Sunt quidam in vestibus ovium, intus autem lupi rapaces, quos ex fructibus agnoscimus. Isti primò quidem videntur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Quando verò suam evomuerint impietatem, dolum qui in eis est erumpentes, & adprehendentes infirmiores & eos qui ad eloquia divina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem, subvertentes & injuriantes paternas doctrinas sicut & sanctas scripturas ad perditionem suam; quos oportet præscientes cavere, ne malitia eorum quidam seducti abscidantur à propria firmitate. Exacuerunt enim linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum, sicut de his clamavit Propheta. Talis igitur nobis quidam nunc apparuit Eutyches dudum Presbyter & Archimandrita, tamquam ea quæ nostra sunt sapiens & rectam fidem in se habens, Nestorii quidem impietati resistens & pugnam adversùs eum simulans, trecentorum verò decem & octo sanctorum patrum de fide confectam expositionem & sanctæ memoriæ Cyrilli ad Nestorium scriptam epistolam & ejusdem similiter ad orientales, quibus omnes consenserunt, conatus evertere & antiqua impii Valentini & Apollinaris mala dogmata renovare. Nec timuit Regis veri præceptum dicentis: *Quicumque scandalizaverit unum de pusillis istis minimis, melius erat ut suspenderetur mola asinaria circa collum ejus & mergeretur in profundum maris.* Impudenter autem omnem abiciens & pellem quæ eum circumdabat excutiens apertè coram sancta synodo vestra confirmabat dicens Dominum nostrum Iesum Christum non oportere ex duabus naturis post inhumanationem in una subsistentia & in una persona à nobis agnoscendum, neque carnem Domini consubstantialem nobis esse tamquam ex nobis adsumptam & unitam Deo verbo secundùm consubsistentiam, sed dicebat virginem quidem quæ eum peperit secundùm carnem consubstantialem nobis esse, ipsum autem Dominum non sumpsisse ex ea carnem nobis consubstantialem, sed Domini corpus non esse quidem corpus hominis, humanum autem corpus quod ex virgine est, omnibus expositionibus sanctorum patrum resistens. Sed ne cuncta percurrens immensitatem litteris faciam, gesta quæ dudum in eo confecta sunt direximus tuæ sanctitati; in quibus & sacerdotio eum, velut in talibus captum, & monasterii dispositione & nostra communione privavimus; quatenus & tua sanctitas cognoscens ea quæ ejus sunt, omnibus qui sub tua reverentia constituti sunt Deo amantissimis Episcopis manifestam faciat ejus impietatem, ne forsitan ignorantes ea quæ sapit & in quibus apertè captus est, tamquam ad consortem fidei litteras aut aliter confessiones ad eum repetiantur efficere. Omnem cum vestra beatitudine in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimùm salutamus. Incolumis in Domino & orans pro nobis doneris nobis, Deo amantissime pater. *Explicit.*

VARIÆ LECTIONES.

Primus hanc versionem epistolæ Flaviani ad Leonem vulgavit vir clarissimus Paschasius Quesnellus ex codice, ut ipse agnoscit, bibliothecæ Thuanæ, qui nunc censetur in Colbertina, & cum quo rursum nos eam contulimus. Adhibuimus præterea auctoritatem exemplarium Corbeiensis & Divionensis de quibus actum est in præfatione.

deponens. *Ita codices Corbeiensis & Divionensis. Malè Colbert.* deponentes.

vestibus. *Hæc est lectio omnium veterum exemplarium. Quesnellus tamen reposuit* vestimentis. *In alia versione:* Sunt quidam veste sua oves significantes.

agnoscimus. *In codice Colbertino scriptum est* agnoscemus, *videlicet ex more veterum librariorum, qui sæpe confundebant litteras* e *&* i. *Nos ergo secuti sumus auctoritatem codicum Corbeiensis & Divionensis, quam confirmat alia versio:* quos ex fructibus eorum debemus agnoscere.

ad Nestorium. *Extat suprà pag. 412. 644. 679.*

ad orientales. *Intelligit, opinor, eam quæ à Cyrillo ad Ioannem Episcopum Antiochenum scripta est post pacem factam, quæ habetur suprà pag. 591.*

collum. *Hæc est lectio libri Colbertini. Reliqui habent* collo.

Impudenter autem. *Scriptura hæc certa & constans est in antiquis exemplaribus. Verùm quia sensus videtur esse imperfectus, clarissimus Quesnellus hunc locum emendavit ex alia versione, & sic reposuit:* Verecundiam autem omnem abjiciens.

vestra. *Ego nullus dubito quin legendum sit* nostra, *uti emendatum est ab eodem clarissimo viro. Sed nos paulò scrupulosiores sumus in editione veterum librorum.*

verbo. *Malè in codice Colbert.* verbum.

consubsistentiam. *Simpliciter in Colbertino,* subsistentiam.

velut in talibus captum. *Vox* captum *deest in eodem codice Colbertino. Itaque Quesnellus, qui non adjuvabatur subsidio aliorum exemplarium, videns sensum esse imperfectum, totam hanc pericopen sustulit, & ita scripsit:* in quibus & sacerdotio eum velut interdiximus, & monasterii dispositione &c. *Et tamen alia versio illum admonere poterat hæc verba quæ diximus ab eo locis malè tolli, cùm illic legatur,* quia in talibus convictus est. *Pro quo Romana editio epistolarum sancti Leonis & codex 408. bibliothecæ Colbertinæ, in quo vetustissima canonum collectio continetur, & ubi extat illa versio quæ à nostra diversa est, habet:* quia sic captus est.

Cap. VI.

Epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Faustum Presbyterum.

Dilectissimo Fausto Presbytero Leo Episcopus. Gratum semper est mihi tuam alloqui caritatem &c. *ut tomo IV. Concilior. pag. 34. nisi quòd pro* perfectionem, *quam vocem primi in editiones Conciliorum intulerunt editores Romani, in antiquis exemplaribus & editionibus legitur* beatitudinem, *&* *vox* Iesu, *qua habetur ante vocem* Christi, *extat quidem in editionibus Crabbi, sed non in antiquis exemplaribus. Denique omnes veteres libri & editiones habent* ista detulerint *pro* istas detulerint.

Annotatio Rustici.

Cap. VII.

Epistola encyclia sive synodica sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Flavianum Archiepiscopum Constantinopolitanum: quæ non posita cum istis epistolis, eò quòd in gestis sancti & universalis Concilii Chalcedonensis tertiæ actionis inserta sit.

Tertiæ actionis. *Hodie extat in secunda. Hinc ergo colligimus codicem ex quo Rusticus ista descripsit habuisse in secunda actione judicium de Dioscoro, adeoque secundam rejectam fuisse in tertium locum, sicut videmus apud Evagrium & in codice Parisiensi.*

Epistola Flaviani Archiepiscopi Constantinopolitani scripta ad eundem Archiepiscopum senioris Romæ Leonem.

Cap. VIII.

Sanctissimo & beatissimo patri & consacerdoti Leoni Flavianus in Domino salutem. Pietate & recta prædicatione &c. *ut to. IV. Conciliorum pag. 13.*

Variæ Lectiones.

Iste enim Eutyches. *Veteres libri.* Iste enim iste Eutyces. *quam lectionem confirmat textus Græcus à doctissimo Coteler io editus.*

Neque enim unitas. *Ita etiam codices Corbeiensis & Divionensis, nisi quòd pro* sicut una re *habent* sicut vestra re. *Melius Colbertinus, ubi sic legitur integro sensu.* Neque enim unitas convenientium in Christo duarum naturarum, sicut & vestra religiositas novit, proprietates suas in unitate confudit. *Confirmat hanc emendationem textus Græcus, quem dabimus in fine gestorum.*

corpus Domini quod ex Maria. *Omnia vetera exemplaria habent*, corpus quod ex Maria factum est Domini non &c. *& mox* consparsionis.

ex ambabus. *Veteres libri*, ex ambobus. *Vide suprà pag. 405. in epistola Cyrilli ad Nestorium, ad quam respicit hoc loco Flavianus.*

amantissimo Imperatori. *Iidem libri legunt*, amantissimo nostro Imperatori.

conatus est. *Iidem libri*, conatus. sed his ita sequutis, litteræ.

consueta fiducia. *Ibidem*, consuetè fiducialiter age.

deditissimi. *Eadem exemplaria*, amantissimi.

Omnium. *Certum est mendum heic esse, quod ita emendandum est*, Omnem. *Sic enim habent veteres libri. Surius editionem Crabbianam secutus edidit* Omnium, *sed in margine admonuit legendum esse* Omnem, *quam admonitionem retinuit editio Veneta. Miror autem rejectam esse ab editoribus Romanis, & Labbeum, qui exemplari Divionensi usus est, hunc locum reliquisse intactum.*

Epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Iulianum Episcopum Cohensem.

Cap. IX.

Dilectissimo fratri Iuliano Leo. Licèt per nostros &c. *ut tomo quarto Conciliorum pag. 19.*

Variæ Lectiones.

Nestorianæ hæreseos nomine. Annotatio Rustici. Antiqua fraus Eutychianorum, Nestoriano nomine criminati catholicos.

Negator enim. *Omnia vetera exemplaria & meliores editiones ita habent:* Qui enim negat verum hominem Iesum Christum, necesse est &c. *In Corbeiensi tamen & Divionensi exemplaribus scriptum est* verbum *pro* verum.

natus est, denegatur. *Lege, ut in antiquis libris:* natus denegatur.

judicatus ad mortem. *Vetera exemplaria non habent has voces* ad mortem.

& testimonia utriusque. *Sensus non est integer. Neque hæc culpa est veterum codicum aut editionum, sed postremæ Parisiensis. Itaque sic restituendus est hic locus:* & testimonia utriusque naturæ valebunt ut creator intelligatur, non valebunt ut creatura salvetur?

quia assumentis. *Et hic quoque locus cubat in mendo, eorum culpa qui postremam editionem Parisiensem curarunt. Sic ergo restitue ex veteribus libris & editionibus:* quia assumpti non assumentis provectio est, quòd Deus &c. *Ceterùm hæc verba* ut Apostolus ait, *non extant in antiquis exemplaribus Concilii Chalcedonensis, neque apud Crabbum, neque in editionibus epistolarum sancti Leonis. Nescio autem unde irrepserint in hunc locum.*

vitas. *Scio ita legi apud Crabbum & in omnibus editionibus, & in epistolis sancti Leonis. Verùm Quesnellus reposuit* vitam. *quod & melius est, & confirmatur auctoritate veterum exemplarium synodi Chalcedonensis.*

sine concupiscentia carnis. *Libri nostri non habent vocem* carnis, *quam rectè expunxit Quesnellus.*

nec discordiam. *Lege cum libris nostris & melioribus epistolarum sancti Leonis editionibus.* nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluntatum.

Epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Faustum, Marcianum, & reliquos Archimandritas Constantinopolis.

Cap. X.

Dilectissimis filiis Fausto & Marciano & reliquis Archimandritis Leo Episcopus. Cùm propter causam fidei, quam Eutyches perturbare tentavit &c. *ut tomo quarto Concilior. pag. 23. nisi quòd vox* Eutycheis, *quæ paulò pòst sequitur, non extat in antiquis exemplaribus.*

Epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Imperatorem Theodosium.

Cap. XI.

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto Leo Episcopus. Quantum rebus humanis consulere providentia divina dignetur &c. *ut in eodem tomo Concilior. pag. 26.*

Variæ Lectiones.

debueritque à sua. *Ita editiones epistolarum sancti Leonis, etiam in tomis Conciliorum. Meliùs vetera exemplaria Concilii Chalcedonensis, in quibus constanter scriptum est:* debueritque à sua, quæ meritò reprobatur, persuasione discedere.

Iulianum. *Ita vulgata editiones & codex Colbertinus. Reliqui habent* Iulinm. *quem lectionem esse meliorem contendit Quesnellus in Notis ad epistolam* 24. *sancti Leonis, qua est hac nostra. Vide infra cap.* XII.

Quid autem catholica. *Codices Corbeienfis & Divionensis ita scriptum habent:* Quid autem ꝝ catholica Ecclesia &c. *id est, ut arbitror,* Quid autem Romana catholica Ecclesia &c.

Epistola Leonis Archiepiscopi Romæ ad Pulcheriam Augustam.

CAP. XII. QVantum sibi fiduciæ de fide vestræ clementiæ Ecclesia Dei debeat polliceri multis probavimus sæpe documentis, dum, sicut spiritu sancto docente didicistis, illi per omnia potestatem vestram subicitis cujus munere &c. *ut in eodem tomo Concilior. pag.* 27.

VARIÆ LECTIONES.

illustrissima & relig. filia. *Hae verba absunt à nostris exemplaribus, & desunt in editionibus epistolarum sancti Leonis.*

Communio illi sui ordinis. ANNOTATIO RUSTICI. Ordinem reddit hæresiarchæ, si pœnituerit.

Iulianum. *Ita codex Colbertinus. Sed Iulinm pro Iuliano praferunt codices Corbeiensis & Divionensis, itemque in epistola sequenti, & in pag.* 115. 122. 127. 150. 154. 302. 357. *editionis Labbeana, quam nos sequimur. Vide qua paulò antè adnotata sunt ad caput* XI.

Sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis epistola scripta ad secundum Concilium Ephesinum contra Eutychen; quæ perducta quidem est, occultata verò propter quod non fuerit concessa publicari Episcopis à Dioscoro.

CAP. XIII. REligiosa clementissimi Principis fides sciens ad suam gloriam maximè pertinere &c. *ut tomo* IV. *Concilior. pag.* 31.

VARIÆ LECTIONES.

uttimque uous. *Vetera exemplaria constanter praferunt* utrumque unus. *Quo etiam modo legitur in codice* 3940. *bibliotheca Colbertina, in quo continentur epistola sancti Leonis.*

quo inquinatus videbatur. *Meliùs veteres libri,* qui natus videbatur.

Vox Amen, *qua habetur in fine epistola, non extat in nostris exemplaribus, qua post vocem patris addunt:* Deus vos incolumes custodiat, fratres. *Colbertinum his addit,* carissimi.

Epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Imperatorem Theodosium, quâ rogavit speciale Concilium in Italia fieri & in nullo alio loco, eò quòd contraria sit canonibus secunda synodus Ephesina.

CAP. XIV. GLoriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto Leo Episcopus. Olim & ab initio in Conciliis celebratis &c. *ut in eodem tomo Concilior. pag.* 43.

VARIÆ LECTIONES.

à beatissimo Petro. *Omnia vetera exemplaria habent* à beato Petro.

erratis. *Labbeus in margine adnotavit alibi legi* certantis, *lectione sumpta ex codice Divionensi: in quo tamen scriptum est* errantibus, *ut in Corbeiensi & Colbertino, quam lectionem retinuit Quesnellus in epistolis sancti Leonis. Crabbus habet* erratibus.

manus dederunt. *Veteres libri*, manus dederent, & nocturnum. *Sic etiam habent iidem libri in sequenti capite. Crabbus etiam edidit* dederent.

tranquillissime. *Cum editionibus consentit exemplar Divionense. Reliqua habent* tranquillissimi. *Vide supra pag.* 827.

Ecce ego. *Veteres libri habent*, Ista ego.

agamus. *Iidem libri omnes*, agimus. *Sic etiam in capite sequenti.*

Epistola alia sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Imperatorem Theodosium, culpans Ephesinum Concilium quod adversus sanctissimum Flavianum Episcopum factum est, petentis aliud Concilium in partibus Italiæ celebrari.

CAP. XV. GLoriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto Leo Episcopus & sancta synodus quæ in urbe Roma convenit. Litteris clementiæ vestræ, quas dudum ad beati Petri Apostoli sedem &c. *ut in eodem tomo Conciliorum pag.* 38.

VARIÆ LECTIONES.

excluditur. *Codex Corbeiensis & Colbertinus legunt* exscinditur, *Divionensis* scinditur.

imprudentiam. *Prava lectio, qua sic emendanda est ex fide optimorum exemplarium:* imprudentiæ per similitudinem pietatis illudit ut pro salubribus nocitura persuadeat.

removete. *Hoc istius epistola segmentum habetur lib.* 6. *Capitularium cap.* 334. *quod hinc emendari poterit.*

salutaribus remediis. *Hanc lectionem exhibent codex Divionensis & editiones Crabbi. At Corbeiensis & Colbertinus habent* salubribus.

Epistola Leonis Archiepiscopi & sancti Concilii quod Romæ collectum est ad Pulcheriam Augustam.

CAP. XVI. GLoriosissimæ & clementissimæ filiæ Pulcheriæ Augustæ Leo Episcopus & sanctum Concilium Romæ collectum. Si epistolæ quæ in fidei causâ ad pietatem vestram directæ sunt per nostros clericos pervenissent &c. *ut in eodem tomo pag.* 45. *Gracum textum istius epistola exhibebimus in fine horum gestorum.*

VARIÆ LECTIONES.

pro sede regia. *Omnia vetera exemplaria habent* pro fide regia. *Sic etiam codex* 3940. *bibliotheca Colbertina, in qua epistola sancti Leonis continentur. In Graco contextu, quem nobis dedit vir eruditissimus Ioannes Baptista Cotelerius, legitur,* ὑπὲρ τῆς Ῥωμαϊκῆς πίστεως, pro Romana fide. *quod evincit meliorem esse lectionem quam nos proferimus ex antiquis libris. Fortassis in primo illo exemplari ex quo reliqua emanarunt scriptum erat* pro fide ꝝ *ut vidimus suprà cap.* XI. *quod cùm librarius fortassis non intelligeret,* regia *posuit pro* Romana.

adjuvat. *Omnes veteres libri habent* adjuvit. *Sed Cotelerii editio lectionem priorem confirmat.*

pridie Idus Octobris. *Iidem libri habent*, tertio Idus Octobris.

CAP. XVII.

Epistola Hilari Diaconi Romani ad Pulcheriam Augustam.

GLoriosissimæ ac piissimæ Pulcheriæ Augustæ Hilarus Diaconus. Studium mihi fuisse post synodum advenire Constantinopolim dicere non debeo &c. *ut in eodem tomo pag. 51.*

Texius Græcus istius epistolæ editus est à clarissimo viro quem paulò antè nominavi, & dabitur infrà post editionem gestorum.

VARIÆ LECTIONES.

confidens de auxilio Christi. *Antiqua exemplaria synodi Chalcedon.* confidens de auxilio Christi nostri Dei ad damnationem. *quam lectionem esse bonam ostendit textus Græcus.*

superfluum credo narrare. ANNOTATIO RUSTICI. Quia quæ iste nuntiavit, ipsa Leo Papa rescripsit ad Pulcheriam Augustam.

Epistola Gallæ Placidiæ, Augustæ ad Pulcheriam Augustam.

CAP. XVIII. GAlla Placidia piissima semper augusta Æliæ Pulcheriæ piissimæ semper augustæ filiæ. Vt Romam frequentibus concursionibus adæquè desideremus inspicere &c. *ut in eodem tomo quarto pag. 55.*

Et istius quoque textum Græcum edidit Cotelerius. Dabitur autem infrà post editionem gestorum.

VARIÆ LECTIONES.

despicere. *Veteres omnes*, dispicere.

excitatum. *Iidem libri*, exercitatum. *Cotelerius*, actum.

removeatur. *Veteres libri*, submoveatur.

regni cœlestis. *Eadem exemplaria habent* regnorum cœlestium, *Cotelerius simpliciter* cœlorum.

episcopatus. *Ita codices Colbertinus & Corbeiensis & Cotelerius. In Divionensi legitur* Episcoporum.

Sacræ litteræ tam à domno nostro Valentiniano quàm à divæ memoriæ Placidia necnon & Eudoxia Augusta ad Theodosium divæ memoriæ, ut juberet in partibus Italiæ Concilium celebrari.

CAP. XIX. DOmino meo Theodosio gloriosissimo victori ac triumphatori perpetuo Imperatori & patri, victor Valentinianus gloriosus, victor ac triumphator semper augustus & filius. Cùm advenissem in urbem Romam &c. *ut in eodem tomo pag. 51.*

VARIÆ LECTIONES.

sanctissime pater. *Omnia vetera exemplaria sic habent:* sacratissime pater & venerabilis Imperator. Hac enim gratia &c.

contra religionem. *Codex Divionensis*, adversùs religionem. *Malè in aliis*, atque religione.

cùm incommota. *Omnes habent* dum incommota.

dignitatis. *Melius antiqua exemplaria, in quibus scriptum est* divinitatis.

exclamationes. *Liber Divionensis*, explanationem, *& in margine*, aliàs exclamationes.

CAP. XX. DOmino victori Theodosio triumphatori semper augusto filio Galla Placidia piissima & perpetua augusta mater. Dum in ipso ingressu civitatis antiquæ &c. *ut in eodem tomo quarto Conciliorum pag. 45.*

VARIÆ LECTIONES.

audieramus. *Meliùs libri nostri, in quibus scriptum est* adieramus.

perturbata. *Iidem libri*, nuper turbata.

impetens. *Ibidem*, appetens.

fuerunt ad Concilium. *Veteres*, fuerant in Concilio.

quam & nos. *Ergo cum vetustis codicibus*, quam etiam nos.

ad Concilium apostolicæ sedis. *Iidem libri sic habens, & quidem rectiùs*, ad Concilii & apostolicæ sedis judicium.

quæ domina omnium est civitatum. *Codex Colbertinus*, quæ domina est omnium terrarum. *Ita quòque Divionensis, nisi quòd in margine adnotatum est*, aliàs tuarum. *quæ est lectio Corbeiensis exemplaris.*

sub nobis. *Res fortassis tanti non est ut memoranda sit. Tamen memorabitur. Ergo omnes antiqui codices habent*, sub nos.

Epistola Liciniæ Eudoxiæ Augustæ ad Theodosium.

DOmino Theodosio inclito, semper augusto & patri, Licinia Eudoxia piissima & perpetua augusta filia. Omnibus notum est tuam mansuetudinem curam atque sollicitudinem habere Christianorum &c. *ut in eodem tomo pag. 55.* CAP. XXI.

VARIÆ LECTIONES.

Romam fuissemus ingressæ. *Libri nostri præferunt*, Romæ fuissemus ingressæ (*nisi quòd Divionensis & Colbertinus habent* ingressi. *quo etiam modo habent editiones omnes usque ad postremam Parisiensem*) & in liminibus basilicæ sanctissimi Petri venissemus. *Primi omnium Romani emendarunt* & ad limina basilicæ sanctissimi Apostoli Petri venissemus.

obtulit. *Ita codices Colbertinus & Divionensis, nisi quòd iste in margine habet* aliàs attulit. *Hanc postremam lectionem præfert Corbeiensis.*

ex ecclesiasticis rebus. *Omnia nostra exemplaria, cum quibus & heic & infrà cap.* XXIV. *congruit textus Græcus*, habent ex humanis rebus, *id est, ut ego interpretor, ab hominum communione remotus, ob humanarum rerum administratione expulsus, in exilium projectus apud Epipam Lydiæ civitatem, ut tradit auctor breviculi historiæ Eutychianistorum. In capite* XXIII. *etiam in Græco contextu scriptum est* ecclesiasticis.

Epistola Theodosii rescripta ad Valentinianum.

DOmino meo Valentiniano Augusto Theodosius. Et Romæ pervenisse tuam mansuetudinem & petitionem oblatam à Leone &c. *ut in eodem tomo quarto pag. 58.* CAP. XXII.

VARIÆ LECTIONES.

in ipso principio. *Haud dubiè deerat heic aliquid in codice quo Crabbus utebatur, & cùm videret sensum non esse plenum, vocem* principio *addidit, nimirum malè divinans. Nam legendum esse* in ipso litterarum textu à tua majestate *docent antiqua exemplaria Concilii Chalcedonensis.*

in Romanam urbem. *Omnes veteres libri habent* in Romana urbe, *eandem nimirum ob rationem propter quam paulò antè dictum est* Romæ pervenisse, *& cap.* XXI. Romæ fuissemus ingressi.

atque pleniffimè. *Iidem libri*, atque plenius, ficut arbitrati fumus.

quofdam cognovimus. *Iidem libri*, quoniam quofdam agnovimus.

nofcibili. *Certiffimus error, qui nunc primum irrepfit in editiones Conciliorum. Legendum* nocibili, *ut eft in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus. Vide etiam cap. feq.*

In præfentia. *Veteres libri non habent vocem* in.

regulæ fidei. *Hanc lectionem præferunt codices Corbeienfis & Colbertinus. In Divionenfi fcriptum eft*, rectæ fidei aut injuftè factum.

debitam pœnam recepit. *Hanc lectionem in editiones Conciliorum intulerunt Romani, cum antea legeretur fimpliciter* debitum recepit. *Quo fanè modo fcriptum eft in omnibus libris noftris.*

Epiftola Theodofii refcripta ad Gallam Placidiam.

CAP. XXIII. Dominæ meæ Placidiæ venerabili Auguftæ Theodofius. Ex litteris tuæ manfuetudinis noftra cognovit æternitas quid reverentiffimus Patriarcha Leo à tua æternitate popofcerit &c. *ut in eodem tomo pag. 58.*

VARIÆ LECTIONES.

fæpe fcriptum eft. *Veteres libri*, fæpius fcriptum eft. *Ita etiam Crabbus & alii ufque ad editionem Romanam.*

Prefbyteris. *Dubium non eft quin hæc lectio prava fit, cùm de Epifcopis iftbic agatur. Et in Græco eft πατέρων. Omnia vetera fynodi Chalcedonenfis exemplaria habent*, à reverentiffimis patribus funt decreta, Flavianus autem princeps contentionis &c.

fufpicetur aut cogitet. *Sic omnium primi ediderè Romani. Nam antea legebatur, optimo fanè fenfu, fed barbaro, ut ferebant illa tempora*, fufpicemini aut cogiteris. *quam lectionem confirmant omnia vetera exemplaria.*

Epiftola Theodofii ad Eudoxiam Auguftam.

CAP. XXIV. Dominæ meæ Eudoxiæ venerabili Auguftæ Theodofius. Semper equidem tuis defiderii litteris delectamur, & has tota animæ fuavitate complectimur &c. *ut in eodem tomo pag. 59.*

VARIÆ LECTIONES.

fanctiffima. *Veteres libri & editiones omnes ante Romanam habent* facratiffima.

ab ecclefiafticis rebus. *Vetus lectio, quæ à libro Crabbi ducit originem. In noftris legitur*, ab humanis rebus. *Vide quæ fuprà dicta funt ad caput* XXI. *pag.* 1020.

nihil olteriùs. *Lege*, & nihil ulteriùs, *ut apud Crabbum & in antiquis exemplaribus.*

Epiftola fanctiffimi Archiepifcopi Romæ Leonis & ejus fancti Concilii ad Clericos & honoratos & omnem populum Conftantinopolitanum.

CAP. XXV. Leo Epifcopus & fancta fynodus quæ in urbe Romana convenit, clero, honoratis, & plebi confiftenti Conftantinopolim, dilectiffimis filiis, in Domino falutem. In notitiam noftram quæ Ephefi contra opinionem omnium funt acta perlatis &c. *ut in eodem tomo quarto Conciliorum pag. 47. Græcum iftius epiftolæ textum vulgavit vir de re ecclefiaftica bene meritus Ioannes Baptifta Cotelerius. Edetur autem à nobis poft recenfionem geftorum.*

VARIÆ LECTIONES.

In notitiam. *Ita vulgata editiones & codex Corbeienfis. Colbertinus & Divionenfis habent* Ad notitiam; *& pro* acta, *idem Divionenfis legit* peracta.

qui totum folus ibi potentiæ. *Quefnellus edidit*, qui totum folus potentiæ fuæ vindicavit. *Omnes libri noftri habent*, qui totum folus impotentiæ fuæ vindicavit.

protrahens. *Omnes libri veteres & editio Cotelerii habent* pertrahens.

Chriftianiffimo. *Ibidem* Chriftiano *tantùm.*

At nunc. *In vetuftis exemplaribus*, Sed nunc. *Crabbus in margine admonuit aliàs fcriptum effe* Sed.

divulferit. *Libri noftri difertè fcribunt* divellerit. *Cotelerius edidit*, divellere potuerit.

anathematizavimus. *Vulgatam hanc lectionem confirmat codex Divionenfis. Reliqui habent* anathemavimus.

quæ fuerunt illata. *Veteres*, quæ fuerint illata.

Data Idibus. *Divionenfis*, III. Idus.

Epiftola fanctiffimi Archiepifcopi Romæ Leonis ad Archimandritas Conftantinopolitanos.

Leo Epifcopus & fancta fynodus quæ in Romana civitate collecta eft, Faufto, Martino, Petro, Magno, Heliæ, Prefbyteris & Archimandritis monafteriorum Conftantinopolitanorum, dilectiffimis filiis, in Domino falutem. Quamvis ea quæ ad Conftantinopolitanam Ecclefiam fcripfimus follicitudinem devotionis veftræ latere non poffent &c. *ut in tomo tertio Conciliorum pag.* 1309. CAP. XXVI.

Hujus quoque epiftolæ Græcum textum dabimus in fine horum geftorum ex editione ejufdem viri doctiffimi quem paulò antè nominavi.

VARIÆ LECTIONES.

Heliæ. *Hoc nomen deeft in codice Colbertino & in editione Cotelerii, haud dubiè per ofcitantiam veterum librariorum. Habetur enim in ceteris & in editionibus epiftolarum fancti Leonis. Sed hæic poft Heliam nominatur Emmanuel in editione Quefnelli, & Manuelem in locum Heliæ fubftituit Græcus textus.*

atque antiquæ. *Omnes veteres libri habent*, & antiquæ.

voluerit & pro veritate. *Vocula five conjunctio* & *deeft in omnibus antiquis exemplaribus & in editione Quefnelli.*

impudentiam. *Codex Divionenfis habet* inpotentiam, *fic tamen ut fub literis* i & n *pofita fint puncta quæ docent illas effe fuperfluas. Hinc ergo orta eft vulgata lectio. Legendum ergo* potentiam, *ut in aliis exemplaribus. quo modo etiam alibi legi admonuit Crabbus in margine. Suprà cap.* XXV. *de Diofcoro*, qui totum folus impotentiæ fuæ vindicavit. *Sic enim habent libri noftri, ut illic monuimus.*

Data octavo Idus. *Quefnellus*, Data Idibus Octobris. *quo modo legitur in exemplari Corbeienfi & in Colbertino. At Divionenfis habet*: Dat. III. Idus Octobris.

Epiftola Valentiniani & Marciani ad Archiepifcopum Romæ Leonem.

Victores Valentinianus & Marcianus gloriofi, triumphatores, femper augufti, Leoni reve- CAP. XXVII.

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

rentissimo Archiepiscopo gloriosæ civitatis Romæ. Ad hoc maximum imperium nos venire Dei providentia & electione senatus excellentissimi cunctæque militiæ contigit &c. *ut in tomo quarto Conciliorum pag. 61.*

VARIÆ LECTIONES.

nos venire. *Secuti hoc loco sumus auctoritatem libri Divionensis. Nam ceteri habent simpliciter*, Ad hoc maximum imperium veni Dei providentia. *Editiones*, venimus.

Constantinopoli. *Ita editiones & codex Divionensis. Colbertinus & Corbeiensis habent* Constantinopolim, *quia antiqui Constantinopolim dicebant per omnes casus, ut suprà monuimus pag. 432.*

consulatu. *Codex Corbeiensis*, consolatu domni Valentiniani pp. Augusti VII. & Avienieni VI. *Divion.* consul. dom nostri Valentiniani perpetui Augusti VII. & Abieno VI. Consulibus. *& in margine*, al. Avenieni. *Colbertinus*, consulato Domini Valentiniani pp. Aug. VII. & Avieni VI.

Epistola piissimi Imperatoris Marciani ad Archiepiscopum Romæ Leonem.

CAP. XXVIII.

LEoni reverentissimo Episcopo Ecclesiæ gloriosissimæ civitatis Romæ Marcianus. De studio & oratione nostra sanctitas tua non dubitat &c. *ut in eodem tomo quarto Conciliorum pag. 63.*

VARIÆ LECTIONES.

gloriosissimæ. *Codex Divionensis habet scriptum* reverentissimæ. *Sed in margine adnotatum est alibi legi* gloriosissimæ, *quod melius est.*

definiverit. *Libri nostri*, definivit.

Missæ sunt enim divinæ syllabæ à divæ memoriæ Pulcheria &c. *ut pag. 63. ejusdem tomi quarti. Paulò pòst veteres libri habent* sustineri. *Tum conjunctio que in editionibus reperitur post vocem* Flaviano *non extat in eisdem libris, ubi simpliciter legitur*, Flaviano ad exilium fuerant destinati.

Epistola Pulcheriæ Augustæ ad sanctissimum Archiepiscopum Romæ Leonem.

CAP. XXIX.

LEoni reverentissimo Episcopo Ecclesiæ gloriosæ civitatis Romæ Pulcheria Augusta. Litteras tuæ beatitudinis cum decenti omni Episcopo veneratione suscepimus &c. *ut in eodem tomo pag. 66.*

VARIÆ LECTIONES.

Litteras tuæ beatitudinis. *Nos retinuimus lectionem librorum Corbeiensis & Colbertini. Nam Divionensis habet.* Litteras vestræ beatitudinis cum decenti omni episcopali veneratione &c.

& epistolæ similiter. *Veteres libri legunt*, & epistolæ namque similiter catholicæ fidei quam ad sanctæ mem. Flavianum &c.

prospexerit. *Legendum esse perspexerit indicant vetera omnia synodi Chalcedonensis exemplaria.*

in gloriosam civitatem. *Eadem exemplaria*, in gloriosa civitate Constantinopoli, *quo modo suprà cap. XXI.* & in liminibus basilicæ sanctissimi Apostoli Petri venissemus.

& hos similiter. ANNOTAT. RVSTICI. Vt pro Flaviano & Eusebio, sic pro Theodoreto & Iba similiter.

reverti debere robore. *Vox debere non extat in libris nostris.*

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

Sacræ litteræ missæ à Valentiniano & Marciano ubique ad religiosos Episcopos, quatenus omnes in Nicæa conveniant.

CAP. XXX.

IMperatores Cæsares Valentinianus & Marcianus victores & triumphatores maximi, semper augusti, ad omnes ubique reverentissimos Episcopos. Omnia ad veram fidem & Christianam orthodoxam religionem &c. *ut in eodem tomo pag. 66.*

VARIÆ LECTIONES.

vacante omnium studio. *Codices Corbeiensis, Divionensis, & Colbertinus habent*, vacanti omni studio.

& id scientia & doctrina. *Iidem libri*, & scientiam & doctrinam.

peccet equidem. *Ibidem*, peccat & circa divinitatem ipsam & pietatem nostram offendit.

quia nostra. *In eisdem exemplaribus legitur*, quoniam etiam nostra.

in expeditione. *Iidem libri*, in expeditum.

Item sacræ litteræ eorundem piissimorum Imperatorum ubique ad Deo amantissimos Episcopos.

CAP. XXXI.

VIctores Valentinianus & Marcianus, gloriosi, ac triumphatores, semper augusti. Omnibus rebus oportet præponi divina. Deo enim omnipotente propitio consistente, ea quæ communis reipublicæ sont & custodiri & meliorari confidimus. Quoniam igitur dubietates quædam circa orthodoxam religionem nostram factæ videntur, sicut etiam epistola religiosissimi Episcopi gloriosæ civitatis Romæ Leonis ostendit, hoc propriè nostræ mansuetudini placuit, ut sanctum Concilium in Nicæna civitate provinciæ Bithyniæ celebretur: quatenus convenientibus rationibus, & omni veritate perscrutata, & ablatis de medio studiis, quibus dudum quidam abutentes sanctam & orthodoxam perturbavere religionem, vera fides nostra in omni tempore clariùs agnoscatur, ut de cetero nulla possit esse dubitatio sive discordia. Vnde & tua sanctitas cum quibus ei placuerit religiosissimis Episcopis, & quos ex Ecclesiis sub cura tui sacerdotii constitutis fide dignos & ad orthodoxæ religionis doctrinam præparatos esse probaverit, ad prædictam Nicænam civitatem intra diem Kalendarum Septembrium venire festinet. Noverit enim tua religio & nostram divinitatem affuturam venerando Concilio, nisi fortè quædam utilitates publicæ in expedito nos occupaverint. Deus te custodiat per multos annos, sanctissime, & venerabilis pater. Data Kalendis Ianuariis Constantinopoli Consulatu Domini Marciani perpetui augusti primo & qui fuerit nuntiatus.

VARIÆ LECTIONES.

dubietates. *Hæc est scriptura librorum Corbeiensis & Colbertini. Codex Divionensis*, ambiguitates; *& in margine*, al. dobietates.

sive discordia. *Idem liber*, seu discordia generari.

Data Kal. Ianuar. *Ita codex Corbeiensis. Colbertinus*, Data x. Kal. Iunias. *In Divionensi primò scriptum fuit*, Dat. Kal. Iaquarii. *Deinde ita emendatum est*: Data x. Kal. Ianuariarum Constantinopolim.

Paulò diversa est ab hac nostra ea superioris epistola editio quæ extat in tomo quarto Conciliorum pag. 67. ubi dicitur data ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum.

Sacræ litteræ missæ ad synodum in Nicæa à Valentiniano & Marciano.

CAP. XXXII. Studii nostri est congruenter decerni ea quæ sanctæ & orthodoxæ religionis existunt &c. *ut in tomo quarto Conciliorum pag. 69.*

VARIÆ LECTIONES.

Quia igitur voluimus. *Hoc mendum, quod certò mendum est, constans est in omnibus editionibus. Pollicitus erat Imperator se adfuturum Concilio, & nunc quoque se id cupere declarat. Verùm quia adhuc in expeditione erat, monet eos ne illius grave sit adhuc ejus præsentiam expectare. Itaque sequi omnino oportet lectionem omnium nostrorum veterum exemplarium, in quibus ita habetur.* Quia igitur volumus interesse sancto Concilio &c.

expeditione. *Codices Corbeiensis & Colbertinus habent* in expedito, *Divionensis* in expeditum.

absentiam. *Hac vox posita est ab eo qui putaret Imperatorem deprecari veniam absentiæ, & orare ut interim Episcopi synodum celebrarent quousque ipse liber ab occupationibus illuc venire posset. Melius vetera exemplaria, quæ habent* præsentiam. *id est, præsentiam nostræ tranquillitatis sustinete, hoc est, expectate. Vide epistolam sequentem & glossarium Dufresnii.*

Sacræ litteræ missæ à piissima & Christianissima Augusta Pulcheria ad Consularem Bithyniæ Strategium, ut curam haberet circa disciplinam synodi perhibendam antequam placeret de Nicæa ad Chalcedonam mutari Concilium.

CAP. XXXIII. Intentio nostræ tranquillitatis est ante civiles causas sanctas Christi Ecclesias eisque dicatos in pace consistere &c. *ut in eodem tomo Conciliorum pag. 70.*

VARIÆ LECTIONES.

quam continere judicamus nostrum imperium. *Vox* nostrum *abest ab omnibus antiquis exemplaribus.*

expectantes. *Eadem antiqua exemplaria*, sustinentes. *Quo etiam modo scriptum est in omnibus editionibus ante Romanam. Tum enim, quia Crabbus in margine numerat alibi legi* expectantes, *eam vocem Romani transtulerunt in textum, & eam quam Crabbus retinuerat in textu remigrare ad marginem fecerunt. Vide quæ de hoc argumento dicta sunt in capite proximo.*

sibi imminere. *Rectè Romani hoc loco* tibi *posuerunt in margine. Certum est enim minas proponi Strategio Consulari nisi jussa principalia exequatur. Certè omnia antiqua synodi Chalcedonensis exemplaria habent* tibi.

Sacræ litteræ missæ sancto Concilio quod Nicæa concurrerat, ut deberet Chalcedonam migrare.

CAP. XXXIV. Victores Valentinianus & Marcianus, gloriosi, ac triumphatores maximi, semper augusti, Deo amabili synodo. Festinantes ad sanctum venire Concilium &c. *ut in eodem tomo Conciliorum pag. 74.*

VARIÆ LECTIONES.

Cognovimus. *Libri nostri*, Agnovimus.

tam corporis. *Iidem libri*, propter corporis infirmitatem aliasque diversas causas.

Nam & religiosissimi. *Multò diversus est hic locus in nostris exemplaribus, ubi sic legitur.* A reverentissimo namque Leone Archiepiscopo felicissimæ urbis Romæ reverentissimi Episcopi & Presbyteri venerunt, & poposcerunt à nostra tranquillitate quatenus.

illuc. *Vetera exemplaria*, illi, *id est, legati Papæ.*

quantocius advenire. *Eadem exemplaria*, ad vos citiùs advenire. Unde, si perspicit vestra religio, in Chalcedonensium civitatem venire dignamini. Illic enim percurrimus,

quoniam ea quæ expediunt. *Iidem libri*: quoniam quæ prosint veræ & orthodoxæ fidei & paci & disciplinæ sanctarum & catholicarum Ecclesiarum omnibus arbitramur esse præponenda; nec dubitamus quoniam etiam vestræ sanctitati hoc placebit.

Orare autem dignemini. *Ibidem*: Orate ergo dignamini.

in securitate degant. *Libri nostri*, securè consistant.

Similiter exemplar imperialium litterarum quæ Nicææ missæ sunt sancto Concilio, dum adhuc piissimus Imperator in Thracia resideret, ut deberet indifferenter Calchedoniam migrare.

Imperatores Valentinianus & Marcianus victores, semper augusti, sancto Concilio quod Nicæa per Dei voluntatem nostra sanctione collectum est. Dudum quidem & per alias divinas nostras litteras &c. *ut in eodem tomo quarto pag. 74.* CAP. XXXV.

VARIÆ LECTIONES.

ne ulteriùs. *Duo codices Colbertini, Divionensis, & Corbeiensis habent*, ne diutiùs.

sicut decet. *Iidem libri*, sicut congruit.

Nam ea quæ. *Iidem*: Nam ea quæ in Illyrico contigerunt & ad vestras aures pervenisse confidimus: quæ licèt Dei voluntate competentia vindicta contigerint.

profectionem. *Ibidem*, profectum.

hac quidem expeditione. *Veteres*: hunc quidem expeditum interim superponimus, & nunc propriè vestram venerationem per has sacratissimas nostras litteras adhortamur quatenus sine ulla dilatione apprehendatis Calchedonensium civitatem. Quoniam Attico Diacono

Eutychetis. *Veteres*, Enthicis.

aliquos facere moliantur. *Iidem libri*, aliquos præparare pertententur, qua gratia significamus.

quia absque aliqua. *Ibidem*, quia præter aliquam turbam atque tumultum.

quantocius revertetur. *Ibid.* sub celeritate revertetur.

expeditionem felicissimam. *Vetera exemplaria, quæ semper expeditum scribunt, hoc loco habent* expeditum felicissimum.

Heracleæ. *Omnes veteres libri legunt* Heraclea.

EXPLICUERUNT

EXPLICVERVNT QVÆ ANTE GESTA PRÆMISSA SVNT.

NVNC INCIPIVNT GESTA PRIMA CONCILII CHALCEDONENSIS.

RVSTICVS EX LATINIS ET GRÆCIS EXEMPLARIBVS, MAXIME ACOEMIT. MONASTERII, EMENDAVI.

CONCILII CHALCEDONENSIVM ACTIO PRIMA IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI COEPIT EMENDARI D. KL. MAR. X. IND. XII.

CONsulatu domni nostri Marciani perpetui augusti & qui fuerit nuntiatus, sub die octavo Idus Octobris &c. *ut tomo quarto Conciliorum pag.* 78.

VARIÆ LECTIONES.

Contra lineam secundam veterum exemplarium Corbeiensis & Colbertini ista est admonitio Rustici : Acumetensis non habet. *Verum notæ marginales non indicant ad quæ verba referatur hæc admonitio. Opinor tamen intelligi debere in codice Acœmetensi defuisse hæc verba*, Indictione quarta, *quia non habentur in Græcis exemplaribus.*

in Chalcedonensi civitate. *Totum hunc locum sic repræsentant veteres libri.* Calchedona secundùm præceptionem sacratissimi & piissimi domni nostri Marciani perpetui augusti congregatis in sanctam Ecclesiam sanctæ martyris Euphemiæ gloriosissimis judicibus, hoc est, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum & exconsole ordinario ac patricio Anatolio, magnific. & gloriosiss. præfecto prætorio ex Palladio. *Verum codex Parisiensis legit tantùm*, præfecto prætorio Palladio. *Quo loco vocula ex posita est supra lineam in Divionensi.*

piissimi. *Veteres libri.* sacratissimi, *ut diximus. Sed Rusticus admonet in codice Acumit. lege* divinissimi.

exmagistro Martiali. *Quatuor vetera exemplaria synodi Chalcedonensis*, magistro Marciali. *Vide infrà pag.* 466.

& magnific.--- Sporatio. *Eadem exemplaria*, & magnificentissimo Comite devotissimorum Domesticorum Sporacio.

sacrorum privatorum. *Codex Parisiensis*, sacri privatarum. *Ceteri habent tantùm*, Comite privatorum Genethlio.

appositis etiam. *Omnia nostra exemplaria habent*, insuper & amplissimo senatu, id est.

In codice Ioliano Ecclesiæ Parisiensis sequens præfatio ponitur in fronte gestorum synodi Chalcedonensis : quæ licèt edita jam sit in tomo quarto Conciliorum pag. 76. nos tamen recudere voluimus heic in loco suo. Est enim præfatio antiquæ versionis Latinæ.

CLAVIS VOLVMINIS ISTIVS HÆC EST.

SAncta & magna synodus sexcentorum triginta sacerdotum habita est in civitate Chalcedona rogatu sanctissimi Archiepiscopi Romani Leonis & jussu divæ memoriæ Marciani Principis, ut tantorum patrum in fidei causa congregatorum reverenda discussione præsumptio eorum retunderetur qui fidem orientalis Ecclesiæ turbare temptaverant. Huic autem synodo præfuerunt vicarii sedis apostolicæ Pascasinus & Lucensius religiosissimi Episcopi & Bonifacius Presbyter. Quod verò in ordine examinis inseritur pro locorum qualitate qui in Epheso vel in Constantinopoli nihil aliud est nisi relatio eorum quæ facta sunt Constantinopolim sub sanctissimo Episcopo Flaviano adversùs Eutychem Archimandritam, & quæ in Epheso Dioscorus egit in damnationem catholicorum orthodoxorum pro causa Eutychetis. Præsens enim negotium nequaquam recto & congruenti fine determinari valebat nisi & gestorum ordo repræsentaretur, cùm personæ quæ illis gestis succubuerant in præsentiarum essent. Ad cujus synodi audientiam & examen Imperator præscriptus intromisit vice sua gloriosissimos judices & amplissimum senatum; ut sicut Constantinus Imperator præfuit ipse synodo Nicænæ, ita Marcianus gloriosissimus Princeps per legatos suos Chalcedonensis synodi judiciis præsideret. Sanè hujus tenor examinis pertingit usque ad regularum definitionem. Porrò * post prolationem canonum, jurgia & altercationes Episcoporum sopiri curavit. Hæc est tota continentia synodi istius.

* Vide suprà pag. 961 991.

prætoriorum & exconsule. *Libri nostri omnes*, prætorio sexies exconsule ordinario ac patricio Florentio.

Consule ord. & patricio Senatore. *Iidem libri*, Exconsule ord. & patricio Senatore. *quod est multò melius. Atque ita etiam habetur antiquis editionibus ante Labbeanam.*

exmagistro officiorum. *Vox illa*, officiorum, *deest in omnibus antiquis exemplaribus. Pro eo autem quod statim exmagister ille vocatur Monnus, rescribendum est* Nomo, *ut habent libri calamo exarati.*

expræfecto urbis Apollonio. *Vox* urbis *deest in antiquis codicibus.*

prætoriorum. *Iidem libri*, prætorio.

Artaxerxe. *Omnes habent* Artaxae *aut* Artaxe. *Cum quibus congruit Græcus textus.*

conveniente etiam. *Ita codex Colbertinus. Corbeiensis, Divionensis, & Parisiensis habent*, convenuente autem etiam.

Pag. 79.

almæ. *Heic in margine Rusticus admonet in Acœmetensi codice Latino scriptum esse* senioris.

sanctissimo. *Omnes veteres libri habent* reverentissimo.

inclytæ. *Rusticus hoc loco docet in Acœmitensi codice Latino scriptum fuisse* magni nominis *pro* inclytæ.

id est, Maximo. *Adeo diversus est ordo Episcoporum in antiquis exemplaribus ab eo qui videtur in editis ut satius existimaverim eos recensere secundum ordinem servatum in nostris libris. Sic ergo illic habetur.*

id est, Maximo Antiochiæ Syriæ, Iuvenali Hierosolymæ, Quintillo Heracleæ Macedoniæ agente vices (*Codex Acœmetensis*, tenente locum) Anastasii Episcopi Thessalonicensis, Thalassio Cæsareæ Cappadociæ, Stephano Ephesi, Luciano Bizæ & agente vices (*Idem codex*, tenente locum) sim. Cyriaci Episcopi Heracleæ Thraciæ, Eusebio Ancyræ Galatiæ, Diogene Cyzici, Petro Corinthi, Florentio Sardeorum, Ennomio Nicomediæ, Eusebio & Constantino Presbyteris agentibus vicem (*Idem codex*, tenentibus locum) Anastasii Episcopi Nicææ, Eleutherio Calchedonensi, Iuliano civitatis Coo & ipso agente vicem (*Idem codex*, tenente locum) sedis apostolicæ priscæ urbis Romæ Leonis, Basilio Seleuciæ Isauriæ, Meletio Larissæ & agente vicem (*Idem codex*, tenente locum) Domni Episcopi Apamiæ Syriæ, Amphilochio Sidis Pamphyliæ, Theodoro Tarsi primæ Ciliciæ, Cyro Anazarbi secundæ Ciliciæ, Constantino Bostræ Arabiæ, Photio Tyri Phœnicis maritimæ, Theodoro Damasci Phœnicis, Stephano Hierapolis primæ Syriæ, Nonno Edessæ primæ Syriæ, Symeone Amidæ Mesopotamiæ, Epiphanio Episcopo & agente vices Olympii Episcopi Constantiæ Mesopotamiæ, Iohanne Sebastiæ Armeniæ, Seleuco Amasiæ, Constantino Melitinæ Armeniæ, Patricio Tyanæ secundæ Cappadociæ, Petro Gangræ Galatiæ secundæ, Apragmone agente vicem (*Idem codex*, tenente locum) Calogerii Episcopi Claudiopolitani, Atarbio Trapezuntæ agente vices Dorothei Episcopi Neocæsareæ Ponti, Photino Archidiacono agente vices Theoctisti Episcopi Pisinuntis Ponti, Romano Myron Lyciæ, Critoniano Aphrodisiadis Cariæ, Nunechio Laodiciæ Phrygiæ Pacatianæ, Mariniano Synnadæ Phrygiæ, Onesiphoro Iconii Lycaoniæ, Pergamio Antiochiæ salutariæ Pisidiæ, Epiphanio Pergis Pamphyliæ, Attico Nicopolitano veteris Epiri, Martyrio Gortynæ, Luca Dyrrachii novæ Epiri, Constantino Demetriadis agente vices (*Idem codex*, tenente locum) Vigilantii Episcopi Larissæ Thessaliæ, Francione Philippopolitano Thraciæ, Sebastiano Beroiensano, Basilio Trajanopolis Rhodopæ, Tryphone insulæ Chii agente vices* (*Idem codex*, tenente locum) Iohannis Episcopi insulæ Rhodi, Theoctisto Beriæ Syriæ, Gerontio Seleuciæ Syriæ, Eusebio Presbytero agente vices Macarii Episcopi Laodiciæ Syriæ, Eusebio Dorylæi Phrygiæ salutariæ, Saba Palti Syriæ, Petro Gabbulæ Syriæ, Sophronio Constantiæ, Patricio Neocæsareæ, Mara Anasarthæ, Romulo Chalcidis, Eustathio Berythi Phœnicis maritimæ, Leontio Ascalonæ Palæstinæ, Anniano Capitoliadis, Zebenno Pellæ, Iohanne Tiberiadis, Antiocho Areæ, Beryllo Ailæ (*Idem codex*, Aicha), Areta Elusæ secundæ Palæstinæ, Musonio Sigor secundæ Palæstinæ, Rufino Bibli Phœnicis maritimæ, Pancratio Lybiadis, Zosimo Minoidis, Polychronio Antipatridis, Iohanne Gadaron secundæ Palæstinæ, Paulo Anthedonis, Photino Lyddæ, Heraclio Azoti primæ Palæstinæ, Marciano Gerarum, * Stephano Iamniæ Palæstinæ, Epicteto Diocletianopolis, Romano Eudoxiopolis, Theodoro Claudiopolis Isauriæ, Iulio Celendercos Isauriæ, Tyranno Germanicopolis Isauriæ, Iohanne Diocæsareæ, Acacio Antiochiæ, Epiphanio Cestroensi, Æliano Selenuntis, Gaio Sydrorum, Ammonio Iottapæ, Megalo Philadelphiæ, Marco Arethusæ secundæ Syriæ, Timotheo Balaneorum secundæ Syriæ, Eusebio Seleucobeli, Eutitiano Epiphaniæ secundæ Syriæ, Paulo Matiamnæ secundæ Syriæ, Lampadio Raphaneorum secundæ Syriæ, Alexandro Sebastæ, Philippo Adanæ primæ Ciliciæ, Hypatio Zephyrii, Theodoro Augustæ, Chrysippo Malli, Iuliano Rosi, Polychronio Epiphaniæ, Iohanne Flaviadis, Indimo Irinopolis, Sophronio Chorepiscopo agente vices (*Codex Acœmet.* tenente locum) Bassiani Episcopi Mompsuestiæ secundæ Ciliciæ, Proclo Adanrorum (*Idem codex*, Adraorum) Arabiæ, Eulogio Philadelphiæ, Theodosio Canorhæ, Hormisda Philippopolis Arabiæ, Damiano Sidonis, Theodoro Tripoleos, Olympio Paneadis, Paulo Ptolomaidis, Paulo Aradi, Thoma Porphyreonis, Porphyrio Botryorum, Phosphoro Orthosiadæ, Porphyrio Archidiacono agente vices (*Idem codex*, tenente locum) Vranii Episcopi Emissæ Phœnicis Libani, Ioseph Heliopolis Phœnicis Libani, Iordane Abilæ, Valerio Laodiciæ, Thoma Evariæ, Rufino Samosateno, Iohanne Germaniciæ Euphratisiadis, Timotheo Dolichis, Evolcio Zeugmatis, Athanasio Perges, Zebenno Martyropolis, Caiuma Marcopolis, Iohanne Carrensi, Abramio Circensii, * Iohanne gentis Sarracenorum, Nouchipa Hieracusano, Sabino Duli, Apollonio Taneos, Irone Thennisо, Athanasio-Busercos, Pasmio Parali, Isidoro Sethroiti, Theophilo Cleopatridis*, (*Hoc loco, ut monet Rusticus, horum quoque nomina adduntur*, Theodoto Elusæ, Stephano Geros) Theodulo Æliæ Pentapoleos, Ianuario Leontorum, Iohanne Psynchi, Auxonio Sepennitæ, Isaac Tavæ Eulogio Athribeos, Esaia Hermopolis, Nestorio Phragoneos, Theophilo Erythræ, Macario Cabasæ, Callinico Apamiæ Bithyniæ, Leucadio Mnizæ, Iohanne Pholemoniæ, Gratidiano Cerasuntis, Iuliano Tabiæ, Melyphtongo Iuliopolitano, Hyperechio Asponensi, Acacio Cinnensi, Eophrasio Laganiæ, Cecropio Sebastopolitano, Iohanne Nicopolitano, Dorotheo (*Idem codex*, Theodoro) Presbytero tenente locum Anatolii Episcopi Sathali, Attico Zelorum, Antiocho Sinopæ, Euchario Diacono tenente locum Praylii (*Idem codex*, Patalii) Epis-

* Vide vitam S. Euthymii editam à Cotelerio cap. 72.

* Vide vitam S. Euthymii editam à Cotelerio cap. 71.

copi Andrepæ, Paulo Presbytero agente vices (*Idem codex*, tenente locum) Vranii Episcopi Iboreæ, Acacio Ariatathyæ, Heraclio Comanis, Adelphio Chorepiscopo agente vices Adolii Episcopi Arabissi, Euphronio Presbytero agente vices Domni Episcopi Cucusi, Otraio Presbytero agente vices Ioannis Episcopi Atces, Theodosio Nanzianzi Cappadociæ, Aristomacho Coloniæ, Ruio Iunopoleos, Epiphanio Presbytero agente vices (*Idem codex*, tenente locum) Ætherii Episcopi Pompeiopolis, Philotimo Presbytero agente vices (*Idem codex*, tenente locum) Themistii Episcopi Amastriæ Ponti, Theodoto Heracleæ Ponti, Eulogio Presbytero agente vices (*Idem codex*, tenente locum) Genethlii Episcopi Cratiæ, Pelagio Presbytero agente vices (tenente locum) Theophili Episcopi Adrianopolitani, Helpidio Thermensi, Aquila Eudoxiadis, Mysterio Amorii, Chrysippo Presbytero agente vices Cyriaci Episcopi Trognadorum, Longino Orcistii, Docimasio Maroniæ provinciæ Rhodopæ, Sereno Maximianopolis Rhodopæ, Ætherico Smyrnæ Asiæ, Eusebio Clazomenæ Asiæ, Cyriaco Ægiæ Asiæ, Mania Amnitensi, Leontio Magnisiæ Mæandri, Quinto Phociæ Asiæ, Proclo Argizæ, Thoma Auliucomæ, Olympio Theodosiopolitano, Philippo Novæ Aulæ, Rufino Brialæ, Marcellino Metropolitano Isaiæ Latonæ, Paulino Theodosiopolitano, Iuliano Hyppeponensi, Hesperio Pitanæ, Proterio Myrenæ Asiæ, Basilisco Palæapolitano, Mæonio Nyssæ, Petro Dardani provinciæ Hellesponti, Thalassio Parii Hellesponti, David Hadriani Hellesponti. Eulalio Pionis, Pionio Troadæ Hellesponti, Stephano Pymenaui Hellesponti, Theosebio Ilii Hellesponti, Hermio Abydi Hellesponti, Danielo Lampsaci, Patricio Adrianotyrorum, Menecrate Cerassorum, Cossinio Hierocæsareæ agente vices (tenente locum) Andreæ Episcopi Satalorum, Helia Blandi, Polycarpo Gabalonensi, Patricio Acrassi, Paulo Tripolitano, Amachio Settorum, Leucio templi Apollinis, Gemello Stratoniciæ, Alcidimo (*Idem codex*, Alcimedo) Silandi, Dionysio Attaliæ, Nicolao à Carasso, (*Idem codex*, Accatasenorum) agente vices (tenente locum) Stephani Episcopi Lymyrorum Lyciæ, Zenodoto Thelmissi, Frontone Phaselitis, Philippo Balbutiorum, Theodoro Antiphilli, Leontio Araxi Lyciæ, Antipatro Cauni Lyciæ, Andrea Glorotum, Romano Bubonrorum, Nicæa Megatæ Helladis, Athanasio Opunti Helladis, Domnino Plateis Helladæ, Onesimo Argivo Helladæ, Marco Euriæ (*Idem codex*, Euriæ) ut suprà, Peregrino Phœniciæ, Eurychio Adrianopolis veteris Epiri, Claudio Anchiasmi ut suprà, Sotherico Cercuræ ut suprà, Dionysio Antiochiæ Cariæ, Ioanne Alindis ut suprà, Flaccillo Iassi ut suprà, Papio Erizorum ut suprà, Dionysio Heladiæ Lagmii, Menandro Heracliæ, Salboco Cariæ, Euphitio Stratoniciæ ut suprà, Iohanne Amazonis ut suprà, Thynchanio Apollomadis ut suprà, Theodoreto Alabandorum ut suprà, Ioanne Cnidi ut suprà, Iuliano Presbytero agente vices (tenente locum) Calendionis Episcopi Halicarnassi, Daniele Cadis, Modesto Sebastæ, Paulo Aristii, Eulalio Sibliæ, Charito Dionysiopolis, Iohanne Trapezopolis, Gennadio Agmoneorum, Thoma Theodosiopolis, Gennadio Mosynis (*Idem codex*, Mosinorum), Evandro Diocliæ Prævalis, Gerontio Basilionopolis, Alphio Myndi Cariæ, Theotisto Presbytero agente vices (tenente locum) Diogenis Episcopi Orthosiorum Cariæ, Philotheo Presbytero agente vices (tenente locum) Zotici Episcopi Adrasi, Miro Euladris, Luciano Ipsensi Phrygiæ, Philippo Lysiadis, Epiphanio Midavi, Abercio Hierapolis Phrygiæ, Cyriaco Eucarpiæ, Eustochio Docimii Phrygiæ, Aquila Aurocrorum, Basilio Nacoliæ, Strategio Polybotarum Phrygiæ, Neoptolemo Cotnis, Paulo Derbæ, Plutarcho Lystris, Eugenio Canon Rusoydæ, Tyranno Humanadorum, Acholio Larandæ, Eutropio Adadæ, Paulo Philomilii, Milino Apamiæ Bithyniæ, Theorecno Tytæis, Eortacio Metropolis, Cyro Iniandi, Libanio Parlai, Alexandro Seleuciæ, Olympio Sozopolis Hæmmonti, Frontisiano Sagalassi, Adilo Chorepiscopo tenente locum Messalini Episcopi Laodiciæ, Bassona Neapolis, Florentio Adrianopolis, Maiano Lymenæ, Euchelpisto Chorepiscopo agente vices (*Idem codex Acœmet.* tenente locum) Florentii Episcopi insulæ Tenedi, Sorere Theodosianæ agente vices & Heliæ Episcopi Amathuntis, Etproerio Episcopo Arsinoæ, Epaphrodito Tamassii (*Idem codex*, Gamassii) agente vices & Didymi Episcopi Lapirhii, Dionysio Diacono agente vices Photini Episcopi Cythrorum, Iohanne Messenæ Helladis, Ophelino Tegeæ Helladis, Irenæo Naupacti Helladis, Cyrillo Sobriti, Gennadio Gnossi, Eusebio Apolloniæ, Demetrio Lampæ, Euphrata Eleutherianæ agente vices (tenente locum) & Pauli Episcopi Cantani, Sozonte Philippi Macedoniæ, Eusebio Dobirum ut suprà, Maximino Serreis ut suprà, Nicolao Stobis secundæ Macedoniæ, Dardanio Batgalæ ut suprà, Iohanne Parthicopolis primæ Macedoniæ, Honorato Thassi insulæ, Theophilo Ariassi, Neone Sylii, Diodoto Lysineorum, Maraco Draylorum, Paulo Pedorum, Marcellino Isidis, Macedone Magidi, Eudoxio Etennorum, Eugenio Cotenensi, Marcellino (*Idem codex*, Marciano) Coranæ, Obrimo (*Idem codex*, Ombrimo) Cotacisin, Petro Echinei, Aurelio Afro, Eustachio gentis Sarracenorum, Restitiano (*Idem codex* Regeriano *vel* Regeliano) Afro, (TRECENTI QVINQVAGINTA TRES) & residentibus &c. *ut pag. 94. Ex quo facilè datur intelligere ea in antiquis nostris exemplaribus deesse quæ ab hoc loco rectè sustulerunt editores Romani, nimirum Marciani Imperatoris allocutionem. Vide observationem virorum doctissimorum.*

Pag. 94.

Deo amicissimi, sanctissimi, & rever. Leonis. *In codicibus Rustici adnotatum hoic est aliquam horum partem non haberi in exemplari Acœmetensium, sed locus non significatur satis apertè. Animus erat existimare in exemplari illo defuisse voces* sanctissimi & reverentissimi, *quia non habentur in Græco contextu. Verùm codex Parisiensis & Divionensis illas habent, non habent autem* Deo amicissimi; *nisi quòd hæc postrema verba addita sunt supra lineam in Divionensi.*

Rursum in codicibus Rustici adnotatum est Acœmetensium exemplar habere ubique reverentissimo *pro eo quod illic scriptum est* religiosissimo. *Et ad locum ubi agitur de Dioscoro, ad vocem* religiosissimo *adnotatum est in margine* absque, *quod significat, ut arbitror, hoc honoris epitheton Dioscoro tributum non esse in his gestis, nimirum propter rationem quam paulò pòst affert Paschasinus.*

Paschasinus reverendissimus. *Veteres libri omnes hoc loco habent* Pascasinus vir reverentissimus. *atque ita reponendum est ubicunque infrà in editionibus legitur* Paschasinos verò reverendissimus.

cum his viris. *Omnes nostri, si Parisiensem excipias, qui habet* illis, *legunt* cum aliis viris, *quæ est vera lectio.*

quibus præcipere. *Legendum*, in quibus præcipere, *ut docent antiqua exemplaria.*

Alexandrinorum Archiepiscopus. *Hæc verba non habentur in libris nostris.*

objiciatur. *Ita omnes libri præter Divionensem, in quo scriptum est* dicatur. *& in margine*, al. obiciatur.

Pag. 95.

Lucentius. *Omnia vetera exemplaria ferè ubique habent* Lucensius.

Judicii sui. ANNOTATIO RUSTICI. Singulas interlocutiones a foris ita posui ut Acumitensium codex Græcus Latinè continet.

Judicii sui. *Isthic Rusticus scribit in margine*, Annotatio circumducta, *significans his verbis eam loco non suo positam, & ad notam heic adjunctam hæc verba describit:* Judicii sui redditurus est rationem. Cùm personam judicandi non haberet, præsumpsit, synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum est. *Verba sunt Lucentii vicarii sedis apostolicæ, prout extabant Latinè in codice Græco monasterii Acœmetensium.*

quia cùm personam. *Veteres libri:* Cùm nec personam judicandi haberet subripuit. *Codices Parisiensis & Divion. pro* subripuit *habent* subrepit.

quod nunquam licuit. *Libri omnes.* quod nunquam factum est, nec fieri licuit.

Paschasinus vero rever. *Codices Corbei. & Colbert.* Pascasinus vir reverentissimus. *Divion. & Parif.* Pascasinus vir beatissimus, *nisi quòd Divionensis habet in margine*, al. reverentissimus.

Nos contra. *In exemplari Corbeiensi & in Colbertino legitur:* Ista sic est. Nos contra præcepta. *Ita etiam in Divionensi. Sed* Ista sic est *scriptum est supra lineam & heic & paulò post in prosecutione Lucentii.*

instituta. *Tria vetera exemplaria habent* instatuta; *quartum, videlicet Parisiense*, statuta.

prosequi. *Post ista sequitur in codice Parisiensi.* Hæc ergo in Græco interpretata per Veronicianum virum devotum à secretis sacri consistorii, & Dioscoro religiosissimo &c. *Ex quo colligi potest Legatos Papæ Leonis Latinè locutos in synodo fuisse, ut docent etiam gesta hæc infrà pag. 122. editionis Labbeana, quam nos sequimur. Porrò hunc locum prætermisit adnotare Labbeus, qui hoc libro Parisiensi usum se esse sæpe testatur.*

Romanis & reverendissimis. *Tollenda est conjunctio, quæ in nullo veterum exemplarium habetur, neque in Græco contextu.*

Per salutem vos. ANNOTATIO RUSTICI. Omnia quæ adjeci (*id est, in margine*) ex codice Acumitensium transtuli. *Et mox in margine describit aliam interpretationem prosecutionis Eusebii, quam Crabbus quoque posuerat & alii post eum, Romani primi omnium sustulerunt. Sic ergo habet.* Per sanctam trinitatem vos adjuro, quæ custos est Principum, quamque colitis, & in qua baptizati estis, & cujus invocatione salvamini, jubete preces meas relegi. Clementissimi judices, per salutem vos adjuro Imperatorum. Flavianus iniquè occisus est. Clementes judices, miseremini, & adestote fidei quæ violata est à Dioscoro. *Ea extabat Latinè in codice Acœmetensium.*

jubete etiam preces. *Vox etiam superflua est in hoc loco. Deest autem in nostris libris, & in Græco textu.*

in medio eorum, jussione. *Lege*, in medio ex jussione. *Sic vetera exemplaria omnia.*

acceptas ab ipso. *Eadem exemplaria & omnes editiones ante Romanam*, accipiens preces ab eo.

IN EPISTOLA SEU PRECIBUS EUSEBII.

Amatoribus Christi. *In omnibus antiquis legitur tantùm*, Religiosissimis & piissimis Imperatoribus. *Sed quia Rusticus in margine admonuit in codicibus Acœmetensium legi* Amatoribus Christi, *eaque voces aliquando reperiuntur in interiori margine contra primam lineam, ut in codice Corbeiensi, Crabbus, qui simili haud dubiè codice utebatur, putavit illas transferendas esse in textum. quod falsum est. Nam aut* Amatoribus Christi *tantùm legendum est, aut tantùm* Religiosissimis.

humillimo. *Codices Divion. & Parif. habent* humili, *Corbei. & Colbert.* humillissimo.

Intentio & propositum. *Superflua est alterutra istarum vocum, cùm idem significent. In codice Parif. legitur tantum* Propositum. *Sic etiam in Divion. nisi quòd postea supra lineam additum est* Intentio. *Reliqui habent*, Intentio propositum. *Quod cùm videret Crabbus & deesse putaret conjunctionem, reposuit*, Intentio & propositum.

in hoc divinitati. *Omnes veteres libri legunt*, & in hoc divinitati imperare & dominari. *Iidem libri*, imperandi & dominandi.

Pag. 98.

Suavis iste Dioscorus. *Editiones omnes ante Romanam habent:* Suavis iste iste Dioscorus: *Itaque Romani, ut ego arbitror, videntes vocem iste bis positam inutiliter, & non extare in Græco contextu, neque haud dubiè in codicibus Latinis quibus illi utebantur, eam sustulerunt, & sic ediderunt:* Suavis iste Dioscorus. *In exemplari Corbeiensi & in Colbertino legitur:* Suavissimus magnus iste Dioscorus. *In Parisiensi*, magnus iste Dioscorus. *Ita etiam primò scriptum fuit in Divionensi; sed postea supra lineam addita est vox* suavissimus.

ut præcipiatis. *Ita omnes editiones. At omnes antiqui libri habent* clementiam præcipere reverentissimum.

possumus. *Codex Parif. habet* possum, *Divion.* possem. *Melius Corbeien. & Colbert.* possim.

roboratse. *Omnium prima editio Romana nobis protulit hanc lectionem. Nam antea legebatur* roborantem; *nisi quòd in Divionensi scriptum est* renovantem, *& in margine*, al. roborantem.

in nos. *Veteres libri & editiones*, in nobis.

ob quod placuerit. *Prima omnium postrema editio Parisiensis mutavit textum antiquarum editionum, in quibus scriptum est*, ad quod placuerit. *Sic etiam omnia antiqua exemplaria.*

offeremus. *Legendum esse* offeratmus *admonent veteres libri & editiones quæ Romanam antecesserunt.*

sacratissimi. *Ita habent omnia vetera exemplaria. Sed in Corbeiensi & in Colbertino adnotatum est in margine in Græco legi* divinissimi. *Propter hanc causam Crabbus in margine posuit eam variam lectionem.*

monomenta sunt facta. *Veteres libri habent* acta.

Supplico per vestram. *Vox per deest in omnibus antiquis exemplaribus.* Supplico vestram magnificentiam *dixerunt quomodo infra pag. 130. Labbeana* Supplico beatissimum Episcopum & peto religiosissimum Episcopum, *& sicut dixerunt* tuam petimus potestatem *in collatione prima Carthagin. cap. 12. suprà pag. 166.*

pro synodo pridem facta. *Ita omnes editiones & codices Corbeiensis & Parisiensis. Alii habent* per synodo.

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

In hoc loco codex Parisiensis habet hunc titulum.

QVÆ IN EPHESO.

Divæ memoriæ Theodosius Dioscoro religiosissimo Episcopo Alexandriæ.

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores ac triumphatores maximi, semper venerabiles augusti, Dioscoro. Cunctis constitit manifestum quia nostræ reipublicæ status &c. *ut tomo quarto Conciliorum pag.* 99.

VARIÆ LECTIONES.

impartimur. *Omnes veteres libri habent* impertimus.

hominum. *Hæc est vera lectio. Codex tamen Divion. & Parif. habent* omnium. *Sed nos alibi monuimus hæc vocabula persæpe confundi ab antiquis librariis. Vide etiam Muretum in primam Catilinariam.*

metropolitis. *Libri nostri omnes*, metropolitanis.

apud cunctos eminent. *Ita codex Parisiensis, & Divionensis, nisi quòd iste supra lineam habet* præ cunctis. *Corbeiensis & Colbertinus legunt*, præ cunctis apud cunctos emissent.

Deo amicam synodum. *Codices Corbei. & Parif.* verè Deo amicam. *Divion. & Colbert.* vero Deo amicam.

soli vacare Ecclesiæ. *Omnes veteres libri habent* solæ *pro* soli. *Sic scribebant* illo *pro* illi, *&* alio *pro* alii, *ut diximus in Notis ad acta purgationis Felicis Episcopi Aptungitani pag.* 479.

Pag. 102.

absque illo. *Sic sanè constat sensus; & sic primò scriptum fuit in codice Divionensi, sed postea repositum est* illo. *Quo etiam modo habent alii codices manu exarati.*

Zenone & Postumiano. *Veteres libri*, P. C. Zenonis & Postumiani, *quod melius est.*

In hoc loco codex Parisiensis habet sequentem titulum.

QVÆ IN CALCHEDONA.

Constantinus devotissimus à secretis &c.

sacratissimus. *Rusticus admonet in Græco legi* divinissimus. *quæ varia lectio reperitur etiam in margine Crabbianæ editionis.*

Mittite. *Veteres libri semper habent* mitte, *nunquam* mittite.

in pura charta subscripsimus. *Ista explicantur infrà pag.* 111.

multos annos catholicos Augustæ. *Legendum est ut in codice Parisiensi.* Multos annos catholicæ Augustæ. Synodus Theodoritum non suscipit. *Alii codices depravati sunt in hoc loco.*

sacratissimis. *Rursum Rusticus heic admonet in Græco legi* divinissimis, *& in codice Acœmetensium* Christo amicis.

funera. *In codice Parisiensi scriptum est* vulnera, *itemque in Divionensi, in cujus margine legitur*, al. funera. *Apud Facundum, qui hunc locum refert, lib.* 5. *cap.* 3. *scriptum est* vulnera.

ex persona. *Quamvis hæc lectio ferri possit, prefero lubenter eam quam vetera exemplaria & Crabbus in margine demonstrant, in quibus est* ex præsentia. *Eam porrò lectionem adjuvant etiam verba Græca.*

accusatione. *Omnia vetera exemplaria habent* causatione.

quia rectam tenet fidem. *Hæc absunt ab iisdem exemplaribus, & non comparent in textu Græco.*

maximè cùm. *Legendum*, maximè cùm & fine scriptis appareat ei testimonium &c.

Pag. 103.

Orthodoxum synodo. *Exclamatio est admirantium Theodoretum dici orthodoxum in synodo. Quare non inutiliter in codice Parisiensi scriptum est*, Catholicum in synodo.

injuriam dixit. *Omnes veteres libri habent*, qui injuriavit Christum.

Patiamini. *Iidem libri*, Patimini.

Post vocem recitavit, *quæ habetur post altercationem de Theodoreto, Parisiensis & Divionensis codices habent hunc titulum.*

QVÆ IN EPHESO.

Sacræ litteræ scriptæ reverentissimo Episcopo Alexandriæ Dioscoro.

PErvenit ad nostræ serenitatis auditum &c. *ut in eadem pagina* 103.

orientales. *Libri nostri habent* orientalium.

nostræ serenitati complacuit. *Rusticus admonet in Græco esse* divinitati.

Theralli. *Veteres libri habent* in therallo consulatu Protogenis &c. *Vide autem an sit legendum* in Therallo, *an verò* Inthetallo *unico vocabulo.*

Pag. 106.

Eodem tenore. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam habent:* Eodem tenore Iuvenali viro reverentissimo Episcopo Hierosolymorum.

sacro. *Hanc vocem, quæ neque extat in Græco sermone, neque in antiquis exemplaribus & editionibus, huc intulere editores Romani. Inutilem esse hoc probat quòd suprà hic codex nusquam vocatus est sacer.*

Sacræ. *Rusticus admonet in Græco haberi* divinæ.

Domino placita. *Omnes veteres libri habent* Deo. *quod etiam est in Græco.*

Alexandrianis. *Ita Crabbus & libri tres manuscripti. Parisiensis habet* Alexandria. *Sic etiam Surius & editio Veneta; in cujus margine adnotatum est ita:* In nomine Alexandriæ videtur subesse mendum. Nec enim Imperator erat Alexandriæ.

Beronicianus. *Codices Corbeiensis, Colbertinus, & Divionensis:* Et postquam legit, Beronicianus &c. *Sic etiam Crabbus & alii usque ad editionem Romanam.*

Prætorianum. *Hæc vox, quam non esse hujus loci probat sequens epistola ad Proclum, quamque veteres libri non habent, neque veteres editiones, primùm irrepsit ex Romana, haud dubiè quia extabat in Græco contextu. De Notariis Prætorianis vide glossarium Dufresnii.*

sicut probatos. *Rusticus adnotat ista in Græco sic habere*, rectè & mundè ea quæ ad Dominum pertinent colentes quàm etiam.

ullum aliud. *Omnia vetera exemplaria habent* nullum alud.

recitavit sacras. *Quamquam ita habeant veteres libri, ausim tamen affirmare hunc locum sic emendandum esse & interpungendum*, recitavit.

Sacræ litteræ directæ Proclo viro spectabili Proconsuli Asiæ.

SAnctæ quidem synodi &c. *ut in pagina* 107.

Imperatoris epistola. *Epigraphe ista deest in omnibus antiquis exemplaribus. quæ sequentia tantum habent:* Sanctæ synodo Ephesiæ.

sed quoniam beatissimus. *In Græco, ut monet Rusticus, & heic & in locis sequentibus est* religiosissimus.

Pag. 110.

Imperatoris epistola. *Et hic quoque titulus deest in codicibus antiquis.*

Antehac. *Omnes veteres libri habent* Ante hoc.

quæ placuerint. *Iidem libri*, quæ placuerit.

reverentiam. *Ita libri nostri. Sed in margine Corbeiensis & Colbertini Rusticus admonet Græcos habere* religiositatem.

sed etiam alios. *Vox* etiam *in nullo extat eorum codicum quos nos vidimus.*

auctoritatem & primatum. ANNOTATIO RUSTICI. Aperrè contra sedem Romanam.

reverentissimus Archiepiscopus. *Ita omnia exemplaria vetera. Sed in margine Corbeiensis scriptum est,* Deo amicissimus.

Pag. 111.

eodem tempore. *Ante editionem Romanam legebatur*, Eodem tenore Iuvenali reverentissimo Episcopo Hierosolymorum, *ut in libris calamo exaratis. Romani reposuerunt :* Eodem tenore scriptum est etiam Iuvenali &c. *Editio regia :* Eodem tempore scriptum est etiam &c. *Nemo non videt erratum fuisse typographi, neque video quur retentum sit à Labbeo.*

Post vocem Hierosolymorum *codex Parisiensis, cui consentiunt etiam Corbeiensis & Colbertinus, habet sequentem titulum.*

QUÆ IN CALCHEDONA.

Dioscorus. ANNOTATIO RUSTICI. Hic Dioscorus dum omnia Ephesi per se gesta firma esse desiderat, Eutychem quoque ibi absolutum indicat.

sacratissimus. *Ita omnes libri veteres, nisi quòd Corb. & Colb. habent* divinissimus sacratissimus. *Nimirum vox* divinissimus *ex margine migravit in textum.*

beatissimo. *In margine eorundem librorum*, religiosissimo Episcopo.

consensit. *Quidam codices habent hanc lectionem, alii* consentit. *Prior videtur esse melior propter ea qua sequuntur.*

ista extenduntur. *Lego ex fide omnium veterum.* isti extenduntur, quoniam auctoritas ex æquo tribus data est. *Malè ante editionem Romanam legebatur*, quando auctoritas executionibus data est.

Orientales &c. dixerunt. *Veteres libri*, clamaverunt; Nullus consensit. Violentia facta est.

in pura charta subscripsimus. *Vide qua dicta sunt suprà ad paginam* 102. *& qua dicuntur infrà pag.* 114. 130.

qualis synodus est? *Veteres tantùm*, qualis synodus?

Dioscorus ut nos. *Hæc verba usque ad* Homicidam *desunt in omnibus antiquis exemplaribus, ubi tantùm legitur :* Milites propter hoc accepit. Homicidam foras mitte. *Itaque reliqua videntur esse ex glossemate.*

deposuerunt. *Codices Paris. & Divion. habent* interemerunt. *Sed in margine Divionensis scriptum est,* al. deposuerunt.

in medium. *Omnes libri veteres habent* in medio.

nolentes. *Quidam codices habent* volentes. *Et hæc quoque lectio bona est.*

Elpidium. *Vetera exemplaria semper scriptum habent* Helpidium.

usque trecenti numero. *Ita tria vetera exemplaria. At Parisiense habet*, usque trecentorum numerum.

Dico ego : Xenodochus. *Omnes libri veteres.* Dico ego : Ego Xenodochus sum.

violentiam. *Iidem libri*, violentias.

Per homines ejus. *Codices Corb. & Colb. habent :* Omnes ejus. *Divionensis*, Homines; *& in margine*, al. omnes. *Paris.* Ab hominibus ejus & comitibus non sum permissus egredi.

Pag. 114.

subscripsi sententiæ. *Codex Divion. habet* subscripsi conscientia. *Reliqui*, subscripsi cum conscientia.

domini Thalassii. *Omnes libri*, domni.

reverentissimus. *Ita exemplaria Corb. & Colbertinum. Parisiense & Divion. habent* beatissimus, *nisi quòd Divionense habet in margine*, al. reverentissimus.

In secretario. *Omnia vetera exemplaria habent* in sacra.

orthodoxis. *In omnibus antiquis exemplaribus & editionibus ante Romanam legebatur* orthodoxos. *Romani mutarunt.*

homines judices. *Hæc transposita sunt. Legendum* judices homines, *ut in antiquis libris.*

exterrerent. *Iidem libri*, terrerent.

vicina Nestoriana. *Tres antiqui codices habent* Nestorii, *Corb.* Nestorio.

In duo separate. *Omnia vetera legunt*, In duo facite.

ut terrore. *Ita etiam codices Corb. & Divionensis. At Colbertinus & Paris.* ut errore.

verebatur. *In omnibus libris antiquis & in editionibus ante Romanam scriptum est* verens.

& non ei solum. *Codex Paris.* & non esset ei reliquum periculum, sed baptizatis & fidelibus Christi, & non oportuit. *Reliqui*, & non ei esset periculum, sed baptizatis & fidelibus Christi & his qui in Christo crediderunt. *Sic etiam in editionibus qua præcesserunt Romanam.*

præscribentes. *Hæc est lectio codicum Divion. & Colbertini. Reliqui & veteres editiones habent* perscribentes.

clamantium & conturbantium. *Codices Paris. & Divion.* clamantium multùm & conturbantium. *In margine Divionensis adnotatum est alibi legi* multorum. *Sanè Corb. & Colb. habent* multorum.

eramus. *Divion. & Paris.* fueramus. *Porrò malè in editionibus Romana antiquioribus legebatur*, eramus omnes in Constantinopolitana synodo. *Rectè igitur Romani deleverunt quæ isthic dicuntur de synodo Constantinopolitana. Non extant enim in nostris exemplaribus.*

quid essemus facturi. *Codex Divion.* ignorantes quid essemus facturi. *Sic tamen ut vox* ignorantes *addita sit supra lineam.*

In sanguine nostro. *Ita tria vetera exemplaria. Parisiense*, In sanguinē nostrū.

una voce. *Duo codices habent* una voce, *alii duo* unam vocem.

dixerunt. *Hæc est lectio codicum Paris. & Divion. nisi quòd iste habet in margine*, al. dejecerunt. *quæ postrema lectio extat in Corb. & in Colbertino.*

Ægypti & qui cum ipsis reverendissimi. *Codex Paris.* religiosissimi.

Pag. 115.

ordinarit. *Omnes veteres libri habent* ordinavit.

QUÆ IN EPHESO.

Tempore Zenonis. *Insolens loquendi modus. Itaque veteres omnes codices sic habent* P. C. Zenonis

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

& Postumiani virorum clarissimorum, sub die VI. Idus Augustas.

religiosorum & Christianiss. *In antiquis editionibus & in omnibus libris nostris, si Parisiensem excipias, legitur*, religiosissimorum & Christianorum Deo amicissimorum & amantium Christum Imperatorum. *Verùm puto posteriores editiones esse castigatiores*, & Deo amicissimorum & amantium Christum *esse ex varia lectione adnotata in margine. Sanè hæc verba addita sunt supra lineam in libro Divionensi.*

Iuliano. *Codices Divion. & Parif. habent* Iulio, *ceteri* Iuliano. *Vide quæ de hoc argumento dicta sunt suprà pag.* 983.

agente vices. *In libro Corb. & in Colbertino legitur*, agente vices tenente locum. *Simili ergo usus est Crabbus: qui cùm non animadverteret alterutram istarum locutionum esse delendam, conjunctionem inter eas posuit. Meliùs Divionensis & Parisiensis, qui habent tantùm* agente vices. *Altera interpretatio irrepsit è margine.*

QVÆ IN CALCHEDONA.

Et cùm legerentur, orientales &c.

QVÆ IN EPHESO.

& Iuvenale Hierosolymorum. ANNOTATIO RVSTICI. Contra canones Nicænos Antiochenum postposuerunt Hierosolymitano, pessimè.

Anatolium primum habemus. ANNOTATIO RVSTICI. Hæc post synodum à sancto Leone specialiter evidenterque cassata sunt.

Mittite. *Rursum admonemus vetera exemplaria ferè semper, ut heic, habere* mitte, *non* mittite.

QVÆ IN EPHESO.

& Stephano Ephesi; & Thalassio Cæsareæ &c.

Pag. 118.

Larissæ Syriæ. *Vox* Syriæ *deest in omnibus antiquis codicibus & in textu Græco.*

reverentissimi Episcopi domni. *Lege cum iisdem codicibus & textu Græco*, domni reverentissimi Episcopi Apamiæ.

Trogmadorum. *Omnes veteres habent* Prognadorum.

Damasci. *Postea sequitur in antiquis libris & editionibus usque ad hanc postremam Parisiensem*, & Iuliano Tabiæ. *Sic ergo restituendus hic locus.*

Lydiæ. *Codices Corb. & Colb. habent* Lyddon, *reliqui duo* Lyhdon.

Claudio Anchiaxi. *Codex Divion.* Claudio Antiasmo veteris Epiri, *Parif.* Cladeo Anciasmo, *reliqui* Cladeo Anchiesmi.

Larissæ Macedoniæ. *Vox* Macedoniæ *non habetur in antiquis exemplaribus.*

Maroncæ Rhodopæ. *Legendum cum veteribus libris*, Maroniæ provinciæ Rhodopæ; *& omittenda vox* Macedoniæ, *quam non habent iidem libri.*

Thessaliæ. *Hæc vox deest etiam in codicibus manu scriptis.*

Philipporum. *Veteres libri & heic & alibi*, Philippi.

Toperi. *Rectè. Libri tamen nostri habent* Dobero *vel* Dovero.

Deriensi. *Iidem libri*, Serrense, Serenensae, Serreo.

Berrhœæ. *Tria vetera exemplaria legunt* Beriæ, *Divionensis* Beroae.

Remessianensi. *Codex Parif.* Remissianense Daciæ Meditensis.

Osdroenæ. *Duo codices habent* Osroinæ, *alii* Osdroinæ *&* Ostroenæ.

Majumensis. *Omnes libri nostri simpliciter* Majumæ. *Sic etiam alibi.*

Minoidis. *Veteres editiones & codices Corb. & Colb.* Minoidæ, *Parif.* Minedæ, *Divion.* Menedæ.

Barachia Oruxæ. *Meliùs libri nostri*, Baruchio Sozusæ Palæstinæ. *Vide infrà ad paginam 267. secundo.*

Phaneensis. *Codices Corb. & Colb.* Phainatus, *Divion.* Famuthae, *Parif.* Faunutech.

Constantino. *Omnes veteres libri & editiones habent* Constantio.

Pellensis. *Iidem libri* Pelles *tantùm.*

Fœderatorum. *Libri nostri retinuerunt vocem Græcam. Corbeiensis & Colbertinus legunt* hypospondon, *quæ est vera lectio; alii* hypósponte. *Vide infrà pag.* 321.

Platearum civ. Helladis. *Veteres libri*, Plateatum provinciæ Helladæ.

Egaræ. *Meliùs libri nostri, qui* Eglis *habent vel* Ægelis.

Adramytinæ civitatis. *Legendum simpliciter* Adramyti, *ut in vetustis exemplaribus.*

Thiensis civitatis. *Eadem vetera exemplaria habent* Georum, Geion *aut* Geinæ.

Ebaganensis. *Malè habitus est hic locus. Legendum itaque* Evazon, *ut in vetustis codicibus.*

Trallium. *Omnes libri habent* Tralles.

Chrysanto Balceæ civitatis. *Iidem libri*, Crisantio Dagi. *quod est melius.*

Gabalorum. *Iidem libri & antiquæ editiones*, Gabalæ.

Pag. 119.

Chersonesi civitatis. *Vetera exemplaria non habent* civitatis, *& legunt* Chersonisæ.

Arsinoitensis civitatis. *Eadem exemplaria* Arsinoiti *tantùm. Sic etiam paulò pòst* Helearchiæ *tantùm. Et sic de aliis, ne singula commemorare cogar.*

Hermopolis majoris. *Codices Divion. & Parif.* Hermopolis megalis.

Babulinæ. *Legendum esse* Babyloniæ *docent antiqua exemplaria.*

Cleopatridis. *Veteres*, Cleopatridæ.

Pasineio. *Corb. & Colb.* Pasimio Parale, *Parif.* Passimio Paralac, *Divion.* Passimeio Parale.

Zeutyrenæ civitatis. *Lege ex fide veterum exemplarium & textus Græci* Teuchiton.

Zosimo Sozusis. *Corb. Divion. & Colbert.* Sosia Sozusis. *Parif.* Sosio Sezusis.

Ticeliæ. *Difficile est divinare quonam modo legendum sit in hoc loco. Nam codices Corb. & Colbertinus habent* Tisale, *Divion.* Tiselæ, *Parif.* Tissilæ. *In Græco est*, τ̃ Λέα. *Sed Græcum textum suspicor esse corruptum. Tametsi enim libri Latini varient, retinent tamen literam* l. *Quod indicare potest legendum esse* τ̃ Λέας

Cyrenensis civitatis. *Tres veteres libri habent* Cyrinis, *Divion.* Cirrinnis.

Zygrensis civitatis. *Codex Corb. & Colbert.* Zygron, *Divion.* Zygrim, *Parif.* Zyngron.

Zagylensis civitatis. *Corb. & Colbert.* Zagileon, *Divion.* Zaguleon, *Parif.* Zaugulcon.

Quæ gesta sunt in Epheso &c. *Hic titulus deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus ante Romanam.*

in perpetuum. *Quamvis istud non sit magni momenti, admonebitur tamen in libris nostris legi* in perpetuo.

consonuerunt. *Haec est lectio codicum Divionensis & Parisiensis. At Corb. & Colb. habent* consonaverunt.

Christianissimorum. *In margine libri Corb. scriptum est*, Deo amicissimorum.

Pag. 122.

Theodosii & Valentiniani. *Titulus iste deest in libris nostris.*

Victores ac triumphatores. *Eodem modo legitur in exemplari Divionensi. Reliqui & antiqua editiones habent*, victores triumphatores.

& reliqua quæ sup. habentur. *Libri nostri*, continentur. *Labbeus in margine monuit reliqua extare suprà pag. 107. sed falsus est. Extant enim pag. 99.*

Iulianus. *Omnia vetera exemplaria habent* Iulius. *Quod miror admonitum non esse à Labbeo, qui Parisiensi usus est & Divionensi. Vide suprà in annotatis ad caput XII. epistolarum quæ ante gesta præmissa sunt pag. 1017. Hæc porrò prava lectio ita imposuit summo viro Cardinali Baronio ut cùm arbitraretur heic nominari Iulianum Episcopum Coensem, miretur hominem Graecum inter Graecos per interpretem locutum esse in synodo, & id referat ad excellentiam Romanæ Ecclesiæ.*

agens vices. *Corb. & Colb. habent in margine*, tenens locum.

Lydiæ. Ita veteres editiones. *Codex Divion. habet* Lybdiæ, *Paris.* Lybdæi, *Corb.* Lybdæ, *Colb.* Liddæ. *Sed infrà Paris. legit* Lybdiæ. *Vera lectio est ea quam præferunt editiones. Fuit enim Episcopus metropolitanus Sardeorum Lydiæ, ut docent sequentia.*

Eodem tenore. *Codices Corb. & Colb.* Simili tenore.

Papa Romanæ Ecclesiæ. *Hæc est vera lectio, quam confirmant vetera exemplaria. Sanè Divionensis, quo usus est Labbeus*, habet Romanus Ecclesiarum, *quam lectionem inutili conatu notavit in margine idem Labbeus; sed non adnotavit à manu antiqua emendatum esse in margine ejusdem veteris exemplaris*, Romanæ Ecclesiæ.

Lydorum. *Emenda ut dictum est paulò suprà.*

Gloriosissimi. *In marginibus exemplarium Corbeiensis & Colbertini sic adnotatum est à Rustico.* In Græco codice....... omnia hæc de Imperat. singulariter habet.

beatissimum Episcopum. *Divion. & Colbert.* beatissimum Papam nostrum.

ut huic venerabili. *Codex Parif.* ut ad hoc venerabile & sanctum Concilium adesset.

supplicarunt. *Omnes veteres habent* supplicaverunt.

aliqua similitudo. *Codex Paris.* aliquid simile. *id est* .'aliquod exemplum, *ut notat Rusticus in margine codicum Corbeiensis & Colbertini.*

Papa perpetuæ sanctissimæ. *Mirum est hanc pravam lectionem retentam fuisse à viris doctis, præcipuè verò à Labbeo, qui Divionensi & Parisiensi exemplaribus usus est, in quibus legitur*, Papa sanctæ sedis adfuit.

in vobis. *Omnes editiones ante regiam habebant* in nobis, *rectè sanè. Tum verò typographorum errore irrepsit prava lectio quam Labbeus retinuit. Et tamen idem Labbeus rectè monuit in Graeco scribendum omnino videri* ... *pro* .... *Libri nostri omnes habent* nobis.

concilio. *Omnia vetera exemplaria legunt* conciliis, *nisi quòd in margine Corbeiensis & Colbertini annotatum est alibi legi* concilio.

suscipi. *Eadem exemplaria & antiqua editiones* suscipere.

Suscipiantur. *Ad hunc locum sic rescripsit Rusticus in margine.* Prævaricatio Dioscori, suscipi epistolam Papæ à synodo & non relegi. *Vide infrà ad paginam 127.*

Aliæ divinæ. *Veteres libri*, Alteræ divinæ.

Hierosolymorum. *Iidem libri*, Hierosolymæ.

inserantur. *Antiqua editiones habebant*, videantur fidei monumenta. *Romani emendarunt*, inserantur fidei monumentorum. *Omnia vetera exemplaria præferunt* indantur fidei monumentorum. Et cùm legerentur,

QUÆ IN CALCHEDONA.

Ætius Archidiaconus &c.

Si enim fuisset lecta. *Codex Corb.* Si enim fuisset lecta per omnia, per per omnia & contineretur. *Sic etiam omnes editiones ante Romanam, nisi quòd vocem* epistola *addidunt inter* lecta *&* per. *Lectionem vulgatam, quam in nullo veterum exemplarium reperi, debemus diligentia Romanorum. Ceterum hæ duo vocabula*, in monumentis, *neque in Graeco habentur, neque in antiqua versione Latina.*

retenta ab eo. *Quidam libri*, sed retenta est ab eo.

Constantinopolis. *Divion. & Paris.* Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

Pag. 123.

coram omnibus. *Hæc lectio primùm prodiit in editione Romana. Alia enim, cui consentiunt & omnia antiqua exemplaria manuscripta, habent* ante omnes. *Gallicè*, devant tous.

clementia. *Ita omnes veteres libri & omnes editiones. At Rusticus admonuit in Graeco haberi* summitate.

præcedente. *Veteres editiones habent* procedente. *Quo etiam modo legitur in codice Corbeiensi & in Colbertino. Reliqui duo & editio Romana.* præcedente.

Beatissimum Episcopum Iuvenalem. *Ante Romanam editionem legebatur:* Beatissimum, Deo colendissimum, (quod ubique religiosissimum posui) Episcopum Iuvenalem. *Rectè autem fecere Romani, qui hæc synonyma sustulerunt. Nam tametsi lectio quæ habetur in antiquis editionibus nitatur etiam auctoritate codicum Corbeiensis & Colbertini nihilominus certum est synonyma illa è margine in textum migrasse. quod & textus Graecus ostendit. Sanè in Divionensi legitur tantùm*, Beatissimum Episcopum Iuvenalem; *sed in margine adduntur ea verba quæ nos diximus rectè à Romanis fuisse sublata. Adnotatio est Rustici, qui ait alibi legi* Deo colentissimum, *se verò ubique posuisse* religiosissimum.

Eusebius reverendissimus. *Vox* reverendissimus *in nullo veterum exemplarium extat quibus nos usimur, neque in antiquis editionibus. Addita est in Romana.*

Dicat beatissimus. *Rusticus admonet in Graeco esse* Deo amicissimus.

Hierosolymorum. *Sic habet codex Divionensis. Reliqui*, Hierosolymæ.

religiosissimorum. *Rusticus admonet in Graeco legi* εὐσεβεστάτων.

Sub Dioscoro. *Certum est hanc lectionem esse veram, esse bonam certum non est. Etenim qui antiquam synodi Chalcedonensis interpretationem Latinam edebant, emendare eam debebant ad codices Latinos, non ad Graecos. Atenim in omnibus Latinis legitur* Quæ in Ephefo, *aut* Quæ Ephesum. *Et editiones antiquæ:* Ephesi acta.

QUÆ IN EPHESO.

Iohannes Presbyter & primicerius Notariorum recitavit &c. *ut in pagina 126.*

sacras,

ſacras. *Ruſticus monet in Græco eſſe* divinas.

unde decenter. *Codices Corb. & Colb.* conſequenter interſit.

ſanctæ ſynodo. *Hæc verba, ut monet Ruſticus, non habentur in Græco.*

Elpidius. *Veteres libri ſemper habent* Helpidius.

Venerandus. *Qui fuerit in his noſtris ſtudiis vel mediocriter verſatus, ſatis intelliget hoc epitheton nunquam fuiſſe tributum Comitibus palatii. Error ortus ex more ſcribendi per notas. Qui enim primi hæc geſta ediderunt, quum legerent us in veteribus libris, neque noſſent harum notarum ſignificationem, malè explicarunt. At Labbeum, qui in codicibus Divionenſi & Pariſienſi legebat* vir ſpectabilis, *miror pravam lectionem retinuiſſe. Eadem medicina adhibenda eſt quibuſdam locis quæ infrà occurrent.*

negliget. *Legendum*, negligit, *ut habent meliora exemplaria.*

armis bene geſta ſunt. *Ita repoſuerunt editores Romani. Nam antea legebatur*, armis reguntur. *Quo etiam modo habent antiqui codices. Porrò Ruſticus heic in margine poſuit vocem Græcam* [illegible], *ſed valde corruptam vitio veterum librariorum.*

quaſi pro dæmonibus. *Prava lectio. Lege enim antiquis exemplaribus*, utpote a dæmonibus ſacerdotium & non magis à divina pietate ſuſcipiens.

piiſſimus. *Admonitio Ruſtici ex Græco*, diviniſſimus.

qui ſub vobis pietate. *Editiones Romana antiquiores*, qui à vobis pro pietate. *quam lectionem eſſe bonam oſtendit codex Divionenſis. Alii habent* proprietate. *Sed iſta falſa lectio oſtendit eam bonam eſſe quam veteres editiones repræſentant.*

& honorat poteſtate. *Veteres editiones*, & honorat poteſtate decreti, inveniens ut vos de ſe juſta judicantes. *Codices Corb. & Colbertinus*, & honori & poteſtate decreti inveniens ut vos de ſe juſta judicantes. *Et in margine Ruſticus admonet Græcos codices habere* poteſtatibus decretorum. *Codex Pariſ.* & onerat poteſtatem.

ſententia & Dei. *Dele conjunctionem, quæ in nullo veterum librorum extat.*

cùm eſt in gloria Dei. *Meliùs veteres editiones*, non confitentur cum in gloriam Dei. *Codex Pariſienſis habet*, non confitentur cum in gloria credi. *Reliqui*, non confitentur cum in gloriam credi.

venerandus. *Legendum* vir ſpectabilis, *ut paulò antè monuimus.*

& quod ſuperiùs continetur. *Jugulanda conjunctio, quam nullus vetus liber habet, neque extat in antiquis editionibus, neque demum in Græco.*

Pag. 127.

& legatur. *Libri Pariſ. & Divion. habent* percurratur; *ſed iſte habet in margine*, al. legatur. *In margine porrò veterum exemplarium Ruſticus iſta adversùs Dioſcorum annotavit.* Quare ſic de epiſtola ſancti Leonis non fecit? *Nam cùm ſuprà pag. 122. editionis Labbeanæ in prædatoria illa ſynodo Epheſina Hilarus Diaconus oſtendiſſet litteras ſancti Leonis, & eas ſuſcipi & recenſeri petiiſſet, Dioſcorus ſuſcipi quidem juſſerat, legi non juſſerat.*

ſcriptæ ſynodo in Epheſo. *Veteres libri*, ſcriptæ in Epheſo ſanctæ ſynodo.

utpote innovante. *Ad hunc locum iſta annotavit Ruſticus.* Nota quia compoſitor geſtorum hæc dixit. *Unde colligere poſſumus hæc verba non eſſe ſynodi, ſed illius qui geſta in ordinem digeſſit.*

quæ ſunt autem. *Codices Divion. & Pariſ.* quæ ſunt interim.

proveniant. *Ruſticus heic adnotat Græcos codices habere* [illegible].

Iulianus. *Rurſum vetera exemplaria omnia, (ſi Colbertinum excipias, in quo mendosè ſcriptum eſt* Iuvenalius) *habent* Iulius. *Vide quæ ſuprà dicta ſunt ad caput* XXI. *epiſtolarum quæ ante geſta præmiſſæ ſunt pag. 1017.*

determinare. *Codices Divion. & Pariſ.* terminare, *Corb. & Colb. malè*, certaminare.

temporum legantur ea. *Omnes libri noſtri legunt*, tempus oriatur ad agendum ea. *Sic etiam editiones Romanæ antiquiores.*

Conſtantinopoli motis. *Codices Corb. & Colb.* in Conſtantinopolim motis. *Divion. & Pariſ.* aliqua in Conſtantinopolim mota ſunt.

Liquida. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam & heic & paulò poſt habent* aliqua. *Romani ergo verſionem Latinam emendarunt ope Græci textus.*

Si quis innovat, anathema ſit. *Heic ita adnotat Ruſticus in margine*, Contra ſeipſos ibi erunt. Duæ naturæ Deus & homo. Ibi unus in utroque loquitur filius. *Vide infrà ad ſimilem notam.*

Et cùm legerentur,

QUÆ IN CALCHEDONA.

orientales & qui cum ipſis reverentiſſimi Epiſcopi clamaverunt: Iſta non diximus &c. *ut in eadem pagina 127.*

Iſta non diximus. *Hæc eſt lectio codicum Corbeienſis & Colbertini & omnium editionum. At Pariſienſis & Divionenſis habent*, Iſta nemo dixit. *Divion. in margine*, al. Iſta non diximus.

aut ſi quis cognovit. *Omnes editiones ante Romanam legunt* aut quis cognovit. *Sic etiam omnia vetera exemplaria.*

monumenta. *Eadem exemplaria ſemper ſcribunt* monimenta.

Pag. 130.

religioſiſſimi Epiſcopi Iuvenalis ſui. *id eſt, notarii Iuvenalis exceperunt ea quæ ab illo dicta ſunt. Itaque neceſſe non erat ut editores Romani textum Latinum reducerent ad Græcum, ſua monentes in margine ſcribendum eſſe pro* ſui, *quia in Græco legitur* [illegible].

Epiſcopi Corinthi. *Nulla hactenus mentio facta eſt iſtius Epiſcopi, & tamen ponitur inter exempla.*

perquiri. *Codex Pariſ.* perquirere.

deleverunt. *Idem codex*, abſterſerunt.

& neque eorum actorum. *Vox* eorum *deeſt in omnibus antiquis exemplaribus.*

Euſebius. ANNOTATIO RUSTICI. Nota Euſebium dixiſſe ſanctæ ſynodi contra Franconianum.

Legatur profeſſio. *Ita omnes libri veteres & editiones. Editores Romani poſuerunt in margine* depoſitio, *ut ſignificarent quid hoc loco ſignificet* profeſſio.

uſque ad veſperam. *Veteres*, uſque enim veſperam *vel* veſpera tenuerunt nos.

ſed milites. *Iidem libri*, ſed milites nobis & monachos cum fuſtibus & gladiis ſuperimpoſuerunt, & ſic fecerunt nos ſubnotare.

ex eadem ſceda recitavit. Et cùm veniſſet ad locum ubi dicit,

QUÆ IN EPHESO.

Dioſcorus reverentiſſimus Epiſcopus Alexandriæ dixit. Ego pro ſatisfactione &c. in Nicæa & in Epheſo convenerunt &c.

Hoc mundum ſalvat. ANNOTATIO RUSTICI: Hic ratio ſufficienter redditur loci ſuperioris ad ſignum hoc

Vuu

Et cùm legerentur,

QUÆ IN CALCHEDONA.

Eusebius reverentissimus Episcopus &c. *ut pag.* 131. ex eadem sceda recitavit.

QUÆ EPHESI.

Dioscorus reverentissimus Episcopus Alexandriæ dixit. Etsi duæ dicuntur synodi, tamen ad unam pertinent fidem. *Codices Divionensis & Paris.* tamen unam continent fidem. *Sed in margine Divionensis scriptum est*, al. ad unam pertinent fidem.

voces vestras. *Ita codices Paris. & Divion. nisi quòd iste habet in margine*, al. nostras. *Corb. & Colb. legunt* nostras.

suscipit. *Paris. & Divion.* suscipit, *alii* suscepit.

placibile. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam habent* placabiles.

præter ea quæ. *Omnes veteres libri & heic & paulò post*, præter quæ.

Si autem in Dominum. *Veteres libri & editiones Romana antiquiores*, in Domino. *Quo etiam modo legitur in vetustissimis sacrorum bibliorum exemplaribus manuscriptis bibliotheca Colbertina.*

retractat ea, spiritus cassat gratiam. *Codices Divion. & Paris.* Qui retractat spiritum, cassat gratiam.

Per te vivunt patres. *Omnes veteres libri legunt* vivent. *Sic etiam veteres editiones omnes. Romani mutaverunt.*

Et cùm legerentur,

QUÆ IN CALCHEDONA.

Theodotus reverentissimus Episcopus Claudiopolis &c.

Ex confessis. *Divion. & Paris.* Ex manifestis. *In margine Divionensis scriptum est*, al. confessis.

ex eadem sceda recitavit.

QUÆ IN EPHESO.

Helpidius vir spectabilis Comes dixit: Patefactum est &c. *Ad hunc locum ista in margine annotavit Rusticus.* Dioscorus ante audientiam restituit Eutycen.

consentientibus & laudantibus. *Ita scripsere Romani. Nam antea legebatur*, consentientium & laudantium, *qua est lectio omnium veterum exemplarium.*

scriptæ sunt vobis sacræ literæ. *Hanc quoque lectionem debemus iisdem editoribus Romanis. Antiquiores enim editiones & vetera exemplaria omnia habent* scriptum est vobis sacris litteris adesse. *In margine Divionensis additur*, divinis.

religiositatem. *Divion. & Paris.* reverentiam.

Consequens est. *Ita omnes editiones. Crabbus verò reposuit in margine*, Consequenter. *Sani omnes libri veteres sic habent.* Consequenter *dixerunt quo modo* decenter. *Vide suprà pag.* 389. 392. *& alibi passim. Eodem modo dicebant* consequentiam regularem, *id est, secundum regulas, consentaneè canonibus.*

Pag. 134.

laboravi cum sancta synodo. ANNOTATIO RUSTICI. Eutyches testatur laborasse se pro sancta synodo Ephesina. *Vide suprà cap.* 203. *synodici adversus Tragœdiam Irenæi pag.* 909. *& infrà in actione quarta Concilii Constantinopolitani sub Flaviano edita in actione prima Concilii Chalcedonensis.*

jubete eum. *Veteres libri*, & jubete eum.

Libellus confessionis. *Titulus ille non extat in antiquis exemplaribus.*

Sanctissimæ. ANNOTATIO RUSTICI. Principium libelli Eutychis lecti Ephesi.

Domini amantissimæ. *Melius veteres editiones*, Domino amantissimæ. *Codices Corb. & Colb.* Deo amicissimæ, *Divion.* religiosissimæ, *Paris.* reverentissimæ.

non acquievi contra eam quæ. *Veteres libri omnes*, non acquievi præter quæ.

steti. *Nullus veterum librorum habet hanc lectionem. Divionensis & Paris. legunt* studui, *reliqui* studii. *quod idem est.*

Expositio fidei Eutychis. *Hunc titulum non inveni in antiquis exemplaribus.*

homousion patri. *Codices Corb. & Colbert.* homousion & patri.

& quia ex non extantibus. *Veteres libri & editiones ante Romanam*, & quia ex nullis extantibus.

catholica & apostolica. *Paris. & Divion.* catholica fides & apostolica Ecclesia.

Pag. 135.

cujus præsul fuit. *Vide synodicon adversus Tragœdiam Irenæi cap.* 223. *pag.* 934.

definitionem protulit. *Extat suprà in gestis Ephesini Concilii cap.* 28. *pag.* 480.

præter istam. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam habent* præter ista. *quod melius est.*

minuerit. *Codices Corb. Divion. Colbert.* invenerit, *Paris.* adinvenerit. *Vulgatam lectionem respuunt verba antiqua versionis Ephesini Concilii ad qua hoc loco respicit Eutyches, ubi sic legitur:* Præsumentes autem proferre aut componere fidem alteram &c.

Et cùm legerentur,

QUÆ IN CALCHEDONA.

Eusebius reverentissimus Episcopus Dorylæi &c.

Numquid habet, quia regula. *Sic legendus & interpungendus est hic locus, quemadmodum & in antiquis editionibus:* Numquid habet quia regula est, non est regula? Aliud est regula, & aliud diffinitio?

ex Maria. *Legendum heic & paulò post* & Maria, *ut docent omnia vetera exemplaria & editio Crabbi. Vide paulò post.*

additum est in symbolo. ANNOTATIO RUSTICI DIACONI. Nota & hic quia plenissimæ adjectionis ratio redditur super sanctum Concilium Nicænum.

effugit de spiritu sancto. *In hoc loco ita adnotat Crabbus.* Circa illud, *effugit de sancto spiritu & Maria virgine*, in exemplari priùs scripto habebatur, *ex Maria virgine.* Quo accipitur argumentum eam mutationem non carere singulari intellectu.

ut ne omnino unionem. *Ita editiones omnes. Sic etiam codex Corb. nisi quòd* unitionem *habet. Paris.* ut nemo omnino unitatem. *Divion.* ut ne omnino unitatem, *& in margine*, al. unitionem. *Colbertinus mendosè*, ut omni unitione.

Etenim sancti patres. *Editores Romani putantes scholion heic adjectum à Crabbo Crabbi esse, illud sustulerunt, ita opinati quia non habebant vetusta exemplaria similia illi ex quo sua descripsit Crabbus. Non est autem Crabbi scholion illud, sed Rustici Diaconi, ut docent libri nostri. Sic ergo habet.* In Græco propriè ita est. Sancti patres qui postea fuerunt id quod est incarnatus est, quod dixerunt sancti patres in Nicæa &c.

Nemo suscipit adjectionem. ANNOTATIO RUSTICI, *quam etiam posuit Crabbus.* Hic Ægyptii & qui cum ipsis excludunt synodum, locum faciendo hæreticis.

teneant, catholicus. *Codices Divionensis & Paris.*

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

fensit heic quoque interserunt quæ infrà de spiritû sancto dicuntur, hoc modo. Quæ in Nicæa constituta sunt teneant, quæ de spiritu sancto teneant. Catholicus &c.

Adjectionem nullus suscipit. *Divion.* suscepit. *& in margine*, al. subscripsit. *Corbeiensis & Colbertinus habent* subscripsit.

magistrianus. *Hoc vocabulum deest in exemplari Parisiensi.*

ex eadem scheda recitavit.

QVÆ IN EPHESO.

Et omnes enim sanctos patres &c.

Manem. *Sic reposuerunt qui editionem regiam curaverunt, cùm antea legeretur* Manichæum. *Sanè Rusticus admonuit Græcos codices habere* Μανῆν. *Retinendam tamen esse veterem lectionem docet consensus veterum librorum & editionum.*

de cœlo descendisse. ANNOTATIO RUSTICI. Hinc probatur Dioscorus sciens favisse errori Eutychis.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

Eusebius reverentissimus Episcopus Dorylæi &c. *ut pag.* 138.

Fugit quidem illud. *Omnia vetera exemplaria* : Fugit quidem quod de cœlo, unde autem non addidit. *Divionensis habet* tamen *pro* autem. *& in margine*, ah autem.

Per potestatem. *In omnibus veteribus libris & editionibus ante Romanam sic legitur:* Diogenes reverentissimus Episcopus Cyzici dixit, Vnde ergo, dic. Per potestatem vestram &c.

Domine. *Veteres libri*, Domne. *Sic infrà*, domnus Eusebius.

concessit. *Divion.* consensit.

Episcopus Isauriæ. *Lege*, Episcopus Seleuciæ Isauriæ. *Sic enim habent omnes veteres libri & editiones ante Romanam. Et tamen vox* Seleuciæ *extat in textu Græco. Romani cogitaverunt expungere vocem* Isauriæ, *qua non habetur in Græco, & eam relegare ad marginem. Inconstantia factum est ut Seleuciam acciperent pro Isauria.*

dimitti istud. *Codex Divion* dimitti isti toti.

Religiosissimus Episcopus Basilius *Idem codex*, Reverentissimus. *& in margine*, al religiosissimus,

Si verò Eutyches. ANNOTATIO RUSTICI. Et hic satis ambiguè de Eutyche Dioscorus dixit & arroganter nimis.

neque pro quolibet curo *Codices Corb. & Colb.* neque procuro quolibet. *Divion & Parif.* neque procuro alicui nisi meæ animæ & rectæ & sinceræ fidei.

convenerunt. *Codices Corb. Colbert & Parif. habent* consederunt.

arguit *Divion & Parif.* arguerat.

in duabus naturis cognitum *Crabbus heic ista adscripsit in margine.* Initium certaminis de duabus naturis Christi. *quæ retenta sunt in editionibus Surii & Nicolini. Romani sustulerunt, putantes haud dubiè frivolam esse illam annotationem. Non est autem Crabbi, sed Rustici, ut docemur ex antiquis exemplaribus.*

Impartibilem ANNOTATIO RUSTICI. Dogmatizant. Impartibilem apertè posuit, non à parte, quia propriè sic habet,

Impartibilem. *Liber Divionensis & Parisiensis paulo aliter legunt:* Indivisibilem nemo dividat.

anathema partienti. *Iidem libri*, anathema separanti. *Ita etiam paulo pòst.*

Eutychi. *Iidem libri*, Eutichii.

nolite partiri, *Ibid.* nolite dividere, indivisibilem nolite separare

deitate perfecta. *Eadem exemplaria*, in deitate perfecta.

alteram verò ex matre. *Ibid.* alteram verò secundùm carnem ex matre accipiens.

Pag. 139.

filius Dei filius hominis *Ita editiones omnes & codex Parisiensis. Ceteri legunt*, filius Dei & filius hominis.

unus quidem. *Codices Divion. & Parif. habent* quidam. *quod melius videtur. Et sic etiam edidere Romani Sic etiam in editione regia*

in medium *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam*, in medio

Ecclesiam conturbavit *Iidem libri omnes & editiones Romanæ antiquiores habent* Ecclesias. *Infrà pag.* 143. factam ubique sanctis Ecclesiis perturbationem:

incidite. *Divion. & Parif.* dividite. *Divion. in margine* al. incidite

Eusebio : Dicis duas. *Divion* Eusebio si dicis duas *Parif* Eusebio si dicis duas

inseparatas. *Divion.* indivisas. *& in marg.* al inseparatas.

Manifestum enim. *Omnes veteres* : Manifestum est enim quia aliud est deitas ejus.

Et sic catholicè. *Rusticus admonet Græcos habere* orthodoxè.

Basilius reverendissimus *Post interrogationem Basilii desunt nonnulla apud Evagrium usque ad locum ubi orientales clamant*, omnes peccavimus. *Quo factum est ut vir doctissimus Henricus Valesius suspicatus heic sit Basilium & eos qui cum illo erant interrogatos fuisse à judicibus, cùm tamen ex actis synodi & ex eorum serie liqueat solum Basilium interrogatum esse, Ægyptios clamasse quamvis interrogati non essent.*

in judicium. *Parif.* in judicio. *Sic etiam scriptum primò fuit in Divionensi, sed postea emendatum est.*

Etenim apud Constantinopolim. *Corb. Colb. & Divion.* Etenim Constantinopolim. *quam lectionem puto veriorem. Vocem verò* apud *additam puto ab his qui nescirent veteres dixisse Constantinopolim per omnes casus, ut suprà monuimus pag* 432. *& pag.* 797. *Codex Parisiensis habet* : Etenim Constantinopoli.

Et quidem primitus. *Legendum est* : Et quidem vos primitus. *Sic enim habent omnes libri veteres & editiones Labbeana vetustiores.*

subscribere in damnatione. *Parif.* subscribere damnationi. *Reliqui*, subscribere ad damnationem. *Quo etiam modo habent editiones omnes ante Romanam.*

Pag. 141.

Beronicianus devotiss. magistrianus & à secretis sacri consistorii ex eadem scheda recitavit.

QVÆ IN EPHESO.

Ex libello adhuc Eutychis.

Sed secundùm hanc fidem. *Codex Parif.* Sed in hac fide veniens & permanens.

laudabili. *In codicibus Rustici heic & paulò pòst in margine additur*, mirandissimo.

superfluam. *Omnia vetera exemplaria & editiones ante Romanam habent*, qui superfluam

à sancta synodo quæ hic Dei voluntate. *Codex Parif.* à sancta synodo hic Dei voluntate congregata ea quæ definita erant.

& aliæ allegationes. *Ista desunt in libro Parisiensi. Deerant etiam in Divionensi, sed addita sunt in margine.*

Pag. 143.

motabantur. *Codex Paris.* fingebatur; *Divion.* fingebantur; *& in margine*, al. mutabantur.

de talis æquitate judicii. *Veteres libri & editiones ante Romanam*, de tali æquitate tanti judicii.

divinorum mysteriorum. *Veteres editiones*, divinorum ac canonum. *Falsa lectio, quæ Romanos editores impulit ut ex Græco textu sumerent emendationem. Legendum est* arcanorum. *Sic enim habent omnia vetera exemplaria.*

consequenter. *Omnes libri veteres*, inconsequenter. *id est, præter juris ordinem, ut rectè interpretati sunt in margine curatores editionis Romanæ.*

usque in præsentem diem. *Omnes libri manu exarati*, usque præsentem diem.

sententiam compellebat. *Reponendum*, sententiam monasteria compellebat. *Sic enim omnia antiqua exemplaria & omnes editiones ante Labbeanam.*

& in orientem. *Divion* & per orientem.

ante omnibus Pontificibus. *Ita omnia vetera exemplaria, si Parisiense excipias, & veteres editiones. Atque hæc lectio bona est, si vox ante heic spectetur velut adverbium, ut factum est in antiquis editionibus. Quod non animadvertentes editores Romani admonuerunt in margine legendum esse* ante omnia, *secuti textum Græcum.*

considerare compositam. *Error est typographi, qui primò irrepsit in editionem regiam. Omnes aliæ editiones, etiam Romana, habent* considerate. *Sic etiam vetera exemplaria.*

Pag. 146.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

Eusebius vir reverentissimus Episcopus Dorylæi dixit.

qui judicabat. *Hæc lectio primùm lucem vidit Romæ. Antea quippe legebatur* judicaverat. *Quo etiam modo habent codices Corbeiensis & Colbertinus. In Parisiensi scriptum est*, cùm sanctæ memoriæ Flavianus in judicio postularet. *Sic etiam primò scriptum fuit in Divionensi, sed postea repositum est* qui judicaverat.

prohibitus sum. ANNOTATIO RVSTICI DIACONI. Contra regulas egit Dioscorus ammissorum, eo excludens accusatorem, petente olim judice, & illo & illo parato ut intraret.

Venerandus. *Iam suprà monuimus tollendum esse hoc nomen ubicunque invenitur junctum cum nomine Helpidii, & pro eo reponendum* vir spectabilis. *quo modo & heic & paulò post legunt omnia vetera exemplaria.*

jussit eum non ingredi. *Paulò aliter veteres libri & editiones ante Romanam*, non jussit eum ingredi.

ut Theodoretus ingrederetur. ANNOTATIO RVSTICI. Iterum Dioscorus de Theodoreto causam nititur ventilari.

accusatorum. *Editores Romani retinuerunt in margine interpretationem Rustici*, eorum qui accusantur. *Acceperunt autem eam ex antiquis editionibus.*

ex eadem scheda recitavit.

QVÆ IN EPHESO.

Helpidius vir spectabilis comes dixit. Sacratissimus. *Veteres editiones habent in margine* divinissimus. *Quod sumptum est ex codicibus Rustici, in quibus adnotatum est Græcos ita habere.*

quarum. *Codices Divion & Paris.* cujus, *ut etiam monet Labbeus, qui lectionem istam præfert vulgatæ.*

cùm ejus fiduciam. *Ante Romanam editionem legebatur*, neque fiduciam à vobis accipere. *Sic etiam legitur in antiquis exemplaribus. Romani mutaverunt, & in margine addiderunt hanc interpretationem, quæ in alias postea editiones derivata est*, quoad ejus licentiam.

à religiosissimo Archiepiscopo Flaviano. *Antiqua exemplaria & editiones Romana antiquiores*, ab Archiepiscopo Flaviano.

in semetipsum. *Vetera exemplaria & veteres editiones*, in semetipso.

in profanis legibus. *Hanc lectionem debemus curatoribus editionis regiæ. Antea enim legebatur*, sicut in publicis sententiis. *Quo modo scriptum est in exemplaribus calamo exaratis.*

rursus initium. *Veteres libri & editiones ante Romanam*, iterum initium.

Pag. 147.

si hoc eis placet. ANNOTATIO RVSTICI DIACONI. Quomodo potant suum levigati ex qualibet particula crimen, quasi improbent sententiam injustam?

Iusta. *Quidam codices habent* Iuxta, *sed malè, ut opinor.*

Deo amantissimi Archiepiscopi. *Codices Corb. & Colb.* Deo amicissimi & Archiepiscopi. *Divion.* Deo digni; *& in margine*, al. amicissimi. *Paris.* Deo digni.

ad recitanda. *Codex Paris.* recitari.

Lydiæ. *Divion. & Paris.* Lydorum, *ceteri* Lydorum.

Myræ. *Veteres libri* Myron *vel* Myrorum.

sanctissimorum patrum. *Omnia vetera exemplaria habent* dignissimorum.

Thessalonicensium Anastasii. *Quamvis non sit magni momenti, admonebitur tamen omnes veteres libros & editiones habere* Anastasii Thessalonicensium.

apud magnif. urbem Constantinopolim. *Hæc lectio in nullo veterum exemplarium reperitur quibus nos utimur. Parisiensis habet*, in magnificentissima urbe Constantinopoli, *Corb.* in magnificentissimâ urbe Constantinopolim. *Sic etiam Divion. & Colbertinus.*

pro perfectiore negotii notione. *Ita quidem omnes editiones. quam lectionem confirmare videtur auctoritas exemplaris Colbertini, in quo scriptum est* pro perfectiore negotio notione. *At in Corbeiensi pro negotio legitur* negotia. *Parisiensis habet*, pro firmissima negotii notione, pro firmissima negotio notione. *& in margine*, al. perfectiore.

Dioscori & acta recitari. *In hoc loco post vocem* Dioscori *deest vox* satisfieri, *quam omnia antiqua exemplaria habent.*

ad subtiliorem inquisitionem. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam*, ad subtilem inquisitionis notionem. *Editio Romana*, ad subtiliorem inquisitionis notionem. *Mutatio quæ nunc obtinet vitio typographorum irrepsit in editionem regiam. Reducenda ergo vetus lectio.*

Pag. 150.

interpretante. ANNOTATIO RVSTICI. Interpretem ibi accipe accusatorem.

beatissimus. *Rusticus admonet alibi legi* Deo amicissimus.

Iulianus. *Et heic & paulò post veteres libri, nullo excepto, habent* Iulius. *Vide quæ suprà pag. 1017.*

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

dicta sunt ad caput XII. *epistolarum quæ ante gesta præmissæ sunt.*

Constantinopoli. *Corb. & Colb.* in Constantinopoli, *reliqui* in regia urbe.

ut priùs. *Omnia vetera exemplaria habent* si priùs. *quam lectionem esse veram sensus ostendit.*

quam scripsit. *Hæc verba in nullo eorum exemplarium extant quæ nos vidimus, neque in antiquis editionibus. Romani editores addiderunt.*

Directi religiosissimi. *Codices Parif. & Divion.* reverentissimi, *& paulò pòst* reverentissimum.

Deo amantissimo. *Codex Corb.* Deo amicissimo.

pransi sunt. *Omnes veteres libri & editiones habent* prandiderunt. *Sed quoniam istud barbarum est, editores Romani in textum transtulerunt emendationem Crabbi, qui in margine admonuerat legi debere* pransi sunt. *Sic solent facere grammatici.* Prandiderunt *porrò habet etiam alius vetus codex bibliothecæ Colbertinæ notatus numero* 1864.

& similia reverentissimus. *Omnes veteres libri habent* similia & rever. *nisi quòd Parif. & Divion. legunt.* religiosissimus.

Acta Constantinopoli. *Titulus iste sic habet in Corbeiensi, Colbertino, & Divionensi exemplaribus.* Actio prima de Eutyche habita Constantinopoli ex gestis ex Ephesiis, Chalcedone relecta est. *In Parisiensi autem ut sequitur.*

PRIMA COGNITIO
IN CONSTANTINOPOLI.

Consulibus Flaviis Zenone & Postumiano viris clarissimis &c. sub die sexto Idus. *Codex Divionensis*, sub die VII. Idus. *Et in margine*, al. VI. Id.

Pag. 151.

Christianissima & regia. *Conjunctionem illam nullus veterum librorum habet.*

Sardium. *Veteres libr*, Sardis.

Asterius Presb. & Notarius. *Parif. & Divion.* Presbyter & primicerius Notariorum. *Corb. & Colb.* Asterius Notarius.

Exemplar libelli. ANNOTATIO RVSTICI. In Græco sic habet sicut ordinem posui litterarum, quæ sua dispositione ostendunt textus consequentiam.

Sapuit & exposuit. *Codices Divion. & Parif.* sapuit & definivit.

QVÆ IN EPHESO.

Et exclamans. *Melius iidem codices Divion. & Parif.* Et adclamans. *Reliqui*, Et clamans.

Pag. 154.

Iulianus. *Codices Corb. Divion. & Parif.* Iulius. *Colbertinus, qui alibi habet* Iulius, *in hoc loco* Iulianus *præfert. In margine Divionensis scriptum est*, al. Iulianus.

CONSTANTINOPOLI.

Hunc titulum addidimus ex codice Corbeiensi. Editiones Romana antiquiores ita habebant. CONSTANTINOPOLI ACTIONE PRIMA ACTA, LECTA EPHESI, RELECTA CHALCEDONE. *Deleta autem ista sunt ab editoribus Romanis.*

& magnus Athanasius. ANNOTATIO RVSTICI. Græci codicex nominant Basilium. *Sanè in codice Divionensi & in Parisiensi nominatur ante Atticum hoc modo*, & Basilius & Atticus. *Cùm autem hodie mutili in hoc loco sint codices Græci, consequens est necesse hodie non esse ut vetus isthæc interpretatio Latina emendetur juxta vulgatam editionem Græcam. quod tamen multis imposuit.*

& Gregorius. *Hæc tres Gregorii nominantur in editione Romana & in cæteris quæ post illam secutæ sunt. At in antiquis & in exemplaribus Corbeiensi, Divionensi, Colbertino, unus tantùm recensetur. Sanè Parisiensis habet*, & Gregorius & Gregorius & Basilius &c.

& respondere. *Codex Divion.* & defendere quæ ei à me ingeruntur. *& in margine*, al. & defendere eis.

falso. *Omnia vetera exemplaria habent* falsum.

Christianissimos. *Rusticus admonet in Græcis codicibus legi*, amicos Christo.

incolumitatem. *Omnes libri veteres, si Divionensem excipias, habent* perseverantiam, *Divionensis & editiones Romana antiquiores* per reverentiam. *Quod cùm vitiosum esse intelligerent editores Romani, quibus ignota erat vera lectio*, incolumitatem *substituerunt.*

à me illis objectis. *Error typographi. Legendum* illi, *ut in editionibus Labbeana antiquioribus. Vetera exemplaria*, à me ei objectis. *Sic etiam antiquæ editiones.*

provemente. *Quidam codices legunt* perveniente. *Quod non notassem, nisi jam adnotatum vidissem in ora editionis Labbeanæ, & ne quis hinc indiligentiæ me coarguat.*

Et postquam hæc lecta sunt. *Ista non extant in codice Corbeiensi, neque in Colbertino, neque demum in editionibus quæ prodierunt ante Romanam. In exemplari Parisiensi & in Divionensi legitur:* Et postquam lectum est, sanctissimus Flavianus &c.

reverentissimo Presbytero. *Ita codices Corb. & Colbertinus. At in aliis legitur* religiosissimo.

convenire eum. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam*, convenire ad eum. *Hanc lectionem probant sequentia Eusebii verba*, sæpius conveni ad eum.

vocabitur à sancto Concilio. *In omnibus editionibus ante regiam legebatur*, vocabitur in sancto Concilio. *Tum verò mutatum est quum regia procurata est. Et tamen omnia vetera exemplaria habent lectionem quæ extat in antiquis editionibus.*

Patiatur. *Hanc lectionem habet etiam codex Parisiensis. Item Divionensis, in cujus margine notatur*, al. propitiatur. *Sanè in Corbeiensi & in Colbertino scriptum est* propitiatur.

usque ad monasterium. *Ita codices Parif. & Divionensis. Reliqui & veteres editiones*, usque monasterium.

ut non aliqua rursus commotio. *Vocem* aliqua *primi heic posuere Romani, quam neque antiqua exemplaria habent neque antiqua editiones.*

Pag. 155.

religiosissimo Diacono. *Omnes veteres libri & editiones habent* religioso.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

gloriosissimi judices &c.

apud Constantinopolim. *Vox* apud *in nullo veterum exemplarium extat quibus nos utimur. Hauddubiè Crabbus, qui in codice suo legebat* Constantinopolim, *& nesciebat veteres Constantinopolim dixisse per omnes casus, putans aliquid hoc loco deesse, vocem propterea* apud *addidit, quam sequentes editiones retinuerunt. Codex ergo Corb. & Colbertinus habent simpliciter* Constantinopolim, *reliqui* in Con-

stantinopolim. *Sic etiam emenda in initio sequentis actionis.*

præsens Eutyches discuterent. *Divion & Paris. præsentem Eutychem discuterent.*

percurrantur.

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Beronicianus devotissimus &c.

Actio secunda. *Sic habet hic titulus in codicibus Rustici.* Actio de Eutyche II. habita Constantinopoli, ex gestis Ephesi, lecta Chalcedone. *In Parisiensi hoc modo:*

SECVNDA COGNITIO IN CONSTANTINOPOLI.

Consulatu Flavii Zenonis &c.

Christiana. *Omnia vetera exemplaria.* Christianissima. *Sic etiam suprà in actione prima Constantinopol. pag. 154.*

nova Roma. *Vocem* nova *neque heic neque suprà pag. 151. exhibent veteres libri, neque infrà pag. 198. in epistola Concilii Constantinopolitani ad Eutychem, neque pag. 248. & 247. secundò.*

in certamen præsentate. *Omnes veteres libri*, in certamine præstate.

talem esse probate. *Vox* esse *non extat in antiquis libris neque in antiquis editionibus.*

Pag. 158.

continentes expositionem. *Veteres libri & editiones*, expositiones.

oporteat. *Omnes libri nostri*, oportet.

magna universali. *Lege* magna & universali, *ut in superioribus editionibus. Error fuit typographi.*

qui in illa universali. *Et hoc quoque insigne mendum est typographorum. Nam editiones omnes, quibus etiam consentiunt vetera exemplaria, habent* qui in illa magna & universali synodo.

recitari. *Nescio unde hanc lectionem hauserint editores Romani. Nam veteres editiones & scripti libri praferunt* recenseri.

expositiones in memorata. *Rursum heic peccaverunt typographi omittentes vocem* quæ. *Itaque legendum* expositiones quæ in memorata. *Veteres libri & editiones habent* expositionem.

Secunda epistola. ANNOTATIO RVSTICI. Nota quia secundam dicit epistolam beati Cyrilli pacificam & sanctam synodum orientalem.

& his qui nutriuntur. *Hæ voces* & his *non habentur in antiquis exemplaribus, neque in antiquis editionibus. Addita autem sunt ab editoribus Romanis.*

quotidiana. *Omnes veteres libri*, cotidie. *Ita etiam antiquæ editiones.*

inferenda. *Hæc est lectio libri Parisiensis & veterum editionum. Alii habent* inferenda

religiosissimi Cyrilli. *Codices Divion. & Paris.* reverentissimi & Deo digni.

mense Mechir. *Ad hunc locum ista leguntur in margine editionis Crabbianæ, quæ in Suriana quoque & Veneta recusa sunt.* Mechira Ægyptii Februarium vocant, qui apud illos tunc inchoatur quando apud nos habet mensis Ianuarius dies 23. *Hanc annotationem editores Romani sustulerunt, putantes eam esse Crabbi. Et tamen est Rustici, ut docet codex Colbertinus.*

Indictione decima tertia. *Hanc lectionem confirmat auctoritas exemplaris Parisiensis. In aliis & in editione Crabbi legitur* Indictione XIIII.

Cyrillus Nestorio. *Hic titulus deest in omnibus libris nostris & in antiquis editionibus. Si quis autem veram inscriptionem hujus epistolæ scire desiderat, consulat gesta Concilii Ephesini cap. VI. suprà pag. 404.*

Obloquuntur. *Varias istius epistolæ versiones extare suprà monuimus pag. 403. & aliam rursus à Mario Mercatore factam dedimus pag. 638. Illam quæ isthic habetur in tomo quarto Conciliorum nescio unde acceperint editores Romani. Diversa quippe est ab ea quam superiores editiones præferunt. Cur autem omissa etiam sit vetus alia ejusdem epistolæ interpretatio à Crabbo primum edita facile non est divinare. Nos ergo antiquam versionem dabimus à Crabbo editam, sed collatam cum vetustis exemplaribus manuscriptis, ac etiam alteram illam versionem quam à Crabbo etiam primò editam fuisse diximus, præsertim cùm, ut observatum est à viro docto, ea usum fuisse constet sanctum Leonem in epistola ad Leonem Augustum. Vt autem distinguere possit eruditus lector has duas antiquas editiones, unam quidem vocabimus Rustici, quia in codicibus à Rustico emendatis invenitur, aliam Crabbi, quia ab illo primum edita est. Et editionem quidem Rustici heic ponemus consequenter, aliam post gesta. Istius porrò editionis aliud exemplar habetur infrà in actione secunda pag. 344.*

Rescriptum epistolæ religiosissimi Cyrilli Alexandriæ Episcopi ad Nestorium mense Mechir, Indictione XIIII.

OBloquuntur quidem, sicut audio, quidam existimationi meæ apud tuam reverentiam, & hoc frequenter, processionum vel conventuum plenariorum tempora maximè observantes, & eò magis, forsitan arbitrantes delectare se aures tuas, adversùs nos inconsideratas voces emittunt, læsi quidem nihil, objurgati autem, & hoc leniter, unus quidem quòd cœcos & pauperes vexabat injuriis, alter autem quòd contra matrem evaginaverat gladium, tertius verò quia cum ancilla aurum furatus est alienum, & qui talem semper habuerit existimationem qualem nullus provenire saltem aliquibus gravissimis inimicis optaverit. Verùm non multus mihi de talibus sermo est, ut neque supra dominum & magistrum neque supra patres pusillitatis quæ mihi inest modus exerescat. Non enim facile est cuiquam, quamlibèt vitam suam habeat circumspectam, nequam hominum maledicta vitare. Sed illi quidem maledictione & amaritudine plenum os habentes, reddent omnium judici rationem. Convertar autem nunc ego ad id quod me maximè decet, & commonebo etiam nunc tamquam fratrem in Christo de doctrinæ ratione & sensu fidei cum omni cautela plebibus prædicandæ. Exhortabor quoque cogitare debere quia si offendatur solùm unus de pusillis qui credunt in Christum, quam sit intolerabilis indignatio. Si verò tanta fuerit multitudo læsorum, quomodo quæso non omni arte studendum est ut prudenter auferatur hujusmodi offensio & sanæ fidei ratio insinuetur exposcentibus veritatem. Erit autem hoc & omnino rectè faciendum, si sanctorum patrum libros legentes, magni eos momenti esse facere festinemus, & probantes nosmetipsos si simus in fide secundùm quod scriptum est, illorum rectis & inreprehensibilibus definitis nostros sensus bene atque optimè roboremus. Ait ergo sanctum illud & magnum Concilium ipsum de Deo & patre secundùm naturam genitum unicum filium, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque inhumanatum esse, hominem factum, passum, resurrexisse tertia die, & in cœlum ascen-

disse. Hæc etiam nos seqoi oportet, & verba atque doctrinas, cogitantes qind significet incarnari & hominem fieri Dei verbum. Non enim dicimus quia Dei verbi natura transformata facta sit caro, sed nec quia in totum hominem qui est ex anima & corpore commutata est, sed illud potiùs, quia carnem animatam anima rationali uniens sibimet subsistentialiter Deus verbum, inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus est homo & appellatus est filius hominis, non tantùm secundùm voluntatem aut beneplacitum, nec sicut in personæ tantummodo susceptione, sed quia diversæ quidem quæ ad veram unitionem convenere naturæ, unus autem ex utrisque Christus & filius, non quasi naturarum per unitionem diversitate consumpta, sed magis hisdem naturis perficientibus nobis divinitate & humanitate unicum Dominum & Christum & filium per inenarrabilem & inscrutabilem concursum ad unitatem. Sic dicitur, dum certè ante omnia secula subsistentiam habeat & natus sit ex patre, generari etiam secundùm carnem ex muliere; non quòd ei divina natura (in qua consubstantivus vel coessentialis id est homousius est patri) in sancta virgine initium ut esset acceperit, neque quia necessitate propter se ipsum secunda eguerit nativitate post patrem, (Est enim hoc vanum simul & imperitum existentem ante omnia secula & coæternum patri dicere indiguisse secundo ut esset initio) sed quoniam propter nos & propter nostram salutem uniens sibi subsistentialiter humanitatem processit ex muliere, propterea dicitur secundùm carnem natus. Non enim priùs homo communis ex sancta est virgine generatus, & sic postea verbum supervenit in eo; sed ex ipsa vulva unitus nativitatem carnalem dicitur pertulisse, tamquam nativitatem propriæ carnis suam faciens. Sic eum dicimus & passum esse & resurrexisse; non quia Dei verbum in sua natura passum est aut plagas aut perforationes clavorum aut reliqua vulnera, (impassibilis namque divinitas, quoniam & incorporea) sed quia quod proprium ejus factum est pertulit corpus, ipse iterum pro nobis dicitur pertulisse. Erat enim impassibilis in carne passibili. Simili autem modo & de morte ejus sentimus. Immortalis enim secundùm naturam & incorruptibilis & vita & vivificans est Dei verbum. Sed quia iterum proprium ejus corpus gratia Dei, sicut dicit Paulus, pro omnibus gustavit mortem, dicitur mortem pro nobis ipse perferre; non quasi venerit in experimentum mortis, quod attinet ad ejus naturam, (summæ enim dementiæ est hoc dicere vel sentire) sed quia, sicut nuper dixi, caro ejus gustavit mortem. Sic etiam resurgente ejus carne, rursus ejus resurrectio vocitatur; non quasi ipso ad corruptionem, quod absit, elapso, sed quia ejus iterum caro surrexit. Sic & unum Christum Dominumque fatebimur, non ut hominem coadorantes verbo, ne incisionis imaginatio præsens inducatur dum dicitur *co*, sed sicut unum atque eundem adorantes, quia non alienum est à verbo ejus corpus cum quo ipse considet patri; non iterum sicut duobus filiis considentibus, sed sicut uno cum carne propter unitatem. Si vero secundùm subsistentiam unitionem sive ut ineffabilem sive ut indecentem recusamus, intuimus in id ut duos filios prædicemus. Necesse est enim cuncta dividere & dicere hominem quidem specialiter filii vocabulo honoratum, rursus verò specialiter Deum verbum filii nomen atque appellationem naturaliter habentem. Non ergo in duos filios unus Dominus Iesus Christus dividendus est. Nullo enim modo oportet rationem rectæ fidei sic habere. Sed nec personarum unitionem, sicur aliqui opinantur. Non enim dixit scriptura, quia Deus verbum personam hominis univit sibi, sed quia caro factum est. Verbum verò carnem fieri nihil est aliud nisi quia juxta nos participatus est carnem & sanguinem; nostrum autem corpus fecit proprium, & processit homo ex muliere, Deus esse non desinens & ex Deo patre esse progenitus, sed & in adsumptione carnis quod fuerat perseverans. Istud allegat ubique subtilis fidei ratio. Sic sanctos patres sensisse comperimus. Sic ausi sunt Dei genitricem sanctam virginem dicere; non quia natura verbi Dei vel deitatis ejus ex sancta virgine initium ut esset accepit, sed quia quod ex ea genitum est sanctum corpus rationaliter animatum, cui & subsistentialiter unitum verbum secundùm carnem dicitur natum. Hæc etiam nunc ex caritate quæ in Christo est scribo, rogans ut fratrem, & contestans sicut in conspectu Christi & electorum angelorum hæc nobiscum sentire pariter & docere, ut Ecclesiarum pax per ster incolumis, & sacerdotibus Dei indiscissum concordiæ atque caritatis vinculum perseveret.

VARIÆ LECTIONES.

reverentiam. *Ita etiam codices Paris. & Divion. in actione secunda istius Concilii. Corbeiensis habet* religiositatem.

plenariorum. *Hanc vocem nullus veterum librorum habet in secunda actione.*

unus quidem quòd cœcos. *Omnes veteres in eadem actione secunda:* unoseorum quòd cœcos.

alter autem. *Corb.* alter verò. *Paris.* alter quòd. *Vox* verò *addita est supra lineam in Divionensi.*

aliquibus. *Hanc vocem veteres libri non habent in actione secunda.*

reddent omnium judici rationem. *Ita codices Corbeiensis & Colbertinus. Alii & Crabbus habent*, reddent quandoque omn. jud. rationem. *Sic etiam habent omnia vetera exemplaria in actione secunda istius synodi Chalcedonensis.*

solùm unus de pusillis. *Vocem* solùm *non habent vetera exemplaria in eadem actione secunda.*

& omnino rectè. *Eadem exemplaria non habent* omnino *in eadem actione.*

magni eos momenti esse. *Hæc est lectio veterum exemplarium Corb. Divion. & Colbertini. Parisiense habet*, magni eos fateamur. *Crabbus*, magni eos momenti habere studeamus. *Sic etiam Corbeiensis in secunda actione, ubi Paris. & Divion. legunt* esse fateamur.

de Deo & patre. *Eadem exemplaria in actione secunda*, de Deo patre genitum secundùm.

hominem factum. *Corbeiensis ista non habet in secunda actione, neque vocem* mortuum *quæ statim sequitur.*

passum, resurrexisse. *Libri Paris. & Divion. & Crabbus legunt*, passum, mortuum, resurr.

Hæc etiam nos sequi. *Paris. in secunda actione:* Hæc etiam nos sequi oporter verba. *Ita etiam Corb. & Divion. nisi quòd habent* consequi.

& hominem fieri. *Corb. in eadem actione*, & inhumanari.

Sed illud potiùs. *Veteres libri in eadem actione secunda*, sed illud potiùs sentiendum.

subsistentialiter. *Divion. & Paris.* subsistentialiter vel essentialiter. *Sic etiam iidem in secunda actione, ubi Corbeiensis habet* secundùm substantiam.

beneplacitum. *Vetera exemplaria in actione secunda*, bonum placitum.

naturarum per unitionem. *Eadem exemplaria ibi-*

dem, naturarum earum per unitatem.

unicum Dominum. *Divion. & Corb. ibidem*, unum.

insernuabilem. *Corb. ibid.* ineffabilem. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine.*

Sic dicitur. *Corb. & Divion. in eadem actione secunda:* Et sic dicitur certè dum sit.

habeat & natus. *Vetera exemplaria ibidem*, habens & natus ex patre.

non quòd ei divina. *Divion. ibid*, non quòd ejus divina. *Corb.* non quòd divina.

in qua consubstantivus. *Ad hanc parenthesim ista notavit Rusticus in margine.* Non est in Græco. *Quod etiam in editione Crabbi retentum est; repudiatam verò in Romana, quia Crabbianum putabatur.*

neque quia necessitate *Vetera exemplaria in eadem actione secunda*, neque ex necessitate.

subsistentialiter. *Codices Paris. & Divion.* substantialiter. *Sic etiam iidem in actione secunda, ubi Corbeiensis habet* secundùm subsistentiam.

ex muliere. *Iidem libri Paris. & Divion.* ex femina. *Ita etiam omnes in secunda actione.*

est virgine generatus. *Iidem & heic & in secunda actione*, est virgine genitus. *Sic etiam Crabbus.*

secundum carnem ANNOTATIO RUSTICI. Græci, carnaliter. *quod etiam retentum est à Crabbo.*

dicitur pertulisse. *Iidem libri Divion. & Paris.* credunt & dicitur pertulisse.

aut reliqua vulnera. *Heic iidem libri & Crabbus addunt* pertulerit. *Sic etiam codices Divion. Paris. & Corbeiensis in secunda actione.*

sed quia quod proprium. *Divion. & Paris.* sed quia quod factum est proprium ejus pertulit corpus, ipse mortem pro nobis dicitur pertulisse. *Sic etiam omnes libri in actione secunda.*

Dei verbum. *Eadem vetera exemplaria Divionense & Parisiense:* Deus Dei verbum. *Sic etiam omnes libri in secunda actione.*

sicut dicit Paulus. *Iidem libri*, sicut dicit Apostolus Paulus. *Item in secunda actione.*

non quasi venerit in experimentum. *Iidem libri & heic & in secunda actione:* non quòd experimentum terrenæ mortis divina ejus natura pertulerit. *Sic etiam scripsit Crabbus in margine.*

dicere vel sentire. *Ibid.* sentire vel dicere. *Ita etiam veteres libri in secunda actione.*

sicut nuper dixi. *Omnia vetera exemplaria habent in actione secunda*, sicut nunc dixi *Quod ostendit verum esse quod suprà pag. 594. admonuimus vocem* nuper *aliquando significare* suprà.

vocitatur *Corb. in eadem actione secunda*, dicitur. *Eandem lectionem habet Divion. in margine.*

iterum caro surrexit. *Corb in secunda actione*, iterum corpus surrexit.

ne incisionis imaginatio. *Paris. & Divion. & Crabbus*, ne divisionis. *Sic etiam omnes libri in eadem actione secunda. At Divionensis & Crabbus habent in margine*, al. incisionis.

ne incisionis. *Crabbus*, ne divisionis imaginatio præsentetur vel inducatur.

inducatur. *Eadem vetera exemplaria*, judicetur. *Divion. in margine & heic & in secunda actione*, al. inducatur. *Corb. in secunda actione*, præsentetur.

quia non alienum. *Eadem exemplaria*, quia non alienum corpus à verbo est, sed ejus magis est proprium cum quo ipse considet. *Ita etiam ferme omnia vetera exemplaria in actione secunda.*

propter unitatem. *Vetera exemplaria in actione secunda*, secundùm unitionem. Si verò secundùm subsistentiam unitionem aut ut inconvenientem aut ut indecentem recusamus, intuimus ut duos filios.

cuncta dividere. *Pro* cuncta *codex Corb. in actione secunda habet* omnino. *Sic etiam Divion. in margine.*

honoratum. *Divion. in eadem actione*, prædicare, *& in margine*, al. honoratum.

habentem. *Libri veteres in eadem actione*, habere.

subsistentiam unitionem *Ibid.* subsistentialem unitatem. *Crabbus in margine*, substantialem.

ineffabilem. *Crabbus hanc vocem posuit in margine, & in contextu* inconvenientem. *Quæ est lectio codicum Divionensis & Parisiensis. Porro Divionensis habet in margine*, al. ineffabilem.

rursus verò specialiter. *Iidem libri*, & rursus specialiter *Sic etiam omnes libri veteres in secunda actione.*

Nullo enim modo. *Rusticus annotat Græcos codices sic habere* Nullo autem modo proderit rectæ fidei rationi si sic habeatur.

sed nec personarum. *Corb. in eadem actione:* vel si personarum unitionem aliqui opinantur.

unitionem. *Divion. & Paris.* unitatem.

carnem & sanguinem. *Corb. & Paris. in actione secunda:* carnis & sanguinis, & nostrum corpus fecit proprium. *Ita etiam Divion. nisi quòd habet* carni & sangui.

Dei genitricem. ANNOTATIO RUSTICI *in eadem actione:* Propriè in Græco solam parturicem.

verbi Dei vel deitatis. *Vox* Dei *non extat in exemplari secunda actionis.*

Pag. 163.

Acta in prima synodo. *Titulus iste in nullo veterum exemplarium extat quibus nos utimur. Crabbus sic pro his scripserat.* Quæ sequuntur, acta sunt in prima synodo Ephesina. *Et in margine.* Acta in prima synodo Ephesina, lecta Constantinopoli, relecta Ephesi & Chalcedone. *Sic etiam reliquæ editiones ante Romanam.*

rectam fidem. *Codices Paris. & Divion.* sanctam fidem. Arbitror enim qua.

suo tempore. *Corb. & Colb.* suo in tempore; *alii*, eo in tempore. *Sed Divionensis habet in margine*, al. suo.

religiositas. *Divion. & Paris.* reverentia. *Divion. in margine*, al. religiositas.

manifestiorem. *Omnes veteres codices & editiones Romana antiquiores legunt* manifestam.

efficaciorem. *Sic veteres etiam editiones & codices Corbeiensis & Colbertinus. Parisiensis*, efficacem. *Sic etiam Divion. qui in margine adscriptum habet*, al. efficaciorem.

ut in his quæ dicta sunt. *Hæc lectio initium habet ab editione Romana. Nam antea legebatur* ut nihil sit in his quæ dicta sunt ambiguum. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

Dei amantissimo. *Codices Corb. & Colb.* Deo amicissimo, *Divion.* reverentissimo. *Sic etiam Parisiensis, qui sic ponit initium epistolæ:* Domino & dilecto fratri & consacerdoti Iohanni Cyrillus in Domino salutem.

Duas autem istius epistolæ versiones dedit Crabbus, eam nimirum quam nos invenimus in antiquis exemplaribus, quæ emendata est à Rustico, aliam ex alia antiqua interpretatione, quæ extat etiam in collectione canonum edita à viro clarissimo Paschasio Quesnello. Istam retinuerunt editores Romani aliquot in locis correctam ex ingenio, eam quæ à Rustico emendata est rejecerunt. At nos, qui editionem Rustici repræsentamus, interpretationis ab illo editæ varias lectiones heic annotabimus; si priùs monuerimus eam extare rursum in actione secunda istius Concilii Chalcedonensis pag. 344. & suprà in hac nostra nova collectione pag. 591. ad quam referendæ sunt eadem variæ lectiones.

convocantibus

ANNO CHRISTI 451

CONCIL. CHALCEDON.

convocantibus tamen. *Codices Corb. & Colb.* autem. *Sic etiam Corbeiensis in secunda actione, ubi alii habent* tamen.

pissimis ac Christo amantissimis. *Exemplar Paris.* pissimis ac Christianissimis; *reliqua*, pissimis, Deo amicissimis, ac Christianissimis. *Veteres editiones*, pissimis ac Deo amantissimis atque Christianissimis. *Codex Corb. in secunda actione pro* Christianissimis *habet* Deo amicissimis.

famosissimam. *Omnia vetera exemplaria & heic & in secunda actione habent* opinabilem. *Ita etiam Crabbus, qui in margine scripsit* inenarrabilem.

in seculo. *Omnes veteres libri in secunda actione*, in secula.

præclarum. *Hanc lectionem preferunt libri Parisiensis & Divionensis. Reliqui & veteres editiones* præclarissimum. *Quo etiam modo habet codex Corbeiensis in secunda actione. At Parisiensis illic habet* præclarum. *Ita etiam primò habuit Divionensis, sed postea emendatum est ut legeretur* præclarissimum.

ditissima manu. *Codices Corb. Divion. Colb. & veteres editiones*, divite manu bona impertit & tribuit subjugare. *Sic etiam Paris. nisi quòd* partitur *habet pro* impertit. *Hanc ultimam lectionem habent omnia vetera exemplaria in secunda actione.*

reverentissimo. *Ita codices Divion. & Parisiensis & heic & in actione secunda. At Corb. & Colb. habent*, religiosissimo & consacerdote fratre.

conversari. *Veteres libri & editiones*, versati. *Ita etiam omnes libri in actione secunda.*

conjungeret ea quæ separata. *Voces illa*, ea quæ, *desunt in antiquis libris & editionibus. Sic etiam in actione secunda.*

coronaret. *Legendum* coronet, *at omnes libri & editiones, non solùm heic, sed etiam in secunda actione.*

conveniunt. *Veteres libri in actione secunda*, convenientia sunt. *Vide suprà pag. 593.*

reverentissimi. *Corb.* religiosissimi.

persuadendum nobis. *Vetera exemplaria habent* nos. *Sic etiam in actione secunda.*

aculeum. *Paris. & Divion.* clavum. *Iste habet in margine*, al. aculeum. *In secunda quoque actione omnia vetera exemplaria habent* clavum.

Parate tamen. *Meliùs veteres libri & editiones*, Paratos tamen ita in hoc invenit; *nisi quòd quidam habent* paratus antem *vel* enim. *Codex Corb. in secunda actione:* Paratos autem ita in hoc nos invenit.

salvatorem dicentem. *Corb. & Colb.* salvatoris dicentis.

Dominus Deus. *Omnes libri & editiones*, Domine Deus.

Quoniam si quis. *Codices Corb. & Colb. & editiones:* In tantum ut si quis particeps fuerit pacis quæ à Deo datur, non indigebit omni bono. *Codex Corb. in secunda actione:* Quare quisquis particeps.

ministratur. *Veteres libri in actione secunda*, datur: hunc maximè nobis. *Iidem libri in eadem actione*, nunc magis nobis.

reverentissimo. *Codices Corb. & Colb. & editiones*, religiosissimo. *Ita etiam Corbeiensis in secunda actione.*

chartam proferente. *Editiones & omnia ferme vetera exemplaria sic legunt*, chartam nobis proferente.

professionem. *Sic legitur hic locus in editionibus Crabbi & in Corb. & Colb. exemplaribus:* confessionem, & affirmante hanc à tua sanctitate & ab aliis Deo amicissimis ibidem constituris Episcopis esse compositam. Haber autem scriptura ita & ipsis verbis inserta est huic epistolæ meæ. *Divion. & Paris.* & hanc à tua sanctitate compositam fidem dicente & ab aliis reverentissimis ibidem constitutis Episcopis. Haber enim scriptota ita & ipsis verbis sicut insertum est huic epistolæ meæ. *Sed postrema ista pars paulò aliter habet in Parisiensi:* Habet autem scriptura ista sicut &c. *Omnes veteres libri in secunda actione congruunt cum editione nostra, nisi quòd habent* confessionem *&* compositam fidem dicente. *Attamen Corbeiensis legis*, compositam affirmante.

breviter enarramus. *Vetera exemplaria & veteres editiones*, breviter dicimus. *Sic etiam veteres libri in actione secunda.*

irreprehensibilia. *Videtur legendum* incomprehensibilia. *Nam codices Corbeiensis & Colbertinus, quibus consentiunt etiam veteres editiones, habent* ineffabilia. *Eandem lectionem habet codex Corbeiensis in secunda actione.*

sed confitentes. *Iidem codices & editiones*, sed confessione propriæ infirmitatis.

pro excludendis. *Hanc lectionem confirmant veteres editiones & codices Parisiensis & Divionensis. Colbertinus & Corbeiensis legunt*, præcludentes his &c.

tentant adsurgere. *Codex Corb. in secunda actione:* tentantes surgere in quibus ea quæ sunt. *Codex Paris. illic non habet voces* in quibus ea, *qua in Divionensi addita sunt supra lineam.*

quæ sunt supra. *Corb. Divion. Colb:* dum ea quæ sunt suptà. *Veteres editiones*, in quibus ea quæ sunt sopra. *Vide qua paulò antè dicta sunt.*

homo factus. *Ita omnes libri veteres. Sed Divionensis habet in margine*, inhumanatus. *Sic etiam Crabbus.*

ex ipsa conceptione. *Omnes veteres libri & editiones*, & ex ipsa conceptione. *Sic etiam codex Corbeiensis in actione secunda.*

conjungentes. *In Corbeiensi & Colbertino exemplaribus vitio veterum librariorum scriptum est* munificantes *pro* unificantes, *ut est in antiquis editionibus; in quarum margine scriptum est*, conjungentes, communificantes. *Attamen codex Corbeiensis in actione secunda habet* communificantes. *Eandem lectionem reperi in margine Divionensis.*

quasdam dividentes. *In vetustis aliquot habetur*, quasdam verò dividentes. *Sic Corb. & Divion. in secunda actione.*

& diviniores quidem. *Corb. & Colbert. & veteres editiones*, & divinitatem quidem dicentes secundùm deitatem. *quam lectionem Divionensis codex habet in margine. Corbeiensis in secunda actione prefert*, & Deo decentes qoidem.

humiliores. *Quadam exemplaria habent* humiles. *Sic etiam Corb. in actione secunda.*

ita & nos sapere. *Corb. Divion. Colb.* ita & nos quoque sapere.

alterutris. *Omnes libri veteres & editiones*, alterutrum. *In secunda quoque actione omnes libri veteres legunt* alterutrum.

vestræ & nostræ. *Ita codices Parisiensis & Turonensis. Alii & veteres editiones habent*, & nostræ & vestræ. *In actione verò secunda codex Corbeiensis habet*, & quæ apud nos & quæ apud vos sunt Ecclesiæ. *Suprà in principio istius epistola:* pace coronet Ecclesias quæ apud vos & apud nos sunt.

solentium. *Quidam codices habent* amantium. *Veteres editiones*, amantes.

eructare. *In omnibus antiquis exemplaribus & heic & in actione secunda scriptum est* eructuare.

ad eos dicere. *Tria vetera exemplaria & antiqua editiones*, ad eos dicere oportere. *Codex Corb. in secunda actione*, dici debere. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine.*

& in hac tanta stultitia. *Eadem tria exemplaria*,

& hanc tantam stultitiam languistis. *Sic etiam codex Paris. in secunda actione. At alii illic habent*, & hac tanta stultitia.

Oportebat enim oportebat. *Hanc lectionem unus tantum vetus codex habet, nimirum Parisiensis. Reliqui & veteres editiones*, Oportebat enim apertè. *At in secunda actione omnes repetunt vocem* oportebat.

diceremus. *Omnes veteres libri in actione secunda*, dicamus.

intelligeretur. *Veteres libri & editiones*, intelligatur. *Sic etiam omnes in secunda actione.*

verè autem & sanctus Gabriel. *Iidem libri & editiones :* Verè autem omnino & sanctus Gabriel. *Paris. & Divion. in secunda actione :* Verum autem.

quia peperit. *Veteres libri in secunda actione*, quod peperit.

salvum faciet. *Iidem libri & editiones*, salvabit.

depositam ejus sanctam carnem. *Corb. & Colb. & veteres editiones*, deposita ejus sancta carne. *Ita etiam codices Paris. & Corb. in secunda actione.*

secundus homo de cœlo. *Divion. & veteres editiones*, secundus homo de cœlo cœlestis.

Meminimus autem. *Ad hoc membrum annotat Rusticus istud non haberi in multis codicibus Græcis.*

inconvertibilis & immutabilis. *Omnes libri nostri & veteres editiones habent*, inconvertibilis enim & immutabilis. *Sic etiam in secunda actione Corbeiensis & Divionensis.*

tamen quia unus. *Quidam codices*, tamen quia ut unus. *Ita etiam Corbeiensis in secunda actione.*

perfectus in deitate. *Corbeien.* perfectus ens in deitate. *Mendum est veteris librarii : pro quo reponendum est*, perfectus permanens in deitate, *ut in Colbertino : aut* existens, *ut in secunda actione præfert codex Corbeiensis, itemque Divionensis supra lineam.*

& in una persona. *Veteres editiones*, & tamquam in una persona. *Codices Corb. Colb. Divion.* & sicut in una persona.

unitarem factam esse diximus. *Corb. & Colbert.* unitionem factam esse dicimus. *Sic etiam veteres editiones. Quo etiam modo habet codex Divion. in margine. In actione secunda codex Corb. habet*, & tamquam in una persona. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine.*

confermentatio. *Libri nostri & antiqua editiones*, fermentatio. *Sic etiam habent codices Paris. & Divion. in secunda actione.*

quasi ita saperem. *Corb. & Colb. & veteres editiones*, quasi aut tali multiloquio usus sim aut talia dixerim. *Quo etiam modo scriptum est in margine libri Divionensis. Contrà in margine veterum editionum, quæ, ut dixi, consentiunt cum libris nostris, hæc lectio posita est*, quasi ita sapuerim aut dixerim. *Quo etiam modo habet codex Corbeiensis in secunda actione.*

qui suspicati sunt. *Corb. Divion. Colbert. & antiqua editiones*, qui vel suspicati sunt.

obumbratio. *Omnia vetera exemplaria & veteres editiones*, adumbratio. *Sic etiam omnes libri in secunda actione.*

& non mutatur. *Colbert. Divion. Corb.* & non est mutatus, sed neque mutabitur.

verbum omnes confitemur. *Iidem libri*, verbum subsistere omnes confitemur.

accidentes. *Ita codex Parisiensis. Reliqui & editiones*, accedentes. *Sic etiam omnes veteres libri in secunda actione.*

Prophetæ voce. *Omnia vetera exemplaria & editiones*, per Prophetæ vocem.

ambigat nullus. *Eadem exemplaria & editiones*, ambigat nemo. *Sic etiam omnia vetera exemplaria in actione secunda.*

unum mutare. *Ita codices Divionensis & Parisiensis. Sed Divionensis habet in margine*, al. vel verbum dictorum ibidem positorum. *In Corbeiensi & Colbertino & in editionibus*, vel verbum mutare ibidem positorum. *In margine editionum*, unum mutare dictorum. *Codex Corb. in secunda actione* vel unum. *Sic etiam emendatum est antiquitus in Divionensi.*

terminos quos. *Omnes libri veteres in actione secunda*, terminos æternos quos.

Neque enim loquebantur. *Corb. & Colb. & editiones*. Neque enim ipsi erant qui loquebantur, sed spiritus Dei & patris.

Dei patris. *Corb. in secunda actione :* Dei & patris.

est autem à filio. *Meliùs in antiquis libris & editionibus*, est autem & à filio. *Sic etiam habent omnes libri veteres in actione secunda.*

sanctorum. *Ita codex Divionensis, qui* sanctarum *habet in margine. Quam lectionem præferunt reliqua vetera exemplaria & editiones.*

Mœsiam. *Ita codices Divionensis, Colbertinus, & Corbeiensis. Parisiensis & veteres editiones habent* Mysiam. *In actione secunda codices Paris. & Divion. habent* Mysiam, *Corb.* Mœsia.

Si quis spiritum. *Omnia vetera exemplaria & omnes editiones :* Si quis autem spiritum. *Sic etiam omnes veteres libri in actione secunda.*

in hoc quod eis placuerit mutant. *Corb. & Colb. & editiones*, in sibimet placitum vertunt. *Ita etiam Paris. & Divion. nisi quòd* mutant *habent pro* vertunt. *Sed Divionensis præfert in margine*, al. vertunt. *In actione secunda omnes veteres libri habent* in sibimet placitum mutant.

opinabilis. *Codex Corb. in secunda actione habet* opiratissimam. *Eandem lectionem illic habet in margine Divionensis.*

beatissimum. *Quidam codices & editiones maluere* beatum.

nullùm errorem. *Ita codex Parisiensis. Ceteri & editiones*, & nullum errorem.

Pag. 171.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

reverentissimi Episcopi Illyriciani &c.

epistola sanctæ memoriæ Cyrilli. *Hæc non extant in aliquot exemplaribus.*

credidimus. *Omnes veteres libri & editiones habent ubique* credimus. *Quare quod heic in Romana editione scriptum est* credidimus, *suspicor esse erratum typographi.*

Anathema ei qui sic. *Vox* ei *non habetur in antiquis libris & editionibus.*

corrumpit. *Paris.* corrupit. *Aliû ut in editionibus.*

occasionem. *Divion.* accusationem. *& in margine*, al. occasionem.

foras mittite. *Omnia vetera exemplaria, si Divionense excipias, habent* foras mitte.

Ægyptii. ANNOTATIO RUSTICI. Confessio Ægyptiorum tenenda fortiter & opponenda pro dogmate veritatis.

Pax fiat. *Paris. & Divion.* pax teneatur. *Attamen Divionensis habet in margine*, al. fiat.

Pag. 174.

monumenta. ANNOTATIO RUSTICI DIACONI. Ecce iterum Dioscorus contra secundam sententiam suam, rursus gesta legi hortatus est.

QVÆ IN EPHESO.

Eustathius. *Ad hunc locum ista addita sunt in mar-*

git veterum editionum : Allegatio Eustathii pessima & hæretica. *Editores Romani putantes haud dubiè eam esse Crabbi, adeoque nullius momenti & nullius auctoritatis, eam sustulerunt. Attamen non est Crabbi, sed Rustici.*

prædictæ epistolæ. *Vocem* prædictæ *addidere Romani. Non extat enim in antiquis exemplaribus, neque in superioribus editionibus.*

beatissimo. *Omnes libri veteres & editiones ante Romanam habent* beatæ.

in vita ipsius. *Omnes veteres libri,* ut in vita ipsius.

Omne autem. *Omnia vetera exemplaria sic legunt :* Omne enim suum tempus in hoc pio labore consumpsit, seipsum interpretati, suamque intentionem ostendere, & palam omnibus facere per ea &c.

Succensum. *Omnes libri veteres & editiones*, Successum. *Epistolæ porrò ad Acacium & Successum heic commemoratæ extant in hac nostra nova collectione suprà pag. 599. 918. & 923. Ea verò quæ est ad Valerianum Iconiensem edita est in tomo tertio Conciliorum pag. 1156. De his porrò epistolis hanc Rustici annotationem habent vetera exemplaria calamo exarata.* Nota epistolas quibus nunc usque abutuntur Acephali ad Acacium, ad Valerianum, ad Successum.

confirmavit

QVÆ IN CALCHEDÔNA.

Orientales & qui cum ipsis reverentissimi &c.

Eutyches dicit. *Corb. & Colb.* dixit.

conversionem. *Codices Divion. & Parif.* immutationem. *Divion. in margine*, al. conversionem. *Sic rursum paulò pòst.*

canonicis. *Parif. & Divion.* synodicis. *In margine Divion.* al. canonicis.

in medium. *Parif.* in medio.

gestans librum. *Parif. & Divion.* jactans librum. *Colbert. & Corb.* jactans codicem.

Si malè dixi. ANNOTATIO RVSTICI. Interlocutio solvit objecta.

Ecce codex : Liber Cyrilli. *Hæc lectio irrepsit ex codice qui similis erat Divionensi, in quo scriptum erat* Ecce liber, *& ad marginem* codex. *Itaque sic legendum, quemadmodum etiam habetur in eodem exemplari Divionensi & in Parisiensi :* Ecce liber Cyrilli. Anathematizetur, & anathematizet.

& memoriter. *Cerb. & Colb.* & ex memoriæ. *Reliqui*, & memoravit tenorem.

Pag. 175.

Et qui dicit unam naturam. ANNOTATIO DIACONI RVSTICI. Subtilis fraus. Nam sic dando anathema, conceditur & unam naturam dici Christi, ut non negetur atro, sicut utique & duas, ut non dividatur Christus. Istud bene, illud malè.

quæ & consubstantialis est nobis. *Codex Parif.* carnis consubstantialem nobis. *Eodem modo scriptum est primò in Divionensi, sed postea emendatum est in eum modum qui hodie legitur in vulgatis editionibus.*

Et pro beato Flaviano. *Corb. & Colbert.* Et pro beato autem Flaviano. *Sic etiam Divionensis in margine.*

ipsa nuda accepit. *Divion.* ipsa nuda quæ accepit.

suscepta. *Sic reposuerunt Romani. Nam anteà legebatur* susceptus. *Quæ est lectio omnium veterum exemplarium.*

reverendæ memoriæ. *Divion. & Parif.* sanctæ memoriæ.

Et postquam lecta sunt,

CONSTANTINOPOLI, RETRACTATA EPHESI, CHALCEDONE RELECTA.

Eusebius reverentissimus Episcopus &c.

Hæc me ipsum. *Contra hunc locum sic scribit Rusticus :* Acumitensis non habet hæc.

& ex his falsare. *Omnes veteres libri & editiones,* & de his falsare.

vestram quoque sanctitatem. *Vocem* quoque *quam veteres editiones non habent, neque vetera exemplaria, Romani addiderunt.*

memoriæ inter. *Meliùs eadem exemplaria*, memoriæ & inter.

interpretantis. *Parif. & Divion.* interpretati sunt. *Corb. & Colbert.* interpretante quia Dominus noster. *In his ergo duobus codicibus desiderantur heic quædam verba quæ in editionibus habentur & in aliis exemplaribus.*

suam sententiam. *Ante Romanam editionem legebatur*, suam voluntatem. *Quo modo habent omnia vetera exemplaria.*

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

gloriosissimi judices & amplissimus senatus &c.

Pag. 178.

Sanctè & integrè. *Crabbus sequentia verba apposuit in margine suæ editionis, quæ à sequentibus etiam editoribus conservata sunt.* Hanc interlocutionem Latinis literis habent codices Græci Acumirenses prout hic jacet. *Romani deleverunt, quia nesciebant verba esse Rustici.*

Constantinum venerandum. *Sicut Crabbus suprà notas illas* VS *vertit* venerandus, *sic istas* VD *vertit* venerandus. *Et tamen superiora illum docere poterant legendum esse* vir devotissimus. *Magis miror de editoribus Romanis ; qui cùm essent doctissimi, facilè poterant hæc levia errata tollere.*

sanctæ memoriæ Archiepiscopus. *Omnia vetera exemplaria & veteres editiones habent.* orthodoxè sanctæ memoriæ Flavianus & consonanter.

Martyr. ANNOTATIO RVSTICI. Martyr nominatur beatissimus Flavianus. Archiepiscopus Flavianus fidem bene exposuit.

Deus bene adduxit te. *Legendum :* Deus benè te adduxit. Orthodoxe, bene venisti. *Sic docent veteres libri.*

gratia Christi. *Rusticus admonet hæc verba non haberi in codicibus Acumisensibus. Quam admonitionem in margine posuit Crabbus, exemplar suum secutus. Romani, ut solent, sustulerunt verba quæ putabant esse Crabbi.*

Pag. 179.

Naupacti Helladis. *Libri nostri*, Neopactæ Helladæ.

Macedoniæ secundæ. *Omnia vetera exemplaria & editiones Romona antiquiores*, secundæ Macedoniæ provinciæ.

Busiridis. *Omnia vetera exemplaria & veteres editiones habent* Busirens *aut* Busireos.

sanctissimus & venerandus Episcopus Flavianus. *Certum est vocem* venerandus *heic malè positam, & legendum esse* reverentissimus. *Error ortus ex ignorantia notarum. Sic etiam emendandum in sequentibus.*

Flagonensis. *Corb. & Colb.* Flagoneus, *Parif.* Fragoneus. *Longè recedit Divionensis, qui* Draccon *habet. & in margine*, al. Flagoneos.

Anchiani. *Iam monuimus suprà pag. 1039. veteres codices habere* Anchiesini *vel* Anciasini, *ut isthic*

Pag. 182.

Manifestè. *Crabbus in margine istius interlocutionis sic scripsit.* Hæretica Dioscori responsio contra catholicam fidem. *Romani putantes verba illa esse Crabbi & inutilia, ea sustulerunt. Rustici autem esse probant vetera exemplaria.*

& ego rogo. ANNOTATIO RUSTICI. Iterum rogat gesta legi Dioscorus.

Religiosissimi judices. *Libri nostri omnes*, Gloriosissimi judices. *quod melius est.*

ex eadem scheda recitavit.

QUÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Codices Corbeienses & Colbertinus sic habent.

Constantinopoli, retractata Ephesi, relecta Chalcedone; ubi Basilius Episcopus dixit in duabus naturis agnoscendum unum Dominum.

In editione verò Crabbi sic.

Actione II. Constantinopoli habita ab Eutyche, lecta in Ephesino Concilio, relecta in Chalcedone.

Religiosissimus Episcopus Basilius. *Omnia vetera exemplaria habent*, Reverentissimus.

Deum & salvatorem. *Libri omnes*, & Deum & salvatorem.

vera & cum pietate conjuncta. *Hæc est editio Romana. Antea quippe legebatur*, vera & pia continentia. *Sic porrò etiam habent antiqui codices, nisi quòd piè legunt pro* pia.

Seleucus reverendissimus. *Paulò meliùs secundùm veterem morem libri nostri*, Reverentissimus Episcopus Seleucus.

Archiepiscopi nostri. *Deesse heic nomen Flaviani clamat etiam textus Græcus. Habent autem illud omnes veteres libri & omnes editiones ante Labbeanam. Error ergo fuit typographorum.*

in duabus naturis. *Crabbus in margine ad has voces sic scripsit*: Apertiùs dictum hic quàm à Basilio, in duabus naturis. *Romani, quia nesciebant hanc annotationem esse Rustici, eam sustulerunt.*

carnis. *Hæc vox, quæ neque in antiquis codicibus extat neque in antiquis editionibus, propagata est ex Romana.*

QUÆ IN EPHESO.

Sancta synodus dixit. Nemo &c.

unitionem. *Codex Divion.* unitatem; *& in margine*, al. unitionem.

Hæc Nestorius sapuit. *Ita codex Parisiensis & editio Romana. Alii verò libri & veteres editiones*: Hæc Nestorius sapiit, sic Nestorius sapuit. *Sanè posteriorum membrum additum est in margine exemplaris Divionensis.*

Pag. 183.

annotamus. *Editiones veteres*, annotemus, *codices Corb. & Colb.* anotemus, *reliqui* adnotavimus.

Priùs. *Divion.* primitus. *& in margine*, al priùs.

Evazorum. *Omnes veteres codices & editiones* Evazon. *quod idem est.*

QUÆ IN CONSTANTINOPOLI.

In veteribus editionibus sic scriptum est.

CONSTANTINOPOLI ACTIONE II. GESTA, SEU CHALCEDONE RELECTA.

Saturninus Deo amantissimus. *Sic repositum sunt editores Romani, cùm in antiquis legeretur*: Deo amantissimus Episcopus Saturninus Martianopolis metropolis dixit. *Codices Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Saturninus. *Parisf. & Divion.* Reverentissimus Episcopus Saturninus.

præter ea quæ. *Veteres libri omnes*, præter quæ.

excommunicatus nobis. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam*, excommunicatus à nobis. *quod melius est. Et fortassis est error typographi in editione Romana.*

Æthericus Deo amantissimus. *Crabbus & alii usque ad Romanos*: Deo amantissimus Episcopus Æthericus. *Codices Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Æthericus. *Reliqui*: Reverentissimus Episcopus Æthericus civitatis Smyrnæ dixit. *Vocem civitatis, quam hic addidimus, extat quidem in codicibus Colbertino & Divionensi & in vetustis editionibus, sed non habetur in Parisiensi.*

Dioscorus Episcopus. *Codex Divionensis & heic & in locis sequentibus legit*: Dioscorus reverentissimus Episcopus.

ingressus sum Constantinopolim. *Codex Corb. & veteres editiones*, in Constantinopolim.

accedebant ad me. *Divion. & Corb.* attendebat autem auditores deinde hunc ipsum monachum cum ipsis dicentem. *Ita etiam Colbertinus, nisi quòd dicit habet pro dicentem. Primò Divionensis habebat* attendebam. *Postea emendatum est. Hanc tamen lectionem reperi in Parisiensi. Veteres editiones*, accedebant ad me eversores, ducentes hunc ipsum monachum.

sine videamus. *Veteres editiones*, sine videamus si quæ audivimus iniqua de eo certa sint. *Codex Corb.* sine videamus. Audivimus ab eo certa aliqua. *Ita etiam Colbertinus, nisi quòd* audimus *habet. Divion. & Parisf.* sine vel videamus aut audiamus ab eo certa aliqua.

Audivisti autem. *Veteres editiones*: Audivisti autem quæ tunc si à te dicta sunt. *Exemplaria Colbertinum & Corbeiense*: Audivisti autem ea quæ tunc si à te dicta sunt. *Parisf. & Divion.* Audivisti autem ea quæ quasi à te dicta sunt. *In margine Divion.* al. quæ tunc si à te.

Et cùm legerentur,

QUÆ IN CALCHEDONA.

Æthericus reverentissimus &c.

Priùs. *Codices Parisf. & Divion.* Prioribus eon sensi. *In margine Divion.* al. Priùs quidem. *Quo etiam modo habent alia vetera exemplaria.*

abii Ephesum. *Divion. & Colbert.* abiis Ephesiæ & statim. *Colb.* abii Ephesiæ, statim.

Si verò est aliquid. *Colbertinus*: Si verò est aliud; obicite mihi. *Quo etiam modo in codice suo legisse videtur is qui Corbeiensem transcripsit, in quo sic legitur*: Si verò est aliud, alicite mihi.

Pag. 186.

deprehensus. *Omnes veteres codices & editiones habent* reprehensus.

ex eadem scheda recitavit.

QUÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Valerianus. *Divionensis & Parisiensis & veteres editiones*: Reverentissimus Episcopus Valerianus. *Colbert.* Constantinus reverentiss. Episcopus. *Corbeien.* Reverentissimus Episcopus Alexandriæ dixit,

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

Verùm hæ duæ posteriores lectiones sunt mendosæ.

unum tamen & eundem. *Parif. & Divion.* unum tamen eundemque. *Corb. & Colb.* unum tamen filium Dei. *Sic etiam veteres editiones.*

Cyrillus Alexandriæ. *Veteres libri omnes*, Cyrillus Alexandrinæ urbis antistes statuit. *Verùm quia veteres sæpe scribebant anteftis, & haud dubiè in codice Crabbi scriptum erat, ut in Corbeiensi, antetes, ille sic supplevit & emendavit.* Alexandrinæ urbis Episcopus ante statuit.

Longinus Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Longinus. *Reliqui*, Reverentissimus Episcopus Longinus.

beatissimorum. *Rusticus heic adnotat alibi legi* Deo amicissimorum.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

Dioscorus reverentissimus Episcopus Alexandriæ dixit: Ex duabus suscipio &c. *Hoc loco in editionibus Crabbi & aliis antiquis scriptum est in margine:* Dogma Dioscori. *Editores Romani sustulerunt, putantes esse scholion Crabbi. Re autem vera est Rustici Diaconi.*

Tu enim dudum. *Corbei. & Colbert.* Tum etiam dudum occidisti te vera quidem sanctissimum. *Divion. & Parif.* Tu me jam dudum occidisti, te vera quidem.

hic & ibi. *Omnes veteres libri & editiones habent*, hic & tibi.

Vtique ut pœnas. *Divion. & Parif.* Necesse est ut pœnas.

Paschasinus venerandus. *Corrige*, Paschasinus reverentissimus, *ut in antiquis exemplaribus. Error ortus ex ignorantia notarum, ut suprà monuimus.*

Gloriosissimi judices. *Rusticus annotat ista non haberi in codicibus Acœmetensium.*

huic & illi. *Omnia vetera exemplaria:* Detur ergo in illo justa sententia. *Sic etiam veteres editiones, nisi quòd habent* illa, *haud dubiè vitio typographi.*

ex eadem scheda recitavit.

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Meliphtongus Deo. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Melipton. *Reliqui*, Reverentissimus Episcopus Meliptongus Iuliopolitanus dixit.

Pag. 187.

etiam si. *Vetera exemplaria & veteres editiones non habent vocem* etiam.

vobis aliud. *Omnia vetera exemplaria*, nobis alterum quid propter quæ nuper.

portabunt. *Libri nostri & antiquæ editiones*, portent.

Iulianus Dei amantissimus. *Corbeiensis*, Deo amicissimus Episcopus Iulianus. *Colbertinus*, Deo amicissimus Episcopus Choensis Iulius dixit. *Parif. & Divion.* Reverentissimus Episcopus Iulianus.

præter ea quæ. *Veteres libri*, præter quæ.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

Dioscorus reverentissimus &c.

Ecce hoc reprehendo. ANNOTATIO RVSTICI. Hic Dioscorus nec duas naturas in Christo vult prædicari. *Quam annotationem his verbis reddidit Crabbus.* Hic Dioscorus suum dogma rursum occinit.

unitionem. *Quidam codices*, unitatem.

ex eadem scheda recitavit.

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

Sabbas Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Abbas Paltu civitatis. *Reliqui*, Reverentissimus Episcopus Sabas Paltu.

locuti sunt. *Hanc lectionem habet solus codex Parisiensis. In reliquis ita scriptum est:* locuti sunt quæ locuti sunt.

Deo amiciss. beatus Cyrillus. *Divion.* Deo dignos, *Parif.* Deo dignissimus.

Dei amantissimus Ioannes. *Corb. & Colb.* Deo amiciss. Iohannes. *Alii*, Deo dignus.

hunc tomum. *Parif. & Divion.* hanc cartulam. ANNOTATIO RVSTICI AD HVNC LOCVM. Petit Sabas in orientem dirigi tomum, *id est, Antiochiam. Brevius Crabbus:* Sabæ petitio.

Thomas Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Thomas Valentinæ dixit. *Divion.* Reverentissimus Episcopus Thomas Valentinianopolitanus. *Sic etiam Parisiensis.*

Tryphon Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Triphon civitatis Insulphri. *Prava lectio, quæ emendata est ab eo qui Divionense exemplar descripsit, in quo sic legitur:* Reverentissimus Episcopus Trifon civitatis insulæ Cio. *& in margine*, al. Infulfii. *Ista, quæ superflua fortassis cuipiam videbuntur, annotamus quia usui quandoque esse poterunt ad emendanda veterum loca ubi exemplaria antiqua desunt.*

& credimus. *Hæc non extant in vetustis exemplaribus. Leguntur quidem in Divionensi, sed expuncta sunt. Parisiense non habet* credidimus, *sed* credimus, *& deinde*, & qui ita non credunt.

Timotheus Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus Episcopus Timotheus. *Parif. & Divion.* Reverentissimus Episcopus Timotheus.

Pag. 190.

Episcopus ea secutus. *Vox ea deest in antiquis exemplaribus & editionibus.*

à sancta Dei Ecclesia. *Hanc lectionem editores Romani sumpserunt ex textu Græco. Ceterùm veteres editiones & omnes libri calamo exarati habent*, à sanctis Dei Ecclesiis.

Eudoxius Dei amantissimus. *Editiones veteres*, Deo amantissimus Episcopus. *Codices Corb. & Colbert.* Deo amicissimus Episcopus Eudoxius. *Alii*, Reverentissimus Episcopus Eudoxius.

est Deus & filius patris. *Corb.* est Deus, filius est patris. *Colbertinus*, est Dei filius est patris. *Divion.* est Deus & filius patris. *Parif.* est Deus filius patris. *Veteres editiones*, est Deus & filius est patris.

inhumanatus. *Codex Divion.* incarnatus; *& in margine*, al. inhumanatus.

Et cum legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

Eustathius reverentissimus &c.

ex eadem scheda recitavit,

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Eustathius Deo amicissimus. *Divion. & Parif.* Eustathius reverentissimus Episcopus Docimini. *Reliqui*, Eustochius Deo amicissimus Episcopus. *Sic etiam Crabbus in margine, nisi quòd habet* amantissimus.

omnia ad invicem. *Vox* ad *non extat in antiquis exemplaribus, neque in antiquis editionibus.*

Iulianus Dei amantissimus. *Colbertinus & Corbei.* Iulianus Deo amicissimus. *Divion. & Parif.* Iulianus reverentissimus. *In margine Divionensis*, al. Deo amicissimus.

Mostenæ. *Corb. & Colb.* Mostinæ. *quod idem est. Ita etiam Divionensis, in quo primò scriptum fuit* Mostenæ. *Parisiensis habet* Monstrinæ.

à sanctæ Ecclesiæ recta fide. *Veteres*, Ecclesiæ & recta fide.

Cossinius Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Cossignius Deo amicissimus. *Paris.* Cossignius reverentissimus. *Divion.* Cussinus reverentissimus. *Et in margine*, al. Cossignius.

Ecclesia Dei. *Vox* Dei *huc transiit ex Græco textu. Non extat enim in codicibus manu scriptis, neque in editionibus quæ Romanam antecesserunt.*

Ioannes Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Iohannes Deo amicissimus. *Reliqui*, Iohannes reverentissimus.

Eusebius Episcopus Dorylæi. *Omnes libri veteres*, Eusebius reverentissimus Episcopus.

reverendissimorum Episcoporum in hac regia urbe. *Ita codex Parisiensis. Ita etiam primò habuit Divionensis; sed hæc lectio postea expuncta est ut substitueretur vocula* ex, *quam reliqua quoque vetera exemplaria præferunt. Ceterùm pro* reverentissimorum *malè in antiquis editionibus legitur*, venerandissimorum. *Et hoc bene emendaverunt Romani.*

Pag. 191.

Dei amantissimos. *Corb. & Colb.* Deo amicissimos. *Reliqui*, reverentissimos.

sententiam. *Ante Romanam editionem legebatur* voluntatem. *Quo etiam modo habent vetera exemplaria. Neque video cur mutari debuerit.*

TERTIA COGNITIO IN CONSTANTINOPOLI.

Præsidente sanctissimo &c.

quintodecimo die. *In antiquis editionibus legebatur*, xv. die. *Veteres libri omnes*, quintodecimo die.

consulatu suprascripto. *Hæc lectio bona est. Quidam tamen codices habent* consulatu suprascriptorum.

Episcopus dixit. *Vetera exemplaria & veteres editiones addunt vocem* Dorylæi. *quam editores quoque Romani retinuerunt, & qui curaverunt editionem regiam. Primùm ergo omissa est in Labbeana.*

arguendum. *Omnes libri nostri*, obarguendum.

quinam sunt dudum directi. *Veteres libri & editiones*, qui sunt dudum directi, *eodem sensu.*

pergere ad reverentissimum. *Malè in antiquis editionibus* ad venerandissimum Presbyterum. *Sic etiam paulò pòst legebatur in ejusdem editionibus*, accusante venerandissimum. *Et hæc quoque rectè mutarunt Romani.*

Ioannes religiosissimus. *Veteres libri & editiones*, Religiosissimus Iohannes.

Pridem religiosissimo. *Corb. Colb. & Paris.* Pridem reverentissimo. *Divion.* Primùm reverentissimo. *Et in margine*, al. Pridem.

libellum in scriptis. *Vocem* in *neque vetera exemplaria exhibent neque veteres editiones. Ista porrò repetuntur infrà pag. 252. istius tomi quarti.*

pro his quæ ei ab ipso objiciebantur. *Hanc lectionem in nullo veterum nostrorum exemplarium reperi. Veteres editiones habent*, pro his quæ objiciebantur. *Codices Paris. & Divion.* pro his quæ ab eo ingeruntur. *Colbert. & Corb.* pro bis quæ abierunt. *Divion. in margine*, abgeruntur. *Infrà pag. 252.* pro his quæ ei ab ipso ingerebantur.

religiosum. *In vetustis editionibus & in exemplaribus Corbeiensi & Colbertino perperam scriptum est* reliquum. *Rectè igitur fecerunt editores Romani, qui* religiosum *substituerunt. Hanc eorum emendationem confirmant codices Divionensis & Parisiensis.*

Pag. 194.

errare. *Veteres libri & editiones*, errasse.

neque subscribere. *Codices Paris. & Divion.* neque suscipere. *Quo etiam modo legitur infrà pag. 248. & 252. hujus tomi quarti. Codex Divionensis habet in margine*, al. subscribere.

incarnati. *Turbant hoc loco codices Colbertinus & Corbeiensis, in quibus variæ lectiones hujus loci & sequentis, quæ positæ erant in margine, leguntur in textu, hoc modo*; incarnati codicem biblion & inhumanati hominis facti, & librum aliquem &c.

inhumanati. *Liber Divion.* hominis facti. *Ita etiam Parisiensis.*

proferens. *Codex Divion.* professionis. *& in margine*, al. proferens.

derogationes. *In editione Romana additur in margine*, contumelias, *tamquam si varia esset lectio ex veteri quopiam codice. Verùm non puto ità esse, sed tantùm versionem ex Græco textu sumptam.*

quia Deus verb. car. sec. de cœlo deduxerit. *Hæc desunt in exemplaribus Corbeiensi & Colbertino, ubi legitur*: quasi quòd dixerit se innoxium.

secundùm subsistentiam. *Ita codex Colbertinus & veteres editiones. Corbeiensis habet* secundùm substantiam, *reliqui* substantialiter.

ut dicebat. *Quidam codices legunt*, ut dicebam.

meliores sunt patrum. *Omnes veteres libri*, meliores sunt à patrum.

& an qui pariter. *Erratum est typographi. Legendum*, an & qui pariter, *ut in libris nostris & in superioribus editionibus.*

venerandus Andreas. *Miror editores Romanos, qui similes mendas alibi sustulerunt, ut suprà monuimus, istam reliquisse intactam. Quidam libri habent* reverentissimus Andreas, *alii* religiosissimus. *Sic etiam paulò pòst.*

ad venerandum Presbyterum. *Omnes libri nostri habent*, ad reverentissimum. *Error, quod sæpe diximus, ortus est ex ignoratione notarum.*

Ioannes religiosissimus. *Quidam codices*, reverentissimus.

Episcopi Basilii. *Malè in Corb. & Colbertino exemplaribus*, Presbyteri Basilii.

qui adesse solet reverentissimo. *Divion. simplicius*, Diaconus rever. Episcopi Basilii. *& in margine*, al. Diaconus qui adesse solet.

Pag. 195.

sanctissimus Archiepiscopus. *Omnia vetera exemplaria habent*, Flavianus sanctissimus Archiepiscopus.

Dic quæ audisti. *Melius in codicibus Divionensi & Parisiensi.* Dic quæ audisti de fide præsentibus religiosissimis Iohanne Presbytero & Defensore & Andrea Diacono à reverentissimo Presbytero & Archimandrita. *Ceteri habent ut in editionibus.*

Dei amantissimus Presbyter. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus, *Reliqui*, reverentissimus. *Sic etiam paulò pòst, ubi de Andrea, & de Eusebio, ac ceteris.*

Eusebius Dei amantissimus. *Codex Divion.* Eusebius reverentissimus Episcopus Dorylæi.

malè sapuisse. *Ita etiam codices Divion. & Paris. & veteres editiones. Corb. & Colb.* malæ.

respiciat. *Codex Divion.* resipiscat. *Hanc lectionem, quæ falsa est, non adnotassem, nisi vidissem eam in ora editionis Labbeanæ. Infrà in eadem pagina*: quam decet dari à nobis his qui ad pœnitentiam respiciunt.

reverentissimi Presbyteri. *Divion. & Paris.* religiosissimi.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

Dei amantissimo Episcopo. *Corb. & Colb.* Deo amicissimo. *Paris. & Divion.* reverentissimo.

& manente. *Error est typographi, quem superiores Labbeana editiones non habent. Reponendum itaque* & permanente.

ut dictum est. *Hac verba in nullo veterum exemplarium extant quibus nos utimur.*

reverendis Diaconibus. *Sufficiat heic admonuisse, ubicunque in hac pagina nominantur isti viri, codices Divionensem & Parisiensem habere* religiosissimis, *ceteros* reverentissimis.

quando. *Omnes veteres*, quomodo.

Eusebius Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus, *alii* reverentissimus.

Pag. 198.

Epistola Constantinopolitani. *Titulus iste deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

nova Roma. *Vox* nova *in nullo veterum exemplarium habetur qua nos vidimus, neque in antiquis editionibus. Sanè Crabbus suspicatus est eam isthic deesse, & in margine propterea sit scripsit:* for. nova Roma. *Eadem vox deest suprà pag. 151. & 155: & infrà pag. 203. editionis Labbeana, ut illic monuimus.*

reverendos. *Legendum est*, reverentissimos, *ut omnes libri habent prater Divionensem, in quo legitur* religiosissimos. *Hic etiam error profectus est ex ignoratione notarum.*

Deo amantissimo. *Corb. & Colb.* Deo amicissimo. *Reliqui*, reverentissimo.

sapuisti & ad aliquos. *Legendum* sapuisti & sapis & ad aliquos. *Mendum est editionis Labbeana, quo superiores carent. In codicibus Paris. & Divion. scriptum est:* aliena à fide sapiens, & ad aliquos locutus es.

reverendos. *Omnia vetera exemplaria*, reverentissimos. *Sic etiam mox scribendum ubi de Eutychete agitur.*

exurgens. *Omnes libri nostri*, consurgens.

Dei amantissimus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus. *Reliqui*, reverentissimus.

relinquitur. *Hanc vocem non habent veteres libri, neque vocem* pergit, *qua paulò post sequitur. Valde autem puto additam fuisse ab amanuensi Crabbi, qui non satis assequebatur vim istius modi loquendi.*

adeo impiè. *Legendum*, in Deo impiè, *id est*, in Deum. *Sic enim habent omnia vetera exemplaria, nisi quòd Parisiense prafert* in Domino *pro* in Deo.

hic presbyterum. *Reponenda est hoc loco vox* præsentem, *sicque legendum*, hic præsentem Presbyterum. *Sic habent omnia vetera exemplaria & omnes editiones ante Labbeanam.*

in Septimo. *id est, in suburbio Constantinopolis quod Septimum vocabatur, ut heic ex Procopio observat Surius. Locus autem Procopii est in capite quarto de edificiis Iustiniani. Vide qua de Septimo sive Hebdomo dixit vir stupenda ac multifaria eruditionis Carolus Dufresnius Cangius in Constantinopoli Christiana lib. 2. cap. 5. & 16. §. 44.*

Et cùm stetisset, Archiepiscopus dixit: Quo gradu. *Heic magna fuit oscitantia eorum qui prafuerunt editioni Labbeana. Omiserunt enim integram primam interrogationem Flaviani. Sic ergo repone.* Et cùm stetisset, Archiepiscopus dixit: Quid vocaris? Ille respondit: Abraamius. Flavianus sanctissimus Archiepiscopus dixit: Quo gradu honoraris? *Ita etiam vetera exemplaria.*

Emmanuel. *Omnes veteres libri habent* Manuhel, *& paulò pòst* Manuhelis. *Sic etiam infrà pag. 211.*

quod Eutyches. *Meliùs codices Divion. & Paris.* quia.

Dei amantissimus. *Emenda ut in superioribus.*

Pag. 199.

peto te dirigere. *Omnes veteres libri*, peto dirigere in alia monasteria & addiscere utrum & illuc direxerit.

religiosissimi Eusebii. *Divion. & Paris.* reverentissimi.

Petrus reverentissimus. *Corb. & Colb.* religiosissimus.

religiosissimus Diaconus. *Divion. & Paris.* religiosus, *alii* reverentissimus.

Rhetorius Presbyter. *Lege ex fide veterum librorum*, Rhetorius religiosissimus Presbyter, & Eutropius religiosissimus Diaconus.

Calchedonem. *Omnes veteres habent* Calchedona *aut* Chalcedona.

Ioannes Presbyter. *Mendum est typographi, legendumque omnino* Presbyteri, *ut in superioribus editionibus. Codices Divionensis & Parisiensis legunt*, Iohannes religiosissimi Presbyteri.

venerandi Presbyteri. *Corb. & Colb.* reverentissimi. *Reliqui*, religiosissimi. *Sic etiam paulò pòst.*

Nuntiate. *Omnia vetera exemplaria habent:* Nontiate nos, *id est, nuntiate nos heic adesse. Vide suprà in gestis Concilii Ephesini cap 24. pag. 456. & seq.*

dominus. *in omnibus libris nostris scriptum est* domnus. *Infrà actione 4. Constantinopoli* aliqua dicere domno.

videre vos non potest. *Corb. & Colb.* potestis. *Paris. & Divion.* videre eum non potestis.

Eleusinemum quidam. *Hac lectio est propria istius postrema editionis Conciliorum. Omnes enim alia habent* Eleusinium quendam. *Quo etiam modo legitur in antiquis exemplaribus & in Graco textu. Hujus Eleusinii mentio extat paulò pòst.*

& magna. *Ista non habentur in libro Divionensi.*

Dei amantissimo Eusebio Episcopo se sistat. *Corb. & Colb.* Deo amicissimo Eus. Episcopo sistat. *Divion. & Paris.* beatissimo Eus. Episc. sistat.

Pag. 202.

Dei amantissimus Archiepiscopus. *Corb. & Colb.* Deo amicissimus Archiepiscopus. *Reliqui*, beatissimus Episcopus.

effectus. *Hac lectio propagata est ex editione Crabbi. Omnes porrò libri veteres habent* defectus.

Diximus & nos. *Veteres omnes:* Diximus nos.

Ante tertiam vocationem. ANNOTATIO DIACONI RUSTICI. Quantum ad justitiam, post secundam evocationem damnari meruit qui sibi tertiam interdixit.

sanctitati domini. *Libri nostri*, domni.

Compellebar. *Hic error est editionis Labbeana. Reliqua enim & veteres libri legunt* Compellebat.

Ita nobis. *Hanc lectionem praferunt etiam veteres editiones & codex Parisiensis. Reliqui*, Ista nobis.

legi. *Hac lectio primùm emersit in editione Biniana. At veteres & tria vetera exemplaria habent* legere, *Divion.* relegere.

Dei amantissimus. *Corb. & Colbert.* Deo amicissimus. *Alii*, reverentissimus.

Excogitatio est semper. *Divion. & Paris.* Tractatus est semper. *Et in margine Divion.* al. Excogitatio semper est.

reverentissimos Presbyteros. *Paris.* religiosissimos, *Divion.* religiosos.

Presbyterum & Archimandritam. *Divion. & Paris.* Presbyterum & monachum. *Sed in margine Divionensis scriptum est*, al. archimandritam.

Pag. 203.

Epistola. *Titulus iste non habetur in antiquis exemplaribus.*

Nova Roma. *Vox* nova, *quod jam sæpe monuimus, non additur in antiquis exemplaribus in his locis in quibus Constantinopolis vocatur Roma. Vide suprà pag. 1053. Ceterùm istic quoque Crabbus apposuit in margin.* for. nova Roma.

Presbytero Archimandritæ. *Nemo, præsertim si respiciat ad Græca verba, dubitabit deesse heic conjunctionem. Eam sanè habent omnes editiones ante Labbeanam, & omnia vetera exemplaria.*

configas. *Codices Divion. & Paris.* succumbas. *Divionensis habet in margine*, al. configas.

reverendissimos. *Iidem codices*, religiosissimos, *& paulò post* religiosum *pro* reverendum.

acquiesce. *Iidem libri*, festina præsens esse in crastino.

QVARTA COGNITIO CONCILII CONSTANTINOPOLITANI.

Codex Corbeiensis. Quæ Constantinopolim, cognitio quarta. G R. de die quia non stat. *Editio Crabbi.* Actio Constantinopolitanæ synodi 4. sed Chalcedone lecta. Et sequenti die, tertia feria &c.

sanctæ synodo. *Omnes libri nostri*, & sancta synodo.

reverentia. *Divion. & Paris.* sanctitas.

Quis vos direxit? *Hæc est lectio libri Divionensis. Alii habent:* Qui vos direxit. *Et paulò pòst omnes legunt:* Qui Archimandrita?

Direxit nos ægrotans. *Primi omnium Romani hanc lectionem vulgarunt. Antea quippe legebatur:* Direxit me. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

tota nocte dormite. *Corbeiensis, Colbertinus & Parisiensis habent*, totam noctem. *Divion.* quia tota nocte.

nec ego quidem. *Omnes libri veteres & editiones ante Romanam*, nec ego verò.

ut aliqua dicerem. *Omnes libri veteres*, & aliqua dicere domno.

intermittimus. *Scholion Crabbi ad hunc locum.* Suspendimus cognitionem negocii donec convalescat; non urgemus ægrotantem, ut vivat.

imminemus. *Editores Romani addiderunt in margine vocem* urgemus, *eo modo explicantes eam quæ habetur in textu. Alio sensu usurpatur hæc vox apud sanctum Gregorium Papam.*

Pag. 206.

pro veritate iste ingressus est. *Vide quæ suprà dicta sunt ad paginam* 134.

Multi & magni. *Divion. & Paris.* Multi majores. *Sed in margine Divion. scriptum est*, al. Multi & magni.

quòd similia. *Omnes libri veteres*, quia similia.

sapiat. *Tres antiqui codices habent* sapiet, *alius* sapit.

præter hos. *Mendum typographi. Superiores editiones legunt*, has. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

videtur. *Ita omnes libri & omnes editiones. Suspicor tamen legendum esse* video, *ut ista referantur ad Flavianum loquentem de se. Quod sequentia videntur ostendere.*

Numquid ego. *Veteres libri:* Numquid ego volo dispersionem vestram? absit.

colligere. *Codices Corbeiensis & Colbert.* consentire, *Divion.* congregare, *& in margine*, al. consentire. *In Parisiensi scriptum est* continere, *in antiquis editionibus* conservate.

ITEM QVINTA COGNITIO CONCILII CONSTANTINOPOLITANI EX GESTIS EPHESINIS.

Titulus iste sic intelligendus est ut quæ illic dicuntur de gestis Ephesinis referenda non sint ad primum Concilium Ephesinum, sed ad secundum, in quo Dioscorus Alexandrinus tyrannum ac prædonem egit. Itaque in editione Crabbi ita scriptum est.

ACTIO QVINTA CONSTANTINOPOLITANI CONCILII LECTA EPHESI, SED RELECTA CHALCEDONE.

ministrantes. *Codices Paris. & Divion.* portantes. *At Divionensis habet in margine*, al. ministrantes.

Pag. 207.

transmissa sunt ei. *Editiones veteres*, transmissa sunt ei. Et accipiens autem. *Codices Corb. & Colb.* transmissa sunt. Et accip. autem. *Reliqui:* transmissa sunt. Accip. autem.

sanctissimum. *Omnia vetera exemplaria*, sanctum.

Dei amantissimus. *Corb. & Colbert.* Deo amicissimus. *Reliqui*, reverentissimus.

Nam si dicas his. *Corb. & Paris.* Nam sic etiam his qui.

non latrocinemini. *Libri nostri*, ne latrocin.

subscribere expositionibus. *Corb. Divion. & Colbert.* subscribere in expositionibus.

Sicut enim sæpius jam à nobis dictum est. *Heic deficit exemplar vetus bibliotheca Colbertina.*

convictum esse. *Vox* esse *deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

hæc dicerentur. *Rursum vox* hæc *non habetur in antiquis codicibus.*

satisfacere his. *Codex Corb. & veteres editiones*, satisfacere de his. *Paris. & Divion.* satisfacere pro his.

expecto. *Veteres libri & editiones*, sustineo.

exorabit dominum. *Veteres libri & editiones*, forte supplicat domno & sanctæ synodo. *Vulgatam lectionem debemus editoribus Romanis.*

supplicari. *Omnes veteres libri & editiones*, supplicare.

domino. *Legendum ubique* domno, *ut in veteribus libris.*

reverendus Presbyter. *Colb.* reverentissimos, *Paris. & Divion.* religiosissimos.

pervenimus. *Et hunc quoque locum emendavere Romani. Nam in superioribus editionibus & in antiquis codicibus legitur*, perveniens.

reverendo. *Divion. & Paris.* religioso.

& reddidimus. *Vetera exemplaria & veteres editiones non habent conjunctionem quam heic exhibet editio Romana.*

Pag. 210.

Dei amantissimos. *Corbeiensis*, Deo amicissimus. *Reliqui*, reverentissimus.

monasteria. *Rusticus apposuit in margine verbum Græcum.*

ad cognoscendum. *Omnes veteres libri habent*, ob cognoscendum.

commonet. *Sic edidit Crabbus, & post eum alii. Sic etiam scriptum est in libro Divionensi; qui tamen habet in margine*, al. commovet. *Istam ultimam*

lectionem

lectionem præferunt codices Corbeiensis & Parisiensis.

Iubete ergo eos. *Vocem* ergo *non habent vetera exemplaria.*

quinam. *Sic maluere Romani. Nam antea legebatur*, qui sunt directi. *Quo etiam modo scriptum est in antiquis.*

Religiosissimi. *Hæc est scriptura librorum Divionensis & Parisiensis. Corbeiensis habet*, Reverentissimi.

Reverendus Petrus. *Corbeien.* Reverentissimus. *Divion.* Religiosissimus. *Sic etiam exemplar ex quo descriptus olim est codex Parisiensis, qui heic habet* religiosissimorum.

chartulam. *Codex Corbeiensis & editiones Crabbi habent in margine*, tomum.

quendam Constantinum. *Ante editionem Romanam legebatur in antiquis codicibus* aliquem.

petens ut subscriberem. *Veteres libri*, petens subscribere.

subscribere, sed Episcoporum. *Codices Parisiensis & Divion.* subscribere. Episcoporum tantùm est hoc. Et egrediens dicebat. *Corbeiensis & editiones Romana antiquiores:* subscribere. Episcoporum tantùm est & eorum qui digni sunt. Dicebat. *Hanc lectionem habet etiam liber Divionensis in margine.*

impositurus. *Codices Corb. & Divion.* se superimpositurus.

an tantummodo. *Veteres editiones habent* aut tantummodo, *& in margine*, an. *quam lectionem editores Romani transtulerunt in textum. Attamen veteres libri omnes habent* aut, *eodem sanè sensu.*

Episcoporum qui in Epheso convenerant. *Vocem* convenerant, *quæ necessaria non est, nullus veterum librorum habet. Divion. & Parif. addunt* Ephefo beatissimorum Episcoporum.

archimandrita Faustus. *Codex Corb. & veteres editiones*, archimandrites.

& sententiam. *Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus. Addita sunt in Romana.*

Dicebant illi. *Veteres libri:* Dicebat ille.

Pag. 211.

Numquid. *Ita etiam veteres editiones. At codex Corb. legit* inquit, *Parif. & Divion.* inquiens: Exemplaria &c.

Inspiciendum. *Veteres libri & editiones*, pertractandum.

Archiepiscopus. *Iidem libri & editiones*, Episcopus.

persuadearis. *Hæc quidem est lectio etiam veterum editionum. Sed vetera exemplaria habent* suadearis.

Emmanuelem. *Veteres libri* Manuhelem, *ut etiam suprà pag.* 198

ad se non directum. *Codex Corb. & veteres editiones*, non ad se directum. *Divion. & Parif.* non ad se fuisse directum.

neque tomum. *Veteres libri & editiones*, neque tomum neque aliquod responsum ad se fuisse directum. *Nescio autem cur à veteribus editionibus discesserint editores Romani.*

reverendis Presbyteris. *Codices Parif. & Divion. & veteres editiones*, reverentissimis.

reverendus Diaconus. *Codex Parif.* religiosus. *Idem paulò pòst habet* religioso Presbytero *pro eo quod editiones habent* reverendo. *Tum* religiosus Presbyter. *Quo etiam modo heic scriptum est in exemplari Divionensi.*

Dei amantissimus. *Codex Corb.* Deo amicissimus, *Reliqui*, reverentissimus.

sapit. *Ita etiam codices Parif. & Divionensis; in cujus tamen margine sic adnotatum est*, al. sapiebat.

quam lectionem habent veteres editiones & liber Corbeiensis.

reverendus Presbyter. *Rursum heic codex Parif. habet* religiosus, *itemque paulò pòst ubi agitur de Diacono Athanasio. Sic etiam Divionensis.*

responsa. *Hæc vox in nullo eorum exemplarium extat quæ nos vidimus. Habetur tamen in antiquis editionibus.*

puto. *Error typographicus. Legendum* peto, *ut in superioribus editionibus.*

non monasterium. *Insignis oscitantia typographorum Parisiensium. Reponendum*, non egredi, & sepulchrum est mihi monasterium. *Sic enim habent omnes editiones & omnes libri veteres. Dixerat autem istud Eutyches suprà pag. 199. extrema.*

machinans. *Rusticus adnotat alibi legi*, compingens, coagulans.

deposita sunt: *Veteres libri & editiones*, proposita sunt.

Vigesimo. *Quamquam istud videatur esse levis momenti, dicam tamen. In omnibus antiquis exemplaribus & editionibus legitur*, vicesimo.

Pag. 214.

SEXTA COGNITIO CONCILII CONSTANTINOPOLITANI, EX GESTIS EPHESINIS.

Ita habet hic titulus in codice Divionensi. In Corbeiensi scriptum est. Quæ Constantinopoli. Cognitio sexta. *Editiones veteres.* Actio VI. Constantinopol. lecta Ephesi, sed relecta Chalcedone. *Codex Parif.* Item quinta cognitio.

sabbati. *Omnes veteres libri habent* sabbato.

vigesima dies. *Corbeien.* qui est vicesimus dies. *Parif. & Divion.* sabbato vicesimo die.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus. *Cæteri*, reverentissimus. *Sic etiam paulò pòst.*

reverendissimi Presbyteri. *Parif.* religiosi.

reverendus Theophilus. *Corb.* reverentissimus. *Reliqui*, religiosos. *Sic paulò pòst ubi de Mama.*

Reverendo autem. *Parif.* Reverentissimo.

reverentia. *Codices Parif. & Divion.* beatitudine.

idem reverendissimus. *Iidem*, religiosus.

quibusdam. *Hæc vox deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

Pag. 215.

hoc dicit. *Omnes libri veteres & editiones ante Romanam legunt* hæc.

an non. *Veteres libri & editiones*, aut non. *Sed Crabbus reposuit* an *in margine.*

Dixit. *Error editionis Labbeanæ. Nam superiores editiones habent*, Dixi. *Quo etiam modo habent vetera exemplaria.*

Si ego. *Veteres libri & editiones:* Si ergo. *At Divionensis legit:* Dixi ergo. Si Deus.

loqui seu. *Hæc desunt in codice Parisiensi. Deerant etiam in Divionensi, sed addita sunt supra lineam. Superflua verò esse docere videtur textus Græcus.*

me deponere volunt. *Veteres libri & editiones*, volunt deponere me, aut si desiderant facere aliquid adversum me.

steti. *Codex Divion.* sto.

Theophilus reveren. *Codices Parif. & Divion.* religiosus. *Item paulò pòst* religiosi *pro* reverendi.

putavimus. *Divion.* putabimus.

Dei amantissimus. *Corbeien.* Deo amicissimus. *Parif. & Divion.* reverentissimus.

eum nomen Clerici habeam. *Ita etiam veteres editiones. At vetera exemplaria*, nomen Clerici ha-

bens; *nisi quòd Divion. legit* habemus *per errorem, & in margine*, al. habens.

propterea in prima. *Veteres libri & editiones*, pro hoc in prima.

putavi. *Codex Divion.* putavimus.

reverendiss. Presbyter. *Divion. & Paris.* religiosos.

de ulla. *Hanc lectionem habent codex Divionensis & veteres editiones. In Parisiensi scriptum est* nulla, *in Corbeiensi* illa.

fige in memotiam quia humanam. *Postea sequi debet vox* naturam *ut in omnibus editionibus & antiquis exemplaribus. Est ergo etiam illud unum ex erratis postrema istius editionis Parisiensis.*

suscepta. *Malè, ut opinor, in Paris.* suscitata.

scriptutis. *Rursum malè Paris.* patribus.

Pag. 218.

ego de deitatis natura. *Ista versio prodiit ex editione Romana. Superiores enim habent*, ego deitatem non possum asserere naturam. *Quam lectionem confirmat & exemplar Parisiense. In Divionensi primò scriptum erat*, edo deitatem non possum dicere naturam; *& in margine*, al. asserere. *Postea expuncta est littera* t *priore loco posita in voce* deitatem, *& supra lineam posita littera* m. *Corbeiense prafert*, ego Dei tamen non possum asserere naturam.

quam dixeram. *Codices Divion. & Paris.* qua.

SEPTIMA COGNITIO CONCILII CONSTANTINOPOLITANI EX GESTIS EPHESINIS SECUNDI CONCILII.

Hunc titulum descripsimus ex codice Divionensi. In Corbeiensi hac tantùm leguntur. Quæ Constantinopoli, cognitio septima. *In Parisiensi.* Item sexta cognitio in Constantinopoli.

Istius cognitionis vetus exemplar extat etiam in codice 932. bibliotheca Colbertina, ex quo variantes lectiones adjiciemus.

prolaris. *Ita editiones & codex Colbertinus. Ac Corb. & Paris. legunt* propositis, *Divion.* præpositis. *Sic etiam Crabbus, & in margine* prolatis. *quam lectionem in textum transtulit Surius.*

tremendis. *Hanc lectionem constanter praferunt omnia vetera exemplaria & omnes editiones. Miror autem virum clarissimum Paschasium Quesnellum, qui codice Colbertino, qui tunc erat in bibliotheca Thuana, utebatur, reposuisse* reverendis.

sanctissimo Archiepiscopo. *Corbeien. & editiones Crabbi*, sancto Archiepiscopo, *Colbert.* sancto & venerabili Archiepiscopo, *Divion.* sancto & venerabili Episcopo, *Paris.* sancto ac venerabili Episcopo.

vigesima secunda. *Sufficit heic quoque adnotasse veteres utplurimum scripsisse* vicesima.

vicesima secunda. *Sic edidit Crabbus, quia Rustici exemplaribus utebatur. Idem tamen admonuit in margine alibi legi*, x. Kal. Decembris. *Qua lectio magis placuit Surio, & retenta est in editione Veneta. Romani veterem reduxerunt. Utraque autem bona est, & eundem sensum prafert. Ea quam Surius maluit extat in codice Colbertino, qui malè expressus est in editione Quesnelli, ubi omissa est nota numeralis qua antecedit Kalendas. Nam dies decimus Kalendarum Decembris & dies vicesimus secundus mensis Novembris non sunt diversi. Porrò servandam esse notam numeralem quam codex Colbertinus & editio Suriana habent ex eo constat quòd hac acta dicuntur feria secunda. At verò anno* CCCCXLVIII. *Kalenda Decembres non inciderunt in secundam feriam, sed in quartam, dies autem decimus earundem Kalendarum evenit in secunda feria.*

Asterius Presbyter. *Hanc lectionem habet etiam Crabbus & exemplar Corbeiense. Surius & codex Colbertinus:* Asterius Presbyter & primicerius dixit. *Parisiensis*, Asterius Presbyter & primicerius Notariorum. *Divionensis*, Aetius Presb. & primic. Notariorum. *sed in margine habet*, al. Asterius.

statutus. *Codex Divion.* tractatus.

Dei amantissimus. *Crabbus*, Deo amantissimus. *Codex Corb.* Deo amicissimus; *Divionensis, Parisiensis, & Colbertinus*, venerabilis.

præ foribus. *Colbertinus eodem sensu*, pro foribus.

Eant Philadelphius. *Codex Corb. & editiones Crabbi*, Euntes. *Qui autem sic legunt, non habent voculam & qua paulò pòst sequitur ante vocem* requirant. *Surius mutavit.*

Cyrillus. *Crabbus edidit* Beryllus, *& in margine admonuit aliàs legi* Cyrillus. *quam ultimam lectionem in textum migrare fecit Surius. Eam sanè habent codices Divionensis, Parisiensis, & Colbertinus. Sed Divionensis habet in margine*, al. Berillus. *In Corbeiensi scriptum est* Beryllus. *quam lectionem adjuvat textus Gracus.*

vocent eum ad Concilium. *In editione Quesnelli postea additur*, Iverunt. *Qua vox neque in codice Colbertino habetur, neque in Graco textu.*

Diogenianus. *Crabbus posuit* Iovinianus, *& in margine*, als. Diogenianus. *Surius lectionem marginalem pratulit, qua hodie est vulgata. Eam sanè habent omnia vetera exemplaria prater Corbeiense, in quo legitur* Iovinianus.

cum maxima. *Codex Corb.* cum magna. *Ita etiam Crabbus. Primus Surius reposuit* maxima.

apparitorum. *Hac vox non habetur in codice Corbeiensi neque apud Crabbum. Verùm quia is in margine admonuit alibi legi* apparitorum, *Surius utramque lectionem posuit in textu. Adjuvat autem Surium codex Colbertinus, in quo legitur* Præfecti apparitorum.

Ioannes venerabilis. *Crabbus edidit* religiosissimus. *Verùm quia in margine admonuit alibi legi* venerabilis, *Surius pro more suo eam lectionem pratulit. Sanè codex Colbertinus eam habet. Ceteri*, religiosus.

reverendus Presbyter. *Libri nostri, uno Corbeiensi excepto, legunt* venerabilis.

cum magna multitudine. *Totum hunc locum sic repræsentat exemplar vetus monasterii Corbeiensis:* cum magna multit. militum & monachor. & apparitorum magnificentissimi & gloriosissimi Præfecti prætorio. *Ita etiam Parisiense & Divionense, nisi quòd iste mendosè habet* magnificentissimorum & gloriosissimorum. *Colbertinus*, monachorum & Præfecti apparitorum sublimissimæ potestatis Præfecti prætorio.

& non aliter. *Idem codex Colbertinus*, nec aliter permittunt eum cognitioni intromitti nisi cùm eis promiserimus eum repræsentaturos.

magnus mirandissimus. *Alterutra harum vocum est superflua, tametsi utramque praferant codex Corbeiensis & editiones. Crabbi. In codice Divionensi scriptum erat tantùm* magnus, *postea vox* mirandissimus *addita est in margine. Illam non habent codices Colbertinus & Parisiensis.*

Pissimo & am. Christ. Imperatore. *Codices Paris. & Divion.* pissimo & religiosissimo Imperatore. *Colbertinus habet tantùm vocem* religiosissimo.

sanctissimus. *Hac vox in nullo veterum exemplarium extat qua nos vidimus.*

mirandissimus. *Codices Divion & Paris.* vir laudabilis.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

Pag. 219.

domini. *Veteres libri habent* domni.

vobis. *Hæc vox in nullo veterum exemplarium extat quæ nos vidimus, neque in editionibus Crabbi. Addita est à Romanis.*

scripto. *Divion. & Colbert.* scripta.

relegam. *Veteres libri*, relego.

Relege quæ. *In codice Colbertino legitur:* Relege quæ a religiosissimo Imperatore nostroque filio præcepta sunt. *Prava lectio, quæ tamen placuit viro doctissimo.*

Et legit mitificentissimus. *Colbert.* Et legit magnus silentiarius.

Nos pacem. *Crabbus & codex Corbeiensis:* Quoniam nos de pace cogitamus & de sanctis Dei Ecclesiis & pro catholica fide, & custoditi.

sanctis patribus. *Vox* sanctis *deest in omnibus antiquis exemplaribus. Non habetur etiam in Græco.*

damnationi. *Corb. Colbert. & Divion.* in damnatione.

audientiæ synodi. *Divion. & Parif.* synodali, *Corb.* synodochi. *Apud Crabbum legitur ut in libro Divionensi.*

Et cùm hæc legerentur. *In libro Parisiensi postea sequitur titulus iste.* Quæ in Ephesō. *Sed falsus est compositor illius voluminis. Hæc enim pertinent ad eandem actionem septimam Concilii Constantinopolitani.*

Pontifici Imperatori. ANNOTATIO RUSTICI DIACONI. Malè Imperatori Pontifici. *Hanc annotationem omisit Crabbus, quia fortè eam non reperit in suo exemplari. Ejus autem loco hanc supposuit:* Locus obscurus. *Crabbianam sustulit Surius, & deinceps posita non est.*

sanctissimus Archiepiscopus. *Corbeien.* sanctissimus Episcopus. *Sic etiam suprà & infrà habent codices manu scripti, levi admodum discrimine, sed quod semel observari oportuit.*

silentiarie. *Colbertinus, Parisiensis, & Corb.* silentiari, *Divion.* silentiare.

fatigari ad eum. *Hæc lectio est Crabbi: prò qua in codice Corbeiensi scriptum est* fatigari eum, *in Parisiensi* fatigare eum, *in Divionensi* fatigare te ad eum. *quod multò melius est. In Colbertino*, illum vocare. *Quæ lectio sanè est optima; ac valde miror Quesnellum eam ita respuisse ut in loco ejus poneret* vexare. *Hæc enim lectio ferri nullo modo potest.*

quod vestra sanctitas. *Veteres libri & Crabbus*, quoniam vestra sanctitas miserit. *Colbertinus tamen habet*, quòd ve. sanct. me miserit.

nos mittere. *Vox* nos *deest in aliquot antiquis exemplaribus.*

ex præfectus. *Veteres libri indicant sic esse legendum*, Expræfectus & Exconsul Patricius Florentius.

Dei amantissimum. *Corbeien.* Deo amicissimum. *Reliqui*, venerabilem.

instructi ex his quæ gesta sunt. *Hanc lectionem debemus diligentiæ Surii. Nam priores editiones, cum quibus conveniunt etiam codices Corbeiensis, Parisiensis, & Divionensis, habent:* ut instructi ex prioribus terminum demus his quæ mota sunt convenientem justitiæ & sanctis regulis.

Et transiens in medium Aetius. *Malè in exemplari Colbertino*. Euticius Diaconus legebat factum sub cognitione gestorum.

Dei amantissimos. *Corbeien.* Deo amicissimos. *Reliqui*, venerabiles.

orientales. *id est*, *Ioannem Antiochenum. Vide suprà in gestis Concilii Ephesini cap. 79. pag. 593. & in Synodico cap. 201. pag. 900.*

Pag. 222.

unio facta est. *Omnes libri & omnes editiones ante Romanam habent* unitio, *& paulò pòst* unitionis.

Dei genitricem. *Quis dubitat hanc interpretationem esse bonam? Verùm omnes veteres libri & omnes editiones ante Romanam habent* theotocon. *Ad hunc porrò locum ista adnotat Rusticus.* Melior interpretatio si eo quod Deus verbum incarnatione & inhumanatus sit & conceptione univertit templum. *ubi fortasse legendum* univerit.

Dei amantissimus. *Corb. & Divion. & heic & infrà*, Deo amicissimus.

illis sensit. *Corb. Divion. & Parif.* his sentit.

Patimini ut legatur. *Vox* ut *deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

prius. *Et hac quoque vox deest in omnibus antiquis libris, uno Colbertino excepto.*

Nam mihi jam manifestatus est. *Hanc lectionem prefert exemplar Colbertinum. Crabbus edidit*, Nam mihi convictus est; *& in margine admonuit alibi legi*, jam manifestatus. *Istam lectionem Surius, ut solet, ex margine transtulit in textum, & hinc propagata est in alias editiones: Ceterùm codices Corb. Divion. & Parif. confirmant editionem Crabbi.*

debeo pati præjudicium. *Et hanc quoque lectionem habet codex Colbertinus. Non inde tamen, sed ex margine Crabbi, eam accepit Surius. Crabbus, cui & laudati paulo antè codices suffragantur, edidit*, debeo præjudicium sustinere.

professiones eorum qui. *Hæc editio ortum habuit in urbe Romana, & in nullo veterum librorum reperitur. Iidem codices*, professiones quæ ad eum missæ sunt. *Sic etiam Crabbus. Verùm quia is in margine admonuit alibi legi* sanctiones, *Surius* sanctiones *intulit in textum. Eam sanè lectionem confirmat codex Colbertinus.*

Ioannes. *Rusticus admonet in codicibus Acœmetensium legi* Iobinus. *Itaque Crabbus, qui Rustici codice utebatur, edidit quidem* Ioannes, *sed in margine scripsit*, ali. Iovinus. *Surius pro more suo, uti jam monuimus, lectionem quæ erat in margine posuit in textu. Nullum porrò vetus exemplar eam habet præter Colbertinum.*

concussionem. *Ita codex Colbertinus & editio Suriana, ex qua reliquæ propagata sunt. Crabbus & alia vetera exemplaria habent* circumventionem.

nihil possidens. *Hæc non extant in codice Colbertino, neque in Parisiensi.*

divitias habet. *Corbeiensis & Parif.* pecunias habet. *Sic etiam Crabbus, qui in margine admonuit alibi scriptum esse* divitias. *Hinc orta editio vulgata, primùm recepta in textum à Surio.*

designat. *Omnes veteres libri & editiones Crabbianæ legunt* præpingit. *Atenim quia verbum illud ab usu remotum est, & Crabbus monuerat alibi legi* designat, *Surius veterem lectionem rejecit, eam quæ erat in margine retinuit.*

designat mihi jam nunc Oasim. *Hæc lectio certè est editorum Romanorum. Codices Corb. & Divion.* præpingit mihi jam Oasam id est petram exilii. *Quo etiam ferè modo habent codex Parisiensis & Crabbus. Verùm idem Crabbus in margine indicavit aliàs legi*, designat mihi jam nunc eas in loco exilii. *Ex quo collegit Surius eam lectionem reponendam esse in textu. Paulò aliter in codice Colbertino:* designat mihi jam nunc insulas in loco exilii. *Attamen Quesnellus, qui eo codice utebatur, edidit:* designat mihi jam nunc Oasim loco exilii. *De exilio porrò Oaseno sive Petrensi vide quæ dicta à nobis sunt suprà ad caput 24. synodici pag. 721.*

Licèt millies. *Codex Colbertinus :* Etsi sæpius ea perseveres dicens.

Si convictus fuero calumniæ. *Veteres libri & editiones omnes ante Romanam :* Si conv. fu. ego calumniæ.

Interrogatio. *Hanc lectionem non reperi in vetustis exemplaribus nostris, neque in editionibus quæ Romanam antecesserunt. Codices Corbeiensis, Divionensis, & Parisiensis habent* Inquisitio. *Sic etiam apud Crabbum, qui in margine docet alibi legi* spatium. *Istam ergo lectionem, ut solet, Surius transtulit in textum. Codex Colbertinus præfert*, spatium.

ut exponat. *Hæc verba desunt in tribus antiquis exemplaribus. Solum Colbertinum illa habet.*

& dicit. *Veteres libri*, aut quid dicit.

asserebat. *Codices omnes, præter Colbertinum, legunt* sentiebat. *Sic edidit Crabbus, in margine tamen admonens alios codices habere* asserebat. *Hinc ergo suam editionem accepit Surius.*

dum. *Hæc vox deest in omnibus libris antiquis & editionibus ante Romanam.*

ex ejus repentina consensione. *Hæc lectio debetur Surio, qui eam accepit ex margine Crabbi. Nam ille in textu reposuerat*, ex ejus moderna professione. *Sanè omnes veteres libri præferunt*, de ejus moderna professione.

interrogetur. *Quidam codices*, & interrogetur. *quod videtur esse melius.*

rectè. *Veteres libri*, recta.

Non erit. *Iidem libri*, Non est.

annon. *Ibidem*, aut non.

Pag. 223.

unitionem. *Hanc lectionem exhibent Crabbus & codex Corbeiensis. Alii habens* unitatem. *At Divion. in margine*, al. unitionem.

incarnationem. *Codex Colbert.* incorporationem. *quam lectionem habent Crabbus & Surius in margine. Romani deleverunt.*

an non? *Omnes libri veteres*, aut non?

INTERRVPTIO IN EPHESO.

Sancta synodus dixit &c.

Sicut partitus est. *Codices Paris. & Divion.* Sicut dividit dividatur. *Divionensis tamen habet in margine :* al. sicut partitus est paratur. *Quo etiam modo legitur in Corbeiensi.*

Tolerabilis. *Paris. & Divion.* Aptus.

Anathema ei qui. *Vox ei addita est à Romanis propter elegantiam sermonis. Non extat enim in superioribus editionibus, neque in antiquis exemplaribus. Desunt autem hæc in Colbertino.*

manum extendat. ANNOTATIO RVSTICI DIACONI. Vbi Dioscorus ad homicidium & subscriptionem impellit Episcopos, sed fraudulenter nimis. *Homicidium heic interpretare depositionem, ut observatum est suprà ad caput 190. synodici pag. 886.*

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

orientales & qui cum ipsis &c.

Nullos ista dixit. *Veteres libri.* Hæc nullus dixit. Ista Dioscorus dixit.

dixerunt. *Iidem libri & editiones ante Romanam*, clamaverunt : Ista & tunc &c.

devotus. *Iidem libri & editiones*, devotissimus.

ex eadem scheda recitavit,

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

disputare. *Malè codices Divion. & Paris.* discere. *Melius Colbertinus, in quo scriptum est* disserere.

suggerere. *Surius ita edidit. Nam apud Crabbum legitur* satisfacere, *ut in antiquis exemplaribus. Ita etiam infrà pag. 269. ubi malè positum est 229. In Colbertino tamen isthic habetur* suggerere.

quid sentiam. *Et hæc quoque lectio est Surii & codicis Colbertini. At reliqui & Crabbus legunt*, quomodo sapiam.

enim. *Veteres libri & editiones ante Romanam*, autem. *Quod idem est.*

quid sentiam. *Iidem libri*, quomodo sentio.

jubere. *Quidam libri veteres & Crabbus*, & jubere.

Tu ne. *Veteres libri & editiones ante Romanam.* Tu non.

an alterius. *Ibidem*, aut alterios.

lege tu ipse. *Vocem* tu *addidere Romani propter elegantiam sermonis.*

dictatio. *Colbert.* dictio. quæ dictio.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN EPHESO.

Iohannes reverentissimus Episcopus Ephesi &c. *Sic veteres libri & editiones, mendosè. Melius in Romana*, Hephæsti.

in Concilium. *Codex Paris. & veteres editiones*, in Concilio. *Corbei.* afuit in Concilio. *Divion.* afuit à Concilio & venire.

Quando verò. *Divion. & Paris.* Quia verò.

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Eutyches Presbyter dixit. Sic credo, adoro. *Veteres libri & editiones ante Surianam habent* adorans.

Confiteor autem. *Codex Colbertinus :* Confiteor autem præsentationem in carne ipsius factam ex carne. *Crabbus & Surius habent in textu* præsentiam, *& in margine* præsentationem. *Codex Divionensis*, incarnationem præsentiam.

QVÆ IN EPHESO.

Dioscorus Episcopus &c.

religiositas. *Codices Divion. & Paris.* sanctitas.

vobis. *Hæc vox deest in codice Divionensi & in Parisiensi.*

Pag. 226.

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Sanctissimus Archiepiscopus dixit &c.

divinitatem. *Colb. Divion. & Paris.* deitatem. *Sic etiam paulò post.*

quid sentiam. *Ita codex Colbertinus. Corb. & Paris.* quomodo sentiam. *Sic etiam Crabbus. Codex Divion.* quomodo sentio.

nihil ulteriùs me interrogetis. *Corb.* Nihil ulteriùs à me exquiratur. *Paris.* à me ulterius exquiratis. *Divion.* Nihil à me ult. inquiratis.

Nunc Christum. *Hæc postrema vox deest in Divion. & Corbeiensi exemplaribus.*

Deum meum. *Crabbus & veteres libri*, Deum & Dominum meum dominum cœli & terræ.

persuadebam. *Ita codex Colbertinus. Reliqui & editiones Crabbi*, persuadeo. *Quesnellus scripsit* persuadeas, *contra mentem Eutychetis, ni fallor.*

nobis hactenus. *Corb. Divion. & Paris.* nobis non dixi antehac nunc usque confiteor. *Legendum*, nec huc usque confiteor, *ut in Divionensi.*

Vsque ad hodiernum. *Codex Paris.* Vsque in hodiernum. *Divion. & Corb.* Vsque hodiernum.

Florentius patricius. *Codex Colbertinus.* Florentius vir illuster.

consubstantialis sit, sine dubio. *Corb. & Divion.* consubstantialis sit, & filius omnimodis con-

substantialis est nobis. *Sic etiam Parif. nisi quod habet* omnibus modis. *Ita quoque editiones Crabbi, nisi quod praeferunt* omnino *pro* omnimodis.

quoniam ipsum corpus Dei confiteor. *Veteres libri*, quoniam corpus Dei illud confiteor.

corpus hominis corpus Dei. *Codex Corb.* corpus hominis esse illud Dei corpus. Humanum vero ipsum corpus. *Sic etiam Divionensis in margine. Parif.* non Dei corpus hominis, sed Dei corpus. Humanum corpus autem est. *Colbertinus*: corpus humanum corpus Dei. Humanum autem corpus est quoniam. *Ita etiam Crabbus in margine.*

Si autem oportet. *Codices Corb. & Divion. & Crabbus*: & si oportet. *Parisiensis omittit conjunctionem.*

cum quo & consideat. *Corb.* cum eo & considet. *Divionensis in margine*, al. cum quo & considet. *Alii codices habent*, qui considet.

negans. *Codices Colbertinus & Parif. & editiones Crabbi & Surii*, negasse.

dico quidem modo. *Corb. & Divion. & Crabbus*: dico autem tibi quia sic aestimo (*Divion.* existimo) quia a principio non dicebam.

quia vestra sanctitas. *Veteres quidam libri*; quoniam vestra sanctitas dixit, hoc dico.

Sanctiss. Archiepiscopus. *Codex Colbertinus*: Flavianus Archiepiscopus. *Parif.* Flavianus Episcopus.

ita me habeo. *Parif.* ita habe, *Colb.* ita habet. *Sic etiam Crabbus & Surius.*

persuadebam. *Veteres libri & Crabbus habent* permittebam. *Sed quia Crabbus in margine admonuit alibi legi* persuadebam, *hinc edoctus Surius eam lectionem repofuit in textu.*

Sanctiss. Archiepiscopus. *Codex Parif. & Colbert* Flavianus Episcopus.

patres. *Colb.* parentes.

Magnificentissimus. *Codex Divion.* Florentius VI. *Parif.* vir inlustris, *Colb.* vir illuster.

Consubstantialem & ex duabus. *Corb. & Colb.* Consubstantialem ex duabus.

nostrum, qui ex virgine est. *Hanc lectionem approbat exemplar bibliothecae Colbertinae. In aliis legitur*, nostrum ex virgine dicis aut non?

post adunationem vero. *Crabbus, Surius, & tria vetera exemplaria*: post vero adunationem. *Quartum, quod est Colbertinum*: post unam naturam. *Sed Quesnellus edidit*, post vero unam naturam.

Pag. 227.

QVÆ IN EPHESO.

Dioscorus Episcopus &c.

Consentimus. ANNOTATIO RVSTICI. Apertissime Eutychis blasphemiae Dioscorus cum suis assensit.

Et cum legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

orientales & qui cum ipsis &c.

Homicida dixit. *Corb. & Divion. addunt* ista.

multos annos Augustae. *Rursum cogor annotare errata editionis Labbeanae. Sic ergo istic legendum ex fide omnium editionum & exemplarium.* Multos annos Imperatori, multos annos Augustae. *Acclamationem tamen sive vota pro annis Imperatoris non habet liber Corbeiensis, quem Labbeus non vidit.*

Eustathius. *Male in codice Corbeiensi*: Eustachius reverentissimus Presbyter dixit. *quam lectionem habet etiam Divionensis in margine.*

Et intentio. *Codex Parif.* Et intentio piissimi Imp. & piissimae Aug.

ex eadem scheda recitavit.

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Sancta synodus dixit: Oportet te clare. *Codex Parif. habet* recte. *Sic etiam Divionensis, qui in margine habet vulgatam lectionem.*

omne dogma. *Crabbus & omnes libri veteres*: omne quod adversatur doctrinis quae nunc lectae sunt.

explanatum. *Vox illa in nullo veterum exemplarium extat praeterquam in Colbertino.*

Exsurgens sancta. *Divion. & Parif.* Et exsurgens sancta synodus adclamavit. *Hoc ultimum vocabulum habet etiam codex Colbertinus.*

quod quid meretur. *Vox* quod *reponenda est inter errata typographica editionis Labbeanae. Hanc enim neque vetera exemplaria habent, neque veteres editiones, & sensus ostendit eam redundare.*

aperte. *Ha vox primum in editiones Conciliorum irrepsit eorum beneficio qui Romanam curarunt. Non habetur autem in veteribus libris. Extat tamen infra pag. 236. ubi ista relecta sunt.*

neque consentire volens. *Codex Colbertin.* neque consentire volens praesenti synodo, sed perseverat perversitati & scaevae malivolentiae. *Ista pugnant cum regulis grammaticae. Itaque sic emendata sunt a viro clariss. Paschasio Quesnello* e sed perseverans in perversitate suae malivolentiae. *Verum adhuc inquirendum est utrum haec emendatio impleat sensum verborum Graecorum & veteris interpretis.*

Sanctiss. Archiepiscopus. *Codex Parif.* Flavianus Episcopus.

malignitate. *Corb. Divion. & Parif.* iniquitate.

vindictis canonum. *Iidem libri*, vindictae canonicae.

in veritate dico. *Quidam libri & veteres editiones*, cum veritate.

Magnificentissimus. *Codex Colbert.* Florentius vir illuster, *Parif.* vir inlustris. *In Divion.* Florentius vir dixit; *ubi haud dubie excidit librario vox* illustris.

nobiscesse. *Veteres libri*, nobis dic.

Ego legi. ANNOTATIO DIACONI RVSTICI. Hic error Eutychis & sequacium ejus venit ad lucem. *Illam editores Romani sustulerunt, quia putabant esse Crabbi.*

scripta. *Hac vox neque in antiquis editionibus extat, neque in codicibus antiquis. Crabbus & alii post eum usque ad editionem Romanam legunt*: Ego sequor legem beati Cyrilli. *Addita est similiter infra pag. 236.*

post adunationem autem. *Omnes veteres libri & Crabbus*, post autem adunationem. *Sic etiam paulo post.*

Magnificentissimus. *Codex Parisiensis*: Florentius vir inlustris. *Ubicunque autem hoc epitheto ornatur Florentius, reliqua epitheta & tituli dignitatum omittuntur.*

Pag. 230.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus.

QVÆ IN EPHESO.

Et exsurgens Basilius reverentissimus Episcopus &c.

neque scio ista me dixisse. *Veteres quidam libri hac tantum*: Nescio ista. *Crabbus*, neque scio ista.

post adunationem vero. *Veteres libri ubique habent*, post vero adunationem.

& inhumanatam, scio haec me dixisse. *Corb.* & humanatam, scio dixisse. *Divion. & Parif.* & incorporatam, scio dixisse.

putaberis. *Divion. & Parif.* suspicaris.

eadem cum patribus. *Sic edidere Romani. Antea quippe legebatur in omnibus editionibus:* similia patrum nostrorum dictis manifeste, quia secundùm.

Iuvenalis Episcopus. *Paris. & Divion.* Iuvenalis reverentissimus Episcopus.

Non sum memor. *Divion.* non memoro. *Paris.* non memorot.

QUÆ IN CONSTANTINOPOLI.

Magnificentissimus. *Veteres libri*: Florentius vir illustris. *At Corbeiensis habet ut editiones.*

universa. *Hanc quidem vocem habet exemplar Corbeiense, sed deest in Parisiensi. Deerat etiam in Divionensi, sed addita est supra lineam. Vide quæ de hoc argumento notantur infrà ad paginam 237. secundò.*

Quæ ex necessitate. *Iidem libri*: Omnis quæ ex necessitate.

catholicorum Imperatorum multi anni. *Omnes libri veteres*, multos annos

Florentius vir illustris. *Hæc in nullo veterum exemplarium habentur. Non extant etiam infrà pag. 237. secundò.*

Fides nostra. *Codices Paris. & Corb. habent* vestra. *Vide quæ adnotantur infrà ad paginam 237. secundò.*

Synodus dixit. *Et ista quoque desunt in omnibus antiquis exemplaribus.*

Non consentit. *Ex annotatione Rustici relata infrà ad paginam 232. secundò apparet ista dicta fuisse Saba Episcopo Palti. Unde colligere aliquis posset nonnulla hoic deesse.*

Per omnia Eutyches. *Paris.* Per omnia apparet Eut. quondam Presbyter. *Sic etiam Crabbus & liber Divionensis, si quadam levia errata tollas.*

& nunc propriis. *Vocem* nunc *neque veteres codices habent, neque veteres editiones ante Romanam. Vide infrà ad paginam 244. secundò.*

& propriis ejus confessionibus, *Codex Colbertinus,* & propositis ejus quæstionibus.

perversitate repertus est ægrotare. *Codex Corb.* perversitatem ægrotans, *& postea sequens. Paris.* perversitate ægrotans.

voluit. *Codex Colbert. & veteres editiones*, noluit. *Vide infrà ad paginam 244. secundò.*

Vt qui non declinaverunt confabulationes ejus. *Hanc lectionem primus vulgavit Surius. In codice Colbertino legitur*, qui declinaverint ad confabulationes ejus. *Corb.* sicut non recedentes ab ejus colloqutione. *Paris. & Divion* ab ejus confessione. *Sed Divionensis habet in margine*, al. conlocutione.

Subscriptiones domni Flaviani Episcopi & confessoris seu diversorum Episcoporum vel Archimandritarum qui in hujus synodi Concilio consederunt.

Constantinopolis novæ Romæ. *Vox* novæ *non extat in antiquis exemplaribus. Vide quæ dicta sunt suprà pag. 1053. 1073.*

judicans. *Rusticus admonet codices Acœmetensium ubique habere* definiens *pro eo quod in his subscriptionibus legitur* judicans.

Hellespontí. *Codices Corbeiensis & Divion.* Helenoponti. *Parisiensis habet* Elono, *quod indicat etiam bonam esse lectionem reliquorum exemplarium.*

Neocæsareæ. *Corb. & Divion.* Novecessareæ legens & consentiens subscripsi. *Paris.* Novecessareæ legi, consentiens, & subscripsi.

judicans subscripsi &c. *Hæc non extant in antiquis exemplaribus.*

ab omni sancta synodo. *Ista desunt in codicibus Divionensi & Parisiensi.*

Apameæ. *Omnes libri veteres habent* Apamiæ.

Iuliopolis. *Corb.* Eliupolis, *Divion.* Heliopolis. *Ista subscriptio deest in Parisiensi. Varientes subscriptiones non referimus è codice Colbertino, quia neque sunt integra neque emendata.*

Chersonensis. *Corb.* Chersonis, *Paris.* Chersonissi, *Divion.* Cersonissi. *Ista non adnotassem nisi vidissem aliquid istiusmodi factum à Labbeo, & ne quis me arguere possit indiligentiæ.*

Qui scripsum. *Hæc non habentur in codice Corb. nec in Parisiensi. Non extant etiam in antiquis editionibus ante Romanam.*

Percunt. *Codex Divion.* cædir.

Sabbas. *Veteres libri & editiones*, Sabas.

Develti. *Corb.* Debelti. *Quo etiam modo habet Divionensis in margine, & in textu* Devalti. *Paris.* Debelto. *Editiones veteres*, Develtensis.

Eustochius, *Codex Corb.* Eutychius, *Paris.* Euthicius, *Divion.* Euticius. *Editores Romani adnotarunt in margine in quibusdam codicibus legi* Εὐτύχιος.

Phrygiæ. *Hæc vox deest in codice Corbeiensi & in Divionensi, itemque in Divionensi.*

Pionius. *Vox* civitatis *in hac subscriptione non habetur in vetustis exemplaribus.*

Cossinius. *Rusticus admonet codices Græcos Acœmetensis monasterii non habere nomen istius Episcopi.*

Ioannes minimus. *Codex Paris.* Iohannes humilis.

Olbiæ, *Corb. & Paris.* Olbis, *Divion.* Olvis.

Romanus &c. per Presbyterum Basilium. *Hæc ultima verba desunt hoc loco in vetustis codicibus, qui illa referunt ad subscriptionem Eudoxii.*

Thomas minimus. *Codices Divion. & Paris.* Thomas humilis.

Aurelius. *Codex Corb.* Aurelius Episcopus Opitanæ civitatis his gestis subscripsi. *Divionensis habet* Popitanæ.

Secundinus } *Hæ duæ subscriptiones non extant in*
Ianuarius } *exemplari Corbeiensi neque in Parisiensi. In Divionensi habetur subscriptio Ianuarii, sed non Secundini. Verùm neutrum heic adscribi debere patet ex nota in fine harum subscriptionum apposita, ubi subscribentes dicuntur fuisse quinquaginta tres. Nam si istos addas, erunt quinquaginta quinque*

Primopolis. *Omnes libri veteres legunt*, Atinopolitanæ civitatis.

Argos. *Divion.* Argis, *Corb.* Argius, *Paris.* Argivus.

SUBSCRIPTIO ARCHIMANDRITARUM.

Andreas Presbyter.

Manuelius. *Codices Divion. & Paris.* Manuhel, *ut suprà.*

subscripsi in damnatione. *Paris.* subscripsi damnationi.

Pag. 235.

beati Theotecni. *Codex Paris.* beatæ memoriæ Theotecni. *Divion.* beatæ memoriæ Theognis. *& in margine*, al. Theotecni.

Flavianus archimandrita. *Divion. & Paris.* Flavianus Presbyter & Archimandrita.

Eliæ. *Curatores editionis regiæ deposuerunt aspirationem. Nam superiores editiones & veteres libri habent* Heliæ.

Zoticum. *Omnia vetera exemplaria & editiones Romana antiquiores habent* Zotum.

beati Laurentii. *Editiones Romana antiquieres & veteres libri legunt*, beatæ memoriæ Lantentii.

manu mea. *Hac verba desunt in codice Divionensi & in Parisiensi. Postea sequitur in antiquis editionibus & in Corbeiensi & Divionensi exemplaribus.*

Omnes quinquaginta tres subscripserunt.

Romani ista deleverunt, haud dubiè quia ea non repericbant in textu Graco. Porrò, ut antea dixi, hic locus evincit rectè deesse in aliquot exemplaribus nomina Secundini Nosalenensis & Ianuarii Macriani. Nam si illorum subscriptiones certa essent, LV. subscripti reperirentur.

Cùmque lecta fuissent,

QVÆ IN EPHESO.

Eutyches Archimandrita dixit. *Divion.* Eutyches Presbyter. *& in margine*, al. Archimandrita.

& sunt quæ in hoc. *Lege ex fide veterum librorum:* & sunt authentica quæ in hoc negotio acta sunt. Peto ea recenseri. *Quamquam vocabulum* authentica *non extat in libro Corbeiensi.*

Iohannes Presbyter & primicerius Notariorum legit. *Ita codex Corbeiensis. Divionensis habet* dixit, *Parif.* recitavit.

QVÆ IN CONSTANTINOPOLI.

REPLICATIO GESTORVM IPSIVS CONCILII.

Exemplar gestorum habitorum Idibus Aprilis Constantinopoli.

Flavio Protogene & qui fuerit nuntiatus. *Ita omnia vetera exemplaria & editiones antè Romanam, in qua scriptum est* declaratus.

magnificentissimus. *Hoc loco omissum est in editione Romana aliud epitheton, quod in antiquis libris & editionibus habetur, nimirum* & gloriosissimus; *pro quo codex Parisiensis habet*, & religiosissimus.

Ancyranorum civitatis. *Codex Parif.* Ancyræ Galatiæ Episcopus.

Marinianus. *Codices Corb. & Parif. & editiones Crabbi legunt* Marianus. *Divion. & Surius*, Marinianus.

Ariarathitæ. *Corb.* Ariathitæ, *Divion.* Ariarathiæ, *Parif.* Ariathiæ.

Adranæ civitatis. *Ante editionem Romanam legebatur*, Adrianopolitanus. *Quo etiam modo habent omnes libri veteres.*

Cadorum. *Editiones Romana antiquiores habent* Cadenæ, *codices Parif. & Corb.* Cadoinæ. *Divion.* Condohiæ, *& in margine*, al. Cadoinæ.

Sabbas. *Veteres libri & editiones*, Sabas, *itemque alibi.*

Parthenopolitanus. *Ita etiam veteres editiones. At veteres libri dissentiunt. In Corbeiensi scriptum est* Byrcadenupolitanus, *in Divionensi* Burcadænopolitanus, *in Parisiensi* Hircanopolitanus provinciæ Isauriæ. *Sed in margine ejusdem codicis Corbeiensis adnotatum est Gracos codices habere* Adyrchalinorum civitatis *vel* Abyrcalinorum.

Timotheus Saracenorum. *Ei successit Ioannes, qui nominatur in initio horum gestorum pag.* 83.

Apolloniadis. *Omnia vetera exemplaria habent* Apolloniæ.

Bosphorenorum. *Veteres libri & editiones*, Bosphorenæ.

Eustochios.. *Codex Corb.* Eusthachius. *Crabbus in margine*, Eustathius.

Nocensianæ. *Ita etiam codices Corb. & Divionensis. Parisiensis*, Nocissianæ.

Pag. 236.

Talhondanæ. *Hac est editio Crabbi, qui in margine posuit* Menedunen. *Hanc lectionem marginalem retinuerunt ceteri, sed Romani sustulerunt. In libro Corbeiensi scriptum est* Tymandanæ, *in Parif.* Tymandenæ, *in Divionensi* Tymandinæ. *Vide paulò pòst ad verbum* Madinæ.

Pergamius. *Omnes libri veteres habent* Pergamus.

Antiochiæ Pisidiæ provinciæ. *Codex Parif.* Antiochiæ provinciæ Trimitaria. *Sanè difficultatem habet hic locus. Etenim paulò antè nominatus est Candidianus Episcopus Antiochia Pisidia. In margine veterum editionum scriptum est*, Phrygiæ salutariæ.

Macedonius spectabilis Tribunus. *Legendum ex fide veterum librorum:* Macedonius vir spectabilis Tribunus Notarius. *Codex Divion.* Tribunus Notariorum. *Malè in editionibus Crabbi & Surii* reverend. *pro* vir spectabilis; *&* reverendissimus *in editione Veneta.*

è sacro scrinio. *Heic editores Romani attenderunt ad elegantiam sermonis. Nam antea legebatur* à sacro scrinio. *Quo etiam modo scriptum est in omnibus antiquis exemplaribus.*

declaratus. *Scribe* nuntiatus, *ut habent veteres libri & editiones. Immemores autem instituti sui editores Romani ediderunt* nuntiatus *infrà pag.* 245. *secundò & pag.* 325.

in sanctissimo baptisterio. *Ita veteres editiones & codex Corbeiensis. At reliqui habent*, in baptisterio sanctæ.

Pag. 237.

Saracenorum. *Corb.* Saracenæ, *Divion.* Saraeinæ, *Parif.* Sarcinæ.

Aquilas. *Divion.* Acylas, *Parif.* Acyla.

Autocrorum. *Corb.* Atroclinæ, *Divion.* Atrochinæ, *Parif.* Arodinæ,

Ariarathitæ. *Corb. & Divion.* Ariarathenæ, *Parif.* Ariatinæ.

Adranorum. *Corb.* Hadrainæ. *& in margine*, Adramyttionorum. *Divion. & Parif.* Adrianæ.

Paltenæ. *Malè in Corbeiensi* Palestinæ.

Madinæ. *Alii* Mantinæ. *Corb. & Parif.* Mandinæ. *Meliùs Divion.* Tymandinæ. *Vide paulò suprà ad verbum* Talbondanæ.

Macedonius vir spectabilis. *Crabbus ediderat & heic & infrà:* Macedonius venerabilis Tribunus, *quia notas ignorabat. Nam* vir spectabilis *sic vulgò scribitur in antiquis libris*, vs. *Surius isthic reposuit* vir spectabilis, *infrà retinuit* venerabilis.

sacratissimo Imperatori. *Rusticus admonet Gracos codices habere* imperiali divinitati. *quod verum est. Eandem variam lectionem apposuerat Crabbus in margine. Surius illam pratermisit.*

suggessit. *Codex Divion.* ostendit. *& in margine*, al. suggessit.

perlegantur. *Divion.* relegantur. *& in margine*, al. perlegantur.

& spectabilis Tribunus. *Corb. & Divion.* & v. c. Tribunus. *Parif.* & vir clarissimus Tribunus.

observant pro persona. *Idem codex:* observant præ foribus personam agentes ejusdem religiosi monachi.

Macedonius Tribunus. *Idem codex:* Macedonius v. c. Tribunus Notariorum. *Parif.* Macedonius vir clarissimus Tribunus. *Meliùs Corb.* Macedonius v. s. Tribunus. *id est*, vir spectabilis Tribunus.

pro persona. *Idem codex Divion.* propter personam. *Ita etiam paulò pòst.*

reverendissimi. *Codex Paris.* religiosi.

Pag. 240.

ac transitorium quod vertitur. *Ita Crabbus & alii. In Divionensi & Parisiensi exemplaribus legitur,* aut transitorium quod probatur.

& ideo alterum pro altero decertare non licet. *Hæc in nullo veterum exemplarium reperiuntur.*

decertare. *Codex Corb.* decertari. *Sic etiam Divionensis in margine. At idem in corpore & Parisiensis legunt*, periclitari.

illud. *Hanc vocem in textum intulerunt editores Romani. Quod antea obtinere non potuerat. Nam Crabbus ediderat* eum, *ut est in omnibus vetustis codicibus; sed quia intelligebat mendum esse, & tamen volebat esse religiosus, nihil mutare ausus est, sed in margine admonuit legendum esse* illud. *quod alii editores observaverunt. Porrò veteres illi dicebant etiam* Concilius. *Concilium Toletanum* IV. *cap.* 3. ad eundem Concilium concurrunt. *Finis Concilii quinti generalis in codice Ioliano Ecclesiæ Parisiensis:* Explicit Concilius quintus. *Sunt etiam alia exempla, si quis requirat.*

spectabilis Tribunus. *Hunc locum rectè emendaverunt Romani, cùm antea legeretur* venerabilis. *Eam tamen lectionem nullus veterum librorum habet. Corb. & Divion. legunt:* v. c. Tribunus Notariorum. *Paris.* vir clarissimus Tribunus Notarius.

Macedonius spectabilis Tribunus. *Corb.* Macedonius v. c. Tribunus Notariorum. *Divion.* Mac. v. c. Notarius &. *Paris.* Maced. v. c. Trib. Notarius.

directos ingredi. *Divion.* rectos viros ingredi.

ab Archiepiscopo. *Omnes veteres libri & editiones ante Romanam habent* ab Episcopo, *& paulò post* sanctissimum Episcopum.

reverendi monachi. *Divion. & Paris.* religiosi.

Macedonius spectabilis. *Corb.* Maced. v. c. Tribunus Notarius. *Ita etiam Divion. nisi quòd habet* Notariorum. *Paris.* Macedonius vir clarissimus Trib. Notarius.

sanctum evangelium. *Paris.* sancta evangelia.

Iussit igitur. *Codices Paris. & Divion.* Iussit igitur qui dudum convenerant sanctissimos Episcopos.

illatæ. *Iidem codices*, oblatæ. *Divion. in margine,* al. illatæ.

Seleuciensium. *Prava lectio. Repone*, Seleuciæ Isauriæ, *ut est in iisdem antiquis exemplaribus.*

qui thronus. *Error est editionis Labbeanæ. Legendum*, quia thronus.

unum capillum. *Eadem exemplaria sic legunt:* unum capillum qui à Deo creati sunt album facere aut nigrum.

Pag. 241.

amicis Christi. *Codices Divion. & Paris.* & Christianissimis.

perpetuis. *Ita rectè emendaverunt editores Romani, cùm apud Crabbum & alios legeretur* patribus patriæ.

Eutyches archimandrita. *Meliùs veteres libri*, ab Eutyche archimandrita. *Sic enim concipiebantur libelli precum. Vide pag.* 134. 151. 292. *hujus quarti tomi editionis Labbeanæ.*

de fide. *Codices Paris. & Divion.* de fide adversùs me vel de calumnia mota sunt.

Episcopos qui in hac causa. *Codex Divion.* Episcopos in hac causa tunc residentes & Notarios reverentissimi Episcopi Flaviani & religiosos Clericos. *Ita etiam Paris. nisi quòd habet* religiosissimos Clericos.

reverendum Diaconum. *Divion.* religiosum Athanasium Diaconum. *Paris.* religiosissimum Diac. Athanasium.

convenite in præsentia. *Vocula* in *deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

in scriptis. *Eadem vocula deest hoc loco in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus ante Romanam. Sic etiam infrà pag.* 252.

annotatio. *id est, subscriptio, uti rectè à Romanis adnotatum est in margine. Vide quæ suprà diximus ad caput primum epistolarum quæ ante gesta Concilii præmissa sunt pag.* 1011.

sacratissimi. *Rusticus admonet in Græcis codicibus haberi* divinissimi. *Istam admonitionem retinuerat Crabbus & alii post eum. Romani sustulerunt.*

Reverendi Diaconi. *Divion.* Religiosi, *Paris.* Religiosissimi.

dixit: Præsentibus. *In codice Divionensi ista sic interpuncta sunt:* dixit præsentibus omnibus: Monumenta.

Aetius reverendus. *Divion.* religiosus.

celebrata. *Idem liber*, acta; *& in margine*, al. celebrata. *Codex Paris. habet etiam* acta.

pro quo gestorum exiguntur. *Meliùs codices Divion. & Paris.* exigimur.

Gesta. *Paris. & Divion.* Si qua gesta.

consequenter. *Hanc vocem, quæ neque in antiquis exemplaribus extat neque in antiquis editionibus, primi addidere Romani.*

Aetius Diaconus. *Divion.* Aetius Archidiaconus.

Pag. 244.

utrum proferamus aut non proferamus. *Ita habet codex Corbeiensis: Alii*, utrum offeramus aut non. *Sed in margine Divionensis legitur:* al. utrum proferamus aut non proferamus.

proferenda. *Veteres libri & editiones*, offerenda.

deprehenderit. *Omnes veteres libri habent* reprehenderit.

Iustum ergo. *Codex Divionensis.* Iustum ergo nobis hoc videtur proferri illa monumenta. *& in margine*, al. ut proferantur.

Propter quod. *Idem codex.* Propter quod sæpe interloquutus sum ut hæc à Notariis proferantur. *Paris.* Pro quo sæpe &c. *ut in Divionensi.*

publicare. *Omnes veteres libri & editiones Romana vetustiores præferunt* publicari. *Ad hunc porrò locum ista adnotat Rusticus:* Injustæ interloquutiones. *Hanc annotationem non omiserat Crabbus, neque alii post eum editores. Omissa est ab editoribus Romanis.*

Nihil incongruum. ANNOTATIO EIUSDEM RUSTICI. Iustæ petitiones. *Et istam quoque deleverunt editores Romani.*

à quodam apud piissimum. *Codices Divion. & Paris.* a quibusdam apud piissimum & Christianissimum & à Domino Deo conservatum Imperatorem.

Christi amantissimum. *Corbeien.* Christo amicissimum. *Alii* Christianissimum, *ut mox vidimus.*

declinari. *Hoc est unum ex erratis editionis Labbeanæ. Cetera enim & veteres libri habent* declarari.

objectiones. *Hæc vox non extat in antiquis exemplaribus.*

defendemus. *Quamquam istud leve videatur, dicam tamen codicem Corbeiensem & Divionensem habere* defendebimus.

proferenda. *Omnes libri veteres & antiqua editiones*, offerenda.

perculsus. *Sic reposuere Romani, cùm antea legeretur* percussus, *quæ est lectio veterum exemplarium.*

proferrentur. *Veteres libri & editiones*, offerrentur.

Sin

Sin verò aliqua. *In editione Crabbi sic legebatur:* Sin verò aliqua falsa, taceatis. *Probabile non est Flavianum sic impudentem fuisse ut hæc publicè diceret. Itaque rectè à Surio suppletus est locus mutilus, & Surii editionem confirmant veteres libri Divionensis & Parisiensis. Corbeiensis congruit cum editionibus Crabbi.*

Pag. 245.

novimus. *Paris. & Divion.* laudamus.

proferantur. *Veteres libri*, offerantur.

inter acta. *Paris.* inter hæc.

confitebimur. *Omnia vetera exemplaria legunt* confitemur.

Postulo. *Ita emendarunt Romani, quia fortassis non advertebant verbum* peto *conjungi cum accusativo, ut suprà monuimus pag.* 166. *Hic veteres omnes libri & editiones habent* Peto.

quæ tunc fuit præsens. *Divion. & Paris.* tunc præsentem.

Dum. *Iidem libri*, Donec.

Releguntur. *Paris. & Divion.* relegantur.

pars reverendi monachi. *Paris.* religiosi.

& scripta quæ penes se habet. *Idem codex:* & scedas quas penes se habet pars prædicti monachi religiosi oblatæ lectioni. *Sic etiam primè scriptum fuit in Divionensi, sed postea expuncta sunt voces &* scidæ, *& pro his repositum* & rescripta.

reverendus Eutyches. *Codices Paris. & Divion.* religiosus.

pro suis assertionibus. *Iidem codices*, suæ assertionis.

Propter hoc. *Paris.* Pro hoc.

rescripta. *Iidem libri*, scedas; *& in margine Divion.* al. rescripta.

Petimus agnoscere. *Eadem exemplaria:* Petimus in primis agnoscere.

Reverendissimus Constantinus. *Ibidem:* Religiosus Constantinus.

Constantinus Diaconus & Notarius dixit: Exemplaria sunt. *Hunc locum sic edidit Crabbus.* Aetius Diaconus & Notarios dixit. *& in margine*, f. Constantinus. *Sic etiam Surius & editio Veneta. Postea Romani videntes conjecturam Crabbi esse certam, quod & textus quoque Græcus probabat, nomen Aetii hinc omnino sustulerunt, & Constantini nomen in ejus loco posuerunt. Deinde cùm illis constaret Constantinum non fuisse Notarium, sed monachum, uti etiam in Græco textu scriptum est, in margine admonuerunt pro* Notarius *legendum esse* monachus. *Itaque sic corrige hunc locum ex fide veterum exemplarium Divionensis & Parisiensis.* Constantinus Diaconus & monachus dixit. *Sic etiam Corbeiensis, nisi quòd Aetium habet pro Constantino.*

Petimus considerare. *Codices Paris. & Divion.* considerari.

cujus manus sit. ANNOTATIO RUSTICI DIACONI. Satis prudenter Aetius manus proprietatem quærebat agnoscere, ut videret an aliquis Notariorum Eutychis dementiæ consentiret. *Hanc annotationem in margine apposuit Crabbus, & post eum Surius & Nicolinus. Sed quia Crabbus non admonuit eam non esse suam, Romani nescientes esse Rustici, illam omnino deleverunt.*

judicando. *Omnes libri veteres*, judicantes.

oblata, & ab alio collatis. *Ita codex Corbeiensis & veteres editiones. Divionensis & Parisiensis habent:* oblata non conlatis exemplaribus prolatis à parte Eutychis religiosi Presbyteri. *Verum codex Divionensis habet in margine:* al. & ab alio collatis exemplaribus.

Pag. 248.

Consulatu Flavii Zenonis. *Hæc acta & quæ paulò pòst laudantur extant suprà pag.* 150. 155. & 191. *hujus quarti tomi.*

Flavii. *Ita codex Parisiensis. Corbeiensis & veteres editiones habent* Flaviorum.

nova Roma. *Iam sæpe monuimus vocem* nova *non reperiri in his gestis quum Constantinopolis vocatur Roma. Vide quæ suprà dicta sunt ad paginam* 155.

Et postquam relecta est. *Veteres libri & editiones præferunt:* Et postquam lecta sunt prima.

falsatum sit. *Veteres libri*, falsatum est.

In hoc ipso quòd tacent. *Paris. & Divion.* Donec tacent. *Divion. in margine:* al. In hoc ipso quòd tacent. ANNOTATIO RUSTICI AD HUNC LOCUM. Nota quia ipsi negaverunt Ephesi quæ & hic sibi lecta non habuerant, id est, ex secunda actione Constantinopolitana.

quæ & monumentis. *Vetera exemplaria*, quæ & in monumentis. *Sic etiam paulò antè.*

Et si alicubi contigit. *Ista extant suprà pag.* 194. *hujus tomi quarti.*

aut errari. *Codices Paris. & Divion.* aut omitti. *Divion. in marg.* al. aut errari.

Et cùm lectum fuisset. *Codex Corbeiensis & veteres editiones:* Dum lectum fuisset. *Paris. & Divion.* Et priùs quàm legerentur, Constantinus religiosus Diaconus.

Et quando. *Iidem libri:* Et si quando.

ex mea depositione. *Ita constituerunt hunc locum editores Romani, putantes haud dubiè sententiam ejus hinc effici clariorem. At superiores editiones & omnia vetera exemplaria habent*, ex mea prosecutione.

rogo reveren. clericos. *Codices Paris. & Divion.* rogo religiosos Clericos. *Corb.* rogo reverentissimis Clericis.

depositionem. *Et hunc quoque locum ita constituerunt Romani. Nam si veterum librorum & editionum appelles fidem, legendum est* prosecutionem.

ipsius qui precem porrexit. *Divion. & Paris.* ipsius precem porrigentis, *nisi quòd Divionensis habet* porrigentes.

rata. *Divion. & Paris.* ratum. *Quo etiam modo habuisse codicem ex quo descriptus est Corbeiensis hinc colligi facilè potest quòd illic scriptum est* satu.

à reveren. monacho. *Paris. & Divion.* à religioso monacho.

Pag. 249.

Eusebius. *Veteres libri:* Reverentissimus Episcopus Eusebius Ancyranæ civitatis.

velle improbari. *Veteres libri & Crabbus non habent* velle, *& legunt* improbare.

Reverendus Ioannes. *Paris. & Divion.* Religiosissimi Iohannes Presbyter & Andreas Diaconus quæ.

reverendissimo monacho. *Vox* reverentissimo *non extat in antiquis exemplaribus.*

Ioannes reverendissimus. *Divion. & Paris.* Iohannes religiosissimus Presb. & defensor & Andreas religiosus Diaconus.

& monachus. *Hæc verba non habentur in antiquis exemplaribus.*

quia complacent. *Divion.* quia non complacent.

Veniens magnific. referendarius. *Divion. & Paris.* Veniens vir clarissimus referendarius.

Christi amico. *Iidem libri*, Christianissimo.

in propria persona. *Vox* propria *ridicula est in hoc loco. Vide autem unde orta sit. In codice veteri qui similis erat Divionensi scriptum primò fuit* p. per-

sona; *deinde vox in addita est supra lineam; ex quo imperitus librarius effecit* in p. persona, *ut legitur in codice Corbeiensi. Legendum* pro persona, *ut rectè præfert codex Parisiensis.*

omnia. *Hac vox deest in codice Corbeiensi & apud Crabbum.*

reverendissimo monacho. *Paris. & Divion.* religioso monacho.

de qualibetcunque re. *Iidem codices*, de qualibuscunque.

tentari aut fieri debet. *Corb.* temptatur aut debet fieri. *Reliqui*, temptari debent aut fieri.

legibus hoc præcipientibus. *Divion.* & maximè legibus hoc præcip. *Paris.* maximè & legibus hoc præcipientibus.

constituerit *Paris.* constiterit. *Divion.* innotuerit. *& in margine*, al. constituerit.

innotescat ipsi. *Iidem libri:* innotescat ipsi, & necesse nobis erit in omnibus Imperatoris Christianissimi cedere jussioni.

exponant & reverendi. *Iidem libri*, exponant & religiosissimi Iohannes Presbyter.

Ioannes reverendus. *Ibidem*, Iohannes religiosus. *Sic etiam post prosecutionem Constantini Diaconi.*

veritate subsistunt. *Ibid.* vera subsistunt. *In margine Divionensis scriptum est*, al. quoniam hæc veritate.

Constantinus Diaconus. *Codices Divionensis & Parisiensis:* Constantinus monachus & Diaconus.

Constantinus reverendus. *Codex Divion.* religiosus.

Pag. 252.

coram evangelio. *Corb. & Divion.* eorum evangelio. *Paris.* per evangelium.

roborare. *Divion.* probare. *& in margine*, al. roborare.

quæ dicta sunt à rever. archimandrita. *Corb.* dicta sunt reverentissimo archimandritæ. *Divion.* ea quæ acta sunt à religioso archimandritæ. *Paris.* dicta sunt à religioso archimandrita.

Deo amabilitatem. *Divion. & Paris.* sanctitatem. *Et paulò pòst* sanctitas *pro* Deo amabilitas.

Ante hoc. *Suprà pag. 191. ubi ista relecta sunt legitur:* Pridem.

interpellante vestram sanct. in synodo. *Iidem libri*, interpellante in vestra sancta synodo.

reverendissimum. *Divion.* religiosum, *Paris.* religiosissimum.

in scripris. *Veteres libri & editiones non habent præpositionem* in. *Idem observatum est suprà ad paginam* 241.

passione. *Divion.* passiones.

quæ ei ab ipso ingerebantur. *Veteres libri & editiones:* quæ ei ab eo ingerebantur.

reverendum Andream. *Divion. & Paris.* religiosum.

in monasterio. *Divion.* in monasterium.

accusatorem. *Omnes libri veteres*, incusatorem.

ex definitione. *Paris.* & definitione.

discederet, sed quodammodo. *Divion.* discederet, quodammodo enim velut.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus. *Reliqui*, reverentissimus.

inimicus ejus. *Divion.* inimicus meus.

in Nicæa & in Epheso. *Sic emendavere Romani. Nam antea legebatur:* in Nicæno & Ephesino Concilio. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

Si verò alicubi. *Paris. & Divion.* Si verò aliquid.

eos errasse. *Vox* eos *in nullo veterum exemplarium habetur. Non extat etiam suprà pag. 194. hujus tomi quarti.*

suscipere. *Divion.* subscribere. *& in margine*, al. suscipere.

solas aotem scripturas. *Paris.* solas autem sanctas scripturas.

expositionibus. *Divion. & Paris.* traditionibus.

Post inhumanationem. *Iidem libri:* Post incarnationem.

Pag. 253.

inhumanati. *Paris. & Divion.* hominis facti.

Et de hujusmodi. *Vocem* de *non habent libri nostri. Extat tamen infrà pag. 256. etiam in manuscriptis.*

Deus verbum deduxerit. *Divion.* Deus verbum secum deduxerit.

Ex duabus autem. *Veteres libri*, verò.

secundùm subsistentiam. *Corb.* secundùm substantiam. *Divion.* substantialiter. *Paris.* subsistentialiter.

fuisse. *Hac vox non reperitur in antiquis exemplaribus.*

Reverendissimus Ioannes. *Divion. & Paris.* Religiosus Iohannes. *Et paulò pòst*, religiosus Andreas, *&* Iohannes religiosus.

Deo amabilis. *Corb. & Divion.* Deo amicabilis. *Desunt autem ista in codice Parisiensi. Non extabant etiam primò in Divionensi, sed addita sunt supra lineam.*

enuntiationem. *Corb. & Paris.* ad enuntiationem. *Divion.* ad denuntiationem.

vel probatissimorum. *Veteres libri*, vel nimis probatissimorum.

efficiat. *Iidem libri*, efficit.

à reverendissimo. *Paris. & Divion.* à viro religioso.

reverendus Andreas. *Iidem*, religiosus, *&* religiosus Athanasius.

insuper. *Hec vox non extat in codice Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.*

ut putabam. *Paris. & Divion.* ut puto.

pro confessione mea. *Iidem libri*, pro confessionibus meis. *Sed Divion. habet in margine*, al. pro confusione mea. Codex Corb. *pro confusione mea.*

interrogatus. *Deest in codice Parisiensi.*

reverendus Diaconus. *Paris. & Divion.* religiosus.

ut suspicatur. *Codex Corb. & Crabbus*, & suspicatur. *Divion.* ut suspicatus. *& in margine*, al. & suspicatur adversus bis.

ne valde à me expressè. *Vetera exemplaria*, ne satis à me expressiùs.

ipsius prorsus. *Corb. & Divion.* ipsis prorsus.

Ioannes reverendissimus. *Paris. & Divion.* Iohannes religiosus.

Pag. 256.

reverendus Andreas. *Codices Divion. & Paris.* religiosus Diaconus Andreas & religiosus Diaconus Athanasius.

Athanasius. *Rectè hunc locum emendaverunt Romani, cùm antea malè legeretur* Thalassius. *Eam tamen pravam lectionem habet etiam codex Corbeiensis.*

commentarium. *Miror Crabbum, qui toties isthic vocem* commemoratorium *posuit, & in margine* commentarium, *hoc loco prætulisse lectionem quam alibi exclusit, & eam quam toties usurpavit rejecisse ad marginem. Porrò omnes libri veteres heic legunt* commemoratorium.

reverendissimus Ioannes. *Codex Paris.* religiosus.

religiosissimo Eusebio. *Idem codex & veteres editiones*, religioso.

reverendissimum Presbyterum. *Paris. & Divion.* religiosum, *& paulò post* eundem religiosum archimandritam.

providentia. *Codex Paris.* prudentia. *Divion.* sapientia, *& in margine*, al. providentia.

reverendum Diaconum. *Idem libri*, religiosum.

evocatione. *Vetera exemplaria*, vocatione.

Deo amabile. *Paris. & Divion.* venerabile.

Deo amicissimos. *Idem libri*, venerabilis.

Se enim sequi. *Idem libri*: Ipse enim persistit in expositionibus. *Divion. in margine*, al. sequi se expositiones sanctorum.

paratum esse. *Eadem vetera exemplaria*, paratum se esse.

subscribere eis. *Sic reposuere Romani, cùm in superioribus editionibus legeretur eas. Quo etiam modo habet exemplar Corbeiense. Reliqua confirmant emendationem.*

inhumanati. *Divion. & Paris.* hominis facti.

oportere. *Hanc vocem nullus veterum librorum habet.*

Si contingat. *Codex Corbeiensis*: Si enim & contingat et forte tale aliquid religi, eò quod divinæ scripturæ, ut dixit, nullam de naturis facere mentionem. *Reliqui*: Si enim & cont. ei for. ta. al. relegi, tamen divinas scripturas, ut dictum est, oullam ex naturis facere mentionem.

expositionibus magistrorum. *Paris. & Divion.* doctrinis atque expositionibus patrum.

Pag. 257.

reverendissimum monachum. *Codex Paris.* religiosum.

Quicquid allegaverint. *Paris. & Divion.* Si quid edocuerint qui audierunt, hoc suscipit archimandrita salva veritate. *Codex Divionensis habet in margine lectionem vulgatam.*

Eleusinius reverendus. *Iidem libri*: Eleusinius religiosus monachus dixit.

in collocutione. *Hanc lectionem nullus veterum librorum habet, neque ulla veterum editionum. Utrobique scriptum est* in locutione. *Hanc immutationem debemus editoribus Romanis.*

in prolato. *Legendum*, sed in prolato ab eo commemoratorio. *Vocem* sed, *quam & veteres libri & superiores editiones habent, omisêre Binius, omiserunt curatores editionis regiæ, Labbeus non reposuit.*

Ioannes reverendissimus. *Divion. & Paris.* Ioannes religiosus. *Piget toties ista replicare. Sed quoniam non semper iisdem epithetis utuntur veteres libri, si quis vult utile esse, multa repetere cogitur quæ fastidiosa videntur.*

non scio. *Corb. & Divion.* Non sum. *Paris.* Nescio. *Veteres editiones*, non scio quod dicere.

ipsa. *Hanc vocem, aliqui satis inutilem, quam nec veteres libri agnoscunt neque veteres editiones, hic apposuere Romani.*

Et ubi vultis. *Ita codex Parisiensis. Ita etiam primò Divionensis, sed postea supra lineam addita est vocula* ut; *& sic factum est*, & ut ubi vultis. *Quæ est lectio Corbeiensis exemplaris.*

dixit. *Paris. & Divion.* dixerat.

& non habet consubstantialem nobis carnem. *Corb.* non nobis consubst. habet carnem. *Divion. & Paris.* non nobis consubstantialis secundùm carnem. *Divionensis habet in margine lectionem libri Corbeiensis.*

ut rever. Ioannes. *Corb.* & reverent. Iohannes. *Reliqui*, ut religiosos Iohannes. *Et paulò post ubique* Ioh. religiosus.

viri reverendi. *Divion. & Paris.* viri religiosi.

non indidi commentario. *Omnes libri & veteres editiones*, non indidi commemoratorio.

reverendi Diaconi. *Paris. & Divion.* viri religiosi Diaconi.

& si semotim. *Iidem libri*. & si singillatim.

ex gestis. *Ante editionem Romanam legebatur*, ex eisdem gestis. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

Dicat & reverendus. *Corb.* Dicat reverentissimus. *Divion. & Paris.* Dicat religiosus. *Et paulò pòst*, à religioso Presbytero.

Pag. 260.

Andreas revereodus. *Corb.* Reverentissimus Diaconus Andreas.

Secundùm præceptum. *Divion.* juxta vestræ sanctitatis injustionem. *Sed postea hæc duo postrema vocabula expuncta sunt, & in margine additum*: secundùm præceptum vestræ.

ivimus ad reveren. *Idem codex*: perreximus ad religiosum. *Paris.* ivimus ad religiosum.

reverendus Presbyter. *Iidem libri*, religiosus Presbyter.

Andreas rever. Diac. *Divion.* Andreas religiosus Diac. *Paris.* Andreas Diaconus.

per omnia. *Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus. Corbeiensis & Parisiensis habent* meo cuncta sanctissimo.

& sanctissimo. *Divion.* & cuncto.

ad reverendissimum. *Idem codex & Paris.* ad religiosum.

edocuit rever. presbyter. *Paris.* edocuit vir religiosus Presbyter. *Divion.* docuit vir relig. Presb; *Sic etiam paulò pòst.*

comprofessus. *Divion.* sum professus.

religiosissimo archimandritæ. *Paris. & Divion.* à religioso archimandrita.

inquit archimandrita. *Iidem codices*, inquiens archim. Eot. dixit.

Ita ergo habe & tu. Annotatio Rustici Diaconi. Blasphemia sancti symboli corruptio potiùs & falsatio quàm interpretatio. *Hanc annotationem non posuit Crabbus.*

Semotim. *Divion. & Paris.* Singillatim.

Andreas Diaconus. *Iidem libri*: Andreas religiosus Diaconos.

Nunc reverendus Diaconus Athanasius. *Codex Paris.* Nunc vir religiosus Athanasius adveniat. *Ita etiam Divionensis, nisi quòd vox* Diaconus *in eo addita est supra lineam, quæ primò scripta non fuerat.*

viro reverendissimo. *Eadem vetera exemplaria*, viro religioso. *Et paulò pòst*, Athanasius religiosus.

cum Dei amantissimo. *Corb.* cum Deo amicissimo. *Divion. & Paris.* cum viro religioso.

vel Andrea reverendo Diacono. *Vox* reverendo *non habetur in exemplaribus Paris. & Divionensi.*

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo. *Reliqui*, cultore Dei.

tamquam sibi præsente. *Corb.* tamquam eo sibi præsente. *Ceteri*, tamquam eo præsente.

sanctissimis. *Paris. & Divion.* venerabilibus.

solùm verò de consubstantiali. *Iidem libri*, tantùm de consubstantiali non cognovi. *Corbeiensis habet etiam* cognovi.

consubstantialem verò. *Corb. & Divion.* & consubstantialem verò. *Sic etiam Paris. nisi quòd non habet vocem* verò.

Pag. 261.

Eutyches reverendissimus. *Codex Divion.* Euticis religiosus.

& Ioh. reverentissimus Presbyter habuerunt.

Athanasius religiosus. *Sic etiam in Parif. excepto quod non habet* reverentissimus.

religiosissimus. *Corb.* reverentissimus.

Non intendi. *Divion. & Parif.* Non aspexi. *Divion. in margine*, al. non intendi.

Eleusinus reverendus. *Parif. & Divion.* Eleusinius religiosus.

Precamur virum reverendum. *Divion.* Precamur vr. *& paulò pòst* reprehendit vr. *Has notas alii reddiderunt per* virum reverendum, *alii per* virum religiosum. *Hinc nata frequens varietas lectionum in his libris. Heic codex Parisiensis habet*: Precamur virum religiosum. *& postea*, virum religiosum Presb. Iohannem.

legebantur. *Corb. & Parif.* legebatur. *Divion.* intellegebatur. *& in margine*, al. legebatur.

protestans quòd ita non sunt. *Veteres libri*: stans non sunt.

quando venit. *Codex Corb.* quando veni. *Et in margine Rusticus ita adnotat.* Acumit. non veni de monasterio. Hæc bis melius sunt. *In Parisiensi scriptum est*, non veni.

Deo amicissimus. *Parif.* religiosus. *Sic etiam Divionensis, in cujus margine legitur*, al. Deo amicissimus.

reverendus. *Parif.* vir religiosus.

dicens. *Hoc non habetur in exemplari Divionensi, neque in Parisiensi.*

& quod amplius. *Omnia vetera exemplaria*, & quid amplius.

recitatæ fuissent. *Divion. & Parif.* recitarentur.

reverendissimus Presbyter. *Iidem libri*, religiosus; *& paulò pòst* religiosus Andreas, *&* religiosus Athanasius, *&* à religioso archimandrita.

Dominum. *Ante Romanam editionem legebatur* Deum. *Quo etiam modo scriptum est in exemplari Corbeiensi. In Parisiensi & Divionensi neque* Deum *extat neque* Dominum; *nisi quòd Divionensis habet in margine*, al. scis Deum. *Sanè neutra earum vocum apparet in textu Græco.*

quod è contrario. *Codex Parif.* & quia quod è contrario. *Divion.* & quia è contrario. *& in margine*, al. quia hoc ipsum quod è contrario.

reverendorum. *Parif. & Divion.* religiosorum.

jam. *Hæc vox non extat in libro Parisiensi. Non extabat autem primò in Divionensi, sed postea est addita supra lineam.*

everti debere. *Codex Parif.* immutari. *Ita etiam Divionensis; sed in margine scriptum est*, al. verti debere.

reverendus. *Parif. & Divion.* religiosus. *Sic etiam paulò pòst* Athanasius religiosus. Iohannes religiosus, religiosi Diacones.

etiam. *Hanc vocem nullus veterum codicum habet.*

singulatim. *Veteres libri*, singillatim. *Sic etiam paulò pòst.*

Deo amabilis sanctus. *Codex Parif.* hoc vester etiam sanctissimus conventus. *Sic etiam primò scriptum fuit in Divionensi, sed postea supra lineam additum est* Deo amabilis *ante vocem* sanctissimus.

audivit. *Veteres libri.* & audiit.

vir reverendus. *Parif.* vir religiosus.

conturbationem. *Corb.* conturbam. *Parif. & Divion.* turbam.

quandam. *Hæc vox non extat in exemplari Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.*

Pag. 264.

Semotim. *Iam monuimus veteres codices habere* singillatim. *Codex tamen Corbeiensis præfert editionem vulgatam.*

Quia verò & ipsi. *Codex Parif.* Quia verò & ipsi partim audierint.

Agnoscitne. *Amor elegantiæ hanc lectionem nobis dedit. Nam ante Romanam editionem legebatur*, quia scis. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

vobis imponet. *Codex Corb.* vobis se imponet. *Sic etiam Divionensis, sic tamen ut vox* se *addita sit supra lineam.*

Presbyter & archimandrita. *Hæc est lectio exemplarium Divionensis & Parisiensis. At in Corbeiensi & in antiquis editionibus deest conjunctio.*

Martinus. *Eam vocem addiderunt editores Romani, quam neque superiores editiones habent neque vetera exemplaria.*

Dicite ergo. *Divion.* Quid ergo. *& in margine*, Dicite ergo.

interrogari, an reverendum. *Divion.* interrogari virum religiosum. *Ita etiam Parif. nisi quod habet* interrogare.

gesta continent. *Iidem codices*, habent.

de hac parte. Quo dicente, Constantinus. *Et hanc quoque lectionem debemus editioni Romanæ. Alia enim habent*: de hac parte non dicitis. Constantinus. *Sic etiam veteres libri Parisiensis & Corbeiensis. Divionensis legit*, non didicisti. *& in margine*, al. non dicitis. *Atque hanc lectionem ego puto esse meliorem.*

Sequentia. *Divion.* Reliqua. *& in margine*, al. sequentia.

reverendus Presbyter. *Parif.* vir religiosus Presbyter.

jubete. *Ante Romanam editionem vox illa non occurrebat in hoc loco in gestis synodi Chalcedonensis. Ea porrò non extat etiam in antiquis exemplaribus.*

viris reverendis. *Parif. & Divion.* viris religiosis.

numquid dubitent. *Veteres libri & editiones Romana antiquiores*, ne quid dubitent. *Libri tamen nostri habent* dubitant.

Mamæ reverendo Presbytero. *Divion.* Mamæ vr Presbytero. *Parif.* Mamæ viro religioso Presbytero. *Corb.* Mamæ Presbytero.

sed viro reverendissimo. *Divion. & Parif.* sed viro religioso.

Et cùm lecta fuissent. *Divion.* Et cùm legerentur. *Parif.* Et cùm relegerentur.

Et Theophilus. *Conjunctionem nullus veterum exemplarium habet, neque veteres editiones.*

reverendus. *Codex Divion.* vr. *Parif.* vir religiosus. *Cob.* vir reverentissimus.

Pag. 265.

reverendissimi archimandritæ. *Codex Parif.* religiosi. *Sic etiam paulò pòst habent idem codex & Divionensis.*

& primum quidem hæc. *Parif. & Divion.* & primum post hæc. *Divionensis habet in margine*, al. quidem hæc.

coram Christo. *Iidem codices*, teste Christo. *Divion. in margine*, al. coram Christo.

domini. *Codex Divion.* Dei.

Aliud nihil. *Idem codex*: Aliquid aliud nihil.

Theophilus reverendus. *Codex Divion.* vr. *Corb.* vir reverentissimus. *Ita etiam Crabbus. Codex Parif.* religiosus.

sequor. *Corb. & Divion.* sequitur, *Parif.* sequi.

Ista dixit. *Hæc addita sunt supra lineam in libro Divionensi.*

reverendus Mamas. *Parif. & Divion.* religiosus.

tamquam. *Hæc vox addita est ab editoribus Romanis. Non extat enim in antiquis exemplaribus, neque in antiquis editionibus.*

dictum, in tua professione. *Veteres libri & edi-*

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

tiones, dictum est in tua professione quam postea addidisti. *Primi Romani mutaverunt.*

Theophilus reverendus. *Divion.* Theophilus vr. *& supra lineam*, reverentissimus. *Parif.* religiosus.

quæ in memoria. *Parif. & Divion.* quæ nunc in memoria.

eorum quæ dixit. *Et hæc quoque his gestis inserta sunt ab editoribus Romanis, quæ non extabant in superioribus editionibus. Absunt etiam à vetustis exemplaribus.*

Theophilus Presbyter. *Divion.* Theophilus vir Presb.

non audivi ab eo. *Hanc lectionem debemus editoribus Romanis: qui videntes sensum esse imperfectum, non animadvertentes autem interruptum fuisse sermonem Theophili, ut fieri solet in collationibus, veterem lectionem repudiarunt, in margine etiam admonentes legendum esse*, non audivi, neque dico. *Legendum ergo ut apud veteres:* Si autem volunt ut ampliora dicam quæ non audivi. *Et tum interruptus est à Patricio Florentio.*

Mamas reverendus. *Corb. & Divion.* Mamas vr. *Parif.* vir religiosus.

Num forte. *Editores Romani non animadvertentes veterem istum interpretem voce* Ne *usum esse in eum sensum quo vox* Num *usurpatur, putarunt mendosa esse loca in quibus habet hunc sensum; ideoque ea deleta, aliam ei substituerunt. Veteres libri & editiones heic & alibi habent* Ne.

Pag. 268.

ultima actio. *Hæc verba non sunt conjungenda cum illis quæ antecedunt, sed ponenda in titulo, hoc modo:*

VLTIMA ACTIO.

Sic enim habent vetera exemplaria Corbeiense & Divionense. *In Parisiensi:* Quartæ actionis replicatio. *Crabbus sic posuit.* Constantinop. synodi actionis (ut videtur) VII. acta, lecta Ephesi, relecta Chalcedone. *Eā Crabbi opinionem veram esse putantes editores Romani, in margine monuerunt hæc acta pertinere ad actionem* VII. *Constantinopolitanam. Et hanc eorum admonitionem retinuit Binius. Curatores regiæ editionis & Labbeus sustulerunt. Hæc ergo extant suprà pag.* 218. *hujus tomi quarti.*

VLTIMA ACTIO. ADMONITIO RVSTICI. In Acumitensibus quarta actio, ultima verò ponitur. *Infrà pag.* 241. *Basilius Episcopus ad ista respiciens ait:* In principio quartæ examinationis &c.

sacris ac. *Divion.* sanctis &.

oblata est Presbytero. *Corb.* ablata. *Quo etiam modo habet Divionensis in margine. At in textu idem legit:* oblata est ab Eutice.

usque ad hoc. *Sic emendandum esse putaverunt editores Romani. Ceterùm & veteres libri & veteres editiones habent*, usque hoc.

Et nunc iterum. *Codex Corb. & veteres editiones:* Et nunc igitur.

Reverendissimus Episcopus. *Parif. & Divion.* Sanctissimus Episcopus. *Et postea:* sanctissimus Archiepiscopus.

Aetius reverendus. *Divion.* Aetius vr. *Parif.* Aetius religiosus.

Habemus quid. *Ita editiones Romana vetustiores. In libris Divion. & Parif. legitur:* Habemus etiam quid.

Iam enim quasi. *Vocem enim non habent veteres libri neque editiones ante Romanam.*

qood additamentum. *Corb. & Divion.* quid. *Melius Parif.* quia.

Dei amantissimus. *Veteres editiones*. Deo amantissimus. *Codex Corb.* Deo amicissimus. *Divion. & Parif.* sanctissimus.

consubstantialem. *Ita visum est editoribus Romanis. Nam veteres libri & editiones habent* omousion.

Concilio. *Et hanc quoque lectionem debemus Romanis, cùm antea legeretur* conventui. *Quo etiam modo habent vetera exemplaria.*

universali. *Hanc vocem, quæ neque in antiquis editionibus extat, neque in libris nostris, addidere iidem editores Romani.*

Christi amicorum. *Codices Parif. & Divion.* piissimorum.

hoc negotium reservari. ANNOTATIO DIACONI RVSTICI. Not. sanctus Eusebius quæsivit fieri conventum Ephesinum, cujus iniqua judicia non recepit.

sapiat. *Mendum typographicum editionis regiæ, quod tollere facilè poterat Labbeus. Legendum ergo* sapiebat. *Sic veteres libri, sic omnes editiones regia vetustiores.*

præsentem. *Deest in libro Parisiensi. In Corbeiensi & Divionensi scriptum est* præsens.

Dei amantiss. & sanctiss. Archiepiscopus. *Veteres libri & editiones:* Deo amantissimus Archiepiscopus. *Romani ergo inseruerunt hæc verba*, & sanctissimus.

de hoc. *Divion. & Parif.* de his. *Divion. in margine*, al. de hoc.

Pag. 269. secundò.

reverendiss. archimandrita. *Codex Parif.* viro religioso & archimandrita.

sed ut per semetipsum. *Vetera exemplaria:* sed per semetipsum respondere eum interlocutus est.

Seleucus. *Codex Corbeiensis:* Reverentissimus Episcopus Seleucus. *Divion. & Parif.* Sanctissimus Ep. Seleucus.

Anticipans reverendus. *Divion.* vir reverentissimos. *Parif.* vir religiosus.

sancto conventui. *Parif.* sanctissimo conventui religiosum archimandritam.

reverendiss. archimandrita. *Divion. & Parif.* religiosus.

& ideo &c. *usque* renominaverunt. *Hæc non habentur in libro Corbeiensi, haud dubiè per errorem librarii. Nam adnotatio Rustici, quæ posita est in margine, non potest referri ad alium locum. Sic autem habet.* Falsitas evidens Eutychis Et notandum quia jam litteræ Papæ Leonis, quas in absolutione Eutychis usque tamen ad integriorem audientiam scripsit, pervenerunt ad eos; & ideo illum archimandritam renominaverunt post damnationem.

quomodo nunc instans. *Sic emendavere Romani, non putantes vocem* quemadmodum *subire posse vicem interrogationis. Eam tamen habent omnia vetera exemplaria & omnes veteres editiones. Ceterùm pro voce* instans, *codex Corbeiensis & veteres editiones preferunt* stans, *Divion.* extans.

apud sanctissimum Romanorum *Divion. & Parif.* apud Romanum sanctum Episcopum *Ita etiam Corb. nisi quòd habet* sanctissimum.

recusationem in synodo. *Hæc prodierunt in editione Romana. Non extant autem in superioribus, neque in antiquis exemplaribus.*

appellationem nominavit. *Veteres libri & editiones*, appellationem eum nominavit. *Rectè. Vide epistolam octavam sancti Leonis.*

& hinc doceri debetis. *Parif.* docemini. *Ita etiam Divionensis, qui habet in margine*, al. & hinc doceri debetis.

quoniam non. *Rusticus admonet vocem* non *non haberi in codicibus Acœmetensium.*

reverendissimus. *Codex Paris. & heic & paulò post*, religiosus.

conventus reverendissimorum. *Divion. & Paris.* sanctissimus conventus religiosorum.

quem dicebat. *Codex Divion.* quod dicebat, *& in margine*, al. quem.

sanctitati. *Paris. & Divion.* religioni. *Suprà tamen pag. 223. hujus tomi quarti, unde ista repetuntur, legitur* sanctitati.

Si tua. *Veteres libri* ; Si tua est.

Enuntiatio. *Quum hanc vocem heic ponerent Romani, non meminerunt suprà pag. 223. editum ab illis fuisse* dictatio. *Atque eam lectionem etiam in hoc loco retinuerunt omnes veteres libri & editiones.*

ex carne virginis. *Codices Paris. & Divion.* ex carne sanctissimæ virginis & hominem factum.

à reverendissimo. *Iidem codices*, à viro religioso.

Basilius Episcopus. *Codex Divionensis:* Basilius reverentissimus Episcopus.

Pag. 232. secund.

Seleucus Episcopus. *Divion.* Seleucus reverentissimus Episcopus.

reverendus Diaconus. *Divion. & Paris.* religiosus. *Corb.* vt. Diaconus.

ministravit. *Iidem libri*, obsecutus est. *Divionensis habet in margine*, al. ministravit.

Neque ego commemoro. *Codex Paris.* Neque hæc dicta commemoror ego à religioso Presbytero Eutyche.

commemoro. *Elegantia dandum istud esse censuerunt editores Romani ut barbariem pro virili sua pellerent ex his gestis. Itaque & heic & in locis sequentibus reposuerant* commemoro *pro eo quod & veteres editiones & vetera exemplaria ubique legunt* commemoror. *Iidem tamen instituti sui immemores in fine istius pagina retinuerunt* commemoror.

Tryphon. *Omnes veteres libri habent* Triphonianus.

prout in gestis. *Veteres libri & editiones*, sicut in gestis. *Puto emendatum esse à Romanis, ne vox* sicut *occurreret bis in eadem linea.*

ab Eleusinio reverendissimo. *Divion.* ab Eleusinio vr quod. *Paris.* ab Eleusinio viro religioso quoniam.

ita habeo. *Hanc lectionem commendat unus codex Parisiensis. Nam ceteri & veteres editiones habent*, ab eo.

dico nihil aliter. *Veteres libri :* dico quia nihil aliter.

Quod verò dixit. *Hac est lectio libri Corbeiensis. Reliqui habent* dicit.

ipse scit qui corda. *Divion. & Paris.* ipse sciat. Nam sicut scit qui corda hominum scrutatur, non audivi, non commemoror. *Corbeiensis & Crabbus:* ipse scit qui corda hom. scrutatur, non audivi, non commemoror.

arguet. *Paris. & Divion.* arguit.

Nos enim. *Corb. & Paris.* Nos etenim. *Sic etiam Divionensis in margine.*

ab Eleusinio diacono. *Paris. & Divion.* à viro religioso Eleusinio. *Et paulò post*, à religioso archimandrita.

dicentem eum. *Ita codex Divionensis. Paris.* dicente eo. *Corb.* dicente ea. *Crabbus*, dicentem ea.

Ita sapio sicut patres nostri. Annotatio Rustici. Et hi verum dicunt. Dixit enim Eutyches: Dictatio quidem mea est, dictatio est, vera est hæc sanctorum patrum. Est mentis verbo Eutyches, qui eam appellationis libellum dixit.

Valerianus reverendus. *Codices Paris. & Divion. non habent vocem* reverendus *neque aliam similem.*

Sabbas reverendus. *Paris.* Sabas reverentissimus.

Nullo modo eum persuadere potui. Annotatio Rustici Diaconi. Ecce iste locus exponit cur ultima sententia synodi Constantinopolitanæ dixerit: Quid eum persuades? Non consentit, dum clamaret: Anathema sit. *Vide suprà pag. 230.*

Aurelius. *Paris. & Divion.* Aurelianus.

Hæc quæ nobis. *Omnes veteres legunt :* Hæc quæ nunc nobis.

Pag. 233. secundò.

sanctum. *Divion. & Paris.* sanctissimum.

domnum Episcopum Basilium. *Ita codex Parisiensis. Divion.* domnum Basilium, *Corb.* domnum Episcopum. *Sic etiam Crabbus.*

insurrexit contra eum. *Paris. & Divion.* Eusebius corripuit eum & objurgavit. *Et in margine Divionensis :* al. Episcopus insurrexit contra eum & objurgavit.

religiositate. *Divion. & Paris.* sanctitate.

anathematizatus est tunc. Annotatio Rustici. Hic locus est ubi anathematismus datus Eutychi ab aliis respondebatur.

Timotheus. *Quæ isthic de Timotheo aut à Timotheo dicuntur, ea desunt in editionibus quæ Romanam antecesserunt. Rectè itaque ea reposuere Romani, sed non in loco suo. Nam post verba*, anathematizavit eum, *sequi debet interlocutio patricii, dein prosecutiones Seleuci & Timothei. Sic docent vetera exemplaria & gestorum ordo & consequentia.*

talis vox. *Divion.* talis sermo non est egressus.

conventu. *Veteres libri & editiones ante Romanam*, conventui.

quando introierit. *Paris. & Divion.* quando unus venerit testis in testimonium. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

martyrum. *Codex Divion.* martyrii. *Paris.* testimonii.

subscripsimus. *Iidem codices :* subscribentes manibus nostris & confitentes subscriptis. *Divion. in margine :* al. quæ & confessi sumus scriptis, quomodo, *quæ est lectio libri Corbeiensis.*

sanctorum trec. d. & octo patrum. *Melius veteres libri & editiones*, sanctorum patrum trec. &c.

& scribitur. *Divion.* ita scribunt.

Dei amantissimi. *Corb.* Deo amicissimi. *Divion.* reverentissimi. *& in margine*, al. Deo amicissimi.

submoveri. *Divion. & Paris.* immutari. *Sed Divionensis habet vocem* submoveri *in margine.*

Pag. 236. secundò.

& gestis. *Conjunctio addita est ab editoribus Romanis. Eam tamen habent aliquot vetera exemplaria.*

hic præsens. *Vox* hic *neque in antiquis editionibus extat neque in antiquis exemplaribus.*

Seleucus Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus Episcopus Seleucus. *Paris. & Divion.* Reverentissimus Ep. Seleucus. *Sed Divionensis habet in margine lectionem quam descripsimus ex Corbeiensi.*

Eutyches archimandrita. *Heic nomen Eutychetis addidere Romani, quod neque in antiquis libris habetur neque in antiquis editionibus.*

Nonne quia religiosissimus. *Rusticus in margine reposuit*, ὁ θεοσεβέστατος. *& addidit :* Vbique posui religiosissimus.

ut si nullatenus. *Ita primò edidit Surius, Crabbus invenerat*, & nullatenus. *quo modo habet & codex Corbeiensis. In Parisiensi*, & si nullatenus. *Sic etiam in Divionensi, sed postea vox* si *expuncta est.*

ſcripta. *Jam monuimus ſuprà ad paginam 227. eam vocem non haberi in codicibus antiquis, neque illic, neque iſthic.*

quoniam nihil tale dicit. ANNOTATIO RVSTICI. Penè veritatis negatio eſt illud.

Baſilius Dei amantiſſimus. *Codex Corb.* Deo amiciſſimus Epiſcopus Baſilius. *Alii*: Reverentiſſimus Ep. Baſilius.

Pag. 237. ſecundò.

Neque enim idoneus eram dicere. ANNOTATIO RVSTICI. Sic quoque interpretatur, potui dogmatizare, οὐδὲ γὰρ ἐγὼ εἶς τι ἱκανὸς δογματίζειν.

Religioſiſſimus. *Veteres editiones*. Religioſiſſimus & glorioſiſſimus. *Codices Pariſ. & Divion.* Reverentiſſimus Epiſcopus.

Quæ dicuntur. ANNOTATIO RVSTICI. Nota quid de geſtis apud ſanctum Flavianum incertum quaſi remanſerit.

de hoc. *Vox* de *non habetur in libro Divionenſi.*

Nunc eſt tempus. *Codex Pariſienſis*: Nunc eſt tempus & probari ea & improbari. *Ita etiam in Divionenſi, niſi quòd perperam habet* Non *pro* Nunc. *& in margine*, al. & convinci.

& non convinci. *Hæc deſunt in codice Corbeienſi. Deerant etiam in exemplari ex quo ſumpta eſt lectio appoſita in margine codicis Divionenſis.*

ſæpe. *Hæc vox non habetur in exemplaribus Divion. & Pariſienſi.*

& numquid magnificentia. *Meliùs veteres libri*: & nunquam magnificentia ipſorum nos reprehendit. *Corbeien.* nos neque reprehendit neque. Quo dicente.

quippe cum quærenti. *Divion. & Pariſ.* quippe quærenti. *Sed vox* dum *addita eſt ſupra lineam in Divionenſi. Corb.* quippe dum quærenti mihi relegere.

univerſa. *Hanc vocem, quia extabat in textu Græco, addidere Romani. Sed Græcos ita heic reprehendit Ruſticus.* Hic Græci codices male habent, Omnis ſancta ſynodus. Nam in præcedentibus, ubi ipſa actio priùs inſerta eſt, non habet ipſum Omnis. *Attamen ſuprà pag. 230. habetur vox* univerſa. *Verùm illic obſervatum eſt eam non haberi in omnibus vetuſtis exemplaribus.*

Ex neceſſitate fides eſt. *Inſigne mendum editionis Labbeanæ. Repone ex fide omnium librorum & editionum*: Ex neceſſitate fides non eſt. *Vide ſuprà pag. 230.*

catholicorum. ANNOTATIO RVSTICI. Vbicunque habet catholicorum, in Græco habetur τῶν ὀρθοδόξων.

Fides noſtra. *Jam ſuprà ad paginam 230. monuimus vetera quædam exemplaria habere* veſtra. *In hoc loco omnia vetera exemplaria & omnes editiones ante Romanam legunt* veſtra.

Conſtantinus reverendus. *Divion. & Pariſ.* religioſus. *Sic etiam paulò pòſt ubi de eodem Conſtantino & de Aetio.*

In omnibus. ANNOTATIO RVSTICI. Nota ubique anathematizatum jam tunc Eutychem.

Propter quod. *Veteres libri & editiones*: Propter quid.

ejus rei. *Hæc addita ſunt ab editoribus Romanis. Ea verò neque veteres editiones habent, neque vetera exemplaria.*

dicens: Dic. *Ante Romanam editionem legebatur*: dicens quoniam dic. *Sic etiam libri noſtri.*

novit. *Hæc vox non habetur in codice Pariſienſi. In Divionenſi addita eſt ſupra lineam.*

archimandrita: Dicis. *Ante eandem editionem Romanam legebatur*: archimandrita quia dicis. *Quo etiam modo habent libri veteres.*

quia a ſancto. *Veteres libri & editiones*, quia & à ſancto.

quod relegantur. *Iidem libri & editiones*, quia relegantur.

religioſus Preſbyter. *Codex Pariſ.* reverentiſſimus.

religioſiſſimus Seleucus. *Divion.* beatus. *Pariſ.* beatiſſimus.

reverendiſſimum. *Codex Corb.* virum, *errore librarii, cum ſcribendum eſſet* vr, *id eſt*, virum religioſum *vel* reverentiſſimum. *Pariſ. & Divion. habent* virum religioſum.

noſtrum. *Vetera exemplaria*, noſtrorum.

archiepiſcopo. *Corb.* epiſcopo.

relegi debere. *Idem codex*, relegi habere. *Divion.* jubere, *& in margine*, al. habere.

Pag. 240. ſecundò.

Deo amantiſſimi. *Codex Corb.* Deo amiciſſimi. *Ceteri*, reverentiſſimi.

Memini me interlocutum. *Divion.* Minime interlocutus ſum.

ante adunationem. *Pariſ.* ante adunitionem. *Crabbus*, ante unitionem.

poſt unionem autem. *Corb. & Pariſ. & veteres editiones*, poſt autem unitionem. *Divion.* poſt verò unitionem.

putabetis inducere. *Divion. & Pariſ.* videris dicere.

Poſt hæc autem ſcio. *Codex Pariſienſis*: Et poſt hæc ſcio autem quia converſus & dicens & habens mentem meam. *Ita etiam ferme Divionenſis.*

ſenſim. *Hanc vocem non habet codex Pariſienſis. In Corbeienſi ſcriptum eſt* eſenſum. *Divionenſis habet* ſenſim; *& in margine*, al. eſenſum.

inhumanatam. *Codex Corb. & Crabbus*, humanatam.

aliud quiddam eſt deitas. *Pariſ. & Divion.* aliud quidem eſt deitas. *Corbeienſis & veteres editiones*, aliud quidem eſt quiddam deitas.

& lectum & denuo. *Hæc verba non extant in antiquis libris neque in antiquibus editionibus. Addita ſunt in Romana.*

in epiſcopium. *Quamvis hæc lectio ferri poſſit, præfero tamen lubenter eam quæ nititur auctoritate veterum codicum & editionum, in quibus habetur*, in epiſcopio.

Siquidem nonc. *Codex Divionenſis*: Nunc regulariter eſſet inquiſitio facienda ---- purificari. Quoniam non juſſit &c.

falſata. *Ita codex Pariſ. & veteres editiones. Ita etiam habet codex Divionenſis, ſed poſtrema ſyllaba expuncta eſt. In Corbeienſi ſcriptum eſt* falſa.

Conſtantinus reverendus. *Codex Pariſ.* religioſus.

Quoniam religioſus. *Veteres editiones*: Quoniam commemoravit meam relig. Dia. Conſt. vocem, ne fortè negans &c. *Ita etiam veteres libri, niſi quòd in Corbeienſi & Divionenſi ſcriptum eſt* me *pro* meam.

Propterea hæc dixi. *Corb. & Divion.* Propter hoc. *Pariſ.* Propter hoc dixi hæc. Dixi autem.

ſuaderem. *Omnes libri veteres*, ſuadeo.

Aetius Notarius. *Iidem libri*: Aetius religioſus Notarius.

Pag. 241. ſecundò.

Quid enim? dicebat. *Ita codex Pariſienſis. At reliqui habent*: Quid enim dicebat ſanctiſſimus Epiſc. Seleucus. *Atque ita in ſuo codice habuiſſe Crabbum vero ſimile eſt.*

Aetius Diaconus. *Divion. & Pariſ.* Aetius religioſus Diaconus.

Dignemini. *Veteres libri:* Dignamini.

Constantinus reverendus. *Codices Divionensis & Parisiensis in hoc loco & in sequentibus legunt* religiosus.

Etiam dixi. *Legendum:* Iam dixi. *vel,* Et jam dixi. *Sic docent libri veteres.*

adunationem. *Codex Paris. & heic & in sequentibus habet* adunitionem.

eos qui post unitionem duas naturas negant. *Ea sunt ex editione Crabbi. Non extant autem in libris nostris.*

Thalassius reverendissimus. *Vetera exemplaria:* Reverentissimus Talassius Episcopus.

Dei amantissimum. *Corb.* Deo amicissimum & sanctissimum Archiepiscopum. *Divion. & Paris.* reverentissimum Archiepiscopum. *Divionensis habet in margine lectionem Corbeiensis.*

& quoniam ipse dixit. *Paris.* & quoniam ipse dixit quia audis. *Divion.* & quia ipse dixit quia audis. *Corbeiensis & Crabbus,* & quoniam prædixit quia audis.

& anathemarizas. *Veteres libri:* & dixit: Anathematizas.

Episcopus sanctissimus. *Istud non est magni momenti. Tamen omnia vetera exemplaria habent,* sanctissimus Episcopus.

dicente: Dicisne. *Hæc lectio est elegantior. Sed verior ea videtur quam veteres libri & editiones exhibent:* dicente quia dicis duas naturas.

sive à Dei amantissimo. *Corb.* sive à Deo amantissimo Eusebio, sive Deo amantissimo & sanctissimo nostro Archiepiscopo Flaviano. *Paris. & Divion.* sive à reverentissimo Eus. sive à sanctissimo nostro Episcopo Flaviano.

de duabus naturis non recordor. *Ista transponuntur in aliquot veteribus libris, ubi legitur:* non recordor de duabus naturis.

Recolo & ego quia tunc. *Hanc emendationem debemus editoribus Romanis. Editiones enim superiores & duo vetera exemplaria præferunt:* Recolo & ego tunc quia dictum. *Divionense legit* nunc; *& in margine,* al. tunc.

confiteris. *Omnes libri veteres & editiones Romana vetustiores,* quia confiteris.

qui non habet ira, piger. *Veteres libri:* quia non habent ira, & piger.

Dei amantissimo. *Corbeiensis,* Deo amicissimo. *Divionensis & Paris.* reverentissimo.

quomodo reverendissimus. *Divion. & Paris.* quomodo & reverentissimus.

Pag. 244. secundò.

Cùm turba. *Levem istam & minimè necessariam emendationem dedere Romani. Veteres editiones & antiqua exemplaria habent:* Dum turba.

religiosissimum Episcopum Eusebium. *Meliùs veteres libri:* sanctissimum Episcopum Eusebium dixisse, reverentissimum autem Archiepiscopum.

coram Deo. *Veteres libri & editiones:* Coram Domino.

rememorari. *Ita codex Parisiensis. Divion.* rememorate, *& in margine,* al. dicere rememorari. *Atque hæc marginalis lectio videtur esse antiqua, cùm eam repræsentent codex Corbeiensis & editio Crabbi.*

jam orta erat. *Divion. & Paris.* jam facta erat. *Corb.* jam dicta erat.

& quæ ante. *Paris.* & quæ in ante.

Constantinus reverendus. *Divion. & Paris.* religiosus.

Eutyches. *Deest hoc nomen in iisdem exemplaribus.*

dum legeretur. *Veteres libri,* dum relegeretur.

sanctissimi. *Hæc vox deest in omnibus vetustis exemplaribus & editionibus. Vetustas editiones dico eas quæ prodierunt ante Romanam.*

indecens. *omnia vetera exemplaria legunt* incondecens.

& reverendissimum. *Ista desunt in codice Divionensi.*

abscedens. *Miror editores Romanos ausos fuisse mutare veterem lectionem, quæ habet* ascendens; *præsertim cùm paulò post ipse Flavianus profiteatur ista se audivisse à patricio quum ascenderes in superiora domus. Sed hunc quoque locum iidem convellere non dubitarunt. Porrò omnes veteres libri confirmant lectionem veterum editionum.*

hoc. *Hæc vox addita est in editione Romana. Non habetur autem in antiquis, neque in nostris exemplaribus.*

discedente me. *Melior est haud dubiè lectio quam Romani rejecerunt ad marginem:* ascendente me in superiora domus. *Eam enim habent codices Parisiensis & Divionensis; nisi quòd in isto vox* hospitium *addita est supra lineam inter vocem* in *& vocem* superiora. *Sanè codex Corbeiensis & veteres editiones ita habent:* ascendente me in hospitium superiora domus.

dicant. *Codex Corbeiensis,* dicent. *quam lectionem habet etiam Divionensis in margine. Paris. & Divion.* fateantur.

& nunc propriis. *Iam suprà ad paginam 230. monuimus vocem* nunc *non exstare in vetustis exemplaribus & editionibus. Quod heic quoque repetendum est. Porrò codex Corbeiensis legit:* & proprius ejus. *Divion.* ex propriis; *& in margine,* al. & proprius. *Ex his duabus lectionibus conflata est ea quam repræsentat exemplar Parisiense,* & ex propriis ejus confessionibus.

voluit. *Codex Paris. & veteres editiones,* noluit. *Vide suprà ad paginam 230.*

Pag. 245. secundò.

ut qui non. *Veteres libri & editiones,* sicut qui non.

subscriptiones. *Codex Parisiensis:* subscriptiones replicatæ.

Constantinopolis novæ Romæ. *Omnia vetera exemplaria & omnes editiones ante Romanam habent* Constantinopolitanæ Romæ. *Ceterùm jam suprà ad paginas 151. & 155. monuimus in hac antiqua versione, ubi Constantinopoleos nomen conjungitur cum Roma, eam rarò vocari novam Romam, sed Romam simpliciter.*

schedas & authenticas. *Hæc lectio nititur auctoritate libri Corbeiensis. Conjunctio deest in aliis & in antiquis editionibus.*

aut movetur aut dicitur. *Insigne mendum typographorum qui tractabant editionem Labbeanam. Reponendum,* aut movetur aut agitur aut dicitur. *Sic veteres libri. Sic omnes aliæ editiones.*

decet. *Hanc vocem nullus veterum librorum habet.*

ALIORUM GESTORUM PRINCIPIUM.

in Constantinopoli. *Codex Divion.* Constantinopolim.

sacra. *Alibi* divina, *ut monet Rusticus.*

sacrorum officiorum. *Divion. & Paris.* sacri officii.

Castorio. *Hanc pravam lectionem quam primus protulit Surius, neque Romani editores retinere debuerant neque qui illos secuti sunt. Omnia vetera exemplaria, editiones Crabbi, & textus Græcus ostendunt legendum esse* Carterio. *quod & ipsi Romani adnotarunt in margine. Vide infrà pag. 249. secundò.*

libellorum. *Omnes libri nostri*, libellensium. *Sic etiam paulò pòst habetur in exemplaribus Corbeiensi & Divionensi.*

Constantino reverendo. *Codex Divion.* Constantino vr. *Parif.* Constantino viro religioso. *quam lectionem habet etiam Divionensis in margine. Et paulò pòst Parisiensis legit:* Constantinus vir religiosus dixit.

Diaconus. *Hæc vox non habetur in antiquis exemplaribus.*

obtulit Eutyches. *Divion.* obtulit vr Eutyches. *Parif.* Eutyches vir religiosus.

& has ejus pietas subnotavit. ANNOTATIO RVSTICI DIACONI. In scriptis Eutyches Theodosius subscripsit. *Vide etiam paulo pòst & suprà pag.* 1090.

magister. *Codex Corbeiensis & Crabbus præferunt* magistratus.

mentibus. *Parif. & Divion.* sensibus. *At Divionensis habet in margine*, al. mentibus.

Macedonius tribunus. *In antiquis editionibus scriptum est:* Macedonius reverendus tribunus. *Quod epitheton cùm Romani viderent non convenire tribuno, sustulerunt. In codice Corbeiensi & in Divionensi legitur:* Macedonius vs Tribunus. *In Parisiensi:* Macedonius vir spectabilis Tribunus.

Eutyches archimandrita. *Codex Parif.* Eutyches vir religiosus archimandrita.

setcoitati. *Rusticus admonet in Græco legi* divinitati, θειότητι.

Pag. 256. secundò.

relictis. *Nihil tam certum est quàm certum est heic legi debere* relectis; *eoque modo habent omnia vetera exemplaria & omnes editiones ante regium. Quoniam igitur typographi tum erraverunt, explosa est antiquitas, & retenta novitas.*

Evethium. *Veteres libri & editiones* Evithium *vel* Evitium.

libellorum. *Corb. & Divion.* libellensium, *ut paulò antè monuimus.*

Supplicatio Eutychis. *Titulus iste non extat in antiquis exemplaribus, neque in editionibus Romana vetustioribus.*

à principio. *Divion.* ab initio.

religionem mundam. ANNOTATIO RVSTICI. Quia se semper tecta sapuisse testatur, adnota sequatium Dioscori.

adesse mihi virum laudabilem. *Codex Corbeiensis habet in margine* mirandissimum. *Sic etiam veteres editiones.*

religiosissimo. *Parif. & Divion.* reverentissimo.

dignetur. *Libri nostri*, dignari.

placuerit. *Iidem libri*, sederit.

mirandissimum. *Codex Divion.* eundem vl. *& in margine*, al. virum mirandissimum laudabilem. *Vtranque enim lectionem reperi in Corbeiensi. At Parisiensis habet tantùm* laudabilem.

Profiteatur. ANNOTATIO RVSTICI. Somma Theodosii pro Eutyche contra sanctum Flavianum clementia, quæ uno teste tantam causam examinari assensit atque subscripsit. *Hanc annotationem, verbis aliquot in initio immutatis, retulit etiam Crabbus, & alii post eum. Editores Romani, qui nesciebant esse Rustici, eam sustulerunt.*

Vnde vir devotissimus. *Rectè hunc locum emendavere Romani. Nam antea legebatur.* Vnde vener. magnus.

Constantinopolitanæ. *Hanc vocem non habet exemplar Parisiense. In Divionensi addita est in margine.*

Pag. 249. secundò.

Et priùs dixi quòd. *Veteres editiones & codex Corbeiensis:* Et priùs dixi eò quòd. *Parif. & Divion.* Iam dixi eò quòd ante.

ut spectabilis tribunus. *Codices Corb. & Divion.* ur vs tribunus. *Has notas non intelligens Crabbus posuit* reverendus *& heic & in sequentibus. Parisiensis rectè habet*, ut vir spectabilis.

Asterio reverendo. *Corb.* Asterio viro reverentissimo. *Parif.* viro religioso.

Si voluerit spectabilis. *Divion. & Corb.* vs. *Parif.* vir spectabilis quàm magnificentissimum. *Omnes libri veteres*, quàm cuncta magno Eutyche reverendissimo. *Codex Parif.* Eutyche religioso & archim.

reverendum. *Codex Divion.* vr. *Parif.* virum religiosum. *Corb.* vrum., *id est*, virum reverentissimum.

necessarium. *Hæc est immutatio Romanorum. Nam superiores editiones & omnes libri veteres habent* necessitatem.

sed. *Hanc vocem, quæ sanè necessaria non est, non habet exemplar Parisiense. Eadem non extabat in Divionensi, ubi addita est supra lineam.*

edantur. *Et hanc quoque vocem non habet exemplar Parisiensi. Sanè Ariovindus functus videtur officio suo quum eam professionem gestis inseri jussit. Editio ad alium pertinere videtur. Ceterùm heic semel admonuisse sufficiat veteres libros ferè semper scribere* Ariovindis.

Charisius. *Hæc prava lectio propagata est ex editione Crabbi. Legendum*, Charterius v.c. Comes, *ut habent codices Corbeiensis & Divionensis. quod ità rectè explicatur in Parisiensi:* Carterios vir clarissimus Comes.

edi præcepi. *Ita etiam veteres libri, nisi quòd Divionensis habet* edidi, *& in margine*, al. edi præcepi. *Rectè. Ariovindus jubet professionem gestis inseri, Charterius edi; Evethius edit.*

Huc usque gesta. *Hæc annotatio non habetur in nostris exemplaribus.*

QVÆ IN EPHESO.

Consentio fidei. ANNOTATIO RVSTICI. Pœnitentia exsecranda Basilii Episcopi.

aversor. *Corb. & Parif.* adversor.

anathematizans. *Divion. & Parif.* anathematizo.

unionem. *Omnes veteres*, unitionem.

Pag. 252. secundò.

substantias. *Codex Divion.* subsistentias. *Sic etiam Crabbus in margine.*

inhumanati. *Parif. & Divion.* hominis facti.

Et cùm legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

Basilius reverentissimus Episcopus &c.

tam quidem ab his qui foris. *Veteres libri*, tam quidem à forinsecus. *Veteres editiones*, tam quidem ab his qui foris erant.

quique intus erant. *Hæc verba neque in antiquis editionibus habentur neque in libris nostris. Addita sunt à Romanis.*

& parabalani. *Veteres editiones*, & qui parabolani nuncupantur. *Vetera exemplaria*, & qui parabalani nuncupantur. *De parabolanis vide glossarium eruditissimi viri Caroli Dufresnii Cangii.*

noli domine, noli solvere. *Veteres editiones:* noli domine, solvisti. *Codex Corb.* noli domne, solvisti. *Parif. & Divion.* noli domne, læsisti. *In mar-*

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

gine *Divionensis scriptum est* : al. solvisti.
In tale nos. *Codex Divionensis* : In tale nos homicidio tuo copulasti.
beatissimi. *Idem codex*, beatæ memoriæ.
cum etiam & nunc. *Omnia vetera exemplaria*, quando etiam & nunc omne conturbat.
venire huc. *Divion. & Paris.* venire hic.
si non. *Iidem libri*, nisi. *Divion. in marg.* al. si non.
ad me habet. *Veteres editiones* : subscribere ad me, abeat.
periclitatus sit ipse. *Divion. & Paris.* periclitatus est & ipse.
Quidquid. *Iidem libri* : Si quid.
respondeam. *Idem*, responsa præparem. *Sed in margine Divionensis scriptum est* : al. faciam. *Hanc lectionem habet exemplar Corbeiense*.
ut excommunicatus existeret. *Divion & Paris.* ut excommuniceretur. *Vulgata lectio posita est in margine codicis Divionensis*.
juxta confidebant. *Erratum editionis Labbeanæ. Reponendum*, juxta me confidebant. *Sic veteres libri & editiones Labbeana antiquiores*.
sub silentio. *Ista non extant in codice Parisiensi. Deerant etiam in Divionensi, ubi addita sunt supra lineam.*

Pag. 253. secundò.

nisi ut Flavianus Episcopus damnetur. *Hac omnia congruo ordine disposuerunt editores Romani, cum antea legeretur* : nisi ut Flav. damn. Episcopus. *Quamquam istam lectionem habent omnia vetera exemplaria.*
Erat autem mecum. *Veteres libri & veteres editiones* : Erat autem mecum Episcopus Synnadæ Marinianus reverentissimus & Pergensis domnus Epiphanius. *Romani mutaverunt ut cuncta restituerentur secundum regulas grammatica.*
forte. *Hac vox deest in exemplari Parisiensi.*
allata. *Idem exemplar*, oblata.
beati. *Corb.* beatissimi. *Divion. & Paris.* beatæ memoriæ.
damnatione. *Vetera exemplaria habent* damnationis.
stans. *Corb. & Paris.* & stans.
reverendissimus. *Deest in Divionensi & Parisiensi codicibus.*
Adduc comites huc. *Corb.* Adduc Comites intus. *Paris. & Divion. & veteres editiones* : Adhuc Comites intus. *Romani maluerunt* huc quàm intus.
lingua mihi prædicator. *Corb.* linguam prædicar. *Divion.* linguâ prædicas; *& in margine*, al. prædicar. *Paris.* lingua prædicar.
Sic irruit. *Codices Paris. & Divion. & veteres editiones* : Sic corruit.
& introduxerunt. *Conjunctio non extat in libris nostris neque in antiquis editionibus.*
autem. *Vocem hanc non habent iidem libri & editiones.*
Beronicianus devotissimus. *Codex Corb.* Beronicianus vds. *Divion.* vrd. *Paris.* vir devotus.
ex eadem scheda recitavit.

QUÆ IN EPHESO.

Congruo. *Codex Divion.* Congruè consentio his.
Congruo. ANNOTATIO RUSTICI. Pœnitentia Seleuci qualis & Basilii.
& in Ephesso confirmata. *Veteres editiones*, & in Ephesso confirmata sunt. *Codices Paris. & Divion.* & in Ephesso eadem confirmata sunt.
Constantinopoli. *Divion. & Paris.* Constantinopolim.
Iesum Christum. *Hac desunt in iisdem exemplaribus.*
adunationem. *Codex Paris.* adunitionem. *Sic etiam paulo post.*
substantias. *Paris. & Corb.* subsistentias.
communione. *Veteres libri*, conjunctione.

Pag. 256. tertiò.

magnificentissimo. *Non dubito quin hac lectio bona sit. Tamen omnes veteres editiones & codices manuscripti habent* magnifico.
Falsa est. *Regula grammatica exegerunt ut ita emendaretur. Ceterùm omnes libri nostri & omnes veteres editiones praferunt* : Falsa sunt.
Deo amantissimus. *Corb.* Deo amicissimos. *Reliqui*, reverentissimus.
congruum, in scriptis dicat. *Ita codex Corbeiensis & veteres editiones. Codex Paris.* congruom, scriptis proferat. *Ita etiam primò Divionensis, sed postea additum est in supra lineam. In margine*, al. dicat.
Occlusisti. *Corb.* Occlausisti. *Alii*, Obclusisti.
occlusi. *Divion. & Paris.* exclusi. *Divion. in margine*, al. occlausi.
sanctitatem vestram. *Omnes veteres libri* : sanctitatem tuam.
sed & nunc quicquid. *Codex Divion.* sed & nunc quidem quod vult edicat, *& in margine*, al. quicquid vult.
facta sunt &c. *Hac desunt in exemplari Divionensi.*
ut coram Deo. *Idem codex Divion.* Episcopi coram quæ audierunt, *& in margine*, al. ut coram Deo.
si prohibui eum. *Divion. & Paris.* si prohibuisti eum. *Atque hac lectio videtur esse melior.*
Ecce ibi est. *Quis dubitat hanc lectionem esse bonam? Illud tantùm dico, omnia vetera exemplaria habere* : Ecce ubi est.
Si prohibuisti. *Paris. & Divion.* Si prohibui eum. *Iterum hac lectio melior videtur ; & ad hunc locum ista adnotat Rusticus.* Aliqui codices Stephanum non prohibuisse hic dicunt.
Dicite omnes si prohibui eum. *Veteres libri*, si prohibuistis eum *Hanc lectionem confirmat responsio synodi* : Non eum prohibuimus.
terrent. *Rusticus admonet in aliis codicibus legi* attingunt.
vel sapiam. *Melior haud dubiè est lectio veterum librorum & veterum editionum*, vel sapio. *Nam quis certò statuere potest se non mutaturum sententiam?*
Cùm frequenter. *Veteres libri & editiones*, Dum. ANNOTATIO RUSTICI. Hinc jam notandum quia post illas quoque Eutychis blasphemias quas * ne Dioscorianæ se palam profitentur admittere, non ut pœnitentem, sed ut à principio orthodoxum, ipsum nefarium receperunt. Ut igitur ostendantur Dioscori propter hæc dignam pœnitentiam, aut nobiscum illum ipsi quoque condemnent. * Locus corruptus.
quæ in Nicæa. *Veteres libri* : quæ in Nicæna synodo habita.
summe cum in his. *Legendum*, summè cum esse in his. *Sic habent etiam editiones Labbeana antiquiores. Reponendum ergo istud inter errata istius postremæ editionis.*
Et ego autem. *Hic Rusticus admonet ista non haberi in codice monachorum Acœmetensium.*
in Constantinopoli. *Codex Divion.* in Constantinopolim.
viri religiosissimi. *Corb. & Paris. & veteres editiones*, viri religiosi.

Pag. 257. secundò.

religiosissimorum fratrum. *Codices Paris. & Divion.* religiosorum. *Corb.* reverentissimorum. *Rusti-*

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

cui heic admonet codicem Acœmetensium non habere in hoc loco epitheton.

Ex iis quæ relecta. *Omnes libri veteres:* Ex his quæ relecta. *Sic infrà in prosecutione Quintilli:* sed & his quæ acta. *Et in prosecutione Meletii:* ex his quæ lecta.

à viro reverendissimo. *Paris. & Divion.* à viro religioso. *Sic etiam postea Paris. in prosecutionibus Cyri & Quintilli.*

Deo amicissimi. *Iidem codices*, venerandi.

Lando & approho virum reverendissimum. *Divion.* vt. *Paris.* virum religiosum. *Sic etiam habent iidem libri bis in prosecutione Eusebii Ancyrani.*

nil extra. *Iidem*, & nihil extra.

Cyrns. *Corb. & Paris.* Cyrus.

apparer ipsum ei. *Hac prava lectio emanavit ex editione Crabbi. Veteres libri habent:* apparet eò quòd fidei sanctorum patrum qui in Nicæa & hic congregati sunt ennsonasse. *Sed Divionensis legit* consonat, *quod melius est.*

reverendissimus. *Divion.* vt. *Paris.* vir religiosus.

quòd semper ea sapuit. *Veteres*, eò qnòd semper.

& securus est depositiones. *Vetera exemplaria*, & securus expositiones. *Veteres editiones habent etiam* expositiones.

quæ confirmatæ. *Divion. & Paris.* & quæ confirmatæ.

rectè credentem. *Paris.* rectè similia credentem.

Pag. 159. secundò.

Apameæ. *Veteres libri* Apamiæ *vulgò habent.*

Consono & ego. *Paris. & Divion.* Consentio & ego sanctorum partum decretis. Pervidi enim eum ex relatis libellis rectè credere. Vnde dignum eum judieo prioris sacerdotii, sed & monasterii gubernarione.

Trogmadensium. *Antiqua exemplaria*. Trognadensis.

locum tenens. *Divion. & Paris.* & agens vices.

Theoctisti rever. Episcopi. *Divion.* Theoctisti Episcopi Pissinuntinæ.

sanctissimo Presbytero. *Ita codex Corbeiensis. At Divionensis habet*, vro Presbytern & areh. Eutice. *Paris.* viro religioso &c. *ut in Divionensi.*

principatum. *Divion.* primatum.

metropolirano, eo quod. *Divion.* metropolitano meo, qui in gravi infirmitate consistit. *Paris.* metropolitano, eo quod ille in gravi infirmitate consistir.

Diogenes rever. Episcopus. *Vox* reverentissimus *deest in omnibus antiquis libris & editionibus.*

professus est reverendissimus. *Divion.* professus est vr archimandrita. *Paris.* vir religiosus archimandrita.

quòd & ipse consentit. *Veteres libri*, eò quòd consentit.

ira sapientem. *Divion & Corb. & veteres editiones*, ista sapientem.

à sanctis patribus qui in Nicæa. *Paris. & Divion.* à sanctis trecentis decem & octo patribus qui in Nicæa.

monasterio. *Codex Corb. in margine*, monaehis.

Et reverendissimus igitur. *Divion. & Paris.* Et religiosus igitur.

tunc sancto congregato. *Omnes veteres libri & editiones habent* nunc. *Neque video qua auctoritate mutari potuerit, cùm Græca non extent.*

consonantia. *Corb.* consona, *reliqui* consonantiâ.

inspirationem. *Veteres libri*, operationem. *Ad hunc locum ita annotat Rusticus:* In spiritu sancto mentitur.

Pag. 260. secundò.

Tarsensis. *Omnes veteres libri & editiones habent* Tarseoæ. *Sed elegantius scribitur* Tarsensis.

cognovimus reverendissimum. *Eutychis nomen omissum est in editionibus, sed non in libris nostris. Sic ergo legitur in Corbeiensi:* Cognovimus reverentissimum Presbyterum & Archimandritam Eurychem. *Ita etiam in Paris. & Divion. nisi quòd* religiosum *habent pro* reverentissimum.

ab iis qui dudum. *Veteres libri & heic & infrà legunt*, ab his.

Myrorum. *Codex Corb.* Myrreorum. *Sic etiam Divionensis in margine, sed in textu* Misentiæ. *In Parisiensi scriptum est* Myrena.

Reverendissimus. *Divion. & Paris.* Religiosus.

reverendo. *Paris.* reverentissimo.

dignum est ita. *In Corbeiensi legitur:* dignum est itaque confirmara est. *Quod ideo adnotare placuit quia idem omnino hiatus habetur in editione Crabbi. Vnde certò colligitur eum exemplari usum esse quod Corbeiensi erat simile.*

sequenti. *Paris. & Divion.* sequentem.

sacerdotali eum frui. *Vox* eum *deest in omnibus antiquis exemplaribus. Rectè profectò.*

consuete sui genere. *Error est typographi pro* gerere. *Codex Divionensis legit*, consuete eum gerere; *sed postea vox* sui *addita est supra lineam. Hinc verò conflata est lectio quam exhibet codex Paris. & Corb.* consuerè eum sui gerere.

Eum qui. *Corb. & Paris.* Eum enim qui. *Divion.* Enim eum qui.

seeundum. *Hanc vocem in nullo veterum exemplarium reperi.*

anteriora. *Omnes libri veteres*, anteriore.

à viro reverendissimo. *Divion.* à reverentissimo Presbytero. *Paris.* à viro religioso.

expositionibus. *Paris.* expositioni, *Divion.* expositionis, *Corb.* expnsitiones.

& synodo. *Divion.* & dein synodo. *Paris.* & eidem synodo.

Ephesi. *Veteres libri & editiones*, Epheso.

Reverendissimum igitur. *Paris. & Divion.* Religiosus igitur Presbyter & Archimandrita Euryches. *Propterea iidem libri paulò pòst habent* pronuntians.

& sacerdotali frui dignitare. *Codex Paris.* & sacerdotium eum habere.

Pag. 261. secundò.

referat. *Mendum editionis Labbeanæ. Cetera habent* proferat, *ut etiam codices manu scripti.*

Eutyches reverendissimus. *Codex Divion.* Euticis vr. *Paris.* Eutyches vir religiosus.

sanctissimo. *Divion. & Paris.* reverentissimo.

decenter monasterio. *Paris.* degenti monasterio. *Corb.* degenti monasterii. *Divion.* dicenti monasterio. *& in margine*, al. degenti.

definitionum. *Corb. & Paris.* definitiones, *Divion.* definitioni.

viris reverendis. *Paris. & Divion.* viris religiosis.

à viro reverendissimo. *Paris.* religioso. *Sic etiam paulo pòst.*

consequentia. *Veteres libri*, sequentia.

& qoi pridem. *Paris.* & qui dudum.

Ariarathirensis. *Divion. & Paris.* Ariararensis.

viri religiosissimi Episcopi. *Vetera exemplaria*, reverentissimi.

Religiosissimus. *Paris. & Divion.* Deo dignissimus & religiosissimus.

se rectè sapere. *Corb.* se recta sapere sicut & hii. *Divion.* se & rectè sapere tamquam hi. *Paris.* semet rectè sapere tamquam hi.

religiosissimo. *Paris.* religioso.

Pag. 262. secundò.

& primatu. *Meliùs veteres libri*, & primatum.
professiones. *Codex Corb. & Crabbus*, promissiones.
Deo amica. *Hæc desunt in codice Parisiensi. Deerant etiam in Divionensi, sed addita postea sunt supra lineam.*
inter angelos, qui olim. *Idem codex Paris.* angelos pater noster Cyrillus. *Sic etiam primò scriptum fuit in Divionensi, sed postea voces posita sunt supra lineam quæ constituunt editionem vulgatam.*
viros religiosos ac fideles. *Omnia vetera exemplaria legunt*, viris religiosis ac fidelibus.
virum reverentissimum. *Parif.* religiosum.
præsertim. *Paris. & Divion.* prætetea. *Verùm Divionensis habet in margine*, al. præsertim.
esse eum Presbyterum. *Veteres libri*, esse eum & Presbyterum.
Sic piè doctrinam. *Divion.* Sic piè doctrinam veræ fidei. *Paris.* Sic piè veræ fidei doctrinam.
exactus reverendissimus. *Corb. & Divion.* exactus vr. *Paris.* exactus religiosus.
Laodiceæ. *Corb.* Laodiciæ, *Paris.* Laudiciæ, *Divion.* Laudociæ.
reverendissimum. *Paris.* religiosum.
Presbyterum &. *Hæc non habentur in Divionensi & Parisiensi exemplaribus.*
sanctissimorum. *Hæc vox deest in codice Parisiensi.*
viri reverendissimi. *Paris.* viri religiosi.
& religiosissimis. *Idem codex*, & reverentissimis.
severendissimo. *Ibid.* religioso.
Anazarbi. *Paris. & Divion.* Anazarbenæ civitatis.
sapuit reverendissimus. *Corb. & Divion.* sapuit vr. *Paris.* sapuit vir religiosus.

Pag. 263. secundò.

sed sæpe confessus. *Divion.* sed & sæpe confessus & sequentia sapere.
sanctissimis. *Abest hæc vox à codice Parisiensi & à Divionensi.*
Seleuciæ Syriæ. *Divion.* Seleuciæ Isauriæ.
à viro religiosissimo. *Divion.* à ū rō. *Paris.* à viro religioso. *Sic etiam paulò post.*
Samosatenæ civitatis. *Divion.* Samosatenus.
consonè. *Paris. & Divion.* consona.
eò quòd sequentia. *Paris. & Divion.* eò quòd consequentia.
definio. *Ita codex Divion. qui habet in margine*, al. definivi. *Corbeiensis prafert* definivi.
Balaneensis. *Divion. & Paris.* Balaniensis. *Corb.* Balananiensis.
à reverendissimo Presbytero. *Paris. & Divion.* à religioso Presbytero.
in restitutione. *Hæc est lectio libri Corbeiensis, quæ extat etiam in margine Divionensis. Sed idem in textu habet* à rectitudine. *Malè etiam in Parisiensi*, in resurrectione.
esse eundem loco suo. *Divion.* eundem esse in loco suo.
Constantinopoli. *Idem codex*, Constantinopolim.
Deo amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *Divion.* religioso, *Paris.* religiosissimo.
extranea. *Divion. & Paris.* extra.
sentit iis quæ. *Omnes libri veteres*, sentit quæ.
Deo amantissima. *Corb.* Deo amicissima, *Paris. & Divion.* religiosissima.
per eum. *Vox* per *non reperitur in exemplari Parisiensi, neque in Divionensi.*
Atticus Nicopolitanus. *Omnia vetera exemplaria habent:* Atticus Metropolitanus. *Quæ lectio verior esse videtur. Qui enim loquitur, suffraganeus erat, ut hodie loquimur, Attici Episcopi metropolis Nicopoleos. Sanè statim Claudius Episcopus Anchiasmi, qui suffraganeus quoque erat ejusdem Attici, ait:* Profitente Deiam. & sanct. metropolitano nostro Attico. *Sic etiam paulò post Marcus Episcopus Euriæ.*

Pag. 214. secundò.

de prædicto reverendissimo. *In libro Parisiensi legitur:* de prædicto religioso monacho & archimandrita. *ubi puto vocem* monacho *imprudenter positam esse pro voce* Presbytero. *In Divionensi primò scriptum fuit:* de prædicto religioso archimandrita. *Postea verò quædam addita sunt supra lineam quæ hanc lectionem constituunt:* de prædicto Presbytero & religioso archimandrita.
Claudius. *Ita codex Divionensis, in cujus margine adnotatur alibi legi* Cladeus. *Quod verum est. Hanc enim lectionem habet Corbeiensis. In Parisiensi scriptum est* Cladios.
Anchiaxi. *Corb.* Achiasmi *vel potiùs* Anchiasmi. *Divion.* Anchiasmitanæ civitatis. *Paris.* Anciasmitanæ civitatis.
Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo. *Paris. & Divion.* reverentissimo.
subtiliter. *id est, evidenter. Vide suprà cap.* 44. 56. 57. *synodici pag.* 749. & 763.
quibus placuerunt. *Divion. & Corb.* quibus placuit. *Paris.* cui placuit.
religiosissimi Presb. & archim. Eutychis. *Veteres libri:* religiosissimi Eutychis &c.
religiosissimum Presbyterum. *Paris.* religiosum virum Presbyterum. *Divion.* religiosum Presb.
Amasiæ. *Hæc vox in nullo veterum exemplarium habetur.*
reverendissimo. *Divion.* religioso. *Sic etiam in Parisiensi.*
sequi ea quæ. *Veteres libri & editiones*, sequi quæ. *Editio Romanorum est elegantior.*
eundem reverendissimum. *Divion.* eundem vrm. *Paris.* eundem religiosum virum.
monachorum. *Hanc lectionem exhibet exemplar Corbeiense. In reliquis scriptum est* monasterii.
in judicio reverendissimi. *Divion.* religiosi. *Paris.* religiosissimi.
Dyrrachii. *Divion. & Corb.* Dyttacenus. *Paris.* Dyrracenæ civitatis.
Reverendissimus. *Divion. & Paris.* Religiosus.
quàm. *Veteres libri omnes*, &.
Concilio & confirmatam. *Iidem libri & veteres editiones:* Concilio expositam fidem & confirmatam. *Romanis ista deleri debere visum est, quia paulò antè lecta fuerant. Magna tamen religio debet esse in tractatione veterum librorum.*
in eadem metropoli. *Divion.* in eandem metropolim.
reverendissimo. *Paris. & Divion.* religioso. *Infrà in prosecutione Vigilantii iidem libri habent*, à religioso Eutyche.
Antonius. *Codices Paris. & Corb. & veteres editiones habent* Antoninus.
sanctissimus Episcopus Lucas. *Divion. & Paris.* sanctissimus & beatissimus Episcopus Lucas.
adæquè. *Paris. & Divion.* similiter.
à reverendissimo Presbytero Eutyche. *Vox* Presbytero *deest in exemplari Corbeiensi. Deest etiam in Divionensi & in Parisiensi.*
supersignata. *Paris. & Divion.* consignata. *Divionensis habet in margine*, al. supersignata. *Infrà in prosecutione Sozontis Episcopi Philippensis:* consignaverunt.

Pag. 265. secundò.

& ad monachorum suorum primatum. *Vocem ad nullus veterum librorum adscriptam habet. In Divionensi legitur*, & monachorum suorum primatu. *Ita etiam in aliis, nisi quòd preferunt* primatum.

Demetriadis. *Omnes veteres libri*, Demetriadæ.

reverendissimus. *Presbyter. Divion. & Paris.* religiosus.

in catholica fide. *Divion. & Paris.* de cath. fide.

sanctissimi & religiosissimi, *Paris. & Divion.* sanctissimi & reverentissimi.

eundem reverendissimum. *Iidem libri*, eundem religiosum.

tenere. *Hac vox deest in codice Parisiensi. Deerat etiam in Divionensi, sed postea addita est.*

Philippensium. *Veteres libri*, Philippensis.

à reverendissimo Presbytero & archimandrita. *Paris.* à religioso archimandrita. *Sic etiam primò habuit Divionensis, sed postea supra lineam additum est* Presbytero &.

monachorum principatum. *Divion.* monachorum primatum, *Paris.* monasterii principatum.

Topiritanus. *Corb.* Doberitanus. *Divion.* Dabiritanos, *Paris.* Dobyrotanus.

de reverendissimo. *Divion. & Paris.* de religioso. *Sic etiam in prosecutionibus qua sequuntur Maximi & Hermogenis.*

Maximinus. *Omnes libri nostri & veteres editiones habent* Maximus. *Haud dubiè Gracus textus impulit editores Romanos ut hanc lectionem mutarent.*

Serrensis. *Hac est lectio libri Parisiensis. At Divionensis habet* Serenensis. *Corb.* Terrensis. *Veteres editiones*, Derrensis.

Berrhoeæ. *Corbeiensis & Paris.* Beroe. *Divion.* Beruae. *Ceterùm vox* civitatis *non habetur in antiquis exemplaribus.*

reverendissimum & devotissimum. *Corb.* reverentiss. & Deo amicissimum. *Divion.* religiosum & Deo amicissimum. *Paris.* religiosum Eutychem. *Sic etiam primò habuit Divionensis, sed postea addiderunt in margine* & Deo amicissimum.

sed sectatorem. *Paris.* sed & sectatorem.

Pag. 266. secundò.

hooorem habere. *Paris.* recipere.

& ab iis qui convenerunt in Epheso. *Codex Paris.* & ab his qui in Epheso. *Eodem modo habebat etiam Divionensis, sed postea vox* coovenerunt *addita est supra lineam.*

In nullo delinquens reverendissimus. *Idem codex*, religiosus. *Ita etiam paulò pòst in prosecutionibus Vranii Himeriensis & Athanasii Opuntini.*

& esse Presbyterum. *Hæc, quæ videntur supervacanea, non habentur in codice Parisiensi. Non extabant etiam in Divionensi, in quo postea addita sunt.*

habere. *Et hæc quoque vox deest in codice Parisiensi, & olim deerat in Divionensi. Certè absque ea non minùs constat sensus.*

sunt à sancto spiritu. *Corb. & Divion. & veteres editiones*, sunt sancto spiritu.

judicamus ut fruatur. *Codex Paris.* judicamus fruieum fac. ord. & præesse monachis. *Hic locus non bene habet in Divionensi, ubi ista omnia turbata & confusa sunt, quousque deventum est ad prosecutionem Theodori Claudiopolitani.*

secundùm rectam instructionem. *Ego nullatenus dubito quin hæc lectio referenda sit inter errata typographica editionis Romanæ. Nam superiores habent* relectam, *ut sensus postulat. Quo etiam modo legitur in libro Corbeiensi & in margine Divionensis. At idem in textu*, secundùm libellum religiosi. *Paris.* secundùm libellum lectionem religiosi.

& ex ejus voce & scriptis prolata. *Paris. & Divion.* Eutychis, ex ejus voce scriptis prolata & professione. *Corb.* ex non scriptis prolata & professione.

confirmo habere eum. *Paris.* definio habere eum.

& religiosissimos. *Paris. & Divion.* & reverentissimos.

supplico. *Divion. & Corb.* & supplico.

retinere. *Veteres libri*, detinere. *Sic etiam infrà in prosecutionibus Ioannis Episcopi Tiberiadis & Musonis Zoronensis.*

monachorum. *Paris. & Divion.* monasterii.

Photinus. *Paris.* Fotius.

probatas. *Divion.* prolatas.

religiosissimus. *Paris.* religiosus.

& simul decrevi. *Paris. & Divion.* & decrevi. *Corb.* & condecrevi.

prospicere proprio monasterio. *Iidem libri*, præesse proprio monasterio.

Pag. 267. secundò.

Reverendissimum Presbyterum. *Paris. & Divion.* Religiosum Presb.

Minoidensis. *Paris. & veteres editiones*, Minoidenæ; *Divionensis*, Minoedinæ, *& in margine*, al. Minoosdenæ. *Hanc lectionem habet exemplar Corbeiense.*

& ego omnibus consentio. *Vox* omnibus *deest in libro Parisiensi. Deest etiam in Divionensi; in cujus margine additum est* hominibus *pro* omoibus. *quam vocabulorum permutationem frequenter occurrere in codicibus manuscriptis jam monuimus ad Capitularia Regum Francorum pag. 1076. & 1219.*

professi sunt. *Divion.* confessi sunt.

Baruchius. *Corb.* Baructius Episcopus Sozunæ. *Paris.* Barucius Episcopus Sozensis. *Divion.* Vranius Episcopus Sozenensis. *Vide supra pag. 118. hujus tomi quarti, & quæ nos ibi notamus.*

religiosissimi & sanctissimi. *Paris. & Divion.* sanctissimi & reverentissimi.

consonam constitutam. *Iidem libri*, consona constituta.

& sanctis Apostolis. *Paris.* & à sanctis Apostolis.

reverendissimum. *Paris. & Divion.* religiosum.

monasterio, ac clarè. *Voculam* ac *nullus veterum librorum habet.*

religiosissimum. *Corb.* religiosum. *Et paulò pòst* religiosissimi *pro* religiosi.

Tiberiadis. *Omnes veteres libri*, Tiberiadæ.

in urbe felicissima Constantioopoli & hic. *Paris. & Divion.* in regia urbe & hic. *Sed codex Divionensis habet vulgatam lectionem in margine.*

secundum. *Meliùs vetera exemplaria*, secutum.

Zoarensis. *Divion.* Zoaronensis, *Corb.* Zotonensis, *Paris.* Zoorenensis.

religiosissimum. *Divion. & Paris.* religiosum. *Et paulò pòst*, religiosus.

reverendis monachis. *Paris.* religiosissimis monachis.

integerrimè. *Deest hæc vox in codice Parisiensi. Defuisse etiam in Divionensi illud argumento est quòd addita est supra lineam.*

ea. *Vox ista in nullo veterum exemplarium habetur. Orta est ex cupiditate revocandi hanc veterem interpretationem ad regulas grammatica, uti jam suprà observatum est in similibus.*

Pag. 268. secundò.

Phaneensis. *Omnes libri veteres habent* Fenusensis.

consentio restitui ei. *Veteres libri & editiones*, consentio & ego restitui ei.

pristinum gradum presbyteratus. *Divion.* pristinum presb. honorem.

reverendissimum. *Divion. & Paris.* religiosum, *Et infrà in prosecutione Pancratii*, religiosum.

Dei amantissimum. *Corb.* Deo amicissimum, *Divion. & Paris.* religiosum.

& confiteor. *Conjunctio non extat in exemplari Parisiensi, neque in Divionensi.*

Zebennus. *Corb.* Zacnnus, *Divion. & Paris.* Zennus.

verè. *Corb.* vero. *Sed neutra harum vocum extat in codice Parisiensi. Additum autem est* vero *supra lineam in Divionensi.*

Archimandritarum. *Hac lectio non congruit cum his quæ à reliquis Episcopis dicuntur; qui ei restituunt principatum sui monasterii, non verò primatem constituunt archimandritarum. Neque enim de hoc agebatur. Melius igitur vetera exemplaria, in quibus scriptum est* archimandritæ.

Lybiadis. *Corb.* Libbiadæ, *Paris.* Libidiadæ, *Divion.* Lybiæ.

decet. *Inutilis est vox illa, ideoque rectè omissa in exemplaribus calamo exaratis.*

Auxilans. *Veteres editiones*: Auxolans Episcopus Hippodion gentis &c. *Visus est ergo Crabbus veteri exemplari in quo verba Græca posita erant, quæ ipse edidit ut invenit. Græca enim in codicibus Latinis pessimè vulgò scripta sunt. Vide quomodo legendum sit suprà ad paginam 118. Rectè autem fecere Romani editores cùm hæc barbara vocabula sustulerunt, quæ non extant in libris nostris, præsertim cùm interpretatio statim sequatur.*

fœderatorum. *Hanc vocem non vidi in exemplari Parisiensi. Non extabat etiam in eo ex quo descriptus olim est codex Divionensis in cujus margine adjecta est.*

reverendissimo. *Divion. & Paris.* religioso.

Alypius. *Codex Corbeiensis & veteres editiones legunt* Olympius.

Bachantensis. *Divion.* Bachatensis, *Paris.* Bacatensis, *Corb.* Bazatensis, *veteres editiones*, Vazatensis.

religiosissimo. *Paris. & Divion.* religioso.

sanctis. *Iidem libri*, sanctissimis.

Antipatridis. *Veteres libri & editiones*, Antipatridæ.

consentio iis quæ. *Paris.* consentio quæ. *Corb. & veteres editiones*, consentio ea quæ. *Sic etiam codex Divionensis. Verùm vox ea illic addita est suprà lineam.*

Pag. 269.

sanctissimo Archiepiscopo. *Vetera exemplaria*, sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo.

Platearum. *Veteres libri & editiones* Plateæ *vel* Pltæ.

religiosis Presbyter. *Ita quidem codices Divionensis & Parisiensis. Sed in Corbeiensi scriptum est* religiosissimus.

Presbyter &. *Ista non habentur in codice Parisiensi. Defuerunt etiam olim in Divionensi, in quo addita sunt supra lineam.*

sectari doctores. *Codex Paris.* sectate doctores qui probaverunt ex præcedentibus Deo amabilem religiosi Presbyteri Eutychis circa sanctorum patrum regulas custodiam qui in Nicæa &c. *Divionensis*: sectari doctores ti qui probaverunt ex præcedentibus Deo amabilis religiosi Presbyteri Eutichis circa sanctorum [patrum] regulas [&] custodiam [eorum] qui in Nicæa &c. *Porrò quæ uncis inclusa sunt, ea sunt addita supra lineam. Ceterùm primò scriptum fuit* regulas *in hoc codice Divionensi; sed postea expuncta est littera* s, *ut legi deberet* regulam. *Corbeiensis præfert* regulam, *& habet editionem vulgatam.*

Ægeæ. *Sic edidere Romani, cùm antea legeretur* Ægeensis. *In codicibus Corbeiensi & Divionensi scriptum est* Eglensis, *in Parisiensi* Elensis.

religiosissimi & rever. Presbyteri. *Paris. & Divion.* religiosi Presbyteri. *Et paulò pòst*, quem religiosum virum.

orthodoxè. *Deest in codice Parisiensi. Deerat quoque in Divionensi, sed postea addita est supra lineam.*

tenere presbyterii. *Veteres libri & editiones ante Romanam*, tenere eum & presbyterii.

Reverendissimus Presbyter. *Paris. & Divion.* Religiosus Presbyter, *& infrà* religiosus archimandrita.

sancto. *Deest in libro Parisiensi. Addita autem est supra lineam in Divionensi.*

religiosorum. *Corb.* reverentissimorum.

Magnesiæ Mæandri. *Græcæ linguæ peritia editoribus Romanis persuasit hunc locum esse mutandum. Ceterùm omnes libri veteres habent* Magnitiensis, *editiones* Magnesiensis.

spiritualibus fungentes. *Omnia vetera exemplaria*, spiritalibus fungentium.

sacerdotio magisteriis. *Paris.* sacerdotii magisterii.

judicatum. *Corb.* indicatum. *Sic etiam in margine Divionensis, qui in textu habet vulgatam lectionem.*

reverendissimum. *Paris. & Divion.* religiosum. *Et paulò pòst*: Religioso Presbytero.

recipere & gradum. *Divion.* recipere gradum presbyterii & principatum monasterii.

nuper. *Paris.* ante.

dignitate & principatu. *Corb. & Divion.* dignitatem & principatum.

jussionem. *Codex Paris.* voluntatem. *Sic etiam Divionensis, qui in margine habet*, al. jussionem.

Pag. 270.

Deo amantissimorum. *Corb.* Deo amicissimorum, *Divion. & Paris.* reverentissimorum.

Dei amantissimus. *Idem codex Corb.* Deo amicissimus, *reliqui* religiosus.

religiosissimum Presbyterum. *Omnes libri veteres*, religiosum.

Eutyche reverendissimo. *Paris. & Divion.* religioso.

deeo. *Ita repositum est ab editoribus Romanis, cùm antea legeretur* in eo. *Et tamen veterum editionum lectionem confirmant omnia vetera exemplaria. Sic etiam infra pag. 271. in prosecutione Apollonii Episcopi Tanensis.*

Diogenianus. *Veteres editiones*: Diogenes Episcopus civitatis Remessanensis. *Sic etiam codex Corbeiensis, nisi quòd habet* Remensanensis. *Lectionem libri Corbeiensis confirmat ea quæ apposita est in margine Divionensis. Idem habet in textu*: Diogenianus Episcopus Remissiasensis. *Paris.* Remissianensis.

Eutyches Presbyter habeat. *Divion.* Euticen Presbyterum decerno habere sacerdotium & hab. prop. monasterii. *Paris.* Eutichem Presb. habere sacerdot. & habit. pro. mon. & ego decerno.

de reverendissimo. *Paris. & Divion.* de religioso.

rectè sapere. *Iidem libri*, recta sapere.

tam. *Hæc vox deest in iisdem duobus antiquis exemplaribus.*

quam ei quod. *Paris.* & quod pridem. *Sic etiam primò habebat Divionensis; sed postea voces* quam ei *additæ sunt supra lineam.*

reverendissimi archimandritæ. *Divion.* religiosi Presbyteri & Archimandritæ Euticis. *Paris.* religiosi Eutichis Presb. & Archimandritæ.

primatum. *Divion.* principatum.

Gennadius. *Divion.* Germanus.
Thuenfis. *Corb.* Tuenfis, *Divion.* Genienfis, *Parif.* Egienfis.
reverendiffimum. *Parif. & Divion.* religiofum. *Sic etiam in profecutione Olympii.*
Evazenfis. *Corbeien.* Evadenfis. *Divion.* Abazenfis; *& in margine*, al. Evadenfis.
ex lectione. *Corb. & Divion.* ex relectione.
per propria manu. *Divion. & Parif.* per propriam manum confcriptis & porrectis libellis. *Codex Corb. tametsi vulgatam lectionem præferat, habet* confcriptis.
quas. *Parif. & Divion.* quibus. *Sed Divionenfis habet in margine*, al. quas.
cui præful. *Corb. & Divion.* cui præful & primus & fanctiffimus pater &c. *Parif.* cui præful & primus eft fanctiffimus. *Sic etiam primò habuit Divionenfis, fed poftea emendatum eft fupra lineam.*
univerfalis Archiepifcopus. ANNOTATIO RUSTICI. Nota univerfi Archiepifcopus mundi.
confirmata eft. Vnde concors. *Vox unde defideratur in omnibus antiquis libris & editionibus. Addita eft ergo à Romanis.*

Pag. 271.

reverendiffimum archimandritam Eutychem. *Codex Corb.* reverentiffimum Eutychen. *Divion. & Parif.* religiofum Eutychem. *Vbique ergo deeft vox* archimandritam.
reverendis fratribus. *Parif.* religiofis fratribus; *Divion.* religiofis patribus. *& in margine*, al. fratribus.
quos fub fua. *Corb. & Parif.* quos & fub fua.
Hypæporum. *Hæc eft vera & germana lectio. Corb. habet* Hypepone, *Divion.* Hipeponæ, *Parif.* Hypponæ. *Sic infrà ex* Ephetenæ *effecerunt* Ephefiæ *&* Ephefinæ *in iifdem codicibus Divion. & Parifienfi.*
definivit. *Corb. & Divion.* definiit.
juxta fanctionem. *Ita codices Corb. & Parifienfis. At in Divionenfi fcriptum eft* jufta fuafionem, *& in margine*, al. jufta fanctionem.
& Chrifti amicorum. *Hæc defunt in libro Divionenfi. Parifienfis habet* & Chriftianorum.
quatenus reverendiffimus. *Parif. & Divion.* quatenus religiofus.
domini noftri. *Iidem codices*, domini & Chrifti Dei noftri.
religioforum fratrum. *Parif.* religiofiffimorum. *Divion.* religiofiffimorum patrum. *Corb.* reverentiffimorum fratrum.
quod fub eo. *Veteres libri*, qui fub eo.
Cabafenus. *Ita quoque habet codex Divionenfis, in cujus margine fcriptum eft*: al. Cabaffenæ civitatis.
cum carne. *Parif. & Divion.* incarnati. *Divionenfis habet in margine*, al. cum carne.
reverendiffimum & Dei amantiffimum. *Corb.* reverent. & Deo amiciffimum. *Parif. & Divion.* religiofum & Deo amabilem.
pridem ab exordio. *Veteres libri & editiones*, pridem & ab exordio.
repugnantem. *Divion. & Parif.* propugnantem.
Elia. *Veteres libri & editiones*, Heba.
reverendiffimum. *Divion. & Parif.* religiofum.
Quapropter. *Hæc vox defideratur in omnibus antiquis exemplaribus.*
Religiofiffimus. *Parif. & Divion.* Religiofus.
omnimodos. *Iidem codices*, multiplices.
fruatur presbyterii. *Codex Parif.* Fruatur igitur presbyterii dignitate & præfulatu fub ipfo degentium religioforum monachorum. *Ita etiam Divion. nifi quod habet* dignitatem & præfulatum.

tantis. *Deeft vox illa in exemplari Parifienfi. Deerat etiam in Divionenfi, fed poftea addita eft fupra lineam.*
Eutychis reverendiffimi. *Parif.* religiofi. *Divion.* religiofiffimi.

Pag. 272.

communionem dedimus. *Divion.* reddimus, *Parif.* reddidimus.
quatenus & recipiat. *Veteres libri & Crabbus*, quatenus recipiat & presbyterii. *Mutationem primus induxit Surius.*
reverendiffimus presbyter. *Parif. & Divion.* religiofus. *Sic etiam infrà in profecutionibus Gemellini Epifcopi Erythrenfis & Apollonii Tanenfis.*
Gemellinus. *Divion.* Gemellus.
Erythrenfis. *Corb.* Erythirienfis, *Parif.* Eriterenfis, *Divion.* Beretrienfis.
Chriftianiffima. *Hanc lectionem habent codices Divionenfis & Parifienfis. In Corbeienfi verò fcriptum eft* Chrifti amica.
Conftantinopoli. *Divion.* Conftantinopolim.
Deo amiciffimus. *Veteres libri omnes*, Deo amabilis.
Tanenfis. *Iidem libri*, Taneotanus.
de eo. *Sic repofuere Romani, cùm antea legeretur* in eo. *Quod etiam fecisse illos pag. 270. in profecutione Ioannis Epifcopi Rhodienfis jam monuimus. Ifthic codex Corbeienfis habet* in eo, *Divion. & Parif.* in perfona ejus.
& ut teneat gubernationem. *Parif.* in recipiendo honore presbyteratus & gubernatione. *Divion.* in recipiendo honorem presbyteratus, & [ut teneat] gubernationem. *Verùm quæ uncis conclufa funt, ea olim non extabant in exemplari Divionenfi.*
lectione hodie facta. *Omnes veteres libri*, lectione hodierna facta.
Presbyterum. *Hæc vox non extat in codicibus Parifienfi & Divionenfi.*
& propter hoc. *Iidem libri*: Propter quod.
Babylonis. *Veteres libri & editiones*, Babyloniæ.
conftat. *Hanc vocem nullus veterum librorum habet. Non habetur etiam infrà in profecutione Photini Epifcopi Teuchirenfis. Et tamen fenfus conftat.*
confenfi & ego præceffori bus. *Sic habebat primò codex Divionenfis, fed poftea vox* cum *addita eft fupra lineam ante vocem* præcefforibus. *Hanc pofteriorem lectionem præfert codex Parifienfis.*
reverendiffimum. *Parif. & Divion.* religiofum.
ad tenendam presbyterii. *Malè in Parifienfi*, ad tenendam fidem presbyterii.
monachorum. *Divion.* monafteriorum; *& in margine*, al. monachorum.
Bufiridenfis. *Veteres editiones*, Bufiritenfis. *Codex Corb.* Bufiritienfis, *reliqui* Bufitienfis.
reverendiffimus. *Parif.* religiofus.
confirmata verò & à fancta. *Idem codex*, confirmata verò eft in fynodo quæ.
Teuchirenfis. *Divion.* Cheodorenfis.

Pag. 273.

à reverendiffimo Presbytero. *Divion. & Corb.* à reverentiff. Eutyche Presbytero. *Parif.* à religiofo Eutiche Presbytero.
Cleopatridis. *Omnes libri veteres fcribunt* Cleopatridæ.
reverendiffimi Presbyteri. *Parif.* religiofi Presbyteri. *Divion.* religiofo Presbytero & Archimandrita Eutice, qui tantum.
extitit. *Ita codex Corbeienfis. Parif. & Divion.* exiftit. *Sed Divionenfis adfcriptum habet in margine*, al. extitit.

quondam. *Hæc vox deest in codice Parisiensi. Deerat etiam olim in Divionensi.*

Pasmcius. *Divion.* Patremius.

à reverendissimo. *Divion & Paris.* à religioso.

concordo his. *Paris.* concordo de his. *Divion.* concordor de his.

Sozusæ. *Codex Corb. & veteres editiones*, Sozusensis. *Divion. & Paris.* Sozensis.

Bona & justa. *Divion.* Bonam & justam sanctorum patrum & pietatem in se habens sententiam.

reverendissimi Presbyteri. *Paris. & Divion.* religiosi Presbyteri.

respicientes integra. *Paris.* respicientes diligenter quæ hodie.

quibus & ego. *Paris.* quibus & ego consentio, justum.

Ticeliæ. *Corb.* Tysile. *Paris. & Divion.* Tisilicinæ civitatis.

Ex libellis à religiosissimo. *Omnes libri & editiones veteres:* Libellis à religioso Presbytero.

in omnibus. *Hæc desiderantur in codice Parisiensi.*

Lectæ hodie chartæ quæstionis. *Paris. & Divion.* Lectæ hodie chartæ cognitionis adversus religiosum.

recta sapere. *Iidem libri*, rectè sapere.

Rufinos. *Paris.* Rufus.

reverentissimo. *Idem codex*, religioso.

concordo. *Idem*, concordor.

à sanctissimo. *Paris. & Divion.* à religioso.

Pag. 274.

& circa hæc. *vox* circa *deest in omnibus antiquis exemplaribus, ubi legitur:* & hæc quæ hic paulò. *Tamen paulò aliter in Divionensi:* & his quæ hic paulo.

à sanctæ memoriæ. *Paris.* à beatissimo sanctæ memoriæ Cyrillo. *Sic etiam primò in Divionensi, sed postea supra lineam additum est* & inter sanctos constituto.

humilitas. *Codex Paris.* miseritudo. *Corbeiensis habet in margine*, miserabilitas. *quod & ipsum fuisse scriptum constat in margine veteris libri ex quo prodiit editio Crabbi.*

religiosissimorum. *Paris. & Divion.* reverentissimorum.

Zygiensis. *Corb.* Zygrensius, *Paris. & Divion.* Zogtensis.

reverendissimo. *Paris. & Divion.* religioso. *Sic etiam infrà in prosecutionibus Isaaci Tavensis & Philocali Zagylensis.*

recta sapere. *Divion.* rectè sapere.

& ob hoc & ego. *Paris. & Divion.* Ob hoc & ego.

Auxonius. *Paris.* Ausonius. *Sic etiam in margine editionis Crabbianæ.*

Sebennytenæ. *Paris. & Divion.* Sebenuntinæ.

reverendissimus. *Iidem libri*, religiosis.

olim. *Deest in codice Parisiensi. Deerat etiam in Divionensi, sed addita est in margine.*

omnino. *Et hæc quoque deest in codice Parisiensi, quæ & supra lineam addita est in Divionensi.*

memoratus vir reverendus. *Paris.* memoratus vir religiosus. *Divion.* memoratus Presbyter.

recipiat presbyterii. *Veteres libri*, recipiat & presbyterii.

degebat prius. *Iidem*, priùs degebat.

Tavensis. *Paris.* Tabensis, *Corb.* Tavatensis, *Divion.* Tavetensis.

consentaneus factus sum. *Vox* sum *non extabat primò in codice Divionensi, in quo addita est supra lineam.*

& peto. *Conjunctio deest in Paris. & Divion. exemplaribus.*

Zagylensis. *Corb.* Zagilonensis, *Paris.* Zaginolensis, *Divion.* Zagulonensis.

confirmata. *Divion. & Paris.* confirmata sunt.

decernimus. *Divion.* decrevimus; *& in margine*, al. decernimus.

Sancta hae & magna synodo. *Divion.* Sancta hæc & magna synodus.

Pag. 276.

religiosissimi. *Paris. & Divion.* Deo dignissimi. *Corb.* Deo religiosissimi.

sanctissimi sui monasterii. *Divionen.* sanctissimi monasterii; *& in margine*, al. sancti sui. *Hanc lectionem habent Crabbus & codex Parisiensis.*

confirmans. Annotatio Rustici. Nota quia omnes interlocutiones Dioscorus confirmavit. *Eandem, sed aliis verbis, expressit Crabbus, hoc modo:* Impias interlocutiones Dioscorus impiè confirmat. *Hanc ut inutilem rejecerunt editores Romani.*

super reverendissimo. *Divion. & Paris.* in personam religiosi archimandritæ Eutychis.

monasterii quod sub. *Paris.* monasterii religiosi Presbyteri Archimandritæ Eut. libellum.

est vel degit. *Hæc desunt in omnibus vetustis exemplaribus.*

Libellus monachorum Eutychis.

Sanctæ huic & Dei amantissimæ. *Corb.* & Deo amicissimæ. *Paris. & Divion.* & Deo amabili.

Narsetæ. *Veteres libri* Narse *vel* Narsi.

subdiaconibus. *Deest in codice Corbeiensi & in Parisiensi.*

sub religiosissimo. *Paris. & Divion.* reverentissimo.

unusquisque nostrum decorabatur. *Vox* nostrum *desideratur in codice Parisiensi. Non extabat autem olim in Divionensi.*

dignitates & diversas militias. *Iidem libri*, dignitatibus & diversis militiis.

humana. *Deerat olim in Divionensi, in quo addita est supra lineam.*

gratia domini Christi. *Paris. & Divion.* gratia Domini nostri Iesu Christi.

pietatis & justitiæ doctrinis. *Paris.* & piis & justis doctrinis.

plus minus plures. *Crabbus*, plus minùsve plures. *Ita etiam primò codex Corbeiensis, sed postea emendatum est* vel. *Paris. habet* plus minus vel plures. *In Divionensi primò scriptum fuit* plurimi vel plures. *Postea mutatum est ut legeretur* plus minus vel plures.

in hac continentia. *Codex Corb. & veteres editiones habent in margine*, instantia.

eum & præsentia. *Conjunctio deest in exemplaribus Parisiensi & Divionensi.*

derelinquentes. *Omnes libri veteres*, relinquentes.

& blasphemiis. *Hæc addita sunt supra lineam in codice Divionensi.*

damnationis veluti ex pietatis. *Omnia vetera exemplaria*, damnationis ejus pietatem simulans.

eò quòd non blasphemat. Annotatio Rustici Diaconi. Contra Cyrillum, qui de Iohanne evidentiùs asserente duas unius Christi substantias tanil habuit. *Hæc postrema corrupta sunt, utpote ex unico exemplari Corbeiensi descripta.*

autem & quæ priùs. *Conjunctionem non habent veteres libri quibus nos utimur.*

Pag. 277.

Nobis autem. *Paris. & Divion.* Nobis verò.

cum eo præsentibus. *Corb. & Crabbus*, & eum eo præsentibus. *Paris. & Divion.* & qui cum eo præsentes erant clericos.

adversus

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

adversus ipsum. *Hæc non extant in antiquis exemplaribus. Pro his verò codices Corb. & Parif. habent* ipsi, *Divion.* ipsius.

custodiri. *Ita codices Parif. & Corbeiensis. Divion.* custodire.

à communione divinorum mysteriorum. *Divion. & Parif.* à communione sancti mysterii.

consecravit. *Corb. & Parif. in margine* infixit, *veteres editiones in margine* inunxit.

vacuum divino remansit sacrificio. *Parif.* vacuum à sacro remansit sacrificio. *In Divionensi & Corbeiensi malè scriptum est*, vacuum divinarum anxit sacrificio.

obierunt. *Divion.* obedierunt; *& in margine*, al. obierunt.

sub eodem. *Hæc non habentur in exemplari Parisiensi. Non extitisse autem olim in Divionensi hæc res indicio est quòd addita postea sunt.*

iniquo pœnæ schemate. *Divion.* iniqua pœna scismatis. *Parif.* in iniqua pœna scismatis.

monachorum. *Istam lectionem debemus editioni Romanæ. Nam in superioribus legebatur* monasteriorum. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

existimus. *Veteres editiones & codex Corbeiensis:* extitimus sicut pro impietate damnati. Et in hac infidelitate lacrymantes. *Meliùs in Parisiensi & Divionensi:* extitimus sicut qui pro impietate damnati sunt. Et in hac infelicitate lacrymantes. *Codex Divionensis habet in margine*, al. infidelitate.

ministerii. *Veteres libri & heic & paulò pòst*, mysterii.

& animam suam diligentes. *Hæc non habentur in codice Parisiensi. Non extabant etiam in Divionensi, in cujus margine addita sunt, sic tamen ut legatur, quemadmodum in Corbeiensi*, & animam diligentes.

sacri ministerii. *Codices Divion. & Parif.* sacræ communionis; *& in margine*, al. mysterii.

ablatione. *Ita codex Corbeiensis. In ceteris & in antiquis editionibus legitur* oblatione.

in qua quidem & plurimis. *Corb.* in qui dum ex plurimis. *Divion.* in quibus ex plurimi ex peccatoribus; *& in margine*, al. in qua dum & plurimi spectarori..... *Parisiensis exhibet editionem vulgatam.*

criminalia reis. *Veteres libri & editiones*, reis criminalia.

& omne forum. *Parif.* & forum. *Divion.* & forus, *& in margine*, al. & omne forum. *quæ est lectio libri Corbeiensis.*

justa adversum se. *Parif.* jostam adv. se à vo. prolatam sententiam.

condolere quidem. *Veteres libri & editiones Labbeana antiquiores*, condolere nobis quidem.

pro tanto tamque iniquo. *Corb.* pro tanto iniquo cruciatu quod pro pietate sufferimus à sacerdote. *Parif.* pro tanto iniquo cruciatu pro pietate à sacerdote sustinentibus eam. *Ita etiam in Divionensi, nisi quòd vox* quod *supra lineam posita est inter voces* cruciatu *&* pro, *ut in Corbeiensi.*

Narses Presbyter. *Malè in Divionensi*, Narsis princeps.

Eustathios. *Idem codex*, Euticius; *& in margine*, al. Eustachius.

Pag. 280.

Constantius. *Veteres libri & editiones*, Constantinus.

Prosphorius. *Ita codex Corbeiensis & veteres editiones. Divionensis habet* Prospotius, *Parif.* Pothrius.

Philinius. *Corb.* Philunus. *Divion. & Parif.* Philuminus.

Antonius. *Corb. & Parif. & veteres editiones*, Antoninus.

Iulianus. *Ita quidem veteres editiones & textus Græcus. Sed antiqua exemplaria habent* Iohannes.

Euprepius. *Corb. & Divion.* Euprepis.

Cartasius. *Sic reposuere Romani, cùm antea legeretur* Cottasius. *Vera autem lectio est ea quam præferunt codex Corb. & Divion. in margine.* Eortasius. *In Parisiensi legitur* Fortasius. *quod emendatione indiget.*

Ioannes. *Veteres libri & editiones*, Iulianus.

absolutio. *Hæc lectio primùm lucem vidit beneficio editionis Romanæ, cùm antea legeretur* fruitio. *quam lectionem habet exemplar monasterii Corbeiensis. In Divionensi legitur:* Hæc enim est fructus. *In Parif.* Hic enim est vester fructus.

Eleusinius diaconus & monachus. *Hæc sanè lectio bona est. Sed cùm vetus quoque bona sit, quæ habet* monachus & diaconus, *non video cur eam mutare debuerint editores Romani. Ceterùm veterem confirmant omnia antiqua exemplaria.*

Deo dignus. *In margine codicis Corbeiensis & editionum veterum additum est*, religiosissimus.

edocuit. *Divion. & Parif.* docuit.

Pag. 281.

libellos reverendissimus. *Divion. & Parif.* religiosus.

his quæ ille scripsit. *Divion.* his quæ ille subscripsit. *Parif.* quibus ille subscripsit. *Ex quo conjici potest legendum esse*, his quibus ille subscripsit.

Ne prævaricemini. *Ita codices Divion. & Parif. & omnes editiones. In Corbeiensi legitur:* Non prævaricamini.

Anathematizatis eos. *Vocem* eos *addidere Romani. Eam autem non habent veteres libri. Codices Divion. & Parif. & veteres editiones:* Anathematizatis qui sic non sapit? *Ad hunc autem locum ista annotat Rusticus.* Nota obi anathematizat se ipsum. Nam sancta synodus Ephesina duas Christi naturas prædicat. *Hanc annotationem retulerat Crabbus, & alii post eum editores retinuerant. Romani deleverunt, putantes esse Crabbi, adeoque nullius auctoritatis.*

religiositati. *Parif. & Divion.* reverentiæ.

cum reverendissimo. *Idem libri*, cum religioso. *Sic infrà*, religioso archimandritæ.

clericos sive monachos. *Divion.* clericos & monachos. *Parif.* clericos ac monachos.

Communicamus eos. *Veteres libri*, eis. *Quo etiam modo legendum esse monuerunt in margine editores Romani.*

Super his verò absolvente omnes. *Codex Parif.* Super hæc verò absolutis omnibus qui cum ipso sunt tam clericis ejus quàm monachis. *Divionensis quoque habet* tam clericis ejus quàm monachis.

beata. *Mendum editionis Labbeanæ. Nam superiores habent* beatissima. *Sic etiam omnes veteres libri.*

quæ proferens. *Parif.* quæ proferens religiosus. *Turbata hæc sunt in Divionensi, ubi sic legitur:* quæ proferens religioso presbytero & primatum monasterii post Iohannis relegat. *& in margine:* al. reverentissimos Presbyter & primicerius Notariorum Iohannes relegat.

recenseantur. *Parif. & Divion. & veteres editiones*, recenseatur.

Necessarium nobis. *Corb.* vobis. *Divion.* nobis; *& in margine*, al. vobis.

& qui apud Ephesum. *Divion. & Parif.* & eorum qui apud Ephesum.

Utilis. *Corb.* Utilis. *Parif. & Divion.* Utilissima. *Divionensis habet in margine:* al. Utilis.

Illinc. *Ita codex Parisiensis. Reliqui & veteres editiones:* Illic.

Legatur. *Divion.* Relegatur.

BBbb

recitavit. *Divionensis addit :* quæ acta sunt adversùs Nestorium. *Sed hac pertinere videntur ad titulum sequentium gestorum. Sanè in Parisiensi constituunt titulum eorum qua sequuntur, hoc modo.*

Pag. 284.

QVÆ IN EPHESO ACTA SVNT ADVERSVS NESTORIVM.

Aliter autem codex Divionensis, in quo sic legitur: Initium Ephesini primi Concilii ex gestis Ephesini secundi. *In Corbeiensi verò ita adnotavit Rusticus Diaconus.* Hic sancta synodus Ephesina ex gestis Ephesei lattocinii Calchedone recitatur.

Hanc actionem ex veteri versione synodi Ephesina nos suprà edidimus pag. 451. & ex versione Marii Mercatoris pag. 609. Et quamquam hinc sumi possint varia lectiones qua occurrunt in nominibus Episcoporum, qua admodum variant in libris antiquis, ita ut nihil hinc ferè certi colligi possit, pracipuas tamen heic adnotabimus. In antecessum autem admonebimus conjunctionem & *ubique positam in recitatione istorum nominum, hoc modo :* & Iuvenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesino, & Flaviano &c.

Post consulatum. *Codex Paris.* Postconsulatu, *unico vocabulo. Sic suprà pag. 451. 488. 497. 518.*

semper Augustorum. *Legendum* perpetuorum Augustorum, *ut colligitur ex libris calamo exaratis. Sic etiam habent veteres editiones. Nescio autem quibus rationibus moti fuerunt editores Romani ut mutarent.*

religiosissimorum & amantium Christum. *Corb.* Deo amicissimorum & conantium (*leg.* amantium) Christum. *Paris. & Divion.* religiosissimorum & Christianorum.

.nostrorum. *Hac vox non extat in libro Parisiensi, neque in Divionensi. Deest etiam suprà pag. 451. & 609.*

Deo amicissimi. *Paris. & Divion.* Deo dignissimi.

Dei amantissimis. *Corb.* Deo amicissimis & religiosissimis. *Divion. & Paris.* religiosissimis & Deo dignissimis.

& agente vices sanctissimi, *Corb.* & agente & locum sanctissimi. *Divion.* & agente vices & locum.

Theodoto. *Omnes libri veteres :* & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, & Acacio. *Contrà suprà pag. 451. Theodotus praponitur Firmo, pag. 609. postponitur.*

Peregrino. *Pessima lectio, quam certum est esse falsam. Itaque reponendum* Perigene, *ut etiam docent vetera exemplaria. Vide lib. 5. de concordia sacerdotii, & imperii cap. 24.*

Euchario. *Paris. & Divion.* Eucarpio. *Sed ego puto hanc lectionem non esse bonam.*

Pharmali. *Corb. & Divion.* Pharmachi.

Chomatis Lyciæ. *Divion. & Corb. addunt* Pamphyliæ. *Sed hac vox deest in Parisiensi & in antiqua versione Concilii Ephesini, tum etiam apud Mercatorem.*

Senecione Scodrensi. *Post istum repetitur in antiquis exemplaribus nomen Ioannis Gortyna Creta. Apud Mercatorem verò ponitur quidem post Senecionem, sed antè scriptum non est. Hinc ortus error. Nam qui eum in aliquibus codicibus videbant nominatum post Senecionem, hoc exemplum secuti sunt, non satis memores illum paulò antè fuisse commemoratum.*

Daniele. *Omnes libri veteres scribunt* Danielo Col. secundæ Cappadociæ.

Aribdelensi. *Veteres libri,* Ariadelensi.

Phænensi. *Iidem libri,* Fenussensi *vel* Fenossensi.

Tabeensi. *Paris.* Gabuensi. *Divion. & Corb.* Gabonnensi. *Sed Rusticus admonet in codicibus Acœmetensium haberi* Gabalensi. *Vide Mercatorem & antiquam interpretationem synodi Ephesina.*

Toronensi. *Iidem,* Dodonensi. *Apud Mercatorem* Dodonæ. *In antiqua interpretatione Concilii Ephesini,* Dodonis.

Andrea. *Libri nostri,* Andilio. *Antiqua versio Concilii Ephesini,* Anderio. *Mercator,* Andario. *Porrò post nomen istius Episcopi Rusticus admonet codices Acœmetensium monachorum habere,* & Cyrillo Cylensi Chersonisi.

Nepio. *Idem Rusticus annotat in iisdem codicibus scribi* Iennepio.

Aphtoneto. *Corb.* Aptonito. *Paris.* Apronio. *Sic etiam primò habebat Divionensis, sed postea repositum est* Aptonito.

Philippo Amyzonensi. *Rusticus admonet alibi legi* Phileto.

Phania Harpasensi. *Codex Divionensis addit* Asiæ.

Maximo Assuensi. *Idem codex,* Maximiano.

Dorotheo Myrrhinensi. *Corb.* Myrenensi, *Paris.* Mirinensi, *Divion.* Miriensi.

Ephotò Hypæpensi. *Paris. & Divion.* Eupora Hypeponensi. *Corb.* Eupora. *Sic etiam Divionensis in margine.*

Rhodone. *Paris.* Rodano, *Divion.* Romano.

Aphobio Colonensi. *Paris. & Corb.* Coloensi.

Theodoto Nysseno. *Corb.* Theodoto Nysensi & Theodoto Anitensi. *Ita etiam Divion. nisi quòd habet* Ananitensi. *Paris.* Aninitensi.

Eulalio. *Veteres libri,* Euthalio.

Atheniensi. *Divion. & Corb.* Aneonensi, *Paris.* Onconensi.

Zenone Coriensi. *Paris.* Zenone Constantiæ, & Evagrio Solensi, & Cæsario Chorepiscopo. *Meliùs haudubiè in Corbeiensi :* & Zenone Curiensi, & Regino Constantiensi, & Evagrio Solonensi, *ut in vulgatis. Vide Concilium Ephesinum & Mercatorem.*

Cæsario Chorepiscopo. *Codex Corb. in margine :* pro Episcopo Cotennensi.

Arcesenæ. *Hac vox deest in omnibus antiquis exemplaribus, in antiqua versione Concilii Ephesini, & apud Marium Mercatorem.*

Corydalensi. *Veteres libri,* Caraliensis. *Concilium Ephes.* Caraliæ, *Mercator* Paraliæ.

Apollonensi. *Veteres libri,* Apollonianensi.

Coracesiensi. *Postea in veteribus libris additur :* & Nectario Sennensi, & Eutropio Eteunensi, & Tatiano Lyrbensi, & Eusebio Asponensi Galatiæ, & Philumeno Cinnensi.

Pag. 285.

Honnriadis. *Omnes libri nostri,* Honoriadæ.

Hellesponti. *Corb. & Paris.* Elenoponti, *uti suprà diximus pag. 610. Postea verò in antiquis codicibus repetitur nomen Silvani Episcopi Cheretaporum, ac deinde passim permiscentur etiam aliorum quorundam nomina qua antea recitata sunt. Quod impulit Rusticum ut ita adnotaret.* Aut duo unius civitatis, aut unus duorum, & alter nullius, aut & hoc & duo nomina.

Sethræensi. *Veteres libri,* Sethroitensi.

Dysthensi. *Corb.* Dystheensi, *Divion.* Desteeosi.

Zentyrensi. *Paris. & Corb.* Teuchirensi, *Divion.* Toecerensi.

Daniele Dardaniensi. *Corb.* Danihelo Darneensi, *Divion.* Danielo Darnensi, *Paris.* Danihelo Dardensi.

Iuliopolitano. *Paris. & Divion.* Nilopolitano. *Quam lectionem confirmăt antiqua versio synodi Ephesina & Marius Mercator.*

Heraclide. *Iidem libri,* Heraclio.

Asaniense. *Divion.* Aponensi, *Paris.* Fenoensi, *Corb.* Afnaiensi.

Selinuntensi. *Corb.* Seleasi, *Divion. & Paris.* Silensi.

Alexandro Cleopatridensi. *Hinc apparet codicem Acœmetensium fuisse hoc loco mutilum, cùm Rusticus doceat heic defuisse nomina Theopempti & Isaac, & pro his solum in eo codice scriptum fuisse*, & Alexandro Tavense.

Arcadio & Projecto Episcopis. *Codex Corbeiensis:* Arcadio & Projecto religiosissimis Episcopis & Legatis & religiosissimo Philippo Presbytero &c. *Paris. & Divion.* Arcadio & Proj. reverentissimis Episc. & Legatis, & reverentissimo Presbytero Philippo &c. *Rusticus admonet pro* religiosissimis *scriptum esse* Deo amicissimis *in codice Acœmetensis monasterii.*

habens providentiam. *Sic mutavere Romani, cùm antea legeretur* faciens. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

legemus. *Hæc est scriptura libri Parisiensis. Reliqui & veteres editiones habent* legimus.

natum ex patre. *Veteres libri*, natum de patre.

hoc est. *Iidem libri*, id est.

consubstantialem. *Sic Græcū verbum superiorum editionum verti debere visum est editoribus Romanis. Ceterùm veterem lectionem confirmant omnia vetera exemplaria, in quibus legitur* omousion.

sunt & quæ in cœlo. *Veteres libri & editiones*, sunt quæ in cœlo.

Pag. 286.

& inhumanatus est. *Divion. & Paris.* & homo factus est.

& sedet in dextera patris. *Hæc addita sunt ab editoribus Romanis. Non extant enim in antiquioribus editionibus, neque in veteribus libris. neque in gestis Concilii Ephesini, neque apud Marium Mercatorem.*

inde. *Hanc quoque vocem, quæ nullibi extat, in hunc locum primi intulere Romani.*

existentibus. *Veteres libri*, extantibus. *Sic etiam in gestis Ephesini Concilii suprà pag. 458.*

subsistentia. *Codices Paris. & Divion.* substantia. *Ita etiam in gestis Ephesini Concilii, & apud Marium Mercatorem.*

intellectus virtutem. *Veteres libri*, ad quod eis placet intellectus virtutem. *Ita etiam editiones antiquæ, nisi quòd habent* virtute. *Elegantior est ista permutatio quam fecere Romani.*

possint. *Omnes libri veteres & antiquæ editiones habent* possunt, intellexerunt, *&* confisi sunt. *Divionensis quidem habet* confessi *in textu, sed in margine* al. confisi.

quatenus & manifestum sit. *Veteres libri & editiones:* quatenus ex manifesto omnes.

intelligant. *Codices Divion. & Paris.* intelligere & interpretati eam & prædicare possint.

inserantur. *Paris.* inferantur, *Corb.* inferentur.

gratia ejus. *Vox* ejus *neque in antiquis Concilii Chalcedonensis exemplaribus habetur, neque in gestis Ephesinæ synodi, neque apud Marium Mercatorem.*

à divinitate. *Malè in Divion. & Paris. codicibus*, ab unitate. *Divionensis in margine*, al. à divinitate.

virtutis. *Iidem codices*, divinitatis.

Et post aliqua. *Veteres libri & editiones:* Et post aliquanta.

Quod enim ait. *Paris. & Divion.* Quod audit.

in utero. *Sic edidere Romani pro eo quod antea legebatur* in vulva. *Attamen omnes veteres libri & editiones synodi Chalcedonensis, gesta Ephesina, & Marius Mercator & heic & paulò pòst pag. 1135. legunt* in vulva.

& carnem factum. *Divion* in carne factum; *& in margine*, al. & carnem factum.

viri operatione aut præsentia. *Idem codex:* viri operationem aut præsentiam. *Vide suprà pag. 465.*

cum superveniente sancto spiritu. *Idem codex*, advemente sancto spiritu; *& in margine*, al. cum superveniente.

Athanasii sanctissimi Episcopi. *Codex Corb. & veteres editiones:* Sancti Athanasii quondam Episcopi.

sanctificati. *Divion.* sancti facti.

mundi ab omni. *Omnia vetera exemplaria*, mundi omni.

Pag. 287.

Ieremias quidem. *Divion.* Ieremias verò ex utero. *Paris.* Hieremias ex utero verò.

exiliit in exultatione. *Paris.* exiliit exultans in voce. *Divion.* exilut & exultans in vocem. *& in margine*, al. in exultatione.

etiam super eos. *Veteres libri & editiones*, & super eos.

hæc corpus ultra non tangunt. *Codex Corb. & veteres editiones*, ultra hæc corpus non tangunt. *Paris. & Divion* ultra hæc corpori non dominantur. *Divion. in margine:* al. hæc corpus non tangunt.

consumpta. *Paris. & Divion.* consummata. *Vulgatam lectionem confirmat vetus interpres Ephesini Concilii.*

qui aliis nativitatem. *Codex Corb. & veteres editiones*, qui aliis genituram quò sint præstat. *Divion. & Paris.* qui aliis nascendi gratiam ut essent præstat.

ne de cetero. *Veteres libri & editiones*, uti ne de cetero.

sed sicut cœlesti verbo. *Iidem codices & editiones*, sed sicut de cœlo verbo.

in cœlum. *Vetera exemplaria*, in cœlo. *Hæc erat elegantia illorum temporum.*

ut non jam sicut. *Paris. & Divion.* ut ne postmodum sicut homines, sed sicut proprii verbo.

moriamur. *Hæc vox in nullo veterum librorum habetur, neque in editionibus quæ prodierunt ante Romanam.*

in Adam morimur. *Paris. & Divion.* in Adam omnes morimur.

translatis in verbum. *Veteres libri & editiones*, translatis in verbo.

soluta quæ per. *Iidem libri & editiones*, soluta maledictione peccati.

si is qui ex Maria processit, *Paris. & Divion.* si ex Maria procedens.

id verò quod est sec. carnem. *Iidem libri*, carne verò ex semine est David.

carne passus. *Veteres libri*, carne passus est & crucifixus non esse dominum. *Corbeiensis habet in margine*, Christum carne passum.

quod ante Mariam. *Corb. & Divion.* qui ante Mariam.

Et post alia iterum. *Veteres libri & editiones:* Et post aliquanta iterum.

Non appositivè. *Veteres libri*, Non appositione.

salus facta. *Paris. & veteres editiones*, salus factus.

Si enim appositive fuit. *Paris.* Si enim positio fuit.

appositivè dicitur. *Divion.* positivè videtur. *Alii*, positivè dicitur.

Sed vera. *Corb. & Divion.* Sed verè.

phantastica. *Vetera exemplaria*, phantasia.

Humanum ergo corpus natura id quod ex Maria. *Corb.* Humanum ergo natura id quod ex Maria. *Paris. & Divion.* Humana ergo natura ex Maria. *Sed in Divionensi verba hæc*, id quod, *addita sunt supra lineam ante* ex Maria.

Iulii sanctissimi. *Codex Corbeiensis:* Ex epistola

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

sanctissimi Iuliani quondam Episcopi Romani ad Prosdotium. *Ita etiam veteres editiones, nisi quòd habent* Iulii. *Parif.* Ex epistola sancti Iulii Episcopi ad Prosdorium. *Eadem habet Divion. nisi quòd illic scriptum est* beati *pro* sancti. ADMONITIO RVSTICI DIACONI. Hanc epistolam hæretici corruperunt. *Vide suprà pag. 467.*

Pag. 288.

Felicis sanctissimi. *Codex Corbeiensis:* Ex epistola Felicis Episcopi Romani & martyris ad Maximianum &c. *Et in margine scriptum est ex codice Acœmetensium*, impii Maximiani. *Vide suprà pag. 615.*

æternus Dei filius. *Ita codex Parisiensis. At Corbeiensis habet*, æternus Deus filius. *Divion.* æterni Dei filius; *& in margine*, æternus Deus filius.

& non homo à Deo susceptus. *Voces* à Deo *desunt in libro Divionensi.*

sed Deus existens perfectus. *Parif. & Divion.* sed Deus qui est perfectus, simul. *Divion. in margine*, al. sed Deus existens est simul. *Corb.* sed Deus existens perfectus est simul.

Theophili sanctissimi. *Veteres libri;* Sanctissimi *vel* Sancti Theophili.

ex quinta epistola paschali. *Rectè profectò observatum jam est à viro eruditissimo optimorum & vetustissimorum librorum auctoritate falsissimas lectiones asseri. Quod heic quoque contigis. Etenim in exemplaribus Divionensi & Parisiensi scriptum est:* quinta festa Paschæ.

Sunt enim & nunc. *Veteres libri & editiones:* Sunt enim & nunc tunc factotum. *Hæc cacophonia Romanos editores impulit ut veterem lectionem mutarent.*

increduli. *Divion. & Parif.* incredibiles; *& in margine Divion.* al. increduli.

in qua factum. *Corb. & Divion.* factus.

simile. *Omnia vetera exemplaria*, similis.

Aliter enim. *Veteres libri & editiones:* Aliter enim nobiscum colloqui eum propinquiùs impossibile fuit. *Nescio autem unde suam lectionem hauserint editores Romani.*

ex alia paschali. *Veteres libri & editiones non habent vocem* alia, *quæ addita est à Romanis. Crabbus in margine adnotavit fragmentum istud esse ex eadem epistola quæ paulò antè relata fuerat. Suprà in actis Concilii Ephesini pag. 467. & apud Marium Mercatorem pag. 614. istud fragmentum dicitur sumptum ex paschali epistola sexta.*

non in pretiosis solum. *Veteres libri & editiones*, non in pretiosis solis.

mirandi sunt. *Parif. & Divion.* mirantur. *Divion. in margine*, al. mirandi sunt.

sed qui ex vili. *Vetera exemplaria*, sed ex vili.

multo magis sunt laudabiles. *Veteres libri non habent* sunt.

vivum. *Veteres libri & Crabbus*, vivus. *Editio Veneta per errorem*, unus.

non quasi accepta. *Veteres libri*, non quasi cœlestis accepta.

artis. *Divion.* virtutis.

preciosa. *Hanc vocem non habent codices Parisiensis & Divionensis. Habent ergo* cœlestis *pro* preciosa.

reformans hominem. *Divion. & Parif.* ut hominem qui de limo plasmatus est reformaret ipse ex virgine novo ordine homo procedens. *Ita etiam veteres editiones. Vnde autem suam lectionem acceperint Romani non liquet.*

Nascens. *Hæc vox deest in codice Parisiensi. Deerat etiam in Divionensi, sed addita postea est supra lineam.*

cuneum. *Parif. & Divion.* aciem. *Divion. in margine*, al. cuneum.

imperans eis. *Iidem libri*, imperans eos.

Cypriani sanctissimi. *Veteres libri:* Sancti Cypriani.

de pietatis opere. *Vox* pietatis, *quæ alioqui superflua est, desideratur in omnibus antiquis exemplaribus. In Corbeiensi legitur:* de opere & eleemosynis. *Ita etiam in Divionensi. Simpliciùs in Parisiensi:* Ex libro de elimona. *Suprà in gestis Concilii Ephesini pag. 468.* de libro de eleemosynis. *Marius Mercator pag. 614.* ex libro de misericordia.

Multa & magna. ANNOTATIO RVSTICI. Hanc lectionem ex codice Latino contulimus.

operata est. *Veteres libri & editiones:* operata sit & semper operetur.

filium suum misit. *Vocem* suum *vetera exemplaria non habent.*

Pag. 289.

Ambrosii sanctissimi. *Codex Corbeiensis & veteres editiones:* Sanctissimi Ambrosii Episcopi quondam Mediolanensis de libro ad Gratianum. *Divion.* Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis de libro ad Gratianum. *Parif.* Sancti Ambr. Mediol. de lib. 1. ad Gratianum.

Si mihi non credunt. *Veteres libri:* Et si mihi non credunt.

significavit. *Ita codices Parisiensis & Divionensis. Quanquam iste habet in margine*, al. signavit. *Istam lectionem reperi in antiquis editionibus & in libro monasterii Corbeiensis.*

Ejusdem ex libro secundo de fide. *Veteres libri & editiones:* Ejusdem de libro secundo.

Vnus in utrique. *Ita codex Parisiensis. Corb. & Divion. & veteres editiones*, utroque. *Vide suprà pag. 468. extrema.*

non uno semper. *Omnes veteres libri & editiones habent*, tamen non uno semper. *Romani deleverunt vocem* tamen.

Panis hic caro est. *Divion. & Parif.* Panis hic caro mea est. *Hanc lectionem confirmat vetus interpres gestorum Concilii Ephesini suprà pag. 469.*

Hic est qui descendit. *Divion.* Hic est de cœlo. *& in margine:* al. Hic est qui descendit.

Hæc ipsa littera. *Corb. & Divion.* Nec ipsa littera. *Parif.* Et ipsa littera. *Vide suprà pag. 469. extrema.*

Gregorii majoris. *Veteres libri:* Sanctissimi *vel* sancti & magni Gregorii majoris ex epistola ad Cledonium. *Ita etiam veteres editiones, nisi quòd* Celidonium *præferunt.*

ut ipsi dicunt. *Veteres editiones*, cùm ipsi dicunt. *Codex Parisiensis*, ipsi dicent. *Sic etiam primò scriptum fuit in Divionensi, sed postea ita emendatum est quemadmodum legitur in Corbeiensi, id est*, ut ipsi dicunt.

& filium tantummodo. *Veteres libri & editiones*, & filium Dei tantum modo.

omnium. *Iidem libri & editiones*, omnibus.

in fine. *Rursum iidem libri & editiones*, in finem.

invisibilem. *Codices Corbeiensis & Parisiensis*, intelligibilem. *Sic etiam veteres editiones, quæ vulgatam editionem habent adscriptam in margine.*

comprehensibilem & incomprehensibilem. *Veteres libri*, capabilem & incapabilem.

qui ceciderat. *Veteres libri & editiones*, qui cecidit.

Si quis Dei genitricem. *Parif. & Divion.* Si quis non Dei genitricem Mariam existimat.

transisse. *Hæc est lectio codicis Parisiensis. Eandem habet & Divionensis, in cujus margine scriptum est:* al. transcurrisse. *Hanc ergo scripturam exhibent veteres editiones & codex Corbeiensis.*

communi lege. *Veteres libri & editiones*, jure.

anathema sit, *Istud propria, ut videtur, auctoritate addidere Romani. Non extat enim in antiquis exemplaribus, neque in antiquis editionibus, neque demum in antiqua versione synodi Ephesina.*

Dei nativitas. *Vetera exemplaria*, nativitas Dei.

ab adoptione excidat. *Parif. & Divion.* adoptione careat.

quemadmodum. *Legendum esse* quoniam *docent omnia vetera exemplaria. Error ortus ex ignoratione notarum. Vide suprà pag. 469.*

etsi ita Paulus. *Divion. & Parif.* licèt ita Paulus & interiorem & exteriorem hominem nominavit.

id quod foris est. *Error typographicus editionis Labbeana. Lege*, & id quod foris est. *Sic superiores editiones & codex Corbeiensis.*

aliud quidem & aliud est. *Corb. & Divion. & veteres editiones*, aliud quidem & aliud ea ex quibus. *Parif.* aliud quidem & aliud ex quibus. *Sic etiam primò habebat exemplar Divionense, sed postea vox* ea *addita est supra lineam.*

Pag. 290.

quoniam non idem. *Parif.* quoniam non idem est invisibile visibili. *Divion.* quoniam non idem tempus invisibilem visibili. *& in margine*, al. quoniam non idem est illud invisibile huic visibili.

inhumanato. *Codex Corb. & veteres editiones*, humanato. *Parif. & Divion.* homine facto. *Divion. in margine*, al. humanato.

sive quocunque modo. *Pro his in codicibus Parif. & Divion. legitur* quemadmodum. *Sed Divionensis habet editionem vulgatam in margine.*

è converso. *Parif.* contrario. *Divion.* & contrario. *& in margine*, al. è converso.

idemque. *Hae desunt in omnibus antiquis exemplaribus. Habentur tamen suprà pag. 469. in gestis Ephesina synodi, & pag. 615. in interpretatione Marii Mercatoris.*

conjunctum. *Codex Parif.* unitum. *In Divionensi mendosè* unum *pro* unitum. *Idem in margine*, al. conjunctum.

rugis. *Vetera exemplaria*, contrariæ.

Dei interfectoribus. *Codex Corb. & veteres editiones*, Deicidis. *Parif. & Divion.* occisoribus Dei. *Veteres editiones habent in margine lectionem quam Mercator suprà pag. 615. habet in textu.*

fictos. *Parif.* finctos. *Vide suprà pag. 616. extrema.*

Basilii. *Codex Corb. & veteres editiones:* Sanctissimi Basilii quondam Episcopi Cæsariæ primæ Cappadociæ. ANNOTATIO RVSTICI. In libro ejus & Amphilicii jacet capitulo octavo.

pelagorum. *Parif. & Divion.* pelagi.

aquis. *Divion.* aqua.

excellentiam fortitudinis. *Ego puto hanc lectionem non esse sanam. In libro Parisiensi legitur*, fortitudinem majestatis. *Ita etiam primò in Divionensi, sed postea vox* excellentiam *addita est supra lineam. Quod indicat* fortitudinem *&* excellentiam *eundem heic sensum habere, adeoque alterutrum tantùm retinendum.*

demonstravit. *Error typographicus editionis Labbeana, pro quo reponendum est* demonstrant.

incomprehensibili. *Veteres libri*, incapabili.

servitutis. *Divion.* servi; *& in margine*, al. servitutis.

fit sub tributo. *In codice Divionensi primò scriptum fuit* fert tributa. *Postea emendatum est.*

creaturæ dominus. *Parif.* creator & dominus.

in speluncam divertit. *Corb.* in spelunca divertitur. *Parif. & Divion.* in spelunca habitat. *Divion. in margine*, al. divertitur. *Atque hac lectio optima est. Plautus Pœnulo:* ut divortatur ad me in hospitium. *Idem in milite glorioso:* divertitur apud hospitium paternum. *Sunt & alia exempla.*

incontaminabilis. *Parif. & Divion.* immortalis. *Divionensis habet editionem vulgatam in margine.*

suscipere dignatur sordes. *Divion.* dignatus est suscipere sordes.

in judicium. *Parif. & Divion.* in judicio.

carnificum. *Hanc lectionem confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator. At omnia vetera exemplaria synodi Chalcedonensis habent* quæstionariorum. *Eam porrò lectionem esse bonam ostendunt ea qua vir eruditissimus Carolus Dufresnius Cangius commentatur ad eam vocem in suo glossario, ubi probat carnificis & quæstionarii eandem esse significationem.*

non repulit. *Divion.* non repellit. *Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini suprà pag. 470 & Marius Mercator pag. 616.*

clementiæ nativitatem. *Corb.* clementia nativitatum.

Nativitas enim divinæ. *Idem codex:* Circa divinæ enim majestatis jam præexistebat. *Divion.* Circa divinæ autem majestatis jam præerat; *& in margine*, al. præexistebat. *Parif.* Divinæ autem majestatis jam præerat. *Itaque vox* nativitas *in nullo veterum exemplarium habetur, sicut etiam non extat in gestis Ephesini Concilii & apud Marium Mercatorem.*

incarnatur. *Veteres libri*, incarnatus.

Pag. 291.

ipse est & Rex & Deus. *Veteres libri:* ipse & Rex & Deus, mortem. *Antiqua editiones:* ipse est & Rex & Deus, mortem.

Agnoscunt enim. *Divion.* agnoscunt eum esse Regem. Off. runt thus. Deo enim sciunt offerentes. offerunt & myrrham mortem in myst. passionis. *Parisiensis:* agnoscunt eum esse Regem. Offerunt thus. Deo e. sc. offerentes. Offerunt & myrrham propter immortalitatem mysterii passionis.

spiritualiter. *Veteres libri & editiones*, spiritaliter.

nunquam. *Divion.* numquid. *& in margine*, al. nunquam.

lucratus esses. *Veteres libri & editiones*, lucrateris. *Lectionem vulgatam confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.*

Propter hoc venit. *Veteres libri:* Propter hoc enim in terra cœlestis. *Confirmant hanc lectionem interpres Concilii Ephesini paulò antè laudatus & Marius Mercator.*

ut tu terrenus. *Parif. & Divion.* ut tu terrenus in cœlum ascenderes.

ut nos omnes de plenitudine. *Codex Corbeiensis non habet vocem* omnes. *Sed eam reliqui habent & omnes editiones. Extat etiam in gestis Ephesina synodi & apud Mercatorem*

servo facta est. *Corb.* servi. *Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.*

Attici Episcopi CP. *Codex Divionensis:* Item ejusdem Attici Episcopi Constantinopolitani. *Ita etiam ferè Parisiensis. Vetus interpres Concilii Ephesini suprà pag. 471.* Similiter Attici Episcopi Constantinopoleos.

Si quem discernit. *Parif. & Divion.* Sunt quæ discernit. *Divionensis habet in margine:* Si quem discernit. *Meliùs vetus interpres synodi Ephesina:* Siquidem ambiguum facit. *Item Marius Mercator:* Siquidem dubium facit.

discens. *Parif. & Divion.* qui discit. *Marius Mercator*, is doceatur.

universalis. *Iidem libri*, universæ. *Mercator*, mundanæ.

sed non indigna. *Paris.* sed enim indigna. *Sic etiam olim legebatur in Divionensi, sed postea reposita est editio vulgata.*

Deo habitare. *Divion. & Paris.* Deum.

omnino est creare. *Vox est desideratur in omnibus antiquis libris & editionibus.*

non sustinuit. *Divion.* sustulit. *& in margine*, al. non sustinuit.

quale est. *Meliùs in Parisiensi & Divionensi*, quantum est. *Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.*

immortalis. *Veteres libri & editiones*, immortali. *Sic etiam vetus interpres Ephesini Concilii.*

illa quidem in inviolabilitate. *Paris. & Divion.* hæc quidem in integritate. *Divionensis habet in margine*, al. inviolabilitate.

fieret legislator & princeps.

FINIUNT EXEMPLA SANCTORUM EPISCOPORUM.

Quibus expletis, subjunctum est. *Ista neque neque extant in antiquis exemplaribus, neque in editionibus Romana vetustioribus.*

Petrus Presbyter dixit. *Et hæc quoque desunt in antiquis exemplaribus & editionibus, & addita sunt à Romanis editoribus ex gestis Ephesini Concilii. Vide suprà pag. 529.*

& amicorum Christi. *Hæc desunt in codice Divionensi & in Parisiensi. Vetus interpretatio Concilii Ephesini*, & Christo amabilium.

omnino sanctarum. *Codices Corb. & Divion. & veteres editiones*, omnium sanctarum. *Sic etiam Marius Mercator suprà pag. 6.7.*

congregatis. *Codices Divion. & Paris.* congregatorum

& ordinante. *Conjunctio non extat in libris manu scriptis.*

rectis & piis dogmatibus. *Hanc lectionem confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator. Ceterùm antiqua exemplaria synodi Chalcedonensis & veteres editiones ante Romanam habent*, recto & pio dogmate.

deteriorem. *Paris. & Divion.* majorem. *Vulgata lectio habetur in margine libri Divionensis.*

Antonius. *Ita codex Divionensis & vetus interpres Concilii Ephesini, tum etiam Marius Mercator. Corbeiensis & Paris. & veteres editiones*, Antonius.

de Constantinopoli. *Divion.* de Constantinopolim.

& iisdem quoque Presbyterorum. *Codex Corb. & veteres editiones*, & iisdem verò Presbyterorum. *Sic etiam Divion. & Paris. nisi quòd non habent vocem* verò.

Pag. 292.

convertebantur. *Paris. & Divion.* convertuntur. *Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini.*

venire ad lucem. *Corb.* venire in lucem.

desiderabant. *Divion. & Paris.* desiderant.

inhumanatione. *Iidem libri*, incarnatione. *Ita etiam idem vetus interpres & Marius Mercator.*

Sanctissimo & universali. *In exemplari Parisiensi & in Divionensi ita scriptum vidi.* Sancto & Deo amabili universali Concilio congregato in Ephesia metropoli, libellus à Charisio Presbytero & Oeconomo Philadelphiæ.

spiritualibus. *Veteres libri*, spiritalibus.

insonare. *Paris. & Divion.* instruere. *Divionensis habet in margine editionem vulgatam.*

aures & corda lædunt. *Error typographicus editionis Labbeanæ. Legendum* lædant, *ut in superioribus editionibus. Ceterùm vetera exemplaria & veteres editiones non agnoscant vocem* lædant, *& habent* aures nocent & corda. *Verùm quia Crabbus in margine monuerat legendum videri* auribus *&* cordibus, *editores Romani non animadvertentes verbum* nocere *conjungi quandoque cum accusativo, maluerunt vocem substituere quæ esset extra controversiam, & propterea posuerunt* lædant *pro* nocent. *Ceterùm nos in Notis ad Capitularia Regum Francorum pag. 1015 admonuimus veteres sæpe* nocendi *verbum conjunxisse cum accusativo.*

à minoribus redargui. *Ita etiam vetus interpres Concilii Ephesini suprà pag. 530. ubi monuimus Marium Mercatorem vertisse* à discipulis.

suæ carens perfidiæ fructu. *Corb.* cariens perfidiæ fructus. *Divion.* carens perfidiæ fructu. *Uterque malè. Meliùs ergo Parisiensis, in quo legitur:* suæ carpens perfidiæ fructus. *quam lectionem confirmant vetus interpres Concilii Ephesini pag. 530. & Marius Mercator pag. 6.8.*

in Christum. *Veteres libri & editiones*, in Christo.

qui sub sole est. *Hæc est scriptura codicis Divionensis, qui in margine habet:* al. sub cœlo. *Corb. & Paris.* quæ sub cœlo est.

othem. *Ita quidem codex Parisiensis. Sed Corbeiensis habet* opem. *Divion.* hominem; *& in margine*, al. opem.

ita. *Hanc vocem neque veteres libri habent neque veteres editiones.*

Christi amantissimos. *Corb.* Christi amicissimos, *Divion. & Paris.* Christianissimos.

Hujus gratia. *Codex Paris.* Hujus ergo gratia provolutus vestram obsecrans sanctitatem doceo. *Ita etiam ferè Divionensis. Corbeiensis & veteres editiones:* Hujus gratia ego provolutus vestræ sanctitati doceo.

Nestorius. *Additum est hoc nomen ab editoribus Romanis. Non extat enim in antiquis editionibus, neque in libris nostris. Deest etiam in gestis Concilii Ephesini. Verùm repetitur à Mercatore.*

mensam. *Ita quoque veteres libri; & in margine Divionensis adnotatum est alibi scriptum esse* mensuram. *Veteres editiones habent*, immensam fiduciam. *quam lectionem esse falsam ostendunt gesta Ephesini Concilii & Marius Mercator.*

Lydiæ. *Hæc est vera lectio. Attamen codex Divionensis & heic & paulò pòst legit* Liziæ. *quod idem est. Nota est permutatio literarum* d *&* z, *de qua pluribus à nobis dictum est lib. 2. miscellaneor. nostrorum pag. 383. Numiziam pro Numidia vidi scriptum in veteri codice MS bibliotheca Colbertina.*

tentata. *Ita reposuere Romani, cùm antea legeretur* temerata. *Veterum tamen editionum lectionem confirmant omnia vetera exemplaria.*

illos qui eum continent. *Corb.* eos qui eum continent. *Paris. & Divion.* & adversus eum continentes. *Vetus interpres Concilii Ephesini*, & ei faventes.

simpliciores clericos decipiens. *Hæc lectio debetur editoribus Romanis. Crabbus enim & alii ediderant:* simplices decipiens (clerici autem sunt isti) sanctorum patrum. *Veteribus editionibus congruunt & vetera exemplaria.*

quibus subrepsit. *Codex Paris.* quibus subripuit.

meditata sit. *Paris. & Divion.* meditata est.

Non solùm verò hoc. *Divion.* Non solùm verò hoc credit.

ministerio & communione privaverunt. ANNOTATIO RUSTICI DIACONI. Nota quia excommunicatus & depositus fuit.

quæ Dominus. *Paris. & Divion.* quæ Deus. *Ita*

etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

destruet. *Ita reposuere Romani. Veteres quippe editiones & vetera exemplaria habent* destruat.

Pag. 293.

Charisii fidei professio catholica. *Iste titulus non habetur in codicibus calamo exaratis.*

Credo in unum. ANNOTATIO RUSTICI. Et hæc editio symboli non consentit cum suprascripta *(id est, cum ea quæ edita est in pagina 285. hujus tomi quarti)* sed cũ Timothei Apostoli.

de cœlis. *Corb. & Divion. & veteres editiones:* de cœlo, incarnatus est, natus.

homo factus. *Codex Corb. & eadem editiones*, inhumanatus. *Ita etiam Divionensis in margine.*

Et sanctum spiritum. *Mendum editionis Labbeanæ. Repone:* Et in sanctum spiritum.

paracletum. *Ita codex Divion. & veteres editiones. Corbeiensis & Paris. habent* paraclytum. *Vide suprà pag.* 531.

& in sanctam catholicam. *Codex Paris. & veteres editiones*, & sanctam catholicam. *Vide suprà pag.* 531.

resurrectionem mortuorum. *Paris. & Corb.* resurrectione.

& in vitam æternam. *Veteres editiones*, & vitam æternam. *Sic etiam codex Divionensis.*

patrem sempiternum. *Paris. & Divion.* æternum, qui est ab æternitate. *Divion.* qui est desursum æternus Deus. neque enim postea factum &c. *Sic etiam Parisiensis.*

de substantia existentem patris. *Iidem libri*, de substantia esse patris, sicut verè est filius, & ejusdem substantiæ constitutum cujus est & creditur filios. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

Et in spiritum verè. *Veteres libri*, verò.

Deum verò, sicut. *Corb. & Paris.* Deum verò existentem substantia sicut ejusdem existentem substantiæ cujus est Deus & pater. *Divion.* Deum verò esse (al. existentem) substantia sicut ejusdem constitotus (al. existentem) substantiæ cujus est Deus pater. *Ista confirmantur auctoritate veteris interpretis Ephesinæ synodi & Marii Mercatoris.*

filium æstimamus. *Veteres libri & editiones*, æstimantes.

Confitemur verò patrem. *Divion. & Paris.* Confitemur verò patris perfectam personam, & filii similiter, & spiritus sancti identidem.

pietatis ratione. *Corb. & Paris.* pietate ratione.

æstimati. *Paris. & Divion.* æstimantes. *Divion. in margine*, al. æstimati.

sed unam identitate. *Paris.* sed unam proprietatem deitatis cognoscendam. *Divion.* sed unam proprietatis cognoscendam. *Et in margine:* al. indeitate *(legendum*, identitate, *ut in codice Corbeiensi)* deitatis cognoscendam.

salute in domino. *Codex Corb. & veteres editiones:* salute in Deum ea quæ est secundùm Christum dispensatione Dominus Deus. *Divion.* salute in Deum [ea quæ est secundùm] Christum dispensatione Dominus Deus. *ubi tamen ea quæ uncis conclusa sunt, addita sunt supra lineam. Paris.* salute quam in hominis Christi dispensatione Dominos Deus.

hoc existentem. *Paris. & Divion. & heic & paulò pòst legunt* constitutum.

utero. *Veteres libri & editiones*, vulva. *Sic etiam suprà pag.* 1127. *& infrà ad paginam* 298.

servitute legis. *Paris. & Divion.* servitutis lege. *Verùm hæc lectio non est bona.*

experiri constituens. *Paris. & Divion.* gustare faciens. *Divionensis habet in margine editionem vulgatam.*

univit. *Veteres libri & editiones*, uniens.

considere. *Iidem libri*, consedere.

Pag. 294.

in solum. *Hæc delenda sunt, quæ in hunc locum irrepserunt eorum incuria & negligentia qui Labbeanam editionem curarunt.*

ad divinam naturam. *Paris.* à divina natura.

quoniam onus. *Veteres libri*, unus.

filius secundùm substantiam. *Divion. & Paris.* filius patris sec. substantiam.

cui iste conjunctus. *Iidem libri*, sicot iste conjunctus.

& participans. *Divionensis:* & particeps constitutus filii communicat nomine sibi & honore dominus secundùm essentiam Deus verbum. *Ita etiam Parisiensis, nisi quòd* nomen *habet &* vocem sibi *non habet. Eadem deerat in Divionensi, sed postea addita est supra lineam.*

secundùm essentiam est Deus. *Vox* est *desideratur in antiquis exemplaribus & editionibus.*

manifestè. *Veteres libri & editiones*, manifesto.

unusquisque nostrum & secundum. *Paris. & Divion.* unusquisque nostrum secundum. *Conjunctionem reor errore additam ab eo qui in veteri codice legebat* nostrũmet secundum. *Conjecturam nostram adjuvat quòd syllaba* met *in codice Divionensi posita est supra lineam inter voces* nostrum *&* secundum.

hoc quod in ea quæ est. *Paris.* hoc quod ad Dei verbi copulationem optione & dominatione participans. *Ita etiam Divion. nisi quòd pro* optione *habet* filiatione.

speculationem. *Paris. & Divion.* theoriam. *Vulgata lectio extat in margine codicis Divionensis.*

Dominom nostrum Iesum. *Veteres libri non habent vocem* nostrum. *Sic etiam in gestis Concilii Ephesini suprà pag* 534. *& apud Marium Mercatorem pag.* 610.

cointelligentes. *Divion. & Paris.* consuspicantes. *Divion. in margine*, al. cointelligentes. *Vide quæ suprà adnotamus pag.* 534.

filiationis & dom. participantem. *Codex Corb. & veteres editiones*, filiationis participantem & dominationis. *Divion. & Paris.* adoptionis particip. & dominationis.

juxta. *Veteres libri & editiones*, secundùm.

utpote ejusdem naturæ. *Corb. & veteres editiones*, sicut ejusdem naturæ. *Paris. & Divion.* sicut ejusdem quidem naturæ. *Hanc lectionem confirmant ea quæ à nobis dicuntur suprà pag.* 534.

quantam qoidem. *Codices Divion. & Paris.* quanta si facta fuerit inter enarrabilia administrante in futuro seculo bona & inter eum.

primi quidem mortalis. *Veteres libri & editiones:* primi quidem exordii factus est Adam mortalis & passibilis & multis plenus doloribus, cujus & nos suscepimos.

pleni. *Ita codex Corbeiensis. Reliqui habent* plenus.

ab omnibus videndo. *Paris.* ab omni viso. *Ita etiam Divionensis, qui in margine habet:* al. ab omnibus videndo.

invisibiliter existens. *Iidem libri*, invisibiliter constituta.

prætermittens. *Codex Corbeiensis habet in margine*, despiciens. *Sic etiam in veteri versione synodi Ephesinæ.*

omnibus hominibus. *Vox* omnibus *non extat in libro Parisiensi. Deesset quoque etiamnum in Divionensi, nisi addita fuisset supra lineam. Eandem codex Parisiensis non habet paulò pòst.*

Pag. 295. malè 395.

Budius Iunici. *Corb.* Budiosi. inici. *Divion.* Buzio yrionico. *& in margine*, al. Budius in inici. *Parif.* Budiosionico. *Vide suprà pag. 535. & 620.*

Theophanium. ANNOTATIO RUSTICI. Theophanius Episcopus unus fuit ex his qui erant cum orientalibus. *Verum dicit Rusticus. Etenim subscripsit contestationi orientalium directa Cyrillo, qua extat in capite VII. synodici adversus Tragœdiam Irenai suprà pag. 698. & epistola orientalium ad clerum Euphratesia edita ibidem cap. XIII. pag. 706. ac etiam epistola orientalium ad eos qui missi erant Constantinopolim ibidem cap. XXVIII. pag. 726. Ceterùm hanc Rustici annotationem editores Romani sustulerunt, quia nesciebant esse Rustici.*

sanctam & catholicam. *Ita quidem codex Corbeiensis. Sed ceteri non habent conjunctionem.*

consubstantialem. *Omnes libri veteres & antiqua editiones habent* homousion.

Hesychium. *Codex Divion.* Isicium.

Propterea quod. *Veteres libri*, propter quod.

ignorem. *Parif.* ignorarem.

In hoc loco aliter fecere Romani quàm fecerant in editione actorum Concilii Ephesini. Nam cum in illis edendis professi fuissent sequi se Theodorum Peltanum, qui tres tantum priores subscriptiones eorum qui decepti sunt posuit, quia codex Bavaricus, quo ille utebatur, plures non habebat, isti non solum ceteras addiderunt quas in Gracis exemplaribus inveniebant, sed ex Concilii Chalcedonensis antiqua versione eas quoque descripserunt quarum Graca verba non reperiebantur. Qua diligentia defuncti, supervacaneum & inutile arbitrati sunt eadem repetere in editione actorum Concilii Chalcedonensis, & studio brevitatis eorum tantùm nomina retulerunt quorum subscriptiones integra extabant in superioribus hujus synodi editionibus, ne monitis quidem lectoribus eas repetendas esse ex gestis Ephesina. Verùm quia congruum videtur acta magna istius synodi integra reddere, qualia nimirùm leguntur in antiquis codicibus, prout factum videmus à Crabbo & Surio & in editione Veneta, opera pretium me facturum putavi & eruditis lectoribus non injucundum si priorum exempla sequens, eas subscriptiones heic revocavero quas Romani in alium locum transtulerunt, præsertim quia multa ab illis mutata sunt contra fidem veterum librorum & editionum. Hinc etiam juvari interdum poterit textus Gracus. Sic ergo habent.

Flavius Hesychius Cerdanepiensis principalis Quartodecimanus, cognoscens veram & rectam fidem, supplicans accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum. Consentio suprascriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut sancta & catholica Ecclesia celebrat. Iurans per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam religiosissimorum [a] & Christi amicorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò aliquid de his transgressus quandoque fuero, subjacere me legis severitati. Et subscripsi manu mea.

Rufinus secundæ Philadelphiæ Quartodecimanus, cognoscens veram catholicam fidem, supplicavi exorans sanctam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum. Consentio verò cum omni domo mea suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut sancta & catholica & apostolica Ecclesia celebrat. Iurans per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam [b] Christi amicorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò de his aliquid aliquando transgressus fuero, subjacere me cum omni domo mea legis severitati. Et relecta mihi expositione & placente, subscripsi propria mea voluntate & proposito.

Eugenius secundæ Philadelphiæ Quartodecimanus, cognoscens cum omni domo mea rectam & catholicam fidem, obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum, & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut sancta & catholica & apostolica Ecclesia. Consentio verò cum omni domo mea præscriptæ expositioni catholicæ fidei. Iurans per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam & diuturnitatem Christianissimorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò aliquid eorum prævaricatus fuero quandoque, subjacere me cum omni domo mea legis severitati. Et relecta mihi expositione & placita, subscripsi manu mea.

Faustinus laicus secundæ Philadelphiæ Quartodecimanus, cognoscens veram & catholicam fidem, obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum, in qua priùs erraveram, & consentio præscriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans & eos qui non celebrant diem sanctum Paschæ quemadmodum sanctæ & catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ celebrant. Iurans per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò aliquid horum prævaricatus fuero quandoque, subjacere me legum severitati. Et relecta mihi expositione, accedens cum omni domo mea subscripsi manu mea.

Damalius & Alexander manu usi [c] Eutropii filii Theodori reverentissimi Diaconi, cognoscentes catholicam fidem, & obsecrantes sanctissimum Episcopum Theophanium, accessimus ad catholicam Ecclesiam, anathematizantes omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum, & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ quemadmodum catholici. Et relecta nobis expositione, jurantes venerabili juramento sanctæ trinitatis & victoriam & salutem dominorum orbis terræ Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum non transgredi aliquid præscriptorum. Et credentes cum domibus nostris subscripsimus.

Flavius Nymphidianus secundæ Philadelphiæ scholasticus omnibus dogmatibus & consuetudinibus Quartodecimanorum hæresis [d] non suscipiens,

[a] & CHRISTI AMICOR.] Hæc non extant in codice Parisiensi. Non extabant etiam olim in Divionensi, sed postea addita sunt supra lineam. Desunt etiam apud Marium Mercatorem.

[b] CHRISTI AMICOR.] Codices Divion. & Paris. *Christianissimorum.*

[c] EUTROPII] Marius Mercator, *Euprepii.* Vide suprà pag. 612.

[d] NON SUSCIPIENS] Codex Parif. *non suscipientibus qua sunt orthodoxa fidei abrenuntiatione.* Ita etiam Divion. nisi quòd habet *abrenuntio.* Idem in margine habet editionem vulgatam.

consentiens

consentiens verò his quæ sunt orthodoxæ fidei, abrenuntio, confitens communicare huic rectæ fidei in omnibus & hanc suscipere.

Polychronios Tatiani Philadelphiensis, manu utens Flavii Hesychii & Danielis Philadelphenorum principalium, propter quod tardè scriberem, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi catholicæ fidei, anathematizans omnem hæresim, præcipuè verò Quattodecimanorum, in qua erraveram, & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ quemadmodum & orthodoxi. Et lecta mihi hac expositione, juravi venerabili juramento sanctæ trinitatis & victoriam & salutem dominorum orbis terræ Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum non transgredi aliquid præscriptorum; & credo cum omni domo mea, & constant mihi omnia præscripta. Polychronius
a b ª mutuatus sum manum ᵇ Eustachii.

Flavius Marcellus aurifex Quattodecimanus, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi propria mea voluntate & proposito ad sanctam Dei & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quattodecimanorum, & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ quemadmodum catholici. Et juravi per sanctam trinitatem & pietatem Christianissimorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si autem aliquid transgressus fuero horum præscriptorum, reum me esse legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Eutychius secundæ Philadelphiæ, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi propria mea voluntate & proposito ad sanctam Dei catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quattodecimanorum, & qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut catholici. Et jurans per sanctam trinitatem & pietatem Christianissimorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò transgressus fuero aliquid de his quæ præscripta sunt, subjacere me legum severitati. Et subscripsi manu mea.

c ᶜ Stratonicus Ammonii Philadelphiæ Quattodecimanus, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quattodecimanorum, & qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut catholici. Et juravi per sanctam trinitatem & pietatem Christianissimorum Imperatorum nostrorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si autem transgressus fuero de his omnibus quæ præscripta sunt, subjacere me legum severitati. Et subscripsi per nepotem meum Alexandrum, ob eo quòd litteras ignorarem.

d ᵈ Theodorus & Alexander & Philadelphus subscribentes per unum ex nobis, id est, Alexandrum, cognoscentes catholicam fidem, & obsecrantes sanctissimum Episcopum Theophanium, accessimus ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxam Ecclesiam, & anathematizamus omnem hæresim, præcipuè quæ dicitur Catharon, & qui non faciunt sanctum diem Paschæ sicut catholici. Et juramus per sanctam trinitatem & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si autem transgressi fuerimus quid de his omnibus quæ præscripta sunt, subjacere nos legum severitati. Et relectæ nobis huic expositioni subscripsimus.

Marinus Evithii manu utens Neotetii lectoris catholicæ fidei, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè autem Quattodecimanorum, & qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut catholici. Et juravi venerabili sacramento, si transgressus fuero quid de his omnibus quæ præscripta sunt, subjacere me legum severitati. Et subscripsi.

Padicius Philadelphianus subscripsi manu mea, cognoscens catholicam, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam catholicam & apostolicam catholicorum Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè Quattodecimanorum, & qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut catholici. Et jurans venerabili sacramento, si quid transgressus fuero de his omnibus quæ præscripta sunt, subjacere me legum severitati. Et perlecta mihi expositione, subscripsi manu mea.

ᵉ Cyriacus Philadelphenus ᶠ Navatianæ hæreseos, cognoscens orthodoxam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & orthodoxorum Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Catharon. Et jurans venerabili sacramento, si quid prævaricatus fuero de his omnibus quæ præscripta sunt, subjacere me legum severitati. Et relecta mihi expositione, subscripsi per Eusebium Syrum Caliopium. e f

ᵍ Auxonius Philadelphenus Navatianus, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Theophanium Episcopum, accessi ad sanctam Dei catholicam & orthodoxorum Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, * ʰ præcipuè autem Navatianorum, & consentio cum omni domo mea præscriptæ expositioni catholicæ fidei. Et jurans venerabili sacramento sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Dominorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si autem aliquid horum prævaricatus fuero, subjacere me cum omni domo mea legum severitati. Et perlecta mihi expositione, & complacens, subscripsi manu mea. † g h

Diomedes habitans in vico ⁱ Cacabo, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Theophanium Episcopum, accessi propria mea i

ª Mutuatus sum] Codex Divion *accommodavi*.
ᵇ Eustachii] Idem codex, *Eustasii*.
ᶜ Stratonicus] Græca verba istius & sequentium duarum subscriptionum extant suprà pag. 651.
ᵈ Theodorus] Divion. & Paris. *Theodoritus*. Vide suprà pag. 651.
ᵉ Cyriacus] Et istius quoque subscriptionis cum tribus sequentibus Græca verba extant suprà pag. 651.
ᶠ Navatiana] Ita codex Corbeiensis, cui consentit textus Græcus. At Divion. & Paris. & veteres editiones habent *Novatiana*. Quo etiam modo legitur in sequentibus
ᵍ Auxonius] Codex Corb. habet in margine, *Euxenius*. Sic etiam in Græco suprà pag. 652. & apud Marium Mercatorem pag. 624. *Eusenius*.
ʰ Præcipue] Annotatio Rustici * *A signo isto usque ad istud † codices Græci non solum habent, Et juravi venerabile sacramento non prævaricari aliquid suprascriptorum, & subscripsi manu mea.* Vide suprà pag. 624.
ⁱ Cacabo] Divion & Paris. *Caccaba*. Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator. Sic etiam veteres editiones.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

voluntate & spontaneo proposito ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxorum Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò tetraditorum, in qua prius erraveram. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & victoriam & pietatem dominorum orbis terræ permanere me in his quæ præscripta sunt & a in nullo transgredi, sed in omnibus custodire permanentem in catholica fide. Si verò inventus fuero unquam prævaricari aliquid eorum quæ mihi placent, subjacere legum severitati. Et audiens expositionem, subscripsi manu mea.

Iulianus secundæ Philadelphiæ, cognoscens catholicam fidem, accessi ad sanctam Dei catholicorum Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè autem Quartodecimanorum. Et juro b venerabile sacramentum, si quid transgressus fuero de his omnibus quæ præscripta sunt, subjacere me legum severitati. Et complacens, per Martyrium lectorem subscripsi.

Eutychius Chorepiscopus Aulacæ princeps Quartodecimanorum hæreseos, cognoscens veram catholicorum fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Chorepiscopum Iacobum & reverentissimum Presbyterum & Oeconomum Charisium, accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum, in qua prius erraveram, & consentio præscriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut & sancta catholica & apostolica Ecclesia celebrat. Iurans per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò aliquid de his prævaricatus unquam fuero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Patricius Presbyter de vico Paradioxilo, manu utens Maximi compresbyteri, ob eo quòd litteras ignorarem, cognoscens veram fidem catholicorum, & obsecrans sanctissimum & Deo amicissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Presbyterum Iacobum & reverentissimum Presbyterum & Oeconomum Charisium, & obsecrans accessi communicare in sancta Dei catholica & apostolica Ecclesia catholicorum fidei & orthodoxiæ, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum, & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut sancta Dei & catholica Ecclesia. Et jurans per sanctam & c vivificatricem trinitatem & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò de his aliquid prævaricatus fuero, subjacere me legum severitati. Et lecta mihi expositione, & complacens, subscripsi manu mea.

d Zenon Chorepiscopus Quartodecimanorum hæreseos, cognoscens veram fidem catholicorum, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanium & e reverentissimum Iacobum Chorepiscopum & reverentissimum Presbyterum & Oeconomum Charisium accessi ad sanctam Dei catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, præcipuè verò Quartodecimanorum, in qua prius erraveram, & consentio præscriptæ expositioni orthodoxæ fidei, anathematizans & eos qui non celebrant sanctum diem Paschæ sicut sancta catholica Ecclesia celebrat. Iurans per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum, si verò de his aliquid prævaricatus fuero unquam, subjacere me legum severitati. Manum verò accommodavi pro eo ego Flavius Palladius, ob eo quòd præsens diceret litteras se ignorare.

Pag. 295. malè 395.

Qui verò ausi fuerint. *Paris. & Divion.* Qui verò ausus fuerit.

ea quæ sunt. *Hæc desiderantur in codice Parisiensi. In Divionensi sunt addita supra lineam.*

clericum verò. *Iidem libri:* clericus verò similiter cadat à clericatu.

& ipse anathematizetur. *Ibidem*, sit anathema.

Pag. 296. malè 396.

Lecta sunt etiam. *Hic titulus his gestis insertus est ab editoribus Romanis. Non extat autem in superioribus editionibus, neque in codicibus calamo exaratis.*

dogmatibus. *Veteres libri*, dogmate. *Sic etiam in gestis Concilii Ephesini suprà pag.* 471. & 536. & *apud Marium Mercatorem pag.* 625. *Sic etiam in locis sequentibus.*

significativa. *Hanc mutationem, ut opinor, editores Romani acceperunt ex antiqua versione Concilii Ephesini. Ceterum omnes libri veteres & editiones Concilii Chalcedonensis legunt* significationes.

factum ex muliere. *Divionensis & Parisiensis addunt*, factum sub lege.

& quæ peperit. *Divion.* & Christi mater virgo. *& in margine*, al. & quæ peperit Christum virgo.

suspectum habeo. *Idem codex & Paris.* suspicor. *& in margine Divionensis*, al. suspectum habeo. *Vetus interpres Concilii Ephesini*, suspicor.

quod dixi. *Mendum editionis Labbeanæ. Repone:* quomodo quod dixi. *Ita omnes libri & editiones.*

Iesum Christum & filium & Dominum. *Conjunctiones in hoc loco addidere. Romani. Nam superiores editiones habent:* Iesum Christum, filium, Dominum. *Sic etiam vetera exemplaria & Marius Mercator.*

Surge, tolle Deum. *Corb.* Surgens tolle Deum.

Noli timere accipere. *Veteres libri & editiones:* Noli timere tollere. quod enim in ea natum. *Præstat referre variantes lectiones veterum codicum manu scriptorum. Sic ergo legitur in Corbeiensi:* quod enim in ea natum est, quod Græcè dicitur genethen, sive per unam en litteram sive per duas, sensui nihil præjudicat: quoniam si duas posueris en litteras, apud Græcos natus intelligitur; si verò unam, factus. quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. *In Divionensi verò sic:* quod enim de ea (al. in ea) natum est, quod Græcè dicitur γεννηθὲν, sive per unam N litteram sive per duas, sensui nihil præjudicat; quoniam si duas posueris N litteras &c. *ut in Corbeiensi. Sic etiam ferme in Parisiensi & in antiquis editionibus. Vide quæ de hoc argumento dicta sunt suprà pag.* 471.

in carne. *Veteres libri & editiones*, in utero. *Ita etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.*

a In nullo transgredi] *Parif. & in nullo transgredi catholicam fidem.*
b Vener. sacram.] Divion. & Parif. *per sanctam trinitatem.*
c Vivificatricem] Iidem libri, *omousion.*
d Zenon] Istius etiam subscriptionis Græca verba habentur suprà pag. 452.
e Reverentissimum] Codices Parif. & Divion. & hic & paulò pòst habent *religiosum.*

aliud enim est simul esse. *Veteres libri & editiones*: aliud enim est coesse illi.

docti in divinis. *Vetera exemplaria*, docti divinis.

Pag. 297.

Nusquam licentius auctoritate sua usi sunt editores Romani quàm in hac pagina, in qua mutarunt quamplurima contra veterum librorum & editionum fidem absque ulla necessitate. quod mox ostensuri sumus. Sanè fateor lectiones quas illi attulerunt extare in antiqua versione Concilii Ephesini. Sed qui Chalcedonensis synodi editionem procurabant, eam dare debebant qualis reperiebatur in antiquis libris & editionibus, non verò confugere ad externa.

aut si per unam n. *Veteres libri & editiones*: aut per unam n litteram, sicut apud Græcos, invenitur Deus. *Parisiensis legit*: aut si per unam. *In ceteris congruit cum vetustis libris & editionibus.*

posuerunt: Qui descendit. *Iidem libri & editiones*: posuerunt descendisse propter nos homines & propter nostram salutem & incarnatum esse. Quid est, incarnatum esse, non mutatum à divinitate in carne *vel* in carnem.

dicentes. *Hac vox deest in omnibus antiquis libris & editionibus.*

Apostoli & evangelistæ. *Veteres libri*, Apostoli aut evangelistæ.

inhumanationem. *Iidem libri & veteres editiones*, incarnationem.

in verbo. *Iidem libri & editiones*, in verbum.

quod dicitur. *Divion.* quod dico. *& in margine*, al. quod dicitur.

ponunt natum esse. *Iidem libri & editiones*, ponunt quia natus est.

nostram naturam. *Parif. & Divion.* nostra natura. indutus est. *Post hac verba, rursum veteres libri & editiones ponunt*, & habitavit in nobis. *Sic etiam in gestis Concilii Ephesini suprà pag. 474. & apud Marium Mercatorem pag. 616. Ex quo sequitur malè fecisse Romanos quum hanc repetitionem sustulerunt.*

gloriam ipsius. *Corb.* gloriam ejus.

Audi Paulum utraque. *Corb. & Divion. & veteres editiones*: Audi itaque Paulum prædicantem. *Parif.* Audi utraque Paulum prædicantem. *Quam lectionem confirmant ea quæ leguntur suprà pag. 473. & 617.*

Confitetur *Parisiensis*. Confitere hominem &c. Dei m prædica.

Christianitatem. *Corb. & Divion.* Christianissimum. *Ita etiam veteres editiones. Parisiensis habet* Christum. *Lectionem vulgatam confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.*

Non autem sicut. *Codices Corb. & Parif. & vetus interpres Concilii Ephesini*: sed sicut dicebamus. *Marius Mercator*: sed quemadmodum dicebamus. *Codex Parif.* Sicut dicebamus.

Pharaonis. *Corb. & Parif. & veteres editiones*, Pharaoni.

Manum meam in eum. *Veteres libri & editiones*, super eum.

Hnc sapiatur. *Iidem libri & editiones*: Hoc sentiatur. *Ita etiam paulò post.*

quod cùm in forma. *Iidem libri & editiones*, qui cùm in forma.

dicens Christus. *Divion. & Parif.* dicens Christum. *Marius Mercator*: sed cùm dicat Christum.

qui ea quæ dicuntur. *Parif. & Divion.* quia verba ad naturas relata dupliciter dividuntur. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

quia dominus. *Veteres libri*, quoniam dominus. *Divion.* quoniam dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. *Sic etiam apud Marium Mercatorem pag. 627.*

Propter indoentem. *Codex Corbeiensis*: Propter induentem veneror enim quem induit indumentum. *Parif. & Divion.* Propter induentem veneror indumentum. *Divion. in margine*, al. veneror enim eum quem induit. *Veteres editiones*: Propter induentem veneror eum quem induit indumento. *ubi certum est legendum esse* indumentum.

propter absconditum. *Veteres libri & editiones*, pro occulto adoro visibilem. *Editiones tamen habent* visibile.

ideoque ejus qui non separatur. *Corb. & veteres editiones*: ideoque inseparabilis honorem non separo. *Parif. & Divion.* ideoque hujus inseparabilis honorem non divido. Divido naturas, sed venerationem unio.

de Deo. *Pessima lectio, quæ ex editione Crabbi fluxit. Miror autem eam non fuisse emendatam ab editoribus Romanis, qui pro his verbis legere potuerunt in dogmate in antiqua interpretatione Concilii Ephesini. Sic etiam habet codex Corbeiensis. Error ortus ex eo quòd in libro quo Crabbus utebatur scriptum erat tantùm* de do, *ut in Divionensi* in dō; *ex quo Crabbus effecit* de Deo. *Repone ergo*, in dogmate, *ut in gestis Ephesini Concilii pag. 474. vel* de dogmate, *ut apud Marium Mercatorem pag. 627.*

Pag. 298.

inhumanationem. *Parif. & Divion.* incarnationem. & existens. *Codex Corb. & veteres editiones*, & ens. *Neutrum autem habent Parisiensis & Divionensis.*

ne duos filios. *Veteres libri & editiones*, ut nō duos filios.

qui ad eum copulatus. *Divion. & Parif.* propter ejus conjunctionem non potest à vocabulo filii separari. A vocabulo filii dixi, non secundùm naturas. *Codex Divionensis habet editionem vulgatam in margine.*

non potest. *Ista non habentur in codice Corbeiensi, neque in antiquis editionibus.*

quoniam conjunctionem. *Veteres libri & editiones*: quoniam habet copulationem cum Christo perpetuam.

in dogmate. *Veteres libri & editiones*, de dogmate.

Inconfusibilem igitur. *Divion.* Inconfusibili igitur non serviamus copulationi.

confiteamur. *Parif. & Divion.* confitemur. *Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini.*

in homine. *Malè in Corbeiensi*, in nomine. *quam lectionem habet etiam Divionensis in margine.*

veneremur. *Iidem libri*, veneramur. *Eandem lectionem habent gesta Concilii Ephesini suprà pag. 474.*

Deo coadoratur homo. ANNOTATIO RUSTICI. Ambilingua dixit forsan dixit patri co[illegible]randum, quaternione VI. in dogmate. *Veteres libri non habent* in dogmate. *Ita etiam in gestis Concilii Ephesini & apud Marium Mercatorem.*

ipse & tentatus. *Veteres libri non habent conjunctionem, neque gesta Concilii Ephesini, neque demum Marius Mercator.*

illa copulatio. *Veteres libri & editiones*, aliqua copulatio. *In gestis Concilii Ephesini*, quædam.

propterea. *Iidem libri & codices*, propter eam.

plaudatis. *Parif. & Divion.* teneatis. *In margine Divionensis scriptum est*, al. plaudatis.

Communes igitur. *Vetera exemplaria non habent vocem* sunt.

& solis subsistentiis. *Eadem exemplaria & veteres editiones*, & tantummodo subsistentiis. *Marius Mercator habet* substantiis.

Adoro. *Divion. & Corb.* Adora.

Et poſt aliqua. *Legendum.* Et post aliquanta. Propter eum qui indutus eſt eum quem induit colo *vel* veneror. Propter abſconditum adoro viſibilem. Inſeparabilis à viſibili Deus; ideoque ejus qui non ſeparatur honorem non ſeparo *vel* divido. Separo *vel* divido naturas, ſed unio adorationem. *Iſta non habet editio Romana. Et tamen extant in omnibus antiquis codicibus & editionibus, in geſtis Concilii Epheſini tam Græcis quàm Latinis, & apud Marium Mercatorem. Et quamquam eadem habeantur paulò ſuprà, quod movere potuit editores Romanos ut ab hoc loco auferrent, non debuerunt tamen heic deleri, præſertim cùm hinc colligere poſſimus ordinem fragmentorum quaternionis* xvi. *Neſtorii.*

in utero. *Iam ſuprà monuimus pag.* 1127. & 1135. *editores Romanos poſuiſſe* in utero *ubicunque veteres libri & editiones habent* in vulva: *quod etiam in hoc loco contigit. Vide infrà pag.* 824.

hominum. *Corbeienſis & veteres editiones*, hominicolæ. *Divion. & Pariſ.* creaturæ. *Divionenſis habet in margine*, al hominicolæ.

ſuſcepto Deus eſt. *Verbum* eſt *addidere Romani. Non extat enim in antiquis editionibus, neque in codicibus manu ſcriptis.*

ex ſuſcipiente. *Iidem libri & editiones*, à ſuſcipiente.

connuncupatur. *Divion. & Pariſ.* qui nuncupatur.

de ſpiritu dicens. *Ita codex Corbeienſis. Divion.* de ſpiritu ſancto dicens. *Pariſ.* de ſpiritu ſancto dicit. *Editionem vulgatam confirmant vetus interpres Concilii Epheſini & Marius Mercator.*

Et ſi requirat quis. *Divion.* Et ſi inquitas. *Pariſ.* Et ſi requitas. *Et paulò pòſt* invenies.

una dividatur deitas. *Pariſ. & Divion.* dividitur, *Corb. & veteres editiones*, partitur.

quia ſancta ſcriptura. *Pariſ. & Divion.* quia ſancta ſcriptura unam virtutem in ſingulas dividit ſubſtantias. *Divion.* ſubſiſtentias. *Lectionem codicis Pariſienſis confirmant geſta Epheſini Concilii & Marius Mercator.*

ad demonſtrationem ſimilitudinis. *Codex Corbeienſis & veteres editiones*, in approbatione ſimilitudinis. *Divion. & Pariſ.* in approbatione omouſii. *Divionenſis habet in margine*, al. ſimilitudinis.

Et attende mihi hanc ſimilitudinem. *Divion. & Pariſ.* Et attende unam ſubſtantiam.

Pag. 299.

& cæcis reſtitutionem viſus. *Hæc in nullo veterum exemplarium habentur, neque in antiquis editionibus. Neſcio igitur unde acceperint Romani hanc additionem.*

& ſicut Apoſtolus. *Conjunctionem neque veteres libri habent, neque veteres editiones. Pariſienſis legit:* ſicut Apoſtolus de Chriſto dicens ſubjungit & dicit.

factus Pontifex. *Pariſ* factus ſacerdos. *Divion.* factus eſt ſacerdos.

Et audit. *Legendum*, Et audi. *Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.*

ſalvum facere à morte. *Divion. & Pariſ.* à mortuis ſalvum facere.

ô hæretice, quod paulatim. *Veteres libri & editiones:* quod paulatim, ô hæretice, proficit.

De quo & Lucas. *Vide quæ adnotantur ſuprà pag.* 475.

terrenæ comm. ſimilitudini. *Hoc loco Ruſticus Diaconus admonet in Acœmetenſi codice legi*, terreno commiſcens corpori. *Marius Mercator vertit*, corpore terreno commiſcens.

ex quaternione xvii. *Omnes veteres libri, ſi Divionenſem excipias, & editiones habent* vii. *In Divionenſi ſcriptum eſt* viiii. *& in margine*, al. vii. *Lectio quam plures habent, nititur etiam auctoritate geſtorum Concilii Epheſini & Marii Mercatoris.*

Exiſtente. *Pariſ. & Divion.* Conſtituto.

firmo. *Iidem libri*, firmiſſimo.

Qui manducat. *Et heic & in omnibus locis ſequentibus veteres libri & editiones conſtanter legunt* manducaverit & biberit.

additum eſt carnis nomen. *Pariſ. & Divion.* additum eſt quod carnis eſt nomen.

Et poſt alia. Sed ad propoſitum. *Iſta uſque ad* & ego in eo *non extant in codicibus antiquis, neque in editionibus Romana vetuſtioribus. Sanè Ruſticus heic admonet inveniſſe ſe in Græco codice quædam plus habente in ordine quæ in aliis non ſunt, nimirum iſta.* Et post aliqua. Sed ad propoſitum veniamus. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. *Addit Ruſticus hæc Acœmetenſes codices non habere. Extant ſuprà pag.* 476. *in geſtis Epheſini Concilii, & pag.* 629. *apud Marium Mercatorem.*

Si fortè. *Veteres libri:* Sed fortè.

mala. *Lege*, malè. *Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.*

Pag. 300.

effoderis. *Veteres libri*, effodieris. *Vetus interpres Concilii Epheſini*, verſabis. *Marius Mercator*, ſcrutatus fueris.

cùm dominico corpore. *Quamvis lectio libri Divionenſis prava ſit, referam tamen. Sic ergo habet:* ſed cum dominico corpore & ſanguine paſcetur. *& in margine*, al. paſcimur.

Cùm inimici eſſemus. *Veteres libri:* Si enim cùm inimici eſſemus. *Sic etiam veteres editiones, niſi quod habent* etiam *pro* enim.

Conſidero. *Malè in Divionenſi*, Conſentio. *Sed tamen idem habet in margine*, Conſidero.

noſtros populos. *Idem codex*, noſtrum populum mult. tev. poſſidentem & ferventiſſimum pietate. *Hæc lectio juvatur ex verbis Marii Mercatoris ſuprà pag.* 630.

labentes. *Veteres libri & editiones*, lubricantes.

de doctrina nobis. *Meliùs veteres libri*, vobis de doctrina. *Eodem modo legit vetus interpres Concilii Epheſini, eodem Marius Mercator.*

Quæ ipſe locutus eſt. *Certum eſt editores Romanos iſta non accepiſſe ex antiquis editionibus ſynodi Chalcedonenſis. Certum quoque eſt ea non extare in antiquis exemplaribus quibus nos utimur. Acceperunt ergo ex veteri verſione Concilii Epheſini, ubi extant. Vide ſuprà pag.* 477.

Sequebantur in antiquis editionibus ſubſcriptiones Epiſcoporum prioris ſynodi Epheſinæ. Verùm quia illa jam reperiebantur in geſtis ejuſdem ſynodi, quamvis ex alia verſione, editoribus Romanis ſufficere viſum eſt ſi octo priores referrent, reliquas omitterent. Verùm quia illa deſcripta ſunt integra inter acta Concilii Chalcedonenſis etiam in antiquis exemplaribus & apud Marium Mercatorem, & nobis non puto licere mutare quæ ſanctiſſimi illi viri bene rectèque pro ſua ſapientia conſtituerunt, ea præſertim quæ lecta recenſitaque ſunt in magnis Conciliis, hoc quoque dandum eſſe arbitratus ſum gravitati iſtorum ſtudiorum & litterarum noſtrarum amatoribus ut eaſdem ſubſcriptiones, in quibus etiam nonnulla habentur quæ alibi non reperiuntur, in hunc locum revocem. Sic ergo habent in antiquis codicibus manu ſcriptis.

Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ ſubſcripſi.

[a] Arcadius Episcopus & legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Iuvenalis Episcopus Hierosolymæ subscripsi.
[b] Memnon Episcopus Ephesius subscripsi.
Projectus Episcopus & Legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Philippus Presbyter sedis apostolicæ atque Legatus subscripsi.
Firmus Episcopus Cæsariensis subscripsi.
Theodorus Episcopus Ancyritanus subscripsi.
Berinianus Episcopus Pergensis metropolitanus [c] per Timotheum Episcopum subscripsi.
Severus Episcopus Synnadensis subscripsi.
Perigenes Episcopus Corinthiensis subscripsi.
Iconius Episcopus Gortynensis Cretæ subscripsi.
Reginus Episcopus Constantiæ Cypri subscripsi.
Acacius Episcopus Meletinus subscripsi.
Palladius Episcopus Amasenus subscripsi.
Heremianus Episcopus Myrensis subscripsi.
Valerianus Episcopus Iconiensis subscripsi.
[d] Pius Episcopus metropolis Pisinuntensis subscripsi.
Cyrus humilis Episcopus Aphrodisiensis subscripsi.
Amphilochius Episcopus Sidensis metropolis subscripsi.
Mæonius Episcopus Sardensis subscripsi.
Hellanicus Episcopus Rhodensis subscripsi.
Dalmatius Episcopus Cyzicenus subscripsi.
Flavianus Episcopus Philippensis subscripsi.
Aristonicus Episcopus [e] Laodicensis subscripsi.
Patalius misericordia Christi Episcopus Chii subscripsi.
[f] Idduas Episcopus Smyrnensis subscripsi.
Olympius Episcopus Claudiopolitanus per Episcopum Epiphanium & Eusebium subscripsi.
[g] Dinatus Episcopus Nicopolitanus veteris Epiri subscripsi.
Domninus Episcopus [h] Cotiaiensis subscripsi.
Eustachius Episcopus Docimiensis subscripsi.
Epiphanius Episcopus Gratiensis subscripsi.
Gregorius Episcopus Cerasuntinus subscripsi.
Helladius Episcopus Adramyttinus subscripsi.
Anysius Episcopus civitatis Thebanæ Helladæ subscripsi.
Domnicus Episcopus [i] Opontinus subscripsi.
Callicrates Episcopus Naupactenus subscripsi.
Nicæas Episcopus Megarensis subscripsi.
Callinicus Episcopus Apamenus subscripsi.
Petrus humillimus Episcopus Prusensis subscripsi.

Euprepius Episcopus [k] Byzensis subscripsi.
Dion Episcopus Thebæus subscripsi.
Perrebius Episcopus Thessalonicensium [l] Sardorum subscripsi.
Paulus Episcopus Antidonensis subscripsi.
Theodorus Episcopus Magnisiæ civitatis subscripsi.
Eusebius Episcopus Heracliensis subscripsi.
Iohannes Episcopus [m] Lesbo Portoselenensis & Litorum subscripsi.
Thomas Episcopus Derbensis subscripsi.
[n] Senecion Episcopus Scodrœæ civitatis subscripsi.
Tribonianus Episcopus Primopolitanæ sanctæ Dei Ecclesiæ subscripsi.
Martyrius Episcopus Hilistriensis subscripsi.
Anysius Episcopus Colubrassenæ civitatis subscripsi.
Acacius Episcopus [o] Cotennæ civitatis subscripsi.
Ablabius Episcopus Amotiensis subscripsi.
Philippus Episcopus Pergamensis subscripsi.
Heracleon & Theophilus Episcopi [p] Tralensis civitatis subscripsimus.
Daphnus Episcopus Magnisiæ Mæandri subscripsi.
Eusebius Episcopus Magnisiensis Sipylæ civitatis subscripsi.
Andreas humilis Episcopus [q] Cherrisensis subscripsi.
Paulus humilis Episcopus Lampenæ civitatis subscripsi.
Eutropius humilissimus Episcopus Evazonensis subscripsi.
Severus minimus Episcopus provinciæ Pisidiæ Sozopolis subscripsi.
Silvanus Episcopus Cerataponensis subscripsi.
Commodus minimus Episcopus Tripolis subscripsi.
Constantinus Episcopus [r] Diocletianopolitanus subscripsi.
Nestorius Episcopus Sionensis subscripsi.
Aphobius minimus Episcopus [s] Coloensis subscripsi.
[t] Dioscos Episcopus Thyaterenæ civitatis subscripsi.
Paulus Episcopus [u] Deddianæ civitatis subscripsi.
Limenius Episcopus [x] Eptenæ civitatis subscripsi.
Dorotheus Episcopus [y] Myrrenensis subscripsi.
Theodorus Episcopus [z] Attaliensis subscripsi.
[aa] Aptonitus minimus Episcopus Heracleotanæ civitatis Lampi subscripsi.

a ARCADIUS] *Annotatio Rustici.* In Acumitensium codice Romanorum dicta Latinis verbis ita sunt ut hic.
b MEMNON] Omissus in hoc loco, postea positus est supra lineam. Quare nil mirum si repetitur infrà post Iconium Gortynensem in eodem exemplari Divionensi & in Parisiensi. Repetitus etiam eodem loco in codice Corbeiensi, sed additus supra lineam.
c PER TIMOTH. EPIS.] Hæc non habentur in codice Divionensi.
d PIUS] Rusticus admonet in Acumitensi codice legi *Pionius.*
e LAODICENSIS] In margine codicis Corbeiensis ita scriptum est : *Laodicea Frigia puto verius habet.*
f IDDUAS] Codex Divion. *Cius misericordia Christi Episcopus subscripsi.* & in margine : *al. Idduas Episcopus Middensis subscripsi.*
g DINATUS] Idem codex : *Dynamius.* & in margine, *al. Dynatus*
h COTIAIENSIS] Ibidem, *Cottiaiensis.* In Parisiensi, *Cotiaensis.*
i OPONTINUS] Divion. *Potenus.*
k BYZENSIS] Paris. *Buxensis.*
l SARDORUM] Ita omnes libri nostri. Tamen Rusticus admonet in codice Acumitensi scriptum esse *saltuum.* Vide suprà pag. 558. 580. & 631.
m LESBO PORTOS.] Ita codex Corbeiensis. Divionensis habet : *Lesso Portuselenensis & lit(t)orum.* Paris. *Lessopolenensis & lotorum.* Vide suprà pag. 515. 538. & 631.
n SENECION] *Annotatio Rustici.* Et ista in codice Acumitensi Latinè iacet.
o COTENNÆ] Codex Divion. *Cotina.*
p TRALENSIS] Idem codex, *Trallina.*
q CHERRISENSIS] Hæc est lectio libri Corbeiensis. Divionensis habet *Chesonensis*, Paris. *Ceronsensis.*
r DIOCLETIANOP.] Divion. *Diodisiopolitanus.*
s COLOENSIS] Divion. *Eddiana.* & in margine, *al. Coloensis*
t DIOSCOS] Idem, *Dioscorus.*
u DEDDIANÆ] Paris. *Delbiana*
x EPTENÆ] Idem codex, *Septena.* Ita etiam Divionensis.
y MYRRENEN.] Paris. *Mirinensis*, Divion. *Myriensis.*
z ATTALIENSIS] Rusticus admonet *Catalia* scriptum esse in codice Acumitensi
aa APTONITUS] Divion *Aphtonius humilis Episcopus Heracl. civ. provincia Lappi.* Divion. *provincia Lappi.*

Spudasius minimus Episcopus [a] Cercomensis subscripsi.

Philetus minimus Episcopus [b] Amuzonis subscripsi.

Docimasios Episcopus Maroniæ subscripsi.

Ennepius Episcopus Maximianopolitanus subscripsi.

Euthalius Episcopus Colophoniensis subscripsi.

Lucianus Episcopus [c] Toburensis subscripsi.

Rufinus Episcopus Tabiæ civitatis subscripsi.

Romanus Episcopus [d] Rafiæ civitatis subscripsi.

Fidus Episcopus Ioppis subscripsi.

Esychius Episcopus [e] Doracenæ civitatis subscripsi.

Timotheus Episcopus Termissæ & Eodociadæ subscripsi.

Eucharius Episcopus [f] Dyrracenæ civitatis subscripsi.

Evagrios Episcopus [g] Solonensis civitatis insulæ Cypri subscripsi.

Nectarius Episcopus Casonensis civitatis subscripsi.

Agathocles Episcopus Coroniæ civitatis subscripsi.

[h] Azanus Episcopos Sycamazonensis subscripsi.

Ædesius Episcopus [i] Pisidonensis subscripsi.

Secundinus Episcopus Laminensis subscripsi.

Nunechius Episcopus Selgensis subscripsi.

Maridianus Episcopus Coracisiensis subscripsi.

Cyrillus Episcopus [k] Cilinensis per manus Hellesponti Presbyteri subscripsi.

Sapricius Episcopus Paphi Cypri insulæ subscripsi.

[l] Themistius minimus Episcopus Iasensis subscripsi.

Promachius minimus Episcopus Alindunensis civitatis subscripsi.

Eudoxius Episcopus Chomatensis civitatis subscripsi.

Libanius Episcopus veteris civitatis subscripsi.

[m] Tarianos Episcopus Lyrbensenæ civitatis subscripsi.

Alexander Episcopos Arcadiopolis subscripsi.

Theodotus Episcopus Nisensis subscripsi.

Rhodon Episcopus veteris civitatis subscripsi.

Tychius minimus Episcopus Erythreæ civitatis subscripsi.

Eugenius Episcopus Apolloniadæ civitatis subscripsi.

[n] Æticius Episcopus Pæoniensis Hellesponti subscripsi.

Timotheus Episcopus Thermensis Hellesponti.

Archelaus [o] minimus Episcopus Myndunensis subscripsi.

Apelles humilis Episcopus Cybirræ civitatis subscripsi.

Philadelphius minimus Episcopus Trajanopolis subscripsi.

Eutherius humilis Episcopus [p] Stratoniciæ Lydiæ provinciæ subscripsi.

Iohannes minimus Episcopus Aureliopolis civitatis subscripsi.

Maximus minimus Episcopus Cymensis subscripsi.

Modestus Episcopus Aneatenæ civitatis subscripsi.

[q] Theodosius humilis Episcopus Mastaorensis subscripsi.

Thomas Episcopus Valentinianopolitanus subscripsi.

Euschius Episcopus Clazomenitanus subscripsi.

Eusebius Episcopus Asponensis subscripsi.

Fuphorus Episcopus Hypeponensis civitatis subscripsi.

Sadus Episcopus Phenusensis subscripsi.

Domnus Episcopus Orcistensis subscripsi.

Iohannes Episcopus Augustopolitanus subscripsi.

Petrus Episcopus Parembulensis subscripsi.

Natiras Episcopus Gazæ subscripsi.

Zenon Episcopus Curiensis civitatis subscripsi.

Evoptius Episcopus Ptolomaidæ [r] Pentapolis subscripsi.

Macarius Episcopus Mitilinensis subscripsi.

Eusebius Episcopus Pelusiensis subscripsi.

Hermogenes Episcopos Rinocurensis subscripsi.

Marinus Episcopus [s] Heliopolitanus subscripsi.

Iohannes Episcopus Ephestensis subscripsi.

Heraclius Episcopus Tamiarensis subscripsi.

Strategius Episcopus [t] Athlibiensis subscripsi.

Aristobulus Episcopus Ithimuensis subscripsi.

Theon Episcopus Heraclæ Sethroiti subscripsi.

Solon Episcopus civitatis [u] Choraliensis subscripsi.

Alypius Episcopos Selenuntensis subscripsi.

Macedonius Episcopus Xoensis subscripsi.

Petrus Episcopus Oxurynchensis subscripsi.

Metrodorus Episcopus Leontensis subscripsi.

Paulus Episcopus Fragonensis subscripsi.

Ammonius Episcopus Panephisensis subscripsi.

Publius Episcopus Olbiensis subscripsi.

Hieracus Episcopus [x] Aphnanensis subscripsi.

Samuel Episcopus Disteensis subscripsi.

Soparros Episcopus Lybiæ Septimiacæ provinciæ subscripsi.

Isaac Episcopus Elearchiensis subscripsi.

Isaac Episcopus Tavensis subscripsi.

Heraclius Episcopus Elearchiæ subscripsi.

[y] Theon Episcopus Psinchensis subscripsi.

Cyrus Episcopus Achaiæ subscripsi.

Eulogius Episcopus Terenuitensis subscripsi.

Alexander Episcopus Cleopatridæ subscripsi.

[a] CERCONISNSIS.] Parif. *Cerumiensis*, Divion. *Curamensis*.

[b] AMVZONIS] Rosticus tradit in codice Acumitensi legi *Amazona*.

[c] TOBIRENSIS] Parif. *Topiru civitatis*.

[d] ROFIÆ] Ita codex Corbeiensis. Alii habent *Rufio*. In codice Acumitensi, ut docet Rusticus, legebatur à *Rufiæ*.

[e] DORACENÆ] Parif. *Paria* Divion. *Putria*.

[f] DYRRACENÆ] Corb & Parif. *Doracena*.

[g] SOLONEN] Divion *Sulonensis*.

[h] AZONVS] Parif *Iohannes* Suprà pag. 511 *Ajannes*.

[i] PISIDONEN] Idem, *Sidonensis*.

[k] CELINENSIS] Divion. *Cyrilinensis*.

[l] THEMISTIVS] Divion. *Themistius humilis Episcopus Iasensis* Idem & Parisiensis legunt *humilis* in sequenti subscriptione

[m] TARIANVS] Malè in Divionensi & Parif. *Trajanus* Malè etiam suprà pag. 632.

[n] ÆTICIVS] Ita codex Corbeiensis Reliqui habent *Ætius*.

[o] MINIMVS] Parif. *humilis*. Sic etiam in subscriptionibus Philadelphii, Ioannis, Maximini.

[p] STRATONICIÆ] Hic codex Parif. habet *Trajanopoli*, & in subscriptione Philadelphii *Stratonicia Lidia*.

[q] THEODOSIVS] Parif *Theodorus*.

[r] PENTAPOLIS] Corbeiensis & Parisiensis addunt *provincia*

[s] HELIOPOLIT] Parif. *Iuliopolitanus*.

[t] ATHLIBIEN] Divion. *Achimensis*.

[u] CHORALIEN] Parif. *Caraliensis*. Divionensis habet: *Solon Episcopus Elonuntensis*. & in margine, *al. Choraliensis*.

[x] APHNAN.] Idem codex, *Planutensis*.

[y] THEON] Idem, *Theonas*. Divion. *Thomas*.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

[a] Silvanus Episcopus Cobritensis subscripsi. Ego verò Heraclius Episcopus pro eo subscripsi, eò quòd iofirmabatur.

Adelphius Episcopus Onuphensis subscripsi.

Abraham Episcopus Ostracinensis subscripsi.

Athanasius Parali Episcopus subscripsi.

a Adelphius Episcopus Sensis subscripsi.

Lampetius Episcopus Casiæ civitatis subscripsi.

Chrysaorius Episcopus Aphroditensis subscripsi.

Ammonius Episcopus Borucnsis subscripsi.

Eutychius Episcopus Theodosiopolitanus subscripsi.

Venantios Episcopus Gerapolitanæ civitatis subscripsi. Subscripsi verò per Notarium meum Theodosium.

Zenobius Episcopus Barcenæ civitatis subscripsi.

b [b] Zenon Episcopus Teuchirensenæ civitatis subscripsi.

Eusebius Episcopus Nilopolitanæ civitatis subscripsi.

Heraclius Episcopus Heracliæ superioris subscripsi.

Macarius Episcopus Antenæ civitatis subscripsi.

Savinus Episcopus Panusensis subscripsi.

Athanasius Episcopos civitatis Scipsiæ subscripsi.

Philumenus Episcopus Cinnensis subscripsi.

c d [c] Felix Episcopus [d] agens vices apostolicæ sedis civitatis Apolloensium & Bellidiensium subscripsi.

Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ Tomitanæ civitatis subscripsi.

e [e] Paulianos Episcopus Maiumæ subscripsi.

Phybamon Episcopus Coptuensis subscripsi.

f Zenobius Episcopus [f] Consensis civitatis subscripsi.

Pabiscus Episcopus Apollonensis subscripsi.

Andreas Episcopus Hermopolitanos subscripsi.

g [g] Phaneas minimus Episcopos Arpasensis subscripsi.

h Theosebius Episcopus [h] Priensis civitatis subscripsi.

Maximus Episcopus Asiæ subscripsi.

Theoctistus Episcopos Phociensis subscripsi.

Hermolaus minimus Attudensis subscripsi.

Theodorus Episcopus Gadarensis per alterius manum, id est, [i] Ætherii Archidiaconi, subscripsi. i

Athanasius Episcopus Pari insulæ subscripsi.

Paulus Orymnensis Episcopus subscripsi.

Timotheus Episcopus Briolensis subscripsi.

Daniel Episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi.

Asclepiades Episcopus Trapezopolitanus subscripsi.

Theodorus Episcopus civitatis Echineensis subscripsi.

Bessula Diaconos Ecclesiæ Carthaginiensis subscripsi.

Stephanus Episcopus Theopolitanus Asiæ provinciæ subscripsi.

[k] Cæsarius [l] Chorepiscopus [m] Arcesenæ civitatis subscripsi. k l m

Theodulus Episcopus Elusensis subscripsi.

Theodorus Episcopus Ariddelensis subscripsi.

Leroius Episcopus Libyadæ subscripsi.

Aristocritus Episcopus Olympi subscripsi.

Post has subscriptiones Crabbus & ceteri usque ad editionem Romanam nonnulla habent Cyrilli Alexandrini adversus Nestorii blasphemias quæ rectè omissa sunt in editione Romana & in aliis quæ ex illa emanarunt. Non extant enim in antiquis exemplaribus, sive Græcis, sive Latinis.

Et cùm legerentur, accensis cereis, Constantinos devotissimos secretarius sacri consistorii ex eadem scheda recitavit ita.

Dioscorus Episcopus Alexandriæ &c. *ut in eadem pagina 300. hujus tomi quarti.*

Si quis præter hæc dixerit. ANNOTATIO RUSTICI DIACONI. Falsavit sanctæ synodi verba Dioscorus, simul & terruit Episcopos & compulit. *Locus Ephesinæ synodi ad quem respicit, ut reor, Dioscorus, extat suprà in hac nostra collectione pag. 535. & 625. ubi post actionem de Charisio legitur:* His igitur recitatis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere præter illam quæ definita est à sanctis patribus qui Nicæam per spiritum sanctum convenerunt. *Conjecturam nostram confirmant verba Dioscori relata infrà pag. 304. & verba Quintilli Episcopi Heracleæ infrà pag. 307. qui docet ista decreta ab Ephesino primo Concilio fuisse in actione in qua damnatus est Nestorius.*

Pag. 301.

sub scripris dicat. *Codices Paris. & Divion. non habent vocem* sub.

Non enim possumus. *Iidem libri:* Possimusne præter hæc aut quærere aut retractare? *Eadem habentur in margine editionis Romanæ.*

Dicat igitur unusquisque. ANNOTATIO RUSTICI. Hic & contra beati Cyrilli unitivam epistolam & ipsum sententias protulerunt.

abominor. *Veteres editiones,* abominabor. *Sic etiam in codice Parisiensi. Divionensis habet* abominamur.

& credo. *Legendum,* & credidi & credo. *Mendum est editionis Labbeanæ.*

consentimus. *Omnes veteres libri & editiones habent* consensimus.

minimè esse catholicos. *Divion.* non eos catholicos esse credo.

Morbum in veritate. *Idem codex:* Morbum aliquando in veritate. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine; sed idem malè in textu,* inventae.

impietatem fidei. *Vox* fidei *desideratur in codice Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.*

a SILVANUS] Divion. *Cubanas Episcopus Iobitensis.* & in margine, *al. Silvanus Episcopus Cobrutensis.* Acœmetensis codex, ut docet Rusticus, habebat *Bochrithensis*

b ZENON] Divion *Zeon Episcopus Cerenæ civitatis.* & in margine, *al. Teuchirensena.*

c FELIX EPISCOPUS] Cùm hic Episcopus dicatur agere vices apostolicæ sedis, & pro *Apollorasium* sive *Apolloniensium*, ut habent alii codices, scriptum sit in Divionensi *Bonosensium*, non absurda fortassis conjectura fuerit si quis hæc referat ad Felicem Episcopum Bononiensem, qui hac omnino ætate vivebat, & dicitur obiisse anno Christi CCCCXXIX. Hanc conjecturam confirmare potest & annotatio Rustici Diaconi, qui ita scribit ad hanc subscriptionem: *Et ista Latina est* (nimirum in codice Acœmetensium) *ita* · *Felix Episcopus civitatis Apolloniensium & Bellediensium subscripsi.* Cùm enim subscripserit Latinè, argomentum est eum fuisse Episcopum occidentalem.

d AGENS VIC. AP. SEDIS] Hæc non habentur in codice Parisiensi

e PAULIANUS] Paris. *Paulinianus.* Divion. *Paulus.* & in margine, *al. Paulianus.* Acumitensis habebat *Paulinus*, teste Rustico. Vide suprà pag. 633.

f CONSANSIA] Paris. *Cossensis*, Divion. *Anosensis.*

g PHENSAS] Paris. *Phaneas humilis.* Sic etiam Divionensis. Item in Hermolao.

h PRIENSII] Paris. *Periense*, Divion. *Pteiensis.*

i ÆTHERII] Paris. & Divion. *Ætherii.*

k CÆSARIUS] Ita codices Corbeiensis & Divionensis. At Parisiensis habet *Cerasius.*

l CHORSPISCOPUS] Idem codex, *Episcopus.* Ita etiam Divionensis, qui habet in margine, *al. Chorepiscopus.*

m ARCESENÆ] Codex Paris. *Arcensisse.*

& auctoritate eorum qui exposuerunt. *Divion. & Parif.* & in dignitate credulitatis decretorum.

sanctissimis. *Veteres libri & editiones*, sanctis.

Et fidei. *Mendum item editionis Labbeana. Omnes alia & omnes libri veteres habent:* Et fidei.

esse credo; eos qui præter. *Legendum*, esse credo: & eos qui præter. *Sic omnes editiones & omnia vetera exemplaria. Erratum ergo primò est in Labbeana.*

quæ confirmata sunt. *Editio regia, quam sequebatur Labbeus:* quæ & confirmata sunt. *Sic etiam in Romana. Codices Divionensis & Parif.* & quæ confirmata sunt, *Corb.* & confirmati sunt.

Pag. 302.

Eulogio Presbytero. ANNOTATIO RVSTICI. Nota Eulogium ibi accusatorem.

ausi fuerint. *Divion. & Parif.* ausus fuerit; *& paulò post*, alienum.

Iulianus. *Et hic quoque* Iulius *habent omnia vetera exemplaria & editiones Crabbi. Surius reposuit* Iulianus. *Vide quæ suprà dicta sunt ad caput* XI. *eorum quæ ante gesta præmissa sunt, pag.* 1017.

Iulius. ANNOTATIO RVSTICI. Nota interloquutum sedis apostolicæ vicarium inter Eutychis approbatores quem in Concilio vanitatis dicat Frontinianus insanus.

Lydiæ. *Veteres libri*, Lyddensi. *Sic etiam paulò post in interlocutione Hilari Diaconi.*

neque sapimus. *Adde*, neque sapiemus. *Ita omnes libri veteres & omnes editiones. Mendum est typographicum Labbeana.*

sequemur. *Codex Parif.* sequi. *Sic etiam Divionensi; & in margine*, al. sequemur.

permitteremus. *Codex Corb. & veteres editiones*, permittimus.

Pag. 303.

faciens verbum. *Ita codex Divionensis. Parif. habet* verba, *Corb.* verbo.

sanctissimo. *Parif. & Divion.* reverentissimo.

Apameæ. *Corb. & Parif. & veteres editiones*, Apamenæ. *Divionensis*, Apamiæ.

quæ nuper nobis lecta. *Parif. & Divion.* quæ nuper nobis à sanctis patribus lecta est expositio.

Cyrus. *Codex Corb.* Cyrrus. *Sic etiam suprà alicubi, & infrà pag.* 305.

puerili ac monachali. *Puto sinceriorem esse lectionem veterum exemplarium, in quibus scriptum est* puerili monachili. *Pueri enim tunc mittebantur ad monasteria ex voto parentum. Divionensis codex præfert* puerili monachali, *& in marg.* al. monachili.

Pag. 304.

Lydiæ. *Veteres libri*, Lyddæ.

definita. *Veteres libri & editiones*, definita est.

fui. *Parif. & Divion.* factus sum. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

congregati. *Reponendum*, congregati sunt. *Hæc ultima vox excidit typographis qui Labbeanam editionem excuderunt.*

Hilarus Diaconus. ANNOTATIO RVSTICI. Eadem dicenda etiam de sancto Hilaro. *nimirum eadem quæ paulò suprà annotavit Rusticus ad interlocutionem Iulii, post quam sequitur ista annotatio ad interlocutionem Hilari.*

Romanæ. *Legendum*, Romanæ Ecclesiæ. *Et hoc quoque connumerandum est inter errata typographica editionis Labbeana.*

quam quæ à sancta. *Veteres libri & editiones*, quàm à sancta synodo quæ in hac Ephesia civitate à sanctis patribus.

ô vos sanctissimi. ANNOTATIO RVSTICI. Sanctissimi habetur in Græco. Iterum petit sanctus Hilarus ut beati Leonis epistula relegatur.

ô vos. *Hæc non extant in codice Parisiensi. Non extitisse autem olim in Divionensi illud indicio est quod addita sunt supra lineam.*

Antipatridis. *Veteres libri*, Antipatridæ.

confirmavit, & hanc. *Conjunctionem non habent codices Parisiensis & Divionensis.*

tradi. *Iidem codices*, tradere. *Vulgata lectio extat in margine Divionensis.*

certis subjecit damnationibus. *Divion.* subjaceant.

ita ut si Episcopi. *Parif. & Divion.* ita tamen ut si Episcopi.

alieni sint ab episcopatu. *Corb. & Divion.* alieni sint episcopatu & clerici clericatu.

removantes. *Veteres libri*, removentes.

Flavianus. ANNOTATIO RVSTICI. Præproperè etiam secundùm se ante illum quod Episcopum d. quàm de episcopatu deiceret circa se.

Dorylæi. *Veteres libri*, Dorylensis.

& scandali. *Conjunctio non extat in Divionensi & Parisiensi exemplaribus.*

Certum est hos. *Vox est desideratur in libro Divionensi.*

Pag. 305.

ab omni. *Codices Parif. & Divion. non habent* ab.

judicamus. *Corb.* judicavimus.

religiosissimorum. *Divion. & Parif.* reverentissimorum.

Flavianus Episcopus dixit. *Divion. & Parif. & veteres editiones:* Flavianus dixit.

Appello à te. ANNOTATIO RVSTICI. Possumus dicere &: Refuto te. *Gaudeo sententiam illustrissimi & eruditissimi amicissimi ac patroni quondam mei Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis, quæ extat in capite septimo libri septimi de concordia sacerdotii & imperii, nunc confirmari ex ista Rustici annotatione. Vnde manifesta vanitatis redarguuntur ea quæ adversus magnum virum dicta sunt à Ioanne Davide in libro de judiciis canonicis Episcoporum pag.* 300. *Vide Valesium ad librum secundum Evagrii cap.* 18.

Et cum legerentur,

QVÆ IN CALCHEDONA.

orientales & qui cum ipsis &c.

tu illum vindica. *Rusticus admonet in Acœmetensi codice legi:* Flavianum tu vindica. *Parisiensis habet:* Flavianum vindica.

domine tu illum. *Legendum:* Domine, Domine, tu illum. *Istud quoque mendum imputandum est typographis penes quos fuit arbitrium editionis Labbeana.*

reliqua in hunc modum. *Hæc addita sunt ab editoribus Romanis. Non extant autem in antiquis exemplaribus, neque in antiquis editionibus.*

QVÆ IN EPHESO.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymitanus &c.

& minuere. *Divion. & Parif.* aut minuere. *Corb.* aut minuare. *Et hæc quoque lectio bona est.*

aliquid. *Hæc vox non habetur in codice Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.*

Quapropter justum. *Iidem libri:* Quia hoc justum. *Sed tamen vulgata lectio extat in margine exemplaris Divionensis.*

sanctæ & universali synodo. *Iidem codices:* universali sanctæ synodo quæ nunc congregata est & sanctissimo.

alienans

alienans eos ab episcopatus. *Vocem ab certò scio non haberi in veteribus libris quibus nos utimur.*

damnanti. *Parif. & Divion.* damnans. *Sed Divionensis habet in margine*, al. damnati.

religiositatis. *Parif.* reverentiæ. *Divionensis habet* sententiæ *pro* reverentiæ. *Idem in margine*, al. vestræ religiositatis.

amabilis est semper. *Divion.* semper amabilis est.

justo judigio. *Idem codex*, justam, *& in margine*, al. justo judicio.

adversus Flavianum. *Parif. & Divion.* Flavianum quondam Episcopum.

Aphrodisiadis. *Ita editio Romana. Superiores & vetera exemplaria habent* Aphrodisiadæ. *Romana lectio est elegantior.*

præcedentibus. *Deest in libro Divionensi.*

Helladis. *Veteres libri*, Helladæ.

Pag. 307.

est collectum. *Veteres libri*, collectum est.

alienos ab omni. *Veteres libri & editiones*, alienos hos omni episcopali dignitate esse existimo.

exposita est sanctis. *Error typographicus editionis Labbeanæ. Legendum*, exposita est à sanctis.

perverterunt. *Omnia vetera exemplaria habent* subverterunt.

domini reverendissimi. *Et hoc quoque insigne mendum est editionis Labbeanæ; pro quo reponendum*, Domni reverentissimi. *Episcopus Apamenus vocabatur Domnus.*

quæ justa & legitima est in depositione. *Parif. & Divion.* in justa & legitima depositione.

prævaricari. *Codex Corbeiensis & heic & paulò post prefert* prævaricati. *Et in altero loco codex quoque Parisiensis habet* prævaricati. *Divionensis heic* prævaricare, *infrà* prævaricasse.

super se. *Parif. & Divion.* supra se.

in ea fide. *Divion.* in eam fidem.

confirmata. *Parif.* confirmata est.

sacerdotio privati. *Veteres libri & editiones*, à sacerdotio privati. *Nemo inficiari potest quin editio Romana sit elegantior.*

Pag. 308.

& justè. *Conjunctio non extat in vetustis exemplaribus manuscriptis, neque in antiquis editionibus. Addita est in Romana.*

Sed quoniam pro. *Divion. & Parif.* Sed quoniam vero pro pietate.

Lydorum. *Veteres libri*, Lyddenæ. *Editiones Romana antiquiores*, Lydden.

prævaricantur. *Parif.* prævaricati sunt.

Marianus. *Quamquam in codice Parisiensi reperiatur hæc lectio, certum tamen est eam reponendam esse inter errata editionis Labbeanæ. Nam reliqua omnes & codices Corbeiensis & Divionensis legunt* Marinianus.

Synnadensis. *Parif. & Divion.* Synnadæ civitatis *Corb.* Synnadensis civitatis.

Sequor & ego à vestra sanctitate. *Parif. & Divion.* Sequor & ego vestræ sanctitatis.

prævaricantes. *Codex Parif.* prævaricatores.

consequenter. *Hanc vocem non habet idem codex Parisiensis. In Divionensi addita est supra lineam.*

sententia, ab episcopatus. *Veteres libri*, sententia episcopatus.

Eustathius. *Divion. & Parif.* Eustatius, *Corb.* Eustachius.

à nostris sanctis. *Melius in Divion. & Corb.* à sanctis nostris.

Pag. 309.

jubens. *Parif. & Divion.* jubentibus.

omnino. *Deest in Parisiensi. Deerat etiam olim in Divionensi.*

ter beato. *Parif. & Divion.* beatissimo.

& Episcopo. *Hæc desunt in codice Parisiensi. In Divionensi addita sunt supra lineam.*

juste definitis. *Divion.* justæ definitæ sententiæ, *sed ego puto mendum heic esse & vocem* sententiæ *ab eo additam qui non videbat emendationem.*

reverendo. *Vetera exemplaria*, reverentissimo, existimo ab hujusmodi. *Eadem exemplaria*, existimo hujusmodi.

& quod prævaricati. *Legendum*, eò quòd prævaricati. *Et istud quoque reponendum est inter errata editionis Labbeanæ.*

ab episcopatus. *Vox ab deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

& alienos esse. *Corb.* & alienos eos esse. *Sic etiam Divionensis & Parisiensis.*

sacerdotali. *Eadem vetera exemplaria*, sacerdotii, congregatis. *Hanc lectionem confirmat codex Parisiensis. Malè in Corbeiensi* congregatorum, *& in Divionensi* coogregatum.

Pag. 310.

cetero ab episcopali. *Corb.* cetero episcopali.

Balaneensis. *Corb.* Balanensis, *Parif.* Valanensis, *Divion.* Balensis.

prolatæ justè. *Veteres editiones*, prolatæ justæ. *Sic etiam codices Corbeiensis & Parisiensis. Divionensis habet*, prolatæ & justæ.

in quibus. *Parif. & Divion.* eò quòd.

collecta est. *Corb.* collectæ sunt. *Divion.* collecta est. *& in margine*, al. collectæ sunt.

alienos. *Parif. & Corb.* & alienos.

Post professionem Petri Episcopi Gangrena civitatis Rusticus quandam notam apposuit, & dein aliam ante prosecutionem Basilii Episcopi Trajanopolitani; in margine verò ita ahmenet. A signo hoc usque ad signum istud in meo & in Acumitensi Græco non est. In alio tamen Græco sic inveni ut hîc in Latino jacet. *Eandem annotationem suis verbis posuit Crabbus, in quibus tamen non omnia expressit quæ apud Rusticum habentur. Crabbi admonitionem Romani sustulerunt. Itaque in codice Rustici & in Acœmitensi detrant prosecutiones Eutychii, Claudii, Simeonis, Heliæ, & Lucæ.*

Anchiaxi. *Parif.* Anciasmi. *Istius Episcopi prosecutio deest in libro Corbeiensi. Non deest sane in Divionensi, sed scriptori excidit nomen loci ubi ille Episcopum agebat.*

Amiæ. *Repone* Amidæ. *Error est editionis Labbeanæ. Parif. & Divion. habent* Amidiæ, *Corb.* Amiddæ.

Asiæ. *Hæc vox deest in Corbeiensi & Divionensi exemplaribus. Integra verò istius Episcopi interlocutio desideratur in Parisiensi.*

Maroneæ. *Omnia vetera exemplaria legunt* Maroniæ.

Sebastæ. *Veteres libri & editiones*, Sebastiæ.

Quæ prolata est à sanctis. *Veteres libri*, quæ prolata est sententia à sanctis. *Sed iidem codices non habent paulò post* sententiæ.

similiter. *Veteres libri*, similia.

Himerorum. *Iidem libri*, Himeriæ.

Eulogio. ANNOTATIO RUSTICI. Rursus Eulogius accusator ibat, homicidium prædicat, verùm etiam gladio submitti. *Crabbus in margine posuit hanc annotationem.* Atrox sententia, & carnifice magis quàm Episcopo digna. *Surius delevit*,

quia hauddubiè illam non inveniebat in suis exemplaribus. Sanè eam non reperi in illis ad quæ synodum istam Chalcedonensem recenseo. Quare suspicor non esse Rustici, sed Crabbi.

Pag. 311.

videntes eos qui ante se fuerunt. *Divion.* videntes qui ante se; *sed postea, adjectis aliquot vocculis supra lineam, factum est*, videntes eos qui ante se fuerunt. *Pro his autem Parisiensis habet tantùm*, videntes priores.

alienos ab episcopatus. *Veteres libri*, alienos episcopatus.

multis millibus malis. *Iidem libri*, multorum milium malorum.

Athanasius. *Parisiensis & Divionensis habent* Thalassius. *Sed melior est editio vulgata.*

ut qui non permanserunt. *Codex Parisiensis non habet vocem* ut. *In Divionensi addita est supra lineam.*

& similia decerno. *Divion. & Paris.* & similia profiteor.

Lyddæ. *Paris.* Lyddiæ. *Divion.* Lydiæ.

nihil ab aliquo. *Veteres libri*, nihil à nullo.

vel in eo. *Malè in Corbeiensi & in Divionensi*, vel in ea.

statuta sunt. *Codex Paris.* constituta sunt.

reverendissimum. *Paris. & Divion.* religiosum.

feci. *Divion.* facio.

definitiones. *Idem codex*, definitionem.

etiam alieni. *Veteres libri*, alieni & à me episcopali dignitate facti sunt.

Majumensis. *Amor elegantiæ hanc lectionem nobis protulit. Veteres enim editiones & libri calamo exarati habent* Majumenæ.

Flavium. *Lege*, Flavianum. *Et hoc quoque commeretur inter errata typographica editionis Labbeanæ.*

patrum in Nicæa. *Vetera exemplaria:* patrum qui in Nicæa & qui pridem in Epheso convenerunt.

damnati à nunc. *Eadem vetera exemplaria*, damnati sunt à nunc esse ab episcopali. *Corb.* esse episcopali. *Divion. & Paris.* eos esse episcopali.

patrum qui in Nicæa. *Corb.* patrum eorum qui in Nicæa & qui in Epheso. *Paris.* patrum eorum qui in Nicæa & qui hic Ephesi. *Sic etiam Divionensis.*

& prævaricati sunt. *Codices Divion. & Paris. & Crabbus*, sed prævaricati sunt.

mutilarunt. *Paris.* mutilaverunt.

Pag. 312.

etiam à me dignitate. *Codex Corb.* & à me episcopali dignitate. *Divion.* & à me episcopali dignitate alienati sunt sanctis patribus concordante. *Paris.* & à me episcopali dignitate sunt alienati à sanctis patribus concordante.

Pergensis. *Veteres libri & editiones*, Pergenæ.

damnandi sunt. *Paris.* damnati sunt.

audacter. *Veteres libri*, audaciter.

abscindere. *Crabbus scripsit* abscidere; *satis indicans se* abscidere *legisse in suis exemplaribus. Qui Crabbum secuti sunt*, abscindere *posuerunt, nullam litterarum differentiam notantes. Ceterùm omnes libri nostri h[illegible]t* abscidere.

ab om[illegible]. *Vetera exemplaria non habent vocem* ab.

definita sequens. *Divion. & Paris.* definitis sequens.

Tiberiadis. *Omnes veteres*, Tiberiadæ.

Zoarensis. *Iidem libri*, Zoronensis.

qui iis quæ. *Ibidem*, qui ea quæ.

deciderunt. *Divion.* decident.

justa & Deo amabilia. *Paris.* Iuste Deo amabilia.

à patribus. *Corb.* quæ à patribus. *Divion. & Paris.* quæ à sanctis patribus.

recte de fide. *Paris. & Divion.* rectæ fidei.

Phaneensis. *Corb.* Phænusensis. *Paris.* Funisensis. *Divion.* Phynesensis; *& in margine*, al. Facinusensis. *quæ prava lectio confirmat eam quæ extat in codice Corbeiensi.*

Smyrnensis. *Paris.* Mirensis. *Divion.* Myronensis; *& in margine*, al. Emyrnensis. *quæ est lectio libri Corbeiensis.*

prævaricati sunt catholicam. *Corb.* prævaricati sunt ad catholicam. *Sic etiam in suis libris habuisse Crabbum hinc colligitur quod ita edidit:* prævaricati sunt ad catholicam. *Surius vocem* ad *sustulit. In codice Divionensi scriptum est:* catholicæ religionis regulas; *& in margine*, al. catholicam religionem.

Constantius. *Paris.* Constantinus.

quia ad acerbissimum. *Veteres libri & Crabbus*, qui ad acerbissimum. *Primus Surius edidit* quia.

Pag. 313.

Zebennus. *Paris.* Zeennus. *Divion.* Zosinus Episcopus Bellensis; *& in margine*, al. Zebennus.

feci ab omni. *Veteres libri*, feci omni.

Bachatensis *Divion. & Paris.* Bacatensis. *Corb.* Bacthronensis. *Vide infrà pag. 321.*

reverendissimum. *Divion. & Paris.* religiosum.

& ego cognoscens. *Paris.* cognoscens & ego ex lectis mihi monumentis. *Sic etiam olim Parisiensis, sed postea sic emendatum est ut legeretur* relectis.

alienos eos feci. *Iidem codices*, alienos eos feci omni sacerdotali dignitate. *Itaque Flaviani & Eusebii nomina non repetuntur isthic.*

Antipatridis. *Veteres*, Antipatridæ.

extranei sint à sacerdotio. *Paris.* extranei sint sacerdotio.

Libyadis. *Corb. & Paris.* Libiadæ, *Divion.* Libidæ.

Auxilaus. *Corb. & Paris. & veteres editiones*, Auxolaus. *Divion.* Antonius.

fœderatorum. *Hanc vocem non habet exemplar Parisiense. Addita verò est supra lineam in Divionensi.*

Platææ. *Paris.* Platenæ.

& Eusebium. *Paris.* & Eusebium quendam, *supple*, Episcopos.

& ego concors sententiæ factus sum. *Divion.* & ego concors effectus sum; *& in margine*, al. sententiæ factus sum.

Æglensis. *Paris.* Egensis.

& propter. *Paris.* quapropter.

Pag. 314.

Adramyrenæ. *Malè in Paris.* Adrumentinæ.

Et ego consentio. ANNOTATIO RUSTICI. Et iste contra ordinem quoque.

Flaviani. *Paris.* in Flaviani.

& alienos istos. *Idem codex*, & alienos eos.

judico ab omni. *Omnia vetera exemplaria*, judico omni.

Lebedensis. *In Divionensi scriptum est* Beledensis *per transpositionem literarum.*

Concors & ego. *Sic etiam infrà in prosecutionibus Eutropii Pergamensis & Gennadii Teiensis.*

decreto. *Corb.* decreti. *Divion.* decretis.

damnationem. *Veteres libri*, damnatione.

Magnesiæ Mæandri. *Iidem libri*, Magnisiæ civitatis. *Vox* Mæandri *non habetur in libris veteribus.*

Non optabam quidem. ANNOTATIO RUSTICI. Satis vindicat Eutychen.

audacter. *Corb.* audaciter.

Flavianum. *Corrige*, neque Flavianum. *Error est typographorum quorum manibus exorta est editio Labbeana.*

regulari integritate calcata sunt. *Parif. & Divion.* regulari diligentia examinata sunt. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*
religiosissimus. *Divion. & Parif.* reverentissimus.
promeruit. *Divion.* impetratus est; *& in margine*, al. promeruit.
ab omni ac Deo amabili. *Divion.* ab omni sancto hoc & universali. *Parif.* à Deo amabili & universali.
Teiensis. *Parif. & Divion.* Tegensis, *Corb.* Tiensis, *Crabbus* Thiensis.
Eusebius à participatione. *Omnes libri nostri:* Eusebius participatione.
Evazorum. *Corb.* Evazonensis, *Parif.* Egazonensis, *Divion.* Agazonensis.
esse ab omni. *Veteres libri*, esse omni.
Triallensis. *Malè in libro Parif.* Teralbensis.
à sanctis patribus. *Divion.* à sanctissimis patribus.
Hypæpensis. *Divion.* Ypepon, *Parif.* Epepon, *Corb.* Hypopon.
efficior. *Parif.* effectus sum.
sint ab episcopatus. *Vetera exemplaria*, sint & episcopatus.
sancto & arcano mysterio. *Eadem vetera exemplaria*, sancti & arcani mysterii.

Pag. 315.

à pietate. *Errorem typographicum editionis regiæ secutus est Labbeus. Aliæ omnes & vetera exemplaria habent*, & à pietate.
per multa. *Divion. & Parif.* per omnia. *Vulgata lectio extat in margine libri Divionensis.*
male factus. *Iidem libri*. malefactor.
deprehensus est. *Parif.* convictus, *Divion.* convinctus. *Idem in margine*, al. deprehensus est.
quæ à sancto. *Corb.* quæ in sancto.
super his. *Veteres libri*, super eos.
esse ab episcopatus. *Parif.* esse episcopatus.
interpretante eum. *Veteres libri & editiones ante Venetam*, interpretante se Helia. *Veneta per errorem*, interpretante & Helia. *Hinc opinor eum effecere Romani.*
confiteor. *Parif. & Divion.* profiteor.
Hephæstensis. *Veteres libri*, Ephesti. *Qua lectio melior est sanè, sed minus elegans.*
parientur. *Iidem libri*, pariantur.
usque in hodiernam. *Parif. & Corb.* usque hodiernum, *Divion.* usque hodiernam.
ante in hac. *Iidem codices*, antè & in hac.
sanctissimo condecente. *Corb.* concedente. *Parif.* & hoc à sanctissimo collegio sancta.
aut expositionem. *Parif.* & per expositionem super introducere. *Divion.* & per expos. insuper introducere.
illi circa. *Et hoc quoque recensebitur inter errata typographica editionis Labbeanæ. Reponendum ergo* illa circa, *ut legitur in superioribus editionibus & in antiquis exemplaribus.*
religiosissimus. *Divion. & Parif.* reverentissimus.
expulsi sacerdotio. *Ordinem horum verborum mutavere Romani. Nam in antiquioribus editionibus & in libris nostris legitur*, sacerdotio expulsi.
imprudenter. *Parif.* impudenter, *Divion.* pudenter; *& in margine*, al. imprudenter.
Heracleensis. *Parif.* Heracleæ civitatis, *Divion.* Heracliæ civitatis, *Corb.* Heraclenæ civitatis.
Secundùm ea quæ. *Parif. & Divion.* Secundùm quæ.

Pag. 316.

Elearchiensis. *Veteres*, Elearchiæ.
Erythrensis. *Quidam veteres*, Herythrenæ.
spiritualibus. *Omnes veteres*, spiritalibus.
subjicere. *Divion.* subjacere. *& in margine*, al. subicere.
Taneæ. *Veteres libri & edit.* Taneos. *Romani Græcam inflexionem reduxerunt ad Latinam.*
confirmatis. *Ita omnes editiones & antiqua exemplaria. Et quamquam sic quoque constet sensus, apertior tamen esset si legeremus* confirmata sunt.
agmine facti. *Veteres libri*, facti sunt.
majoris. *Parif. & Divion.* magnæ.
prædecessores. *Vetera exemplaria*, decessores.
Babylonis. *Iam antea monuimus vetera exemplaria præferre* Babyloniæ.
Busiritis. *Veteres libri*, Busiridæ.
consensio decretis. *Divion.* consensio his quæ superiùs definita sunt. *Parif.* consensio quæ superiùs definita sunt. *Corb.* consensio quæ super eos definita sunt.
Tentyrenæ. *Parif.* Theucerenæ, *Divion.* Theocerenæ, *Corb.* Thevacirenæ.
Secundùm ea quæ. *Vox ea non extat in codice Parisiensi.*
& consensio. *Hæc & quæ sequuntur usque ad prosecutionem Theophili Cleopatridensis desunt in exemplari Parisiensi.*
definita sunt. *Corb. & Divion. & veteres editiones*, defixa sunt.
Cleopatridis. *Veteres libri*, Cleopatridæ.

Pag. 317.

Ticeliensis. *Parif. & Corb.* Tisilenæ, *Divion.* Tbilinæ.
Expedisset. *Parif. & Divion.* Prodesset. *Legationem vulgatam habet Divionensis in margine.*
circa colla. *Ita veteres editiones & codex Parisiensis. Divionensis habet* circa collum, *Corb.* circa collo.
definitiones. *Divion.* definitionem.
Barcensis. *Veteres editiones*, Barcenæ, *codex Corb.* Barcinæ, *Divion.* Barchæ; *& in margine*, al. Barcinæ. *Parif.* Bartenæ.
quæ placuerunt. *Divion. & Parif.* quæ placuit.
magna synodo. *Corb.* magna hac synodo.
sequentes compassionis. *Parif.* sequentes compassionem & fraternæ caritatis jure. *Divion.* sequentes compassionis & in fraternæ caritatis jure.
rotios. *Hanc vocem non habent codices Parisiensis & Divionensis.*
Ausonius. *Veteres libri & editiones*, Auxonius.
Sebennytensis. *Veteres editiones & codex Corb.* Sebennirenæ, *Divion.* Sebenunrenæ. *Parif.* Sebennuntinæ.
Tavensis. *Veteres editiones & codex Corb.* Tavenæ, *Divion.* Tabenenæ, *Parif.* Tabubenæ.

Pag. 318.

quantum intelligitur ex gestis. *Veteres editiones & codex Corb.* quantum in gestis quæ in Nic. & in hac civ. col. Concilio acta sunt intelligitur. *Divion. & Parif.* quantum ex gestis &c. intelligitur. *Editores Romani mutaverunt.*
Consequens ergo. *Corb.* Consequens est ergo. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine; sed in textu*, Consequos & ego. *Parif.* Consequens esse ego.
religiosissimorum. *Parif. & Divion.* reverentissimorum.
Zagylensis. *Corb.* Zagilæ, *Divion.* Zaugulinæ, *Parif.* Zaguilinæ.
statutæ. *Veteres libri & editiones*, statuta.

cognovimus ex his. *Divion.* cognovimus ex ea quæ nunc prolata & relecta sunt monumenta. *Paris.* cognovimus per ea quæ nunc prol. & recitata sunt monumenta.

Isaias. *Veteres libri & editiones*, Esaias.

interpretante eum Eusebio. *Veteres editiones & codex Corb.* interpretante Eusebio. *Codex Paris.* in præsente (*corrige*, interpretante) se Eusebio. *Divionensis habet quidem* interpretanse se, *sed vox se expuncta est.*

in Epheso prius. *Paris. & Divion.* in Epheso pridem.

condemnabo. *Melior est lectio veterum librorum, in quibus scriptum est* damnatos habeo.

SVBSCRIPTIONES DAMNATIONIS FLAVIANI.

Antequam aggrediar ad describendas varias lectiones harum subscriptionum quæ occurrunt in antiquis exemplaribus, non inutile erit admonere earundem subscriptionum non eundem esse ordinem in omnibus codicibus manuscriptis, & præponi aut postponi Episcoporum nomina pro captu aut inscitia veterum librariorum. Nam, exempli causa, Iuvenalis Hierosolymitanus, qui in editionibus & in Corbeiensi & Divionensi codicibus sequitur statim post Dioscorum Alexandrinum, in Parisiensi postponitur Domno Antiocheno. Ioannes Episcopus Sebastiæ in antiquis codicibus & editionibus ponitur medius inter Eusebium Ancyranum & Cyrum Aphrodisiadis; & idem paulò post repetitur post Diogenem Cyzicenum in Divionensi & Corbeiensi. Eodem modo in antiquis libris & editionibus Quintillus Episcopus Heracleæ & Meletius Larissenus præponuntur Diogeni Cyziceno, & heic Meletius postponitur Quintillo. At infrà, ubi rursum Quintilli & Meletii subscriptiones referuntur, qui suprà priore loco positus erat Quintillus, nunc in secundo locatur. Tum post Basilium Episcopum Seleuciensem recensetur Ioannes Episcopus insulæ Rhodi in codice Parisiensi, qui neque in aliis codicibus invenitur neque in editionibus. Denique in editione Labbei, quæ Romanam & regiam imitatur, posita est in duobus locis mentio Erasistrati Episcopi Corinthiensis, nimirum in octavo loco & in centesimo quinto. Ex quo interim colligas quàm facile ac proclive fuerit veteribus illis librariis in hoc labi, cùm ipsi quoque editores Romani, viri sine controversia doctissimi & eruditissimi, non animadverterint bis à se poni subscriptionem istius Episcopi Corinthiensis. Sufficiant de exemplis ista quæ diximus; ex quibus facilè colligere poterit eruditus lector utilitatem quæ provenire potest ex adnotatione clarissimi Labbei, qui heic in margine admonuit Domnum Iuvenali præponi in codice Ioliano, in Bobieriano postponi.

VARIÆ LECTIONES.

Ancyræ Galatiæ. *Vox* Galatiæ *desideratur in omnibus antiquis codicibus & editionibus.*

Cyrus minimus. *Divion. & Paris.* Cyrus humilis.

Aphtodisiadis. *Veteres libri*, Aphtodisiadæ.

Corinthi. *Veteres editiones & codex Divion.* Corinthi sanctæ Dei Ecclesiæ. *Ita etiam Paris. nisi quòd non habet vocem* Dei. *Sed Erasistratus non ponitur in hoc loco in antiquis editionibus.*

Pag. 319.

Myrorum. *Veteres libri*, Myrenorum.

Tyri. *Divion. & Corb.* Tyriorum, *Paris.* Tyranorum. *Veteres editiones*, Tyrensis.

Florentius Epise. Sardium. *Veteres libri*: Florentius Episcopus Lyddæ metropolis.

Atiatathiræ. *Paris.* Atatathiæ, *Corb.* Ariatethiæ, *Divion.* Arathiæ.

Atticus decernens cum sanctis patribus ac. *Integrum istud membrum deest in libro Parisiensi.*

Quintillus. *Bis ut diximus, refertur subscriptio istius Episcopi in codicibus Corbeiensi & Divionensi. In primo sic.* Quintillus Episcopus Heracliæ & agens vices sanctissimi Archiepiscopi Thessalonicensis Anastasii definiens subscripsi. *In secundo verò ita.* Quintillus Episcopus Heracliæ tenens locum sanctissimi &c. *Priorem lectionem habet codex Parisiensis, posteriorem editio Romana & quæ post illam emerserunt. Nam veteres, quod & antea quoque monuimus, habent ambas subscriptiones.*

Nunechius. *Veteres libri*, Nunechius humilis Episcopus. *Sic etiam veteres editiones.*

Post subscriptionem Nunechii codex Parisiensis hanc exhibet, quam non inveni in aliis.

Lucianus Episcopus Bizoe & agens vices sancti Cyriaci Episcopi definiens subscripsi.

Isauriæ. *Codex Paris.* Syriæ.

Canothæ. *Paris. & Corb.* Canithas.

Adrianopolis. *Iidem libri*, civitatis Adrianopolis.

Anchiaxi. *Corb.* Anchiasim, *Paris. & Divion.* Anciasim.

Hadrianopolis Asiæ. *Vocem* Asiæ *nullus veterum librorum habet. Non extat etiam in antiquis editionibus. In Divionensi scriptum est* Adrianopolitanus. *Sic etiam veteres editiones.*

Pag. 320.

nesciam literas. *Paris.* litteras ignotarem. *Sic etiam in Divionensi.*

Seleucus gratia Christi Episcopus. *Codex Paris.* Seleucus Episcopus gratia Dei.

Lucas E. Dytrachii. *Idem codex*, Darracii. *Divion. & Corb.* Dorachii.

Antonius E. Lychnidensis. *Codex Paris. & Crabbus*, Antoninus.

Vigilantius E. Latissæ. *Corb. & Paris. & Crabbus:* Vigilantius E. civitatis Larissæ.

Basilius E. sanctæ Ecclesiæ. *Divion. & Paris.* sanctæ Dei Ecclesiæ. *Sic etiam in subscriptione Docimasii.*

Maroneæ. *Et heic quoque veteres libri scribunt* Maroniæ.

Demetriadis. *Veteres libri*, Demetriadæ.

Sebastæ. *Iidem libri*, Sebastiæ. *Sic etiam infrà in subscriptione Constantini.*

Topiritanus. *Paris.* Dobyritanus, *Corb. & Divion.* Doberitanus.

Maximianus E. Derrensis. *Divion.* Maximus E. Herrenensis. *Ita etiam Paris. nisi quòd habet* Errensis. *In Corbeiensi scriptum est* Serrensis.

Trocmadorum. *Corb. & Divion.* Trognadon, *Paris.* Trognandon.

Vranius Episcopos. *Hanc subscriptionem addidit Labbeus ex codice Divionensi & ex Parisiensi, in quibus legitur* Osdroenæ *pro* Osroenæ. *Verùm necessaria non est istic illa subscriptio, cùm infrà in pagina sequenti Eulogius Presbyter subscribat pro eodem Vranio.*

Isauriæ. *Hæc vox non extat in codice Parisiensi.*

metropolis Constantiæ. *Pro* metropolis *idem codex habet* civitatis.

Ascalonæ. *Corb.* Aschaloniæ. *Divion.* Ascloenæ.

Areopolitanus. *Paris.* Atasopolitanus, *Divion.* Hetasopolitanus, *Corb.* Herasupolitanus.

Oruzæ. *Corb.* Sozusæ, *Divion. & Paris.* Sozosæ.

Tiberiadis. *Corb. & Paris.* civitatis Tyberiadæ, *Divion.* civitatis Teberiadæ.

Zoatensis. *Corb.* Zooroensis, *Divion.* Zorensis. *Parif.* Musonius humilis Episcopus Zotoensis.

Phœnicensis. *Parif. & Corb.* Phainus, *Divion.* civitatis Phainus.

propterea quod. *Veteres libri*, propter quod.

Pellensis. *Iidem libri*, Pellensis civitatis.

Pag. 321.

Bactrotum. *Hanc lectionem Romani invenerant in textu Græco interlocutionum suprà pag. 313 istius tomi quarti. Nam veteres editiones & isthic & in eadem pagina 313. habent* Bachatensis. *quod illic non emendavere Romani. In subscriptione autem ista multùm discedunt vetera exemplaria à lectione interlocutionis. Etenim isthic codices Corbeiensis & Parisiensis habent* Cabatenorum, *Divion.* Cavatinorum.

Antipatridis. *Veteres libri & editiones*, Antipatridæ.

Libyadis. *Iidem libri & editiones*, Lybiadæ.

Auxilaus. *Corb.* Auxolitus Episcopus Hypospondensis gentis Sarracenorum definiens. *Parif.* Auxolaus E. Hypoypondensis gentis Sarrae. definiens. *Divion.* Auxolaus E. Poponiensis gentis Sarrac. definiens. *Veteres editiones:* Auxolaus E. Hypopodion gentis Saraeenorum fœdetatorum definiens. *Vide quæ dicta sunt suprà ad paginam* 118.

Platæarum. *Veteres libri & editiones*, Plateæ.

Egaræ. *Divion. & Corb.* Eglæ, *Parif.* Egenæ. *Vide suprà pag.* 313.

Leontius Episcopus. *Corb.* Leontius minimus Episcopus.

Tiensis. *Corb.* Gienæ, *Parif.* Geinæ, *Divion.* Gesinæ.

Olympius Episcopus. *Corb.* Olympius minimus Episcopus. *Reliqui habent* humilis.

Ebaganensis. *Veteres libri*, Evazon. *Suprà pag.* 314. Evazotum. *Veteres editiones*, Ebagensis. *Hanc lectionem facile erat reducere ad veram. Sed ea quam hîc posuerunt editores Romani omnem viam præcluderet emendationi, si veterum librorum auctoritate destitueremur.*

Maximus Episcopus. *Corb.* Maximus minimus Episcopus. *Parif.* humilis.

Chrysanthus minimus. *Idem codex Parif.* humilis. *Sic etiam in Divionensi.*

Balcenus. *Corb.* Balgenus, *Parif.* Valgenus, *Divion.* Baigenus.

Polycarpus minimus. *Parif.* humilis.

Gabalorum. *Nemo dubitare potest quin hæc lectio sit optima. Verùm optima quoque est ea quam veteres libri & editiones præferunt*, Gabalenus.

Epiphanius Episcopus. *Veteres libri & editiones:* Epiphanius humilis Episcopus.

Pergæ. *Codex Parif. & veteres editiones*, Perges; *reliqui*, Pergis.

Heracleæ Thraciæ. *Corb. & Divion.* Trachiensis.

Florentius Episcopus Lesbi. *Hanc lectionem composuerunt editores Romani, quòd viderent istius Episcopi subscriptionem magnas obscuritates habere. Etenim in vetustis editionibus ita legitur:* Florentius Episcopus Lesbos & Tenedi emporii Hellesponti Ethcorum. *Difficiliorem emendationem facit discordia veterum librorum. In Corbeiensi quippe sic habetur:* Florentius Episcopus Tenedo empori Helenæ & letorum. *In Divionensi:* Florentius Episcopus Tenedu impuri Helenæ ellitorum. *In Parisiensi denique:* Florentius E. Teneodemponcælenæ ellistorum. *Hinc elicienda est vera lectio. Cur lectionem quæ mentionem facit emporii rejecerint Romani sanè non video; præsertim cùm Strabo lib. 13. scribat Tenedum habere portus duos, & sita sit in faucibus Hellesponti.*

Chii. *Veteres libri*, Sion.

Daniel minimus. *Parif. & Divion.* Danihel humilis.

civitatis Cadoniæ sanctæ Dei Ecclesiæ. *Veteres editiones:* civitatis quondam Cadoniæ s. D. Ecclesiæ. *Codex Corb.* civitatis quondam Cadusinæ sanctæ Ecclesiæ. *Divion.* civitatis quondam Cadusinæ s. D. Ecclesiæ. *Parif.* sanctæ Dei Ecclesiæ civitatis Cadusinæ.

Hierocæpiæ. *Corb.* Cetassiæ, *Parif.* Cetase, *Divion.* Cæsariæ.

Maras. *Divion. & Corb.* Maris, *Parif.* Macharius.

hortatu. *Hæc vox deest in codice Parisiensi. Deerat autem in Divionensi, sed addita est supra lineam.*

Himerorum. *Divion. & Corb.* civitatis Himeriorum, *in Parif.* Emeriorum.

Osioenæ Syriæ. *Legendum*, Syriæ Osroenæ, *ut habent veteres libri & editiones.*

definiente. *Meliùs in Divionensi*, definiens.

Pag. 322.

Erasistratus. *Inutiliter repetitur in hoc loco subscriptio istius Episcopi Corinthiensis, cùm jam posita sit suprà pag. 318. Qui error commissus est ab editoribus Romanis. Nam in superioribus editionibus nomen Erasistrati non ponitur in initio subscriptionum, sed in fine, nimirum inter Eulogium & Theopemptum. Contrà in antiquis exemplaribus Erasistratus subscribit post Cyrum Episcopum Aphrodisiada, & non recensetur inter Eulogium & Theopemptum.*

Cabasorum. *Veteres editiones*, Cabassenæ civitatis. *Malè in codice Corbeiensi* Tabassenæ *pro* Cabassenæ. *Parisiensis habet* Cabasenæ, *Divion.* Cabasinæ.

Arsinoitensis: *Veteres libri*, Arsenoitæ civitatis. *Veteres editiones*, Arsinoensis civitatis.

Hephæstiensis. *Iidem libri*, civitatis Ephesti.

Heracleæ. *Veteres editiones*, Heraclenæ civitatis. *Codex Divionensis*, Heracleotanus. *Corb.* Heracleopolitanus, *Parif.* Heraeleopolitanorum.

Gemellinus. *Parif.* Gemellianus.

Erythrensis. *Corb. & Divion.* Herythreæ.

Tancæ. *Veteres libri:* Taneæ civitatis. *Sic etiam editiones Romana antiquiores.*

Babulinæ. *Veteres libri*, Babyloniæ.

Tentyrenæ. *Parif. & Divion.* Theucbiton, *Corb.* Theuchiranorum.

Cleopatridis. *Libri nostri*, Cleopatridæ.

Parali. *Corb.* Paralıorum, *Parif.* Pataleorum. *Idem habet Divionensis; sed in margine*, al. Paraliorum.

Ticelıensis. *Parif.* Tisilensis, *Corb. & Divion.* Tisilæ.

Barcensis. *Parif. & Corb.* Barcis, *Divion.* Barchis.

Cyrenensis. *Parif.* civitatis Cyrenensis, *Corb.* civitatis Cirinensis, *Divion.* civitatis Cernensis.

Rhinocururensium. *Corb. & veteres editiones*, civitatis Rinocorurensium, *Divion.* civ. Rinocorurensis, *Parif.* civ. Rinocoroniensis.

Zygrensis. *Parif.* Zygronæ civitatis. *Divion.* Zetrensis; *& in margine*, al. Zygrenensis.

Sebennytensis. *Parif.* Sebennutensis, *Divion.* Sebenuntensis, *Corb.* Sebennatesis.

Tavensis. *Divion.* civitas Tabanensium, *Corb.* civ. Tavatensium, *Parif.* civ. Tautensium.

Zagylensis. *Veteres editiones & codex Corb.* Zagylenorum, *Parif.* Zagolenorum, *Divion.* Zaluneornm.

Isaias. *Codex Corb.* Esaias.

Marinianus. *Istius & duorum sequentium subscriptiones non reperiuntur in hoc loco in Divionensi & Parisiensi codicibus, sed ponuntur in fine omnium subscribentium. Sanè in Corbeiensi, in quo leguntur in fine subscriptionum, reperiuntur quoque descripti inter Isaiam Hermopolitanum & Barsumam. Quod ostendit variasse in his locis antiquiora exemplaria.*

Barsumas. *In codice Corbeiensi ponuntur ita subscriptiones postremorum.*

Barsumas &c. Longinus &c. Antemius &c.	*Has subscriptiones Rusticus quibusdam signis conclusit, & ita in margine admonuit.*
Ariston &c. Olympius &c. Marinianus &c. Martyrius &c. Gennadius &c.	Nomina cetera quæ istis signis interjacent duo Græci codices non habent.

QVÆ IN CALCHEDONA.

Pag. 321.

De recta quidem. *Ista refert etiam Evagrius lib. 2. cap. 4. hist. Eccles.*

scrutatione. *Hanc lectionem confirmant codex Corbeiensis & Parisiensis & veteres editiones. At in Divionensi legitur* instructione.

Pag. 324. malè 310.

quia nihil. *Melius vetera exemplaria*, qui nihil.

ostenduntur injustè depositi. *Hæc non habentur in codice Parisiensi. Non extabant etiam olim in Divionensi, sed addita postea sunt supra lineam. Certè absque his non minùs constat sensus.*

divinissimo & pissimo. *Codex Paris.* divinissimo domino. *Ita etiam primò Divionensis, sed postea supra lineam scriptum est* & pissimo.

Eustathium. *Veteres libri*, Eustachium.

qui tunc potestatem. *Veteres libri & editiones* qui potestatem & principatum tunc synodi renuerunt subjacere sancto Concilio & secundùm regulas.

consequenter. *Hanc vocem, quæ neque in vetustis codicibus extat neque in antiquis editionibus, primi invenere Romani.*

ad sacrum apicem. *Divion.* à sacro apice. *Gallicismus.*

referendis. *Post hanc vocem scriptum est in antiquis exemplaribus:* legi legimus. *Quæ isthic eandem ob causam retinenda erant ob quam similia retenta sunt in fine istius primæ actionis.*

divinissimus & pissimus dominus. *Divion.* sacratissimus domnus. *& in margine*, al. divinissimus & pissimus dominus noster. *Paris.* sacratissimus & pissimus domnus.

sanctorum patrum. *In antiquis editionibus legitur*, sanctorum patrum episcoporum. *Romani, quia in Græco legebant* πατέρων, *non legebant* ἐπισκόπων, *vocem* Episcoporum *rejecerunt, aliam retinuerunt. Aliter visum antiquis. Nam omnes libri nostri habent* Episcoporum, *nullus habet* patrum.

Athanasii, Hilarii. *Ita transposuere Romani contra fidem omnium librorum & editionum. Vbique enim legitur:* Hilarii, Athanasii.

in Ephesina prima synodo. *Divion. & Paris.* in Ephesino priore synodo.

publicatas & confirmatas. *Malè in Divion.* congregatas. *Idem habet editionem vulgatam in margine.*

reverendæ memoriæ. *Paris. & Divion.* religiosæ memoriæ.

Constantinopolitanæ. *Legendum*, Constantinopolis,

Explicit prima cognitio Calchedonensis Concilii.

ANNOTATIO RVSTICI.

Explicit prima cognitio. Finivimus emendantes & coñFFña a prid. a Kal. XGII. fer. IIII. Ind. XIII. XV. Kal. April. Galchedonensis Concilii. Rusticus per gratiam Dei Diaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ contuli, annotavi, distincti. Deo gratias.

Mirum est quot & quanta absurda pepererit hic locus, dum ab istarum litterarum studiosis investigaretur modus explicandi corruptissimas illas notas quæ sequuntur post vocem emendantes. *Crabbus difficultatem elusit ista prætermittens, sed in horrendos errores incidit per speciem emendationis & interpretationis. Labbeus has notas,* ña, *reddidit per vocem* manuscripta, *sanè inscitè omnino, si fas est ita loqui de viro plurimæ lectionis & eruditionis. Differentia enim codicum manuscriptorum ab editis nulla esse potuit ante inventam artem typographicam. quod etiam observavit vir clarissimus Paschasius Quesnellus. Difficultatem aliam admodum magnam habent illa,* à prid. a Kal. XGII. *cui se satisfecisse putavit idem Labbeus ista retrogrado ordine revocando ad Kalendas Decembris, quia* XGII. *sit emendavit ut legendum esset* XCII. *Verùm nec sic tollitur difficultas. Etenim non* XCII. *tantùm dies interjacent inter Kalendas Decembris & diem* XV. *Kalendarum Aprilium, sed centum octo integri, computatis extremis. Editores Romani, mala certè fide usi, Indictionem* VIIII. *posuere pro* XIII. *ut emendationem Rustici referrent ad annum* CCCCLVI. *non animadvertentes hunc Rusticum eum esse qui Vigilii Papæ consanguineus fuit, adeoque toto seculo posterior est synodo Chalcedonensi. Nam certum est feriam illam quartam à Rustico commemoratam incidisse anno* DL. *(quo Indictio* XIII. *fuit) in diem* XV. *Kalendarum Aprilium. Ista se explicaturum pollicitus erat Labbeus, sed morte præventus exequi non potuit. Ego me non comparo cum viro doctissimo, sed tantùm meas conjecturas affero. Sit ergo puto legi debere illam Rustici annotationem.*

Explicit prima cognitio Calchedonensis Concilii. Finivimus emendantes & conferentes apud Kalxedonam feria IIII. Indictione XIII. XV. Kal. Aprilis. Rusticus per gratiam Dei Diaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ contuli, annotavi, distinxi. Deo gratias.

Ex mutatione autem in hoc loco facta ab editoribus Romanis ortus est insignis error Chri-

stiani Lupi to. 1. suorum scholiorum ad Concilia pag. 469. ubi referens hanc annotationem qualis habetur in editione Romana, hinc colligit modum per Christi Domini annos computandi in Romana Ecclesia dudum fuisse ante Dionysium Exiguum.

INCIPIT SECUNDA COGNITIO CALCHEDONENSIS CONCILII.

Pag. 325.

Hoc loco codex Parisiensis exhibet actionem quæ tertia est in vulgatis editionibus, & secundam rejicit in locum tertiæ. Simili collectione usum esse Evagrium constat; qui ea quæ in vulgata actione tertia describuntur, nimirum gesta de damnatione Dioscori, refert ad secundam, & in tertia ponit symbola & epistolas quæ nunc leguntur in secunda. Facundus etiam Hermianensis lib. 5. cap. 3. docet actionem secundam in codicibus post tertiam scribi, ut suprà monuimus in præfatione.

sub die sexto Idus. *Vox* sexto *non extat in codice Parisiensi; & id quidem minus bene, ut heic ait Labbeus in margine. At si re vera hæc actio habita est post eam in qua Dioscorus damnatus est, quam omnes libri docent habitam tertio Idus Octobris, consequens est istam, quæ post tertium Idus Octobris celebrata est, die sexto Idus Octobris haberi non potuisse, adeoque vocem* sexto *rectè omissam esse in codice Parisiensi. Et tamen Facundus eam scribit habitam* VI. *Idus Octobris.*

Dei gratiam &c. *Hæc non extant in antiquis exemplaribus & editionibus, neque in textu Græco. Nescio igitur unde ea acceperint editores Romani.*

Calchedone. *Omnes libri veteres*, Calchedona.

divinissimi & piissimi. *Paris. & Divion.* piissimi & sacratissimi.

magistro sacrorum officiorum. *Iidem libri non habent vocem* sacrorum.

exmagistro Martiali. *Pro* exmagistro *omnes libri veteres legunt* magistro.

& magnific. & gloriosi. Comite devot. domesticorum. *Veteres libri & edit. non habent* & gloriosissimo.

sacrorum privatorum. *Codex Paris.* sacrarum privatarum.

insuper & gloriosissimo. *Vetera exemplaria*, insuper etiam & gloriosissimo.

prætoriorum. *Deest in omnibus codicibus calamo exaratis.*

exmagistro officiorum. *Paris.* officii.

& exconsule. *Corb. & Divion.* & consule.

& exconsule ord. ac patricio Protogene. *Paris. & Divion.* & consule.

expræfecto urbis Apollonio. *Vox* urbis *desideratur in antiquis codicibus & editionibus.*

sacri cubiculi. *Et hæc quoque desunt in Corbeiensi & Divionensi codicibus.*

congregato. *Paris. & Corb.* congregata.

Lucentio. *Iidem libri habent* Luccosio, *ut Græci scribunt.*

Bonifacio reverendissimo. *Divion. & Paris.* religiosissimo.

vicem. *Veteres libri & editiones*, vices.

Deo amicissimi. *Divion. & Paris.* beatissimi.

magni nominis. *Paris.* magnæ *tantum.*

Romæ. *Post hanc vocem ita legitur in eodem codice Parisiensi*: & Maximo sanctissimo Archiepiscopo magnæ Antiochenæ civitatis, & cetero sancto Concilio. *Omittuntur itaque in hoc codice nomina reliquorum Episcoporum. Omittuntur etiam in aliis vetustis exemplaribus & in antiquis editionibus. Romani itaque ea addiderunt ut Latinè redderent verba Græca, & bene fecerunt. Sed tamen admonere debuerant ista non haberi in codicibus Latinis.*

Pag. 337.

considentibus omnibus. *Paris.* consedentibus omnibus. *Corb. & Divion. & veteres editiones non habent* omnibus.

sanctissimi altaris. *Paris.* sancti altaris in basilica sanctæ victricis martyris Eufemiæ.

sanctæ memoriæ. *Paris. & Divion.* beatæ memoriæ.

reverendissimorum Episcoporum. *Rectè in margine admonuerunt Romani reponendum esse* reverendissimi Episcopi, *cùm & textus quoque Græcus ita doceat. Emendationem Romanorum confirmant codex Corbeiensis, in quo scriptum est* reverentissimi Episcopi, *& Parisiensis & Divionensis, qui* religiosissimi Episcopi. *quam lectionem in Concilio quoque quinto reperi. Sanè de Flaviano, quia mortuus erat, dicunt* sanctæ memoriæ; *Eusebium verò, quia adhuc vivebat, vocant* reverentissimum Episcopum.

omnibus vobis. *Codex Paris.* nobis.

manifestum constitutum. *Divion. & Paris.* manifestum est constitutum.

super hoc capitulo. *Divion.* super hæc capitula.

tunc. *Malè in eodem codice Divion.* nunc. *Meliùs in margine*: al. tunc.

interlocutionem. *Omnes veteres libri & editiones habent* interlocutiones. *Sic etiam in Concilio V.*

& studendum. *Hæc desunt in libro Parisiensi & in Concilio quinto. In Divionensi addita sunt supra lineam.*

judicandum est. *Paris.* judicandum & operæ pretium est veram fidem corroborare pro qua.

stabiliatur. *Omnes veteres libri & editiones*, contineatur.

recte. *Divion.* rectam.

Festinate. *Veteres libri & edit.* Festinate igitur.

ita ut & qui. *Iidem libri & editiones*, ita ut qui.

divinissimus. *Paris. & Divion.* sacratissimus. *Sic etiam in Concilio V.*

Reverentissimi. ANNOTATIO RUSTICI. Nota quia ibi non habet *omnes*, sed tantùm *Reverentissimi Episcopi clamaverunt.* Non sunt omnium dicta.

citra ea dicere. *Divion.* cetera adicere. *& in margine*, al. & citra ea dicere. *Ea lectio melior est.*

Sebastopolitanus. *Paris.* Sebastopoli civitatis.

& sequimur eum. *Omnes veteres libri & editiones habent*, & constat nobis. *Cur hoc mutaverint Romani non constat.*

Pag. 340.

quæ complacita. *Divion.* quæ eis placita.

si, ut optamus. *Veteres libri & editiones*: si, sicut optamus.

omnis ambiguitas. *Vox* omnis *deest in exemplari Parisiensi.*

ita fiet. *Corb. & Divion.* ita fiat.

aliam expositionem. *Paris. & Divion.* alteram expositionem.

Sardium. *Ita eleganter verterunt editores Romani. Veteres libri & editiones habent* Sardeorum.

roborata est. *Divion.* roborata sunt. *Idem habet in margine editionem vulgatam.*

Cyrilli & Cælestini. *Parif. & Divion.* Cælestini & Cyrilli.

cum decenti. *Veteres libri & editiones*, ut decenti, in nostra persona, *Divion.* in nostram personam.

symbolum CCCXVIII. patrum. *Rusticus heic & in pagina sequenti, ubi eadem verba habentur de Concilio primo Constantinopolitano, admonet Græcos codices illis non habere. Sanè ea nomina non comparent in textu Græco, ideoque inter uncos posita sunt ab editoribus Romanis.*

EXPOSITIO CONCILII HABITI IN NICÆA.

Pauli. *Legendum*, Paulini. *Mendum est editionis Labbeanæ.*

Consulum. *Hæc vox, quæ inutilis est, in nullo veterum exemplarium habetur.*

mensis secundùm Græcos. *Veteres libri*: die mensis secundùm Græcos nonodecimo, quod est. *Sic etiam fermè veteres editiones.*

ex patre natum unigenitum. *Codices Corb. & Parif. & veteres editiones*, de patre. *Divion.* unigenitum de patre natum.

terra. *Veteres libri & editiones*, terris.

inhumanatus. *Divion. & Parif.* homo factus. ANNOTATIO RUSTICI. Nota inhumanatum à sancto Nicæno dici Concilio.

cælos. *Divion. & Corb.* cælis.

antequam nasceretur non erat. *Adde*, & quia ex nullis exstantibus factus est. *Insigne ac nobile mendum editionis Labbeanæ, magna facilitate commissum ab operis typographicis, quia hæc verba in editione regia sic posita sunt sub textu Græco ut divisa videantur à Latino.*

Pag. 341.

& apostolica. *Hac desunt in codice Parisiensi, haud dubiè per errorem librarii.*

Cyrillus ita credidit. *Sic edidere Romani, cùm antea legeretur* credit. *Veterum editionum lectionem confirmant vetera exemplaria.*

Papa Leo ita interpretatus est. *Evagrius in hoc loco non agnoscit nomen Leonis, sed Papam simpliciter vocat.*

Aetius reverendus Diaconus: *Et hoc quoque mutaverunt Romani, cùm antea legeretur*: Aetius rever. Archidiaconus, *qua est lectio codicis Corbeiensis. Divionensis habet*, religiosus Archidiaconus, *Parif.* religiosissimus Archidiaconus. *Græca verba impulerunt Romanos ad hanc emendationem venire.*

Deum de Deo. *Veteres libri*: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. *Veteres editiones*: Deum de Deo &c. *ut in antiquis exemplaribus.*

consubstantialem. *Isdem Romani mutaverunt. Superiores quippe editiones, quibus & congruunt veteres libri, habent* omousion.

ex Maria virgine. *Codex Corb.* & Maria virgine humanatus est & crucifixus pro nobis est sub Pontio Pilato & sepultus. *Divion. & Parif. & veteres editiones*: & Maria virgine homo factus, passus est sub Pontio Pilato & sepultus. *Clarissimi viri qui tanta cum laude & militate publica susceperunt in se curam emendandi opera sancti Augustini ad vetustissima exemplaria, admonent ad sermonem CCXII. (quod antea erat 75. inter sermones de diversis) codices MSS. habere* natus est de spiritu sancto & Maria Virgine, *cùm in editis antea legeretur* ex Maria Virgine. *Vide Notas ad Capitularia pag.* 1140.

venturus est cum gloria. *Codex Corb. & veteres editiones*, venturus cum gloria. *Parif. & Divion.* venturus in gloria.

& conglorificandum. *Corb.* & glorificandum. *Parisiensis non habet* coadorandum, *sed tantum* conglorificandum. *Sic etiam primò in codice Divionensi, sed postea ita emendatum est ut legeretur* coadorandum & glorificandum.

Hæc omnium fides: omnes sic credimus. *Lege.* Hæc omnium fides, hæc orthodoxorum fides, omnes sic credimus. *Istud quoque connumerandum est inter multa quæ typographis exciderunt in editione Labbeana.*

Aetius reverendus. *Codex Parisiensis.* Aetius reverentissimus.

beatæ memoriæ Ioannem. ANNOTATIO RUSTICI DIACONI. Nota beatæ memoriæ Iohannem, & quia exposuit quodam modo quod in ultima interluquutione primæ actionis est dictum.

Pag. 344.

Reverendissimo & religiosissimo. *Divion. & Parif.* Reverentissimo & beatissimo.

Obloquuntur quidem. *Hæc epistola extat suprà pag.* 158. *ubi varias lectiones adnotavimus.*

Exultent cæli & lætetur terra. *Edita est in pagina* 163. *hujus tomi quarti, & suprà pag.* 591. *hujus nostra collectionis.*

In fine istius epistolæ codex Corbeiensis addit: Incolumem te & orantem pro nobis Dominus custodiat, honorandissime frater. *Verùm Rusticus isthic admonet hoc non haberi in duobus codicibus Græcis, & in uno adjecta esse. Sanè non extant in exemplari Parisiensi, & in Divionensi adjecta sunt supra lineam.*

ei qui parit. *Sic etiam codex Corbeiensis, qui postea addit*, & ei qui confidit. *Divion. & Parif. habent*: anathema qui dividit, anathema qui confundit. *Sic etiam apud Liberatum.*

sic credidimus. *Hæc in nullo veterum exemplarium habentur. Desunt etiam in antiquis editionibus, ubi* sic credimus *bis ponitur.*

Archidiacono Constantinopolitanæ. *Omnes veteres libri*: Archidiacono sanctæ Constantinopolitanæ. *Sic etiam textus Græcus.*

Incipit epistola Leonis Papæ urbis Romæ scripta ad Flavianum Episcopum de hæresi Eutychianorum, sive propriè de ipso Eutyche.

Præter tria antiqua exemplaria quibus utimur in recensendis gestis synodi Chalcedonensis, vetustissimum epistolæ Leonis ad Flavianum exemplar reperi in codice 2574. *bibliothecæ Colbertinæ, ex quo visum est describere variantes lectiones. Sunt & alia istius epistolæ exemplaria in codicibus ejusdem bibliothecæ. Verùm cùm ea recensita sit ad plerosque eorum à viro clarissimo Paschasio Quesnello, & nos epistolas sancti Leonis non infitiamur conferre cum omnibus antiquis exemplaribus, sed cum illis in quibus continentur gesta synodi Chalcedonensis, ab illo labore abstinimus. Unicum ergo ex tot qui in eadem bibliotheca extant selegimus, utpote antiquissimum.*

Leo Episcopus. *Vox* Episcopus *abest ab omnibus antiquis libris & editionibus, & à Græco textu. Itaque ignoro quam ob causam addita sit à correctoribus Romanis.*

contigerit atque. *Has duas voces in sua editione delevit Quesnellus, quia, inquit, superflua sunt, & desunt tam in Græca versione quàm in omnibus codicibus manuscriptis. Ego eas legi in codice Corbeiensi, in antiquis exemplaribus Concilii quinti, & in codice Colbertino.*

exortum fuerit. *Ita Romani editores. Ceterùm omnes*

nes veteres libri & editiones habent fuisset.

videbatur. *Legendum*, videbantur. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*

presbyteri. *Divionensis & Corb. legunt* presbyterii.

Pag. 345.

dictum sit. *Corb. & Divion.* prædictum sit.

non credere. *Ita codex Colbertinus & Divionensis. Corb. & Paris. legunt*, non cedere.

cognoscendam. *Corb. Colb. & Paris.* agnoscendam.

non fuere. *Omnia vetera exemplaria habent* fuerunt.

regeneratorum. *Eadem exemplaria*, regenerandorum *Et hanc lectionem esse meliorem certum est. Eandem autem habent etiam vetera exemplaria Concilii V.*

intelligentiæ lumen. *Eadem exemplaria legunt* lumen intelligentiæ.

apprehendisset. *Ibidem*, recepisset. *Sic etiam Concilium V. in antiquis codicibus.*

qua fidelium. *In omnibus libris nostris legitur* quam.

ex Maria. *Iidem libri & heic paulò post*, & Maria.

æternus pater. *Vox* æternus *deest in omnibus vetustis codicibus.*

sed totam se. *Paris. Corb. & Colbert.* sed totum se. *In Divionensi primò scriptum fuit* totam, *sed postea emendatum est* totum.

supurare. *Nemo non videt mendum esse typographicum editionis Labbeanæ. Legendum ergo*, superare.

in evangelium. *Colb. & Divion.* in evangelio.

Pag. 348.

invenisset. *Veteres libri*, inveniens.

in utero concipiet. *Hanc lectionem habet codex Colbertinus. In aliis scriptum est* accipiet.

& vocabitur. *Omnes libri veteres & heic & paulò post*, & vocabunt.

super humerum. *Iidem libri*, super humeros.

admirabilis, consiliatius. *Hæc non habentur in codice Parisiensi. Defuisse etiam constat olim in Divionensi, ubi addita sunt supra lineam.*

in unam coeunte personam. *Quidam codices*, in una coeunte persona.

persolvendum. *Omnia vetera exemplaria*, resolvendum. *Sic etiam infrà pag. 368. ubi ista repetuntur.*

habuere. *Eadem exemplaria*, habuerunt.

Pag 349.

unus voluit esse mortalium. ANNOTATIO RUSTICI. Magna de unitione contra Nestorianos, unus mortalium.

servi forma non minuit. *Idem Rusticus.* Nota formam non minui.

dispositionem. *Omnes libri nostri habent* dispensationem.

infirma. *Divion. & Paris.* infima.

virginitas. *Ita omnes ferè libri. Corbeiensis habet* virgo.

Assumpta est igitur. *Vox* igitur *deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

carne exequente quod carnis. *Veteres omnes*, & carne exsequente quod carnis est.

recessit. *Omnes libri veteres*, recedit; *& paulò post* relinquit.

quod sæpe dicendum est. *Hæc in nullo veterum exemplarium extant quibus nos usimur.*

Pag. 352.

factus est sub lege. *Vocem* est *in nullo veterum nostrorum exemplarium reperi. Non exstat etiam apud Vigilium Tapsensem.*

gaudentes veniunt suppliciter. *Omnes libri veteres*, gaudent suppliciter.

Iam enim ad. *Paris. & Colbert.* Nam cùm ad.

mihi complacui. *Paris. Colb. & Corb.* mihi bene complacuit. *Divion.* mihi bene complacui.

subsidentibus. *Paris. & Divion.* desidentibus. *Corb.* desitientibus. *Colbert.* desistentibus.

portas. *Ita codices Colbertinus & Divionensis. Sed Parisiensis & Corbeiensis habent* januas. *Rusticus sanè admonet in quibusdam codicibus scriptum esse* portas.

Quem, inquit. *Omnes libri veteres:* Quem me, inquit.

Pag. 353.

Christus Dei vivi. *Legendum*, Christus filius Dei vivi. *Error est editionis Labbeanæ.*

sed æqualis. *Omnes libri veteres*, & æqualis.

clausis ad discipulos januis. *Paris. & Corb.* clausis januis ad discipulos. *Colbert.* clausis januis introibat ad discipulos.

& rursus vulnus. *Omnes libri veteres*, & rursus idem vulnus.

solvit Iesum. *Parisiensis addit*, Christum. *Eadem vox supra lineam addita est in Divionensi.*

sacramentum fidei. *Nullus veterum codicum nostrorum habet vocem* fidei.

necesse est ut circa eam. *Veram lectionem, quam etiam omnia vetera exemplaria confirmant, dederunt editores Romani:* necesse est ut etiam in passione ejus. *Verùm quoniam typographi in editione regia heic erraverunt eam ponentes pro* etiam, *Labbeus non animadvertens cujusmodi mendum esset, existimans autem aliquid heic deesse, vocem* circa *addidit ut sensum compleret.*

Pag. 356.

effluxerint. *Paris.* fluxerint, *Corb. & Divion.* fluxerit, *Colbert.* fluxerunt.

Audiat & beatum. *Veteres libri non habent conjunctionem.*

spiritus & aqua & sanguis. ANNOTATIO RUSTICI. Magnum exemplum quo plura unum sint & duæ naturæ unius Domini Iesu Christi.

ejus professionem. *Vox* ejus *deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

macula per te purgetur. *Hæc est editio Crabbi & aliorum. At omnes libri veteres habent* peste purgetur, *non habent vocem* macula. *Error haud dubiè ortus ex audacia hominis qui legens* per te, *videns autem sensum imperfectum, de suo addidit vocem quam diximus non haberi in antiquis exemplaribus.*

Pag. 357.

Iulianum. *omnes libri veteres, uno Colbertino excepto, præferunt* Iulium. *Vide quæ dicta sunt suprà ad caput* XI. *eorum quæ ante gesta præmissa sunt.*

tituli sancti Clementis. *Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus. Et tamen Quesnellus scribit ea se invenisse in omnibus antiquis codicibus.*

Data Idibus. *Hæc & sequentia desunt in libro Corbeiensi. Extant tamen in Parisiensi & Divionensi. Postea verò sequitur in Divionensi,* Tiburtius Notarius jussu domni mei venerabilis Papæ Leonis edidi. *Is Tiburtius non alius fuisse videtur ab eo qui in Concilio Bracarensi Turibius vocatur à Lucretio civitatis illius Episcopo. Quare quòd vir clariss. Paschasius Quesnellus ait non constare an primi Leonis an secundi vel alterius Notarius fuerit Tiburtius ille, vanum est, mea quidem sententia. Cùm enim nominetur in gestis Concilii Chalcedonensis statim post lectam epistolam primi Leonis, non puto cuiquam dubium esse*

Anno Christi 451.

Concil. Chalcedon.

posse quin huc referenda sint ad primum Leonem.

Similiter testimonia. *Hæc non extant in codicibus manu scriptis, neque in antiquis editionibus; ac tamenetsi in aliquibus codicibus Græcis, ut monent editores Romani, inserantur in hoc loco, puto tamen lecta non fuisse in synodo, adeoque frustra descripta esse in his gestis, in quibus nulla horum testimoniorum mentio est, sed epistola tantum.*

Pag. 368.

Orthodoxi ita credunt. *Veteres libri & editiones:* Orthodoxi ita credimus. *Ita paulò pòst:* Catholici ita sapimus. *Frustra ergo mutavere Romani.*

anathema ei qui. *Ubicunque ferè iste loquendi modus usurpatur in his gestis, iidem Romani addiderunt vocem ei, ut textum facerent elegantiorem. In hoc sanè loco omnes veteres libri & omnes editiones ante Romanam habent:* Anathema qui ita. *Et infrà:* Anathema qui sic.

persolvendum. *Veteres libri & editiones,* resolvendum. *Vide supra ad paginam* 348.

reverendus Diaconus. *Corb.* reverentissimus Archidiaconus. *Divion. & Parif.* religiosus Archidiaconus.

Quoniam verò iterum. *Hæc epistola Cyrilli edita est suprà pag.* 404. *fragmentum verò isthic relatum pag.* 406.

quædam sunt voces. *Vide suprà pag.* 417. *in epistola synodica Cyrilli ad Nestorium.*

Pag. 369.

Similiter cùm legeretur. *In antiquis libris & editionibus legitur:* In eisdem similiter cùm legeretur. *Romani ergo deleverunt,* In eisdem.

Similiter cùm legeretur. *Refert hunc locum Facundus lib. 5. cap. 3. & quidem ex ista versione; & illius præterea mentionem fecit lib. 2. cap. 4. Ejus mentio habetur etiam apud Liberatum, qui alia interpretatione videtur esse usus.*

& non mutantem. *Codex Corb. & veteres editiones non habent conjunctionem. Extat autem in Parisiensi & in Divionensi & apud Facundum.*

mutantem. *Facundus,* amittentem.

Nicopolitanæ. *Primus Surius hanc lectionem protulit, cùm antea legeretur* Nicopolis. *quam lectionem confirmant & vetera exemplaria.*

non turbato. *Omnes libri veteres,* inturbato. *Sic etiam vetus exemplar Parisiense Concilii V.*

simul. *Hanc vocem addidere Romani. Non extat autem in vetustis codicibus & editionibus.*

perscrutari. *Ita veteres editiones & codex Parisiensis. Corbeiensis habet* perscrutare, *Divion.* præscrutare.

Anatolius eligat. *Legendum,* reverentissimus Archiepiscopus Anatolius eligat. *Ita omnes libri & editiones Labbeana antiquiores. Sic etiam apud Evagrium.*

Pro patribus petimus. *Crabbus, qui satis haud dubiè non noverat morem acclamationum, ista putavit esse obscura, & sic annotavit ad marginem hujus loci:* Locus obscurus, sed vehementi acclamantium gaudio excusabilis. *Surius delevit. Ex quo colligi potest annotationem illam non fuisse repertam in vetusto exemplari quo Surius utebatur. Certè non habetur in nostris.*

patres synodo. *Omnes veteres,* partes in synodo.

Pag. 372.

Ægyptiorum exilio. *Veteres libri & editiones & heic & in locis sequentibus semper habent,* in exilio, *&* in Ecclesiis.

Omnes peccavimus. *Ista sic narrat Liberatus ac si persuasus fuisset inducias quinque dierum concessas fuisse post illos Ægyptiorum & Illyricianorum Episcoporum clamores, cùm tamen ex gestis constet concessam fuisse dilationem ante clamores.*

Pattes synodo. *Veteres libri & editione:* Patres in synodo.

In fine istius actionis Rusticus ita admonet: Contuli xv. Kal. Aprilis.

EXPLICIT ACTIO SECUNDA.

INCIPIT TERTIA.

Consulatu piissimi &c. *ut pag.* 372.

primo. *Hæc vox abest à codice Parisiensi. In Divionensi addita est suprà lineam.*

& ex sanctione. *Conjunctio deest in antiquis editionibus & in codicibus Corbeiensi & Parisiensi. In Divionensi scriptum est,* & sanctionem.

reverentissimis Episcopis. *Post hæc verba statim sequitur in antiquis codicibus & editionibus:* Ætius Archidiaconus &c. *ut infrà pag. 377. Quæ heic ergo comparent Episcoporum nomina, addita sunt ab editoribus Romanis. Immo ex Facundo colligi potest non nominatos fuisse Episcopos qui in actione illa interfuerunt. Etenim cùm is lib. 5. cap. 3. curiosè scribat quem locum in actione quarta & octava occupaverint Theodoretus Episcopus Cyrensis & Nonnus & Ibas Episcopi Edesseni, quem in interlocutionibus, de consessu tertii Episcopus nullam mentionem facit, sed tantum de subscriptionibus.*

Pag. 377.

Constantinopolis. *Veteres libri Corb. & Parif. & veteres editiones,* Constantinopolitanæ novæ urbis Romæ. *Divionensis:* Constantinopolitanæ urbis Romæ Notarius dixit. *Sed idem habet aliorum lectionem in margine.*

religiosissimo. *Parif. & Divion.* reverentissimo, *& mox* reverentissimum.

Pag. 380.

præsente huic sancto. *Veteres libri & editiones,* præsente hoc sancto.

cum examinaretur. *Iidem libri & editiones,* examinantibus inter utrosque causam.

usque ad ult. vesperam. *Ita codices Divionensis & Parisiensis. Corbeiensis habet,* usque profundissi ad ult. vesperam. *Veteres editiones,* usque profundasse ad ult. vesperam.

adversùs eum quem jam sæpius memoravimus. *Hanc lectionem primùm deprehendi in editione regia. Nam superiores editiones & vetera exemplaria habent,* adversùs memoratum sanctissimum.

ad id faciendum quod vobis placuerit. *Ita omnes editiones. At omnes libri veteres habent,* ad quod vobis placuerit. *Qui loquendi modus sæpe occurrit in hac veteri versione.*

Episcopi apostolicæ sedis. *Veteres libri & editiones,* Episcopi senioris urbis Romæ Leonis per interpretem dixit.

huic sancto Concilio. *Divion. & Parif.* huic reverentissimo Concilio.

& apostolicum. *Hæc desunt in codice Parisiensi. In Divionensi sunt addita suprà lineam.*

generalis. *Malè idem codex Divion.* regularis.

permittere videbatur. *Divion.* permittebat.

religiosissimo fratre. *Parif. & Divion.* reverentissimo fratre.

contra omnem consequentiam. *Veteres libri & editiones,* & contra omnem consequentiam.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

Alexandriæ m. civ. Dioſcoro. *Iidem libri & editiones*, Dioſcoro Alexandriæ *vel* Alexandrinæ m. civitatis.

adimus. *Hanc lectionem confirmant codices Pariſienſis & Divionenſis. At Corbeienſis habet* adicimus. *Quo etiam modo ſcriptum eſt in margine Divionenſis.*

cauſam verò in his continentem. *Corb. & Divion.* contentam. *Melius Pariſienſis :* Cauſa verò in his continetur.

vobis. *Ante regiam editionem legebatur* nobis. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

arguit. *Divion. & Pariſ.* agnovit.

hæretico & damnato. *Veteres editiones*, hæretico conſtitutum & damnato. *Vocem* conſtitutum *ſuſtulere Romani. Et tamen extat in codice Corbeienſi ; pro qua Divienenſis & Pariſienſis habent* conſtituto.

perfidiam ejus confirmare. *Vocem* ejus *addidere Romani, elegantiæ ſermonis ſtudentes.*

Pag. 381.

ingredi in Concilium in Epheſia. *Veteres editiones & codex Pariſ.* ingredi facto in Epheſina metropoli Concilio & adeſſe. *Sic etiam Divion. & Corb. niſi quòd habent* Epheſia.

præterea verò voces. *Hæc lectio eſt Suriana. Nam Crabbus ediderat*, præterea verò & voces. *Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.*

indidi. *Legendum*, iodidit. *Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.*

precor & ſupplico. ANNOTATIO RUSTICI. Rogat pro vacuando præjudicio & reddendo ſibi epiſcopatu.

viribus carere. *Corb.* vacare, *Divion. & Pariſ.* vacuare.

& nihil nobis ea. *Ea lectio introducta eſt ab eo qui neſciret verbum* nocere *quandoque conjungi cum accuſativo, ut monuimus ſuprà. Itaque veteres libri ſic habent :* & nihil nos ea monimenta quæ injuſtè contra nos facta ſunt noceri. *Pro* facta *codex Divionenſis habet* conſcripta.

ſimilia actis ejus. *Vox* actis, *quæ neceſſaria non eſt, in nullo veterum exemplarium habetur.*

agemus. *Veteres libri & editiones*, agamus. *quod videtur melius.*

ad conſpectum meum. *Hæc addita ſunt ab editoribus Romanis. Non extant enim in antiquis editionibus, neque in antiquis codicibus.*

hinc. *Hanc vocem neque veteres libri habent neque veteres editiones. Addita eſt ergo à Romanis.*

priuſquam conſeſſus fieret. *Et hoc quoque mutavere Romani. Veteres quippe editiones, cum quibus conveniunt & vetera exemplaria, præferunt :* maturiùs pro eo ut hic vobis conſideret.

hortantibus. *Divion.* urguentibus. *Sed idem habet lectionem vulgatam in margine.*

Alexandriæ. *Eam vocem neque libri veteres habent neque editiones Romana antiquiores.*

reverendi Clerici. *Divion.* religioſi, *Pariſ.* religioſiſſimi.

præ foribus. *Divion.* pro foribus.

ſanctam. *Corb.* ſanctiſſimam.

religioſiſſimum. *Divion. & Pariſ.* reverentiſſimum.

reverendiſſimi. *Divion.* religioſi, *Pariſ.* religioſiſſimi.

Pag. 384.

Epiphanius & Elpidius dixerunt. *Veteres libri :* Epiphanius & Helpidius Preſbyteri dixerunt.

Dei amantiſſimis. *Codex Corb.* Deo amiciſſimis, *Pariſ. & Divion.* reverentiſſimis.

deſtinare. *Divion.* deſtinari.

ut in hoc. *Idem codex*, ut in hunc.

magnæ Antiochiæ. *Pariſ.* magnæ Antiochiæ civitatis. *Divion.* Antiochenæ magnæ civitatis.

dirigi Deo amiciſſimos. *Pariſ.* dirigi reverentiſſimos. *Divion.* dirigere reverentiſſimos.

accerſendum. *Divion.* accerſiendum, *Pariſ.* arceſſiendum, *Corb.* arceſſendum.

Dei amantiſſimum. *Corb.* Deo amiciſſimum, *alii* reverentiſſimum.

manifeſtum. *Ita codex Corb. & veteres editiones. Pariſ. & Divion. habent* manifeſtam.

Dei amantiſſimo. *Corb.* Deo amiciſſimo, *reliqui* reverentiſſimo. *Sic paulò pòſt pro* Deo amiciſſimi, *ut heic editum eſt, Divion. & Pariſ. habent* reverentiſſimi.

Conſtantinus. *Vocatur Conſtantius in libro Pariſienſi.*

Dei amantiſſimum. *Corb. & heic & infrà*, Deo amiciſſimum, *ceteri* reverentiſſimum. *Sic paulò pòſt pro* reverendiſſimi *idem codex Corb. habet* Deo amiciſſimi, *Pariſ. & Divion.* reverentiſſimi.

PRIMA VOCATIO.

Et cùm abiiſſent reverendiſſimi Epiſcopi &c.

Dei amantiſſimo. *Corb.* Deo amiciſſimo, *reliqui* reverentiſſimo.

proſecutionem Deo amiciſſimi. *Pariſ. & Divion.* reverentiſſimi.

communi concilio. *Legendum*, conſilio, *ut ſenſus poſtulat. Sic etiam ſcriptum eſt in omnibus editionibus quæ Labbeanam anteceſſerunt & in codicibus Pariſienſi & Divionenſi. Fatendum tamen eſt* concilio *ſcriptum eſſe in codice Corbeienſi, quem Labbeus non vidit, certè non conſuluit dum hunc locum ederet.*

& bonæ. *Divion.* & beatæ.

deſcendere. *Corb.* diſcendere. *quam lectionem habet Divionenſis in margine. At in textu idem præfert* diſcedere.

magiſtriani. *Hæc vox deeſt in codice Corbeienſi & in Divionenſi. Deeſt etiam in textu Græco. Probabile eſt ergo Dioſcorum iſta dicentem oculos & vultum habuiſſe converſum ad magiſtrianos, ideoque eos non nominaſſe.*

magiſtrianos. *Codex Pariſ.* agentes in rebus. *Ita paulò pòſt Dioſcorus ait :* prohibeor à devotiſſimis agentibus in rebus. *Et in libello Theodori Diaconi Alexandrini :* ſchola devotiſſimorum agentium in rebus. *Item in libello Athanaſii :* Severum agentem in rebus. *Rurſum in literis de tertia vocatione Dioſcori :* à devotiſſimis agentibus in rebus. *Vide gloſſarium Dufreſnii & theſaurum eccleſiaſticum Suiceri.*

Pag. 385.

Dioſcorus Epiſcopus. *Pariſ. & Divion.* Dioſcorus reverentiſſimus Epiſcopus Alexandriæ dixit.

ab Euſebio Dei amantiſſimo. *Divion.* à reverentiſſimo Epiſcopo Euſebio. *Pariſ.* ab Euſebio reverentiſſ. Epiſcopo. *Corbeienſis habet vulgatam lectionem, niſi quòd pro* Dei amantiſſimo *illic ſcriptum eſt* Deo amiciſſimo.

ſuper his de quibus. *Omnes veteres libri & editiones*, ſuper his quibus. *Romani grammaticæ regulas ſecuti mutaverunt veterem lectionem contra fidem veterum editionum & exemplarium.*

Dioſcorus Ep. Alexandriæ. *Vocem* Alexandriæ *nullus veterum codicum præfert. In Pariſienſi autem & Divionenſi ſic legitur :* Dioſcorus reverentiſſimus Epiſcopus dixit.

Semel dixi quòd ego pararus. *Et hoc quoque propria auctoritate mutaverunt editores Romani. Nam veteres editiones habent :* Semel dixi, & ego pararus. *Vetera exemplaria :* Semel dixi, & ego promtus fum.

vestra seligiositas. *Parif. & Divion.* vestra reverentia.

magistrianis. *Parif.* agentibus in rebus. *Vide quæ in calce paginæ superioris adnotata sunt.*

scholaribus. *Sic edidit Crabbus, haud dubiè quia scholarium vocabulum ei notius erat quàm scholariorum. At omnia vetera exemplaria præferunt* scolarius. *Scholarii erant custodes Imperatoris, qui noctu ac diu in aula versabantur, magnificentiæ & ornatus causa comitantes in publicum prodeuntem, ut ait Suicerus in thesauro ecclesiastico. Vide glossarium Dufresnii.*

lector & notarius. *Malè in codice Corb. & in antiquis editionibus,* lector notariorum. *Emendationem Romanorum confirmant codices Divionensis & Parisiensis.*

cum Dei amatoriss. Episcopis. *Corb.* cum Deo amicissimis Episcopis. *Parif.* cum reverentissimis. *Divion.* cum reverentissimo Episcopo ; *& in margine,* al. cum Deo amicissimis Episcopis,

venerandus. *Insuetum epitheton, ut suprà diximus pag. 1043. Haud dubiè Crabbus in codice suo legebat* ul, *ut est in codice Corbeiensi, & nesciens artem explicandi has notas, scripsit* venerandus. *Codices Parisiensis & Divionensis ambiguitatem tollunt, in quibus disertè scriptum est* vir laudabilis. *Idem paulò pòst vocatur vir clarissimus.*

Deo amicissimi Episcopi. *Parif. & Divion.* reverentissimi. *Et paulò pòst,* reverentissimum. *Sed heic Corbeiensis habet,* Deo amicissimum.

locuti sunt. *Parif. & Divion.* locutus est.

Alexandriæ Episcopus. *Lege,* Episcopus Alexandriæ. *Sic veteres libri.*

quid expedir. *Veteres libri & Crabbus habent,* quod expedir. *Surius locum dedit editioni vulgatæ.*

infirmationen. *Veteres libri & editiones,* infirmatione.

ad subvertendum. *Sic emendavit Surius, cum antea legeretur* ob subvertendum. *Et tamen hanc lectionem habent omnes veteres libri, nisi quod pro* subvertendum *Parisiensis legit* subvertenda. *Similes locutiones vidimus suprà.*

sacri. *Parif.* sacratissimi. *Ita etiam paulò pòst.*

pervenias. *Omnes veteres libri præferunt* perveniat.

ab eo. *Hæc absunt à codice Parisiensi. In Divionensi addita sunt supra lineam.*

Dioscorus Episc. dixit. *Parif. & Divion.* Dioscorus reverentissimus Episcopus Alexandriæ dixit.

meam religiositatem. *Parif. & Divion.* reverentiam. *Ceterum omnes veteres libri & omnes veteres editiones habent* tuam, *non* meam. *Sanè Crabbus dubitare visus est legendumne esset* tuam *an* meam, *istamque lectionem reposuit in margine. quem secuti sunt Surius & auctor editionis Venetæ. Romani fuere audaciores, qui sic lectionem marginalem transtulerunt in textum ut nullam antiquæ mentionem facerent in margine, satis innuentes non dubitasse se quin certa esset emendatio. Ego tamen certum puto veriorem esse lectionem veterum librorum. Sunt enim verba Episcoporum missorum ad Dioscorum, quæ ille repetit. Nihil frequentius in actis illorum temporum quàm hæc loquendi ratio. Itaque abstineo ab exemplis.*

postulo iterum. *Codex Parif.* postulo igitur præsentibus gloriosissimis judicibus & amplissimo senatu. *Sic etiam Divion. nisi quòd pro* igitur *habet* ita eorum, *omninò malè pro* iterum.

interrumpens eum. *Haud dubiè hæc phrasis magis congruit cum regulis grammaticæ. Ceterum veteres editiones & codices Corb. & Divion. legunt* interrumpens ei, *Parif.* interrumpens eis.

Respondi jam. ANNOTATIO RUSTICI. Qui putant hanc Dioscori responsionem justam, multò ampliùs Nestorii statuunt : Quoniam veniant omnes qui convocati sunt ad Concilium, & adero. *Verba Nestorii extant suprà pag. 456. in gestis Ephesini Concilii.*

quæ de me sunt volo discuti. *Parif.* quæ de me sunt quærenda volo discuti.

à me custodientibus. *Parif.* à custodibus. *Sic etiam Divionensis, in cujus margine scriptum est,* al. à me custodientibus.

pervenio. *Corb.* pervenimus.

Pag. 388. malè 396.

pervenire. *Parif. & Corb.* venire.

Dioscorus Episc. dixit. *Parif. & Divion.* Dioscorus reverentissimus Episcopus dixit.

sanctus senatus. *Iidem libri ;* sacratissimus. *In Corbeiensi scriptum est,* scs.

Dei amantissimis. *Corb.* Deo amicissimis, *reliqui* reverentissimis.

inserantur. *Veteres libri & editiones,* inserentur.

Dei amantissimum. *Corb.* Deo amicissimum, *alii* reverentissimum.

reverendissimos. *Corb.* Deo amicissimos.

in hoc universale. *Parif.* in hoc universali & sancto concilio.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus, *ceteri* reverentissimus.

emittit. *Parif.* inmittit. *Divion.* intermittit ; *& in margine,* al. emittit.

sacri senatus. *Parif. & Divion.* sacratissimi.

secundæ vocationis. ANNOTATIO RUSTICI. Iam tertia quantum ad actum diri potuit ; una pridie, ut de Nestorio ; altera per primum trium Episcoporum ingressum ; ter. . . . .

Dioscorum religiosissimum. *Veteres libri & editiones,* sanctissimum.

Deo amicissimi. *Parif. & Divion.* reverentissimi.

Placet ergo. *Divion.* Si placet ergo.

ipsos. *Crabbus edidit* scripsis, *& posuit in margine* scriptos. *quem secuti sunt posteriores editores. Displicuit hæc lectio editoribus Romanis, &* ipsos *posuerunt pro* scripsis, *nulla veteris scripturæ facta mentione. Et tamen editionem Crabbi confirmant omnia vetera exemplaria. Sensum autem bonum habet, licèt non admodum elegantem. Quod evincit sequens interlocutio Pergamii Episcopi Antiocheni.*

Menecrates. *Parif. & Divion.* Menecratius.

Cerasuntis. *Hæc lectio est editorum Romanorum. Nam antea legebatur* Cyrassensis. *Codices Corb. & Divion. habent* Cerasensis, *Parif.* Cæsariensis.

& perturbavit. *Hæc addita sunt ab editoribus Romanis, prorsus inutiliter. Aut enim* desolavit *tantùm legendum est, aut tantùm* perturbavit, *ut docent libri veteres. Corbeiensis habet* desolavit, *Parif. & Divion.* perturbavit. *Solus Divionensis habet in margine,* al. desolavit.

Literæ à Concilio. *Titulus ille non extat in antiquis libris.*

SECUNDA VOCATIO.

Sancta & universalis synodus &c.

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *alii* reverentissimo.

sacro. *Veteres libri & editiones,* sacratissimo.

religionem. *Parif. & Divion.* beatitudinem.

& nunc placuit confidente. *Veteres libri & editiones :* & nunc placuit quatenus confidente. *Ro-*

manis visum est delendam esse vocem quatenus.

Pag. 389.

seu contra te. *Corb. & Divion. & veteres editiones*, seu coram te. *Parisiensis hac tantùm habet:* quæ acta sunt.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus, *alii* reverentissimus.

tuam religiositatem à nobis. *Hac desiderantur in exemplari Parisiensi.*

tua religiositas. *Paris. & Divion.* tua reverentia, *& paulò pòst* tuam reverentiam.

sicut ordo experit regularum. *Paris.* sicut regularem expetit ordo.

Dei amantissimos. *Corb.* Deo amicissimos, *ceteri* reverentissimos.

tuam religiositatem. *Paris. & Divion.* tuam beatitudinem.

Dei amantissimum. *Corb.* Deo amicissimum, *alii* reverentissimum.

Dicant Deo amicissimi. *Divion. & Paris.* reverentissimi.

cum veritate. *Divion.* in veritate.

commonefecimus Dei amantissimum. *Corb.* Deo amicissimum, *alii* reverentissimum.

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *reliqui* reverentissimo.

& universalis. *Parisiensis ista non habet. Addita verò sunt supra lineam in Divionensi.*

Pergamius Episcopus. *In libro Parisiensi sic legitur:* Pergamius Episcopus metropolitanus Antiochiæ Pisidiæ ad Dioscorum reverentissimum Episcopum Alexandriæ dixit.

universalis sancta & cath. synodus. *Hanc lectionem confirmat codex Parisiensis. Corbeiensis habet*, universalis sancta synodus, *Divion.* universalis & sancta synodus.

facientem commonitionem. *Hac verba non extant in codice Parisiensi, sed ita illic legitur:* in scriptis commonefacere denuntians.

denuntians. *Divion. & Corb.* denuntiat.

Et cùm Episcopo. *Divion. & Paris.* Et cùm reverentissimo Episcopo.

vestra & universali. *Ista addidere Romani contra omnium veterum codicum & editionum fidem.*

per Dei amantissimos. *Paris.* ei mandata sunt per reverentissimos Episcopos lecta fuissent.

Dei amantissimos. *Corb.* Deo amicissimos, *reliqui* reverentissimos.

præveniens. *Hanc vocem non habent codices Parisiensis & Divionensis.*

demandavi. *Paris.* denuntiavi. *Divion.* renuntiavi; *& in margine* al. præveniens demandavi.

religiositati. *Paris. & Divion.* reverentiæ.

& postulo magnificentissimos. *Paris. & Divion. & Crabbus*, & postulo & magnificentissimos.

sacrum. *Divion. & Paris.* sacratissimum.

audientia. *Corb. & Divion.* audientiam.

asserebat. *Divion.* adseverabat.

sicut te decet. *Idem codex*, sicut & te decet.

consequenter & sec. regulas. *Paris.* secundùm reg. & consequenter.

Pag. 392.

Dioscorus Episcopus. *Divion. & Paris. & heic & infrà in duobus locis sequentibus:* Dioscorus reverentissimus Episcopus dixit.

religiosissimi. *Iidem libri*, reverentissimi.

ad Concilium. *Veteres libri:* ad sanctum Concilium Iuvenalis, Talasius.

sancta universalis. *Codex Corb. & Crabbus*, sancta & universalis.

satisfiat. *Corb.* satisfaciat. *Veteres editiones*, satisfacias. *Divion.* satisfiat regulari sententiæ vocationis.

sanctissimam & universalis. *Conjunctio abest à codicibus Divionensi & Parisiensi.*

pissimum & Christianissimum. *Paris. & Divion.* Christianissimum & pissimum.

constituti. *Malè in Paris.* constitutos, *& paulò pòst* magnificentissimos & gloriosissimos.

sacro. *Divion.* sacratissimo.

religiosissimis. *Paris. & Divion.* reverentissimis.

feruntur. *Divion.* fuerunt. *Eandem lectionem habet Crabbus in margine.*

Tuam tantummodo. ANNOTATIO RUSTICI. Optima & canonica ratio contra Dioscorum. *Eandem annotationem edidit Crabbus; sed quia non monuit esse Rustici, editores Romani illam sustulerunt.*

religiosissimus. *Paris. & Divion.* reverentissimus.

regularia. *Deest in codice Parisiensi. Deerat etiam olim in Divionensi, sed additum est postea supra lineam.*

neque aliquos laicos. *Legendum*, neque alios aliquos laicos. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

tarditate aut dilatione. *Paris.* tarditas aut dilatio.

& amicum Christi. *Paris. & Divion.* & Christianissimum.

specialiter. *Ita maluere editores Romani. Superiores enim editiones & vetera exemplaria habent* specialem.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus, *reliqui* reverentissimus.

religiosissimi Eusebii. *Divion.* reverentissimi Episcopi Eusebii. *Paris.* reverentiss. Eusebii Episcopi.

sanctissima & catholica. *Divion.* sancta & catholica. *Paris.* sancta universalis.

quæ dixi. *Divion.* quod dixi.

quod dicam. *Idem*, quid dicam.

religiosissimum Dioscorum. *Legendum*, religiosissimum Episcopum Dioscorum. *Et hic quoque error est typographicus editionis Labbeanæ. Ceterùm pro religiosissimum codices Paris. & Divion. habent* reverentissimum.

Pag. 393.

Cùm verò profiteor. *Codex Corb. & veteres editiones:* Cùm verò non profiteor. *Ita etiam Divionensis, sed vox* non *addita est supra lineam.*

Hi ante sanctum. *Hac est lectio libri Corbeiensis. Reliqui verò habent:* Qui ante sanctum constituti Concilium clamationibus utentes obsecrant conjurantes.

consubstantialem. *Veteres libri & editiones*, homousion.

trinitatem. *In codice Corbeiensi additur supra lineam*, & unitatem. *Sed hac lectio non videtur posse esse bona.*

ad id quod placuerit. *Paris. & Divion.* prout placuerit. *Divionensis habet in margine vulgatam lectionem.*

& omni plena. *Veteres libri*, & cuncta plena.

à reverendissimo. *Divion.* à religiosissimo, *Paris.* à religiosissimo & reverentissimo.

sancto &. *Hac desunt in antiquis exemplaribus & editionibus.*

Dei amantissimos. *Corb.* Deo amicissimos. *Reliqui*, reverentissimos.

docentem quæ ad me ipsum pertinent. *Paris.* ut doceam quæ ego ipse sustinui.

Vt non putet. *Divion. & Corb.* Vt ne putet. *Paris.* Ne putet.

ANNO CHRISTI 451.
CONCIL. CHALCEDON.

ANNO CHRISTI 451
CONCIL. CHALCEDON.

Episcopum Eusebium. *Vox* Episcopum *deest in libro Divionensi, haud dubiè per incuriam librarii.*

qui accusant. *Veteres libri*, qui cum accusant.

ingeruntur. *Corb. & Paris.* ingerunt.

Lucentius Episcopus. *Divion. & Paris.* Lucentius reverentissimus Episcopus.

Et suscipiens Aetius Archidiaconus. *Paris.* Et suscipiens vir religiosus Archidiaconus.

legit. Et cùm lectum. *Paris. & Divion.* relegit. Et cùm lectus *Post vocem* legit, *in Corbeiensi codice posita est majuscula littera* B, *& in quibusdam locis sequentibus alia littera. Heic verò ita annotat Rusticus.*

Vt hic. In Acumitensi verò sicut per majores litteras designatur. *Intelligit opinor quæ paulò post littera* A *notantur, ea in codice Acœmetensi posita esse ante ista, nimirum in isto loco positum esse libellum Theodori, qui paulo post reperitur inferius monumentis.*

Theodorus Diaconus dixit. *Crabbus edidit:* Theodorus Episcopus dixit, *& in margine scripsit*, diaconus. *Lectionem marginalem in textum transtulit Surius, nulla facta mentione alterius. Hinc orta est vulgata lectio. Equidem non repugno quin hæc emendatio vera sit. Illud tantùm admoneo, codicem Corbeiensem convenire cum editione Crabbi. Divionensis & Parisiensis tantùm:* Theodorus dixit. *Tamen vox* Episcopus *addita est supra lineam in codice Divionensi.*

Paschasinus Episcopus. *Divion. & Paris.* Paschasinus reverentissimus Episcopus.

Pag. 396.

LIBELLVS THEODORI DIACONI.

Ante hunc libellum posita est in codice Rustici littera A, *quæ secundùm præcedentem Rustici admonitionem docet hunc libellum in Acumitensi positum esse paulò suprà, nimirum in eo loco ubi posita est littera* B.

Veteres libri hæc tantùm habent: Libellus Theodori Diaconi. *Crabbus addidit*, ad Leonem Papam & Chalcedonense Concilium. *Verùm quoniam editores Romani putaverunt ista non sufficere, addiderunt nomen Ecclesiæ cujus Diaconus fuit Theodorus, ac præterea effecerunt ut titulus doceret libellum exhibitum fuisse contra Dioscorum. Veteres simpliciùs agebant.*

Sanctissimo ac Dei amantissimo. *Corb.* Sanctissimo & Deo amicissimo. *Paris. & Divion.* & reverentissimo.

& sanctæ & universali. *Paris. & Divion.* & sancto & universali Chalcedonensi Concilio.

voluntate Dei & sacra præceptione. *Corb.* voluntate Dei divina præceptione. *Veteres editiones*, voluntate divina Dei præceptione.

à Theodoro. *Veteres libri:* à Theodoro Alexandrino Diacono.

Quæ à reverentissimo Episcopo Dioscoro Alexandriæ magnæ civitatis commissa sunt. *Ita veteres editiones & codex Divionensis. Parisiensis:* Quæ à reverent. Dioscoro quondam Episcopo Alexandriæ mag. civ. commissa sunt. *Sic etiam Corbeiensis. Rusticus autem ita heic admonet.* Nota quia quem hic synodus Episcopum, iste jam quondam Episcopum dicebat.

per audaciam. *Hæc in nullo veterum exemplarium reperiuntur, neque in antiquis editionibus. Nescio autem unde ea acceperint editores Romani. Ea verò rursum ponunt in pagina sequenti, repugnantibus licèt antiquis editionibus & vetustis exemplaribus.*

perpetrata sunt. *Paris.* præsumpta.

& adversus divinitatem. *Paris. & Divion.* tam in divinitate quàm in sanctorum patrum regulas. *Corb.* tam in sanctorum patrum regulas necnon etiam & in diversos. *Sed Rusticus admonet in Acumitensi codice legi* tam in divinitate quàm in sanctis patrum regulis, *in alio verò Græco* in sanctorum & divinorum patrum regulas. *Easdem varias lectiones in margine retulerat Crabbus. Sed quia illa nullam auctoritatem ab eo accipiebant, editores Romani illas sustulerunt, illis autem usi sunt ad concinnandam lectionem quæ hodie est vulgata.*

in ipsam devotionem. *Veteres libri & editiones*, in ipsa devotione.

sub diversis judicibus. *Veteres libri*, sub diversos judices.

necnon etiam &c. *Paris.* quàm etiam &c.

magistrianorum. *Paris.* agentium in rebus. *Vide quæ dicta sunt ad paginam* 384.

privilegia. *Veteres libri & editiones*, privilegium.

qui. *Hæc vox non extat in codice Parisiensi, & addita est suprà lineam in Divionensi. Est autem illic inutilis, quia paulò post utrobique legitur*, gubernans episcopatum.

fuit Archiepiscopus. *Pro his verbis, ut mox dicebam, codices Paris. & Divion. habent* gubernans episcopatum.

in eodem clero. *Vox* eodem *neque in antiquis libris extat neque in antiquis editionibus.*

quod utinam. *Paris.* atque utinam. *Corb. & Divion.* quod atque utinam.

comminans & à magna. *Paris.* comminans & à magna illa me explere (expellere) civitate.

fugare. *Divion.* deicere; *& in margine*, al. fugare.

nisi ob id. *Veteres libri*, nisi ob eo.

familiaritatem & benevolentiam. *Codices Corb. & Divion. & veteres editiones*, familiaritate & continentia. *Paris.* familiaritatē & continentiā. *Editores Romani vocabulo Græco usi sunt ut continentiam expellerent, benevolentiam introducerent. Infrà pag.* 401. *legitur* gratia *pro eo quòd isthic habetur* continentia.

semper. *Hanc vocem non agnoscit exemplar Parisiense. In Divionensi addita est supra lineam.*

neque sanctæ trinitatis. *Veteres libri & editiones*, neque à sanctæ trinitatis.

homicidii. *Divion.* homicidio.

Pag. 397.

quod sum paratus. *Veteres libri & editiones*, quæ sum paratus.

Deo amabilitas. *Paris. & Divion.* sanctitas.

sustinuit. *Prava emendatio editionis Labbeanæ, quam & in calce libelli confirmavit, ubi edidit* obtulit. *Item paulo pòst eodem errore Labbeus posuit* sicut dixit. *Omnia vetera exemplaria & omnes aliæ editiones habent* sustinui, dixi, *&* obtuli. *Theodorus enim loquitur de se ipso.*

ne ex utraque parte. *Veteres libri & editiones*, ut ne ex utraque parte.

qui & in militia. *Corb.* quia in militia.

gestum in metropoli. *Hæc verba non extant in codice Parisiensi. In Divionensi addita sunt supra lineam. Non ceperunt autem, quantum ego assequi possum, sensum hujus loci editores Romani. Putantes enim heic perstringi acta Dioscori in Nicæno Concilio, quod initium fuit Chalcedonensis, pro his verbis quæ nos ex gestis retulimus, ista debere substitui scribunt in margine*, quod in Nicæa metropoli ab eo temerarie est gestum. *Et mox addunt:* Ita ex Græco emendandus videtur hic locus. Non enim contra Nicæni Concilii decreta egerat Dioscorus, sed in Nicæa urbe, antequam synodus Chalcedonem transferretur, contra Leonem excommunicationem paraverat. *Sed ubi ista invenerint non indi-*

cant. Simplicius est interpretari eum extitisse temerarium contra Concilium Nicænum, quia Flavianum doctrinam de Christo orthodoxam prædicantem damnaverat, quæ à Concilio Nicæno primo fuerat exposita. Sanè quoties quæstio de duabus Christi naturis & una persona retractatur, toties, etiam in his gestis, objicitur auctoritas Concilii apud Nicæam habiti tempore Constantini magni. Præterea nulla nunc mentio extat eorum quæ acta sunt apud Nicæam quum illic congregata synodus est ab Imperatore Marciano. Nihil porrò actum heic esse colligi potest ex litteris Marciani quibus Concilium transfertur Chalcedonem, ex quibus sua accepit Liberatus.

in sanctæ & sacræ me. Flavianum. *Paris.* in sanctæ mem. Flavianum. *Divion.* in sanctæ me. Flaviano. *Codex Corb. & veteres editiones sic consentiunt cum vulgata ut tamen habeant* Flaviano.

propter ea quæ. *Vocem ea debemus diligentia & eruditioni editorum Romanorum. Non extat enim in antiquis exemplaribus & editionibus.*

peracta. *Paris. & Divion.* perpetrata.

aliquoties. *Veteres libri*, aliquotiens.

sanctissimi & reverentissimi. *Rusticus admonet in Acumitensi codice scriptum esse* religiosissimi & sanctissimi. *alibi verò* religiosi & pissimi.

quæ ab eo. *Divion.* quæ ab ipso commissa sunt.

per audaciam. *Et hoc quoque, ut dictum est, propria auctoritate addiderunt editores Romani.*

Et ipse ego &c. subscripsi. *Hæc omnia desiderantur in antiquis exemplaribus, & non habentur in textu Græco.*

suprascriptus. *Paris. & Divion.* suprascripto.

Similiter & reliqui &c. *Et hæc quoque desunt in antiquis exemplaribus & in textu Græco. Crabbus ea posuerat ante subscriptionem Theodori. Quod editores Romani videntes esse absurdum, ea transtulerunt in locum quem nunc occupant. Admonitio est alicujus antiqui, & fortassis Rustici.*

Et post lectionem libelli. *Sic omnium primi edidere Romani, secuti Græcos codices. Vetera exemplaria Latina & veteres editiones habent:* Et post hoc idem ipse Theodorus dixit.

in hoc sanctum. *Divion.* in hoc sancto vestro Concilio.

Bonifacius Presbyter. *Paris. & Divion.* Bonifacius reverentissimus Presbyter. *Sic paulò pòst iidem libri pro* religiosissimi *habent* reverentissimi.

Pag. 400.

Et postquam lectum est. *Ante hæc verba in codice Corbeiensi, qui est unus ex Rusticianis, posita est hæc nota, II. Deinde paulò pòst, nimirum ante libellum Ischyrionis, ista, I. Ad primam autem notam sic monet Rusticus.* Hic quoque ordo uni Græco consonat. Quomodo autem sit in codice Acumit. summæ ostendunt. *Ait itaque Rusticus ordinem gestorum talem esse in uno codice Græco qualem nobis hodie exhibent editiones, in Acumitensi verò qualem indicant summa littera heic apposita, hoc est, libellum illic descriptum esse ante interlocutionem Petri Episcopi Corinthiensis.*

LIBELLUS ISCHYRIONIS DIACONI.

Hæc tantùm veteres libri, quibus Crabbus addidit, ad Leonem Papam & Chalcedonense Concilium. *Sic etiam editores Romani. Verùm quoniam iidem in margine scripserunt,* sanctæ & œcumenicæ synodo exhibitus adversùs Dioscorum, *hanc lectionem in textum rejecerunt curatores editionis regiæ, nulla veteris facta mentione.*

universali Archiepiscopo. *In editione Veneta hæc annotatio posita est in margine.* Nota in his libellis Leonem vocari universalem Archiepiscopum & Patriarcham. *Non est Rustici.*

divina præceptione. *Paris. & Divion.* sacra præceptione.

recepit. *Paris.* metuit, *Divion.* meruerit; *& in margine*, al. recepit.

periit de cetero. *Divion.* periit postea de cetero. *Hæc sunt synonyma. Itaque unum sufficit.*

& dira quæ erant quasi in tyrannide. *Hanc lectionem nobis dedere Romani. Antea quippe legebatur,* & quæ erant quasi in dira tyrannide. *Quo etiam modo legitur in Corbeiensi & Divionensi exemplaribus. Parisiense verò habet*, & quæ erant quasi tyrannidi dedita.

quosdam. *Veteres libri & editiones*, multos. *quam lectionem editores Romani retinuerunt in margine, curatores editionis regiæ omiserunt.*

excisione arborum perpetrata. *Divion.* excisiones arborum perpetratæ.

in exilium pulsi. *Divion. & Corb.* exsolati, *Paris.* exulati.

in ipsam devotionem. *Ita emendatum est à Romanis. Ceterùm codices Divion. & Corb. legunt*, & ipsa devotione; *Paris.* & in ipsa devotione. *Veteres editiones* impia devotione, *mendosè pro* in ipsa. *Vide infrà pag. 413.*

sciunt. *Paris. & Divion.* cognoscunt.

Alexandrina. *Veteres libri & editiones*, Alexandria.

consubstantialem. *Iidem libri & editiones*, homousion. *Sic semper mutavere Romani, elegantiæ studentes.*

nominatissimæ. *Iidem libri & editiones*, nominatissimo.

venerabili. *Non extat in codice Parisiensi. Non extabat olim in Divionensi, ubi addita est supra lineam.*

reverendissimis. *Divion & Paris.* & religiosissimis.

nota sunt. *Nemo dubitare potest quin hæc rectè accommodata sint ad regulas grammaticæ. Et tamen libri veteres habent* notum est.

Tanta autem. *Iidem libri:* Tantum autem.

nascitur. *Paris. & Divion.* nascebatur.

præstitutum. *Hæc editio est Labbei, quam confirmant codices Divionensis & Parisiensis. Corbeiensis & omnes aliæ editiones habent* præstitum.

incruenta ex ipso hostia. *Hæc lectio reperitur in Parisiensi & Divionensi exemplaribus. Malè in Corbeiensi*, incteirenta ex ipso ostia.

permitteret. *Paris.* permittebat.

suscipere. *Divion.* excipere; *& in margine*, al. suscipere.

adæraret. *Hæc lectio primùm prodiit beneficio editorum Romanorum, cùm antea legeretur* æstimaret. *Porrò* adæraret *scriptum est in codicibus Corbeiensi & Divionensi, in Parisiensi verò* adærabat. *Adærare est pretium addicere, ære æstimare. Vide glossarium Dufresnii.*

& coemeret. *Hæc absunt ab antiquis libris & editionibus. Addita sunt in Romana.*

pecuniis. *Veteres libri & editiones*, pretiis.

gravissimis. *Iidem libri & editiones*, amarissimis.

Venumdaret. *Paris.* venundabat.

fruiti sunt. *Idem codex*, fruebantur.

Pag. 401.

necnon etiam xenodochiis. *Paris.* necnon etiam & xenodochiis.

reverendissimus. *Paris. & Divion.* religiosissimus.

lascivia verò. *Veteres libri & editiones:* quoniam

verò & vita prædicti reverentissimi viri & luxuria.

ignorata est. *Parif.* ignoratur.

Orine. *Veteres libri & editiones*, Orini.

numerosus. *Divion.* innumerosus.

emisit. *Idem codex*, emittit; *& in margine*, al. emisit.

autem. *Hac vox abest ab omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

supplex. *Et hac quoque abest ab iisdem exemplaribus & editionibus.*

misereri. *Codex Divion.* misereminí; *& in margine*, al. misereri.

qui ipsam evang. sed. ornavit. *Parif.* hanc evang. se. ornante. *Sic etiam Divion. nisi quòd habet* adornante.

ad regiam. *Parif. & Divion. & veteres editiones*, ad hanc regiam. *Vide infrà pag. 785.*

cum jumentis. *Romani ediderant* cum animalibus, *ut habent codices Parif. & Divion. & editiones Crabbiana posteriores. Sed quia iidem in margine reposuerunt vocem* jumentis, *curatores editionis regia hanc lectionem ex margine migrare fecerunt in textum, & nullam interim mentionem antiqua fecerunt. Codex Corbeiensis & Crabbus*, tempore animalibus.

sicut & ipsis. *Divion.* sicut ex ipsis. *Idem habet lectionem vulgatam in margine. Parif.* sicut ipsis.

cælos. *Veteres libri*, cælis.

contigisset. *Divion. & Corb.* contingeret.

in sanctiss. & venerab. mysteriis. *Hæc lectio in textum irrepsit ex margine editionis Romana. Nam eadem habet in textu*, in sancto & venerabili mysterio. *Quo etiam modo habent vetusti codices calamo exarati. Sic etiam veteres editiones: sed pro* mysterio *legunt* ministerio.

adversùs nost. vil. possessiones. *Parif.* adversùs nostros vilissimos agros.

tradidit eas. *Parif.* eos.

possessiones. *Idem codex*, villulis.

penitùs. *Omnes veteres libri & editiones*, pleniùs. *Codex Corbeiensis habet in margine*, ἀρδήν, *quod vocabulum at rectè exprimitur per vocem* penitùs, *ita per* pleniùs *explicari potest, quamvis non ita eleganter.*

ignis. *Parif.* igne.

diversæ quoque arbores. *Codices Corb. & Parif. & veteres editiones:* diversas quoque arbores ibi succideret, atque ipsam incenderet terram. *Divion.* & diversas quoque arbores &c.

inutilis fieret. *Veteres libri & editiones*, inutilem faceret.

in reliquum. *Divion.* in reliquo.

Sed neque his contentus. *Parif. & Divion.* Sed neque ille his contentus.

miserabilem me. *Iidem libri*, me miserabilem.

Pag. 404.

ante punctum. *Divion.* ante multum; *& in margine*, al. punctum.

& fugissem, jampridem. *Editores Romani fugerunt veterem lectionem, quia est admodum barbara. Sic autem habet:* & fugissem, sicut priùs dixeram, jam tunc ab humanis rebus efficerer alienus. *Eadem leguntur in omnibus antiquis exemplaribus.*

ex insensibilitate autem. *Corruptus & mutilus est hic locus in codice Corbeiensi, in quo sic ad verbum legitur:* ex insensibilitate forma divinis corporis mei. *Corruptus quoque erat codex quo Crabbus utebatur. Nam ille sic edidit:* ex insensibilitate facta divinitus corporis mei. *Quam lectionem reperias etiam in editione Suriana & Veneta. Romani rectè emendaverunt ope Græci textus. In Divionensi & Parisiensi codicibus ita scriptum est:* ex insipientia autem mea non fugi à magna Alexandrinorum civitate propter infirmitatem corporis mei. *Atque ita restituendum esse videtur in textu hujus antiqua versionis Latina.*

obsequio. *Parif. & Divion.* obsequium.

jubet per Harpocrationem. *Veteres libri & editiones*, jubet raptum per Arpocrationem.

rapi. *Ita codex Corb. & veteres editiones. Sed Parif. & Divion. habent* duci.

Diacono. *Parif. & Corb.* Diacone.

pariter cum. *Divion.* pariter unà cum.

novæ Romæ. *Melius veteres libri & editiones*, hujus novæ Romæ. *Hac enim agebantur apud Chalcedonem, contra Constantinopolim. Ob quam causam Martianus Chalcedonem transtulit synodum qua in Nicæa congregata erat*, propter palatii vicinitatem, *ut legitur in breviculo historia Eutychianistarum.*

multos alios. *Iidem libri & editiones*, multos ejus.

reverentissimum. *Parif. & Divion.* religiosum.

Proterium. *Ego non dubito quin hac emendatio bona sit. Qui enim post Dioscorum factus est Episcopus Alexandrinus, is citra controversiam vocabatur Proterius. Verùm omnes veteres libri & omnes veteres editiones habent in hoc loco* Nestorium.

nunc quidem Episcopum, tunc verò. *Certum est hac esse ex glossemate. Cum enim ista acta sint in Concilio Chalcedonensi, in quo Dioscorus sententiam damnationis excepit, & electio successoris ejus celebrata non sit ante solutam synodum, ut patet ex Liberato, consequens est Proterium non potuisse vocari Episcopum ab Ischyrione in libello oblato patribus synodi Chalcedonensis. Ob eandem causam delenda est vox* constitutum, *qua statim sequitur.*

recludor. *Divion.* recludere.

autem. *Hac vox abest ab omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

manifestum. *Codex Corb. & veteres editiones*, manifestatum.

agere. *Hanc lectionem introduxerunt editores Romani. Certum autem est* agerem *scriptum esse in omnibus antiquis codicibus & editionibus.*

sanctiss. & beatissimi patres. *Malè in Divionensi*, à sanctissimis & beatis patribus.

misereri. *Idem codex*, misereminí; *& in margine*, al. misereri.

iniquitate in me inlæsus. *Corb. & Divion.* iniquitate perpetrata in me illæsus. *Parif.* iniquitate illæsus.

advocati Cyrilli. *Ita omnes editiones. Omnia vetera exemplaria habent* advocato Cyrillo.

& debilis. *Conjunctio desideratur in omnibus antiquis codicibus.*

justè. *Iidem libri*, justa.

collocari. *Idem libri*, fieri.

Gaianum mediastinum. *Veteres editiones*, Gaianum & Mediastinum. *Codex Corb.* Gaianum & mediastrinum. *Parif.* Gaium & mediastrinum. *Divion.* Gaium & me mediastrinum, *eodem modo quo suprà pag. 249. in prima collatione Carthagin. cap. 204. scriptum erat* me medianas *pro* Medianas. *Legendum ergo*, Gaianum mediastinum, *vel* mediastrinum. *Utrumque enim dicitur. Mediastini erant vilissimi generis servi. Vide Martinium.*

balnei. *Veteres libri & editiones*, balinei.

qui est imperitus. *Parif. & Divion.* imperitum; *& in margine*, al. qui e i imperitus.

& qui potest omnia subtiliter. *Parif.* & qui possit o. subtiliter. *Melius in Divionensi*, & qui possit omnia simpliciter.

vita & fide. *Divion.* vitæ fervore; *& in margine*, al. vita & fide.

quæ

quæ in libellis accusationis sunt inserta. *Nullus veterum librorum ista habet. Non habentur etiam in textu Græco. Certè non sunt necessaria, & videntur esse ex glossemate & ex margine in textum irrepsisse.*

valeant. *Divion. & Paris.* prævaleant.

Pag. 405.

Procopius lector. *Ita omnes veteres libri & editiones. Verùm quia Crabbus in margine posuerat vocem* diaconus, *quam habet etiam textus Græcus, editores Romani posuerunt in textu lectionem quam veteres editiones habebant in margine, & alteram omiserunt ut falsam. At Rusticus scripsit* Procopius lector, *quia ita inveniebat in codicibus suis; & in margine admonuit Acœmetensem habere* Procopius Diaconus.

Et cùm lectus esset. *Ita codex Parisiensis. In Divionensi legitur:* Et cùm lectus fuisset. *In Corbeiensi:* Et cùm lectum esset.

Dei amantissimum. *Corb.* Deo amicissimum, *alii* reverentissimum.

nobis facito. *Ita etiam veteres editiones. Sed editores Romani videntes hanc lectionem non convenire cum textu Græco, in margine admonuerunt legendum esse* ipsi. *Rectè. Nam codices Paris. & Divion. præferunt*, ei facito. *Malè in Corb.* tibi facito.

in omnibus de quibus eum accusavi. *Paris.* in omnibus quibus eum accusavi. *Divion.* in omnibus in quibus eum accusavi. *Sed voces* in illic *addita sunt supra lineam. Corb.* in omnibus quæ eum accusavi.

evidentissimas. *Divion. & Paris.* certissimas. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

probationes. *Veteres libri & editiones*, approbationes.

syncellos ejus constituros. *Malè in Divionensi*, syncellus ejus constitutus. *Verùm nota est permutatio litterarum.*

cùm producti fuerint. *Hæc non habentur in codice Parisiensi. In Divionensi verò addita sunt supra lineam.*

quidem. *Legendum*, quidam. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*

Et cùm lecti. *Paris. & Divion.* Et cùm relecti.

viro religioso. *Corb.* viro reverentissimo. *In Divionensi scriptum est*, ũ rõ. *quod & explicari potest* viro religioso & viro reverentissimo, *ut jam suprà monuimus.*

fidei monim. cum aliis inseratur. *Corb.* fidei monumentorum cum aliis inferatur. *Paris.* cum reliquis monumentorum fidei societur. *Veteres editiones*, fidei monim. cum aliis misceatur; *& in margine*, inseratur.

reverendissimum. *Corb.* Deo amicissimum.

Libellus Athanasii Presbyteri.

Hæc tantùm vetera exemplaria. *Crabbus addidit*, ad Leonem Papam & ad Chalcedonense Concilium. *Ita etiam fermè editores Romani; qui in margine addiderunt versionem ex Græco, hoc modo:* Libellus Athanasii Presbyteri Alexandriæ oblatus adversùs Dioscorum sanctæ synodo. *Curatores editionis regiæ lectionem illam è margine transtulerunt in textum, alterius nulla facta mentione. Hinc ergo orta est editio Labbeana.*

Paulo fratri meo; *de quo vide quæ suprà dicta sunt in annotationibus ad synodicon adversus Tragœdiam Irenæi pag. 746.*

meæ verò matris. *Malè in Parisiensi & Divionensi exemplaribus*, mihi verò Isidoræ. *Attamen codex Divionensis habet veram lectionem in margine.*

cum. *Hæc vox deest in codice Parisiensi. Deerat etiam olim in Divionensi, sed addita est supra lineam.*

Propria. *Hanc vocem addidere Romani, quæ neque in superioribus editionibus extat neque in antiquis exemplaribus.*

per venerabilia & terribilia mysteria. *Divion. & Paris.* per venerabile & terribile mysterium.

Pag. 408.

succedens in throno. *Veteres libri & editiones*, succedens throno.

terribiles adjurationes. *Divion. & Paris.* terribilem conjurationem.

operatus est. *Hæc lectio orta est ex margine editionis Romanæ, quæ migravit in textum regiæ. Ceterùm superiores omnes editiones & omnia vetera exemplaria habent* operatur.

principio. *Veteres libri*, principiis.

tunc superstiti. *Vox* tunc *non habetur in exemplari Parisiensi, & necessaria non est. In Divionensi posita est supra lineam.*

ita ut. *Vocem* ita *non agnoscunt veteres libri & editiones.*

præfari. *Vocabulum hoc primò prodiit in editione Romana. Ceterùm non habetur in antiquis exemplaribus.*

habente. *Sanè hæc lectio optima est. Sed tamen illud monendum est, omnes veteres libros & editiones habere* habenti.

Huic enim. *Veteres libri & editiones:* Hoc enim.

ipsi verò. *Paris.* ipsi verò nostræ captionis gratiam conficerentur. *Divion.* ipsi (*supra lineam*, ipsis) verò nostræ cap. gratia confiterentur. *Corb.* ipsis verò no. cap. gratiam confiteretur.

in regiam urbem. *Veteres libri*, in regia urbe.

pervenissemus. *Corb.* perveniremus. *quam lectionem habet Divionensis in margine.*

sub custodia habiti. *Veteres libri*, sub custodia facti.

cùm tormentis non sufficeremus. *Paris. & Divion.* cùm tormentis facta exactione cogeremur. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

gravissimis. *Veteres libri & editiones*, cum gravissimis.

nostræ materteræ. *Hanc lectionem debemus curatoribus editionis regiæ, qui verba Latina reduxerunt ad sensum Græcorum. Eorum emendationem adjuvant sequentia verba Athanasii:* à nostris materteris, sororibus sanctæ & beatæ memoriæ Cyrilli. *Item in prosecutione Athanasii quæ descripta est post lectionem libelli:* & meis materteris.

contra nos. *Hæc desunt in codice Parisiensi. In Divionensi addita sunt supra lineam.*

absolveremus. *Veteres libri*, absolvere. *Atque ea lectio est antiquior & melior.*

præparavit. *Paris.* jussit. *Ità etiam Divionensis; qui in margine habet*, al. præparavit.

fieri, & meam. *Conjunctio deest in omnibus antiquis libris & editionibus.*

complectitur. *Corb.* & complectitur. *Ita etiam Divion. in margine. Nam quæ in textu descripta est lectio, corruptissima est. Habet enim:* etiam collectio cum prædictis.

validas. *Hæc vox neque in libris veteribus extat, neque in antiquis editionibus. Prodiit primùm in Romana.*

aditus. *Veteres libri*, reditus. *Ita quoque habent omnes antiquæ editiones, etiam Romana. Sed quia viri doctissimi qui ei præfuerunt, admoniti à Græco textu heic debere legi* aditus, *eam vocem posuerunt in margine, curatores editionis regiæ eam receperunt in textum, antiquam omnino rejecerunt.*

alienum ab ecclesiastico. *Veteres libri non agnoscunt vocem* ab.

Et agimus annum jam septimum. *Corb.* Et jam agimus annum sempiternum. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine, in textu verò hanc :* Et jam septimum annum agimus. *Sic etiam in Parisiensi. Crabbus edidit :* Et jam agimus annum integrum. *Surius :* Etiam agimus annum jam septimum. *Ita etiam editio Veneta, quæ Romanam proximè antecessit.*

partim quidem. *Veteres libri & editiones :* aliquando quidem à creditoribus fugientes, aliquando & ab ipso. *Ita etiam Romani, nisi quòd addiderunt* ut diximos. *Verùm quoniam iidem in margine contra vocem* aliquando *posuerunt* partim, *curatores editionis regiæ, rejecta veteri lectione, hanc novam admiserunt.*

neque in Ecclesiis. *Corb.* ut neque, *Divion.* & neque.

Alexandriæ. *Paris. & Corb.* Alexandrinæ.

totum enim. *Omnes libri veteres*, omne enim.

Tabennesiotarum. *Editio regia hanc lectionem prima protulit. Superiores enim & scripti libri habent* Tabennensium.

Pag. 409.

tutelam. *Veteres libri*, cautelam.

in tantum ad impietatem. *Veteres libri & editiones :* In tantum autem ad impietatem.

miseriores o.m.n. effectis. *Paris.* miserioribus omnibus constitutos.

miseria. *Veteres libri & Crabbus*, miseratione.

neque aliquod mandatum. *Veteres editiones & codex Corb.* neque aliquando aliquod mandatum. *Divion. & Paris.* neque aliquando mandatum. *Divion. habet in margine*, al. aliquod mandatum.

Christi perciperet in mente. *Corb.* percepit in mentem. *Ita etiam Divion in margine. Veteres editiones*, præciperet impendi. *Codex Paris.* mandatum timuit Christi. *Divion.* timuerit.

publicum. *Veteres libri*, fiscale.

alium. *Veteres libri & editiones*, alterum.

excessi. *Iidem libri & editiones*, excesseram.

per Dei. *Iidem libri*, propter Dei.

magistrianum. *Paris.* agentem in rebus. *Vide quæ observata sunt ad paginam* 384.

subadjutorem. *Veteres libri docent legendum esse* subadjuvam. *Vide glossarium Dufresnii.*

barbari illius. *Veteres libri & editiones*, illius barbari.

relictis. *Hæc lectio debetur editioni regiæ. Superiores enim habent* reliquis. *Quo etiam modo scriptum est in codicibus antiquis.*

à nostris materteris. *Codex Corb. & veteres editiones.* exegit à nostris materteris. *Paris. & Divion.* exegit & a nostris materteris.

angustians. *Hæc vox desideratur in omnibus antiquis libris & editionibus.*

exegit. *Hanc vocem superiùs positam monnimus in antiquis libris & editionibus.*

& à filiis. *Veteres libri & editiones :* & filios clar. me. mei fra. orbitate infelices & ejus uxorem mor. mar. f. plangentem. *Veteres illi dicebant exigere aliquem, ut innumeris exemplis probari posset. Unde paulò suprà legitur :* Pecuniæ itaque quas exacti sumus. *Et paulò pòst :* quæ injustè à magnificentissimo & gloriosissimo Nomo exacti sumus. *& statim*, qui nos illam quantitatem exegit. *Itaque non bene hunc locum ad regulas bonæ grammaticæ reducere tentarunt editores Romani.*

Deo amantissimi. *Corb.* Deo amicissimi, *Paris. & Divion.* reverentissimi. *Sed Divionensis addit*, Episcopi.

debuit. *Divion.* debet.

vobis proposita. *Ante Venetam editionem legebatur* nobis. *Et hanc lectionem confirmat auctoritas veterum exemplarium.*

& reddamus. *Veteres editiones & codex Corb.* ut reddamus.

ostendere. *Hanc vocem in hoc loco non habent codices Parisiensis & Divionensis, sed post* Dioscorum. *Tamen dissimulandum non est eam istic esse additam in margine libri Divionensis.*

non solùm legibus. *Divion.* secundùm leges. *Idem habet in margine editionem vulgatam.*

Pag. 412.

agentes. *Divion.* agamus; *& in margine*, al. agentes.

religiositati. *Idem codex*, beatitudini.

porrexi sanctissimo universali. *Legendum*, sanctissimo & universali. *Error est editionis Labbeanæ.*

sanctorum. *Veteres libri*, sanctissimorum.

voci hæc. *Ista desiderantur in codice Parisiensi. In Divionensi verò sunt addita supra lineam.*

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *reliqui* beatissimo.

annis eo circumv. me &. *Paris.* annis circumveniente &. *Divion.* annis & circumveniente me &. *Sed vox me addita est supra lineam.*

manifestè. *Veteres libri*, manifestiùs.

seriei. *Corb. & Divion.* serie. *Paris.* textui.

LIBELLVS SOPHRONII.

Hic est titulus sequentis libelli in vetustis exemplaribus. Veteres editiones addunt Christiam ad Leonem Papam & Chalcedonense Concilium. *Romani sequenti textum Græcum, titulum eo modo composuerunt quo in editione Labbeana legitur.*

magnæ Romæ. *Legendum*, magnæ urbis Romæ. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

divina. *Divion.* sacra, *Paris.* sacratissima.

vero. *Hanc vocem non habet codex Parisiensis.*

à Dioscoto Episcopo ma. civ. Al. læsi sunt. *Veteres editiones*, à Dioscoro Episcopo læsi sunt. *Veteres libri*, à Dioscoro reverentissimo Episcopo læsi sunt.

angelicum. *Veteres libri & editiones*, evangelicum.

quia magna sunt. *Parisiensis repetit*, quæ in me commissa sunt.

Pag. 413.

adiens. *Codex Corbeiensis habet* adiciens. *Ita etiam Divionensis in margine.*

Theodotam. *Veteres libri & editiones docent legendum esse* Theodotem, *& infrà* Theodote.

apud se. *Hæc in nullo veterum exemplarium habentur.*

perpetrarunt. *Veteres libri*, perpetraverunt.

Et postulavi eum qui sic contra. *Veteres editiones:* Et præcepi eum qui contra. *Veteres libri :* Et præcepit eum qui contra.

venerabilem. *Omnes libri veteres & editiones, etiam Romana & Biniana, habent* strenuum. *Curatores editionis regiæ prætulerunt lectionem quam Romani posuerant in margine, nimirum* venerabilem.

arbitratus. *Paris.* arbitrans.

imperialia. *Ante regiam editionem hæc lectio (quæ sola bona est, quam & codices quoque Parisiensis & Divionensis habent) non extabat in textu istius libelli, neque in margine ante editionem Romanam. In libro Corbeiensi scriptum est* immo alia. *quam lectionem esse antequam hinc etiam patet quia legitur in*

margine codicis Divionensis. Eadem, ni fallor, extabat etiam in exemplari quo Crabbus utebatur. Verùm ille satis intelligens nullum hinc bonum sensum elici posse, reposuit immobilia. *Sed quoniam vocabulum illud neque cum Græco textu conveniebat neque cum dignitate materiæ, editores Romani* immortalia *scripserunt, & in margine* imperialia. *Hanc ergo lectionem marginalem in textum transtulerunt curatores editionis regiæ, comite fortuna ac præfulgente bona lectioni.*

Quippe immittit. *Paris. & Divion.* Quippe igitur immittit.

diaconi. *Divion.* diaconatus.

quas in vestibus. *Veteres editiones*, quas in navibus. *Veteres libri*, quæ in navibus. *Veteres editiones secuti sunt Romani, sed in margine posuerunt* vestibus. *Hanc ergo postea lectionem in textum transtulerunt curatores editionis regiæ, nulla veteris mentione facta. Postea Labbeus inveniens vocem* navibus *in veteribus libris, eam scripsit in margine. Et sic quæ primò fuerat in textu, migravit ad marginem, & in ejus locum ea irrepsit quæ antea marginem occupabat.*

cum nostris. *Divion.* cum meis; *& in margine*, al. cum nostris.

Ex inspirato. *Veteres libri*: Ex disperato, *vel* desperato.

consubstantialem. *Veteres libri & editiones*, homousion. *Sic ubique ferè Græcum vocabulum Latinè verterunt editores Romani.*

devotionem. *Hanc lectionem habent codex Parisiensis & editiones Suriana & Veneta. Eadem extabat & in codice Divionensi, sed syllaba* ca *posita supra lineam effecit* devocationem. *Istam lectionem exhibet codex Corbeiensis. Eandem extitisse in Crabbiano ostendere videtur ejus editio, in qua legitur* evocationem. *Melior est editio vulgata. Vide quæ suprà dicta sunt ad paginam* 400. *hujus tomi quarti.*

non recusavit multas. *Codex Parisiensis*: non recusavit multas dispergens pecunias. *Sic etiam olim Divionensis, sed postea vox* agere *adjecta supra lineam inter voces* recusavit *&* multas, *lectionem effecit quam inveni in codice Corbeiensi & in antiquis editionibus*: non recusavit agere multas dispergens pecunias, *quam habet etiam editio Romana. Curatores editionis regiæ novam lectionem & usque ad illam diem non auditam introduxerunt, eam nimirum quam heic videmus in editione Labbeana.*

Pag. 416.

diœcesi. *Veteres libri & editiones habent* diœcesos; *& Crabbus in margine scripsit* diœcesi, *indicans ita legendum esse. In codice Parisiensi legitur* diœceseo, *barbarè pro* diœcesi.

volebat. *Paris. & Divion.* volens.

spectabilis. *Divion.* strenuus.

præscripta. *Veteres libri*, perscripta.

religiosissimus. *Paris. & Divion.* reverentissimus.

evocationem. *Paris. & Divion.* vocationem.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus. *Paris. & Divion.* reverentissimus.

reverendissimus. *Corb.* religiosissimus.

religiosissimum. *Divion. & Paris.* reverentissimum.

judicastis. *Corb.* judicatis. *Malè in Divion.* jusseratis.

sacratissimum ve. Concilium. *Veteres libri*, sacratissimum ve. & sanctum Concilium.

Deo amantissimi. *Corb.* Deo amicissimi; *reliqui*, reverentissimi.

eum fraternè monentes. *Paris.* fraternè eum suadentes.

Pag. 417.

TERTIA VOCATIO.

Hac tantùm in veteribus libris, quibus congruit & textus Græcus. Quare inutilis est titulus heic appositus in vulgatis editionibus.

universalis. *Divion.* & universalis.

magistrianis. *Paris.* agentibus in rebus. *Vide quæ dicta sunt ad paginam* 384.

scholaribus. *Omnes libri veteres*, scolariis. *Sic etiam suprà.*

gerendis. *Hanc vocem editores Romani primi intulerunt in hæc gesta.*

confessionem. *Optima emendatio Romanorum. Nam antea mendosè legebatur* confessionem. *quæ lectio extat etiam in codice Parisiensi. Divionensis habet* concessionem, *Corb.* consensionem.

Christi amico. *Divion. & Paris.* Christianissimo. *Sic etiam paulò pòst iidem libri habent* Christianissimus.

religiosissimos. *Corb.* & Deo amicissimos, *reliqui* & reverentissimos.

huic universali. *Veteres libri*, huic & universali.

neque aliud. *Legendum*, neque aliud aliquid. *Et istud quoque connumerandum est inter errata typographica editionis Labbeanæ.*

excusatione. *Veteres libri & editiones*, occasione. *Infrà pag.* 439. occasionibus.

in sacrum hoc Concilium. *Divion.* in hoc sacro Concilio.

& iis qui in præsenti. *Veteres libri & editiones*, & qui in præsenti.

qui non pauci sunt. *Iidem libri & editiones*, non paucis constitutis & qui ab Alexandria orti sunt clericis & laicis.

& Sophronius. *Iidem libri & editiones repetunt nomen Theodori, hoc modo*: Sophronius & Theodorus.

tertiam regularem. *Legendum*, tertiam hanc regularem. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

jure. *Abest ab omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

tertiæ vocationis. *Veteres editiones & codex Corb.* evocationis. *Sic etiam emendatum est in Divionensi.*

Dei amicissimos. *Corb.* Deo amicissimos, *reliqui* reverentissimos. *Sic etiam iidem codices paulò pòst ubi nominantur Episcopi missi ad Dioscorum, ubi Dioscorus ipse nominatur, aut aliquis Episcopus.*

& rogare eum. *Paris. & Divion.* & petere eum.

directis. *Divion.* domnis.

Pag. 420.

ad Dei amantissimum. *Corb.* ad Deo amicissimum, *Divion. & Paris.* reverentissimum. *Ita etiam paulò pòst in responsione Francionis.*

ad faciendam. *Veteres libri & editiones*, ob faciendam. *Sic suprà pag.* 385. ob subvertendum. *Sunt & alia multa exempla.*

Dignemini. *Veteres libri*, Dignamini.

à Dei amantissimo. *Corb.* à Deo amicissimo, *Divion. & Paris.* à viro reverentissimo.

Post hanc Anatolii interlocutionem veteres editiones ita habent. Maximus Episcopus Antiochiæ magnæ civitatis dixit. Relegantur ea quæ à Deo amantissimo Episcopo Dioscoro in tertia evocatione mandata sunt. *Editores Romani, quia hæc paulò pòst repetuntur, & in hoc loco non reperiuntur in textu Græco, ea omnino sustulerunt, nulla annotatione apposita quæ doceret cur illa Maximi interlocutio sublata erat. Eadem tamen habetur in codice Corbeiensi, ubi Rusticus*

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

ita annotat. In Græcis non est. In Acumitensi plus habet. *Et infrà ad eandem interlocutionem ait :* Plus sunt. Repetita sunt.

à sancta synodo. *Hæc verba editores Romani acceperunt ex textu Græco. Non extant autem in antiquis editionibus, neque in codicibus calamo exaratis.*

ad Dioscorum Alex. civ. Episcopum. *Paris.* Dioscoro Alexandrinæ civ. Episcopo.

religiositatem. *Paris. & Divion.* reverentiam.

in sanctam eorum congregationem. *Idem codex Paris.* in sancta eorum congregatione.

ad respondendum. *Veteres libri & editiones*, ob respondendum.

Byzensis. *Veteres editiones & codex Corb.* Byzetanus, *Divion.* Byzoitanus, *Paris.* Bezoetanus.

confidentia. *Veram lectionem exhibet codex Paris. ubi scriptum est* confidentem. *Corbeiensis habet* confidente, *Divion.* confidenter.

Christianissimi. *Veteres editiones & codex Corb.* Christi amici.

examinationem fecit. *Vox* fecit *non extat in hoc loco in antiquis exemplaribus & editionibus, sed post vocem* Eusebio.

religiosissimo. *Paris. & Divion.* reverentissimo.

religiositati. *Iidem libri*, reverentiæ.

Pag. 421.

addere aliquid iis. *Paris.* addere his. *Sic etiam in Divionensi, nisi quod illic vox* aliquid *adjecta est supra lineam.*

religiositatem. *Iidem libri*, reverentiam.

quia per omnia ab iis. *Paris.* quia ab ipsis. *Divion.* quia per omnia ab his. *Verum ibi* per omnia *additum est supra lineam.*

Magna est & univ. sa. synodus. *Veteres libri :* Magna & un. & sa. est synodus.

sicut placitum est Deo. *Veteres libri,* sub teste Deo. videtur &c. *Hæc desunt in antiquis exemplaribus & editionibus.*

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo. *Paris. & Divion.* reverentissimo.

fatigare. *Divion.* fatigere.

Quæ dixi dixi. ANNOTATIO RUSTICI. Nota quia nec permisit sibi legi hujusmodi scripta.

Deo amabilis. *Divion. & Paris.* reverentissima.

Dei amantissimos. *Corb.* Deo amicissimos, *alii* reverentissimos.

Dioscopus Episcopus. *Paris. & Divion.* Dioscorus reverentissimus Episcopus.

Quo igitur dignus. *Veteres libri :* Quid igitur dignus. *Et paulò post :* Quid dignus est.

nostro & archiepiscopo. *Divion.* nostro Episcopo. *Paris.* nostro & coepiscopo. *Corb. & veteres editiones*, nostro & Episcopo.

Ephesinia. *Veteres editiones & codices Corb. & Divion.* Ephesia.

quæ placuerit. *Paris.* quam placuerit.

religiositas. *Paris. & Divion.* reverentiæ.

ultione ecclesiastica. *Paris.* ultionē ecclesiastica sententia.

consentitis. *Divion.* consentientes; *& in margine*, al. consentitis.

quæ regulis. *Divion.* quæ sanctis regulis.

Pag. 424.

ut sum interlocutus. *Hæc addita primò sunt in editione Romana. Non extant enim in superioribus, neque in vetustis codicibus.*

Quintus. *Divion. & Paris.* Cointus, *quod idem est.*

debent. *Veteres libri*, debet.

Smyrnensis. *Corb. & Paris.* Myrensis, *Divion.* Sumitensis.

tentat. *Veteres libri & editiones*, tentatis.

collectis. *Veteres editiones & codex Corb.* congestis. *Paris. & Divion.* gestis.

Iulianus. *Heic Rusticus addit in margine :* Græci non habent, sed debet esse.

religiosissimum Eusebium. *Divion. & Paris.* reverentissimum.

& omne sanctum Concilium. *Veteres editiones :* & cognovit vestra sanctitas & omne sanctum Concilium. *Hanc lectionem confirmant etiam vetera exemplaria.*

cognovistis. *Omnes veteres libri & editiones habent* cognovit, *etiam Romana. Verùm quia illic in margine scriptum est* cognovistis, *curatores editionis regiæ retinuerunt lectionem quam Romani posuerant in margine, veterem prorsus eliminarunt.*

igitur. *Desideratur in omnibus antiquis libris & editionibus.*

vestram sanctitatem, qui habes, magis autem qui habetis. *Sic etiam veteres editiones & codex Corbeiensis, nisi quòd habet* habentis. *In Parisiensi scriptum est :* vestram sanctitatem, magis autem habentes. *quem locum patet esse mutilum. Itaque cùm eodem modo haberetur in Divionensi, sic emendatum est supra lineam & in margine ut legeretur :* vestram sanctitatem, qui habes, magis autem qui habentes.

Paschasinus Episcopus dixit. ANNOTATIO RUSTICI. Nota quia & hic Iulianus ita deest ut in ultima die ibant interlocutione. *Intelligit Iulianum Episcopum Coensem.*

Esculanensis. *Paris.* Herculanensis, *Divion.* Herclanensis, *Corb.* ●rculanensis.

Ecclesiæ. *Omnes veteres libri & editiones, inter quas etiam hic numero Romanam, habent* civitatis. *Alia lectio, quæ nunc est vulgata, irrepsit in editionem regiam ex margine Romanæ.*

acta. *Paris.* gesta.

adversus san. reg. ordinem, ecclesiasticam. *Paris.* adversùs regularem ordinem, eccles. discipl. tam de his quæ dudum. *Divion.* adversùs regularum ordinem; *& in margine*, al. sanctarum regularum.

quàm ex iis. *Veteres libri*, & ex his.

priusquàm consideret. ANNOTATIO RUSTICI. Nota quòd tacent gesta de ante synodus summa prævaricatio.

Dei amantissimis. *Corb.* Deo amicissimis, *reliqui* reverentissimis.

veniam præstitit. ANNOTATIO RUSTICI. Magna decretio, sancta sententia.

Pag. 425.

sicut confideles. ANNOTATIO RUSTICI. Nota. Confideles autem qui postea consentiebant in duabus naturis.

in eis pro quibus. *Paris.* in eis in quibus.

cum juramento. ANNOTATIO EIUSDEM RUSTICI. De perjurio notatur Dioscorus. *Hanc annotationem, quæ in Crabbiana & reliquis antiquis editionibus extabat, Romani sustulerunt.*

promittens. *Divion.* promisit; *& in margine*, al. promittens.

deliberabamus. *Paris. & Divion.* inspiciebamus. *Lectio vulgata extat in margine codicis Divionensis.*

insuper etiam multi. *Divion. & Corb.* insuper etiam & multi. *Paris.* insuper etiam & multis libellis plenius &c. oblatis.

Dei amantissimos. *Corb.* Deo amicissimos. *Paris. & Divion.* reverentissimos.

& sæpius. *Conjunctio deest in codicibus manu scriptis.*

magnæ & senioris. *Et heic quoque conjunctionem non agnoscunt veteres libri.*

sanctissimus Leo. ANNOTATIO RUSTICI. Promulgaverunt sententiam contra Dioscorum in Domino Christo uno de se Trinitas & beatus Petrus & beatus Leo & tres vicarii ejus. Et fiunt simul personæ octo. *Ostendere ergo videtur hic locus Julianum Coënsem non fuisse vicarium Papæ Leonis in synodo, sed Legatum, ut observat idem Rusticus ad subscriptiones actionis sextæ infrà pag. 581.*

& rectæ fidei fundamentum. *Hæc est lectio codicis Parisiensis. Eadem primò fuit in Divionensi, sed postea supra lineam addita sunt quædam verba quæ istam constituunt:* & ille qui est rectæ fidei fundamentum. *Et hanc lectionem confirmat exemplar Corbeiensis monasterii.*

quàm etiam & ab omni. *Divion. & Corb.* quàm etiam & omni. *Parif.* quàm etiam omni.

sedi. *Omnes veteres libri & editiones*, sedis.

se ipsum ab omni. *Veteres libri*, se ipsum omni.

eò quòd omnibus. *Corb. & Divion.* eò quòd in omnibus. *Parif.* ob eo quòd in omnibus.

Antiochiæ. *Corb. & Parif.* Antiochenæ.

consacerdotibus meis. *Veteres editiones & codex Corb.* consacerdotibus quondam meis. *Eadem vox addita est supra lineam in Divionensi. Deest autem in Parisiensi.*

subjaceret. *Divion.* subjacerent.

ideo eum. *Veteres libri*, ideoque eum.

judico ab omni episcopali. *Iidem libri*, jodico omni episcopali.

& alienum eum ab omni. *Ibidem*, & alienun eum omni.

Pag. 427.

Byziæ. *Corb. & Parif.* Byzæ, *Divion.* Byzinæ.

agens vices. *Veteres libri*. & agens vices.

Deo amicissimi. *Divion.* beatissimi, *Parif.* beati.

eum ab omni. *Veteres libri*, eum omni. *Sic etiam paulò pòst in interlocutione Diogenis Cyziceni.*

religiosissimos. *Parif. & Divion.* reverentissimos.

Romano. *Iidem libri*. regiæ Romæ.

ad explanationem. *Divion.* ab explanatione.

Dioscorus Episcopus. ANNOTATIO RUSTICI. Non ait qui fuit. *Hoc ideo notat Rusticus quia alii Episcopi loquentes de Dioscoro aiunt*, quondam Episcopus.

eum esse ab episcopatus. *Veteres libri*, alienus est episcopatus dignitate.

sub diligenti. *Corb.* sub diligentia. *Parif. & Divion.* sub diligentissima.

examinatione. *Ita codices Divionensis & Parisiensis. Corbeiensis habet* examinationes. *Veteres editiones*, examinationibus.

judicans à sede. *Divion. & Corb.* judicans sede. *Parif.* judicans esse sacerdotali sede & ministerio.

maximæ Romæ. *Divion.* magnæ.

his interlocutionibus *Corb.* his quæ interlocutionibus.

alienum eom ab omni. *Veteres libri*, alienum eum omni.

judico ab omni. *Iidem libri*, judico omni.

suscipieos. *Divion.* excipiens.

Pag. 428.

unde à maximis. *Parif. & Divion.* unde & à magnis.

judicans ab omni. *Veteres libri*, judicans omni.

Myrenæ. *Parif.* Myræ, *Divion.* Smyrnæ.

religiosissimo. *Parif. & Divion.* reverentissimo.

tertia. *Iidem libri*, tertio.

quæ ei ingerebantur. *Divion.* quæ ingerebantur. *Parif.* quibus ingerebatur sibi adesse minimè.

beatissimum Arch. Leonem. *Corb.* Deo amicissimum.

Dei amantissimom. *Idem codex*, Deo amicissimum, *reliqui* beatissimum.

tam ab episcopatus. *Parif.* tam episcopatus dignitate quàm & omni.

patrum nostrorum. *Corb.* patrum qoondam nostrorum. *Ita etiam Divionensis; sed, quod fatendum est, vox* quondam, *quam Parisiensis non habet, addita est supra lineam.*

incidisse. *Veteres libri*, cecidisse.

quæ à sacerdotali. *Veteres libri & editiones*, quæ sacerdotali eum alienarent.

super Dioscoro. *Parif* super Dioscorum quondam Episcopum. *Sic etiam paulò pòst in interlocutione Seleuci.*

eum ab episcopali. *Veteres libri*, eum episcopali.

judicans ab omni episcopali. *Iidem libri*, judicans episcopali.

magnæ. *Deest in Divionensi.*

judicans ab omni. *Veteres libri*, judicans omni.

Amasiæ. *Ita codex Parisiensis. Corb.* Sebastiæ; *Divion.* Asiæ; *& in margine*, al. Sebastiæ. *Veteres editiones*, Sebastiæ Armeniæ primæ. *Lectionem vulgatam confirmare videtur sequens interlocutio, quæ est Ioannis Episcopi Sebastiæ.*

per sanctissimos. *Divion.* per sanctissimos & beatissimos.

qui ejus loco. *Corb. & Divion.* qui in ejus loco.

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo. *Parif.* beatissimo.

& omni eum judicio. *Hæc versio est editorum Romanorum. Antea quippe legebatur*, & ab omni eum alienum judico pontificatus ministerio. *Veteres libri*, & omni eum alienum judico pontificatus ministerio.

Pag. 429.

Armeniæ primæ. *Hæc addita sunt ab editoribus Romanis. Non extant autem in vetustis editionibus, neque in antiquis exemplaribus.*

regularis est prolata. *Vocem* est *nullus veterum librorum habet.*

à beatissimo. *Corb.* à Deo amicissimo.

patre nostro & Archiepiscopo. *Conjunctio abest à codice Divionensi.*

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *reliqui* beatissimo.

super Dioscoro. *Divion. & Parif.* super Dioscorum Alex. mag. civitatis quondam Episcopum. *Sic etiam paulò pòst in interlocutione Calogeri Claudiopolitani.*

judico ab omni. *Veteres libri & heic & infrà in interlocutione Constantini Bostrensis*, judico omni. *Iidem libri infrà in interlocutione Patricii Episcopi Tyanensis habent* judicans omni.

Constantinus E. metropolitanus. *Parif. & Divion.* metropolis.

Dei amantissimis. *Corb.* Deo amicissimis, *reliqui* reverentissimis.

Calogerus &c. metropolitanus. *Parif. & Divion.* metropolis. *Corb.* metropolitanæ.

alienum eum esse ab omoi. *Veteres libri*, alienum eum esse omni,

dignitate & ministerio. *Divion.* ministerio & dignitate.

Tyanæ civ. metropolitanus. *Divion. & Parif.* metropolis.

non interesse. *Veteres libri*, neque interesse.

Dioscori ita contemnentis. *Parif.* Dioscorum ita contemnentem.

& omne sanctum. *Iidem libri*, & omnem sanctam & universalem synodum.

concors sum. *Paris. & Divion.* concors ero omnibus his quæ in eo.

maxima & Deo amabili. *Iidem libri*, magna & reverentissima.

Amphilochius Episcopus. *Veteres libri & editiones:* Amphilochius Episcopus metropol. provinciæ Pamphyliæ Sydenæ civitatis.

Votum. *Divion.* Votivum.

abscindere. *Veteres libri*, abscidere.

super quibus. *Divion.* super his quibus

Epiphanius Episcopus. *Veteres libri & editiones:* Epiphanius Episcopus provinciæ Pamphyliæ Pergenæ civitatis.

super minores. *Paris. & Divion.* supra minores.

Quæ ei ingerebantur. *Divion.* de quibus ei ingerebantur.

super eo. *Divion. & Paris.* super eum.

Pag. 430.

sacerdotali. *Divion. & Paris.* sacerdotio.

alienum eum ab omni. *Vox* judico, *quæ statim sequitur, non extat in antiquis exemplaribus. Itaque lubens amplector lectionem libri Paris. in quo sic scriptum est:* alienum eum omni.

Atticus Episcopus. *Veteres libri & editiones:* Atticus Episcopus metropolis veteris Epiri Nicopolitanæ civitatis. *Non satis autem assequor rationem quæ movere potuit editores Romanos ut hanc lectionem mutarent.*

reveren. Dioscorum. *Divion.* reverentissimum Episcopum Dioscorum.

per Dei amantissimos. *Corb.* per Deo amicissimos. *Divion. & Paris.* à reverentissimis Episcopis.

advenire in sanctum. *Divion.* advenire ad sanctum. *Paris.* advenire in sancto concilio.

super Dioscoro. *Divion.* super Dioscorum.

per ejus beatitudinis vicarios. *Veteres editiones & codex Corb.* per ejus beatitudinis hic inter gesta vicarios. *Ista mutata & sublata sunt ab editoribus Romanis.*

& per alios sanctos. *Paris. & Divion.* & per alios sanctissimos.

quoniam se ipsum obn. conf. no. ter. à sa. & un. syn. vocatus advenire. *Hæc addita sunt ab iisdem Romanis, nescio unde accepta. Non extant enim in superioribus editionibus neque in libris nostris.*

alienum à sacerdotio. *Paris. & Corb.* alienum sacerdotio.

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *alii* beatissimo.

Constant. civ. novæ Romæ. *Veteres libri & editiones*, novæ Romæ Const. civitatis. *Non video majorem illam elegantiam quam Romani editores viderunt in lectione ab ipsis constituta.*

tam à dignitate sacerdotali. *Paris. & Corb.* tam dign. sacerdotali. *Divion.* tam dign. sacerdotii.

quàm etiam à communione. *Divion.* quàm etiam communionis.

mysterii. *Divion.* ministerii. *Hanc lectionem habet etiam Crabbus in margine.*

à sancta hac & un. synodo. *Paris.* à sancto & un. Concilio.

judico ab omni sacerdotali. *Paris. & Divion.* judicavi ab omni tam sac. quàm etiam episcopali.

metropolitanus Gangrenæ. *Iidem libri*, metropolis.

super damnatione. *Corb. & Divion.* super damnationem.

Pag. 431.

metropolitanus. *Divion.* metropolis.

Iustæ & regulari sententiæ. *Paris.* Iusta & regulari facta sententia in Dioscorum.

regiæ urbis. *Veteres libri & editiones*, hujus regiæ. *Sic etiam suprà annotatum est alicubi. Editores Romani sustulerunt vocem hujus, quia videbant hæc geri Chalcedone. Vide infrà pag. 785.*

super eo. *Divion. & Paris.* super eum.

Secundùm ea quæ. *Paris.* Secundùm quæ definita.

nostro & archiepiscopo. *Idem codex*, patre nostro Archiepiscopo.

reverendissimos. *Corb.* Deo amicissimos.

& Dei amantissimum. *Corb.* & à Deo amicissimo Presbytero Bonifacio, & à Deo amicissimo & sanctissimo Anatholio. *Divion. & Paris.* & à reverentissimo Presbytero Bonifatio & à sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo Anatholio.

præsenti Concilio. *Corb.* præsenti sancto Concilio.

alienum esse ab omni. *Idem codex*, alienum esse omni. *Divion.* alienum esse à sacerdotali. *Paris.* alienum esse sacerdotali.

Antiochenæ civitatis. *Veteres libri & editiones*, Pisidiæ provinciæ Antiochenæ civitatis.

post multa. *Paris.* post multas.

in scriptis deposita. *Paris. & Divion.* inscriptiones depositas.

vocatum probabiliter. *Veteres libri & editiones*, vocatum eum probabiliter.

& propter hoc. *Paris.* propter quod &.

alienum eum esse à sacerdotali. *Paris.* alienum eum esse sacerdotali.

& prædictis increpationibus. *Veteres libri & editiones:* similiter & ego prædictis increpationibus subjacere eum decerno.

Aphrodisiadis. *Veteres libri & editiones*, Aphrodisiadæ.

& beatissimis. *Corb.* & Deo amicissimis.

definio ab omni. *Paris.* definio omni.

beatissimo Anatolio. *Corb.* Deo amicissimo Archiepiscopo novæ Romæ Constantinopolitanæ civitatis Anatholio. *Sic etiam alii & veteres editiones, nisi quòd pro* Deo amicissimo *legunt* beatissimo.

Dei amantissimis. *Corb.* Deo amicissimis. *Divion. & Paris.* reverentissimis.

Pag. 432.

Dioscorum ab omni. *Paris.* Dioscorum omni.

alienans eum ab omni. *Idem codex*, alienans eum omni.

Frontinianus. *Corb.* Phonteianus Episcopus Salagassenæ. *Divion.* Fronteianus Ep. Alagassenæ. *Paris.* Pontianus Ep. Sagalassenæ. *Veteres editiones:* Phontennus; *& in margine, ex Crabbo*, Fonteianus huc usque dictus.

à sanctissimis patribus. *Paris.* à sanctis patribus.

existimo ab omni. *Idem codex*, existimo omni.

sacerdotali & ecclesiastico. *Codices Paris. & Corb. & veteres editiones*, sacerdotali ecclesiastico.

Cornensis. *Paris. & Divion.* Coronensis.

sequi ea quæ. *Iidem libri*, sequi quæ.

super eo. *Iidem*, super eum.

damnationi. *Divion.* damnationem.

Latandenæ. *Veteres libri*, Larendenæ.

judicatis. *Divion.* dijudicatis.

Hypæporum. *Veteres libri & editiones*, Hypepæ.

consentio omnibus. *Divion. & Corb.* consentio in omnibus.

definivit. *Divion.* præfinivit. *Parif.* prædefinivit.
fuper Diofcoto. *Divion. & Parif.* Diofcorum.
Epifcopo. *Divion.* Epifcopum.
eum alienum. *Veteres libri*, eum effe alienum.
& à fruitione. *Divion.* & à fructu; *& in margine*, & à fruitione. *Parif.* & fructu.
Magnefiæ. *Veteres libri*. Magnifiæ.
concors & ego efficior. *Corb.* & concors ego efficior fententiæ. *Divion.* & ego concors efficior fententiæ. *Parif.* concors & ego efficior fententiæ.
alienans eum ab omni. *Parif.* alienans eum omni.
Chomatenæ. *Veteres libri*, Chomaræ.
Secundùm ea quæ. *Parif. & Divion.* Secundùm quæ.
Limyræ. *Corb.* Lemyiæ. *Parif.* Limineæ.
Fronton. *Codices Corb. & Divion. & veteres editiones*, Fronto.
Phafelidenæ. *Corb.* Phafiledenæ. *Parif.* Fafilidæ. *Divion.* Bafilidæ.
fuper Diofcoro. *Divion.* Diofcornm.

Pag. 433.

quondam Epifcopo. *Divion.* Epifcopum.
alienum eum ab omni. *Corb.* alienum eum omni.
Antiphellenæ. *Parif.* Aotefallenæ, *Divion.* Antifallinæ.
Zarenæ. *Divion.* Azatenæ. *Parif.* Zeronæ.
per omnia. *Hæc defiderantur in libro Parifienfi. Addita verò funt fupra lineam in Divionenfi.*
alienum eum exiftimans. *Vox* eum *abeft à codice Parifienfi.*
Cauninæ. *Corb.* Cãvenæ. *Divion,* Camini. *Parif.* Chamenæ.
Liburenæ. *Veteres editiones*, Liburnæ. *Codex Divion.* Liborenæ. *Parif.* Libiæ.
profeffionibus. *Debemus hanc lectionem editioni Romanæ. Nam antea legebatur* confeffionibus. *Sic etiam vetera exemplaria.*
Gratianus. *Veteres editiones & codex Divion.* Cratianus. *Parif.* Crarinus. *Sic etiam primò fcriptum fuit in libro Corbeienfi; fed littera* t *addita fupra lineam effecit* Cratrinus.
Toenfis. *Corb.* Loconenfis. *Divion.* Taoenfis; *& in margine*, al. Leronenfis. *Parif.* Tatoenfis. *Malè veteres editiones*, Coenfis; *& in margine*, Ccoenfis.
Acaraffenus. *Veteres editiones*. Acraffenus. *Codex Divion.* Acraffinus. *Parif.* Acraffenæ. *Corb.* Acraffanæ.
Bubonenfis. *Parif.* Burbonenfis.
[aa] Dorotheus Episcopus Neocæsareæ subscripsi.
Daniel Episcopus [bb] Lampsaci subscripsi.
[cc] Antiochus Episcopus Arcænorum subscripsi.
[dd] Aquilas Episcopus subscripsi.
Iohannes Episcopus Diocæsareæ subscripsi.
Eolalius Episcopus [ee] Pionienæ civitatis provinciæ Hellesponti subscripsi.
Rufinus Episcopus civitatis Bybli subscripsi.
Alexander Episcopus Antaradi subscripsi.
[ff] Iovinus Episcopus Debaltenæ civitatis subscripsi.
Iohannes Episcopus [gg] Supertidæ civitatis subscripsi.
Theodorus Episcopus Tripolitanæ civitatis subscripsi.
Paulos Episcopus civitatis Aristu subscripsi.
Sozon Episcopus Philippeosis subscripsi.
Cyriacus Episcopus [hh] Trognadæ civitatis subscripsi.
Diodotus Episcopus [ii] Lysioeon civitatis subscripsi.

[a] GABULANÆ] Crab. *Gabolenæ*.
[b] ANASARTHN] Paris. *Asartena*, Divion. *Artenna*.
[c] CHALCIDSN.] Malè in Divion & Paris. *Calcedonensis*
[d] SIBLIÆ] Crab. *Selbii*.
[e] PETRUS] Editio Crabbi sic habet.
Petrus Episcopus Echineorum subscripsi.
[f] ILII] Paris. *Ilio*, Divion *Elio*.
[g] HERACLEÆ] Divion. & Paris. *Heracleotana*.
[h] IOHANNES] Paris. *Iordanus*. Sic etiam Divionensis; & in margine, *al. Iohannes*.
[i] MONASTERII] Hæc vox videtur inutilis, cùm idem significetur per *mansionis* Eam porrò non habet codex Parisiensis, & in Divionensi olim defuisse hæc res indicio est quòd posita illic est supra lineam. Verùm quoniam eadem extat in codice Corbeiensi & in editione Crabbi, tollere noluimus. Vide suprà pag. 434.
[k] EVANDRUS] Ista deest apud Crabbum.
[l] SALAMBRIÆ] Crab. Selymbriæ.
[m] ROMANUS] Post istam subscriptionem Crabbus hanc quoque ponit.
Iulianos Ypere similiter.
Sed iste non videtur esse diversus à Iuliano Episcopo Hypepon suprà nominato, cujus civitas sæpe in manuscriptis codicibus scribitur *Ypepe*.
[n] PERRENÆ] Malè apud Crabbum, *Pari insula*.
[o] BRIULENÆ] sive *Brioiena*, ut habent codices Parisiensis & Divionensis.
[p] TROADÆ] Iidem libri, *Troadena*.
[q] CELENDEREÆ] Divion. *Celendrina*, Paris. *Celendrena*, Crab. *Celenderitæ*.
[r] GERMANOPOLIS] Crab. *Germanicopolis* Hanc lectionem esse bonam ostendere videtur lectio codicum Parisiensis & Divionensis, quamvis multùm diversa, quæ habet, *Mareopolis*; & Divionensis in margine, *al. Germanopolis*.
[s] IOTAPENÆ] Divion. *Itopena*.
[t] GENNADIUS] Hanc subscriptionem non habet vetus exemplar Parisiense.
[u] MOSENÆ] Crab. *Mossynorum*. Codex Divion. *Ammonensis*; & in margine, *al. Mosena*.
[x] ALTER] Codex Paris. & Crabbus, qui unum tantùm Gennadium hic agnoscunt, non habent vocem istam.
[y] TRAPEZOPOL] Paris. *Traprzantena*. Divion. *Trapezuntena*; & in margine, *al. Trapezupolitana*.
[z] LESBI] Crab *Lesbos*, Divion & Paris *insula*.
[aa] DOROTHEUS] Istius subscriptio desideratur apud Crabbum. Post illam verò codex Parisiensis istas addit.
Helpidios Episcopus similiter.
Atticus Episcopus similiter.
[bb] LAMPSACI] Hæc vox deest in libro Parisiensi.
[cc] ANTIOCHUS] Istam subscriptionem non habet codex Parisiensis. In Divionensi adjecta est ad marginem.
[dd] AQUILAS] Paris. *Aquilinus*, Divion. *Actlas*. Sic autem edidit Crabbus.
Aqoilas Episcopus Aorocyron subscripsi.
& in margine posuit, *Acroceraunorum*.
[ee] PIONIENÆ] Divion. *Pionena*, Paris. *Pionitena*, Crab. *Pionia*
[ff] IOVINUS] Post istum sequitur in codice Parisiensi.
Andreas Presbyter Thessalonicæ pro Episcopo Eostreos.
Verùm ista posita jam est suprà in initio subscriptionum. Confirmat autem veterem lectionem adversùs Crabbum.
[gg] SUPERTIDÆ] Crab. *Tiberiadis*.
[hh] TROGNADÆ] Paris. *Trognadena*, Crab *Trognadorum*
[ii] LYSINSON] Divion. *Lysion*, Crab. *Lysimachiorum*.

Macedon

[a] Macedon Episcopus [b] Magdenæ civitatis subscripsi.
Neon Episcopus civitatis [c] Pylioctenæ subscripsi.
Mysterius Episcopus civitatis [d] Amorii subscripsi.
Longinus Episcopus [e] Olcistenæ civitatis subscripsi.
Petrus Episcopus civitatis Dardani subscripsi.
Chrysippus Episcopus civitatis Mallon subscripsi.
Daniel Episcopus [f] Cadenæ civitatis subscripsi.
Thomas Episcopus Theodosiopolis civitatis subscripsi.
Athanasius Episcopus [g] Monsynon subscripsi.
David Episcopus Adrianæ civitatis subscripsi.
[h] Theoctistus Episcopus Pisinuntenæ civitatis subscripsi.
Cyriacus Episcopus civitatis [i] Egapsi subscripsi.
[k] Paulus Episcopus subscripsi.
Iulianus Presbyter agens vicem Calandionis Episcopi Halicarnassenæ civitatis subscripsi.
[l] Eulogius Episcopus Philadelphiæ subscripsi.*
Proclus Episcopus Adraon subscripsi,
Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi.
Thalassius Episcopus Cæsareæ subscripsi.
Nitiras Episcopus civitatis Gazæ subscripsi.
Cyrinus Episcopus Pataræ civitatis subscripsi.
Theophilus Episcopus civitatis Oriæ subscripsi.
[m] Eusebius Episcopus Ancyræ subscripsi.
Eudoxius Episcopus civitatis [n] Stenon subscripsi.
Marcianus Episcopus [o] Cotenæ civitatis subscripsi.
Sabas Episcopus civitatis Palio subscripsi.
Macarius Episcopus civitatis Eno subscripsi.
Cyriacus Episcopus [p] civitatis subscripsi.
Philippus Episcopus Theodosiopolis sive novæ aulæ subscripsi.
Basilius Episcopus Paleaspoleos subscripsi.

Lucianos Episcopus civitatis Byzoæ subscripsi.
Patritius Episcopus [q] Agmassenæ civitatis subscripsi.
Eutychius Episcopos [r] Docimenæ civitatis subscripsi.
[s] Eustachius Episcopus gentis Sarracenorum subscripsi.
Paulus Presbyter agens vicem Vranii reverentissimi Episcopi [t] Ibaritanæ civitatis subscripsi.
Helias Episcopus [u] Balandenæ civitatis subscripsi.
Eusebius Episcopus civitatis [x] Seleucobeli subscripsi.
Patritius Episcopus [y] Adrianutheron subscripsi.
Iulianus Episcopus Tabiæ civitatis subscripsi.
Meliptongus Episcopus [z] Adeliupoleos subscripsi.
Stephanus Episcopus civitatis [aa] Manenon subscripsi.
Acacius Episcopus civitatis [bb] Cinni subscripsi.
Andreas Episcopus civitatis [cc] Settenæ subscripsi.
Paulus Episcopus Aradi subscripsi.
Abramius Episcopus castri Circensis subscripsi.
[dd] Vitesalas Episcopus Neapolitanæ civitatis subscripsi.
Leucadius Episcopus [ee] Imnizu civitatis subscripsi.
Euphrasius Episcopus [ff] Laganiæ civitatis subscripsi.
Musonios Episcopus [gg] Brimenæ civitatis subscripsi.
Antiochus Episcopus civitatis [hh] Sinopi subscripsi.
Helpidius Presbyter agens vicem reverentissimi Episcopi Parali Adrapenæ civitatis subscripsi.
Euphronius Presbyter agens vicem Domni reverentissimi Episcopi [ii] Copissenæ civitatis subscripsi.
Helpidius Presbyter agens vicem reverentissimi [kk] Antoniani Episcopi civitatis [ll] Amissio subscripsi.

a Macedon] Divion. *Matadien*; & in margine, *al Maceden*
b Magdenæ] Crab. *Magidens*, codex Paris. *Majudena*, Divion. *Majndina*.
c Pylioctenæ] Divion *Sibatens*, Paris. *Sylizana*, Crab *Psellens*.
d Amorii] Paris. *Armurion*, Divion *Armorion*.
e Olcistenæ] Paris. *Soleistena*, Divion. *Olcistina*, Crab. *Orchistena*
f Cadenæ] Divion. *Adeno*.
g Monsynon] Crab. *Messynorum*.
h Theoctistus] Desideratur in editione Crabbi
i Egapsi] Divion *Igipsi*, Paris. *Gipsi*. Crab *Egara*.
k Paulus] Sic edidit Crabbus.
Paulus Episcoporum Tlosotum subscripsi.

l Eulogius] Istius & sequentis subscriptiones desunt apud Crabbum in hoc loco. Item Cyrini & Theophili, & Sabæ Palei, tametiam Luciani Byzoæ.
m Eusebius] Ista deest in codice Parisiensi. Desiderabatur etiam olim in Divionensi, in quo addita est.
n Stenon] Crab *Etennorum*.
o Cotenæ] Idem, *Stephana*.
p Civitatis] Hæc vox abest à codice Divionensi. Crabbus edidit.
Cyriacus Episcopus civitatis Eucarpiæ subscripsi.

q Agmassenæ] Crab *Acamassena*.
r Docimenæ] Crab. *Adrianopolis veteris Epiri civitatis*
s Eustachius] Crab *Eustathium*, codices Paris. & Divion *Eustasius*
t Ibarit] Crab *Himerorum*.
u Balandenæ] Idem, *Blandrena*
x Seleucobeli] Hæc est vera lectio, ut jam diximus. Malè itaque Divion. *Seleucopolis*, Paris. & Corb. *Seleucobilis*. Pessimè Crab *Seleucovalla*.
y Adrianuth] Divion. *Absinnetyre*. & in margine, *al Adrianutheron*. Crab. *Adramytheorum*
z Adeliupoleos] Divion. *Iulianopoleos*, Paris. *Iul opoleon*, Crab *Iuliopolis*
aa Manenon.] Divion *Maneon*, Crab. *Iamnia*.
bb Cinni] Crab *Cynna*.
cc Settenæ] Paris. *Estens*, Crab. *Sectoriorum*.
dd Vitesalas] Deest in editione Crabbi.
ee Imnizu] Crab. *Tymniensis*.
ff Laganiæ] Paris. *Galaina*. Sic etiam Divionensis, & in margine, *al Laganis vel Lagia*.
gg Brimenæ] Divion *Brimia*.
hh Sinopi] Paris. *Sinopi*, Divion. *Senopa*.
ii Copisenæ] Crab *Coensens*
kk Antoniani] Codex Divion. & Crab. *Antonini*,
ll Amissu] Crab. *Amissinorum*.

Annotatio Rustici. [mm] Omnes quibus numerus non adscriptus est, neque in meo neque in Acumitensi Græco sunt.

mm Omnes quibus] Hæc verba habentur etiam in codice Divionensi, quo usus est Labbeus. Quoniam verò ille non satis intelligebat sensum verborum Rustici, quia numeri de quibus suprà diximus non extant in illo codice, ea sic pro auctoritate sua emendavit & edidit pag. 460 *Omnes numerus non adscriptus est, neque in meo, neque in Acumensium Græca*. Ex quibus verbis non arbitror ullum bonum sensum elici posse.

Qui numerum non habent adscriptum, hi sunt.

Lucianus Episcopus Byzoæ pro Cyriaco Episcopo Heracliæ Thraciæ.
Ioannes Metropolitanus Sebastiæ.

Atticus Episcopus metropolitanus Neapolitanæ civitatis.
Ioannes Episcopus metropolitanus insulæ Rhodi.

Simeon Episcopus metropolitanus Amedenæ civitatis.

Theoctistus Episcopus metropolitanus Pisinuntenæ civitatis.

Leontius Episcopus civitatis Magnisiæ.

Mæonius Episcopus Nyssenæ civitatis.

Polycarpus Episcopus Gaballenæ civitatis.

Eleusinius Episcopus sacri Apollinis.

Philippus Episcopus Libernensenæ civitatis.

Florentius Episcopus Adrianopolitanæ civitatis.

Messalinus Episcopus Laodicensis.

Flaccillus Episcopus civitatis Iassi.

Petrus Episcopus civitatis Dardani.

Chrysippus Episcopus civitatis Mallon.

Daniel Episcopus Cadenæ civitatis.

Thomas Episcopus Theodosiopolis civitatis.

Cyrinus Episcopus Pataræ civitatis.

Theophilus Episcopus civitatis Oriæ.

Eudoxius Episcopus civitatis Stenon.

Marcianus Episcopus Cotenæ civitatis.

Sabas Episcopus civitatis Palto.

Macarius Episcopus civitatis Palto.

Cyriacus Episcopus civitatis....

Philippus Episcopus Theodosiopolis sive Novæ aulæ.

Basilius Episcopus Paleaspoleos.

Lucianus Episcopos civitatis Byzoæ.

Patritius Episcopus Agmassenæ civitatis.

Eutychius Episcopus Docimenæ civitatis.

Eustachius Episcopus gentis Saracenorum.

Paulus Presbyter agens vicem Vrani Episcopi Ibatitanæ civitatis.

Helias Episcopus Balandenæ civitatis.

Eusebius Episcopus civitatis Seleucobeli.

Stephanus Episcopus civitatis Manenon.

Andreas Episcopus civitatis Settenæ.

Paulus Episcopus Aradisu.

Abraamius Episcopus castri Circensis.

Vitesalas Episcopus Neapolitanæ civitatis.

Musonius Episcopus Btimenæ civitatis.

Antiochus Episcopus civitatis Sinopi.

Helpidius Presbyter agens vicem Episcopi Patali Adrapenæ civitatis.

Euphronius Presbyter agens vicem Domini Episcopi Copisenæ civitatis.

Helpidius Presbyter agens vicem Antoniani Episcopi civitatis Amissu.

Pag. 463.

De quatuor sequentibus epistolis illud necessariò admonendus es, lector, immutatum esse earum ordinem ab editoribus Romanis. Nam superiores editiones habent primò epistolam Concilii ad Imperatores, deinde propositionem factam contra Dioscorum, tertiò damnationem missam Dioscoro, postremò epistolam scriptam ad Clericos Alexandrinos. Ordinem istum confirmant vetera exemplaria Corbeiense & Divionense. Nam Parisiense habet tantùm epistolam ad Imperatores. Nos verò Rustici exemplaria sequimur, quia de restituenda ejus editione cogitamus.

Epistola Concilii. *Titulus iste additus est à Crabbo.*

Magnæ ægritudines. *Veteres libri meliùs:* Magnæ passiones & medicamina fortia & medicos indigent sapientes.

medicamentis. *Veteres libri & editiones*, medicaminibus.

præ aliis omnibus. *Ita quidem scriptum est in exemplaribus Parisiensi & Divionensi. At veteres editiones & codex Corbeiensis, tum etiam Divionensis in margine, habent* hominibus.

concordiæ medicinam machinantes. *Corb.* consonantiæ med. machinantes. *Divion.* consonantia medicamina. *Ita etiam Parisiensis; qui pro* machinantes *habet* adinvenientes.

omne commodastis auxilium. *Corb.* omne commovistis auxilium. *Alii*, omnem commovistis quæstionem.

doctrina roboretur. *Parif.* corroboretur doctrina. *Divion.* corroboraretur.

considerantes. *Hanc lectionem in margine habent veteres editiones, & in textu* confidentes. *Contrà Romani* considerantes *posuerunt in textu, & in margine* confidentes. *Veteres tamen libri confirmant lectionem quam veteres editiones exhibent.*

competimus. *Divion.* reperimus.

& hoc post. *Ita codices Parisiensis & Divionensis. Corbeiensis & veteres editiones*, & hæc post.

novimus. *Parif. & Divion.* cognovimus.

adunationem. *Parif.* adunitionem.

Et hæc cùm sanctissimus. *Parif. & Divion.* cùm hæc sanctissimus.

convenientia decrevisset. *Parif. & Divion.* convenientia esse decreverit. *Et mox iidem codices habent* damnaverit *pro* damnasset.

& quia in Dei. *Divion. & Parif.* & quomodo Deo.

post unitionem verò. *Veteres libri & editiones*, post verò unitionem, *ut suprà frequenter.*

unam esse naturam. *Vox* esse *deest in codice Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.*

Dei amantissimum. *Veteres libri & editiones*, Deo amantissimum.

iniqua commisit. *Parif. & Divion.* addixit *tantùm.*

sanctis regulis. Annotatio Rustici. Nota regulam de excommunicatione. *Hanc annotationem editione sua indignam esse arbitrati sunt editores Romani. Extat autem in antiquis.*

adsciseeret. *Editores Romani in margine posuerunt*, al. quæreret. *Hanc ergo lectionem habent codices Parisiensis & Divionensis.*

nequitias. *Iidem libri*, malitias.

ipsam. *Hæc vox deest in codice Parisiensi. Addita verò est suprà lineam in Divionensi.*

Papam. *Divion.* patrem; *& in margine*, al. Papam.

in prioribus. *Legendum*, & in prioribus. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

sanctam universalem. *Parif. & Divion.* sanctam & universalem.

sacerdotio est nudatus. *Parif.* sacerdotio denudatus. *Sic etiam primò habuit Divionensis.*

& ab episcopali. *Iidem libri*, & episcopali dignitate alienus ostensus est.

ut his similia. *Veteres libri*, ut hoc.

sobrietatis. *Romani posuerunt in margine*, al. moderationis. *Et hanc quoque lectionem reperi in libro Divionensi & in Parisiensi.*

Pag. 464.

tantis in rebus delinquente. *Veteres libri*, tanta delinquente.

incurabili. *Malè in Divion.* inculpabili. *Idem tamen habet bonam lectionem in margine.*

abscindentem malè se habentia. *Veteres libri*, abscidentem malè jacentia.

corporis. *Ita codex Parisiensis & editiones Venetæ antiquiores. Ista habet* corporibus. *Quæ lectio, sanè mala, extat in codice Corbeiensi & in Divionensi.*

Hæc verè. *Veteres libri docent legendum esse* Hæc verò.

prolatæ. *Divion. & Parif.* prolatam quasi sub divino conspectu justè sententiam diligenter consideretis.

omnium Deum. *Iidem libri*, omnipotentem Deum.

imperium vestrum. *Corb.* vestrum ampliùs custodire imperium & pietatem solitè protegens. *Paris.* vestrum imp. amp. cust. pietatem sollicitè protegens. *Divion.* ampliùs cust. vest. imp. & piet. solita protegens. *Sed conjunctio illic addita est suprà lineam.*

& resistentes manus. *Paris.* & hostes resistentes manu subjugans. *In Divionensi primò scriptum fuit:* & resistentes manu hostes subjugans. *Postea littera s addita fecit* manus.

cum sanctis regulis. *Vox* cum *deest in codice Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.*

Pag. 462.

PROPOSITIO CONTRA DIOSCORUM.

Sancta & magna & universalis synodus quæ per gratiam Dei secundùm sanctionem piissimorum & Deo amicissimorum Imperatorum nostrorum in Calchedonensi provinciæ Bithyniæ civitate collecta est in Ecclesia sanctissimæ & decore ornatæ victoriæ martyris Euphemiæ. *Ita vetera exemplaria, quibus consentiunt veteres editiones.*

omni dilecto. *Veteres libri:* omni dilecto Christo Constantinopolitanæ epo polo civitatis & Chalcedonensis. *Probabile est ita quoque scriptum fuisse in veteri exemplari quo Crabbus utebatur, eaque obscuritate adductum eum ut suam editionem concinnaret. Legendum ergo:* omni dilecto Christo Constantinopolitanæ populo civitatis & Chalcedonensis.

quod priùs habuit. *Veteres libri:* quem priùs habens, non ad placandum.

fidei estis alumni. *Sic emendatum est à Romanis. Veteres libri & editiones habent*, fidei sunt alumni.

significantes. *Hoc quoque mutavere Romani, cùm antea legeretur* signantes. *Quo modo habent & veteres libri.*

quieverit. *Veteres libri & editiones*, quievit.

Pag. 462.

DAMNATIO MISSA DIOSCORO A SANCTO CONCILIO.

Sancta & magna & universalis synodus &c.

Dei amantissimorum. *Veteres libri*, Deo amicissimorum.

& basilica. *Legendum*, in basilica. *Error est editionis Labbeanæ.*

propterea quod. *Veteres libri*, propter quod.

Octobris mensis. *Veteres libri*, Octobrio mense præsenti tertiodecimo die.

Concilio esse ab episcopatu. *Iidem libri:* convento esse episcopatu depositum & omni ecclesiastica sanctione summotum.

CLERICIS ALEXANDRINIS CHALCEDONE CONSTITUTIS, de damnatione Dioscori.

Epistola ista extat ex duplici versione in antiquis exemplaribus manu scriptis, primò quidem subjecta propositioni contra Dioscorum, deinde post damnationem missam Dioscoro. Posterior interpretatio edita est in tomis Conciliorum. Priorem heic nunc primùm vulgamus.

Sancta & magna synodus quæ per gratiam Dei & decreta piissimorum & Christo amicorum Imperatorum nostrorum in Calchedonensi Bithyniæ provinciæ civitate collecta est in Ecclesia sanctissimæ & ornatæ decore victoriæ martyris Euphemiæ, Charmosyno Presbytero & œconomo & Euthalio Diacono reverentissimis, & reliquis Clericis qui hic sunt. Cognoscat reverentia vestra Dioscorum, qui fuit vester Episcopus, multimodè in violatione divinarum regularum convictum & ecclesiastici ordinis, necnon in contumeliam quam sanctæ huic & universali synodo intulit, eò quòd tertiò secundùm divinas regulas evocatus adesse despexerit, hesterna die, quæ est præsentis mensis Octobris tertiadecima, die sabbati, à sancto & universali Concilio, secundùm quod convenit ecclesiasticæ disciplinæ, esse ab episcopatu depositum & omni ecclesiastico gradu privatum. Custodite igitur ecclesiastica universa, tamquam facturi rationes ei qui per voluntatem Dei & nutum piissimorum & Deo amicissimorum Imperatorum nostrorum Alexandrinæ magnæ civitatis sanctissimæ Ecclesiæ ordinandus Episcopus.

VARIÆ LECTIONES EDITIONIS VULGATÆ.

sanctionem. *Codex Corb.* constitutum.

Calchedonensi. *Veteres libri*, Calchedonensium.

Charmosyno. *Vide suprà pag. 792.*

œconomo. *Sic visum est Romanis. Sed veteres libri & editiones habent* dispensatori. *Quo modo prisci Latini sæpe vertebant hanc Græcam vocem.*

Archidiacono. *Veteres libri & editiones.* Diacono.

sanctarum &. *Hæc non habentur in antiquis libris & editionibus.*

insuper verò & huic. *Veteres libri non agnoscunt conjunctionem.*

quod tertio. *Veteres libri & editiones*, & quòd tertiò. *Legendum est* eò quòd, *ut docet alia versio.*

Octobris. *Veteres libri*, Octobrii.

dies. *Iidem libri*, die. *quod melius est.*

tam. *Deest in iisdem veteribus libris.*

factum extraneum. *Iidem libri*, & factus extraneus.

tamquam qui reddituri. *Iidem:* ut & qui facturi estis reddere rationem.

Dei amatissimorum. *Vox & omissa est in editione Labbei. Veteres libri habent* & Deo amicissimorum.

Pag. 464.

ANNOTATIO RUSTICI. Relationes sanctæ synodi ex codice Acumitensi Græco in Latinum transtuli ego ipse.

Hanc annotationem inveni in antiquis exemplaribus & in editione Crabbi. Quæ ergo Rusticus transtulit, hæc sunt.

I. Relatio sanctæ synodi Chalcedonensis ad Pulcheriam Augustam de damnatione Dioscori.

II. Edictum Imperatoris Marciani de prohibitis disputationibus à Christianis.

III. De eo edictum secundum.

IV. Sacra Theodosii junioris, quam seductus à Chrysaphio scripsit pro Eutychete.

V. Constitutio Marciani Imp. de infirmandis his quæ contra sanctum Flavianum Episcopum Constantinopolitanum facta sunt.

VI. Alia ejusdem de confirmandis his quæ sancta synodus decrevit adversùs Eutychem.

VII. Relatio sanctæ synodi ad Papam Leonem. His addidit Rusticus epistolam sancti Leonis ad Episcopos synodi Chalcedonensis.

Hæc omnia, si relationem excipias quæ ad Pulcheriam missa est, editores Romani rejecerunt in eam quam vocant tertiam partem Concilii Chalcedonensis. Nos ordinem Rustici custodivimus.

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

Relatio sanctæ synodi Chalchedonensis ad sanctæ memoriæ Pulcheriam Augustam de damnatione Dioscori.

filia Augusta. *Crabbus:* filia & augusta. *Sic etiam legi debere docent libri nostri.*
juxta. *Veteres libri*, circa.
patrem nostrum. *Melius in antiquis exemplaribus*, patrem vestrum.
ipsique naves. *Eadem vetera exemplaria:* ipsæque naves suos cursu repetiere rectores.
quia sicut. *Veteres libri*, qui sicut.

Pag. 465.

à regali. *Veteres libri & editiones*, regali.
cui quia similem. *Iidem libri non habent vocem* quia.
definivimus. *Hæc sunt editionis Romanæ. Superiores enim habent* definimus. *Quo etiam modo scriptum est in codicibus calamo exaratis.*
& in ore suo. *Veteres libri:* & ore suo abundavit nequitia.

Pag. 466.

pro totius corporis providentia. *Veteres libri*, pro totietatis providentia. *Hujus vocis ignorantia peperit lectionem vulgatam, qua haud dubiè est Crabbi.*
consistit. *Iidem libri*, perconsistit.
in psalmis. *Iidem*, in palmis.
& apud quos dignitate. *In vetustis codicibus additur.* Aut certè sic interpretandum: qui dum dignitatem geratis, estis tamen humiles propter Deum. *Quare rectè Crabbus ista rejecit ad marginem.*
provideant. *Vetera exemplaria*, provideat.

Pag. 840.

Leges sanctæ memoriæ Principis Marciani, quas beatissimus Leo Papa in suis confirmavit epistolis, de prohibitis disputationibus à Christianis edictum civibus nostris Constantinopolitanis.

Imperatores Cæsares Flavius Valentinianus Pontifex inclitus, Germanicus inclitus, Alamaunicus inclitus, Sarmaticus inclitus, tribunitiæ potestatis vicies septies, imperii vicies septies, Consul septies, & Flavius Marcianus Pontifex inclitus, Germanicus inclitus, Sarmaticus inclitus, Alamannicus inclitus, Francicus inclitus, tribunitiæ potestatis vicies semel, Imperator, Consul semel, de prohibitis disputationibus à Christianis edictum civibus nostris Constantinopolitanis.

Hos titulos, sicut heic à nobis descripti sunt, exhibent vetera exemplaria & editiones antiquæ. Romani illos sustulerunt, & Labbeus non putavit esse reponendos.

Præter codices Divionensem & Corbeiensem, in quibus continentur gesta synodi Chalcedonensis, duo antiquissima hujus edicti exemplaria nacti sumus in codicibus 932. & 2579. bibliothecæ Colbertinæ. In codice verò 2579. hunc habet titulum. Imperatores Valentinianus & Martianus Augusti universis populis. *Ex quo colligi potest illud non ad cives tantùm Constantinopolitanos missum esse, sed ad universos populos, ut par erat.*

Imperatores Valentinianus & Marcianus augusti.
Tandem aliquando.
Remota est. *Codex* 932. Remota est quippe.
E diversis enim. *Codex* 2579. Ab universis enim.

religiosissimi. *Divion. & Corb.* reverentissimi.
Calchedonem. *Veteres libri & editiones*, Calchedonam.
militatis. *Iidem libri*, militans. *Sic etiam Facundus lib.* 12. *cap.* 2.
publicè turbis. *Codex* 932. publicè aliquid terminabit ut coadunatis. *Codex* 2579. publicè terminata coadunatis. *Facundus*, publicè congregaris populis, adunatis. *Vetera exemplaria*, coadunatis.
conetur. *Facundus* præsumat.
tumultus & perfidiæ. *Conjunctio non habetur in antiquis exemplaribus.*
religiosissimæ. *Corb. & Divion.* reverentissimæ.
statuta sanctorum. *Ibidem*, instituta sanctorum.
spoliabitur. *Colbertini*, expoliabitur.
regia. *Veteres libri & editiones*, sanctissima. *Infra pag.* 865. sacratissima.
hinc. *Corb. & Divion.* hic. *Codex* 2579. *neutrum habet.*
præberi. *Codex* 2579. nutriri.
Calchedonensi. *Veteres libri*, Calchednne.
debebunt. *Facund.* debeant, *& paulò post* dubitari.
dubitaturi. *Iidem*, dubitantes. *Sic etiam Crabbus; & in margine*, dubitaturi. *quam lectionem ex margine in textum transtulit Surius.*

Pag. 841.

serenitatis. *Colbertini*, sinceritatis. *Facund.* tranquillitatis.
abstinete à profanis. *Veteres*, abstinete profanis. *Sic etiam Facundus.*
Constantinopoli. *Legendum*, Datum Constantinopoli. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ. Ceterùm in Corb. & Divion. codicibus sic habetur.* Datum VIII. Idus Febr. Constantinopolim &c. *Codex* 932. *ita.* Datum VI. Kal. Febr. Constantinopoli.

De eo edictum secundum.

Civibus nostris Constantinopoli, iidem Augusti. *Istius constitutionis exemplar vetustissimum reperi in codice* 932. *bibliothecæ Colbertinæ, ubi habet hunc titulum.* Christianis catholicis in synodo convenientibus. Iidem Augusti Palladio Præfecto prætorii.
Venerabilem. *Codex Colbertinus:* Venerabilem atque catholicam orthodoxorum fidem sanctitate manifesta & indubitata.
quid verum. *Veteres libri & editiones*, quod verum.
Votis enim. *Iidem libri & editiones:* Votis etenim.
plena veritas cos. *Corb. & Divion. & editiones*, plena eos veritas.
Securique sunt. *Iidem libri:* Sequuti sunt.
veritatis duces fuerunt. *Non video cur hinc veterem editionem expulerunt editores Romani, qua ita habet:* invenere veritatem. *Hanc autem confirmant etiam vetera exemplaria.*
Calchedonem. *Corb. & Divion. & editiones*, Calchedonam.
ne decipiendorum. *Colbert.* ne ei reiiciendo ulterius à quoquam hominum præberetur facultas.
hominum ei. *Iidem libri & editiones*, ei hominum.
relinqueretur. *Iidem libri*, linqueretur.
magnis orationibus. *Veteres libri & editiones*, amplissimis orationibus.
sub Iudæorum. *Iidem libri & editiones:* Iudæorum paganorumque sub obtutibus. *Has varias lectiones ita curiosè persequor, ut agnoscat lector quâ licentia usi sint editores Romani in recensenda antiqua versione Concilii Chalcedonensis.*

persistentes. *Veteres libri & editiones*, consistentes.

Pag. 844.

nocentium. *Veteres libri*, nocentum.

in futurum à prohibitis. *Iidem libri*, in futurum prohibitis.

tradiderunt. *Colbert.* prædixerunt. *Postea statim sequebatur in antiquis editionibus*, civibus Constantinopolitanis. *quod rectè deletum est à Romanis. Sed cùm eadem habeantur in antiquis exemplaribus Concilii Chalcedonensis, aliqua admonitione opus erat quæ doceret ista olim malè posita fuisse in hoc loco.*

tertio Idus. *Veteres libri*, v t. Idus. *Colbertinus tamen habet* 111. Idus.

prætori. *Lege*, Præfecto. *Nota non satis distincta hos errores pepererunt.*

sacrorum. *Hæc vox addita est ab editoribus Romanis. Non extat autem in libris nostris, neque in antiquis editionibus.*

Pag. 863.

Interpretatio legis Theodosii junioris, quam pro Eutyche seductus à Chrysaphio promulgavit: quam nunc ideo posui ut quia beatæ memoriæ Principis Marciani lex hanc subsecuta destruxit, etiam tali collatione noscatur quid amplectendum quidve vitandum sit de hæreticis Nestorianis & fide catholica. Verba sunt Rustici interpretis.

OLim quidem prius Nestorius. *Eandem legem habes ex alia versione in collatione quinta Concilii V.*

contraria. *Hanc vocem non habent veteres libri.*

præfata præceptio. *Heic consequenter in vetustis codicibus scriptum est:* Hic jam malè. *Sunt autem verba Rustici, quæ conveniunt cum his quæ jam antè monuerat in titulo. Crabbus illa non posuit, sed pro his in margine scripsit:* Mala definitio Theodosii. *Surius addidit*, fraude decepti.

schismata. *Veteres libri*, scismata & sectiones.

præcepimus. *Iidem libri*, præcipimus.

sanctissimam Ecclesiam. *Iidem*, sanctissima Ecclesia.

undique. *Sic veteres libri. Sed veteres editiones habent* utique. *Et libri vero & editiones addunt* denuo.

Pag. 864.

qui in eadem. *Veteres libri*, qui eadem.

ejusdem hæresis sententia. *Veteres libri & editiones*, ejusdem sententia hæreseos.

Christianas. *Veteres libri*, Christianos. *Melius, ut videtur, in Concilio V.*

neque eos secum. *Legendum*, neque in suburbano (*editio Rom.* suburbio) suscipiat, neque eos secum. *Mendum est insigne editionis Labbeanæ.*

Quicunque. *Veteres libri & editiones:* Quisquis. habuerit. *Hæc vox non habetur in antiquis exemplaribus.*

ANNOTATIO RUSTICI. Lex hæc de Nestorio rectè continens, contra orthodoxos verè perversè, & pro illa nihilominus utilitate inserta est ut sciat lector quia sequens lex Principis Marciani ideo nominatim de Iba nihil dixit quoniam neç in ista sic legitur, sed specialiter ab ista damnatos specialiter solvit, generaliter verò & illa generaliter attigit. Sicubi autem de Iba in hujus legis quæ sequitur exemplaribus invenitur, ut superfluum deputetur: quia & nos ita nos alicubi posuisse recolimus, quod ex verioribus Acumitensium exemplaribus duximus emendandum.

Hanc annotationem edidit Crabbus, sed tacito Rustici nomine. Poterant autem editores Romani facilè animadvertere eam non esse Crabbi, sed vetusti cujuspiam scriptoris, adeoque illam retinere. Verùm ab ea describenda abstinuerunt, quia nesciebant nomen auctoris. Ceterum quæ de Iba ait Rusticus pertinere videntur ad illam partem dialogi contra Acephalos in qua idem tractabat causam Diodori, Theodori, Ibæ, & Theodereti, qua caremus. Auctorem quippe illius dialogi non esse diversum ab hoc nostro ostendere videtur etiam annotatio ejus ad interlocutionem Eustathii Episcopi Beryti suprà pag. 174. hujus tomi quarti. Illic enim se apertissimum acephalorum hostem profitetur, & infra pag. 557. Ibæ fautorem. Vide præfationem nostram cap. 25.

Pag. 865.

De infirmandis quæ contra sanctæ memoriæ Flavianum Episcopum Constantinopolitanæ urbis & confirmandis quæ postea pro eo à sancta synodo Calchedonensi statuta sunt, iidem Augusti, id est, Valentinianus & Marcianus, Palladio Præfecto Prætoriorum orientis.

Gloria nunquam gloriosi morte perimitur.

cum morientibus. *Veteres libri & editiones habent* cum deficient, *id est, ut ego quidem emendo*, cum deficiente. *Nam mox dixit gloriam non perimi morte gloriosi.*

proborum hominum. *Vetusti codices & antiquæ editiones excludunt vocem* hominum.

optimorum virorum. *Vocem* virorum *veteres libri & editiones non agnoscunt in hoc loco.*

magnorum animi. *Legendum*, magnorum virorum animi. *Et istud quoque commemorabitur inter errata editionis Labbeanæ.*

compertum est. *Veteres libri & editiones*, compertum erat.

perpetuò. *Veteres libri & editiones*, perpetuè.

de vita. *Veteres libri*, devuca. *Veteres editiones*, de vita.

Id ita esse. *Vetera exemplaria præferunt*, Indita esse. *Sic etiam intelligo legisse Crabbum in suo. Verùm quoniam nullum illic bonum sensum videbat, edidit:* Iudicia vel invidiam esse. *Hanc pravam lectionem secuti sunt alii editores usque ad Romanos, qui veram invenerunt.*

præsenti tempore. *Veteres*, præsenti in tempore.

almæ urbis episcopatu. *Veteres libri*, almæ urbis Episcopus episcopatu. *Sic etiam Crabbus. Surio deinde, haud dubiè per incuriam operarum, excidit vox* Episcopus, *quam editio Veneta non restituit. Ab illo itaque tempore deest in vulgatis editionibus Conciliorum.*

reliquias & expetiit. *Conjunctio non extat in vetustis codicibus.*

æternæ urbis. *Iidem codices*, æternabilis urbis.

Secutumque est. *Iidem:* Sequutum est.

Flaviano & anteactæ. *Variè & mendosè legitur hic locus in antiquis libris & editionibus. Et libri quidem ita habent:* Flaviano palmam & sanctæ civitate & mortis tribuit gloriosæ. *Editiones verò:* sanctæ civitati, & Flaviano palmam mortis tribuit gloriosæ. *Melior haud dubiè est editio Romana, præsertim si veterum exemplarium auctoritate nititur.*

sceleratorum subreptione. *Veteres libri & editiones*, subreptione sceleratorum.

cessentque in totum ea quorum. *Iidem libri & editiones*, cessetque in totum cujus.
de conservata. *Iidem libri & editiones*, super conservanda.
gloriæque suæ Flavianus. *Vocem suæ, qua inutilis est, neque veteres libri habent, neque veteres editiones.*

Pag. 868.

Illustrissima. *Veteres libri habent* Illi, *editiones* Illa. *Error ortus ex ignoratione notarum. Legendum ergo:* Illustris igitur &c. *Sic infrà pag. 872. in fine capitis* XII. *in iisdem antiquis codicibus legitur* Illi *pro eo quod editiones & codices Colbertini habent* Illustris.

De confirmandis quæ à sancta synodo Calchedonensi contra Eutychem & ejus monachos statuta sunt, iidem Augusti Palladio Præfecto prætorio. Et eodem exemplo Valentiniano Præfecto Illyrici, Tatiano Præfecto urbis, Vincomalo magistro officiorum & Consuli designato.

Præter codices Corbeiensem & Divionensem, quibus utimur in recensendis & emendandis iis quæ Rusticus huic tertiæ actioni subjecit, duo præterea vetustissima istius edicti exemplaria reperimus in codicibus 408. & 2579. *bibliothecæ Colbertinæ. Itaque hinc etiam variantes lectiones excerpere placuit.*

Titulus istius edicti sic concipitur in codicibus Colbertinis.

Imperatores Valentinianus & Marcianus Augusti Palladio Præfecto prætorii.

Amplæ omnipotenti. *Iidem libri:* Divinæ semper potentiæ referendæ atque agendæ sunt gratiæ, quæ (408. qua) auctores hæresis (*idem*, quæ occulte) nec latere concedit.

habendæ atque agendæ. *Veteres libri*, referendæ a retribuae habendæ sunt. *Veteres editiones*, referendæ ac tribuendæ. *Romani editores non animadverterunt hanc versionem esse Rustici, & ideo liberè mutarunt.*

prorsùs. *Deest in omnibus antiquis libris & editionibus. Pro eo autem veteres libri & editiones habent* concedit.

Horum enim. *Colbertini:* quorum unum malorum lædendi.

peccandi. *Iidem codices*, præcavendi. *quod fortassis melius est.*

ut diù lateret. *Corb. & Divion.* ut diù latueret. *Facile erat divinare veram lectionem. Verùm hanc nobis curam exemerunt codices Colbertini, in quibus scriptum est* latuerat.

Episcopis. *Hanc lectionem confirmant exemplaria Colbertina. Nam Corbeiense & Divionense habent* Episcopo.

à reverenda. *In Divionensi & Corbeiensi codicibus scriptum est*, à ven. synodo. *quod indicat legendum esse* à venerabili. *Verùm hanc lectionem præfert Colbertinus* 2579. *Alter habet* admirabili.

quingentorum viginti. *Non adnotarem ita legi in omnibus antiquis codicibus, nisi vidissem Labbeum in margine monuisse hæc etiam verba haberi in codice Bobieriano.*

Verùm. *Hanc vocem non habent exemplaria Colbertina.*

inter initia. *Pessimè Corb. & Divion.* interentia. errore. *Corb. & Divion.* furore.

Apoll'n·ristarum, *Idem libri*, Apolonariorum, *codex* 2579. Apollinariorum, *alter* Apollionarariorum.

Principum divorum. *codex* 408. divorum Principum, *alter* deiforum Principum.
sacratissima scita. *Colbertini*, sacratissimæ sanctiones.
presbyteri. *Codex* 408. ptesbyterii.
quo & indignus. *Codex* 2579. quo indignè utens spoliatus est.
in totum. *Codex* 408. in toto.
Si qui autem. *Divion. & Corb.* Si qui tamen. *Colbertini*, Si quis tamen.

Pag. 869.

jubemus nullam eos. *Veteres libri & editiones*, nullam eos jubemus habere licentiam.
in quæ fortè. *Divion. & Corb.* si quæ fortè.
conductoremque. *Veteres libri*, conductoremve.
cæsum. *Codices Colbertini*, cæsos. *Alii habent*, cetum subire censemus.
nihil eis qui. *Corb. & Divion.* nihil ejus qui.
cohortalitiam. *Omnes libri veteres*, cohortalinam.
Si quis autem. *Corb. & Divion. &* 408. Si quis etiam.
devenerit. *Divion. & Corb.* devenit.
optimorum hominum. *Vox* hominum *deest in omnibus antiquis exemplaribus. De optimi appellatione vide Baronium tomo primo.*
genitæ sunt. *Codex* 408. *addit*, & damnati.
orthodoxæ. *Veteres libri & editiones*, orthodoxorum.
scripta fuerint. *Legendum*, scripta reperta fuerint. *Mendum est editionis Labbeanæ. Codex* 2579. *habet*, scriptura reperta fuerit.
cremari. *Veteres libri & editiones*, concremari.
cum publicatione bonorum. *Hæc in nullo veterum exemplarium habentur quæ nos vidimus, neque in editionibus quæ Romanam antecesserunt.*
Docendi etenim. *Codices Colbertini:* Delenda est enim hæc infausta hæresis.

Pag. 872.

discendi. *Omnes libri veteres*, sequendi.
Palladi parens carissime. *Hæc non habentur in codice Corbeiensi, neque in Divionensi. At in Colbertinis legitur:* Palladi parens carissime atque amantissime.
pura fide. *Divion. & Corb. & veteres editiones*, mera fide. *In codice* 2579. *scriptum est:* civitatum quod sanctam veramque fidem sancto proposito custodiendam esse censemus.
singuli. *Deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*
Datum v. Kal. *Corb. Divion. &* 2579. *& veteres editiones:* Datum x v. Kal.
Annotatio Rustici. Legi eodem exemplo scripta Valentiniano viro illustr: Præfecto Illyrici, & Tatiano Præfecto urbis, & Vincomalo magistro officiorum & Consuli designato.

Pag. 833.

Relatio sanctæ synodi Calchedonensis ad beatum Papam Leonem generaliter de omnibus gestis.

Istam relationem in fine actionis tertiæ descripserat etiam Surius. quod mutatum est in editione Veneta, ubi subjecta est testimoniis patrum quæ descripta habentur in ultima actione Concilii. Editionem Venetam imitata est Romana, ex qua reliquæ prodierunt. Porrò qui mutationem illam primus induxit in editiones Conciliorum, videtur usus fuisse codice quodam antiquo simili ei quem nos vocamus Parisiensem, in quo ista

relatio ad Leonem constituit finem gestorum Concilii Chalcedonensis. Non est tamen versio Rustici, sed alterius cujuspiam nobis ignoti. Eam ergo describemus in fine gestorum.

ex veste Christi & præcepto. *Corb. & Divion.* ex vestem χρυσῷ ἐνεχὴν præcepto. *Hinc ortus error editionis Crabbianæ, quia non animadvertit esse verba Græca quæ respondent his verbis* auro tectam seriem.

ejus fidei. *Veteres libri*, & ejus fidei.

singulatim. *Iidem libri*, singillatim.

spiritualibus. *Veteres libri & editiones*, spiritalibus.

ibi se in medio. *Veteres libri*, ipse in medio.

quingentos viginti. *Hæc desunt in antiquis exemplaribus & editionibus. Addita ergo sunt ab editoribus Romanis, qui ea invenerunt in textu Græco & in rescripto Marciani Imp. ad Palladium Præfectum edito in tertia quam vocant parte ejusdem synodi. Hinc etiam accepit vir clariss. in notis ad breviarium Liberati cap. 13. ubi præfert eorum opinionem qui censent* DXX. *tantùm Episcopos interfuisse synodo Chalcedonensi.*

fideles. *Et hoc quoque deest in antiquis exemplaribus & editionibus.*

ordinandum. *Veteres libri & editiones*, ornandum.

Zorobabel & Iesus. *Conjunctio non habetur in antiquis codicibus.*

annitentes. *Veteres libri*, invitantes.

Et erat. *Veteres libri & editiones*, Et fuerat.

pessimè. *Veteres libri*, pessima.

Priora sequentibus superavit. *Veteres editiones habent*, supervicit: priora sequentibus superavit. *Ubi certum est vocem* superavit *esse ex glossemate, & ex margine in textum irrepsisse.*

Dei amantissimum. *Veteres libri*, Deo amicissimum.

& Eutychem. *Conjunctio deest in antiquis libris & editionibus.*

Pag. 836.

plantationem. *Veteres libri*, plantam. *Veteres editiones*, optimè reperit plantatam.

quam verò infructuosam. *Legendum*, quam verò ut infructuosam. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ. Veteres libri:* quam verò quippe ut infructuosam.

contra tuam quoque apostolicam sanctitatem. *Meliùs codices manu scripti:* contra tuam quoque dicimus sanctitatem. *Rectè. Nam & in Græco scriptum* est, λέγομεν δὲ καὶ εἰς ὁσιότητος.

de bonis malè sobrius. *Veteres libri*, defectis sobriis. *Haud dubiè legendum*, de factis sobriis.

in quorum. *Iidem libri*, ut quorum. *Veteres editiones*, ut in quorum.

agnitionem. *Veteres libri & editiones*, cognitionem. *Ego non disputo quin lectio quam Romani supposuerunt sit optima, sed contendo religiosè retinenda esse verba veteris interpretis.*

diversa criminationibus accusabant. *Iidem libri:* diversis accusationibus inscribebant, ut festi celebri lætitia Concilium consummantes. *Veteres editiones:* diversis acc. inscrib. ut festiva celebrique læt. Concilium consummantes.

figura tantummodo. *Ita veteres libri. Veteres editiones*, figuraliter. *Deest* tantummodo.

seu in speciem. *Hæc desunt in vetustis codicibus. Rectè. Sunt enim synonyma his quæ præcesserunt.*

zizanium. *Ante editionem regiam legebatur* zizaniorum. *Quo etiam modo scriptum est in libris calamo exaratis.*

quidem uno homine. *Fatendum est hanc lectionem esse elegantiorem veteri. Verùm ea non est Rustici, qui sic vertit.* quidem unius tantummodo ingemuimus. *Sic habent veteres libri & editiones.*

thalamo. *Iidem libri & editiones*, sponso.

suscipiens à nobis. *Hinc ortam puto historiam quam enarrat Zonaras tomo tertio annalium, & ex eo Baronius ad annum* 451.

subscribens. *Veteres libri & editiones*, subscriptam.

& alia quædam. *Veteres libri*, & altera quædam.

Pag. 837.

& Thraciæ. *Veteres libri & editiones*, vel Thraciæ.

non tam sedi Const. aliq. præstantes. *Veteres libri:* non tantum sedi aliquid Const. præstantes quantum metropolitanis. *Malè veteres editiones:* decreto non tantum firmavimus, sed aliquid Const. præstantes, quantum. *Hæc tamen confirmant lectionem codicum manu scriptorum.*

congruum providentes. *Veteres libri*, congruam videntes. *Veteres editiones*, congruere visum est. *quod videtur esse ex emendatione.*

clericis ac populis. *Romani elegantiæ studio turbarunt ordinem verborum Rustici. Sic ergo habet hic locus in antiquis libris & editionibus:* absque rectore clericis ac populis remanentibus qui per easdem sunt civitates & ecclesiasticum confundentibus ordinem.

maxime. *Veteres libri*, quammaximè.

regulam. *Hanc vocem in hoc loco non habent veteres libri, sed post* congregari sunt.

in Constantinopoli. *Iidem libri*, in Constantinopolim.

honorem. *Veteres libri*, honores.

lucente. *Iidem libri*, tenente.

gubernando, illum spargentes. *Ibidem*, gubernando parentes hunc sæpius expanderis.

Quæ igitur ad interemptionem. *Veteres libri & editiones:* Quæ igitur definivimus ad interemptionem. *Verùm eædem editiones vocem* definivimus *repetunt post vocem* ordinationis.

sibi proprium. *Veteres libri & editiones*, proprium sibi. *Sic maluit Rusticus.*

decretis nostrum. *Veteres libri*, nostrum decretis. *Et heic quoque sic maluit Rusticus.*

nihil alicui. *Iidem libri*, nihil cuilibet.

sed ut nutu. *Ibid.* sed quippe ut in nutu.

ANNOTATIO RUSTICI. Scripsi prid. Kal. April. feria tertia, Indictione XIII.

Hanc annotationem, quam & veteres quoque editiones habent, omiserunt editores Romani, sive nescientes cujus ea esset, sive, quod probabilius videtur, persuasi à Baronio verba illa esse librarii qui epistolam exscripsit. Philippus Labbeus eam reposuit, quia deprehendit illam esse Rustici Diaconi Ecclesiæ Romanæ. David porrò Blondellus in libro de primatu pag. 338. 349. hinc malè collegit veterem versionem Latinam Concilii Chalcedonensis elaboratam esse anno Christi DXX.

Pag. 881.

Epistola sanctissimi & beatissimi atque apostolici Dei gratia per omnia pleni Leonis Papæ omnia gesta sanctæ Calchedonensis synodi firmans, & sola illa infringens quæ per ambitionem Constantinopolitanorum gesta sunt contra Nicæni statuta Concilii. Quæ subjecta epistola respondit ad relationem sanctæ synodi suprascriptam.

Leo Episcopus sanctæ synodo. *id est, Episcopis qui sanctæ synodo apud Chalcedonem habita interfue-*

Anno Christi 451. — Concil. Chalcedon.

rant, ut docet textus epistola. Ceterum titulus iste non extat in antiquis codicibus synodi Chalcedonensis, quamvis sit vetus. Citatur enim à Facundo lib. 5. cap. 4. & in antiquis epistolarum sancti Leonis exemplaribus.

Omnem quidem fraternitatem &c.

affectu. *Veteres libri*, effectu; *eamque lectionem, ut meliorem, retinuit v. c. Paschasius Quesnellus.*

manifestare voluisset. *Postea sequitur in codicibus Rustici.* Sed quia in eisdem litteris ea quæ per occasionem synodi malè sunt attentata reprehenderam, maluit prædictus antistes meam gratulationem tacere quàm suum ambitum publicare. Ne ergo &c. *Fatendum tamen est ista, quamvis consequenter scripta, divisa tamen ac separata esse à textu epistola in antiquis exemplaribus. Stilus est sancti Leonis & ejus verba. Nam de hac ipsa re agens in epistola 60. ad Pulcheriam Aug. ait:* nisi maluisset meum gaudium (id est, *gratulationem*) tacere quàm repulsam sui ambitus publicare. *Non viderunt ista editores epistolarum sancti Leonis.*

Pag. 882.

vicem meam. *Veteres libri*, vices meas.

iniisse. *Iidem libri*, unisse. *Sic etiam edidit Quesnellus auctoritatem Facundi & codicis Grimanici secutus. Veram quod vir clarissimus ait Pelagium II. in epistola secunda ad Episcopos Istria, ubi locus iste refertur, cum vulgatis editionibus legisse* propriam vobiscum iniisse sententiam, *indiget interpretatione. Sanè Romana editio & quæ post eam prodiere usque ad hanc novissimam Labbei habent* munisse. *At Baronius, à quo ceteri acceperunt, & Labbeus, qui veterem lectionem revocavit, disertè scribunt* propriam vobiscum munisse sententiam. *Quo loco reponendum esse* unisse, *præter auctoritatem veterum exemplarium synodi Chalcedonensis, docet etiam codex Nicolai Fabri ex quo primùm edita est hac epistola, qui nunc est numero 4064. in bibliotheca Colbertina. Sic ergo illic legitur:* propriam vobiscũ munisse sententiã. *Nota perperam apposita supra syllabam est peperit verbum* munisse: *qua si deleatur, ut par est, remanebit vera lectio, id est,* unisse.

damnatis hæreticis. *Libri nostri:* ut damnatis hæreticis qui corrigi noluissent. *Ita quoque edidit Quesnellus.*

resecetur. *Veteres libri*, secernetur.

imminutionem. *Corb.* imminitationes, *Divion.* imitationes. *Vterque malè. Quod ideo notamus quia sæpe in antiquis libris immutationis & imminutionis vocabula confunduntur; & istud utile fortè erit ad emendanda ex ingenio veterum loca, ubi vetusti codices deerunt.*

Pag. 883.

& me auxiliante Domino. *Libri nostri*, me auxiliante Deo nostro catholicæ fidei.

traditionum. *Iidem libri & editio Quesnelli*, constitutionum.

Pag. 466.

INCIPIT ACTIO QVARTA CALCHEDONENSIS CONCILII.

Flavii. *Hanc vocem nullus veterum librorum habet in hoc loco, neque veteres editiones. Quod ostendit illam ex Graco fuisse additam ab editoribus Romanis.*

sacratissimi. *Hanc lectionem habet codex Parisiensis. Reliqui & veteres editiones*, sanctissimi.

Dei. *Et hanc quoque vocem ex Graco addidere Romani, quam neque veteres libri agnoscunt neque veteres editiones.*

præfecto urbis Tatiano. *Vocem* urbis *neque heic neque infrà in nomine Theodori agnoscit codex Parisiensis. In nomine verò Apollonii nullum vetus exemplar illam habet, neque veteres editiones.*

exmagistro Martiale. *Codex Paris. legit* magistro, *uti scriptum esse in initio prima actionis monuimus suprà ad paginam 78. Postea sequitur in vetustis codicibus & editionibus*, & magnificentissimo Comite devotissimorum Domesticorum Sporatio. *Cùm autem in hoc loco desint in Graco nomina quorundam virorum illustrium, qui sub his generalibus verbis comprehenduntur,* ἐ τῷ κοινῷ, *apparet omissam in editione Romana fuisse mentionem Sporatii per incuriam typographorum. Sanè illam in margine restituit Labbeus: qui si fidem veterum exemplarium & editionum sequi voluisset, in textu reposuisset verba qua exciderunt in editione Romana per errorem, ut dixi, typographorum. Vide suprà pag. 78.*

sacri cubiculi. *Ista in nullo veterum exemplarium habentur, neque heic, neque paulò pòst.*

prætoriorum. *Veteres libri*, prætorio.

Artaxerxe. *Iidem libri*, Artaxe.

hoc est. *Hac non extant in antiquis editionibus, neque in codice Parisiensi. Pro his autem Corbeiensis & Divionensis habent*, id est.

Pag. 467.

magni nominis. *Paris.* maximæ Constantinopolis.

Anastasii Episcopi Thessalonicensis. Annotatio Rustici. Hic Anastasius. In priore Græca actione Euxitheus. *Vide quæ dicta sunt suprà pag. 1209. ad subscriptiones tertiæ actionis.*

Byziæ. *Veteres libri*, Byzæ.

Sardium. *Ante Romanam editionem legebatur* Sardeorum. *Quo etiam modo scriptum est in codicibus calamo exaratis. Sed neque heic editores Romanos juvare potuit textus Gracus, cùm illo careamus.*

Nicomediæ. *Malè in Divion.* Machedoniæ.

Anastasii. *Paris.* Anathasii Episcopi Niciæ. *Hinc orta lectio codicum Corb. & Divion.* Athanasii Episcopi Niciæ.

Calchedonensi. *Sic reposuere Romani, cùm in antiquis editionibus legeretur* Chalcedonæ. *Codices Corb. & Divion. habent* Calchedonos, *Paris.* Calchedonus.

Apamcæ. *Et hoc quoque rursum monendum est, vetera exemplaria vulgò habere* Apamiæ.

Coensis civitatis. *Paris.* Choo *tantùm, ut in superioribus.*

Romanæ. *Primus omnium Labbeus ita edidit. Reliqua enim editiones praferunt* Romæ. *Sic etiam veteres libri.*

& reliqua sancta synodo. *Vox* sancta *desideratur in antiquis editionibus & in codicibus Corb. & Divionensi.*

audientiis. *Paris.* auditionibus.

Octobris. *Malè in Paris.* Septembris.

reverendissimi Episcopi. *Iam antea monuimus errorem à veteribus librariis commissum esse in epitheto istius Eusebii quando conjungebatur cum nomine Flaviani mortui. Isthic rectè codices Corbeiensis & Divionensis habent* reverentissimus Episcopus, *Paris.* vir reverentissimus Episcopus. *Reverenda memoria respicit Episcopum defunctum, reverentia titulus eum qui hactenus superest.*

se

se erasse dicentium. *Hac desunt in libro Parisiensi. Deerant etiam olim in Divionensi, ubi addita sunt supra lineam.*

& quòd vanè. *Conjunctionem addidere Romani. Eam porrò non agnoscunt vetera exemplaria. Pro quod autem Parisiense & Divion. habent* quia.

fuerint. *Paris.* fuerant.

peccaverant. *Divion.* peccaverunt, *Corb.* peccaverint.

Dioscorum Alexandriæ. *Omnes libri veteres*, Dioscorum reverentissimum Episcopum Alexandriæ. *Sic etiam in Græco.*

Pag. 470.

& cadere de sancta. *Veteres libri & editiones*, & cadere secundùm canones de sancta synodo, ut alieni.

Post aliqua. *Divion. & Paris. & heic & in sequentibus:* Post alia.

solius Dei timorem. *Paris. & Divion. & Concilium V.* Deum *tantum. Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

Nicænam. *Hæc vox, quæ necessaria non est, deest in Concilio V. & in codice Parisiensi. Addita est supra lineam in Divionensi.*

patrum centum quinquaginta. *Vox* patrum *non extat in codice Parisiensi, & in Divionensi adjecta est supra lineam. Deest etiam in exemplari Parisiensi Concilii V.*

reverendæ. *Veteres libri & editiones*, reverentissimæ.

Eusebio rever. Episcopo Cyzici. *Certum est eum qui tum erat Episcopus Cyzicenus vocatum fuisse Diogenem, Eusebium verò fuisse Episcopum Ancyræ Galatiæ. Itaque sic restituendus est hic locus ex fide veterum librorum & editionum:* & Eusebio reverentissimo Episcopo Ancyræ Galatiæ, & Diogene reverentissimo Episcopo Cyzici. *Sanè Facundus lib. 5. cap. 3. scribit quinquaginta duos Episcopos nominatos fuisse in relatione qua narratur quibus considentibus expositio fidei relecta est in hac actione quinta Chalcedonensi, etiam non annumeratis Legatis Romanis. Et tamen in vulgatis editionibus quinquaginta tantùm leguntur. Quare locus illic est pro Diogene Cyziceno, & pro Photino Archidiacono, de quo mox dicemus.*

Sardium. *Veteres libri & editiones*, Sardeorum.

Calchedonensi. *Parif.* Calcedonis, *Corb. & Divion.* Calchedone, *veteres editiones* Chalcedonæ.

domni Episcopi Apameæ. *Veteres libri:* reverentissimi Episcopi Apamiæ Syriæ Domni. *Sic etiam ferme veteres editiones.*

Constantino Bostrorum. *Veteres libri*, Constantio.

agente vices Theoctisti. *Et hic quoque locus mendosus est & mutilus. Lege ex fide exemplaris Parisiensis:* & Atarbio reverentissimo Episcopo Trapezuntis agente vices reverentissimi Dorothei Episcopi Neocæsariæ, & Photino Archidiacono agente vices Theoctisti reverentissimi Episcopi Pisinuntis. *Certa autem est emendatio, cùm constet ex actionibus prima, sexta, & decima sexta Atharbium gessisse vices Dorothei Episcopi Neocæsareæ, Theoctisti Episcopi Pessinuntis Photinum ejus Archidiaconum. Quare oportet mendosum esse quod suprà dicitur pag. 486. Photinum Diaconum fuisse vicarium Dorothei Episcopi Neocæsareæ. Porrò cum istius nomine impletur numerus quinquaginta duorum Episcoporum à Facundo commemoratus. Verùm in fine istorum nominum occurret alia difficultas.*

Pag. 556.

Critoniano. *Divion. & Corb.* Critonino.

Iconii. *Parif.* Iconiæ, *reliqui* Aconii.

Pergami. *Meliùs in Parif.* Pergæ. *Alii habent* Pergamæ.

Betthœæ. *Veteres libri & edit.* Beroæ. *Additur autem utrobique:* & Basilio reverentissimo Episcopo Gratianopolis, & Tryphone reverentissimo Episcopo Chii, & Theoctisto reverentissimo Episcopo Beriæ vel Beroæ. *Ista non habentur in editione Romana, quia haud dubiè deerant in exemplaribus quibus usi sunt viri doctissimi. Sanè certum est aut mutilos fuisse codices Facundi, aut horum trium Episcoporum nomina esse superflua, cùm excedant numerum quinquaginta duorum ab eo commemoratorum.*

domini. *Veteres libri*, domni. *Quod iterum mo-*

neo, quia ferè ubique sic habent libri nostri.

in Calchedonensi. *Veteres editiones*, in Chalcedone. *Libri manu scripti*, in Calchedona civitate.

sancti altaris. *Veteres libri & editiones*, sanctissimi altaris.

judices dixerunt. ANNOTATIO RUSTICI. Hic non sedit senatus. *Hanc annotationem edidit etiam Crabbus, & post eum alii. Romani eam sustulerunt. Porrò codex Parisiensis in hoc loco adjungit etiam senatum, his verbis*, & amplissimus senatus dixerunt. *Sed hæc non habentur in textu Græco.*

perfici. *Libri veteres*, perficere.

magni nominis. *Paris.* magnæ Ecclesiæ regiæ Constantinopolis.

inserere. *Idem*, inseri.

sed debet. *Veteres libri*, & debet. *Sic etiam textus Græcus.*

Dei amantissimus. *Corb. & Divion.* Deo amicissimus, *Paris.* sanctissimus.

à synodo. *Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

Deo amicissimus. *Paris.* sanctissimos.

regiæ urbis. *Idem*, regiæ Constautinopolis, *Divion.* regnantis Constantinopolis.

Quæ sequuntur &c. *Hæc non extant in vetustis exemplaribus, neque in editionibus quæ Romanam antecesserunt.*

reverendissimi. *Codex Divion. & veteres editiones*, viri reverentissimi.

Romæ. *Hanc vocem neque veteres libri habent, neque veteres ediiones.*

Si non consentiunt. ANNOTATIO RUSTICI. Et hæc Latinè jacet in ambobus Græcis codicibus. *Nam suprà pag.* 470. *&* 511. *similes annotationes posuerat.*

rescripta. *Ita codex Parisiensis. Ceteri & veteres editiones habent* rescriptam.

ut revertamur. *Paris.* & revertamur.

celebretur. *Veteres libri*, celebratur.

sanctæ martyris. *Hæc est lectio codicis Paris. & veterum editionum. Corb. & Divion. habent* sancti martyri. *Quod meliùs congruit cum textu Græco; ob eamque rationem editores Romani admonuerunt in margine legendum esse* sancti martyrii.

Pag. 557.

quæ placuerint. *Codices Divion. & Corb. & veteres editiones*, quæ placuerunt.

veniente. *Paris.* transeunte.

Augusta Nestorium expulit. *Hæc desiderantur in omnibus antiquis libris & editionibus. Habentur tamen in textu Græco.*

coram evangelius. *Hæc & quæ sequuntur usque ad* Contra *desunt in exemplari Parisiensi.*

à definitione. *Hoc quidem habetur in codice Parisiensi & in antiquis editionibus. Deest autem in Corbeiensi & Divionensi.*

abscedit. *Paris.* excedit.

Maria theotocos definitioni. *Idem codex:* Maria theotocos est definitioni addatur.

habet naturis. *Omnes libri veteres*, naturis habet.

Propter fidem. ANNOTATIO RUSTICI. Hic dicit Anatolius Dioscorum non propter fidem fuisse damnatum.

inseruntur. *Divion. & Corb.* inferuntur, *Paris.* præferuntur.

Alia definitio non fit. ANNOTATIO RUSTICI. Ideo dicit, Alia non fit, quia tomo sancti Leonis consonans erat definitio promulgata, non autem contradicens.

Xystus firmavit. *Ita codex Parisiensis. At Corb. & Divion. habent* roboravit. ANNOTATIO RUSTICI. Hic malè mortuus Primasius falsavit, & ubi habet XYSTUS posuit XPS, volens quasi auctoritatem beati Cyrilli per tale extolli mendacium contra Ibæ confessoris epistolam. *Sanè veteres editiones heic habent* Christus. *Quod auctoritatem in primis conciliat huic annotationi Rustici.*

Et per jussionem. *Paris.* Et ex jussione.

in divinum. *Idem codex*, in sacrum.

clamores. *id est, acclamationes, ut rectè in margine monuerunt editores Romani. Emendabitur autem per occasionem etiam Liberatus, in cujus capite* XIII. *legitur:* petiverunt rursus acclamare. *Vidit vir clarissimus Garnerius mendum heic esse, & reposuit* acclamatione. *Veteres libri Bellovacensis & Corbeiensis habent* clamare; *pro quo si reponas* clamore, sensus erit integer.

Pag. 560.

Interloeutio. *Desideratur istud in omnibus antiquis libris & editionibus, & superfluum est.*

Imperator. *Hanc vocem nullus veterum librorum habet.*

vel. *Istam neque libri veteres, neque veteres editiones.*

Theacensi. *Ita codex Parisiensis. Reliqui & veteres editiones*, Thraciensi.

sanctissimo. *Abest ab omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

Archiepiscopo. *Paris.* Episcopo.

sanctissimæ. *Veteres libri & editiones*, sanctæ.

constituatur; quibus. *Paris.* constituant ut omnes. *Alii*, constituantur omnes.

Si autem. *Veteres libri & ediiones:* Si enim.

habet fieri. *Non se elidunt litteræ in hac editione Romanorum, ut in veteribus & in libris calamo exaratis, in quibus legitur* fieri habet.

eo quod. *Paris.* in hoc quod.

Aut definitio pers. aut discedimus. *Hæc desunt in codice Parisiensi.*

aut discedimus. *Veteres editiones*, aut unus intereat. *Quæ quidem lectio pessima est. Ortam autem suspicor aut ex prolapsione Crabbi aut ex mendo veteris libri quo is utebatur. Nostri habent* aut imus. *Certum est Crabbum vidisse scriptum* aut unus; *& cùm putaret sensum esse imperfectum, videtur de suo addidisse vocem* intereat.

Quod ex duabus. *Codices Corb. & Divion. & veteres editiones:* Quod ex duabus naturis suscipio. *Paris.* Qood ex du. naturis non suscipio.

duas non suscipio. *Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus & edisionibus.*

Quem igitur. *Veteres libri:* Quem autem.

& inseparabiliter. *Primi omnium curatores editionis regiæ heic addiderunt conjunctionem, quam neque veteres libri agnoscunt, neque veteres editiones.*

rogati. *Paris.* petiti.

vicariis. *Idem codex & veteres editiones* vicario. *Vide quæ adnotantur infrà pag.* 581.

Pag. 561.

Sardium. *Veteres libri & editiones*, Sardeorum.

tractaverunt. *Corb. & Divion.* retractaverunt.

interpretati sunt. *Paris.* interpretaverunt. Aetius Archidiaconus Constantinopolis novæ Romæ legit.

præceptum. *Veteres editiones*, præcepto. *Veteres libri Divion. & Corb.* præcepta. *Quam lectionem esse bonam probatur auctoritate Parisiensis, in quo scriptum est* sanctiones.

& Christianissimorum. *Idem codex*, Christianissimorumque.

Imperatorum. *Vetera exemplaria & textus Græcus addunt* nostrorum.

in Calcbedone. *Corb. & Divion.* in Calchedona. *Paris.* apud Calchedonam metropolim Bithyniæ provintiæ in martyrio sanctæ & venerabilis martyris Euphemiæ definivit subter adnexa. *Sic etiam in codice canonum Ecclesiæ Romanæ.*

Definitio Concilii &c. *Titulus ille non extat in antiquis exemplaribus, & additus est à Crabbo. Dedit autem ille quatuor antiquas interpretationes istius definitionis. Harum prima est ea quam exhibent codex Corbeiensis & Divionensis & editio Romana, & quam in hoc loco repræsentat etiam editio Labbei. Secunda extat in collectione Isidori nomine publicata. Tertia infrà in actione sexta, & in codice canonum Ecclesiæ Romanæ. Quarta in codice canonum quem vulgavit vir clariss. Paschasius Quesnellus. Secundam ergo & quartam, quæ isthic omissæ sunt, nos dabimus post gesta emendata ex fide vetustissimorum exemplarium.*

Pacem meam relinquo. *Veteres libri & editiones:* Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.

ostendant. *Iidem libri & editiones*, ostenderent.

à Christi ovibus. *Malè in antiquis codicibus*, à Christi a vobis.

germinibus. *Veteres libri*, floribus.

qui hanc vel tess. piet. acceperunt. *Hæc addita sunt ab editoribus Romanis, quæ neque in antiquis libris extant neque in antiquis editionibus.*

etiam adscribimus. *Veteres libri & editiones*, esse ascribimus qui postea. *Attamen veteres editiones habent* etiam *proesse*.

Decernimus. *Veteres editiones:* Diffinimus. *Veteres libri:* Definivimus. *Ultimum constitutum Papæ Vigilii.* Definimus. Annotatio Rustici. Ut acribiam collationis gnari Græcitatis agnoscant, subter ipsa ut sunt in Græco verba descripsimus ex Acumitensi. ὁρίζομεν τοίνυν τὴν τάξιν ... πίστεως ἀπολύτως ... &c. *usque* ...

sanctæ synodi. *Iidem veteres libri*, a synodo quondam in Epheso facta. *Sic etiam ferme veteres editiones.*

beatissimæ. *Veteres libri & editiones;* sanctissimæ.

Pag. 564.

apud Constantinopolim. *Veteres libri*, in Constantinopolim.

hæreses quæ eo tempore germinaverant. *Veteres libri & editiones*, omnes germinantes hæreses. Annotatio Rustici. Omnes hæreses jam exortas hic confirmat & epistola CL. patrum contra hæresim Apollonarii, in qua iidem patres universi subscripserunt, id est, CL. patres.

Sequitur in antiquis codicibus symbolum Nicænum, ac dein Constantinopolitanum, quæ desunt in antiquis editionibus. Ea restituit editio Romana.

in Nicæa. *Divion. & Corb.* qui in Nicæa. *Paris.* Symbolum apud Nicæam CCCX. & VIII.

Omnium visibilium. *Veteres libri*, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum.

natum ex patre. *Paris.* qui natus est ex patre ante omnia secula, lumen de lumine. *Sic etiam Divion. & Corb. nisi quòd habent* genitus *pro* natus.

de cœlis. *Deest hoc in omnibus antiquis exemplaribus.*

& incarnatus est. *Totus hic locus sic habet in vetustis codicibus:* & incarnatus est atque inhumanatus est, & passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos; venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & quia ex non extantibus factus est aut ex altera subsistentia aut substantia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Constantinopoli. *Libri nostri*, Constantinopolim.

natum ex patre. *Paris.* ex patre natum. *Reliqui*, qui de patre genitus est.

Deum de Deo. *Hæc desunt in omnibus antiquis codicibus.*

lumen de lumine. *Deest istud in Parisiensi & in actione sexta.*

de Deo vero. *Corb. & Divion.* ex Deo vero.

genitum. *Paris.* natum.

homines & propter nostram salutem. *Paris.* homines & salutem nostram. *Sic etiam in actione sexta.*

de cœlis. *Hæc desunt in omnibus libris nostris.*

& homo factus est. *Corb. & Divion.* & inhumanatus est. *Sic etiam in actione sexta. Paris.* & humanatus est.

& crucifixus. *Veteres libri;* crucifixus est pro nobis.

passus. *Hanc vocem nullus veterum librorum habet.*

secundùm scripturas. *Et ista quoque non habent veteres libri.*

patris: & iterum. *Paris.* patris; iterum venturus cum gloria.

sanctos. *Deest in Corbeiensi & Divionensi.*

sanctam. *Istam vocem vetera exemplaria non agnoscunt, neque actio sexta.*

Pag. 565.

Sufficeret quidem. *Istius finis quintæ actionis synodi Chalcedonensis habentur sex antiquæ versiones: ista, quatuor à Crabbo editæ: sextam invenimus in tribus antiquis exemplaribus bibliotheca Colbertinæ. Postremas quinque referemus in fine gestorum. Ex alia rursum versione citat Vigilius Episcopus in libro quinto adversus Eutychetem cap. 17.*

& confirm. pietatis. *Veteres libri, constitutum Vigilii à nobis editum infrà, & editio Concilii Lateran. sub Papa Martino;* pietatis & confirm. sapiens hoc & salutare.

Spiritu sancto. *Legendum*, & Spiritu sancto. *Mendum est editionis Labbeanæ.*

ac domini. *Veteres & Concilium Lateranense*, & domini. Annotatio Rustici. Hic quaternitatem putant induci qui cœci sunt animo, nec vident non esse additamentum quartæ sed repletionem unius ejusdemque de trinitate personæ, sicut ipse Dominus postquam dixit Apostolis, Ite.

nostri. *Hanc vocem non habent vetera exemplaria, neque Concilium Lateranense.*

alii quidem. *Divion. & Corb.* & hii quidem mysterium. *Paris. & Concilium Lateranense & constitutum Vigilii:* Hi quidem mysterium quod pro nobis est Domini dispensationis corrumpere præsumentes, & Dei genitricis vocem de virgine Maria dicere renuentes, alii verò confusionem permixtionemque introducentes, & unam esse naturam carnis & deitatis stultè confingentes.

& vocem theotocos. *Divion. & Corb.* & vocem denegantes quæ theotocus de virgine prædicatur.

mixtionem. *Iidem libri*, temperamentum.

prodigiosè. *Paris. & Concil. Lateran: & constitutum Vigilii*, portentuosè. *Sanè Labbeus isthic in margine scripsit* portentosè; *sed codex Parisiensis, à quo ille accepit, habet disertè* portentuosè. *In Concilio verò Lateranensi editum etiam est* portentosè.

At vetustissimus codex Ecclesia Bellovacensis prafert portentuosè.

propter hoc. *Paris. & Concil. Lateran.* ob hoc illis omnem machinationem contra fidem. *(Concil.* veritatem) volens claudere.

. & universalis. *Idem codex & Concil.* atque universalis. *Sic etiam in constituto Vigilii.*

immobilem. *Paris. & Concil. & constitutum Vigilii*, inconcussam docens definivit principaliter trecentorum decem & octo sanctorum patrum fidem manere intentabilem. *(Concilium*; intemerabilem.) Et propter illos quidem &c. *ut tomo sexto Conciliorum pag. 246. usque ad* corroborat.

intemeratam. *Divion. & Corb.* irrecusabilem.

confirmat doctrinam. *Iidem libri*, doctrinam coofirmat.

notam fecerunt. Annotatio Rustici. Nota, notam fecerunt, scilicet conjungentes epistolæ contra Apollinarii dogma conscriptæ.

non quasi aliquid. *Corb. & Divion.* non quasi quòd aliquid deest antecedentibus inferentes, sed de sancto spiritu intellectum eorum contra illos. *Paris. & Concil. Lateran.* non quasi qoòd aliquid esset minus in præcedentibus inferentes, sed de sancto spiritu intellectum eorum adversùs eos qui. *Sic etiam in constituto Vigilii.*

Propter illos outem. *Corb. & Divion.* Propter illos autem qui dispensationis corrumpere conantur mysterium. *Paris. & Concil. Lateran. & constitutum Vigilii*: Propter illos verò qui mysterium dispensationis corrumpere moliuntur, & porum hominem esse qui ex sancta virgine Maria natus est impudenter delirantes. *Certum est hanc postremam vocem cubare in mendo legendumque esse* delirant. *Verùm eam retinuimus, quia ita legitur in codice Parisiensi & in Concilio Lateranensi, tum etiam in constituto Vigilii.*

esse genitum. *Divion. & Corb.* esse illum genitum.

epistolas synodicas. *Paris. & Concil. Lateran.* epistolas beati Cyrilli Alex. Eccl. præsulis synodicas ad Nest. & ad alios per orientem congruas existentes suscepit. *Sic etiam in constituto Vigilii.*

beatissimi Cyrilli. *Divion. & Corb.* beati Cyrilli quondam Alexandrinæ,

congruenter. *Iidem libri*, congruè.

vesanias, & ad. *Veteres libri*, vesanias, ioterpretationem verò eorum. *Sic etiam in Concilio Lateranensi.*

symboli pio zelo. *Corb. & Divion.* symboli mentem pio zelo. *Sic etiam in Parisiensi, nisi quòd illic vox* mentem *desideratur. Ob eam rationem omissa est in Concilio Lateranensi, non solùm in editionibus, sed etiam in codice Bellovacensi, & in constituto Papa Vigilii.*

intellectum. *Deest in omnibus antiquis exemplaribus & in Concilio Lateranensi, tum etiam in constituto Vigilii.*

quibus etiam & epistolam magnæ. *Hac est lectio codicis Paris. & Concilii Lateranensis. Sic etiam legitur in Corbeiensi & Divionensi, nisi quòd habent* maximæ *pro* magnæ.

Romæ. *Deest in codice Parisiensi & in Concilio Lateranensi, tum etiam in constituto Vigilii.*

intelligentiam. *Corb. & Divion. addunt* consequentissimè coaptavit, utpote.

columnam existentem. *Veteres libri & Concil. Lateran.* columnam nobis adversum prava dogmata existentem ad confirmationem. *Sic etiam in constituto Vigilii.*

congruenter aptavit. *Hac desunt in codicibus Corbeiensi & Divionensi. In Parisiensi verò & in Concilio Lateranensi legitur*; utique intellectum coaptavit. *Eodem modo legitur & in constituto Papa Vigilii.*

repugnat. *Veteres libri*, obsistit.

Christi naturis. *Iidem libri*, naturis Christi. *Sic etiam in Concilio Martini Papa, & in constituto Vigilii.*

opinantur. *Veteres libri & Concil. & constitutum Vigilii*, exquirunt.

& qui cœlestem. *Legendum*, & eos qui cœlestem. *Error est editionis Labbeana.*

substantiæ quam. *Veteres libri & Concil.* substantiæ dicunt quàm. *Sic etiam in constituto Vigilii.*

delirantes dicant. *Ibidem*, ut dementes abigit.

unitatem. *Ibid.* unitionem.

condemnat. *Divion. & Corb.* anathematizat.

Pag. 568.

filium & dominum. *Conjunctio deest in exemplaribus Corbeiensi & Divionensi.*

& eundem. *Nec heic quoque conjunctionem agnoscunt veteres libri.*

Deum verum. *Iidem libri & Concil. Lateran.* Deum verè & hominem verè. *Sic etiam in constituto Vigilii.*

consubstantialem. *Divion. & Corb. & heic & paulò pòst legunt* & consubstantialem.

in duabus naturis. *Editores Romani annotarunt in margine legendum esse* ex duabus. *Verùm lectionem qua in textu habetur esse re vera Concilii Chalcedonensis probat Rusticus in dialogo adversùs Acephalos. Sic etiam in epistola Flaviani ad Theodosium. Vide Nicephorum lib. 15. cap. 9.*

inseparabiliter. *Iidem libri*, & inseparabiliter.

atque divisum. *Idem*, sive divisum.

sed unum eundemque. *Vetera exemplaria*, sed unum & eundem filium unigenitum. *Sic etiam in Concilio Martini Papa, & in constituto Papa Vigilii.*

exacta cura. *Paris. & Concil. Lateran. & constitutum Papa Vigilii*, scrupulositate. *Corb. & Divion.* scripulositate.

aut alios docere. *Ibidem*, aut docere aliter. *Sic etiam in eodem constituto.*

qui audent componere. *Paris. & Concil. Lateran.* qui ausi sunt componere. *Ita etiam in eodem constituto. Corb. & Divion.* qui ausi sunt aot componere fidem alteram aut certè proferre.

volentibus ad agnitionem. *Veteres libri, Concilium, & constitutum*: volentibus vel ex gentilitate ad agnitionem, vel ex Iudaismo, vel ex hæresi quac. converti, hos.

anathematizari eos. *Vox* eos *non extat in libris nostris, neque in constituto Vigilii, neque in Concilio Martini Papa, neque demum in quatuor antiquis versionibus editis à Crabbo.*

religiosi. *Paris.* religiosi. *Reliqui*, reverentissimi. *Sic etiam veteres editiones.*

præsentibus ipsi. jud. modo subscribant. *Hac non habentur apud Evagrium, neque in libro Corbeiensi, neque in Divionensi, neque demum in antiquis editionibus.*

manifesta fient. *Ex hoc loco rectè collegerunt Facundus & Liberatus non acquievisse judices clamori Episcoporum petentium ut statim subscriberetur expositioni fidei quam Aetius Archidiaconus recitaverat, & intermissum ab illis fuisse ut primùm Principi legeretur, adeoque dilatam subscriptionem in actionem sequentem.*

sacro vertici. *Veteres libri & editiones*, divino vertici.

Annotatio Rustici. Idem contuli. Deo gratias.

EXPLICIT ACTIO QUINTA.

INCIPIT SEXTA FELICITER.

A*Ntequam aggrediamur ad emendationem hujus sextæ actionis, observandum est quosdam codices initium Chalcedonensis Concilii constituere in ea actione in qua adfuit Imperator Marcianus, reliquas omittere, & his codicibus usum Merlinum ea tantùm edidisse quæ præsente Marciano dicta factaque sunt in synodo. Quod cùm Crabbus ita invenisset, putans exemplaria sua esse mutila in hoc loco, partem istius actionis inseruit primæ, initium faciens ab his verbis, quæ sequuntur post nomina Episcoporum*, Ecce advenientibus omnibus, *& desinens in istis:* Sit à nobis procul invidia. *Quare ut monstretur origo istius erroris, necessarium non est ut recurramus ad codicem Vaticanum vetustissimum in quo prætermissa est prima actio Concilii Chalcedonensis, & ejus loco reperitur brevis quædam epitome ejusdem Concilii, cui præfixa est Marciani ad synodum oratio, & post epitomen sequitur secunda actio, & aliæ per ordinem usque ad finem. Crabbus enim codice illo neque ullo alio simili usus est, sed vetustissimo & integerrimo exemplari Rusticianæ emendationis desumpto ex bibliotheca monasterii fratrum Cruciferorum in civitate Aquensi.*

domini. *Heic & paulò pòst veteres libri habent* domni. *Quo etiam modo ut plurimùm habent scriptum. Sufficit autem istud semel aut bis observasse.*

in Calchedone. *Divion. & Corb.* in Calchedona. *Veteres editiones*, in Chalcedona. *Desunt hæc in codice Parisiensi.*

divinissimi. *Codices Corb. & Divion. & veteres editiones*, divini. *Paris.* divi.

in sanctissima. *Idem codex Paris.* in sancta Ecclesia religiosæ & beoe victricis.

Pag. 569.

Bonifacio reverendissimo. *Paris.* Bonifacio religiosissimo.

locum tenentibus. *Veteres libri*, tuentibus locum. *Sic etiam Crabbus.*

sanctissimi & Deo amicissimi. *Corb. & veteres editiones*, sanctissimi & Deo amantissimi. *Paris.* religiosissimi & Deo amabilis.

Anatolio sanctissimo. *Idem codex Paris.* Anatholio religiosissimo Archiepiscopo magni nominis Constantinopolitanæ novæ Romæ, & reliquis religiosissimis Episcopis & reverentissimis, id est.

tenente locum Anastasii. *Veteres libri & editiones*, tuente. *Sic etiam infrà ferè ubicumque in ista actione quidam Episcopi dicuntur supplere locum absentium.*

Byziæ. *Vetera exemplaria* Byzæ. *Heic codex Paris. habet* locum tenente.

Cyriaci Episcopi. *Vox* Episcopi *non extat in antiquis libris & editionibus.*

Sardium. *Paris.* Sardis. *Reliqui & veteres editiones*, Sardensium.

Nonno Edessæ. *Huc usque rectè habent gesta hujus sextæ actionis. Nam Facundus lib. 5. cap. 3. ait in ea inveniri Nonnum sedisse vigesimum octavum.*

Pergamio Antiochiæ Pisidiæ. *Post hunc additur in antiquis codicibus & editionibus*, Epiphanio Pergensi. *Istius itaque nomen sustulerunt inde Romani editores, quia illud videbant paulò antè fuisse recitatum. Sed advertere debuerunt illum suprà pro alio nominatum esse, isthic pro se ipso nominari, eodem modo quo & in prima actione. Sanè si Facundo fides habenda est, necesse est & hunc Epiphanium & Sebastianum Beroæ, quem pariter omiserunt editores Romani, retineri inter nomina istorum Episcoporum. Alioqui Theodoretus Episcopus Cyrensis, quem Facundus in ista actione centesimum vigesimum septimum sedisse scribit, reperietur centesimū vigesimū quintum locum obtinuisse.*

Francione. *Paris.* Frannione. *Corb. & Divion.* Frontione. *Post illum veteres libri & editiones habent*, Sebastiano Beroæ. *Vide quæ paulò antè dicta sunt. Habetur autem ejus nomen in eodem loco in prima actione.*

Trajanopolis. *Paris.* Trajanopolitano. *Ceteri*, Tracianopolis.

tenente locum Macarii. *Adde*, Laodiciæ Syriæ. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

Pag. 570.

Gabalæ. *Paris.* Gabalon. *Alii*, Gabusæ.

Augustæ Euphratesiæ. *Hæc addita sunt ab editoribus Romanis, qui noverant Neocæsaream, cujus Episcopus fuit hic Patricius, fuisse civitatem Augustæ Euphratesiæ. Ceterùm hæc neque in antiquis exemplaribus habentur, neque in antiquis editionibus.*

Archelaidis. *Divion. & Corb.* Archis, *Paris.* Astes.

Zoaræ. *Corb. & Divion.* Sigor, *Paris.* Segros.

Natira. *Corb.* Netyra, *Paris.* Nitira.

Gadaræ. *Corb. & Divion.* Gadaro, *Paris.* Padaron.

Gerræ. *Paris. & Corb.* Gerarum, *Divion.* Hierarum.

Celenderitis. *Veteres libri & editiones*, Celendereos.

Cestriæ. *Paris.* Cestro, *reliqui* Cestrorum.

Æliano. *Divion.* Heliano.

Seleucobeli. *Idem*, Seleucopolis.

Mariamnis. *Ita codex Divionensis. Paris.* Mariamnes, *Corb.* Mariamnis.

Raphanæorum. *Paris.* Rafanæon. *Divion.* Sapaneorum.

Pag. 571.

Hermopolis. *Veteres libri*, Irenopolis.

tenente locum. *Veteres libri & editiones*, tuente locum. *Sic etiam infrà ubi de Paulo Emissa.*

Mopsuestiæ. *Corb.* Mompsuestiæ, *Paris.* Mompsuestias.

Adranæ. *Veteres libri*, Adraon.

Canothæ. *Paris.* Canotas, *Corb.* Cleone, *Divion.* Cleoneæ.

Porphyrionis. *Postea additur in antiquis libris & editionibus, itemque in actione prima*, Porphyrio Botryon *sive* Botrorum, *quod omissum est in editione Romana. Ceterùm heic alia insurgit difficultas. Nam si revera retinendum est in hoc loco nomen Porphyrionis Episcopi Botryorum, jam Theodoretus, qui à Facundo dicitur sedisse in loco centesimo vigesimo septimo, occupabit centesimum vigesimum octavum. Fortassis Bonifacius, quia Presbyter tantùm erat, non connumerabitur in hoc numero.*

Bosphorio. *Hic vocatur Phosphorus in omnibus antiquis libris & editionibus, & in actione prima.*

Abilæ. *Paris.* Aviles, *Divion.* Ambis, *Corb.* Ambisabilis.

Thoma Evoreæ. *Paris. & Divion.* Thoma Evarias, *Corb.* Theoma Evariæ.

Athanasio Pari insulæ. *Veteres libri*, Athanasio Pergæ *vel* Perges. *Postea verò iidem libri veteres & antiquæ editiones addunt*, Zebenno Martyropolis. *Sic etiam in prima actione. Sanè hic ipse nominatur infrà in editione Romana; sed non in antiquis, neque in libris nostris.*

Carthensium. *Paris.* Castron.

Abraamio Circisii. *Corb.* Abramio Cyrensi.

Thinniensi. *Divion.* Cnidi, *Corb.* Cnidi Mnizy, *Paris.* Minitzu *tantùm.*

Hypericio. *Corb.* Hyperechio, *Parif.* Perechio.

Laciniæ. *Corb. & Divion.* Lacænæ Laganiæ, *Parif.* Laganias *tantùm. Veteres editiones*, Laciniensi Laganiæ.

tenente locum. *Veteres libri & editiones & heic & infrà*, tuente. *Attamen in posterioribus hujus pagina locis veteres editiones habent* tenente.

Episcopi Satalorum. *Vocem* Episcopi *heic non habent veteres libri & editiones, neque ubi agitur de Paradio Andraponensi.*

Himerorum. *Corb.* Hierorum, *Divion.* Iberiorum, *Parif.* Boron.

Ariarathiræ. *Veteres libri*, Ariarathiæ.

domini Episcopi Cucusi. *Insignis error editionis Labbeanæ. Reponendum*, Domni Episcopi Cucusi.

Arcensis. *Corb.* Archis, *Divion.* Archistæ, *Parif.* Arces.

Innopolis. *Hæc lectio bona est: pro qua codex Divienensis habes* Hioniopolis, *Parif.* Hionopoleos.

Pag. 572.

tenente. *Veteres libri & editiones*, tuente. *Sic etiam infrà.*

Amastridis. *Veteres libri & editiones*, Amastriæ.

Genethlii Episcopi Cratiæ. *Vox* Episcopi *deest in omnibus antiquis exemplaribus. Sic etiam paulè post in commemoratione Theophili.*

Thermensis. *Corb.* Thermis, *Parif.* de Termis.

Aquila. *Divion.* Acyla; *& in margine*, al. Aquila.

Ammorii. *Divion. & Corb.* Amyri, *Parif.* Amidi. *Legendum*, Amorii.

Orcisti. *Corb.* Arcisti, *Divion.* Archyti, *Parif.* Arcytu.

Clazomenensi. *Corb. & Divion.* Clazomeno.

Ægensi. *Divion. & Corb.* Fgea, *Parif.* Egeas.

Quinto Phoceæ. *Parif.* Cointu Facias, *Divion.* Cointi Faciæ, *Corb.* Coenti Faciæ.

Argissæ. *Parif.* Argizon, *Corb.* Aegizonis, *Divion.* Argizonis.

Alalcomensi. *Corb. & Divion.* Aliucomis, *Parif.* Auliucomis.

Olympio. *Veteres libri*, Sampio.

Novæ aulæ. *Parif. & Corb.* Neas aules, *Divion.* Neas aulis.

Asiæ. *Deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

Hypæpæ. *Veteres libri*, Hypepon.

Pitanæ. *Parif.* Titanes, *Corb.* Titanis, *Divion.* Titanius.

Myrthinæ. *Corb. & Parif.* Myrenis, *Divion.* Mitynis.

Basilico. *Ita codex Parisiensis. Alii habent* Basilisco.

Palæopolis. *Meliùs veteres libri*, Paleaspoleos.

Partii. *Legendum*, Parii. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

Adrianæ. *Veteres libri*, Adrianon.

Eulalio Pioniæ. *Parif.* Eulogio Pionio. *Divion. & Corb.* Eulogio Pionis.

Primnesiæ. *Deest in omnibus libris quibus nos utimur.*

Theosebio. *Veteres libri*, Theodosio.

Hermia. *Iidem libri*, Hermio.

Adramyteorum. *Iidem libri*, Adrianoteron.

Menecrate. *Veteres libri*, Menecraro *vel* Menecratio.

Argei Episcopi Sardeorum. *Ita quidem veteres editiones. At vetera exemplaria habent*, Argei Salgon. *Sanè suprà vidimus nomen Florentii Episcopi Sardeorum.*

Gabalorum. *Veteres libri & editiones*, Gabalon.

Acamaseno. *Veteres libri*, Acrassu.

Lydiæ. *Abest ab omnibus antiquis exemplaribus.*

Septoriorum. *Veteres editiones*, Septenorum. *Veteres libri*, Sepron.

Apollinis fani. *Iidem libri non habent vocem* fani. *Corb. & Parif. legunt* Apollonos, *Divion.* Apollonis.

Alcimede Silandi. *Veteres*, Alcimido Silandu.

Acarasseorum. *Veteres libri*, Acrasseon. *Veteres editiones*, Acrasseno.

tenente. *Iidem libri & editiones*, tuente.

Episcopi. *Hæc vox desideratur in omnibus antiquis exemplaribus.*

Limyræ. *Veteres libri*, Limeron.

Telmessi. *Corb. & Parif.* Telmessu, *Divion.* Thelmissu.

Phaselidis. *Corb. & Parif.* Phaselito, *Divion.* Fasilito.

Liburnæ. *Divion.* Balbuscon, *reliqui* Valbuseon.

Andrea Sectoriorum. *Veteres libri*, Andrea Tloson. *Desunt itaque in libris nostris voces* Sectoriorum *&* Paulo.

Bubonεorum. *Veteres libri tantùm*, Bubon.

Nicia Megarorum. *Veteres libri*, Eonnico *vel* Eunico Megaron.

Opuntis. *Divion.* Opulto, *reliqui* Opultu.

Argorum. *Corb.* Aigos, *Divion.* Argus, *Parif.* Argentos.

Pag. 573.

Euriæ. *Veteres libri*, Eureas.

Anchiaxi. *Corb.* Aintiochiasmu. *Ita etiam fermè Divionensis. Parisiensis habes* Aoreociasmu. *Legendum*, Anchiasmi.

Corcyræ. *Corb.* Cesquias, *reliqui* Cerquiras.

Alindæ. *Veteres libri*, Alindon.

Iassi. *Veteres editiones*, Tarsi. *Codex Parif. & Corb.* Tarsu, *Divion.* Tharsu.

Papia Erizorum. *Veteres libri*, Papio Erizon.

Heracleæ Lyncestidum. *Parif.* Heracleas Lacmo, *Divion.* Heraclias Laccu, *Corb.* Eraclias Lemu.

Heracleæ Latmi. *Veteres libri*, Heracleas Salvacis. *Hanc lectionem habent etiam veteres editiones in margine, pro qua Labbeus reposuit* Salbacis.

Eupithio Stratoniciæ. *Divion.* Epitonio Stratonicias.

Amyzonis. *Veteres libri*, Amazonis *vel* Amazonas.

tenente. *Veteres libri & editiones*, tuente. *Sic etiam infrà.*

Episcopi Halicarnassi. *Vox* Episcopi *non extat in hoc loco in antiquis exemplaribus, neque etiam in nominibus Diogenis & Zotici.*

Cladorum. *Veteres libri*, Cadon. *Suprà in prima actione pag. 90.* Cadorum, *itemque in secunda pag. 333. Veteres editiones*, Cadi.

Silbii. *Divion. & Corb.* Siblius, *Parif.* Sthlius.

Mossynorum. *Veteres edit.* Mossiunorum. *Codex Parif.* Mosino, *Divion.* Mysino, *Corb.* Myssinio.

Basilinopolis. *Crab.* Basilinopolis, *ut ostenderet alicubi haberi* Basiliopolis. *Codex Divion.* Basiliopoleos.

Orthosiæ. *Parif.* Horrosienon, *Divion.* Ortesion, *Corb.* Hortensio.

Arpasensis. *Suprà in prima actione pag. 90.* Arpasæ, *in secunda pag. 336.* Ariassi. *Istbic vetera exemplaria habent* Ariassu.

Eulandrensi. *Eadem vetera exemplaria*, Euladro.

Midæi. *Parif.* Midavi, *Corb.* Midaydu, *Divion.* Madatu.

Eucarpiæ. *Veteres libri & editiones*, Eucarpias.

Cornensi. *Ita veteres editiones. Codex Parif.* Cornu, *reliqui* Carnu. *Suprà in prima & secunda actione*, Cornorum.

Lystrensi. *Veteres libri*, Lystro.

Cannorum. *Iidem libri*, Canon.

Rufo Hydæ. *Parif.* Rufo Iddis, *reliqui* Eupho Iddis.

Homonadum. *Veteres editiones*, Homonadon. *Codex Corb.* Humanadon, *Parif.* Humanado. *Sic etiam ferme Divionensis.*

Adadorum. *Veteres libri & editiones*, Adadon.

Tiracii. *Divion.* Tyrani, *Corb.* Tynahiu, *Parif.* Trahiu.

Libaniô Patii Lycaoniæ. *Veteres libri*, Libanio Parlau.

Adilo. *Corb. & Divion.* Aditho, *Divion.* Adizo.

tenente. *Veteres libri & editiones*, tuente. *Sic etiam in duobus locus sequentibus.*

Messalini Episcopi Laodiceæ. *Veteres libri*, Messalini Laodicias, *omisso vocabulo* Episcopi. *Sic etiam in nomine Florentii Tenedi.*

Bassona Neapoleos. *Iidem libri*, Basso Neaspoleos.

Limerorum. *Iidem libri*, Limenu.

Zebenno Martyropolis. *Deest hoc loco in antiquis codicibus & editionibus.*

Sotere. *Veteres*, Sotero.

Pag. 574.

tenente locum Didymi. *Veteres libri & editiones*, tuente. *Sic etiam in sequenti nomine.*

Episcopi. *Hac vox deest in antiquis libris.*

Lapithi. *Veteres libri*, Lapiton; *veteres editiones*, Lapethon.

Messenæ. *Veteres libri*, Messinis.

Tegeæ. *Iidem libri*, Tegias.

Naupacti. *Iidem*, Neopactu.

Eleuthernensi. *Iidem:* Eleuthernis tenente locum Pauli Episcopi Cantano. *Veteres editiones:* Eleuthernensi tuente locum Pauli Episcopi Candiæ. *Itaque primi omnium Romani addiderunt hac verba*, Chrysogono Presbytero. *Acceperunt autem ex superioribus actionibus, prima nimirum & secunda. Contrà in actione quarta pag. 491. Euphratas Episcopus Eleutherna dicitur tenere etiam locum Pauli reverendissimi Episcopi Candiæ. Itaque fieri potest ut quum discessisset aut forsitan obiisset Crysogonus Presbyter, Euphratas locum ejus suppleverit.*

Topiris. *Parif. & Corb.* Doveru, *Divion.* Debero.

Bargalæ. *Corb.* Vargallo, *Parif.* Vvargalio, *Divion.* Vergallo.

Patricopole. *Legendum* Particopoleos, *ut habent veteres libri. Veteres editiones legunt* Partecopoleos.

Honorato Thassi. *Veteres libri*, Thasu.

Orei. *Iidem libri*, Ariassu.

Psyllii. *Iidem*, Sillu.

Lysimachiorum. *Corb.* Lisicon, *Divion.* Lisine, *Parif.* Lisineo. *Suprà act. 1. pag. 91. & act. 2. pag. 337.* Lysineorum.

Puglorum. *Divion.* Pogylon; *reliqui*, Poglon.

Aurelio Afto. *In veteribus libris præponitur Eustatio.*

Resticiano. *Vetera exemplaria docent legendum esse* Restitutiano. *Post hanc vocem Rusticus quandam notam ponit, cui similem suprà posuerat post nomen Theodosii Nazianzeni & ante nomen Aristomachi Colonia, & ait.* Qui inter hæc duo signa simillima hic leguntur, in Græcis duobus codicibus non sunt.

perpetuus Augustus. *Post hac verba legitur in antiquis editionibus:* sub die sanctissimorum martyrum sancti Callinici & Euphemiæ, præsente ex divino zelo &c. *Hac verò superflua sunt, & meritò sublata ab editoribus Romanis. Suprà initio hujus sexta actionis scriptum est eam fuisse habitam in Ecclesia sancta Euphemia, eique adfuisse Episcopos quorum mox nomina recitata sunt. Heic verò Notarius addit advenisse in eandem sanctissimam Ecclesiam piissimum Imperatorem. Error ortus ex glossemate cujusdam Graci; qui explicaturus qua esset ea sanctissima Ecclesia, in margine descripsit verba Graca ex initio actionis, addita haud dubiè voce τουτέστιν. Quod postea in Latini cujusdam codicis margine positum est Latinè ab aliquo Graca lingua non admodum gnaro, hoc modo:* id est, sanctissimorum &c. *Hinc verò quispiam alius effecit*, sub die sanctissimorum. *Multum porrò heic se torquet vir clarissimus Paschasius Quesnellus ut inveniat quo codice horum actorum usus sit Baronius, & conjicit habuisse similem ei quo ipse utebatur. Si consuluisset veteres editiones, ex illis sua accepisse Baronium comperisset. Quod autem addit idem vir clarissimus, contra hanc pravam versionem pugnare omnes Latinas versiones, revincitur auctoritate veterum editionum: ubi hac ipsa leguntur, ut diximus.*

& reliqua sancta synodo. *Hac desunt in codice Parisiensi. Deerant etiam olim in Divionensi, ubi addita sunt supra lineam.*

præsente ex divino &c. Pulcheria. *Hac desunt in omnibus antiquis exemplaribus & in textu Graco. Deesse autem debere hinc etiam colligitur quòd Valentinus Episcopus Philippolitanus & Episcopi Hellesponti & veteris Epiri scribentes ad Leonem Imperatorem in cap. 16. 35. & 46. codicis encyclii, auctor breviculi historia Eutychianistarum, Ferrandus Diaconus in epistola ad Pelagium & Anatolium, Liberatus, Evagrius, & Theophanes nullam in hoc loco mentionem faciunt Pulcheria, sed tantùm Marciani & judicum & sacri senatus. Antiquum tamen esse hunc errorem patet ex antiquissimis codicibus in quibus hoc additamentum invenitur, & ex breviculo suprà laudato, in quo scriptum est Imperatorem Marcianum indixisse synodum apud Nicæam*, in qua & ipse & Pulcheria resedit & omnis cum eo senatus & potestates. *Quo loco rectè in margine annotat Labbeus liquere ex actis falsum hoc esse. Deponendus est ergo vetus error qui Pulcheriam interfuisse docuit synodo Chalcedonensi. Nam si Romanis nondum Christianis indecens visum est Agrippinam matrem Neronis escendere suggestum Imperatoris & præsidere simul quum legati Armeniorum causam gentis apud eum oraturi erant, haud dubiè Christianis in mentem venire non debuit feminam, licèt piissimam, simul cum Imperatore præsidere posse in Concilio sanctissimorum Episcoporum in quo de stabilienda vera fide tractabatur.*

& gloriosissimo præfecto. *Parif. & Divion.* & excellentissimo præfecto.

& magistris. *Corb. & Divion. & veteres editiones*, exmagistris. *Parisiensis neque* & *habet neque* ex.

Pag. 575.

sacrorum privatorum. *Parif.* sacrarum privatarum.

clarissimorum tribunorum. *Ita quidem codex Parisiensis. Ceteri & veteres editiones habent* clarorum.

magnific. primicerio. *Parif.* spectabili primicerio.

Florentio. *Deerat istud nomen in codice Divionensi, sed additum est supra lineam. Deest autem illic mentio Senatoris, Eugari, & Romani. In Parisiensi verò non comparent Florentius, Senator, Eugarus, Romanus, Zoilus, & Antiochus. Quod ostendit prolixiora aut breviora fuisse in hoc loco gesta pro arbitrio eorum qui illa exscribebant.*

Eugaro. *Codex Corb. & veteres editiones*, Antiocho. *Postea codex Corb. addit*, & viro magnificentissimo expræfecto Augusto.

Artaxerse. *Veteres libri*, Artaxe.

Parnasio. *Divion.* Parnasio, *Parif.* Parnassio, *Corb.* Artaxio Parnasio, *veteres edit.* Artaxio Parnasio.

Menna. *Veteres libri & edit.* Mena.

& comite privatorum. *Veteres libri & edit.* excomite privatarum.

& comite largitionum. *Iidem libri & editiones*, excomite. *Sic etiam in nomine sequenti. Romani ergo ista mutaverunt.*

privatorum. *Parif.* privatarum.

quæ subsequuntur. *Postea sequitur in codice Parisiensi:* Dominus noster Marcianus perpetuus Augustus alloquutus est sanctam synodum ita. *Nulla heic mentio duplicis editionis, quia interpres unam tantùm noverat, id est, Græcam. Deinde Rusticus utramque ponens, gestis ista inseruit post vocem* synodum, primùm Latinè, & postmodum Græcè: cujus alloquutionis virtus est ita. *Quo modo habent codices Corbiensis & Divionensis & veteres editiones. At editores Romani putantes heic erratum esse à librariis, partem superioris admonitionis retinuerunt in textu, partem rejecerunt ad marginem, ne monito quidem lectore cur ita facerent.*

Post hæc verba Rusticus ponit quasdam notas in fronte utriusque editionis, & ait: A signo isto totum sic emendavi ad Græcam proprietatem. In Acumitorum verò codice mox Latinè scriptum est ita.

ADLOCVTIO MARCIANI IMPERATORIS AD SYNODVM.

Hæc allocutio Græcè tantùm posita erat in Græcis codicibus ex quibus prodiit vetus interpretatio Latina; ideoque sola versio ex Græco reperitur in codice Parisiensi, in quo continetur pura puta antiqua versio, nullis Rustici additamentis aut emendationibus. Eadem sola primò posita fuit in codice Divionensi. Verùm postea addita est vetus membrana, in qua descripta est allocutio Latina ab eadem manu qua codicem integrum scripsit. Quod ostendere videtur eam solam in exemplari ex quo descriptus est codex Divionensis extitisse quæ versa est ex Græco. Hanc se addidisse ex codico monasterii Acœmetensis testatur Rusticus, qui Latina verba primò posuit, ut par erat, & dein Latina ex Græco versa.

pravis. *Hæc vox deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

populos seducentibus. *Meliùs libri veteres*, populos edocentibus.

ne vel ulteriùs. *Veteres libri*, neque ut ulteriùs.

exponere concordantibus. *Iidem libri:* exposueritis. Concordantibus itaque animis. *Hanc lectionem esse veram probat versio facta ex Græco.*

Et post hæc Regis verba. *Et hæc quoque desunt in omnibus antiquis libris & editionibus. Addita autem sunt à Romanis ex editione quæ extat in collectione Isidori.*

Marciani amatoris &c. *Hæc omnia desunt in eisdem libris & editionibus, & addita sunt ex eadem collectione Isidori.*

Pag. 577.

Divinissimus & piissimus. *Hunc titulum habent veteres libri & editiones.*

summe. *Hæc vox deest in exemplari Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.*

partim pecuniarum. *Veteres libri & editiones*, tam pecuniarum cupiditatibus quàm pravissimis studiis.

doctrinæ expositionem. *Iidem libri & editiones*, multitudini doctrinæ expositionem erroribus plenam edidisse.

laboribus quos ex itinere. *Parif.* laboris quem ex itinere. *Divion.* laboribus quem ex itinere.

eventum maximum. *Divion. & Parif.* hunc eventum fore credentes (*Parif. addit* &) veræ religionis firmamentum omni errore atque caligine detersa, prout se divinitas hominibus. *In Parisiensi post vocem* omni *additum est supra lineam* s interjectus.

& prout ipsa. *Vox* ipsa *deest in omnibus antiquis codicibus & editionibus.*

purissimam. *Parif.* puram ac verissimam. *Divion. primò* puram & verissimam; *sed postea quædam litteræ addita sunt supra lineam quæ efficiunt* purissimam.

coleret. *Veteres libri & editiones*, incolere, & de reliquo omnem auferri audentibus præsumptionem &c. aliter sentire aut disputare.

tradita autem nunc consonè. *Vox* nunc *deest in omnibus antiquis libris & editionibus. Neque mirum est defuisse, cùm certum sit non tum celebratam fuisse synodum Nicænam quum ista scribebantur. Codex Divion. habet*, tradita autem sunt; *ubi excidit vox* consonanter, *ut colligitur ex margine, in qua scriptum est*, al. consonè. *Sanè codex Parisiensis præfert:* tradita autem sunt consonanter.

qui Nicææ convenerunt. *Hæc non extant in libris nostris, nec in antiquis editionibus. Sunt autem in hac pagina quædam loca insignia quæ ostendunt quantum sibi licuisse crediderint editores Romani.*

Deo amicissimi. *Veteres editiones*, Deo amantissimi. *Codex Parif.* sancti.

novæ regiæ Romæ. *Codex Corb. & veteres editiones*, novæ regiæ Romanæ urbis. *Parif. & Divion.* Constantinopolitanæ urbis. *Divionensis habet in margine*, al. novæ regiæ Romanæ urbis.

epistola testatur. *Veteres libri & editiones*, scripta testantur.

inconvenienti. *Parif. & Divion.* flagitioso.

avaritia. *Iidem libri*, cupiditate.

quorundam. *Hæc vox deest in antiquis libris & editionibus.*

Multos enim. *Codex Parif. & veteres editiones:* Multi enim mentis simplicitate à quibusdam perterriti. *Ita etiam reliqui codices, si levia quædam menda tollas.*

callida. *Parif.* affectata, *Divion.* effetata.

haud mirum est fuisse deceptos. *Veteres libri & editiones*, meritò decepti sunt.

serenitati. *Iidem libri & editiones*, tranquillitati.

quam ipsis. *Vox* ipsis *deest in omnibus antiquis libris & editionibus.*

exponite. *Codex Corb. & veteres editiones*, exponetis. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine. At idem in textu mendosè* expositis. *Pro quo legendum* exponitis, *ut in Parisiensi.*

Pag. 580.

sanctissimo. *Veteres libri & editiones*, sanctissimorum.

ab errore. *Vox* ab *non habetur in antiquis codicibus.*

ambiguitas. *Veteres libri & editiones:* ambiguitas in hoc parvo medio (*Divion. & Corb.* medioque) tempore nata, sicut diximus, pravitate atque avaritia quorundam amputetur.

curamus. *Veteres libri & editiones*, festinamus.

Marciano novo Constantino. *Legendum & distinguendum ex fide veterum exemplarium.* Marciano novo Constantino. Multos annos Imperatori. Multos annos Augustæ. Orthodoxis (*Corb.* orthodoxorum) multos annos. Marciano amatori Christi. Vestrum nobis duret imperium, digni orthodoxia. *Codex Parif.* orthodoxi.

& primicerius notariorum. *Hæc desiderantur in omnibus antiquis codicibus.*

divino

divino zelo. *Parif. & Divion.* & amanti Deum zelo.

piissimæ & fidelissimæ. *Melius veteres*, piissimi & fidelissimi.

quibus à Deo. *Veteres libri & editiones*, omnibus imperate à Deo vobis datum est.

quoquo modo. *Desunt in codice Parisiensi. In Divionensi addita sunt in margine.*

adversus rectam. *Parif. & Divion.* adversùs sanctam & rectam & inviolabilem.

expulit. *Veteres libri & editiones*, expelli fecit.

novam. *Parif. & Divion.* absonam.

sicut scripta. *Veteres libri & editiones*, sicut in scriptis monumentis singula quæ contigerunt manifestantur.

nunc ab omni. *Veteres libri*, nunc omni.

munita. *Veteres libri & editiones*, munitam, servata in hoc sanctorum & beatorum.

quidem. *Deest in libro Parisiensi. Addita est supra lineam in Divionensi.*

dominus Imperator dixit. *Veteres libri*, domnus noster dixit.

Calchedonem. *Iidem libri*, Calchedonam.

in basilica. *Iidem libri*, in martyrio.

venerabilis. *Malè in Divion.* universalis.

Sequitur postea in antiquis exemplaribus definitio fidei edita in Concilio Chalcedonensi, cui inserta sunt symbola synodi Nicana & synodi Constantinopolitana. Illam omiserunt in hoc loco editores Conciliorum, quia jam edita fuerat in actione quinta. Verùm cùm eam veteres libri heic rursum exhibeant, & interpretatio qua extat in ista actione sit diversa ab ea qua relata est in quinta, non gravabor illam describere. Sic ergo habet.

Dominus noster & salvator Iesus Christus notitiam fidei confirmans discipulis suis ait: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; ut nullus à proximo suo dissonet in doctrina pietatis, sed æqualiter prædicatione veritatis ostendant. Quoniam verò non quiescit nequissimus per sua zizania insurgens sationibus pietatis inspergere & novi aliquid contra veritatem semper inveniens, ob hoc consuetè Dominus noster providens humano generi, piissimum hunc & fidelissimum principem ad zelum fidei suscitavit, & undique sacerdotii principes ad se convocavit; quatenus, gratia Domini omnium nostrum Christi operante, ab ovibus Christi omnem pestem quidem mendacii submoveret, germinibus autem veritatis pingues efficeret. Quod quidem & fecimus, communi decreto dogmata fugantes erroris, & inenarrabilem verò patrum renovavimus fidem, trecentorum decem & octo symbolum omnibus prædicantes, & tamquam domesticos qui pietatis hujus compositionem receperunt patres ascribentes qui postea apud Constantinopolim convenerunt. Definivimus igitur ordinem & omnes formulas fidei conservantes nos quoque ejus quæ apud Ephesum olim facta est sancta synodus, cujus præsides fuerunt sanctæ memoriæ Cælestinus Romanorum urbis antistes & Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ præsul, præfulgere rectæ quidem & immaculatæ fidei expositionem trecentorum decem & octo sanctorum & beatissimorum patrum apud Nicæam sub piæ recordationis Constantino principe congregatorum, obtinere autem etiam centum quinquaginta sanctorum patrum apud Constantinopolim definitam ad interemptionem tunc exortarum hæreseon, confirmationem verò ejusdem catholicæ & apostolicæ nostræ fidei.

Symbolum apud Nicæam trecentorum decem & octo.

Credimus &c. *ut suprà in actione quinta, nisi quòd isthic deest* lumen de lumine.

Et item symbolum centum quinquaginta sanctorum patrum qui in Constantinopolim congregati sunt.

Credimus &c. *ut in eadem actione quinta, nisi quòd isthic deest* lumen de lumine. *Sunt etiam præterea alia diversa, quæ illic notavimus.*

Sufficeret quidem &c. *ut in eadem actione quinta.*

Pascasinus. ANNOTATIO RUSTICI. Hæ subscriptiones tres sic Latinè continentur in codice Acumitensi ut hic.

Vicarius domini. *Ita codex Divionensis. Corbeiensis & veteres editiones*, vice domini. *Parif.* tenens locum domini.

in synodo. *Codex Parif.* in synodo his quæ Græcè lecta sunt subscripsi.

statui & subscripsi. *Legendum:* statui, consensi, & subscripsi. *Error est typographicus editionis Labbeana.*

Eculanæ. *Antea legebatur* Esculanæ. *Editores Romani mutaverunt, secuti videlicet Gracum textum in emendatione vocis Latinæ. Libri nostri habent* Asculanæ.

vicarius. *Parif.* tenens locum. *Sic etiam paulò pòst in subscriptione Bonifacii.*

in synodo. *Idem codex*, in synodo bis quæ Græcè lecta sunt subscripsi.

cum universa. *Iterum idem codex*, in Concilio his quæ Græcè lecta sunt subscripsi.

tenens locum. *Corb. & Divion.* obtinens locum Anastasii Episcopi. *Parif.* agens locum sanctissimi Archiepiscopi Thessalonicensium Anastasii statuens subscripsi.

Thalassius Episcopus. *Veteres libri & editiones:* Thalassius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ similiter. *Et ita deinceps iidem libri & editiones. Ista verò Romani mutaverunt propter auctoritatem textus Graci. Qui verò sequi voluerit hunc veterem interpretem, recurrat necesse est ad veteres editiones. Quoniam verò in his quoque variant vetera exemplaria, præcipuè verò Parisiense, in quo, ut dixi, pura puta vetus interpretatio continetur, placuit isthic subscriptiones quæ sequuntur describere quales habentur in illo exemplari, daturi deinceps aliorum varias lectiones.*

Stephanus Episcopus Ephesi similiter.

Lucianus Episcopus agens locum Cyriaci Episcopi Heracliæ similiter.

Eusebius Episcopus Ancyræ similiter.

Diogenes Episcopus Cyzici metropolis similiter.

Petrus Episcopus metropolis Corinthi similiter.

Florentius Episcopus Sardeorum similiter.

Eunomius Episcopus Nicomediæ similiter.

Anastasius Episcopus Niciæ similiter.

Iulianus Episcopus & [a] Legatus apostolicæ sedis similiter. a

[a] LEGATUS] ANNOTATIO RUSTICI. Nota quia non Vicarium sed Legatum se dicit.

Catheriæ. *Corb.* Carreriæ Aristocleæ, *Divion.* Carteriæ Aristoclei, *Paris.* Chartetiopolis Aristoclæ. *Non intellexerunt hunc locum editores Romani, qui ex epitheto Charteriopolis effecerunt nomen hominis, & ex nomine Tiberii hominis fecerunt civitatem Tiberiopolis. Sic ergo reponendum.* Hermolao civitatis Charteriæ Aristocleæ, Tiberio Nicopolis, *sive* Nicopolitanæ civitatis.

Eusebio, Marooio &c. *Ista quidem sic distinguuntur in libro Corbeiensi ut in antiquis editionibus. Sed illic pro* Gualara *legitur* Gualaras. *In Divionensi verò ita scriptum est:* Eusebio Maroni, Cajuma Gualaras, Tyricio per Petrum. *In Parisiensi verò:* Eusebio Marono, Cauma Vvalar Saccopolis, Sergio per Pettum. *Vide textum Græcum.*

Maximo. *Paris. & textus Græcus*, Maximino.

Pergami. *Idem codex*, Pergami civitatis.

Ariacenorum. *Corb.* Adramurtio, *Divion.* Adramyčti, *Paris.* Adramitti civitatis.

Antandri, *Paris.* Antiadoruntdorum.

apud Sipylum. *Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus.*

Eustathio Timbriæ. *Corb.* Eustacbio Temeni, *Paris.* Eustasio Timeni civitatis, *Divion.* Eustario Tenedi.

Dracocio. *Hæc subscriptio non habetur in codice Parisiensi. In Corbeiensi legitur:* Dracotio Heritthrensium; *in Divionensi:* Dracontio Erettriensium, *quam lectionem confirmat textus Græcus.*

Therorum. *Paris. & Corb.* Teorum. *Eandem lectionem habet Divionensis in margine, & in textu* Temorem.

Zitico. *Ita codex Corbeiensis. Reliqui habent* Zotico.

Neæ. *Divion. & Corb.* Aneæ, *Paris.* Aneorum.

Prienæ. *Hanc lectionem exhibet codex Parisiensis. Corb.* Prunenæ, *Divion.* Primanæ.

Trallorum. *Veteres libri*, Tralleorum.

Mausthotrnum. *Malè in Divion. & Corb.* Mastrautarum, *pessimè in Paris.* Martyrorum.

templi Iovis. *Paris.* Dios hieru. *Sunt verba Græca.*

Archadiupolis. *Divion.* Arcadiopolis, *Paris.* Archiopolis, *Corb.* Aradiupolis.

Aulii. *Corb. & Divion.* Aolii vic. Rufini, *Paris.* Auliucome, Rufino, Iohanne, Baretio, Basilio &c.

Ilii. *Hæc vox in nullo veterum exemplarium habetur.*

Bargasorum. *Corb.* Varettorum, *Divion.* Varectorum. *Hoc nomen deest in Parisiensi.*

Teorum. *Paris.* Reorum.

Naulochi. *Veteres libri*, Monaulæ.

Hesperium. *Corb.* Eusebium.

Constantinus. *Paris.* Constantius Ep. Bostrensium.

Placo Gerassæ. *Divion. & Corb.* Placco Gerassi, *Paris.* Placco Gerasorum.

Zosio. *Divion.* Zisio, *Paris.* Yosue.

Ebodorum. *Corb.* Ebuntorum, *Paris.* Erbuntorum, *Divion.* Subontrorum.

Malcho Avaræ. *Corb. & Divion.* Malcho Eni, *Paris.* Marco Vhateno.

Gantone. *Paris.* Gauron, *Corb. & Divion.* Gautone.

Elanorum. *Divion. & Corb.* Elorum, *Paris.* Elom.

Nonno. *Divion.* Anno; *& in margine*, al. Nonno.

Saracen. *Paris. & Corb.* Zerabennæ, *Divion.* Zerabennæ. *Parisiensis post* Zerabennæ *addit* Chilonos, *& mox*, Iohanne Erras.

Erreiobio. *Sic etiam codex Corbeiensis. Divionensis habet:* Ertegivispoleos. *Melius in Parisiensi:* Iohanne Erras, Iovio civitatis Nevis.

Neclæ. *Corb.* Nebæ, *Divion.* Nivis, *Paris.* Nevis.

Caineo. *Corb.* Gaineo civitatis Midamon, *Divion.* Gaio poleos Mida Severopolis, *Paris.* Gaiano Medabon Eutimæ.

Severo. *Paris.* Sevetus Maximianopoleos.

Anithæ. *Veteres libri*, Eutimiæ.

Coostantiæ. *Iidem libri*, Constantinæ.

Cochena Dadachorum. *Corb.* Dadacrum honocha. *Divion.* Dadacornm honocha. *Sed hæc postrema*

vox addita est supra lineam. Paris. Dadapoles Chona Charon.

Iabrudorum. *Paris.* Iambrudum civitatis. *Divion.* Iobradorum.

Dananio. *Corb. & Divion.* Danaborum, *Paris.* Dahaborum.

Alalorum. *Corb. & Divion.* Alanorum, *Paris.* Arlanorum.

Coatorum. *Paris. & Corb.* Coradeorum, *Divion.* Cadeorum.

Hierapolis. *Paris.* Hierapolis metropolitanus, & pro qui sub me sunt reverentissimis Episcopis.

Surorum. *Paris.* Suron.

Vrimorum. *Divion. & Corb.* Orimorum, *Paris.* de Orimo.

Cosina. *Divion.* Cyma; *& in margine*, al. Cosma.

Marino. *Paris.* Marianns, *reliqui* Marianopolis. *Postea sequitur in antiquis exemplaribus Divion. & Corb.* Rosa Fassy; *pro quo Parisiensis habet* Rosa Fasa. *Et post hæc in Parisiensi adduntur hæ notæ.* CXXX frs. CCCCLXX. *His autem notis indicari numerum Episcoporum qui huic definitioni fidei subscripserunt docet nos similis nota apposita in codice Parisiensi in fine ultimæ actionis. Quod confirmat etiam Ephræmius Patriarcha Theopolitanus in codice 229. Bibliothecæ Photii, ubi ait quadringentos & septuaginta Episcopos fidem Chalcedonensis Concilii subscribendo consignasse. Sunt enim re vera* CCCCLXX. *numerando absentes pro quibus subscriptum est. In editione Romana adduntur etiam subscriptiones Gregorii Episcopi Hadrianopolitani & Iuvenalis Dibellensis, quorum nulla mentio in nostris exemplaribus.*

Præter subscriptiones istas, aliæ per provincias distributæ reperiuntur in codice canonum Ecclesiæ Romanæ & in antiquis codicibus manu scriptis, quas Labbeus rejecit ad calcem Concilii. Quoniam illæ non extant in collectione antiqua, neque in ea quæ à Rustico nunc nomen habet, visum est eas omittere.

Pag. 605.

Divinissimus. *Divion. & Paris.* Sacratissimus.

noster. *Legendum*, Dominus noster. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*

Imperator. *Hæc vox deest in omnibus antiquis libris.*

si secundùm. *Divion.* si secundùm consensum omnium. *Paris.* si consensu omnium reverentissimorum Episcoporum pronuntiata est quæ in præsenti relecta est definitio.

expositionem. *Nullus veterum librorum habet hanc vocem.*

Omnes sic credimus. *Paris.* Sic omnes credimus.

una voluntas. *Idem codex*, una sententia. omnes idem sapimus.

orbem terræ. *Idem*, universum mundum.

Annos. *Paris.* Anni.

Pio domine. *Meliùs idem codex:* Pie domine.

Vos estis pax. *Paris.* Vos pax estis universi mundi.

pio domine. *Idem:* Pie domine, *Divion.* Piissime domine; *& in margine*, al. Pie domine.

Conservet. *Divion.* Conservat. *Paris.* Custodiat.

Christus. *Corb. & Divion.* Christum quem honoras. *Paris.* Christum honoras. *Sic infrà pag. 612. Corb. & Divion. habent:* Christum quem colis.

Orthodoxam. *Paris.* Rectam fidem tu firmasti.

creditis. *Divion.* credidisti; *& in margine*, al. creditis.

Pag. 608.

Augustæ multos annos. *Paris.* Augustæ multi anni.

orthodoxæ. *Idem*, rectæ fidei. *Divion. & Corb.* orthodoxiæ tantùm.

Luminaria mundi. *Paris.* Lumina orbis terrarum domine custodi.

Perpetua. *Idem codex:* Sempiterna.

Deus eam custodiat. *Idem:* à Deo custodiatur. Quæ semper pia est, à Deo servetur. Custodem fidei Deus custodiat. Piæ & orthodoxæ. adversarium (*Corrig.* adversariam) hæreticorum Deus custodiat. Omnes hæreticos tu expulisti. Nestorium & Euticen tu fugasti.

Custodem fidei. *In hoc loco Rusticus quandam notam apposuit, & ait:* Quod adjeci à signo hoc, ambo Græci codices habent. *Non intelligeremus autem, ut arbitror, ad quæ verba referatur hæc annotatio Rustici, nisi erratum heic esset à veteri librario in codice Divionensi, qui verba quæ ei exciderant reposuit in margine. Sunt autem hæc.* Custodem fidei Deus custodiat. Ea quæ semper pia est Deus custodiat. Pio orthodoxe. Quæ contraria est hæreticis, Deus eam custodiat. *Hinc ergo colligere possumus ea fuisse addita à Rustico. Sed rursùm heic oritur alia difficultas. Nam Rusticus in eodem loco, paulò ante superiorem annotationem, hanc ponit.* Quod adjeci, in solo Acumitensi codice inveni. *Quomodo igitur fieri potest ut quod à Rustico adjectum est, extiterit in duobus codicibus Græcis, & in solo Acumitensi inventum sit? Haud dubiè annotatio prior, quam nos postremo loco descripsimus, referenda est ad quasdam acclamationes earum quæ leguntur ante locum suprà relatum ex codice Divionensi.*

Pia, orthodoxa. *Divion.* Pio orthodoxe. *Corb.* Pio orthodoxæ. *Sic ergo legendum & distinguendum:* Pio, orthodoxæ. *Primum refertur ad Marcianum, alterum ad Pulcheriam.*

digni fide &c. *usque* regno. *Hæc desunt in codice Corbeiensi.*

absit invidia à vestro regno. *Divion.* à vestro imperio. *Paris.* amanti Christum imperio.

sic honorantur. *Paris.* ita honorantur.

potestatem. *Idem codex*, potentiam.

Fidem tu ostendisti. *Hæc desunt in Corbeiensi & Divion. & in antiquis editionibus. Codex Paris. habet:* Helenæ fidem demonstrasti. Helenæ zelum tu ostendisti.

munimen cunctorum est. *Divion.* cunctorum cautela est. *Paris.* omnium tutela.

Vestra fides. *Paris.* Fides vestra gloria Ecclesiarum est.

Et post has voces. *Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus.*

divinissimus. *Paris.* Piissimus & sacratissimus dominus noster ad sanctam. *Divion.* sacratissimus & piiss. Imperator ad sanctam.

Licèt laborem. *Adeo diversa sunt verba istius interlocutionis in codice Parisiensi ut satius putem integrum locum describere quam varias lectiones referre. Sic ergo habet.* Etsi laborem vestræ reverentiæ & fatigationem fecimus, maximas gratias conferemur omnium salvatori Deo quòd multis errantibus circa fidem jam expulsa discordia, in istam eandemque religionem consentientes omnes convenimus, sperantes celeriter ad meliora vestris orationibus universalem nobis pacem à Deo esse donandam.

salvatori Christo. *Veteres libri & editiones*, salvatori Deo.

errantium. *Deest in libro Divionensi.*

religionem. *Idem codex*, fidem.

ona voluntate. *Hæc desunt in eodem libro.*

celerrimam. *Divion. & Paris.* celerem.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

ad divinitatem. *Et hæc quoque desunt in eodem exemplari Divionensi.*

& circa omnia. *Idem codex :* & meliorem super omnes pacem à Deo donari.

Omnes clamaverunt. *Divion.* Sancta synodus iterum clamavit.

Hæc digna. ANNOTATIO RVSTICI. Græci non habent.

Hæc digna. *Parif.* Ista digna tuo imperio. Ista propria sunt vestri imperio. Hæc perfectio vestri imperii.

digne fide. *In hoc loco insigniter erraverunt typographi qui Labbeanam editionem curarunt. Legendum ergo :* digne fide, digne Christo, digne imperio, digne fide & religione ; *ut est in codicibus Corbeiensi & Divionensi & in antiquis editionibus. In Romana verò & in codice Parisiensi desunt hæc* digne fide. *Divionensis habet ubique* digni.

Propter hæc pacificatur. *Codex Parif.* Propter hæc pacem habet universus mundus. Hæc digna tuo imperio. Per te recta fides firma est. Propter te non est hæresis. Cælestis Imperator, terrenum custodi. Per te firma est fides. Cælestis Imperator, Augustum custodi. Vnus Deus qui hoc peregit. Cælestis Imperator, Augustum custodi. Digni pace. Hæreticos tu fugasti.

orthodoxa fides. *Divion. & Corb.* orthodoxia.

firmata. *Divion.* firma. *Sic etiam paulò post.*

dignam pacis. *Corb.* dignæ paci, *Divion.* digne paci, *Parif.* digni pace.

Per vos fides. *Parif.* Propter vos fides, propter vos pax.

Et post has voces. ANNOTATIO RVSTICI. Græci non habent. *Non extant in codice Parisiensi.*

Divinissimus. *Divion. & Parif.* Sacratissimus & piissimus.

Imperator. *Parif.* dominus noster.

Pia & catholica. *Idem codex :* Pia & catholica fide à sancta & universali synodo secundùm expositionem patrum manifestata, justum simul & expediens esse nostra serenitas approbavit omnem in reliquo controversiæ occasionem de religione sanctissima expellere. Ergo si quis privatus aut militans aut in clero connumeratus, publicè de fide multitudinem colligens, sub intuitu disputationis tumultuosi fecerit, sciat quia qui privatus est à regali civitate expelletur, qui militat circa suam militiam & clericus circa proprium gradum periclitabuntur, & aliis submittentur pœnis.

expediens. *Divion.* conveniens ; *& in margine*, al. expediens.

Si quis igitur. *Idem codex :* Quisquis igitur.

& clericus. *Corb. & Divion.* seu Clericus.

Multos annos Imperatori. *Corb. & Divion.* Multos annos Imperatori, multos annos Augustæ. Pio & Christiano. Ecclesias tu correxisti. Orthodoxiam tu confirmasti. Augustæ multi anni. Orthodoxæ multos annos. *Corbeiensis hæc habet in margine:* Amanti Christo Imperatori. Pio & amatori Christi. *Parif.* Multi anni Imperatori amanti Christum. Imperatori multi anni piissimo & Christianissimo. Ecclesias tu erexisti. Rectam fidem tu confirmasti. Multi anni Augustæ orthodoxæ.

Pag. 609.

piæ & amatrici Christi. *Parif.* piissimæ amanti Christum.

custodiat. *Idem codex*, custodit.

vos hæreticos expulistis. *Idem :* Hæreticos vos ejecistis.

Trinitas hos tres ejecit. *Hæc neque in antiquis exemplaribus habentur neque in antiquis editionibus.*

Divinissimus. *Parif. & Divion.* Sacratissimus.

dominus noster. *Sic in Parisiensi. Pro his vero alii habent*, noster Imperator.

dignos judicamus. *Corb. & Divion.* dignos efficimus. *Ita etiam veteres editiones.*

perturbant. *Iidem libri & editiones*, conturbant.

ædificare. *Divion.* disponere.

possessione. *Veteres libri & editiones*, possessionem.

solùm jejunio. *Corb.* solo jejunio, *Divion.* soli.

rebus. *Divion. in margine*, al. regibus.

aut possessionum conductores. *Corb. & Divion.* conductores possessionum, *omissa voce* aut.

aut in domibus obversantes. *Iidem libri*, aut domibus observantes. *quod melius est.*

secularium. *Deest in vetustis codicibus.*

procurationem. *Divion. & Corb.* curationem.

suscipere. *Corb.* suscipiens.

post hanc definitionem. *Veteres libri & editiones*, post hunc terminum.

ecclesiasticæ pœnæ subdatur. *Iidem libri & editiones*, hunc ecclesiastico subdi supplicio.

privetur. *Corb. & Divion.* nudetur. *Ita etiam Crabbus.*

alteri. *Divion. & Corb.* alio, *Crabbus & Surius* alii, *editio Veneta* aliũ.

abscessit. *Veteres libri & editiones*, excessit.

Varias lectiones horum canonum non descripsimus ex codice Parisiensi : quia cùm sint illic ex interpretatione multùm diversa ab ista & à reliquis vulgatis, publica rei interesse arbitrati sumus ut heic integrè describantur prout extant in vetusto illo exemplari.

Quædam capitula. *Codex Parisiensis & Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ :* Aliqua sunt capitula quæ ad honorem vestræ reverentiæ vobis servavimus, justum existimantes hæc à vobis regulariter per singulam synodum formari quàm legibus vestris (*Legendum*, nostris) sanciri. Et secundùm jussionem divi & piissimi domini nostri Veronicianus devotissimus sacri consistorii capitula ita relegit.

Qui verè & sincerè in solitariam vitam migrant, debito honore eos dignos judicavimus. Quia autem aliqui monachili habito utuntur, & Ecclesias & res communes perturbant, placuit neminem ædificare monasterium sine voluntate Episcopi civitatis, neque autem in possessione sine voluntate domini possessionis, monachos autem qui in unaquaque civitate & provincia sunt subditos esse Episcopo & otium amare & solis jejuniis & orationibus intentos esse, neque autem ecclesiasticis neque publicis negotiis se implicare, nisi fortè aliquando jussi fuerint propter causam necessariam ab Episcopo civitatis, neque potestatem habere monachos suscipere in suis monasteriis servos adscriptitios sine voluntate dominorum.

Quia aliqui in clero constituti & monachi divitiarum cupiditate detenti in curas hominum secularium semetipsos immittunt, & conductores possessionum vel vici fiunt, vel domibus quasi dispositores observant, placuit huic magnæ & sanctæ synodo nullum clericum conducere possessionem vel suscipere procurationem, nisi fortè à suo Episcopo jussus fuerit curam ecclesiasticis possessionibus adhibere. Si quis autem post hanc definitionem vel ipse conducere audeat, vel si per alterum talem susciepiet curam, ecclesiasticis pœnis iste subjaceat ; si autem certans perseveret, eum dignitate nudari.

Clericis in Ecclesia constitutis non liceat alterius civitatis Ecclesiæ clericorum deputari, sed in illa esse constitutos in qua servire ab initio meruerunt, præter illos qui amissa patria propter necessitatem

in aliam Ecclesiam migraverunt. Si quis autem post hanc definitionem clericum ad alium Episcopum pertinentem susciplat, placuit eum excommunicari & susceptum & susceptorem quousque ad propriam Ecclesiam Clericus revertatur.

Pag. 612.

traditis. *Hac vox deest in codice Corbeiensi. Defuisse etiam in Crabbianis hinc potest colligi quòd editum est ab eo* capitulorum, *emendante videlicet locum qui videbatur cubare in mendo. Codex Parisiensis habet* porrectis.

sacratissimo. *Corb. & Paris. & veteres editiones*, divinissimo & piissimo domino nostro.

religiosissimo. *Paris. & Divion.* reverentissimo.

Archiepiscopo. *Veteres libri & editiones*, Episcopo.

novæ Romæ. *Deest istud in omnibus antiquis libris & editionibus.*

reverendissimi Episcopi. *Et istud quoque deest in omnibus antiquis libris & editionibus.*

Multos annos. *Paris.* Multi anni Imperatori pio & Christiano.

servet. *Idem codex*, custodiat.

Sacerdoti Imperatori. *Idem:* Pontifici Imperatori.

erexisti. *Idem*, correxisti.

Multos annos Augustæ. *Idem:* Multi anni Augustæ piæ & amanti Christum. Orthodoxiæ multi anni. Imperium vestrum Deus custodiat.

piæ, amatrici. *Divion.* piæ & amatrici.

destruxistis. *Paris.* deposuistis.

custodistis. *Idem*, conservastis. Absit invidia imperio vestro. Per secula vestrum imperium.

divinissimus. *Divion.* sacratissimus & piissimus Imperator ad. *Paris.* sacratissimus & piissimus dominus noster ad.

pariter. *Deest in libro Parisiensi.*

in qua sanctæ fidei. *Idem codex:* in qua sancta fides per synodum confirmata est, privilegia habere metropolitanæ civitatis decrevimus, nomine tantùm eam honorantes, servato scilicet quidem Nicomediensium civitatis proprio jure.

digni. *Omnes libri veteres habent* dignè.

martyre. *Paris.* trinitate. *Sic etiam in textu Græco.*

orbi. *Divion. & Corb.* orbis.

orbi terrarum. *Paris.* universo mundo. Violentias Episcoporum vos prohibete.

Hæc. *Deerat olim hæc vox in codice Divionensi, & addita est supra lineam.*

sancta te custodiat. *Paris.* sancta trinitas te conservet.

Divinissimos. *Idem codex:* Sacratissimus & piissimus dominus noster Marcianus perpetuus augustus. *Divion.* Sacratissimus & piissimus [dominus noster] Imperator Marcianus perp. augustus. *Quæ uncis conclusa sunt, addita sunt supra lineam.*

Multùm quidem. *Paris.* Laborastis multo spatio fatigationem perpessi. Sustinete autem tres aut quatuor dies adhuc. *Hunc locum ex ista antiqua versione citat Pelagius II in epistola tertia ad Episcopos Istriæ. Evagrius lib.* 2. *cap.* 18. *sub finem:* Jussit etiam Imperator ut Episcopi triduum aut quatriduum ibidem morarentur, & unusquisque id quod vellet proponeret coram magnificentissimis judicibus. *Facundus lib.* 5. *cap.* 3. In sexto quippe consessu, fidei definitione perfecta, & ab omnibus Episcopis rite subscripta, interlocutus est Imperator ut aliquot diebus expectarent omnes Episcopi, & privatæ quorumque causæ ibidem finirentur.

adhuc tres. *Divion. Corb. & veteres editiones*, tres adhuc.

Quæcunque vultis. *Paris.* singula quæ vultis digno auxilio merituri movete. *Et hunc quoque locum refert Pelagius II. in epistola mox laudata, ubi perperam emendatus est juxta vulgatas editiones, cùm codex Colbertinus, ex quo illa edita est, eodem modo habeat quo codex Parisiensis gestorum Chalcedonensium; qui sic pergit.* Nemo autem ex vobis antequam detur de omnibus perfecta definitio à sancta synodo discedat.

EXPLICIT ACTIO SEXTA.

Postea sequuntur in codice Parisiensi & in veteri exemplari serenissimæ Reginæ Christinæ Suecorum XXVII. *canones ejusdem Concilii ex eadem versione quæ extat apud Dionysium Exiguum, cum hoc titulo.*

INCIPIUNT EIUSDEM SYNODI TITULI CANONUM NUMERO VIGINTI SEPTEM.

Rectè sanè. Nam quum Evagrius dixisset in actione sexta conscriptos esse canones hortatu Imperatoris, addit alios canones in sequenti consessu fuisse constitutos. Est autem istud magni momenti. Ostendit enim canonem de privilegiis Episcopi CP. non fuisse conditum eo tempore quo reliqui constituti sunt, tametsi Græci canonum collectores eum consequenter ponant cum aliis viginti septem. Simili codice utebatur auctor epistolæ tertiæ Pelagii ad Episcopos Istriæ, in qua scriptum est in septima actione regulam canonum fixam esse ad instructionem fidelium, ulterioribus verò actionibus sola negotia privata discussa.

INCIPIT ACTIO SEPTIMA.

Antequam ultrà progrediamur, annotandum est multùm differre veteres scriptores & vetera exemplaria in constituenda ista actione. Nam primo Liberatus septimo secretario sive consessu tres actas ait esse causas, controversiam nimirum definitam quæ erat inter Iuvenalem Episcopum Hierosolymitanum & Maximum Antiochenum, Theodoretum Episcopum Cyri judicatum orthodoxum, & causam Ibæ discussam. Contrà Evagrius consessum octavum vocans quem Liberatus septimum secretarium dixit, in eo actum scribit de conventione quam Iuvenalis & Maximus fecere. Neuter verò mentionem facit actionis de Domno Antiocheno. In codice Corbeiensi duæ tantùm causæ actæ dicuntur in septima actione, judicium videlicet de controversia Iuvenalis & Maximi, & causa Domni. Contrà in Divionensi & in tribus Vaticanis vetustissimis, ut me monuit Eminentissimus Cardinalis Casanata, causa Domni præcedit, alia subsequitur. Et sanè hunc ordinem fuisse custoditum in codice Iulia monet Rusticus in fine actionis de Domno. Quæ haud dubiè causa fuit ut postea mutatus sit ordo in nonnullis eorum exemplarium quæ ex autographo Rustici emanarunt. At in Parisiensi actio octava dicitur quæ in Corbeiensi & Divionensi est septima, & in ea tantùm agitur de conventione Iuvenalis & Maximi, nulla Domni mentione. Itaque codex Parisiensis congruit cum Evagrio. Sed Liberato non convenit cum Evagrio neque cum ullo veterum exemplarium.

ANNOTATIO RUSTICI. Hanc actionem in Acumitensi codice non inveni, sed alterum Græcum consului ubi legitur actio octava. *Scilicet Acumitensis codex habebat canones* XXVII. *in fine sextæ actionis; post quos sequebatur actio octava, ut in codice Parisiensi quo nos utimur. Vide annotationem Rustici in fronte actionis* XV.

Pag. 612.

domini. *Veteres libri*, domni.

septimo

septimo Kalendas. *Divion.* VI. *& in margine*, al. VII. *Veteres editiones*, 4.

jussionem sacratissimi. *Veteres libri & editiones*, jussionem pissimi nostri domini.

in sanctissima. *Parif.* in sancta Ecclesia sanctæ martyris.

hoc est magnificentissimo. *Hæc & sequentia desunt in codicibus Corbeiensi & Divionensi & in antiquis editionibus usque ad* reverendissimis Episcopis.

convenientibus etiam. *Parif.* convenientibus autem & Pascasino.

Bonifacio. *Idem codex :* Bonifacio sanctissimo Presbytero obtinente locum sanctissimi & reverentissimi Archiepiscopi.

magni nominis Constantinopolis. *Idem*, magnificæ Constantinopoleos.

Pag. 613.

Anriochiæ. *Idem*, Antiochenæ. *Vox Syriæ non habetur in veteri libro.*

Hierosolymorum. *Idem*. Ierosolimitanus.

tenente. *Idem*, obtinente.

Cæsareæ. *Idem*, Cæsariæ Cappadociæ. *Postea verò sequitur in eodem codice Parisiensi :* & Stephano reverentissimo Episcopo Ephesi, & Luciano reverentissimo Episcopo Vizæ obtinente locum reverentissimi Episcopi Heracliæ Thraciæ Cyriaci, & Eusebio reverentissimo Episcopo Ancyræ Galatiæ, & Diogene reverentissimo Episcopo Cyzici, & Petro reverentissimo Episcopo Corinthi, & Florentio reverentissimo Episcopo Sardeorum, & Eunomio reverentissimo Episcopo Nicomediæ, & Anastasio reverentissimo Episcopo Nicææ, & Iuliano reverentissimo Episcopo Choo obtinente locum apostolicæ sedis antiquæ Romæ, & Eleutherio reverentissimo Episcopo Calcedonensium, & Basilio reverentissimo Episcopo Seleuciæ Isauriæ, & Meletio reverentissimo Episcopo Larissæ obtinente locum reverentissimi Episcopi Apamiæ Syriæ Domni, & Amphilocio reverentissimo Episcopo Sidæ, & Theodoro reverentissimo Episcopo Tarsi, & Cyro reverentissimo Episcopo Anazarbi, & Constantio reverentissimo Episcopo [Bostræ Arabiæ,] & Photio reverentissimo Episcopo Tyri, & Theodoro reverentissimo Episcopo Damasci, & Stephano reverentissimo Episcopo Hierapoleos, & Nonno reverentissimo Episcopo Edessæ, & Simeone reverentissimo Episcopo Anidæ, & Epiphanio reverentissimo Episcopo obtinente locum reverentissimi Episcopi Constantiæ Olympii, & Iohanne reverentissimo Episcopo Sebastiæ, & Seleuco reverentissimo Episcopo Amasiæ, & Constantio reverentissimo Episcopo Melitinæ, & Patricio reverentissimo Episcopo Tyanorum, & Petro reverentissimo Episcopo Gangrorum, & Apragmonio reverentissimo Episcopo obtinente locum Episcopi Claudiopoleos Calogeri, & Atharbio reverentissimo Episcopo Trapezuntis obtinente locum reverentissimi Episcopi Neocæsareæ Dorothei, & Photino Archidiacono obtinente locum Theoctisti reverentissimi Episcopi Pisinuntis, & Romano reverentissimo Episcopo Myrorum, & Critoniano reverentissimo Episcopo Aphrodisiadis Cariæ, & Nunechio reverentissimo Episcopo Laodiciæ Phrygiæ, & Mariano reverentissimo Episcopo Synnadorum, & Onesiphoro reverentissimo Episcopo Iconii, & Pergamio reverentissimo Episcopo Antiochiæ Pisidiæ, & Epiphanio reverentissimo Episcopo Pergensi, & Attico reverentissimo Episcopo Nicopoleos [veteris] Epiri, & Martyrio reverentissimo Episcopo Gortynæ, & Luca reverentissimo Episcopo Dyrrachii, & Vigilantio reverentissimo Episcopo Larissæ Thessaliæ, & Francione reverentissimo Episcopo Philippopoleos, & Sebastiano reverentissimo Episcopo Beriæ, & Basilio reverentissimo Episcopo Trajanopoleos, & Tryphone reverentissimo Episcopo Chii, & Theoctisto reverentissimo Episcopo Veriæ, & Gerontio reverentissimo Episcopo Seleuciæ, & Eusebio Presbytero obtinente locum Macarii Episcopi Laodiciæ Syriæ, & Eusebio reverentissimo Episcopo Dorylæi, (Fratres Episcopi LXI.) & reliqua sancta & universali synodo quæ per decretum sacratissimi & pissimi nostri domini in Calcedonensium civitate congregata est, & sedentibus omnibus ante cancellos sancti altaris, magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt.

divinissimi & pissimi. *Veteres libri & editiones*, serenissimi & pissimi nostri domini.

sanctissimi. *Deest in antiquis libris & editionibus.*

magnificentissimi &c. *Hæc quoque desunt in iisdem libris & editionibus.*

prædicti. *Et hoc quoque deest ibidem.*

certa. *Iidem libri & editiones*, quædam.

ex nostro decreto. *Ibidem*, & ex vestra sententia & ex nostra allocutione.

Hæc etiam complacuerunt. *Legendum :* Hæc etiam mihi complacuerunt. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

Qua interlocutione &c. *Hæc non habentur in editione Rustici, sed in antiqua; hoc est, habentur quidem in codice Parisiensi, non extant in aliis neque in antiquis editionibus per typographos vulgatis. Nunc annotamus varias lectiones ex editione Rustici. Postea redibimus ad antiquam.*

tenentes. *Veteres libri & editiones*, obtinentes.

Veteris Romæ. *Desunt in antiquis libris & editionibus.*

firmentur. *Veteres libri & editiones*, firmantur.

Pag. 616.

Quæ placuerunt. *Hæc lectio initium habuit in editione Suriana. Nam Crabbus ediderat :* Quæ complacuerunt.

Dei amantissimum. *Veteres libri & editiones*, Deo amantissimum. *Sic etiam infrà.*

Phœnicias. *Veteres libri & editiones*, Phœnicas *aut* Phœnices. *Sic etiam infrà.*

utrique Ecclesiæ. *Veteres libri* utræque *pro* utrique. *Eodem modo habent etiam in interlocutione Iuliani Episcopi Coensis.*

hujus rei. *Veteres libri*, ulteriùs hujus rei.

Sicut placuit Dei amantissimo. *Veteres libri & editiones :* Sicut placuit reverentissimis Episcopis.

quatenus ortaque Ecclesia. *Divion.* quatenus utræque Ecclesiæ; *& paulò pòst* habeant.

in eo quod duorum. *Veteres libri & editiones :* in quibus duorum.

amicabili. *Veteres libri*, amicali.

obtinere. *Divion.* tenere; *& in margine*, al. obtinere.

utrorumque patrum. *Idem codex*, utræque partis.

Iuvenali reverendissimo. *Vox* reverentissimo *deest in codicibus manuscriptis.*

facta sunt. *Divion.* dicta sunt.

amicabilem. *Veteres libri*, amicalem.

Deo amantissimorum. *Divion.* sanctissimorum.

gratias agens. *Veteres libri*, gratias ago; *& paulò pòst*, consentiens.

Nos etiam eadem. *Iidem libri :* Et nos ita dicimus.

dicta sunt. *Divion.* dicta noscuntur.

Magnificentissimi &c. *Hac verba non habentur in antiquis codicibus & editionibus.*

Pag. 617.

Et hoc opus fuit. *Corb. & veteres editiones :* Et hinc efficacia est sanctæ trinitatis. *Divion.* Et hoc efficaciæ vestræ strenuitatis est.

divinissimi. *Divion.* sacratissimi. *Sic etiam paulo post.*

in lite erant. *Idem codex*, in lite sunt ; *& in margine*, al. erant.

videbantur. *Idem*, videntur.

deciderentur. *Ibidem*, decidantur.

sanctissimi. *Deest in veteribus libris & editionibus.*

mulctatione. *Olim scriptum erat* multa *in codice Divionensi. Postea additum est* tione *supra lineam.*

ANNOTATIO RUSTICI. Contuli die Kal. April. feria IIII. Indict. XIIII.

Ista sic reddidit Crabbus. Datum Kalendis Aprilis, feria quarta, Indictione decima quarta. *Istud cum falsum esse intelligerent editores Romani, quia constat actionem istam fuisse habitam exeunte mense Octobri, Indictione quarta, ab hoc loco sustulerunt. Argumento autem istud est hanc Rustici annotationem extitisse in codice quo Crabbus utebatur.*

Nunc redeundum nobis est ad codicem Parisiensem, in quo hac scripta sunt post illa qua paulò suprà descripsimus.

Sacratissimus & piissimus noster dominus petimus (*Leg.* petitus) à Maximo & Iuvenali reverentissimis Episcopis jussit nos audire inter eos de capitulis quæ moventur. Et convenientes memorati viri reverentissimi certa ad invicem ex non scripto dispofuerunt, quæ & nobis manifesta constiterunt, quæ videntur per consensum justè esse disposita. Hæc igitur necessarium esse duximus & in præsentia sanctæ synodi singula eorum edocere, quatenus & ex vestro decreto & ex nostra sententia quæ placent firmitatem habeant.

Maximus reverentissimus Episcopus Antiochiæ Syriæ dixit. Placuit mihi & reverentissimo Episcopo Iuvenali post multam contentionem per consensum quatenus sedes quidem Antiochenorum magnæ civitatis sancti Petri habere duas Phœnicas & Arabiam, sedem verò Hierosolymitanorum habere tres Palæstinas ; & supplicamus ex sententia vestræ magnificentiæ & sanctæ synodi scriptis hæc firmari.

Iuvenalis reverentissimus Episcopus Hierosolymitanorum civitatis dixit. Hæc eadem & mihi placuerunt, quatenus sancta quidem Christi resurrectio tres Palæstinas habeat, sedes autem Antiochenorum duas Phœnicas & Arabiam ; & supplico ex sententia vestræ magnificentiæ & sanctæ synodi hæc firmari.

Qua interlocutione Larinè interpretata per Beronicianum devotissimum magistrianum & à secretis sacri consistorii, quæ sequuntur Paschasinus & Lucensius reverentissimi Episcopi & Bonifacius Presbyter obtinentes locum apostolicæ sedis per Paschasinum reverentissimum Episcopum dixerunt. Ista quæ consentientibus fratribus nostris Maximo reverentissimo Episcopo Antiochenorum Ecclesiæ & reverentissimo & sanctissimo Episcopo Iuvenali Hierosolymitanorum pro bono pacis dicta esse noscuntur, hoc est, ut Antiochenorum Ecclesia duas Phœnicas & Arabiam habeat, Hierosolymitanorum tres Palæstinas habeat, insuper etiam & nostræ humilitatis per interlocutionem firmentur, ut nulla post hæc de hac causa prædictis Ecclesiis contentio relinquatur.

Anatholius reverentissimus Archiepiscopus gloriosæ Constantinopoleos novæ Romæ dixit. Quæ placuerunt inter reverentissimum Episcopum Antiochenorum Maximum & Hierosolymitanorum sanctissimum Episcopum Iuvenalem & per meam interlocutionem firma maneant, & sancta quidem Ecclesia Antiochenorum magnificæ civitatis Phœnicas duas & Arabiam habeat, sancta autem Hierosolymitanorum Ecclesia tres Palæstinas habeat, ut de reliquo unaquæque Ecclesia ad alteram ob hanc causam nullam dubietatis habeat occasionem.

Thalassius Episcopus reverentissimus Cæsariæ Cappadociæ dixit. Quæ per consensum disposita sunt cum reverentissimus & sanctissimis Episcopis Maximo & Iuvenale & nos consensimus.

Stephanus reverentissimus Episcopus Ephesi dixit. Sicut reverentissimo & sanctissimo Episcopo Antiochenorum civitatis Maximo placuit & reverentissimo Iuvenali Episcopo Hierosolymitanorum, quatenus sancta quidem Ecclesia Antiochenorum civitatis habeat duas Phœnicas & Arabiam, sancta autem Ecclesia Hierosolymitanorum tres Palæstinas habeat, & ego quidem firmo quæ inter eos placuerunt, ut de reliquo unaquæque Ecclesia nullam occasionem habeat contentionis.

Eusebius reverentissimus Episcopus Ancyræ Galatiæ dixit. Gratias agimus Domino Deo quatenus duorum patrum contentio ad consensum amicalem celebrata fit. Tenere igitur in utrisque partibus cuncta quæ placuerunt volumus.

Petrus reverentissimus Episcopus Corinthi dixit. In pace & concordia amborum patrum delectati consensimus in his quæ placuerunt.

Iulianus reverentissimus Episcopus Cohensium civitatis dixit. Sicut placuit utrisque partibus, hoc est, Maximo reverentissimo Episcopo Antiochenorum, & Iuvenali reverentissimo Episcopo Hierosolymitanorum, quatenus sancta quidem Ecclesia Antiochenorum civitatis habeat duas Phœnicas & Arabiam, sancta autem Ecclesia Hierosolymitanorum tres Palæstinas habeat, & ego definio firma esse quæ inter eos placuerunt mediante Christi caritate utriusque in concordia.

Diogenes reverentissimus Episcopus Cyzici dixit. Consentio in his quæ inter patres facta sunt.

Amphilochius reverentissimus Episcopus Sides dixit. Divina manifesta dispensatione in amicalem consensum quæ erant dubietatis perducente, reverentissimis Episcopis Maximo & Iuvenali jubente. Cui & ego, gratias agens salvatori Christo de pace eorum, consentio in his quæ bene disposita sunt.

Omnes reverentissimi Episcopi clamaverunt. Et nos eadem dicimus, & consentimus in his quæ ab utrisque dicta sunt.

Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt. Et hoc opus factum est sanctæ trinitatis, sacratissimi etiam & piissimi nostri Imperatoris propositi, quatenus quæ ambigebantur ab eis qui contendere videbantur, consentaneo intercidantur proposito. Per consensum igitur Maximi reverentissimi Antiochenorum & Iuvenalis sanctissimi Episcopi Hierosolymitanorum facto consensu, sicut utriusque depositio designavit, firma & ex nostra sententia & ex decreto sanctæ synodi in omne tempus permaneant, hoc est, ut Maximus quidem sanctissimus Episcopus vel etiam Antiochenorum sancta Ecclesia duas Phœnices & Arabiam sub sua potestate habeat, Iuvenalis autem reverentissimus Episcopus Hierosolymitanorum vel etiam sub eo sancta Ecclesia tres provincias Palæstinas sub sua potestate habeat ; vacantibus secundùm jussionem sacratissimi & piissimi nostri domini omnibus prag-

maticis & aliter adquisitis à patribus sacris litteris & multis quæ continentur in eis ob hanc causam.

Annotatio veteris interpretis. EXPLICIT ACTIO CONCILII CALCHEDONENSIS VIII.

In eadem actione septima, qua veteri interpreti, ut videt, octava fuit, agitata fuit causa Domni Episcopi olim Antiocheni; ut patet ex codicibus Rustici. Quoniam verò actio de Domno habita dicitur VI. *Kal. Novembris, quo die constat celebratam esse decimam actionem, editores Romani eam moverunt à loco quem obtinebat & ad calcem decima actionis rejecerunt. Hinc deceptus V. C. Philippus Labbeus, qui non animadvertebat cur ita factum esset à Romanis, admonuit in pagina 612. quosdam codices eam actionem exhibere sub finem actionis decima. quod non est verum.*

ANNOTATIO RUSTICI. Actio de Domno Antiocheno, quam inveni in codice patr. *(id est* Patriciæ) Iuliæ membranatio novo transcriptam ex codice vetusto chartario, quem dixit ipsa fuisse Proculi & Albini germanorum scholasticorum.

ITEM ALIA ANNOTATIO. Actio de Domno Antiocheno quondam Patriarcha translata ex Græco in Latino. *Codices Vaticani:* translata de Græco in Latinum.

Pag. 681.

fuerit nuntiatus. *Istud levo est. Tamen libri nostri & codex 1319. bibliotheca Vaticana & editiones legunt*, nuntiatus fuerit. *Alii Vaticani habent editionem vulgatam.*

divinissimi & clementissimi. *Veteres libri*, divi clementissimi domni. *Ita etiam Vaticani.*

Imperatoris. *Deest in antiquis codicibus, etiam Vaticanis.*

militum & exconf. ordinario. *Veteres libri:* militum, exconf. & patricio Anatholio. *Sic etiam in Vaticano vetustissimo mille annorum.*

reverendissimis. *Veteres libri & editiones*, viris reverentissimis. *Et mox*, viro reverentissimo Presbytero. *Verùm vetustissimus ille Vaticanus non habet vocem* viro.

Anatolio reverendissimo. *Veteres libri*, Anatholio viro reverentissimo.

maximi. *Iidem libri*, magnissimi. *Sic etiam Vaticani.*

Maximo reverendissimo. *Iidem*. Maximo viro reverentissimo. *Et mox*, Iuvenale viro reverentissimo.

Marciani Imperatoris. *Hac non extans in antiquis exemplaribus.*

Calchedonensi. *Hanc lectionem habet vetus codex Vaticanus. Reliqui*, Calchedonensium.

sunt scripta. *Legendum*, scripta sunt.

ut humanitatem. *Vox* ut *deest in codice Corb. tribus Vaticanis, & in antiquis editionibus. Pro ea verò Divionensis habet* &c. *Sic etiam vetus Vaticanus.*

dignemini. *Deerat hac vox in codice Divionensi, cui addita est supra lineam. Deest autem in veteri Vaticano.*

Pag. 682.

reverendissimi Episcopi. *Veteres libri & editiones*, viri reverentissimi Episcopi.

reverendissimum. *Iidem libri veteres*, virum venerabilem.

reverendissimus Episcopus. *Vaticani & Divion.* vir reverentissimus Maximus.

Maximus. *Deest in Corbeiensi & in uno Vaticano.*

voluerit, *Veteres libri*, voluit.

Quæ confessio. *Ante emendationem ita scriptum erat in codice Divionensi.* Qua confessione Græcè &c. translata, Anatholius. *Et hæc lectio videtur melior. Illam autem exhibet vetus ille codex Vaticanus.*

translata. *Miror andaciam editorum Romanorum, qui in margine admonuerunt legendum heic esse* tradita. *Quod falsum est, & repugnat omnibus antiquis codicibus & editionibus & mori gestorum synodalium.*

Anatolius reverendissimus. *Omnes libri veteres:* Anatolius vir reverentissimus.

condolentiam. *Vaticanus vetus & Divion.* compassionem.

precatorias. *Iidem codices*, preces.

præter hæc prædicto nihil requirente. *id est, ita ut Domnus his contentus, quiescat in posterum, ut paulò antè ait Paschasinus.*

vociferata est. *Iidem melius*, exclamavit.

Laudabiles merito. *Veteres libri:* Decibiles (*Divion. & vetus Vaticanus*, Decibilis) merito benivolentiæ.

laudamus. *In codice Corbeiensi scriptum est* laudabus. *Ita etiam in suo habuisse Crabbum hinc colligitur quòd edidit* laudabimus. *quo modo scriptum est in uno Vaticano. Alii & Divionensis rectè habēt* laudamus. *In margine Divionensis*, al. laudibus.

eidem. *Veteres libri*, idem.

arbitrio. *Corb. & tres Vaticani*, arbitrii.

In fine istius actionis sic scriptum est in vetustissimo illo codice Vaticano: Explicit de Domno Antiocheno quondam Patriarcha.

ANNOTATIO RUSTICI. Post hæc sequitur Maximi & Iuvenalis [compositio] quam inter se fecisse leguntur de quibusdam parœciis.

Hunc locum non intelligens Crabbus, putavit esse titulum sequentis actionis: cùm tamen in ea non agatur de controversia Maximi & Iuvenalis, sed tantùm de causa Theodoreti Episcopi Cyrensis. Quod Crabbum admonere poterat hæc verba aliò referri debere. Ait ergo Rusticus in codice patricia Iulia primo loco positam fuisse actionem de Domno Antiocheno, & post hac compositionem quam inter se fecerunt Maximus & Iuvenalis. Hac autem Rustici annotatio effecit ut qui postea gesta synodi Chalcedonensis descripserunt ex codicibus Rustici, posuerint primo loco actionem de Domno, ut videmus in codice Divionensi & in Vaticanis. Nam in Corbeiensi legitur primò compositio Maximi & Iuvenalis, postea verò actio de Domno; & statim sequitur annotatio quam nos suprà posuimus.

Pag. 617.

INCIPIT ACTIO OCTAVA.

In codice Parisiensi ita scriptum est. Incipit actio nona ejusdem synodi. *Ubi revocanda sunt in memoriam ea qua suprà à nobis dicta sunt in initio actionis septima.*

septimo. *Veteres editiones*, VIII. Kal. *Codex Divion.* VI. *& in margine*, al. VII.

Calchedone. *Veteres libri*, Calchedona.

jussionem sacram divinissimi. *In libro Corbeiensi sic scriptum est*, secundum jussionem sacra divinissimi, *& vox* sacra *posita est in extrema linea. Librarius ergo primò scribere voluit* sacratissimi, *ut est in Divionensi & Parisiensi codicibus, & statim versit ad* divinissimi. *Simili codice usus Crabbus, putans mendum heic esse, reposuit* sacram. *Tollenda ergo est hæc vox, quam neque Græcus textus agnoscit neque libri nostri. Non debere autem retineri probant etiam initia reliquarum actionum.*

magistro militum. *Nulla mentio istius Anatolii in libro Parisiensi. In ceteris ita scriptum est.* militum, exconsule & patricio.

tenentibus. *Veteres libri & editiones*, habentibus. *Neque video cur hac vox mutari debuerit in hoc loco ab editoribus Romanis & alibi retineri.*

novæ Romæ. *Ista desiderantur in antiquis libris & editionibus.*

Episcopo Antiochiæ. *Veteres libri*, Antiocheno Episcopo.

sanctissimi Episcopi. *Veteres libri & editiones*, sanctissimi Archiepiscopi Anastasii Thessalonicensis.

Cæsareæ. *Deest hac vox in omnibus antiquis exemplaribus.*

Luciano. *Legendum*, & Luciano. *Error est typographicus editionis Labbeana. Ita etiam emenda in nomine Eusebii Ancyrani.*

Byziæ. *Veteres libri*, Byzæ. *Sic etiam suprà.*

habente. *Parif.* agentis.

Pag. 619.

Sardium. *Veteres libri & editiones*, Sardeorum.

habente locum & ipso. *Parif.* habente locum & eo.

Calchedonensi. *Corb. & veteres editiones*, Calchedonos, *Divion.* Calchedonæ.

Sidæ. *Veteres libri & editiones*, Sidis. *Ceterùm in codice Parisiensi prætermissa est mentio istius Episcopi & sequentis.*

Laodiceæ. *Hanc vocem veteres libri non habent in hoc loco.*

Militenæ. *Corb. & Divion.* Meletinensi, *Parif.* Melitensi.

Tii. *Hanc vocem non habent vetera exemplaria.*

Calogeri Episcopi. *Cùm Romanis licuerit mutare veteres editiones, mihi licere debet admonere omnes veteres libros & editiones habere* Episcopi Calogeri, Episcopi Dorothei, Episcopi Theoctisti.

Claudiopolis. *Parif.* Claudianopolis.

Photino. *Malè in Parif.* Fortunato.

Dyrrhachenorum. *Malè in eodem libro & in Corb.* Saracenorum.

Berrhœæ. *Corb. & Divion. & veteres editiones*, Beroæ. *Parif.* Berfæ.

Berrhoæ. *Veteres edit.* Beroæ, *codex Corb.* Byriæ, *reliqui* Berfæ. *Divionensis habet in margine*, al. Biriæ.

Eusebio Presbytero. *Legendum*, & Eusebio Presbytero. *Et heic quoque prelapsi sunt typographi in hac editione Labbeana.*

Isauriæ. *Parif.* Syriæ.

divinissimi. *Parif. & Divion.* sacratissimi.

Imperatoris. *Deest in omnibus vetustis codicibus.*

sanctissimi. *Parif.* sancti.

Nestorium. *Deest in Parisiensi.*

in medium. *Corb. & Divion. & veteres editiones*, in medio.

Et preces. *Veteres libri & editiones*: Preces.

divinissimo. *Parif. & Divion.* sanctissimo.

reverendissimi Archiepiscopi. *Vox* reverendissimi *deest in omnibus antiquis libris & editionibus.*

sum nutritus. *Postea sequitur in codice Corb. & in antiquis editionibus*, & orthodoxè docui. *Istud verò sublatum est in editione Romana, quia non habetur in Græco. Sanè codex Parisiensis caret addicione illa, quam in Divionensi quoque defuisse hinc colligitur quod antiquitus addita est supra lineam.*

Pag. 621.

aversor. *Veteres libri*, avertor. *quod idem est.*

Et dum diceret hæc. *Vocem* hæc *neque veteres libri habent neque veteres editiones, & posita non est secundùm morem gestorum synodalium. Vide sequentia.*

anathema Nestorio. *in imperativo, pro* anathematiza. *Vnde & in codice Corbeiensi scriptum est* anathematiza. *Sic etiam paulò pòst; ubi Divionensis habuit primò* anathema, *deinde* anathematiza.

& omnem hæreticum &c. anathematizo. *Hæc non extant in codicibus calamo exaratis, neque in textu Græco.*

hominem. *Divion.* animam; *& in margine*, al. hominem.

vel opinantem. *Codex Parisiensis ista non habet. Divionensis non habebat initio, sed postea addita sunt supra lineam. Sufficit autem aut* dicentem *aut* opinantem. *Admonitio est librarii: qui cùm nesciret quæ lectio esset melior, utramque posuit, lectori judicium integrum relinquens.*

unigenitum. *Divion. & Parif.* qui est unigenitus.

& ei qui non dicit. *Parif.* & quia non dicit.

Deo amantissimi. *Corb.* Deo amicissimi, *reliqui* reverentissimi.

domini. *Veteres libri*, domni.

dixit. *Deest in omnibus antiquis libris.*

Salvete. *Meliùs in codice Parif.* Valete. *Sic etiam legendum in Divionensi, ubi scriptum est* Vagete; *& in margine*, al. salvete.

Episcopo. *Istud quoque deest in omnibus libris veteribus.*

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *Divion. & Parif.* reverentissimo.

senioris urbis Romæ Leone susceptus. *Parif.* senioris Romæ susceptus. *Sic etiam primò in Divionensi, sed postea voces* urbis *&* Leone *addita sunt supra lineam.*

religiositate. *Divion. & Parif.* sanctitate.

& insuper. *Parif. & Corb.* & hoc insuper & epistolæ. *Divion.* adhuc insuper & epistolæ.

reverentia. *Corb. & veteres editiones*, Deo amabilitate. *Attonitus fuit Surius novitate vocabuli. Itaque in margine annotavit fortè reponi debere* amabili sanctitate.

dignus est sede. *Parif.* dignus sede orthodoxorum.

Populus orth. recipiat. *Parif.* recipe.

dignum sua sede. *Veteres libri*, digne tua sede.

Iulianus. ANNOTATIO RUSTICI. Nota Iulianum post Bonifacium. *Vide quæ suprà dicta sunt ad paginam* 581.

venerabilem. *Codices Divion. & Parif. & Crabbus*, venerandum; *editio Veneta*, venerandissimum.

promittit. *Parif.* promisit.

& secundùm. *Conjunctio desideratur in omnibus antiquis exemplaribus.*

beatom. *Divion.* beatissimum. *Parif.* prædictorum beatissimorum Episcoporum.

insuper. *Parif. & Divion.* rursus.

Pag. 624.

venerandissima. *Parif.* reverentissima.

insuper verò. *Parif. & Divion.* rursus. *Divion. in margine*, al. insuper verò.

Constantinopolis. *Corb. & Divion.* Constantinopolitanus.

& ob hoc verò. *Vox* verò *non extat in Corb. & Divion.*

& Eutychem. *Veteres libri*, & Eutychis malè placiti hæresim.

suam igitur. *Corb. & Divion.* & suam igitur.

recipiat. *Parif. & Corb. & veteres edit.* recipiet.

doctrinas. *Corb. & Divion. admonent legendum esse* doctrinam.

autem. *Deest in libro Divionensi.*

Hierosolymorum. *Parif.* Hierosolymitanorum.

eisdem. *Veteres libri*, hisdem.

Dei amantissimus. *Corb.* Deo amicissimus, *reliqui*, reverentissimus.

Et ego decerno. *Parif.* Et ego consentio.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON

Dei amantissimo. *Corb.* Deo amicissimo, *alii* reverentissimo.

firmaverunt.. *Ita codex Parisiensis. Ceteri legunt* formaverunt.

firmata. *Omnes libri veteres*, formata. *Quod ostendit reponendum esse* formaverunt *in libro Parisiensi.*

consentio his quæ. *Paris.* consentio quæ.

hæc omnes dicimus. *Divion.* hæc & nos dicimus.

recipiat. *Veteres libri & editiones*, recipiet.

Constantiæ. *Paris.* Constantinæ. *Sic etiam emendatum est in Divionensi, cùm antea legeretur*, Constantiæ,

anathema Nestorio. *Corb.* anathematiza Nestorio. *Sic etiam paulò post in professione Ioannis.*

prava sapientibus. *Paris. & Divion.* malè sapientibus.

Eutychem. *Deest in Corbeiensi.*

& magnificentissimi. *Ista desunt in omnibus antiquis libris & editionibus.*

per omnia. *Ista verò non habentur in codice Parisiensi, in Divionensi verò addita sunt supra lineam.*

ANNOTATIO RVSTICI. Contuli die feria VI. Kal. Aprilis, Indictione XIII. Deogratias.

EXPLICIT ACTIO OCTAVA.

In codice Parisiensi pro octava *scriptum est* nona *hoc modo.* Explicit actio nona synodi Calcedonensis. *Vide quæ suprà dicta sunt initio actionis septimæ.*

Pag. 625.

INCIPIT ACTIO NONA.

ANNOTATIO RVSTICI. In codice Acumit. posteaquàm formata est fidei definitio, in Acumitensi quinta, mox & ista actio subsequitur, & per omnia simile habet initium & inde & in nominibus tam judicum quàm Episcoporum, excepto quòd postquam scriptum est *& Eusebio reverentissimo Episcopo Dorylai*, adicitur *& Cecropio reverentissimo Episcopo Sebastopolis.* & sic cetera subsequuntur, id est, *& reliqua sancta & universali synodo.*

Hanc annotationem Labbeus pertinere putavit ad actionem octavam, cùm tamen vetera exemplaria eam ponant in fronte nona. Itaque verba illa Explicit actio VIII. incipit IX. *poni non debent post annotationem, ut legitur in editione Labbei, sed ante annotationem ut docet etiam codex Divionensis, ex quo Labbeus descripsit. Porrò quia codex ille mendosus est, Labbeus omisit ea quæ difficultatem habere videbantur. Ceterùm & illud admonendum est, veteres libros mendosè habere* sequitur *pro eo quod nos edidimus* synodo.

& qui fuerit declaratus. *Hæc desunt in omnibus antiquis libris & editionibus.*

septimo Kalendas. *Paris.* sub die VII. Kal. *Divion.* VI. Kal. *& in margine*, al. VII.

in Calchedone. *Veteres libri*, in Calchedona.

secundùm jussionem &c. Augusti. *Hæc desiderantur in libro Parisiensi.*

Marciani perpetui Augusti. *Et hæc quoque desunt in omnibus antiquis libris & editionibus. Pro his verò veteres editiones habent* Imperatoris.

martyris. *Legendum*, sanctæ martyris. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*

magnificentissimo. *Veteres libri & editiones*, gloriosissimis proceribus & sancta & universali synodo.

quæ per decretum. *Paris.* quæ secundùm sanctionem sacratissimi & piissimi Imperatoris in Calchedona civitate congregata est, & sedentibus.

Marciani. *Veteres editiones*, Imperatoris. *Veteres libri neque* Marciani *habent neque* Imperatoris.

omnibus. *Hanc vocem non agnoscunt veteres editiones.*

sanctissimi. *Paris.* sancti, *Divion.* sacratissimi.

qui fuit. *Hæc desunt in libro Parisiensi & in ultimo constituto Vigilii. In Divionensi addita sunt supra lineam.*

huc. *Omnes libri veteres*, hic. *Sic etiam in eodem constituto Vigilii.*

Iubete ea. *Divion. & Paris.* Iubete ergo ea. *Sic etiam in constituto.*

relegi. *Corb. & veteres edit.* legi.

Himeriorum. *Corb. & Divion. in margine*, Himeriorum. *Paris. & Divion.* Emeriorum. *Constitutum Vigilii*, Hemeriorum.

in gratiam. *Veteres libri & editiones*, pro gratia.

præparavit ut quidam. *Veteres libri & edit.* præparavit quosdam clericos accusare me. *Sic etiam in constituto Vigilii.*

transmitteretur. *Iidem libri & edit.* transmitti. *Sic etiam in constituto.*

illatæ. *Paris.* inlata. *Et hoc quoque bonum est. Dicebant enim etiam blasphemium.*

me esse catholicum. *Corb. & veteres edit.* meæ rectæ fidei. *Eandem lectionem habet Divion. in margine.*

Pag. 628.

Iubete igitur. *Vox* igitur *deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus & in constituto Vigilii.*

evacuari. *Corb. & Divion. in margine*, vacare.

qui in nullo. *Veteres libri & editiones*, qui sum in nullo culpabilis.

nefaria. *Corb.* nefarii.

& usque ad. *Conjunctio deest in codice Parisiensi. Deerat autem etiam olim in Divionensi.*

substantiam. *Veteres libri & edit.* distantiam.

subsistentiarum. *Divion.* substantiarum; *& in margine*, al. subsistentiarum.

confingentes. *Veteres libri*, fingentes. *Sic etiam veteres editiones in margine.*

veluti. *Veteres libri*, velut.

sed eam. *Divion.* sed eadem.

denegaverit. *Veteres libri*, negaverunt.

quod spir. sa. Deus sit. *Iidem libri*, quod sa. spir. Deus est.

jussit. *Veteres libri & edit.* censuit.

est quippe quod. *Parif.* est quod in Deum. *Ita etiam primò habuit Divionensis, sed postea voces* quippe ut *addita supra lineam effecerunt* quod quippe ut in Deum. *Quo modo habent veteres editiones.*

præcipit. *Veteres edit.* præcepit. *Sic etiam codex Divion. in margine. Parisiensis habet* monstravit. *Quo modo emendandum est in Divionensi, ubi legitur*, monstrant.

progeniti. *Veteres libri*, prognati.

suam blasphemiam. *Divion.* sua blasphemia. *Blasphemium enim & blasphemiam dixere veteres, ut alibi ostendimus.*

temerarie. *Deest in libro Parisiensi. In Divionensi additum est supra lineam.*

vilia deputarent. *Parif.* vilia temerè deputarent.

veritati. *Idem codex*, veritatis.

genisi. *Deest in antiquis codicibus. Habetur tamen in margine Divionensis.*

dominum illum. *Veteres libri & edit.* dominum eum.

ex patre. *Parif.* & ex patre.

Sic igitur audaces. *Parif.* Sic audaces. *Divion.* Sicut audaces.

Pag. 814.

adversus. *Veteres libri*, contra. *Veteres edit.* circa.

simulato. *Deest in antiquis libris & editionibus.*

domin. incarn. dispensatione. *Veteres libri & edit.* dispensatione dominicæ incarnationis.

fide. *Deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.*

hæretici. *Veteres libri*, hæreticis.

gratia & contra. *Iidem libri*, gratia contra.

inhumanatus est. *Iidem libri*, homo factus est. *Sic etiam infrà.*

hæc dicta sunt. *Desunt in codice Parisiensi. In Divionensi adjecta sunt ad marginem.*

spontaneæ potestatis. *Divion.* spontaneam condescensionem describentia potestatis. *Parif.* spontaneam inclinationem potestatis ejus insinuans. Quòd autem incarnatus est.

carnis, & ex virgine. *Parif.* carnis ex virgine.

per unitatem. *Divion.* per novitatem; *& in margine*, al. per unitatem.

ostendit. *Veteres libri*, ostendens.

manifestant. *Iidem libri*, manifestans.

quomodo contra fidem. *Iidem libri*: quomodo multifidam hinc malignus perniciem excogitavit.

arcem. *Deest in Parisiensi. In Divionensi habetur in margine.*

circa nos violare. *Parif.* circa nos summam violare.

& his quidem. *Veteres libri & edit.* & illis quidem.

honorem atque reverentiam. *Veteres libri*, honore atque reverentia.

ita ut per illos quos quidem. *Delenda est vox* quos. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

assumptæ formæ. *Divion.* quæ assumpta est formæ.

adimerentur indicia. *Veteres libri*, adimeretur indicium.

unitionis. *Iidem libri*, unitatis.

fermenti instar. *Hæc non extant in codice Parisiensi, & in Divionensi addita sunt supra lineam.*

Verùm non latuit. *Citat hunc locum Facundus lib. 1. cap. 1. & 4. & quidem ex hac antiqua interpretatione.*

beneficia diligenter. *Veteret libri & edit. & Facundus*, diligenter beneficia.

vocitata. *Divion.* vocata.

ex utero. *Veteres libri & edit. & Facundus*, ex vulva. *Ibidem infrà*, vulvamque.

signare. *Parif. & veteres edit.* signaret. *Sic etiam in codice Vaticano 572.*

radice ortus. *Parif.* radice dominus ortus.

probaverit. *Veteres libri*, sumpserit.

& perfectus homo. *Iidem libri*, idemque perfectus homo.

apparuerit. *Parif.* apparuit. *Sic etiam primò scriptum fuit in Divionensi.*

claruerit. *Divion. & veteres edit.* claruit.

sit. *Deest in Parisiensi.*

Pag. 815.

probatur. *Veteres libri*, probatus.

instaurantes. *Iidem libri*, instaurare cupientes. *Postea sequuntur & interjacent in codice Parisiensi fragmentum ex epistola Vitalis & Constantii ad Capreolum Episcopum Carthaginensem & ejusdem Capreoli epistola ad Vitalem & Tonantium. Utraque ex codice Herivallensi edita est ab immortalis memoriæ viro Iacobo Sirmondo.*

nitebantur, & custodes. *Veteres libri*, nitebantur custodes.

subsistentiarum. *Veteres libri & edit.* subsistentiarum per epistolam evidentiam.

mire. *Veteres libri*, jure.

Romanæ urbis decus. *Divion.* urbis Romanæ decus & justitia. *Parif.* Romanæ urbis episcopus ac justitiæ decus.

velint. *Parif.* vellent.

adversus varias. *Veteres libri*, varias adversus.

de fide. *Parif.* pro fide. *Neutrum initio habuit codex Divionensis. Postea scriptum est* de fide *supra lineam.*

evidentissimè. *Deest in codice Parisiensi. In Divionensi additum est in margine.*

Sardicam. *Veteres libri & edit.* Serdicam.

convenerunt. *Parif.* convenerant.

in hac urbe. *id est, Constantinopoli. Et tamen ista dicebantur apud Chalcedonem. Vide quæ suprà dicta sunt ad paginam 817.*

detexerunt. *Veteres libri*, detexere.

decretum: & illi. *Divion.* decretum illis quibus tunc Ossius. *Parif.* decretum illisque tunc Osius.

profetendam. *Veteres libri*, promendam.

tenuit. *Iidem libri*, susceperat.

id quod de Dei. *Iidem libri*, quod Dei genitrix sit Maria scripto.

de deitate. *Vox* de *non extat in codice Parisiensi. Deerat etiam antiquitus in Divionensi, ubi addita est supra lineam.*

protulerunt. *Divion.* prolata sunt. *Sic emendandum est in Parisiensi, ubi legitur* probata sunt.

debere. *Deest in antiquis libris & editionibus.*

pastores. *Divion. & veteres edit.* pastoris.

non judices. *Divion.* non judicari; *& in margine*, al. non judices.

disjungit. *Veteres libri & edit.* discingit. *Primus Surius in margine posuit* disjungit. *Hinc ergo vel ex editione Veneta accepere Romani. Meliorem porrò esse veterem lectionem probant ea quæ nos suprà diximus ad collationem Carthaginensem pag. 165.*

Aliàs autem. *Refert hunc locum Facundus lib. 1. cap. 1. ex ista interpretatione.*

quia & nunc licet. *Divion.* sicut & nunc facile eos animadvertere. *Paris.* sicut & nunc facile est eos animadvertere. *Legendum esse* facile est animadvertere *& sensus admonet & lectio quæ extat apud Facundum, ubi sic scriptum est:* facile est advertere.

ut ambiguitate. *Paris. & Facundus*, quod ambiguitate.

coaptemus. *Veteres libri & Facund.* coaptasse cognoscimur.

proferimus. *Hæc est lectio codicis Parisiensis. Apud Facundum verò scriptum est* præferimus, *in codice Divion.* præferemus.

declinari. *Legendum* declarari. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

quod sentiebat orientalibus. *Ita etiam apud Facundum. Sed in codice Divionensi & in antiquis editionibus legitur*, orientalibus quod sentiebat. *Codex Parisiensis mutilus est in hoc loco.*

necnon & magnum Proclum. *Hunc quoque locum refert Facundus ibidem & lib. 2. cap. 2.*

Pag. 818.

repellens. *Veteres libri & Facundus*, reiciens.

rectissimum. *Deest apud Facundum & in exemplari Parisiensi. In Divionensi verò additum est supra lineam.*

innovationis. *Paris.* innovationem.

profert. *Idem codex*, præfert.

vaniloquorum. *Item codex & veteres edit.* vaniloquiorum.

defert. *Divion.* profert; *& in margine*, al. defert.

hic ut elatus. *Paris.* hic elatus non immerito. *Sic etiam primò habuit Divionensis.*

exercet. *Veteres libri*, exercens.

n;tens. *Deest in Parisiensi. In Divionensi additum est supra lineam.*

dissolvere. *Paris.* dissolvit. *Sic etiam primò scriptum fuit in Divionensi.*

Sed vos ô Christi amantes. *Veteres libri:* Sed vos, Christo amabiles. *Sic etiam ferme veteres editiones.*

purissimam. *Paris.* piissimam.

pro concessis honoribus. *Hæc desunt in antiquis codicibus & editionibus.*

præstantiam. *Paris.* pretium. *Divion.* præsentium; *& in margine*, al. præstantiam.

prædicationem. *Veteres libri*, prædicatione.

robotantes. *Deerat olim hæc vox in codice Divionensi, sed addita postea est supra lineam. In Parisiensi legitur* roborate.

pietatem. *Veteres libri*, clementiam.

Incipiunt testimonia sanctorum patrum qui duas &c.

& consubstantialem. *Conjunctio deest in codicibus calamo exaratis.*

factum. *Deest in codice Paris. & apud Crabbum. In Divionensi additum est supra lineam.*

& hoc. *Veteres libri*, in hoc.

existere. *Paris. & Divion.* est. *Sed postea* existere *additum est in margine.*

Dei æquivalere. *Veteres libri*, Dei sit æquè valere.

formam servi. *Veteres libri*, forma servi.

cum dicit. *Veteres libri & edit.* quod dicit.

quod in forma. *Paris.* quia in forma.

Pag. 819.

Servemus. *Non sunt ipsa verba Ambrosii, sed versa ex Græc. Vide suprà pag. 467.*

differentiam divinitatis. *Divion.* differentias veritatis.

in utraque. *Veteres libri & edit.* in utroque. *Vide quæ dicta à nobis sunt suprà pag. 468.*

in eodem. *Iidem libri & edit.* in eo.

Theologi. *Deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus. Pro eo verò codex Divion. habet supra lineam* Episcopi Nanzianzeni, *veteres edit.* Nazianzeni *tantùm.*

Ejusdem. *Veteres libri:* Ejusdem Gregorii.

sejunctio. *Iidem libri*, subjunctio.

quia ubi naturæ. *Iidem libri*, ut si quando naturæ discernantur.

naturæ esset. *Divion.* naturæ sit.

homo Deus. *Sic primò scriptum fuit in eodem codice Divionensi. Postea vox* homo *expuncta est, & in margine scriptum* ille homo. *In Parisiensi scriptum est,* Deus homo.

natura esset ex patre. *Veteres libri*, naturæ esset patris verum.

consempiternum esset. *Paris.* consempiternum, nec verbum quod factum est caro.

esset ejus. *Divion.* ejus esset.

illum hominem. *Veteres libri*, illud quod est humanæ naturæ conjungeret. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

ex homine. *Veteres libri*, ex hominibus.

Deum enim dico. *Iidem libri:* Deum enim eundem dico.

da Deo. *Iidem*, da divinitati.

Ptolemaidis. *Paris.* Ptolomaidis. *Divion. in margine*, Ptolomaidæ.

& non obstupesces. *Divion.* & non erubesces circa dispensatorem.

Beati Flaviani. *Vox* Beati *deest in antiquis libris & editionibus.*

theophania. *Veteres libri*, in epiphania. *Lectio vulgata extat in margine Divionensis.*

loquetur. *Veteres libri*, loquitur.

conlati nobis. *Malè in Divion.* conlationibus.

exprimere. *Divion* exponere. Humanam naturam deitate conjungimus.

Beati Ioannis. *Veteres libri:* Sancti Iohannis.

ferè. *Veteres libri*, penè. *Sic etiam habuisse Crabbum in suis exemplaribus hinc colligitur quod edidit* benè.

ex hoc. *Veteres libri*, de hoc.

conversionem. *Divion.* confisionem.

illius. *Idem codex*, in illius.

& commorationem. *Ita Divionensis in margine. Paris.* sed commemorationem. *Divion. in textu*, sed communionem orationem.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

nnn ipsum. *Divion.* non id ipsum. *Parif.* in id ipsum.

inhabitat. *Parif.* habitat.

juxta substantiam. *Veteres libri*, juxta naturam. Nam per unitatem ex conexione. *Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.*

harum. *Deest in Parisiensi. In Divionensi additum est supra lineam.*

sed unitione. *Divion.* sed unitate ineffabili atque inenattabili permanente. *Parif.* sed unitate ineffabili permanente.

Pag. 832.

Eupsychum. *Divion.* Esicium, *Parif.* Isictum. *Legendum videtur* Hesychium.

illum. *Deest in antiquis libris & editionibus.*

uttumque factum. *Veteres libri:* Nam utrumque factum.

ita ut ex utroque unitus. *Divion. & Parif.* ita ut ex utroque unitum Christum deitatem quidem ejus (*Parif.* ei) fateamur in propria impassibilis naturæ dignitate persistere, mortem verò carne (*Divion.* carnem) gustare simul ut & sociæ sibi naturæ carnis ostenderet per mortem mortis ipsius habere contemptum, pariterque etiam ut novi testamenti per obitum jura firmentur.

divide. *Parif.* discerne.

Et quia diversæ. *Idem codex:* Et quòd diversæ.

sunt naturæ quæ. *Veteres libri*, sint naturæ quæ ad onitatem.

utraque. *Iidem libri*, utrisque.

per unionem. *Iidem libri*, per unitatem.

sublata sit. *Malè in Divion.* salutis sit.

unitionem. *Veteres libri*, unitatem.

Ejusdem ex epistola ad Nestorium. *In antiquis editionibus hæc tantum in titulo habentur:* Cyrilli. *Sic autem illic in margine annotavit Crabbus:* Cyrillus Episcopus; sed ubi, non scribitur; nec est in istis duabus epistolis Cyrilli. *id est, neque in epistola ad Ioannem Antiochenum, neque in epistola ad Nestorium. Et tamen codex Græcus docet testimonium istud sumptum esse ex epistola Cyrilli ad Nestorium. quod falsum est. Nam extat supra cap. 214. synodici pag. 920. in epistola prima Cyrilli ad Successum. Quare verissima est inscriptio quam exhibent veteres libri:* Ejusdem ex epistola ad Successum Diocæsariensem Episcopum. *Ex eadem epistola ad Successum refert hoc fragmentum Ephremius apud Photium cod. 229.*

ut dixi. *Hæc verba desunt in codice Parisiensi, & in Divionensi addita sunt supra lineam. Sunt autem re vera Cyrilli.*

unitionem. *Divion.* unitatem. *Parif.* trinitatem. *Mendosè sanè. Sed id tamen ostendit in archetypo ex quo prodiit codex ille scriptum fuisse* unitatem.

inconvertibiliter. *Parif.* immutabiliter, *Divion.* incommutabiliter.

sibi. *Deest in Parisiensi.*

convenerunt. *Divion.* convenirent, *Parif.* custodierint.

& non deitas. *Divion.* deitas deitas est; *& in margine*, al. & non deitas.

sit facta. *Veteres libri*, facta sit.

namque. *Divion.* enim.

unitio. *Veteres libri*, unitas.

propterea quod. *Iidem libri*, propter quod.

factus, & ex ipsa. *Parif.* factus ex ipsa. *Divion.* factus est ex ipsa.

sumptum. *Divion.* assumptum.

Archiepiscopi Constantinopolitani. *Hæc desunt in antiquis libris & editionibus.*

invicem sibi discordantibus. *Divion.* invicem subditis sibi.

ANNOTATIO RUSTICI. Contuli ad solum codicem Acumitensem, quia non affuit alius Græcus, d. feria v. Kal. April. Indictione XIII.

Explicit allocutio sive responsio sancti Calchedonensis Concilii cum subjectis testimoniis patrum habita apud Marcianum venerabilem principem.

Sequuntur postea in codice Divionensi XXVII. *canones ex versione Dionysii Exigui, & in fine eadem leguntur quæ supra retulimus in fine actionis* XV.

In codice Parisiensi, in quo, ut toties dictum est, continetur antiqua versio, canones non repetuntur in fine gestorum, sed eorum loco ponitur relatio synodi ad Leonem Papam ex interpretatione diversa ab ea quam Rusticus posuit in fine actionis tertiæ. Ita etiam vetus alter codex antiquæ versionis quem extare in bibliotheca serenissimæ Suecorum Reginæ Christinæ me nuper monuit doctissimus juvenis Laurentius de Zaccagnus, qui varias aliquot lectiones ex eo descripsit & ad me misit. In vetustissimo verò codice Vaticano signato 1322. (ut ad me scripsit eminentissimus Cardinalis Casanata) extant quidem in fine gestorum iidem canones ex versione Dionysii Exigui, sed postea aliquis paulò recentior post illos ante hos octingentos annos posuit relationem synodi ad Papam, acceptam nimirum ex veteri versione, quamvis codex ille contineat editionem Rustici. In hoc autem codici Reginæ & Parisiensi præstat Vaticanus quòd cum illi tres tantùm priores subscriptiones habeant, iste habet sexaginta quinque. His ita præfatis, damus nunc tibi, lector, relationem illam qualis extat in codicibus antiquis.

Exemplar relationis archetypi sanctæ magnæ & universalis synodi quæ in Calchedonensi metropoli congregata est ad sanctæ memoriæ Papam Leonem.

SAncta & magna & universalis synodus quæ secundùm Dei gratiam & sanctionem piissimorum & Dei amatorum principom collecta est in Calchedone metropoli Bithyniæ provinciæ, sanctissimo ac beatissimo Leoni. Repletum est gaudio os nostrum & lingua nostra exultatione quòd hanc ot propriam nobis gratiam prophetiam aptavit quibus pietatis confirmatum est votum. Quid enim fide ad lætitiam superius? Quid dominica agnitione ad exultationem clarius, quam ipse desuper nobis Salvator ad salutem tradidit dicens: *Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis.* Quam ipse tamquam auream catenulam præcepto imponentis deductam in nos conservasti, vocis beati Petri omnibus interpres existens, & illius fidei omnibus beatitudinem attrahens. Vnde & nos tamquam principi tibi hujus boni ad utilitatem usi, veritatis filiis Ecclesiæ sortem ostendimus, non per singulos singuli tamquam in secreto doctrinam facientes, sed communi spiritu, uno consensu, & concordia fidei confessionem cognoscentes. Et fuimus in communi exultatione spiritalibus tamquam imperialibus cœnis epulationibus in cibis quas per tuas litteras Christus epulantibus apparavit. Et cœlestem sponsum inter nos cernere videbamur epulantem. Si enim ubi sunt duo aut tres congregati in nomine ipsius, ibi ait se esse in medio eorum, quantam circa quingentos vigintisacerdotes familiaritatem * monstrabit, qui & patriæ & labori circa eum scientiam confessionis præposuerunt, quibus tu tamquam caput membris præpositus eras per eos qui tuam continent vicem rectum consilium demonstrans? Principes autem fideles ad ornatum præsi-

* Vatic. monstrabar.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

debant, sicut Zorobabel, * Ecclesiæ Iesum, quemadmodum Hierusalem, ædificationem dogmatum renovare festinantes. Et erat adversatus tamquam bestia foris à sepris, secum fremens, neminem habens quem capiat, nisi se ipsum ei ad prædam Alexandrinæ urbis factus olim præsul obiceret: qui dum multa priùs mala fecisset, secundis priora celavit. Beatum enim illum & in sanctis connumerandum Constantinopolitanæ urbis pastorem Flavianum apostolicam præferentem fidem & Dei amatorem Episcopum Eusebium contra omnem canonum disciplinam deposuit, & impietate condemnatum Eutychen tyrannicis decretis suis restituit, & à vestra sanctitate, utpote ab immerito gratia, ablatam reddidit dignitatem, & ut omnino ferox singularis incumbens vineæ, quam bonam invenit plantationem evertit, infructuosam autem & * derelictam introduxit, & pastoralem habentes sapientiam amputavit, lupos autem * manifestatos ovibus introduxit. Super hæc omnia etiam contra eum qui custodiam vineæ à Salvatore susceperat furorem suum extendit, dicimus autem de sanctitate vestra; & excommunicationem contra eum qui corpus Ecclesiæ adunire festinavit cogitavit. Et cùm oportuisset eum pro his pœnitere, & debuisset lacrymis postulare misericordiam, tamquam pro honestis lætabatur, epistolam quidem vestræ sanctitatis aspernens, omnibus autem veritatis dogmatibus resistens. Et oportuerat quidem eum mox in hac in qua se ipsum ordinavit parte relinquere. Quoniam autem salvatoris disciplinam profitemur, qui omnes homines salvos esse vult & venire ad cognitionem veritatis, hanc opere in eo firmare misericordiam festinavimus & in judicium fraternè * convocavimus, non tamquam resecare tentantes, sed satisfactionis ei locum ad medicinam præbentes; & orabamus superiorem eum * existere variis incusationibus quæ adversùs ipsum scriptæ sunt, quatenus * clari cum celebritate conventum dimittentes, in nihilo à satana læderemur. Iste autem inscriptum in se ipso conscientiæ habens testem recusationem judicii, accusationibus consensit, & legitimas circa eum tres factas vocationes repudiavit. Ideo ergo quam ipse contra suas culpas protulit sententiam, hanc, ut possibile erat, mediocriter firmavimus, pastorali lupum pelle * nudantes, quo pridem habitu convincebatur indutus. Huc usque nobis constabat tristitia, & statim bonorum gratia resplenduit; & unum zizanium revellentes, totum mundum trico puro cum * voluptate replevimus; & tamquam evellendi & plantandi potestatem suscipientes, sectionem quidem usque ad unum coartavimus, bonorum autem fertilitatem diligenter plantavimus. Deus enim operabatur; & quæ conventum thalami coronabat venerabilis Euphemia, quæ sicut propriam confessionem fidei à nobis suscipiens definitionem, suo sponso per pissimum principem & amatricem Dei Imperatricem obtulit, omnem quidem adversatiorum perturbationem sopiens, veritatis autem ut * amicam confessionem * confortans, & manu & lingua omnium sententiis adsignans ad manifestationem. Hæc sunt quæ tecum præsenti spiritu, & ut fratribus favere scienti, qui nobis in tuorum penè comparuit sapientia, operati sumus. Innotescimus autem quòd & alia quædam de ordine rerum & regularum ecclesiasticarum constantiæ causa statuimus, scientes & vestram sanctitatem, si agnoverit, probaturam hæc & confirmaturam. Qui enim ante multa tempora mos fuit, quem tenuit Constantinopolitana sancta Dei Ecclesia ad ordinandos metropolitanos Asianæ & Ponticæ & Thraciciæ dioecesis, & nunc per synodicam firmavimus sententiam, non tantum sedi Constantinopolitanæ aliquid præstantes quantum metropolitanis quietem providentes; propterea quia plurimis sæpe morientibus Episcopis, exoriuntur tumultus, dum sine regimine fuerint & * clerici & populi qui in eis sunt, & ordinem ecclesiasticum confundant, quod vestram sanctitatem non latet, præsertim causa Ephesiorum, qui vobis sæpe molestiam ingesserunt. Firmavimus autem & centum quinquaginta sanctorum patrum qui in Constantinopolim congregati sunt canonem temporibus divæ memoriæ magni Theodosii, qui pronuntiat post vestram sanctissimam & apostolicam sedem primatum Constantinopolim habere loci secundi; scientes quia radium apostolicæ vestræ sedis nimis * potestatem in Constantinopolitanam Ecclesiam more solito protegentes sæpius * extendistis, dum sine invidia consueti estis bona vestra familiaribus mutuari. Quæ igitur statuimus ad amputandam omnem confusionem, ad confirmandam autem ecclesiasticam disciplinam, hæc ut propria & amica & ad ornatum apta complecti dignare, sanctissime & beatissime pater. Qui enim locum vestræ sanctitatis continent sanctissimi Episcopi Paschasinus & Lucensius, & qui cum eis est reverentissimus Presbyter Bonifacius, his ita constitutis vehementer resistere tentaverunt, procul dubio à vestra providentia inchoari & hoc bonum volentes; ut quemadmodum fidei, sic & ordinis vobis imputetur restitutio. Nos autem satisfacientes pissimis & amatoribus Christi principibus, qui pro hac causa gaudent, & clarissimo senatui, & toti, sicut est dicendum, regiæ urbi, congruum esse putavimus honorem ejus ab universali synodo confirmari, & tamquam ex tua initium sumpserit sanctitate, per hos quos fovere semper festinasti confidenter firmavimus, scientes quia omne bonum quod à filiis fit ad proprios recurrit parentes. Rogamus igitur, honora & tuis sententiis nostrum judicium; & quemadmodum nos consensum in bonis capiti contulimus, sic & caput filiis quod decet adimpleat. Sic enim & pissimi principes curabuntur, qui tuæ sanctitatis sicut legem adfirmaverunt judicium, & Constantinopolitana sedes vicissitudinem suscipiet, quæ vobis semper omne studium ad causam pietatis exhibuit, & zelo se ipsam conjunxit vobis ad concordiam. Ut autem sciatis quia nihil gratiæ causa aut offensionis efficimus, sed nutu divino * gubernanti; omnem vobis gestorum insinuavimus ad consistentiam nostram & ad eorum quæ à nobis acta sunt confirmationem & depositionem.

* Vatic. & Deum Iesum.

* Vatic. abjectam.

* Cod. Regina, manifestos.

* Idem codex, convocabamus.

* Idem codex, insistere.

* Vatic. clarae.

* Vatic. denudantes.

* Vatic. voluntate.

* Vatic. unicam.

* Idem codex, confirmans.

* Vatic. clerici.

* Vatic. potentem.

* Idem cod. extendentes.

* Vatic. gubernati.

ET SUBSCRIPTIONES.

Anatolius Episcopus Constantinopolitanus. Valere vos in Domino oro, Deo amantissime pater.

Maximus Episcopus magnæ * urbis Antiochiæ. Valere me in Domino * oro, sanctissime & beatissime pater.

Iuvenalis Episcopus Hierosolymitanus. Valere me in Domino * oro, sanctissime & beatissime pater.

Cyriacus Episcopus Heracleæ metropolis subscripsi pro Deo amantissimo Episcopo Luciano. Ut suprà.

Diogenes Episcopus metropolis Cyzici. Ut suprà.

Photius Episcopus Tyri metropolis. Ut suprà.

Florentius Episcopus Sardensium civitatis metropolis Lydiæ. Valere me ora, sanctissime & beatissime pater.

Constantinus Episcopus metropolis Bostræ. Va-

* Vatic. civitatis.

* Vatic. ora.

* Vatic. ora.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

lere me ora, Domine sanctissime & beatissime pater.

Theodorus Episcopus metropolis Damasci. Valere me ora in Domino, Deo amantissime pater.

Seleucus gratia Dei Episcopus metropolis Amasiæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Constantinus misericordia Dei Episcopus metropolitanus Meletenus. Valere me in Domino ora, reverentissime pater.

Francion Episcopus metropolitanus Philippopolis. Valere me in Domino ora, amantissime pater.

Pergamius Episcopus Antiochiæ Pisidorum metropolis. Valere in Domino ora, Deo amantissime pater.

Lucianus Episcopus Byzæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Gregorius Episcopus Adrianopolis. Valere ora, Deo amantissime pater.

Theodoritus Episcopus Cyri. Valere me in Domino ora, Domine Deo amantissime pater.

Meletius Episcopus Larissæ, vices agens beatissimi Episcopi Domni Apamiæ Syriæ, subscripsi. Valere ora, sanctissime pater.

Acacius misericordia Dei Episcopus civitatis Ariathiæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Iohannes Episcopus Germaniciæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Ioseph Episcopus Iliopolis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Calogerus Episcopus Claudiopolis. Valere me ora, Deo amantissime pater. Et subscripsi per Euphrosynum Diaconem.

Heraclius misericordia Dei Episcopus Comanorum. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Ibas Episcopus Edessenæ metropolis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Sophronius Episcopus Constantinæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Vranius Episcopus Emissæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Eusebius Episcopus Dorylæi. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Ætherius Episcopus Smyrnæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Zenobius Episcopus. Vt suprà.

Thomas Episcopus Theodosiopolis. Valere me in Domino, amantissime pater.

Sabas Episcopus Palti. Valere me in Domino, Deo amantissime pater. Subscribens per Patricium Episcopum.

Patricius Episcopus Neocæsareæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Rinus gratia Dei Episcopus Iunopolis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Eudoxius Episcopus poleos Chomatis. Valere me in Domino ora, sanctissime pater.

Nicolaus misericordia Dei Episcopus Acarasseorum. Valere me in Domino ora, amantissime pater.

* Evoltius E. Zeugmatis

* Evodius Episcopus Saumaris. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Tryphon Episcopus Ecclesiæ Chii. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Paulus Episcopus sanctissimæ Dei Ecclesiæ Philiomelei. Valere me in Domino ora, Domine pater.

Theoctistus Episcopus Tyrai. Valere me in Domino ora, sanctissime pater.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

Olympius Episcopus Sozopolitanæ sanctissimæ Dei Ecclesiæ. Valere me ora, Deo sanctissime pater.

Iohannes humilis Episcopus civitatis Barbilconum. Valere me ora, Deo amantissime pater.

Valerius Episcopus civitatis Laodiciæ Phrnicæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Basilius Episcopus civitatis Nacholiæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Noë Episcopus civitatis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Vranius Episcopus civitatis Iborotum. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Manasses Episcopus Theodosiopolis magnæ Armeniæ. Valere me ora in Domino, Deo amantissime pater.

Aurelius Episcopus. Ora pro nobis, pater beatissime.

Restitutianus Episcopus. Ora pro nobis, sancte ac venerabilis Papa.

Amacius Episcopus civitatis Sotorum. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Meletius Episcopus Larissæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Fonteianus Episcopus Sagalassi. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Theodotus misericordia Dei Episcopus Antifelli Lyciæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Meliphtongus misericordia Dei Episcopus Heliopolis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Thalassius Episcopus civitatis Parii. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Alexander Episcopus civitatis Seleuciæ Pisidiæ. Valere me in Domino, Deo amantissime pater.

Musianus Episcopus Limenorum. Valere me ora in Domino, Deo amantissime pater.

Epiphanius Episcopus civitatis Midai. Valere me ora, Deo amantissime pater.

Cytus Episcopus civitatis Siniandi. Valere me in Domino ora, sanctissime pater.

Pancratius Episcopus Lybiadis. Valere me in Domino ora, sanctissime pater.

Polychronius Episcopus Antipatridis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Cyriacus Episcopus civitatis Trognadorum subscripsi per Presbyterum meum Chrysippum. Valere me in Domino ora, sanctissime pater.

Eunomius Episcopus Nicomediæ metropolis. Valere me ora, sanctissime pater.

Anastasius Episcopus Nicææ metropolis. Valere me ora, sanctissime pater.

Sebastianus Episcopus civitatis Berissæ. Valere me in Domino, Deo amantissime pater.

Iovinus Episcopus sanctissimæ Dei Ecclesiæ Debeltorum. Valere me ora, amantissime pater.

Similiter & reliqui omnes Episcopi subscripserunt.

Explicit relatio sanctæ synodi Chalcedonensis ad Papam Leonem.

Huic relationi synodali adjungi potest Marciani Imperatoris epistola ad Leonem, quæ infrà pag. 1714. hujus tomi quarti edita est in Concilio Romano Bonifacii II.

RRrr iij

APPENDIX CONCILII CHALCEDONENSIS.

Sequentes sancti Leonis, Hilari Diaconi, & Gallæ Placidiæ epistolas quòd Græcè nunc habemus, cùm antea Latinè tantùm extarent, debemus diligentiæ viri eruditissimi Joannis Baptistæ Cotelerii, qui eas dedit in tomo primo monumentorum Ecclesiæ Græcæ. Pertinent autem illæ ad eam partem Concilii Chalcedonensis quæ præponi solet gestis primæ diei.

Epistola Flaviani Episcopi Constantinopoleos scripta ad Archiepiscopum Leonem veteris Romæ.

Vide suprà pag. 1015. cap. VIII.

SAnctissimo & beatissimo patri & comministro Leoni Flavianus in Domino salutem. Pietate & recta verbi veritatis distributione nihil preciosius sacerdotibus, sicut nosti, Deo dilectissime. Omnis enim nostra spes & salus, ac promissorum bonorum retributio hinc pendet. Propterea igitur cuncta nobis facienda sunt omnisque labor suscipiendus pro vera fide iisque quæ à sanctis patribus exposita sunt atque dogmatum loco tradita; quò per omnia & in omnigenis rerum circumstantiis integra hæc & inviolata conserventur atque custodiantur. Necessariom itaque fuit nunc etiam nos, videntes lædi orthodoxam fidem, ac renovari Apollinaris & Valentini hæresim ab Eutyche impio monacho, non despicere, sed palam errorem detegere, ad cautelam populorum. Iste enim iste Eutyches absconditum in se pravæ opinionis morbum retinens, nostram infestando mansuetudinem, inverecundè ac impudenter ad multos propriam impietatem deferre ausus est, dicens ante incarnationem quidem salvatoris nostri Iesu Christi duas naturas esse, divinitatis & humanitatis, post unionem verò unam extitisse naturam; ignarus quid loquatur, ac de quibus affirmet. Neque enim unio duarum naturarum quæ in Christo convenerunt, quemadmodum & vestra novit pietas, proprietates earum in unione confudit; sed manent etiam in unione integræ duarum naturarum proprietates. Adjecit autem & aliam impietatem, aiens quod ex Maria ortum est corpus Domini non esse nostræ substantiæ neque humanæ materiæ; sed humanum quidem illud appellat, non tamen consubstantiale nobis, nec ei quæ illum peperit secundùm carnem. atque hæc cùm acta Ephesi à sancta & œcumenica synodo in epistola scripta ad impium & depositum Nestorium sic ad verbum habeant; quòd diversæ quidem quæ ad unitatem veram convenerunt naturæ, unus autem ex ambabus Christus & filius; non quasi naturarum discrimen sublatum fuerit per unionem, sed potiùs quia nobis perfecerunt unum Dominum Iesum Christum eædem naturæ divinitatis & humanitatis per ineffabilem ac incomprehensibilem ad unitatem concursum. Et hoc non latet sanctitatem tuam, cùm omnino legerit quæ Ephesi confecta sunt gesta. Quæ nihili pendens idem

Suprà pag. 445.

Ἐπιστολὴ Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως γραφεῖσα πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Λέοντα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.

ΤΩ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ πατρὶ καὶ συλλειτουργῷ Λέοντι Φλαβιανὸς ἐν κυρίῳ χαίρειν. Εὐσεβείας καὶ τοῦ ὀρθοτομεῖσθαι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας οὐδὲν τιμιώτερον ἱερεῦσιν, ὡς ἐπίστασαι θεοφιλέστατε. πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς καὶ σωτηρία, καὶ ἀνταπόδοσις τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ἐντεῦθεν ἐξήρτηται. διὰ τοιοῦτο, πάντα ποιητέον ἡμῖν καὶ πονητέον, ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως, καὶ τῶν ἐκτεθέντων καὶ δογματισθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων, ἐφ' ᾧ τε διὰ παντὸς καὶ ἐν παντοίαις περιστάσεσι πραγμάτων ἀκέραια καὶ ἄτρωτα ταῦτα διασώζεσθαι καὶ φυλάττεσθαι. ἀναγκαῖον οὖν * ἦν * ὁρῶντας ἡμᾶς βλαπτομένην τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ ἀνανεουμένην τὴν * Ἀπολλιναρίου καὶ Οὐαλεντίνου αἵρεσιν παρὰ Εὐτυχοῦς * τοῦ * δυσσεβοῦς, μὴ παριδεῖν· ἀλλ' εἰς τὸ φανερὸν ταύτην ἐκκαλύψαι πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ λαοῦ. * οὗτος γὰρ οὗτος ὁ Εὐτυχὴς, κεκρυμμένην ἐν ἑαυτῷ νόσον κακοδοξίας κατέχων, τῆς ἡμετέρας ἐπιεικείας καταδραμὼν, ἀπηρυθριασμένως καὶ ἀναισχύντως εἰς πολλοὺς ἐξενεγκεῖν τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν κατετόλμησε, φάσκων, πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δύο φύσεις εἶναι, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν φύσιν γεγενῆσθαι· οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει, οὐδὲ περὶ τίνων διαβεβαιοῦται. οὐδὲ γὰρ ἡ ἕνωσις τῶν συνελθουσῶν ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων, ὡς καὶ ἡ ὑμετέρα ἐπίσταται θεοσέβεια, τὰς ἰδιότητας αὐτῶν ἐν τῇ ἑνώσει συνέχεεν· ἀλλὰ μένουσι καὶ ἐν τῇ ἑνώσει ἀκέραιαι τῶν δύο φύσεων αἱ ἰδιότητες. * προστίθησι δὲ καὶ ἑτέραν δυσσέβειαν, φάσκων, τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα γενόμενον τοῦ κυρίου, μὴ εἶναι τῆς ἡμετέρας οὐσίας, μηδὲ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος· ἀλλ' ἄνθρωπον μὲν αὐτὸ ἀποκαλεῖ, οὐ μὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, οὐδὲ τῇ τεκούσῃ αὐτὸν κατὰ σάρκα. καὶ ταῦτα, τῶν ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένων παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, ἐπὶ τῇ γραφείσῃ ἐπιστολῇ πρὸς τὸν δυσσεβῆ καὶ καθῃρημένον Νεστόριον, ἐχόντων ῥητῶς οὕτως· ὡς διάφοροι μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα τὴν ἀληθινὴν * συνενεχθεῖσαι φύσεις· εἷς δὲ ἐξ ἀμφοῖν Χριστὸς καὶ υἱός· οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· ἀποτελεσασῶν δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, διὰ τῆς ἀφράστου καὶ ἀπερινοήτου πρὸς ἑνότητα συνδρομῆς. καὶ τοῦτο οὐκ ἔλαθε τὴν σὴν ὁσιότητα, ἐντυχοῦσαν πάντως τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένοις ὑπομνήμασιν. ἅτινα παρ' οὐδὲν ἡγούμενος ὁ αὐτὸς

* Al. ἐμὲ
* Al. Ἀπολλιναρίου
* Al. μοναχοῦ
* Al. αὐτὸς γὰρ ὁ
* Al. προσθεὶς
* f. συνελθοῦσαι vel συναχθεῖσαι

Anno Christi 451.

Conc. L. Chalcedon.

Εὐτυχὴς οἴεται μὴ δώσειν δίκην τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου. διά τοι ταῦτα πολλῶν τῶν ἀκεραιοτέρων ἐκ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γινομένης διαλέξεως παραβλαπτομένων εἰς τὸν τῆς πίστεως λόγον, κατηγορηθέντα αὐτὸν παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Εὐσεβίου, καὶ ἀπαντήσαντα εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ οἰκείᾳ φωνῇ τὸ ἴδιον φρόνημα αὐτοῖς ἐκκαλύψαντα, ἀλλότριον ὑπάρχοντα τῆς ὀρθῆς πίστεως, καθῃρήκαμεν, ὡς διδάξει τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, πάντα τὰ ἐπ' αὐτῷ πεπραγμένα ὑπομνήματα, ἃ καὶ ἀπεστείλαμεν μετὰ τούτων ἡμῶν τῶν γραμμάτων. δίκαιον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἡγοῦμαι, διδαχθῆναι ὑμᾶς, ὡς οὐδὲ περὶ ἑαυτὸν Εὐτυχὴς ὑποστὰς δικαίαν καὶ κανονικὴν καθαίρεσιν, καὶ ὀφείλων κἂν τοῖς δευτέροις ἰάσασθαι τὰ πρότερα, καὶ διὰ μετανοίας ἀκριβοῦς καὶ δακρύων πολλῶν τὸν θεὸν ἐξιλεώσασθαι, καὶ τὴν ἡμετέραν καρδίαν σφόδρα λελυπημένην ἐπὶ τῇ αὐτοῦ πτώσει, διὰ μεταμελείας ἀληθοῦς θεραπεῦσαι· οὐ μόνον τοῦτο οὐ πεποίηκεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ διὰ πάντων διαταράξαι τὴν παρ' ἡμῖν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐσπούδασε· προθέματα προτεθεὶς δημοσίᾳ, ὕβρεων καὶ λοιδορίας ἀνάμεστα· προσέτι τούτοις καὶ δεήσεις ἐπιδοὺς τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ αὐτὰς πεπληρωμένας ἀλαζονείας καὶ προπηλακισμοῦ, διὰ πάντων τοὺς θείους * καταπατῆσαι κανόνας * πειρώμενος. ἀλλὰ τούτων οὕτω παρηκολουθηκότων, γράμματα ἡμῖν ἀπεδόθη τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, διὰ τοῦ θαυμασιωτάτου κόμητος Πανσοφίου, δι' ὧν ἐδιδάχθημεν, ὡς ὁ αὐτὸς Εὐτυχὴς λιβέλλους ἐξαπέστειλεν ὑμῖν πεπληρωμένους πάσης ἀπάτης καὶ πανουργίας, φήσας, ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως λιβέλλους ἐπιδεδωκέναι ἐκκλήτους ἡμῖν τε καὶ τῇ ἐνδημούσῃ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ ἐπικαλέσασθαι τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα· ὅπερ οὐδαμῶς παρ' αὐτοῦ γέγονεν· ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος διεψεύσατο, * ὡς πατὴρ * ὢν τοῦ ψεύδους, συναρπάσαι τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς οἰόμενος. συγκινηθεὶς οὖν, ὁσιώτατε πάτερ, διὰ πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ τολμηθέντα, καὶ διὰ τὰ εἰς ἡμᾶς καὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν * γενόμενά τε καὶ γινόμενα, παρρησίασαι συνήθως κατὰ τὸ πρέπον τῇ ἱερωσύνῃ· καὶ οἰκειωσάμενος τὸ κοινὸν πρᾶγμα, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν κατάστασιν, συμψηφίσασθαι μετὰ τῆς γινομένης κατ' αὐτοῦ κανονικῶς καθαιρέσεως, δι' οἰκείων γραμμάτων καταξίωσον· στηρίξαι δὲ καὶ τὴν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως πίστιν. μόνης γὰρ τὸ πρᾶγμα δεῖται τῆς παρ' ὑμῶν ῥοπῆς καὶ ἀντιλήψεως, ὀφειλούσης διὰ τῆς οἰκείας * συνέσεως εἰς γαλήνην καὶ εἰρήνην * πάντα μετασκευάσαι. οὕτω γὰρ καὶ ἡ ἐπαναστᾶσα αἵρεσις, καὶ ἡ δι' αὐτὴν ταραχὴ, εὐμαρῶς καταργηθήσεται, τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, διὰ τῶν ὑμετέρων ἱερῶν γραμμάτων· κωλυθήσεται δὲ καὶ ἡ θρυλλουμένη γίνεσθαι σύνοδος, ὥστε μὴ τὰς ἁπανταχόσε ἁγιωτάτας ἐκκλησίας διαταραχθῆναι. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα, ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν. ἐρρωμένος ἐν κυρίῳ, καὶ ὑπερευχόμενος ἡμῶν, * χαρισθείης ἡμῖν, θεοφιλέστατε * καὶ * ἀξιώτατε πάτερ.

* Al. καταπατῶν

* Al. καὶ πίστεως ἀληθείας καταπαιζόμενος

* Al. ὢν δὴ

* Deest in al.

* Al. γενόμενά τε καὶ λεγόμενα

* Al. συναινέσεως

* Al. πάντα

* Al. χαρισθείης

* Deest in al. f. ἀξιώτατε

Eutyches, putat se non daturum pœnas per sanctam illam & œcumenicam synodum definitas. Itaque propter hæc, cùm multi è simplicioribus per ejus disceptationem læderentur in doctrina fidei, cum accusatum à religiosissimo Episcopo Eusebio, & occurrentem ad sanctum Concilium, propriaque voce quid ipse sentiret patribus synodi detegentem, ut qui alienus sit à recta fide, deposuimus, prout sanctitatem vestram docebunt cuncta super eo confecta acta; quæ & misimus cum hisce nostris litteris. Æquum porrò est, mea quidem sententia, ut hoc quoque edoceamini, quòd Eutyches idem justæ & canonicæ depositioni subjectus, cùm debuisset saltem secundis curare priora, necnon per exactam pœnitentiam multasque lacrymas Deum placare, & cor nostrum valde in lapsu ejus contristatum vera resipiscentia delinire, non solùm id non fecit, quinimo per omnia connisus est sanctissimam hujusce loci Ecclesiam conturbare, tabulas publicè proponens contumeliarum & maledictorum plenas, & insuper hæc preces offerens piissimo & Christi amantissimo nostro Imperatori, easque arrogantia & petulantia refertas, in omnibus divinos canones conculcare tentans. Verùm his ita ex consecutione peractis, redditæ nobis sunt litteræ sanctitatis vestræ per Comitem omni admiratione dignum Pansophium; ex quibus edocti sumus eumdem Eutychem libellos ad vos misisse plenos omni fallacia & astu, dicentem se tempore judicii libellos appellationis tradidisse nobis & sanctæ Episcoporum tunc præsentium synodo, atque appellasse ad vestram sanctitatem. quod nequaquam ab eo factum est. sed hac quoque in parte fefellit, velut pater mendacii, se vestris auribus subrepturum arbitratus. Commotus igitur, sanctissime pater, ob omnia quæ ausus est, & propter ea quæ adversùs nos sanctissimamque Ecclesiam facta sunt atque fiunt, solita fiducia utere, sicut sacerdotio convenit; & vindicans communem rem sanctarumque Ecclesiarum compositionem, dignare per proprias quidem litteras suffragari depositioni canonicè adversùs eum factæ, confirmare verò & piissimi Christumque amantis nostri Imperatoris fidem. Res namque solo indiget ex vobis impulsu atque subsidio, quod per vestram prudentiam ad tranquillitatem & pacem cuncta statim translaturum est. Sic enim & quæ insurrexit hæresis, & ob eam excitatus tumultus, facilè cessabit, Deo cooperante, per vestras sacras litteras; prohibebitur verò & quæ evulgatur futura esse synodus; ut ne sanctissimæ totius orbis Ecclesiæ perturbentur. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego quique mecum sunt salutamus. Sanus in Domino, ac pro nobis orans, doneris nobis, Deo dilectissime & sanctissime pater.

Anno Christi 451.

Concil. Chalcedon.

Epistola sancti Papæ Leonis ad Pulcheriam Augustam.

TH ἐνδοξοτάτῃ καὶ φιλανθρωποτάτῃ θυγατρὶ Πουλχερίᾳ ἀεὶ Αὐγούστᾳ, Λέων ἐπίσκοπος καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ῥώμῃ συναχθεῖσα. εἰ ἐπιστολαὶ αἱ περὶ τῆς πίστεως πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν διὰ τῶν κληρικῶν ἀποσταλεῖσαι, ἦσαν ἀποδοθεῖσαι, δῆλον ἦν βοήθειαν

Gloriosissimæ & clementissimæ filiæ Pulcheriæ semper Augustæ Leo Episcopus & sancta synodus Romæ congregata. Si epistolæ quæ de fide ad vestram pietatem per Clericos missæ fuerant fuissent redditæ, certum est auxilium

Vide suprà pag. 1018. cap. XVI.

ANNO CHRISTI 451

CONCIL. CHALCEDON.

& remedium vos hisce rebus, quæ contra fidem fiunt, adspirante vobis Domino, potuisse præstare. Quando enim à sacerdotibus, vel quando à Christiana religione vel fide retrocessistis? Sed quoniam ad humanitatem vestram non potuerunt pervenire qui missi fuerant, adeo ut vix ad nos unus ex iis Diaconus, nomine Hilario, fugiens reversus sit, repetendas credidimus litteras. Et ut nostræ preces sint validæ, ipsorum quæ scripta fuerant ad vestram humanitatem subjecimus exempla, majoribus vos contestationibus obsecrantes ut quanto acerbiora facta sunt, quibus pro Romana fide convenit repugnare, tanto majori gloria qua eminetis, curam geratis religionis, ne catholicæ fidei integritas per aliquam occasionem & contentionem humanam violetur. Nam Ephesi congregata synodus, quæ credebatur pacis remedio mitigatura, non solùm hæc in majus pacis damnum, sed, quod dolore & indignatione dignum est, etiam in ipsius fidei interitum ac subversionem Christianorum processit. Et ii quidem qui missi sunt, quorum unus vim Episcopi Alexandrini sibi cuncta vindicantis effugiens, gestarum rerum nobis ordinem fideliter renuntiavir, restiterunt in synodo, & ut oportuit, unius hominis non tam judicio quàm furori, protestantes ea quæ per vim metumque gererentur Ecclesiæ juribus atque ipsi symbolo ab Apostolis introducto præjudicium ferre non posse, nec se ab ea fide quam plenè expositam & digestam, à sede beatissimi Apostoli Petri ad sanctam synodum detulissent dicentes abscessuros per ullius injuriam. Cujus fidei recitatio cùm poscentibus Episcopis non sit admissa, ut eadem remota fide, quæ Patriarchas, Prophetas, Apostolos, & Martyres coronavit, Domini nostri Iesu Christi nativitas secundùm carnem, & vera mors, ac regenerationis ejus confessio, quod vel dicere horrendum est, solveretur, illustrissima & humanissima filia Augusta, scripsimus hac de re, ut potuimus, ad gloriosissimum Imperatorem, quodque maximum est, Christianum, cujus epistolæ exemplar subjecimus, ut fidem, in qua renatus per Dei gratiam regnat, nulla sineret novitate corrumpi, quoniam Flavianus Episcopus in nostra omnium communione perstitit; & hoc quod factum est sine jure & contra omnium canonum disciplinam, ratum haberi nulla ratione permittatur, & specialiter, quia dissensionis scandalum non abstulit Ephesina synodus, sed magis auxit, synodi in Italia habendæ & locus & tempus definiatur, omnibus querelis & præjudiciis utriusque partis suspensis; quò diligentiùs universa quæ offensionem fecerunt tractentur, & absque vulnere fidei ac religionis injuria in pacem Dei redeant qui per potentiam subscribere coacti sunt sacerdotes, & solùm auferatur error. Quod ut obtineat, probatissimæ nobis fidei pietas tua, quæ laboribus Ecclesiæ semper concurrit, supplicationem nostram clementissimo Imperatori, specialiter velut à beatissimo

καὶ θεραπείαν ὑμᾶς τούτοις τοῖς πράγμασι τοῖς κατὰ τῆς πίστεως γινομένοις, συμπνέοντος ὑμῖν τοῦ θεοῦ δύνασθαι παρασχεῖν. πότε γὰρ τοῖς ἱερεῦσι, ἢ πότε * τοῖς τῆς Χριστιανῶν θρησκείας ἢ τῆς πίστεως κατόπιν γεγόνατε; ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὴν ὑμετέραν φιλανθρωπίαν οὐκ ἠδυνήθησαν παραγενέσθαι οἱ ἀποσταλέντες, ὡς μόλις πρὸς ἡμᾶς ἕνα τούτων διάκονον ὀνόματι Ἱλάριον φεύγοντα ὑποστρέψαι, ἐπαναλαμβάνειν ἐπιστεύσαμεν τὰ γράμματα. καὶ ὥστε τὰς ἡμετέρας δεήσεις τυγχάνειν ἰσχυρὰς, αὐτῶν τῶν γεγραμμένων πρὸς τὴν ὑμετέραν φιλανθρωπίαν ὑπετάξαμεν * τάδε τῇ ἀντιγραφῇ, μείζοσιν ὑμᾶς διαμαρτυρίαις παρακαλοῦντες, ἵν' ὅσῳ χαλεπώτερα γέγονεν, οἷς ὑπὲρ τῆς Ῥωμαϊκῆς πίστεως προσῆκόν ἐστι ἀντιμαχέσασθαι, τοσοῦτον μείζονι δόξῃ [ἣ] καθυπερέχετε, φροντίσητε τῆς θρησκείας, πρὸς τὸ τῆς καθολικῆς πίστεως ἀκέραιον μὴ ἀπό τινος ἀφορμῆς καὶ φιλονεικίας ἀνθρωπίνης παραβιάζεσθαι. ἡ γὰρ ἐν Ἐφέσῳ συνελθοῦσα σύνοδος, πιστευομένη τῇ τῆς εἰρήνης θεραπείᾳ καταπραΰνεσθαι, οὐ μόνον * ταύτην εἰς μείζονα τῆς εἰρήνης ζημίαν, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ λύπης καὶ ἀγανακτήσεως ἄξιον, καὶ αὐτῆς τῆς πίστεως πρὸς ὄλεθρον καὶ ἀνατροπὴν τοῖς Χριστιανοῖς προεχώρησε. καὶ οὗτοι μὲν οἱ ἀποσταλέντες, ὧν εἷς τὴν βίαν τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρέων ἑαυτῷ πάντα ἐκδικοῦντος ἐκφυγὼν, τῶν πεπραγμένων πραγμάτων ἡμῖν τὴν τάξιν μετὰ πίστεως ἀπήγγειλεν, ἀντέστησαν ἐν τῇ συνόδῳ καὶ ὡς ἔχρῆν, ἑνὸς ἀνθρώπου, οὐ τῇ κρίσει μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ μανίᾳ, διαμαρτυρόμενοι ἅπερ κατὰ βίαν καὶ φόβον ἐπράττετο, τοῖς τῆς ἐκκλησίας δικαίοις, καὶ αὐτῷ τῷ συμβόλῳ τῷ [ἀπὸ] τῶν ἀποστόλων εἰσηγηθέντι, πρόκριμα φέρειν οὐ μὴ δύνασθαι· καὶ οὔτε ἑαυτοὺς ἀπὸ ταύτης τῆς πίστεως, ἣν πλήρη ἐκτεθεῖσαν καὶ διατυπωθεῖσαν, ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ μακαριωτάτου ἀποστόλου Πέτρου εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον [ἤνεγκαν] εἰρηκότας ἀφίστασθαι κατὰ ἀδικίαν τινός. ἧς πίστεως ἡ ἀνάγνωσις, παρακαλούντων τῶν ἐπισκόπων, οὐ προσεδέχθη· ὥστε τῆς αὐτῆς ἀποκινηθείσης πίστεως, ἥτις τοὺς πατριάρχας [καὶ προφήτας] καὶ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας ἐστεφάνωσε, τὴν γέννησιν τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα, καὶ τὸν ἀληθῆ θάνατον, καὶ τῆς ἀναγεννήσεως αὐτοῦ τὴν ὁμολογίαν, ὅπερ φρικτόν ἐστι καὶ λέγειν, διαλυθῆναι· ἐπιφανεστάτη καὶ φιλανθρωποτάτη δέσποινα θυγάτηρ Αὐγοῦστα, ἐγράψαμεν περὶ τούτου τοῦ πράγματος, ὡς ἠδυνήθημεν πρὸς τὸν ἐνδοξότατον βασιλέα, καὶ ὅπερ ἐστὶ [μέγιστον] Χριστιανόν· ἧς ἐπιστολῆς τὸ ἀντίτυπον ὑπετάξαμεν· ὡς τὴν πίστιν, δι' ἧς ἀναγεννηθεὶς διὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος βασιλεύει, μηδαμῶς συγχωρῆσαι καινισμῷ τινι διαφθείρεσθαι· ἐπειδὴ Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πάντων κοινωνίᾳ μεμένηκε· καὶ τοῦτο ὅπερ γέγονεν ἄνευ δικαίου καὶ παρὰ τὴν ἐπιστήμην πάντων τῶν κανόνων, μηδενὶ βέβαιον εἶναι λόγῳ ἐπικρατηθῇ· καὶ ἐν εἴδει, τῆς διχονοίας τὸ σκάνδαλον οὐκ ἀφείλατο ἡ τῆς Ἐφέσου σύνοδος, ἀλλὰ μᾶλλον ηὔξησε· συνόδου γινομένης ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ὁ τόπος καὶ ὁ χρόνος ὁρισθήσονται, πάντων τῶν μέμψεων καὶ τῶν προκριμάτων ἑκατέρου μέρους ἀναρτηθέντων, ἵνα ἐπιμελέστερον πάντα ποιήσαντα τὴν πρόσκρουσιν ἀναψηλαφηθείη, καὶ χωρὶς τοῦ τραύματος [τῆς πίστεως] καὶ ὕβρεως τῆς θρησκείας εἰς εἰρήνην τοῦ θεοῦ ἐπανέλθωσιν, οἱ διὰ τὴν δυναστείαν ὑπογράψαι καταναγκασθέντες ἱερεῖς, καὶ ἡ πλάνη μόνον ἀφαιρεθείη. ὅπερ ἵνα κρατήσῃ, τῆς δεδοκιμασμένης ἡμῖν πίστεως ἡ εὐσέβεια, [σὴ] ἡ τοῖς καμάτοις ἀεὶ τῆς ἐκκλησίας συνελθοῦσα, τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν, τῷ φιλανθρωποτάτῳ βασιλεῖ, ἰδικῶς ὡς ἀπὸ τοῦ μακαριωτάτου

ANNO CHRISTI 451

CONCIL. CHALCEDON.

* f. τῷ

* f. ταῦτα τῇ ἀντιγραφῇ

* f. αὐτὴν

* f. πολιτικόν

Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τῆς πρεσβείας ἐπιτραπείσης, καταξιώσειε διασαφῆσαι· ὥστε πρὶν τὸν * πολεμικώτατον τοῦτον καὶ ὀλέθριον πόλεμον εἰς τὴν ἐκκλησίαν κρατῆσαι, τοῦ ἀνανεῶσαι τῆς ἀφθονίας τῆς ἑνότητος, τοῦ θεοῦ βοηθοῦντος συγχωρήσῃ· γινώσκων δυνάμεσι τῆς αὐτοῦ βασιλείας συνοίσειν, τὸ τῇ καθολικῇ ἐλευθερίᾳ διὰ τῆς αὐτοῦ φιλαγάθου διατυπώσεως συνεισφερόμενον.

Petro Apostolo legatione commissa, manifestare dignetur; ut priusquam civile hoc & exitiale bellum intra Ecclesiam convalescat, redintegrandæ unitatis copiam, Deo auxiliante, concedat, sciens imperii sui viribus profuturum quicquid catholicæ libertati benigna ipsius fuerit dispositione collatum.

Ejusdem epistola synodica ad clerum & populum Constantinopolitanum.

Λέων ἐπίσκοπος, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίων συναχθεῖσα, κλήρῳ, ἀξιωματικοῖς, καὶ παντὶ τῷ λαῷ, τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀγαπητοῖς υἱοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Εἰς γνῶσιν ἡμῶν ἐλθόντων ἅπερ ἐν τῇ Ἐφέσῳ παρὰ τὴν προσδοκίαν πάντων πέπρακται, μεγάλῃ λύπῃ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ὁμολογοῦμεν συγχυθεῖσαν· οὐδὲ τοσοῦτον ἐξεῖναι τῇ ἀνομίᾳ ῥᾳδίως ἠδυνήθημεν πιστεῦσαι, εἰ μὴ ὁ υἱὸς ἡμῶν Ἱλάριος ὁ διάκονος, ὅστις εἰς τόπον τὸν ἡμέτερον μετ' ἄλλων ἵνα παρευρεθῇ ἐν τῇ συνόδῳ ἀπεστάλη, φεύγων ὑπέστρεψεν, ἐκκλίνων τῆς ἀδικίας κοινωνὸς γενέσθαι. ὁ καὶ τὰ μάλιστα φωνὴ ἀντιλογίας ἐκεῖσε ἀπὸ τῶν ἡμετέρων προσβέβληκεν, ἥν τινα ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ὅστις ἑαυτῷ διὰ τῆς ἀμέτρου δυναστείας τὸ πᾶν ἐξεδίκει, ἀκοῦσαι κατέπτυσεν, εἰς κοινωνίαν τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἄκοντας ἕλκων τοὺς ἐπισκόπους, ἵνα διὰ τὴν βίαν ἀναγκασθῶσιν ὑπογράψαι, οἵτινες οὐδὲ μίαν καθαιρέσεως ἀφορμὴν ἱκανὴν εὑρεῖν ἠδυνήθησαν. ἀλλὰ ταύτην τὴν τόλμαν τῷ εὐσεβεῖ καὶ Χριστιανῷ βασιλεῖ πιστεύομεν οὐδαμῶς ἀρέσαι δύνασθαι. νῦν μέντοι ἐπειδὴ τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν ταύτῃ τῇ πράξει ἔγνωμεν διασκορπισθεῖσαν, παραμυθητικῶς καὶ προτρεπτικῶς ὑμᾶς δεῖν πιστεύομεν διὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιστολῆς, ἵνα ὑπὲρ τῆς καθολικῆς πίστεως τῆς ἐκδικίας, τῇ τῶν ἀπίστων ἀνομίᾳ ἐναντιώσησθε. οὐ γὰρ βουλόμεθα τὴν ἀγάπην ὑμῶν ταύτῃ τῇ λύπῃ καταφορτίζεσθαι, ὅταν μείζων δόξα τῇ ὑμετέρᾳ παραμονῇ ἐπακολουθῇ, ἵνα ἀπὸ τοῦ δεδοκιμασμένου ἐπισκόπου ὑμῶν, οὐδεμία ὑμᾶς ἀπειλή, οὐδεὶς φόβος ἀποσπάσαι δυνήσεται. εἴ τις γὰρ ὑγιαίνοντος καὶ ζῶντος Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου [ὑμῶν] τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτοῦ τολμήσῃ ὑπεισελθεῖν, οὐδέποτε εἰς κοινωνίαν ἡμετέραν γενήσεται, οὐδὲ μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων δυνήσεται ἀριθμηθῆναι. ἡμεῖς γὰρ καθάπερ Νεστόριον ἐν τῇ αὐτοῦ διαστροφῇ ἀναθεματίσαμεν, οὕτως καὶ ἐκείνους οἵτινες τὴν ἀλήθειαν τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἐν τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ ἀρνοῦνται, ὁμοίᾳ ἀφορισμοῦ καταδικάζομεν. στήκετε τοίνυν ἐν τῷ πνεύματι τῆς [καθολικῆς] ἀληθείας. καὶ τὴν ἀποστολικὴν προτροπὴν τῇ διακονίᾳ τοῦ ἡμετέρου στόματος δέξασθε· ἐπειδὴ ὑμῖν κεχάρισται ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ οὐ μόνον ἵνα εἰς αὐτὸν πιστεύητε, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. μὴ θέλετε ὑπολαμβάνειν, ἀγαπητοί· ὅτι τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ ἀπολειφθήσεται ἢ ὑστερήσει ποτὲ ἡ * θεία ἐκκλησία. ἐκλάμπει γὰρ τῆς πίστεως τὸ καθαρόν, ὅταν ἀπ' αὐτῆς ὁ ῥύπος τῆς πλάνης χωρισθῇ. ὅθεν πάλιν καὶ πάλιν ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ κυρίου διαμαρτυρόμεθα ὁμοῦ καὶ ὑπομιμνήσκομεν, ἵνα ἀπὸ τῆς πίστεως ἐν ᾗ τεθεμελιωμένοι ἐστέ, καὶ ἐν ᾗ τὸν Χριστιανικώτατον βασιλέα οἴδαμεν παραμένειν, μήτε ἐνέδραις, μήτε πειθοῖς ἀπάταις μετακινηθῆτε· ἀλλ' εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν ἐκεῖνον τοῖς ὀφθαλμοῖς κατέχητε, ὑπὲρ οὗ αὐτὸς πάντα παθεῖν ἅπερ ἐπηνέχθη οὐκ ἐφοβήθη· οὗτινος ἐν πᾶσι μιμητὰς ὑμᾶς γενέσθαι ἐπιθυμοῦμεν, ἵνα κοινὸν μετ' αὐτοῦ τὸν στέφανον τῆς πίστεως λαμβάνειν δυνηθῆτε.

* f. ἐκδικία

Suprà pag. 1021 cap. XXV.

Leo Episcopus & sancta synodus quæ in urbe Roma congregata est, clero, honoratis, & omni populo consistentibus apud Constantinopolim, dilectis filiis, in Domino salutem. In notitiam nostram quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta perlatis, magno animum nostrum fatemur mœrore confusum; nec tantum licuisse iniquitati facilè potuissemus credere nisi filius noster Hilarius Diaconus, qui [à nobis] vice nostra cum aliis ut interesset synodo missus fuerat, fugiens revertisset, declinans ne iniquitatis particeps esset. Quippe cùm vox illic a nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus Episcopus, qui totum sibi per immodicam potentiam vindicavit, audire respuit, in consortium suæ voluntatis invitos pertrahens Episcopos; ut per vim cogerentur subscribere qui nullam damnationis causam idoneam reperire potuissent. Sed hos ausus pio & Christiano Imperatori confidimus minimè placituros. At nunc, quia Ecclesiam vestram hac actione cognovimus dissipatam, consolandos adhortandosque vos esse credimus nostris epistolis, ut pro catholicæ fidei defensione perfidorum nequitiæ resistatis. Nolumus enim dilectionem vestram hoc mœrore opprimi, cùm major gloria vestram sit subsecutura constantiam, si à probato Episcopo vestro nullæ vos minæ, nulla formido divellere potuerit. Quisquis enim incolumi atque superstite Flaviano Episcopo vestro pontificium ejus ausus fuerit invadere, nunquam in communione nostra habebitur, nec inter Episcopos poterit numerari. Nos enim sicut Nestorium in sua perversitate anathematizavimus, ita & eos qui veritatem carnis nostræ in Domino Iesu Christo denegant pari exsecratione damnamus. State igitur in spiritu catholicæ veritatis, & apostolicam cohortationem ministerio nostri oris accipite: quia vobis donatum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. (Philipp. 1. 29.) Nolite arbitrari, dilectissimi, quòd sanctæ Ecclesiæ suæ desit aut defutura sit aliquando divina protectio. Splendescit enim fidei puritas, cùm ab ea sordes separantur errorum. Vnde iterum iterumque vos ante conspectum Domini obtestamur pariter & monemus ut à fide in qua fundati estis, & in qua Christianissimum Principem novimus permanere, non insidiis, non quibuscunque persuasionibus moveamini; sed in persona Episcopi vestri illum in [cordis] oculis habeatis pro quo idem omnia pati quæ fuerunt illata non metuit: cujus per omnia imitatores vos esse cupimus, ut communem cum ipso coronam fidei accipere possitis.

Concil. Chalcedon. Sup à pag. 29 cap. XVII.

Hilari Diaconi Ecclesiæ Romanæ epistola ad Pulcheriam Augustam.

Clementissimæ & piissimæ Pulcheriæ Augustæ, Hilarius Diaconus. Studium mihi fuisse post synodum advenire Constantinopolim dicere non debeo; quoniam manifesta necessitas erat, quæ me litteras beatissimi Papæ ad vestram clementiam directas dare tabellario compelleret, ut pariter & vestræ pietati ac invictissimo & Christianissimo Principi officium quod debebam venerationis palam exsolverem. Sed huic tam sacro meo proposito illud impedimentum evenit, quod omnium bonorum inimicum est, & Christianorum ingemiscit affectus, hoc est, Alexandrinus Episcopus, in damnatione virorum inculpabilium potentissimus. Nam postea quam injustæ ejus voluntati atque sententiæ communicare non potui, ad aliud Concilium tertotibus atque insidiis me evocare conatus est; quatenus me, quod absit, aut seductionibus faceret consentire ad condemnandum sanctissimum Flavianum Episcopum, aut resistentem teneret, ut mihi non esset licentia ad pietatem vestram & Constantinopolim percurrere aut ad Romanam Ecclesiam permeare. Veruntamen confidens de auxilio Christi Dei nostri, à damnatione reverendissimi & sanctissimi viri innocentem me integrumque servavi; licèt nulla flagella, nulla tormenta me possent facere iniquæ eorum consentire sententiæ; sed omnibus derelictis, exinde discessi, per incognita & invia loca Romam veni, ut reverendissimo Papæ omnium quæ in Epheso gesta sunt idoneè nuntiaretur; quem vestra veneranda clementia cognoscat cum omni occidentali Concilio reprobare omnia quæ in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia à Dioscoro Episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse quæ per potentiam prædicti, non sine læsione fidei, in præjudicium sancti viri innoxiique commissa sunt. Quæ verò constanti ac forti auctoritate pro fide cominus à me nuntiata sunt superfluum credo narrare. Nam hæc ex litteris reverendissimi Papæ agnoscens. Unde, domina splendidissima atque clementissima Augusta, adoranda vestra pietas, quæ & inchoata relinquere non debet, zelo religioso sinceræ fidei, constanti animo constituat.

Τῇ φιλανθρωποτάτῃ καὶ εὐσεβεστάτῃ Πουλχερίᾳ Αὐγούστῃ, Ἱλαρίων διάκονος. σπουδὴν μοι γεγενῆσθαι, μετὰ τὴν σύνοδον παραγενέσθαι κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, λέγειν οὐκ ὀφείλω, ἐπειδήπερ φανερὰ ἦν ἀνάγκη, ἥτις τὰ γράμματα τοῦ μακαριωτάτου Πάπα πρὸς τὴν ὑμετέραν φιλανθρωπίαν ἀποσταλέντα δοῦναί με τῷ διακομίζοντι ἠνάγκαζεν, ἵν᾽ ἅμα καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας καὶ τοῦ ἀηττήτου Χριστιανικωτάτου βασιλέως τὸ καθῆκον ὅπερ ὀφειλον τὸ κατὰ θρησκείαν ἐναργῶς ἀποδοῦναι. ἀλλὰ τῇ προθέσει τῇ ἐμῇ τῇ οὕτως ἱερᾷ προσγινόμενον ἐγένετο ἐκεῖνο, τὸ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐχθρὸν, [καὶ ὁ Χριστιανῶν] ἡ διάθεσις ἀποδύρεται, ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ὁ ἐπὶ τῇ καταδίκῃ τῶν ἀνευθύνων δυνατός· μετὰ γὰρ τὸ ἐμὲ τῇ ἀδίκῳ αὐτοῦ γνώμῃ καὶ ἀποφάσει κοινωνεῖν μὴ δυνασθῆναι, συνήλασεν εἰς ἄλλην σύνοδον, ἀπειλαῖς καὶ ἐπιβουλαῖς προσκαλούμενος πρὸς τὸ με, ὅπερ ἀπέστω, ἢ * ἐξ * ἀπάτης συναινέσαι εἰς τὸ καταδικάσαι τὸν ἁγιώτατον Φλαβιανὸν τὸν ἐπίσκοπον, ἢ ἀνθιστάμενον κατέχειν, ἵνα μοι μὴ γένοιτο μήτε τὸ ἐκδραμεῖν πρὸς τὴν εὐσέβειαν τὴν ὑμετέραν καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἢ ἀναδραμεῖν εἰς τὴν Ῥώμης ἐκκλησίαν παραχεθῆν ἄδεια. ὅμως πεποίηκα, βοηθοῦντος τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἡμετέρου θεοῦ, ἀπὸ τῆς καταδίκης τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ ὁσίου ἀνδρὸς, ἀθῷόν [με] καὶ ἀκέραιον φυλάξαι· εἰ καὶ ὅτι οὐδεμία μάστιξ, οὐδὲ βάσανος ἠδύνατό με τῇ ἀδίκῳ αὐτῶν ἀποφάσει ποιεῖν συναινέσαι· ἀλλὰ πάντων καταλειφθέντων, ἐκεῖθεν ἀνεχώρησα, διὰ ἀγνώστων καὶ ἀνοδεύτων τόπων εἰς τὴν Ῥώμην ἀπῆλθον· τῷ εὐλαβεστάτῳ Πάπᾳ πάντων τῶν ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένων ἱκανῶς μεμήνυται. ὃν ἡ ὑμετέρα προσκυνητὴ φιλανθρωπία μανθανέτω, μετὰ πάσης τῆς δυτικῆς [συνόδου] ἀποδοκιμάσαι πάντα τὰ ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τῶν κανόνων διὰ θορύβου καὶ μίσους βιωτικοῦ ἀπὸ Διοσκόρου τοῦ ἐπισκόπου γενόμενα, καὶ μηδενὶ λόγῳ ταῦτα ὑποδεχθῆναι δύνασθαι ἀπὸ τῶν μερῶν τούτων, ἅπερ κατὰ δυναστείαν τοῦ προειρημένου, οὐκ ἄνευ βλάβης τῆς πίστεως, εἰς πρόκριμα τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς καὶ ἀθῴου * ἐπλημμέληνται. καὶ ἅπερ τῇ σταθερᾷ καὶ ἰσχυρᾷ αὐθεντίᾳ ὑπὲρ τῆς πίστεως χεδὸν ἀπ᾽ ἐμοῦ μεμήνυται, περιττὸν ἡγοῦμαι λέγειν. καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν γραμμάτων τοῦ εὐλαβεστάτου Πάπα μαθήσεσθε. ὅθεν δέσποινα ἐπιφανεστάτη καὶ φιλανθρωποτάτη Αὐγοῦστα, ἡ προσκυνητή σου εὐσέβεια, ἥτις καὶ τὰ ἀρχὴν λαβόντα καταλιμπάνειν οὐκ ὀφείλει, τῷ εὐλαβοῦς τῆς ἀκεραίου πίστεως ζήλῳ, μονίμῳ διανοίᾳ συνταξάτω.

* f. ἐξαπάτης

* f. ἐπλημμελήθη

Gallæ Placidiæ epistola ad Pulcheriam.

Ibid. cap. XVIII.

Galla Placidia piissima & illustrissima semper Augusta, Æliæ Pulcheriæ piissimæ semper Augustæ filiæ. Ut Romam frequentibus concursionibus adæque desideremus inspicere causa est præcipua, religio, ut luminibus sanctorum nostram exhibeamus præsentiam, quos certum est pro sua virtute in cœlestibus constitutos, neque inferiora despicere. Nos itaque sacrilegii genus esse credimus, si sollemnium ordinem denegemus. Cùm igitur beatissimo Apostolo Petro nostram præsentiam dedissemus, illic multitudine sacerdotum reverendissimus Leo Papa circumdatus, pro dignitate sui loci nos primus adiit; & propter

Γάλλα Πλακιδία ἡ εὐσεβεστάτη καὶ ἐπιφανεστάτη ἀειαυγοῦστα Αἰλίᾳ Πουλχερίᾳ τῇ εὐσεβεστάτῃ ἀειαυγούστᾳ θυγατρί. ὅτι τὴν Ῥώμην συνεχέσιν ἐκδρομαῖς ὁμοίως ἐπιποθοῦμεν ὁρᾶν, τῆς θρησκείας ἐστὶν ἐξαίρετος ἡ ὑπόθεσις, ὥστε τοῖς ὄψεσι τῶν ἁγίων τὴν ἡμετέραν ἀποδίδοσθαι παρουσίαν, οὓς ἀληθές ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανίοις κατὰ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν καταστάθέντας, οὐδὲ τῶν κατωτέρω καταφρονεῖν. ἡμεῖς τοίνυν ἱεροσυλίας εἶδος εἶναι νομίζομεν, εἰ ἀρνησόμεθα τὴν εἰωθυῖαν τὴν τάξιν. ἐπεὶ οὖν τῷ μακαριωτάτῳ ἀποστόλῳ Πέτρῳ τὴν ἡμετέραν παρουσίαν ἀποδεδώκαμεν, κἀκεῖσε τῷ πλήθει τῶν ἱερέων ὁ εὐλαβέστατος περιλαβόμενος Πάπας Λέων, κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ ἰδίου τόπου πρῶτος ὑπέβαλε· καὶ διὰ

ANNO CHRISTI 451. CONCIL. CHALCEDON.

τὴν παρεπιδημίαν τῆς συναγμοῦ λείπειν, τὴν ἑαυτοῦ ἐπιθυμίαν σχεδὸν διὰ ῥημάτων δηλοῦν οὐκ ἠδύνατο. νενίκηκεν ὅμως τὸ σταθερὸν τοῦ φρονήματος τοῦ ἱερέως, ἐπισχεῖν ὀλίγον τὰ δάκρυα, καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς παραβαθείσης πίστεως, ὡς ταύτης ἔνδικος, σαφεῖ τῷ λόγῳ προηνέγκατο. ἐν ᾧ λόγῳ διέγνωμεν, ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις τὴν καθολικὴν πίστιν τεταράχθαι, * τὴν ἐκ τοῦ θείου πατρὸς ἡμῶν Κωνσταντίνου μέχρι τοῦ σήμερον ἐν τοῦ ἡμετέρου γένους ἐφύλαξαν πρόγονοι. κατὰ γνώμην τινὸς ὅσον φαῦλον κατὰ τοῦ ἱερέως Κωνσταντινουπόλεως * ἐκγυμνάσαι λέγεται. ἡμεῖς οὖν ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον συνόδῳ, τῇ μὴ μέτρον τάξιν ἱερωσύνης φυλαξάσῃ, ἢ μὴ συμμετρίαν, ἄνευ τῆς προσοχῆς τῆς θειότητος πάντα πεπρᾶχθαι μεμαθήκαμεν, ὥστε τὴν πρόληψιν καὶ τὴν ἀδικίαν καὶ εἰς τινῶν καταδίκην λέγεσθαι κρατεῖν· ἃ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις φρικτὰ εἶναι δοκεῖ. ὀφείλει τοίνυν ἡ πίστις ἰδικῶς κρατεῖν, δέσποινα ἁγιωτάτη καὶ προσκυνητὴ θύγατερ Αὐγοῦστα. τοιγάρτοι ἡ σὴ φιλανθρωπία κατὰ τὴν καθολικὴν πίστιν, ὅπερ ἀεὶ μεθ' ἡμῶν πεποίηκε, καὶ νῦν ὁμοίως συμπνεῦσαι καταξιωσάτω· ὥστε πᾶν ὃ ἐν ἐκείνῃ τῇ τεταραγμένῃ καὶ ἀθλίᾳ συνόδῳ τετύπωται, πάσης ἀποκινηθῆναι δυνάμεως· καὶ πάντων ἀκεραίων μενόντων, εἰς τὸν ἀποστολικὸν θρόνον, ἐν ᾧ πρῶτος ὁ μακαριώτατος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, τὰ κλεῖθρα τῶν οὐρανῶν ὑποδεξάμενος, τὴν ἀρχιερωσύνην ἐκόσμησε, τῆς ἐπὶ * ὑπόθεσις διαπεμφθῆναι. ὀφείλομεν γὰρ τῇ ἀθανάτῳ πόλει ἀπονέμειν ἐν πᾶσι τὰ πρωτεῖα, τῇ διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς, τοῦ κόσμου * κληρῶσαι * μὲν, * ἢ τῆς δεσποτείας, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ τὸν κύκλον καὶ διοικητέον καὶ φυλακτέον ἐπιτρέψασῃ.

* l. ἐν
* l. ἐπιμανῆναι
* l. κληρωσαμένη

interpositam gemitus tristitiam, desiderium suum verbis penè insinuare non poterat. Vicit tamen constantia sapientiæ sacerdotis, ut lacrymas paululum retineret, & causam violatæ fidei, tamquam hujus vindex, manifesto sermone proferret. In quo sermone cognovimus nostris temporibus catholicam fidem esse turbatam, quam à divo patre nostro Constantino nostri generis parentes hactenus servaverunt. Secundùm voluntatem namque cujusdam pravum aliquid adversùs sacerdotem Constantinopolitanum actum dicitur. Nos itaque in Ephesino Concilio, quod nullum ordinem sacerdotii custodivit neque mensuram, sine consideratione divinitatis omnia esse gesta cognovimus, adeo ut præsumptio & injustitia etiam in quorundam damnationem vim obtinere dicatur: quæ nostris temporibus horribilia esse videntur. Debet itaque fides propriè valere, domina sanctissima atque venerabilis filia Augusta. Igitur tua clementia secundùm catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter conspirare dignetur; ut quicquid in illo tumultuoso miseroque Concilio constitutum est, omni virtute removeatur; & omnibus integris permanentibus, ad apostolicam sedem, in qua primus beatissimus Apostolorum Petrus, claves cælorum suscipiens, sacerdotii principatum decoravit & texit, episcopatus causa mittatur. Debemus enim primatum in omnibus æternæ urbi tribuere, quæ per virtutem suam mundi dominationem sortita est, & nostro imperio orbem gubernandum servandumque commisit.

Ἐπιστολὴ Λέοντος ἐπισκόπου Ῥώμης πρὸς τοὺς ἀρχιμανδρίτας Κωνσταντινουπόλεως.

Λέων ἐπίσκοπος, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίων συναχθεῖσα, Φαυστίνῳ, Μαρτίνῳ, Πέτρῳ, Μανουηλίῳ, πρεσβυτέροις καὶ ἀρχιμανδρίταις μοναστηρίων Κωνσταντινουπόλεως. εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐκεῖνα ἃ τῇ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ γεγράφηκαμεν, τὴν φροντίδα τῆς ὑμετέρας ἀγάπης λαθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, ὅμως καὶ ἰδικοῖς γράμμασι τὴν ἀγάπην ὑμῶν προτρέψασθαι ἀκόλουθον εἶναι ἡγησάμεθα, ἵνα μεμνημένοι τῆς ἁγίας [ἐπαγγελίας ὑμῶν,] ἥτις ἰδικῶς ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ συνίσταται, πάντα τὰ σκάνδαλα τὰ κατέναντι τῆς ἐκκλησίας διεγερθέντα, ἀπὸ τῆς ὑμετέρας καρδίας ἀποβάλλητε· τοῦ μακαρίου ἀποστόλου τὰς ἀποφάσεις εὐσεβεῖ γνώμῃ διακατέχοντες· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω· καὶ φυλάττοντες ὁμοψυχίαν μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ὅντινα πρὸς καιρὸν ὁ κύριος συνεχώρησε τῶν ἀσεβῶν ταῖς ἐπιβουλαῖς πειραθῆναι, ἵνα δόκιμον ἑαυτῷ τὸν ἴδιον ἀρχιερέα, διὰ τῆς ὑπομονῆς ποιήσῃ λαμπρότερον. αὗται γὰρ αἱ ταραχαὶ ἀναγκαίως, βοηθούσης τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, τάχιον διαλυθήσονται, καὶ πᾶν τὸ ἀποδοκιμασθὲν, ἀπὸ τῆς καθαρότητος τῆς ἐκκλησίας, ἥτις οὔτε σπῖλον οὔτε ῥυτίδα ἐπιδέχεται, ἀπορριφήσεται· μάλιστα ὅτι ἀπὸ τῆς μανιώδους * αἰτίας εἰς τοσοῦτον ἔφθασαν, ἵνα κατέναντι τοῦ μυστηρίου τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων, ἡ τῆς ἐνσαρκώσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀλήθεια ἀρνήσηται, καὶ ὁ τῆς ἀρχαίας πίστεως κῆρυξ καὶ ἔκδικος, ἐπειδὴ οὐ συνέθετο

* f. ἀμαθοῦς

Epistola Leonis Episcopi Romani ad Archimandritas Constantinopoleos.

Leo Episcopus & sancta synodus quæ in urbe Romana convenit, Faustino, Martino, Petro, Manoeli, Presbyteris & Archimandritis monasteriorum Constantinopolitanorum. Quamvis ea quæ ad Constantinopolitanam Ecclesiam scripsimus sollicitudinem caritatis vestræ latere non possint, tamen etiam specialibus dilectionem vestram litteris cohortari consentaneum esse duximus; ut memores sanctæ professionis vestræ, quæ propriè in fide & caritate consistit, omnia scandala quæ contra Ecclesiam orta sunt à vestro corde repellatis, beati Apostoli sententiam pia mente retinentes: *Si quis vobis evangelizaverit prater id quod accepistis, anathema sit:* & custodientes unanimitatem cum fratre nostro Flaviano Episcopo, quem ad tempus Dominus permisit impiorum factione tentari, ut probatum sibi suum Pontificem perseverantiæ merito faceret clariorem. Hæ autem perturbationes necesse est ut auxiliante Dei gratia celeriter destruantur, & omne quod reprobum est, ab Ecclesiæ puritate, quæ nec maculam nec rugam recipit, rejiciatur; maximè cùm ab insana imperitia in hoc usque proruptum sit ut contra sacramentum salutis humanæ incarnationis Domini nostri Iesu Christi veritas denegetur, atque antiquæ fidei prædicator atque defensor, quia non acquievit

Suprà pag. 1022. cap. XXVI.

blasphemiis quas olim sancti patres nostri in multis hæreticis damnavere, subjiciatur injuriis. in quo utique omnium Domini sacerdotum reverentia cæditur, & universa corporis Christi membra [pulsantur.] Sed quia gloriosum nobis est, quicquid nos pati Deus voluerit, & pro veritate tolerare, in consortium vos patientiæ paternis exhortationibus advocamus, ut per dilectionem vestram omnibus Deo servientibus quæ scripsimus innotescant; ut inimicis evangelii resistentes, nec pastoris vestri dilectionem nec unitatem catholicæ fidei deseratis. Quoniam ea quæ in Ephesо nuper contra veritatem & canonum disciplinam per unius hominis immodicam potentiam gesta sunt, nulla catholicæ fidei ratio rata esse permittit.

τῆς βλασφημίας, ἃς πάλαι περὶ πολλοῦ οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν εἰς πολλοὺς αἱρετικοὺς καθεῖλαν, ὑποβληθεῖν ὕβρεσιν· ἐν ᾧ δηλαδὴ πάντων τῶν τοῦ κυρίου ἱερέων ἡ αἰδὼς τύπτεται, καὶ ὅλα τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἔνδοξον ἡμῖν ἐστὶν, εἴπερ ἂν ἡμᾶς παθεῖν ὁ θεὸς βουληθείη, [καὶ] ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ὑπενέγκαι, εἰς κοινωνίαν ὑμεῖς τῆς ὑπομονῆς πατρικαῖς προτροπαῖς προσκαλούμεθα· ἵνα διὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν πᾶσι τοῖς τῷ θεῷ δουλεύουσιν ἃ ἐγράψαμεν φανερωθείη· ἵνα τοῖς ἐχθροῖς τοῦ εὐαγγελίου ἀντεστηκότες, μήτε τοῦ ποιμένος [ὑμῶν] τὴν ἀγάπην, μήτε τὴν μονάδα τῆς καθολικῆς πίστεως καταλείψητε. ἐπειδὴ ἐκεῖνα τὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ παρελθόντος κατέναντι τῆς ἀληθείας καὶ τῶν κανόνων τῆς ἐπιστήμης δι᾽ ἑνὸς ἀνθρώπου ἄμετρον δυναστείαν πεπραγμένα, οὐδὲ μία τῆς καθολικῆς πίστεως ἀκολουθία δεκτὰ εἶναι συγχωρεῖ.

Suprà in observationibus ad paginam 158. adnotavimus duas fuisse antiquitus editiones Latinas epistola Cyrilli ad Nestorium, unam quidem quam exhibent codices Rustici, aliam qua edita est à Petro Crabbo. Primam dedimus suprà. Secundam nunc damus.

Epistola Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium.

COmpeti quosdam existimationi meæ detrahentes apud reverentiam tuam multa garrire, & id crebrò frequenterque agere, & maximè tunc cùm virorum illustrium atque prudentium præsto esse plurimos vident, & fortasse opinantes tuas aures delectari, non adeo ex voluntate tales adversùm nos voces emittunt, homines nulla quidem in re à me prorsùs offensi nec læsi, sed modestè à nobis clementerque convicti, unus quia cæcis vim egentibusque faciebat, alter quia supra matrem suam erexit gladium, alius quia cum ancilla aurum rapuit alienum, & hac semper existimatione vixit quam nullus inimicissimo suo optat evenire. Ceterùm talium hominum nullam omnino habeo curam, ne videar supra dominum aut magistrum vel supra patres nostros mensuram meæ mediocritatis extendere. Neque enim fieri potest ut aliquis maledicorum vitus & molestiam vitare possit, quamvis rectissimè vivat. Sed illi maledictionis & amaritudinis os plenum habentes, rationem judici omnium reddituri sunt. Ego autem me converto ad id quod me maximè decet; & te nunc quoque admonebo quasi fratrem in Domino ut doctrinam verbi & sensum fidei cautè & cum omni observatione facias semper ad populos, sciens planè quòd si quis ex his qui in Christum credunt unum duntaxat scandalizaverit, indignationi subjacebit ingenti. Sin verò non unus sit, sed multitudo decepta, tunc omni arte nobis utendum est ut circumcidamus scandala, & illis qui quærunt veritatem sanam tectamque fidei dirigamus rationem. Id autem facilè fiet si pariter patrum recensentes scripta sanctorum, eos plurimi faciamus, & nosmetipsos consulentes si in fide consistimus, secundùm quod scriptum est, tum demum rectis illorum atque irreprehensibilibus institutis sensus nostros animosque firmemus. Ait igitur sancta & magna synodus ipsum qui est ex Deo patre naturaliter natus, filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecit pater, hunc descendisse, incarnatum esse & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus in cœlos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse & hominem factum Dei verbum. Non enim dicimus quòd Dei natura conversa vel immutata facta sit caro, nec quòd in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit, sed illud magis quòd carnem animatam anima rationali sibi copulaverit & verbum substantialiter & ineffabiliter & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed quòd diversæ quidem naturæ in unum convenerint. Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non evacuata aut sublata diversitate naturarum per conjunctionem, sed quia simul nobis effecerunt unum Dominum & Christum & filium, id est, divinitatis & humanitatis per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad unitatem. Itaque is qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus; non quia divina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium, nec quòd propter se ipsam opus habuit secundò nasci post illam nativitatem quam habebat ex patre, (Est enim ineptum & stultum hoc dicere, quòd is qui ante omnia secula est consempiternus patri, secundæ generationis eguerit ut esse inciperet) sed quia propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulavit humanam & processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim primùm natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum habitavit in eo verbum, sed in ipsa vulva uteroque virginali se cum carne conjunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ nativitatem suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse & resurrexisse, non quia Deus verbum in sua natura passus sit aut plagas aut clavorum transfixiones aut alia vulnera, (Deus namque incorporalis extra passionem est) sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum, est passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter & vita & vivificans Dei verbum. Sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei, juxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustavit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis; non quòd ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius animam pertinet, (insania est enim hoc vel sentire vel dicere) sed quòd, ut suprà diximus,

vera caro ipsius mortem gustavit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus; non quia in corruptionem ceciderat, quod absit, sed quia ejus resurrexit corpus. Ita Christum unum & dominum confitemur, non tamquam hominem cum verbo coadorantes, ne divisionis quædam species inducatur, sed unum jam & eundem adorantes: quia non est alienum à verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam adsidet patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis adsidentibus, sed uno cum carne per unitatem: quia si talem copulationem factam per substantiam aut quasi impossibilem aut quasi parum decoram noluerimus accipere, in id incidimus ut duos filios esse dicamus. Necesse enim est discernere & dicere hominem separatum fuisse sola filii appellatione honoratum, & rursus verbum, quod est ex Deo, & nomine & veritate filium Dei; sed discernere in duos filios non debemus unum Dominum Iesum Christum. Neque enim id adjuvat rectam fidei rationem, licèt nonnulli copulationem nescio quam perhibeant personarum. Non dixit enim scriptura verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei verbum similiter ac nos participatum habuisse carnis & sanguinis & corpus nostrum propriè suum fecisse & hominem ex muliere processisse, non abjecta nec deposita deitate aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum quod erat. Hoc ubique rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideo illi non dubitarunt sanctam virginem dicere theotocon; non quòd verbi natura deitasque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali cui substantialiter adunatum Dei verbum carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro caritate in Christo scribo, quærens te tamquam fratrem, & contestans coram Christo & electis angelis ut hæc nobiscum & sentias simul & doceas, ut Ecclesiarum pax salva servetur, & concordiæ caritatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.

Post antiquam versionem Latinam gestorum synodi Chalcedonensis & emendationem Rustici, ut reor, quædam pars eorum ab alio quopiam versa est barbarè, additaque interdum nonnulla ex glossemate; cujusmodi sunt illa quæ suprà in actione sexta dicuntur de præsentia Pulcheriæ in synodo, & quæ in actione decima inserta sunt interlocutioni Paschasini vicarii Papæ Leonis. Quoniam verò sexta illa actio aliter apud Isidorum & in antiquis quibusdam exemplaribus habetur quàm in gestis Chalcedonensibus, visum est eam heic dare qualem eam reperimus in tribus vetustis codicibus bibliothecæ Colbertinæ.

Adlocutio Martiani Augusti ad sanctam synodum Chalcedonensem habita contra omnes hæreses, & maximè adversùs Eutychen & Dioscorum.

CONsulatu piissimi & amatoris Christi Flavii Marciani perpetui Augusti, die Idus Octobris, synodo facta in civitate Chalcedonense metropoli provinciæ Bithyniæ ex decreto piissimorum & fidelissimorum Imperatorum Valentiniani & Marciani, convenientibus in Ecclesia sanctæ ac triumphatricis martyris Euphemiæ gloriosissimis principibus, id est, magnificentissimo & glorificentissimo magistro militum Expræfecto & Exconsule patricio Anatholio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacri prætorii præfecturæ Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto urbis Tatiano, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro divini officii Vincomalo, & magnificentissimo & gloriosissimo Comite largitionum Martiali, & gloriosissimo & magnificentissimo Comite Domesticorum Sporacio, & magnificentissimo Comite rerum privatarum Genethlio, appositis etiam ex gloriosissimo senatu, id est, magnificentissimo & gloriosissimo Expræfecto prætorii sexies & Exconsule ordinario & patricio Florentio, & magnificentissimo & gloriosissimo Exconsule & patricio Senatore, & magnificentissimo & gloriosissimo Exmagistro & Exconsule patricio Nomo, & magnificentissimo & gloriosissimo Expræfecto & Exconsule ordinario & patricio Protogenio, & magnificentissimo & gloriosissimo Expræfecto Zoilo, & magnificentissimo & gloriosissimo Expræfecto urbis Theodoro, & magnificentissimo & gloriosissimo Expræfecto urbis Apollonio, & magnificentissimo & gloriosissimo Expræposito Artaxerxe, conveniente etiam sancto Concilio totius orbis secundùm divinum præceptum in Calchedona civitate congregato, id est, Paschasino & Lucentio Episcopis & Bonifatio Presbytero continentibus locum venerabilis & sancti Archiepiscopi antiquæ Romæ Leonis, & Anatholio sancto Archiepiscopo magnificentissimæ Constantinopolitanæ novæ Romæ, & reliquis sanctissimis & reverentissimis DCXXX. Episcopis, & sedentibus omnibus ante cancellos sancti altaris cum magnificentissimis principibus & gloriosissimo & eximio senatu, adveniente etiam piissimo Imperatore Marciano in supradicta sanctissima basilica, præsente etiam zelo divino & calore fidei accensa piissima & fidelissima Regina Augusta Pulcheria, sanctam synodum adlocutus est hæc.

Cùm primùm per electionem in regnum decreto Dei provecti sumus, inter tantas publicas utilitates nullum magis nos constrinxit negotium quàm rectam & veram fidem Christianorum, quæ sancta & vera consistit, indubitatam omnibus declarare. Manifestum est enim quòd ex avaritia vel vano studio hi qui præcedentibus temporibus diversa sapuerunt & docuerunt populum pro id quod eis expedit, non prout convenit, neque quod veritas aut doctrina patrum exquirit, multi ad errorem conversi sunt. Vnde sanctam synodum scilicet ad istam fieri perfectionem præparavimus, & laborem vobis arbitrati sumus imponere, ut omni erroris caligine detersa, secundùm quod ipsa divinitas hominibus se fieri manifestam voluerit, & patrum demonstravit doctrina, sic fides nostra, quia pura & sancta consistit, in omnium ingrediens animas, propriæ veritatis effulgeat luce. De cetero audeat nemo de nativitate Domini & salvatoris nostri Iesu Christi aliter disputare præter quod apostolicum præconium & CCCXVIII. sanctorum patrum consonans huic doctrinæ tradidisse noscuntur, sicut etiam sanctissimi Papæ Leonis, qui apostolicum gubernat thronum, ad sanctæ memoriæ Flavianum regiæ urbis Constantinopolitanæ quondam Episcopum testantur litteræ. Remoris igitur & amputatis talibus patrociniis, & cessantibus avaritiis, omnis veritas manifestetur.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

Nos etenim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem, exem, lo Imperatoris Constantini adesse synodo excogitavimus, sed ne in posterum multitudo populi institutionibus pravis attracta inveniatur dissentiens. Facilè enim simplicitas quorundam commentis loquacium usque nunc delusa est. Nam manifestum est quoniam diversonium pravis doctrinis discordiæ & hæreses ortæ sunt. Nobis autem omne studium adhibendum est ut populum propter veram & sanctam doctrinam id ipsum sentientem uni rectæ applicare Ecclesiæ. Et ideo veram fidem catholicam, quam etiam exponere secundùm patrum doctrinam concordantibus animis vestris vestra properet reverentia, ut qualiter a Nicæa synodo usque in hoc tempore absciso errore vera fides est omnibus cognita, sic & nunc per hanc sanctam synodum, deposita nebula quæ in his paucis annis, ut superius diximus, ex pravitate & avaritia quorundam visa est exoriri, sic semper serventur quæ statuta sunt. Erit quidem divinæ providentiæ quod piè fieri volumus in secula hoc conservare firmissimè.

Et post Regis hæc verba omnes Episcopi clamaverunt. Marciano novo Constantino multos annos. Multi anni Regis, multi anni Reginæ. Orthodoxis multi anni. Marciani amatoris Christi regnum in secula permaneat. Digni orthodoxi ac fidei amatores Christi, sit à vobis procul invidia.

Et post has voces Ætius Archidiaconus Constantinopolitanæ novæ Romæ & primicerius Notariorum dixit. Quoniam nutu supernæ gratiæ & zelo pissimæ serenitatis vestræ, pissimi, quibus à Deo omnes regere concessum est, Imperatores, circa sanctionem vestram congregata sancta hæc & magna totius mundi synodus cum plurima multorum dierum vocatione & divina diligentia omnem quidem in præterito quomodo exorta est contra rectam & inviolabilem catholicam nostram fidem in verbo veritatis discordiam effugavit, omnem abigendo innovationem, sicut & in scriptutis per singula quæ subiciuntur acta demonstrant, terminum verò simplicem statuit divinarum scripturatum virtute munitum & sanctorum ac beatissimorum patrum in ipsum conservans sententiam ad veram agnitionem qui sincerè requirunt, longæva autem corona vestri imperii, & habeo ipsum præ manibus, & si videtur nutui vestræ serenitatis, perlegam. Pissimus & fidelissimus Imperator dixit: Perlege. Et idem Archidiaconus perlegit.

Sancta & magna universalis synodus quæ secundùm gratiam Dei ex decreto pissimorum Imperatorum Valentiniani & Marciani Augustorum congregata est in Chalcedonensi civitate metropoli provinciæ Bithyniæ in basilica sanctæ ac triumphatricis martyris Euphemiæ instituit quæ subter comprehensa sunt. DOMINUS & salvator noster Iesus Christus fidei agnitione proprios confirmans discipulos ait, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, ut ne ulla fidei dissensio inter proximos oriatur, sed ex quo veritatis prædicatio ostendatur. Sed quia non desinit malignus in ipsis pietatis seminibus zizania sua inserere & novi quiddam adversùs veritatem semper excogitare, idcirco Dominus noster humano generi solitè cupiens providere, piissimum hunc & fidelissimum Imperatorem erexit ad zelum, qui undique sacerdotum Pontifices ad se convocavit, ut gratia Domini nostri Iesu Christi cooperante, omnem mendacii pestilentiam ab ovibus Christi removeat, easque veritatis germinibus reficiat. Quod & communi decreto peregimus, erroris quidem sectas abiicientes, & patrum rectam fidem renovantes, CCCXVIII. symbolum prædicantes, & velut horum domesticos alios centum quinquaginta patres huic pissimo titulo consentientes notavimus, qui post hæc in hanc amplissimam urbem Constantinopolitanam convenientes, etiam ipsi eandem fidem consignaverunt. Statuimus igitur ordinem & omnes fidei formulas custodiendas & nos etiam sanctam synodum dudum Ephesi factam, cujus fuerunt auctores venerabilis memoriæ Cælestinus Romanæ urbis & Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotes, ut præfulgeat quidem rectæ & inculpabilis fidei expositio CCCXVIII. Episcoporum ac beatissimorum qui in Nicæa sub Constantino piæ memoriæ Imperatore convenerunt, contineatur autem & CL. sanctorum patrum in urbe Constantinopolitana decretum ad peremptionem quidem sectarum tunc pullulantium, confirmationem verò ipsius catholicæ atque apostolicæ nostræ fidei.

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

Symbolum CCCXVIII. *sanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt.*

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei, de patre natum, unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, homousion patris, hoc est, ejusdem cum Deo patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terris; qui propter nos & propter nostram salutem descendit & incarnatus est, homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, inde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia dicunt esse aut convertibilem vel mutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Et idipsum CL. *sanctorum patrum.*

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, homousion patri, hoc est, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terris; qui propter nos & propter nostram salutem descendit & incarnatus est de spiritu sancto & Maria virgine, homo factus, passus est sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, iterum venturus in gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum & vivificatorem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum, qui locutus est per prophetas. Vnam catholicam atque apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, vitam futuri seculi. Amen.

Sufficeret quidem ad plenissimam pietatis agnitionem & confirmationem cautissimum hoc & salutare divinæ gratiæ symbolum. De patre enim & filio & spiritu sancto doctrinam perfectam edocet, & incarnationem dominicam fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniam hi qui prædicationem veritatis destruere nituntur, quasdam propriæ hæreseos novitates parturiunt, (Quidam enim mysterium pro nobis actum divinæ dispensationia audent corrumpere & vocem illam divini

partus factam ad virginem denegant. Alii temperamentum confusionemqoe inducentes, & unam esse naturam carnis & deitatis insensatè componentes, passibilem unigeniti divinam naturam tali confusione prodigiose divulgant) idcirco omnem adversùs veritatem opponendam ab ipsis machinationem volens excludere sancta & magna universalis synodus, antiquam prædicationem immobilem docens, statuit præcipuè CCCXVIII. sanctorum patrum fidem incontaminatam manere, & propter eos qui spiritui sancto adversantur, CL. patrum paulò posteriore tempore in urbe Constantinopolitana convenientium de substantia spiritus sancti traditam doctrinam corroborat comprobare, quam etiam illis omnibus insinuaverunt, non qoòd in præcedentibus aliqoid deesset adicientes, sed de spiritu sancto eorundem intellectum adversùs eos qui divinitatis ejus dominationem nituntur adimere, scripturarum testimoniis pleniùs manifestantes. Propter eos sanè qui dispensationis mysterium tentant corrumpere, & purum hominem esse qui ex sancta Maria natus est impudenter divulgant, beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis synodicas epistolas tam ad Nestorium quàm ad ceteros per orientem congruas & sibi consentientes suscepit, ad confutationem quidem Nestorianæ amentiæ, interpretationem verò eorum qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectum, quibus & epistolam sancti ac beatissimi primæ sedis archiepiscopi Leonis scriptam ad Flavianum sanctæ recordationis Archiepiscopum ad perimendam Eutycheris malignitatem, quæque magni Petri confessioni concordat, & communem quandam paginam existentem contra eos qui non rectè glorificant, ad confirmationem catholicæ religionis evidenter subjunxit. Nam & eos qui in duos filios dispensationis dominicæ mysterium scindere moliuntur exsecratur, & eos qui passibilem divinitatem unigeniti filii audent asserere de concilio sacerdotum repellit, & eos qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem argumentantur adversatur, & qui cœlestem aut alterius cujuscunque substantiam existere formam servi quam ex nobis assumpsit insaniendo asserunt procul abicit, & eos qui duas quidem ante adunationem naturas Domini delirant, unam verò post adunationem confingunt, anathemos facit. Consentientes igitur sanctis patribos, unum ejusdemque filium confiteri Dominum nostrum Iesum Christum consona voce pariter edocemus, perfectum eundem in divinitate, perfectum eundem in humanitate, Deum verum, & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore, secundùm divinitatem unius cum patre naturæ, secundùm humanitatem eundem unius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absquè peccato, ante secula qoidem ex patre natum secundùm divinitatem, in novissimis vero diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine Dei genitrice secundùm humanitatem, unum eundemque Christum, filium, Dominum, unigenitum in duas naturas inconfusè, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas, magis autem salva utriusque naturæ proprietate & in una coëunte persona unoque statu concurrente non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eundemque filium unigenitum Deum verbum Dominum Iesum Christum, sicut ab exordio prophetæ de eo & ipse nos erudivit, & patrum nobis tradidit symbolum. His itaque cum omni undique subtilitate & diligentia à nobis ordinatis, statuit sancta & universalis synodus aliam fidem nulli licere proferre aut scribere aut edere aut sapere aut docere aliter. Qui autem audent aut exponere aliam fidem aut proferre aut docere aut tradere aliud symbolum volentibus converti ad scientiam veritatis ex gentilibus, ex Iudæis, vel hæreticis quibuscunque, siquidem Episcopi aut clerici fuerint, alienos esse Episcopos ab episcopatu & clericos à clero; si verò monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

Vetus definitio fidei ejusdem Concilii Chalcedonensis, diversa ab illis quæ extant in actione V. *&* VI. *& ab ea quæ paulò suprà relata est in hac appendice. Ista n quartam edidit primò Crabbus, deinde Quesnellus. Nos eorum editiones contulimus cum quatuor antiquissimis exemplaribus bibliothecæ Colbertinæ.*

Dominus & salvator Iesus Christus fidei intellectu discipulos confirmari præcipiens ait; *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; ut nulla dissensio inter oos ex religiositate venerabili oriatur, sed ex æquo veritatis ostendatur præconium. Sed quoniam non desinit per sordiculas quasdam malignus insidiari pietatis seminibus, sed semper novi quiddam adversùs veritatem indagat, ob hoc habens Dominus noster providentiam humani generis, hunc clementissimum & fidelem adversùs æmulum nobis concessit principem, qui undique sacerdotes ad se convocavit, ut gratia Domini nostri Iesu Christi cooperante totam falsitatis noxam à grege suo abiciat & veritatis eam corroboret germinibus. Quod & fecimus, communi decreto vel judicio errores persequentes & sectas. Sed & perfectissimorum patrum innovavimus fidem, trecentorum decem & octo symbolum omnibus prædicantes, & quod sincera agnitione animo concepisse cognoscimus sacerdotes, articulantes notavimus. Et post hæc convenerunt in urbe Constantinopolitana nomero centum quinquaginta, etiam hi hanc confirmantes fidem. Nos verò nunc ordinem & omnes fidei formulas custodientes, decernimus sanctum Ephesianorum Concilium, cujus auctores fuerunt venerabiles Cælestinus urbis Romæ & Cyrillus Alexandrinæ urbis Episcopi, unanimiter sentientes, justè præcellere inculpabilis fidei expositionem trecentorum decem & octo venerabilium ac beatissimorum patrum qui in Nicæa temporibus divæ memoriæ Constantini Imperatoris convenerunt, etiam obtinere verò & centum quinquaginta venerabilium Episcoporum apud Constantinopolim quæ decreta sunt adversùs interemptionem sectarum pullulantium & crescentium, manifestatione hujus catholicæ & apostolicæ nostræ fidei.

Postea sequitur in gestis Concilii Chalcedonensis confirmatio & explicatio symbolorum superiùs descriptorum. Hujus verò confirmationis antiqua versio edita est in serie gestorum. Sed præter eam adhuc quinque antiquæ reperiuntur, quatuor apud Crabbum, quarum tertia edita est in hac appendice, quinta in tribus vetustissimis codicibus bibliothecæ Colbertinæ, quam & Quesnellus edidit, sed in multis diversam à libris Colbertinis. Vtrasque isthic referri debere visum est.

EDITIO I.

AD cognoscendam quidem confirmandamque perfecti Time pietatem consultissimum satis hoc divinæ gratiæ symbolum saluberrimumque sufficeret. De patre namque & filio ac spiritu sancto qood pleoissimæ fuerat institorionis edocuit, & incarnationem Domini fideliter excipientibus evidentet insinnat. Verùm quoniam quidam ea quæ synceta vetitas prædicat depravare conari, novas auditu suaa hæreticas perfidias ediderunt, & alii quidem dispensarionis dominicæ sacramẽtum, quod nostri rausa est celebratum, ausi fuere corrumpere, dum à sancta virgine partum processisse divitium vocis abnegatione dissimulant, & alii confusionem sive permixtionem rursus inducunt, ut unam esse naturam divinitaris & carnis stultè confingunt, ac per hoc unigeniri confusione portetituosa, divitiam naturam passibilem esse significant, eaprorter ab universa contra veritatem machinatione venientes volens eos excludere quæ modò præsto est sancta & magna hæc synodus, quod antiquitus in fide prædicatur, immobile hæc dicens, ante omnia statuit ut treeentotum decem & octo pattum venerabilium fides illibata permaneat. Et propter eos quidem * qui cum spiritui obviare nituntut, eam traditionem, quam iti angustissima Constantinopolitana orbe po" ea, congregatis centum & quioquaginta patribus, de substantia sancti spiritus fuerat decreta, confirmat. Hanc etenim cunctis innotescere memorati fecetont non quási aliquid deesset præcedentibus indicentes sed de spititu sancto quid ipsi sentirent, contra illos qui ejus potestati refragiri conati sunt, sanctatum scripturarum testimoniis illustrantes. Propter eos autem qui dispensationis dominicæ tentavere pervertere sacramentum, & hominem solum de sancta maria virgioe procreatum

EDITIO II.

SVfficiebat quidem ergo ad perfectam pietatis cogrutionem & confirmationem sapiens hoc & salutare divinæ gratiæ symbolum (de patre enim & filio ac spiritu sancto edocet perfectè, & domini humanationem) fideliter suscipientibus adprobationem. Verùm quia veritaris prædicationem reprobare conantes, per proprias hæreses varias voces parturierunt, hi quidem domini propter nos dispensationis mysteriom viriare conati sunt, & vocem theotocos, id est, Dei genitrix, in virgine abnegant. Alii autem confusionem & commixtionem introducentes, unamque esse naturam carnis & deitatis insensatè fingentes, passibilem unigeniti naturam divinam confusione monstruantur. Propter hoc omnem ipsis claudi contra veritatem machinam volens presens nunc ipsa sancta magna & œcumenica synodus, illud prædicarionis superius immotum edocens diffinivit, præci ue trecentorum decem & octo sanctorum patrum fidem immutilatam manere. Propter spiritus sancti quidem impugnatores, posterioribus temporibus doctrinam de spiritus sancti substantia, à centum quinqoaginta patribus in regia urbe traditam, aothorizat, quam illi omnibus notificarunt, non tanquam aliquid deficiens præcedentibus introducentes, sed de spiritu sancto ipsorum cogitationem vel intellectum, contra attentantes ipsius donimarionem reprobare, scripturatum testimoniis expresserunt. Propter autem dispensationis mysterium vitiare conantes, & tenuem hominem esse ex sancta virgine Maria natum impudicè maledicentes, beati Cyrilli Alexandrinorum Ecclesiæ pastoris synodicas epistolas ad Nestorium & ad ipsos Orientales, convenientes existentes suscepit, in redargutionem quidem mẽte captionis Nestorii, in interpretationem autem

EDITIO IV.

SVfficeret quidem ad plenitudinem cognoscendam pietati & confirmationem prudens hoc & salutare per Dei gratiam symbolum. De patre autem & filio & spiritu sancto plenitodinem docet, & Domini inhumanationem fideliter accipientibus repræsentat. Sed quoniam lædere prædicationem veritatis conantes, propriis hæresibus novas voces proferunt, hi quidem mysterium Domini propter nos divinæ dispensationis audentes corrompere, & matris Dei virginis appellationem recusant, alii verò confusionem permixtionemque introducunt & unam naturam carnis & deitatis stultè confingunt, passibilem unigeniti divinam esse naturam confusione portentosa dicentes, ob hoc illis omnem aditum contra fidem volens claudere præsens nunc sancta & magna atque universalis synodus, prædicatione hanc ab initio inconcussam docens, constituit præ ceteris trecentorum decem & octo sanctorum patrum fidem manere illæsam. Et propter illos qui adversum spiritum sanctum pugnant, Macedonianos, posterioribus temporibus à patribus, ad Constantinopolim centũ qoinquaginta congregatis, de essentia spiritus corroborat traditam disciplinam, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi deesset aliqnid præcedentibus, inferentes, sed de sancto spiritu suam sententiam promulgantes, adversus eos qoi veritatem lædere tentaverunt, scripturatum testimoniis roborantes. At verò propter illos qui dispensationis mysterium violare conantur, & purum hominem esse qui ex sancta virgine Maria natus est impodentiùs delirantes, ad epistolas beati Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ præsulis synodicas utique litteras ad Nestorium, & ad alios per Orientem, acceptissimas habet ad convincendas Nestorii blas-

COLBERT.

SVffecerat quidem ad plenariam pietatis agnitionem sanctum hoc & salutare divinæ gratiæ seeternum. De patre enim & filio & spiritu sancto docet nos plenaria & perfecta Domini nostri incarnatio quibus fideliter credulitas adest. Sed quoniam hi qui veritatis destruere conantur præconium, quasdam innovationes procreaverunt secretalem Domini nostri incarnationem corrumpere nisi, & divinæ vocis virginem creatricem ausi sunt denegare, & coofusionem unius naturæ humani corporis & divinitatis componere ausi sunt, separabilem & corru tibilem unici filii divinam naturam dicere tentaverunt, ob hoc omnes ipsi opponendam adversùs veritatem machinationem volens hoc venerabile atque mundanum, aotiquo illo præconio & firmo exemplo decrevit edocens præcipuè CCCXVIII. Episcoporum venerabilium fidem manere incontaminatam & adversùs illos qui spiritui sancto adversantur, quam fidem etiam posteriore tempore in urbe Constantinopolitana centum quinquaginta cõvenientea venerabiles Episcopi & doctrinam nobis spiritus sancti substantiæ confirmaverunt; non quod aliquid deesset priscæ fidei superadicientea, sed adversùs eos qoi nitebantur divini spiritus cõceptioni adversari & Domini nostri potestatem corrumpere. Hos ergo in scripturis divinis ad derestationem evidentiùs manifestantes, propter hos qui substantiæ secretum evertere insectabantur dicentes hominem sine divinitate fuisse effectum ex venerabili virgine Maria impudenter & vulgariter, venerabilis quondam Episcopi Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ litteras & totius orientis congruas adversùs Nestorii amentiam, in quibus manifesta expressi certatque salutaris symboli desiderantibus epistolam, atque esse

esse vaniloquiis suis autumant impudenter, sancti Cyrilli, qui Alexandrinæ fuit pastor Ecclesiæ, synodales epistolas ad Nestorium scriptas atque orientales, utique sibi convenientes, amplexa est, ad arguendum quidem Nestorianam dementiam, interpretationem vero desiderantium pio zelo concipere saluberrimi sacramenti sententiam. Quibus epistolam quoque beatissimi Romanæ antiquioris urbis antistitis ac venerabilis Papæ Leonis Flaviano sanctæ memoriæ Archiepiscopo scriptam, ad expugnandam pravitatis Eutychianæ perfidiam, utpote maximi Petri confessioni salutis convenientem, & velut monimentū cujusdam statuæ communis extantem, contra cunctos hæreticos meritò copulavit, ut recto dogmati sua firmitas inconcussa permaneat. Nā & in duos filios dispensationis tentantibus dividere sacramentum resistit hostiliter, & eos qui passibilis audēt dignitatis unigenitum dicere, collegio sacerdotali detrudit, & confusionem & commixtionem in duabus Christi naturis excogitantibus reluctat, & cælestem vel alterius cujusdam substantiæ esse, quam de nobis assumpsit sibi formam servilem, delirantes, exterminat, necnon & eos qui duas quidem ante unionem, unā verò post unitionē in Christo naturas fabulosè confingunt, anathematizare nō cessat. Beatissimos igitur sequendo patres, unum & eundē filium confiteri dominum Iesum Christum concordantibus omnes institutionibus edocemus, eundem in deitate perfectum, eundem in humanatione perfectum, Deum verè & verè hominem eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialem patri secundùm deitatem, consubstantialem nobis eundem secundùm humanitatem, per omnia similem nobis sine sorde peccati, ante secula quidem à patre progenitum secundùm deitatem, in ultimis verò

salutaris symboli pio zelo desiderantium intellectū. Quibus & epistolam magnæ & antiquæ Romæ præcedentis sancti & beati Leonis, scriptam sanctissimo Episcopo Flaviano, ad extinctionem quidem pravæ intelligentiæ Eutychis, magni PETRI professioni convenientem, ac communem quēdam cippum columnam existentē contra malè opinātes meritò adnexuit ad orthodoxorum dogmatum confirmationem. Conantibus enim in filii divinitate dispensationis divellere mysterium obviat, & passionem unigeniti deitati dicere audentes, sacrorum colloquio repellit, & excogitantibus commixtionem vel confusionem in duabus naturis Christi obsistit, & eos qui insaniunt, dicentes cælestem vel alicujus alterius essentiæ substantiam, ex nobis assumptam impii servi formam existere, exagitat: & confabulantes duas quidem ante unionem naturas domini, unam autem post unionem autumātes, anathematizat. Sequentes igitur sanctos patres, unum & ipsum confiteri filium dominum nostrum Iesum Christum cōsonanter omnes docemus, perfectum ipsum in deitate, & perfectum ipsum in humanitate, Deum verè & verè hominem, ipsum ex anima rationali & corpore, consubstantialem patri secundùm deitatem, novissimis autem diebus ipsum propter nos, & cōsubstantialem nobis ipsum secūdùm humanitatem, per omnia similem nobis sine peccato, ante secula quidem ex patre natum secundùm deitatem, novissimis autem diebus ipsum propter nos & nostram salutem ex Maria virgine natum secundùm humanitatem, unum & ipsum Iesum Christum dominum unigenitum, in duabus naturis inconfusibiliter, inconvertibiliter, indivisibiliter, inseparabiliter cognoscēdum, nulla naturarum differentia sublata propter unionem, sed salva magis utriusque naturæ proprie-

phemias, & ad interpretationem synceriorem salutaris symboli, his qui & nosse illud desiderāt. Quibus etiam subjunxit epistolam magnæ & senioris urbis præsulis beatissimi sancti Episcopi Leonis, quæ scripta est ad sanctæ memoriæ Archiepiscopum Flavianum, & ad sensus pessimos Eutychis auferendos, quippe magni illius Petri confessionibus congruentem, & quandam columnam nobis adversum prava dogmata jure conjunctam, ad confirmationem recti dogmatis. His enim qui in dualitate filiorū dispensationis convellere mysterium nituntur, præcipit & illos qui passibilem deitatem unigeniti ausi sunt dicere, sacerdotali numero submoveri, & his qui in duabus naturis Christi permixtionem aut confusionem dici æstimant repugnandum, vel eos qui cælestem aut alterius esse substātiæ carnem quæ illi est assumpta de nobis, formam servi abjicit, & qui duas quidem ante unionem naturas domini fabulantur, unam verò post unionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur sanctos patres, unum eundemque confiteri filium & dominum nostrum Iesum Christum consona voce omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum verè & hominem verè eundem ex anima rationali & corpore, coessentialem patri secundùm deitatem, coessentialem nobis eundem secundùm humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante secula quidem de patre genitum secūdùm deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter salutem nostram ex Maria virgine theotoco secundùm humanitatem, unum, eundem Christum, filium, dominum, unigenitum, in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata essentia naturarum propter unionem, magisque

Archiepiscopi Leonis primæ sedis, quæ destinata & directa videbatur ad venerabilem sanctæ memoriæ Flavianum ad intercipiendam Eutychis malignitatem, quamvis sancti Petri confessioni concordantem & unam atque similem paginam visa est adversus obtrectantium audaciam evidenter edere convenit integrè fidei credentibus. Nam & eos qui quasi bifariam Dei vivi substantiam secretalem nituntur dividere oppugnant. Hos etiam qui passibilem audent dicere divinitatem unici filii, hos repellendos de omni synodo oportet, necnon & hos qui duplicem naturæ commixtionem confusionem Domini nostri argumentantur impugnare, & qui cælestem vel etiam constare substantiam quam ex nobis concreatam. Ipsis ergo figuram delirantes vel insanientes dicimus; & hos qui duas ante nativitatem naturas Domini, unam post unitatum insulsè fingentes, excommunicare oportet. Sequamur igitur patrum nostrorum sententiam, unum & eundem confitentes Dominum Iesum Christum convenienter edocentes, perfectum eundem in divinitate, & perfectum eundem carnalem hominem Deum certum, eundem hominem certum, eundem ex anima rationali & corporis substantia, patri in divinitate substantiæ similem, item & nobis per omnia in humana substantia similem præter peccatum, ante secula ex patre progenitum secundùm divinitatem, sed in ultimis diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine divini nominis creatricem secundùm hominem unum eundemque Christum, filium, Dominum unicum in duplici natura inconfusè, immutabiliter, indivisè cognoscendum, in nullo duplicis naturæ distantiam interempta propter unitatem salva proprietate utriusque naturæ sub una persona, non sub una sub-

ANNO CHRISTI 451.

CONCIL. CHALCEDON.

diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem ex Maria virgine, quæ Deum peperit secundùm incarnationem unum & eundem Christum, filiũ, Iesum, dominum, unigenitum, quem in duabus naturis inconfusè & immutabiliter, indivisè atque inseparabiliter omnes agnoscimus, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, sed potiùs utriusque naturæ proprietate servata, & in unam concurrente personam, non in duas deductum divisumve personas, sed unum & eundem filium, Deum verum, dominum Iesum Christum, sicuti nos ab initio prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus instituit, & paternum nobis tradidit symbolum. His igitur à nobis undique cum omni deliberatione ac diligentia pariter ordinatis, decrevit sancta atque universalis hæc synodus aliam fidem nemini licere proferre, sive conscribere, aut exponere, vel sentire, vel aliter tradere. Sed eos qui audent vel componere aliam fidem vel proferre, vel docere, vel tradere aliud symbolum volentibus ad cognoscendam se convertere veritatem ex ritu pagano sive judaico vel qualicunque hæretico, eos, si quidem episcopi vel clerici sunt, alienos esse episcopos ab episcopatu, & clericos à clero: quòd si monachi vel laici fuerint, anathematizari.

tate, & in unam personam & in unam substantiam concurrente, non in duas personas distributum vel divisum, sed unum & ipsum unigenitum filium, Deũ verbum Iesum Christum, sicut superiùs prophetæ de ipso, & ipse Iesus Christus nos edocuit, & patrum symbolum nobis tradidit. His igitur cum omni undique diligentia & solicitudine à nobis formatis, diffinivit sancta & œcumenica synodus, aliam fidem nemini licere proferre, ἤγουν, vel conscribere, vel componere, vel sapere, vel docere aliter. Audentes autem vel componere fidem alteram ἤγουν, vel producere, vel docere, vel tradere aliud symbolum volentibus converti ex gentilitate vel Iudaismo ἤγουν, vel hæresi quacunque, hos, si quidem episcopi fuerint, vel clerici, alienos esse episcopos episcopatu, & clericos clericatu: si autem monachi vel laici fuerint, anathematizari.

salva proprietate utriusque naturæ, & in unam personam atque existentiam concurrente, non in duas personas partitum atque divisum, neque disjunctum, sed unum & eundem filium, unigenitum Deũ verbum Iesum Christum, sicut ante prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus erudivit, & patrum nobis symbolum tradidit. His igitur cum omni undique veritate, diligentia & solicitudine à nobis definitis, statuit sancta & universalis synodus alteram fidem nulli licere proferre, vel conscribere, aut componere, aut sentire, aut docere aliter. Eos autem, qui ausi sunt componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum symbolum volenti vel converti, vel ex gentilibus ad cognitionem veritatis venire, vel ex Iudæis, vel hæresi quacunque, hos, si episcopi fuerint aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu & clericos à clero; si verò monachi aut laici fuerint, anathematizari.

stantia convenientes, neque enim in*duas figuras divisam atque partitam, sed unum eundemque filium unicum Deum verbum Dominum Iesum Christum, sicut antiquitus prophetæ pro eo & jam ipse nos Iesus Christus erudiit & patrum nobis tradidit symbolum. Horum itaque communi veritate & suavitate à nobis ordinata, statuit venerabilis & mundana Ecclesia nullam aliquam fidem licere cuiquam proferre aut edere vel docere vel tradere alterum symbolum * corripere volentibus ad scientiam veritatis ex paganitarum aut Iudaicæ aut hæreticæ cujuslibet sectæ. Hos verò, sive sint Episcopi aut Clerici, alienos esse ab episcopatu, seu Clerici sint, à clero; sed & si monachi sint aut laici, hos excommunicati jubemus.

* converti

CONCILIUM NARBONENSE
Habitum anno CCCCLII.

Sabinianus & Leo Presbyteri primæ Narbonensis actionem adulterii intenderunt ea tempestate adversùs quosdam. Congregatis ergo propterea Episcopis provinciæ & honoratis à Rustico Archiepiscopo Narbonensi, accusatores se ab inchoatis disceptationibus sponte subtraxerunt, & sic evanuit accusatio. Dubius fuit Rusticus qua pœna imponenda illis esset qui causam deseruerant, eaque de re sanctum Papam Leonem consuluit. Respondit ille mitiùs cum eis agendum qui zelo pudicitiæ videbantur modum excessisse vindictæ, ne diabolus, qui deceperat adulteros, de adulterii ultoribus exultaret. Epistola ergo Rustici ad Leonem erat synodalis.



CODEX ENCYCLIUS,

SIVE

COLLECTIO EPISTOLARUM synodalium ad Imperatorem Leonem scriptarum anno Christi CCCCLVIII. pro defensione Concilii Chalcedonensis.

Interprete EPIPHANIO SCHOLASTICO.

PRÆFATIO.

I. CODEX encyclius, magno in honore habitus apud antiquos, diù neglectus, hodie vix cognitus, mea cura meoque studio rursum aspiciet lucem & publicis utilitatibus inserviet. Codicem encyclium voco collectionem illam epistolarum synodalium quæ adversùs Timotheum Ælurum Alexandrinæ sedis invasorem scriptæ sunt ad Leonem Imperatorem istius nominis primum, ejus auctoritate & imperio compositam à quodam homine Græco, ac postea Latinè jussu Cassiodori Senatoris versam ab Epiphanio Scholastico, *opus eximium ecclesiasticæ antiquitatis*, ut ad Evagrium ait vir doctissimus Henricus Valesius, *quod utinam Græcè quoque extaret.* Eam collectionem primus in lucem emisit Laurentius Surius, vir de re publica ecclesiastica optimè meritus, sed absque ulla mentione interpretis, mutato etiam titulo. Vocavit enim epistolas illustrium personarum pro Concilio Chalcedonensi. Res in eo statu fuit donec Romana Conciliorum editio prodiret; in qua & multa inserta sunt huic collectioni quæ ad illam non pertinent, quædam magni momenti detracta ac prætermissa, tum epistolarum ordo mutatus contra mentem collectoris & interpretis. Editionem Romanam imitatæ sunt posteriores; sicque factum est ut hodie non extet codex encyclius, quia quæ in eo descripta erant, nunc permista sunt collectioni illi quam editores Romani vocaverunt tertiam partem Concilii Chalcedonensis. Occasio autem scribendarum epistolarum illarum synodalium hæc fuit.

II. Cùm Dioscorus Episcopus Alexandrinus merito facinorum suorum depositus fuisset in synodo Chalcedonensi & in exilium missus apud Gangras, Proteriusque in loco ejus ordinatus fuisset, magna divisio discissioque populi apud Alexandriam facta est, eò quòd viveret Dioscorus & esset in exilio. Multa ergo pericula passus est Proterius, & militari custodia, ut Liberatus ait, eguit plurimo tempore sui pontificatus. Et evasit quidem his periculis dum Marcianus Imperator in vita fuit. Sed cùm is in cœlum sublatus esset, tamquam si nulla & irrita canonibusque adversa fuisset ordinatio Proterii, Timotheus Ælurus factione quorundam seditiosorum in sede ejus constitutus est; & ne in posterum Proterius ei afferre posset impedimentum, à sequacibus Dioscori & Timothei occisus est in baptisterio, quò confugerat. Interea Leo sumit imperium, vir cum primis catholicus & pacis ecclesiasticæ

amantissimus. Huic ergo supplicationes à catholicis Episcopis Ægypti & à nonnullis clericis Ecclesiæ Alexandrinæ oblatæ sunt, quatenus & mors vindicaretur Proterii & expelleretur episcopali sede Timotheus. A parte quoque istius quidam Episcopi & clerici dederunt & ipsi petitiones Imperatori, petentes in primis in irritum mitti decreta synodi Chalcedonensis, cujus defensores erant Episcopi & clerici qui exarserant adversùs interfectores Proterii. Ambarum ergo partium supplicationes Imperator legens, & considerans nimis esse grave vexari iterum tantum numerum sacerdotum, quorum plurimos aut ætas aut infirmitas aut paupertas laborem peregrinationis subire prohibebat, noluit illos congregari, sed de utroque negotio scripsit singularum metropolitanarum civitatum Episcopis & iis qui in monastica vita excellebant, consulens quid fieri oporteret vel de ordinatione Timothei vel de terminis synodi Chalcedonensis. Rescripserunt omnes, tamquam si invicem consultassent, Chalcedonensem synodum esse usque ad sanguinem vindicandam, Timotheum verò non solùm inter Episcopos non habendum, sed etiam Christiana appellatione privandum. Solus Amphilochius Episcopus Sidæ, ut Evagrius ait, Timothei quidem ordinationem graviter reprehendit in epistola quam scripsit ad Imperatorem, Chalcedonensem tamen synodum non admisit; qui tamen & ipse, ut apud Photium testatur Eulogius Alexandrinus, paulò pòst Concilii sententiæ subscripsit & consensit. *Et hæ epistolæ vel relationes Episcoporum omnium*, inquit Liberatus, *in uno codicis corpore vocantur encyclia*.

Phot. cod. 230.

III. Rectè autem ait Liberatus hunc codicem vocari encyclia. Nam in titulo ejus, qui positus est post epistolam Iuvenalis Episcopi Hierosolymitani ad monachos Palæstinæ, scriptum est Leonem Imperatorem, quum accepisset litteras ad se scriptas à sanctissimis Episcopis quos consuluerat, eas in unum corpus compegisse & jussisse ut encyclia nominarentur. Hinc Pelagius II. in epistola secunda ad Episcopos Istriæ ait: *In encyclus verò, quod est epistolarum collectio litterarum.* Omnes autem antiqui ita vocant. Agmen ducat Cassiodorus, qui capite XXIII. operis de divinis lectionibus monet eos ad quos scribebat uti legant *encyclia, id est, epistolas confirmationis supradicti Concilii.* Victor Tununensis in chronico : *Extant quæ* ἐγκύκλια *Græco eloquio vocitantur.* Idem Pelagius in epistola tertia ad eosdem Episcopos Istriæ: *Ex sanctis prædecessoris nostri Leonis epistolis ac encycliis testimonia adjungitis.* Et paulò pòst : *Vnde & encyclia hæc ita esse testantur.* Sunt etiam alia quædam loca istiusmodi in eadem epistola; sed ista sufficiunt. Benedictus Abbas Anianensis in disputatione adversùs Felicianam impietatem : *Stephanus Episcopus in encyclus ad Leonem principem.*

IV. Hæc monumenta non senserunt interpretes Evagrii scholastici & Theodori lectoris, qui τὰ ἐγκύκλια verterunt *encyclicas* vel *circulares litteras*, cùm scribere simpliciter debuissent *encyclia*. Neque tamen exemplorum auctoritate destituti fuere. Nam & Rusticus Romanæ Ecclesiæ Diaconus & vetus interpres quintæ synodi encyclias epistolas dixere quæ alii unico vocabulo vocarunt encyclia. Hæc sunt verba Rustici sub finem dialogi adversùs Acephalos : *Cunctarum Ecclesiarum consona sententia confirmata est per epistolas encyclias regnante Leone.* Concilium V. collatione VI. *Vnde sanctissimis Episcopis in universalem sanctam synodum Chalcedone convocatis, non vocatus est Ibas, sed Nonnus in sancta synodo consedit ut Edessenæ Ecclesiæ Episcopus : qui etiam postea cum sua Osroena synodo ad Leonem piæ recordationis interrogantem de Chalcedonensi*

ANNO CHRISTI 458.

Concilio & aliis quibusdam rescribens, pars fuit eorum qui encyclias epistolas scripserunt.

V. Difficile est definire numerum Episcoporum qui epistolas illas scripserunt; quia neque omnes habemus, neque ubique annotata sunt nomina scribentium. In calce eatum quæ hodie supersunt sctiptum est illos fuisse quingentos. Verùm Nicephorus Callistus de hac ipsa re agens scribit illos fuisse supra mille, Eulogius verò Alexandrinus mille sexcentos. Ad numerum in calce codicis encyclii annotatum propiùs accedit Ephtæmius Antiochenus, qui quingentos & septuaginta fuisse tradit, si vera est observatio viri clarissimi Ioannis Garnerii. Sed falsum illum fuisse puto. Nam neque Ephræmius Episcopos de quibus loquitur ait fuisse quingentos septuaginta, sed quadringentos septuaginta tantùm; neque loquitur de Episcopis qui epistolas encyclicas scripserunt, sed de his qui fidem Chalcedonensis Concilii subscribendo consignarunt, quos fuisse quadringentos septuaginta scriptum est etiam in calce subscriptionum sextæ actionis in codice Parisiensi gestorum ejusdem synodi.

CODEX ENCYCLIUS. Niceph. lib 15 c. 16. Phot. cod. 229.

VI. Nescio quo fato factum est ut Euphratesia, in qua Theodoretus fuit Episcopus, & Cilicia secunda, in qua fuit Mopsuestia, non connumerentur inter provincias quarum epistolæ synodales etiamnum habentur. Neque tamen propterea existimandum est illarum provinciarum Episcopos alienam à ceteris sententiam habuisse in causa Ecclesiæ Alexandrinæ, ut suspicari visus est R. P. Garnerius. Nam si illi contraria reliquis scripsissent, istud non tacuissent Eulogius Alexandrinus & Evagrius scholasticus, qui disertè tradunt neminem inter tot Episcopos deprehensum fuisse qui aliter sentiret præter solum Amphilochium Sidensem, qui tamen & ipse postea synodo consensit. Præterea in antiquis codicibus & in omnibus editionibus, etiam in postrema Parisiensi, reperitur nomen Euphratesiæ, loco sanè non suo, cùm conjungatur cum Mariamma civitate secundæ Syriæ. Ex quo ttahi potest argumentum epistolam Episcoporum Euphratesiæ positam in codice fuisse post epistolam Episcoporum secundæ Syriæ, sed intercidisse.

VII. Rursum controversia est de tempore quo epistolæ illæ scriptæ sunt, quia Victor Tununensis ait ista contigisse Leone IV. & Anthemio II. Consulibus, id est, anno Christi quadringentesimo sexagesimo octavo. Hæc sunt ejus verba: *Leone II. & Anthemio II. Coss. Leo Aug. supplicationibus Ægyptiorum permotus ut synodus fieret quæ de gestis synodi Calchedonensis judicium ferret, ad cognoscendam singulorum fidem Ecclesiarum præsulibus, unicuique semotim, scripsit. Singulis epistolas tamquam ex una collatione consonas suscepit id fieri nullatenus posse, sed magis ac magis in sua perpetuitate synodi gesta Calchedonensis manere. Extant quæ ἐγκύκλια Græco eloquio vocitantur.* Verùm hinc, præter cetera, falsum esse constat Victorem quòd certum sit ista contigisse eo tempore quo sanctus Leo tenebat apostolicam sedem & antè quàm sanctus Symeon Stylites in cœlum evolaret. Cùm autem ille ad Christum fuerit profectus anno Christi CCCCLX. sanctus verò Leo anno sequenti, manifestum est controversiam de episcopatu Alexandrino & de terminis Concilii Chalcedonensis non esse referendam ad eum annum quo Leo & Anthemius consulatum simul gesserunt. Rectiùs ergo Baronius ista constituit in anno CCCCLVII. cùm certum sit has turbas Alexandriæ excitatas fuisse paulò post mortem Marciani Imperatoris.

VIII. Huic tamen Baronii sententiæ obstat auctoritas Marcellini Comitis, qui totam illam historiam revocat ad Indictionem XI. & ad eum annum quo

TTtt iij

Leo & Majorianus Augusti simul Consules fuere, id est, ad annum quadringentesimum quinquagesimum octavum. Sic enim ait. *IND. XI. Leone Aug. & Majoriano Coss. Leo Imp. pro tomo Calchedonense per universum orbem singulis orthodoxorum Episcopis singulas consonantesque misit epistolas, quò sibi quid de eodem tomo sentirent cuncti suis rescriptionibus indicarent. Horum omnium Episcoporum ita conspirantes suscepit epistolas ut eas putares uno tempore unius viri eloquio fuisse dictatas.* Iuvat hanc opinionem epistola Varadati monachi ad Leonem, quæ data dicitur anno secundo imperii ejus, die verò XXVII. mensis Augusti. Cùm enim Leo factus sit Imperator anno CCCCLVII. secundus imperii ejus annus incidit necessariò in annum quadringentesimum quinquagesimum octavum; adeoque si verum est Varadati epistolam fuisse scriptam anno tantùm secundo imperii Leonis, vera necessariò videtur esse scriptio Marcellini Comitis. Adde quòd ex epistolis sancti Leonis Papæ colligitur finem causæ Ecclesiæ Alexandrinæ nondum plenè datum mense Iunio anni quadringentesimi quinquagesimi noni, & suspensam propterea illam fuisse per totum illum annum quo Leo & Majorianus consulatum gessere. Et sanè negotium gravissimi momenti, quod universam commovebat Ecclesiam, de quo Imperator scripsit ad universos Episcopos qui gregem Christi regebant intra limites imperii Romani, non videtur potuisse terminari intra cum annum quo cœptum est; præsertim cùm immensum sit spatium ab Alexandria Constantinopolim, & ex libellis Episcoporum catholicorum Ægypti oblatis Leoni Aug. & Anatolio Episcopo Constantinopolitano constet multa à Timotheo Æluro præsumpta esse in Ægyptiaca diœcesi quæ intra modicum temporis spatium perfici non potuere. Præterea misit Imperator magistrianos per totum orientem, ut Liberatus ait, *per quos omnes illi Episcopi qui Chalcedone fuerant congregati quid Alexandriæ gestum fuisset agnoscerent.* Illi postea congregati sunt in sua quique provincia, causam examinarunt, epistolas synodales scripserunt ad Imperatorem. Quare verior videtur scriptio Marcellini Comitis ista scribentis evenisse sub consulatu Leonis & Majoriani.

IX. Duæ antiquitus fuere editiones Latinæ istarum epistolarum, una qua usi sunt Facundus Episcopus Hermianensis & Episcopi Istriæ, altera quam jussu Cassiodori Senatoris elaboravit Epiphanius scholasticus, qua nos quoque utimur. Vtra autem antiquior sit ambiguum est. Nam cùm Facundus & Cassiodorus eodem tempore vixerint, neque sciri certò possit an iste librum de divinis lectionibus scripserit antè quàm alter aggrederetur defensionem trium capitulorum, an verò postea, conjecturam ex eorum scriptis accipere non possumus de antiquitate veterum editionum codicis encyclii. Itaque, omissa illa parte, ostendamus duas olim fuisse Latinas interpretationes ejusdem codicis. In capite XIV. vulgatæ, quæ est Epiphanii, legitur: *Neque unum iota aut unum apicem possumus aut commovere aut violare horum quæ ab ea rectè sunt & inculpabiliter definita.* Apud Facundum verò lib. II. cap. V. *Neque unum iota aut unum apicem possumus aut commovere aut commutare eorum quæ apud illam diffinita sunt.* Cùm hunc locum ex ea editione retulissent Episcopi Istriæ ad Pelagium secundum Papam scribentes in causa trium capitulorum, iste eos monuit illum aliter habere in encycliis, & mox eum protulit ex versione Epiphanii. Sic enim ait in epistola tertia ad eos scripta: *Neque enim in encycliis continetur ut ipsi in scripto vestro posuistis, Neque enim unum iotam vel apicem possumus aut commovere aut commutare eorum quæ apud Chalcedona decreta sunt; sed ita illic scriptum est: Neque unum iotam aut unum apicem (possumus)*

aut commovere aut violare eorum quæ ab ea rectè sunt & inculpabiliter definita. Retuli autem hunc locum prout extat in veteri codice Nicolai Fabri ex quo epistola illa edita est à Baronio, quem nunc servat bibliotheca Colbertina. Nam editiones sunt depravatissimæ. Est & alius locus apud Facundum multùm diversus ab editione vulgata; quem quia referimus integrum in observationibus ad caput XVII. codicis encyclii, supersedemus heic describere.

X. Imperfectam porrò ac mutilam esse editionem qua nos utimur satis constat, tum ex loco Benedicti Abbatis Anianensis suprà relato, tum quia desunt isthic epistolæ quas Amphilochius Episcopus Sidensis, Symeon Stylites, & Iacobus Nisibenus rescripserunt ad Leonem Imperatorem, quarum mentionem facit Evagrius. Sed tamen arbitror epistolas illas nunquam extitisse in codicibus Epiphanii, adeoque fragmentum relatum à Benedicto Anianensi desumptum esse ex ea collectione qua usos fuisse diximus Facundum & Episcopos Istriæ. Quis porrò fuerit Episcopus ille Stephanus cujus est hoc fragmentum, in ambiguo est. Proclive quippe est interpretari de Stephano Episcopo Hierapolitano metropolitano Euphratesiæ, ad quem scriptum esse ab Imperatore Leone de negotio Ecclesiæ Alexandrinæ patet ex capite XI. istius codicis encyclii. Verùm in fronte codicis veteris in quo fragmentum illud reperimus, dum recensentur lucubrationes Benedicti, disertè scriptum est *Stephani Meneudis Episcopi*. Ex quo colligi debet hunc Stephanum fuisse diversum ab Hierapolitano. Nescio autem ubinam posita fuerit Ecclesia cujus ille fuit Episcopus. Sanè in actione prima Concilii Chalcedonensis, ubi releguntur acta synodi Constantinopolitanæ post depositionem Eutychetis, inter Episcopos istius synodi recensetur Longinus Episcopus Talbondanæ civitatis in provincia Pisidiæ; pro quo Crabbus in margine posuit *Menedunen.* ex quopiam veteri codice. In eadem verò prima actione Chalcedonensi, inter Episcopos Ephesini latrocinii nominatur Zosimus Episcopus Minoidis civitatis; & pro *Minoidis* codex Parisiensis habet *Mineda*, Divionensis *Meneda*. Vtrum ad alterutram harum urbium referenda sit epistola Stephani Episcopi Meneudensis, an ad aliam quampiam, relinquo judicio virorum doctorum. Satis est indicasse quod reperi.

Crabbus to. 1. pag 782.

To. IV. Concilior. Labb. pag. 118.

XI. Interpretationem qua olim utebatur Ecclesia Romana, & qua nos quoque utimur, ab Epiphanio scholastico suprà monuimus esse confectam. Docet autem istud titulus in antiquis exemplaribus positus, qui sic habet: *Calcedonensis synodi testis est hic codex, qui encyclius nuncupatur. Tanta enim reverentia & tanta laude eam concelebrat ut sanctæ auctoritati meritò judices comparandam. Quem codicem, id est, totius orbis epistolarum, à viro disertissimo Epiphanio, instante Cassiodoro Senatore, de Græco in Latinum versus est.* Sumpta sunt ista ex Cassiodoro, cujus hæc sunt verba ex capite XI. libri de divinis lectionibus: *Chalcedonensis autem synodi testis est codex encyclius, qui ejus reverentiam tanta laude concelebrat ut sanctæ auctoritati meritò judicet comparandam. Quem codicem ἐγκύκλιον, id est, totius orbis epistolarum, à viro disertissimo Epiphanio fecimus in Latinum de Græco sermone converti.*

XII. Primus post artem typographicam inventam hunc librum emisit Laurentius Surius anno MDLXII. uti dictum est suprà, ex codice, ut apparet, in quo desiderabatur titulus à nobis descriptus. Recusus est autem postea Venetiis anno MDLXXXV. in ædibus Dominici Nicolini. Tandem cùm ineunte hoc seculo viri quidam doctissimi suscepissent in se curam novæ Conciliorum generalium editionis, quæ anno MDCVIII.


Romæ procurata est, codicem quidem illum retinuerunt, sed transtulerunt in locum non suum, constituentes eum in parte tertia Concilii Chalcedonensis; sicque factum est ut hodie, quantum in ipsis fuit, abolita sit in editionibus Conciliorum memoria codicis encyclii. Nam præterea multa addiderunt in initio quæ nunquam antea fuerant in codice illo, neque ad causam pertinent de qua agitur in encycliis. Sanè Epiphanius scholasticus præmiserat epistolas duas Marciani ad monachos Alexandrinos & ad eos qui commorabantur in Ælia & circa eam, aliam Pulcheriæ ad monachos in Ælia & circa eam habitantes, itemque aliam Iuvenalis Episcopi Hierosolymitani ad monachos Palæstinæ. Veruntamen ille sic epistolas illas posuit in codice encyclio ut eas distingueret à corpore encycliarum. Posuit enim ante titulum & ante præfationem codicis encyclii. Tum editores Romani titulum illum & præfationem omiserunt, itemque admonitionem Epiphanii de Episcopis ad quos scripsit Imperator Leo, putantes haud dubiè illa omnia esse Surii. Denique mutarunt ordinem veterem contra mentem ejus qui collegit epistolas encyclias. Cùm enim ille elenchum Episcoporum metropolitanorum ad quos scriptum est ab Imperatore posuisset in capite XI. epistolam verò Varadati monachi, quem Baradochum vocat, in capite XXI. suæ collectionis, editores Romani primò Episcoporum illorum nomina descripserunt in calce epistolæ imperatoriæ ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum, quæ extat in capite sexto, & epistolam Varadati rejecerunt in ultimum locum, indecens, ut reor, arbitrati monachum præponi tot Episcopis quorum epistolæ referuntur post illam Varadati in antiquis codicibus & editionibus. Postremò prætermiserunt annotationem de numero Episcoporum qui encyclias epistolas ad Leonem scripserunt, ejusque loco posuerunt: *Finis Concilii Chalcedonensis*. In quo tamen decepti sunt viri doctissimi. Quæ enim sunt Concilii Chalcedonensis, ea finem habuerant ante sexennium, ut dictum est in præfatione ad Concilium Chalcedonense.

XIII. His malis ut adhiberi medicina posset, necessarium erat nancisci vetera exemplaria codicis encyclii eaque conferre cum editionibus. Venerat istud in mentem clarissimo viro Philippo Labbeo, sed morte præventus exequi non potuit. Non aliis testibus egemus ad hoc probandum quàm ipso Labbeo, cujus hæc sunt verba: *Encyclicum hunc librum manuscriptum extare in bibliotheca venerabilis capituli Ecclesiæ Bellovacensis accepimus indicina V. C. Claudii Iolyi B. Mariæ Parisiensis Canonici, qui opera sua confectum codicum illorum calamo duntaxat exaratorum catalogum pro solita humanitate nobis commodavit. Hunc verò variarum epistolarum fasciculum si nancisci licuerit beneficio clarissimorum Decani & Canonicorum cum aliquibus aliis ad Conciliorum nostrorum editionem spectantibus, ea cum excusis comparabimus, quæque visa fuerint observatu digna in appendices notasque nostras non indiligenti studio comportabimus.* Quod itaque facturus erat vir clarissimus, si diutiùs in vita fuisset, nos aggressi sumus; usique non solùm codice illo Bellovacensi sumus, quem nobis suppeditavit humanitas eruditissimi viri Godefridi Hermant Canonici ejusdem insignis Ecclesiæ, sed etiam eo quem ex bibliotheca monasterii Corbeiensis nobiscum communicavit vir eximiæ pietatis & eruditionis Domnus Ioannes Mabillonius monachus Benedictinus. Sunt ambo ejusdem ætatis, id est, octingentorum annorum; ac fortassis uterque debetur diligentiæ Odonis Episcopi Bellovacensis, qui cùm fuerit etiam Abbas Corbeiensis, hæc duo exemplaria conscribi fecerit in usum filiorum suorum, Canonicorum videlicet Bellovacensium & monachorum Corbeiensium.

To IV. Concilior. pag. 890.

Contuli

XIV. Contuli ergo editiones codicis encyclii cum his duobus antiquis exemplaribus, falsasque interdum lectiones annotavi, & transpositiones vocabulorum: quia cùm agatur de integra restitutione antiquæ illius versionis, necessarium videtur Epiphanii verba eo ordine collocari quem ille ea voluit obtinere. Contuli autem secundùm ordinem quem epistolæ illæ synodales habent in antiquis codicibus & editionibus, ea tantùm ponens quæ ab Epiphanio versa sunt, ab illis abstinens quæ addita sunt ab editoribus Romanis. Sic enim fiet ut quum de nova Conciliorum editione capietur consilium, is qui in se suscipiet hanc pulcherrimam curam, poterit levi negotio has epistolas emendare & dividere à gestis Concilii Chalcedonensis & eas locis suis reponere, ut decet, id est, ad annum Christi CCCCLVIII. revocare.



CODEX ENCYCLIUS,

SIVE

COLLECTIO EPISTOLARUM synodalium ad Imperatorem Leonem scriptarum anno Christi CCCCLVIII. pro defensione Concilii Chalcedonensis.

Interprete EPIPHANIO SCHOLASTICO.

Incipiunt sacræ epistolæ venerandæ memoriæ Marciani & Pulcheriæ Augg. simul & Iuvenalis sanctissimi Episcopi Hierosolymorum tam Alexandrinis quàm cunctis Hierosolymitanis monachis de statutis sancti Chalcedonensis Concilii.

Exemplar epistolæ scriptæ ab Imperatore Martiano Alexandrinis per Iohannem Decurionem & Timothei nefandi personam.

CAP. I. IN nullo quolibet modo delinquere propitium est Dei domini que cunctorum &c. *ut in tomo quarto Conciliorum edit. Labbeanæ pag.* 849.

quando cùm sint homines. *Veteres libri*, quoniam dum sunt homines.

ot pœnitendo. *Iidem libri*, & pœnitendo.

Alexandriæ. *Iidem libri*, Alexandriæ, eique utbi loca vicina.

simplicitatem motum. *Meliùs veteres & Surius*, simplicitatis modum.

nihil alud sapientem. *Veteres libri & Surius*, nihil alud quàm Apollinatis doctrinam impiam sapientem.

Ab illo missus. *Hæc & sequentia usque ad finem istius epistolæ desunt in antiquis codicibus & in editione Suriana. Pro his autem ea illic habentur quæ edita sunt post hanc epistolam pag.* 855. & venerabile symbolum trecentorum &c.

imminutione. *Veteres libri*, immutatione. *quod idem est. Sanctus Gregorius lib. 9. epist.* 61. Verbum verò carnem dicimus factum, non immutando quod erat, sed suscipiendo quod non erat. In incarnationis enim suæ mysterio unigenitus patris nostra auxit, sua non minuit. *Vide Notas ad Capitularia pag.* 1241.

sanctas. *Meliùs veteres libri*, sacras.

ita simpliciorem. *Veteres libri*; ita simplicem.

iositam nobis clementiam. *Iidem libri*, intentionem insertæ nobis clementiæ.

Pag. 856.

& ut in eo consistat. *Veteres libri*, & in eo ut consistit.

sed unom eundem. *Veteres libri & edit.* sed unum eundemque. *Mendum est ergo Labbeanæ editionis.*

docent. *Veteres libri*, edocent.

sed & nostræ tranquillitati. *Iidem libri*, sed etiam no. tranq. comm. ejus cura fruimini.

videlicet. *In antiquis libris scriptum est*, Iohannem V. C. decurionem. *Pro quo haud dubiè in Suriano legebatur*, Iohannem vid. *id est*. virum devotum. *Has porrò notas per vocem* videlicet *reddidisse etiam Crabbum suprà observavimus ad paginam* 471. *Concilii Chalcedonensis.*

Exemplar epistolæ sancitæ à Martiano sacratissimo Imperatore ad Archimandritas, monachos, & reliquos habitantes in Æliam & circa eam.

AGnoscens nostra majestas preces quas ad sacratissimam piissimamque dominam nostræ tranquillitatis conjugem &c. *ut in eodem tomo IV. Concilior. pag.* 856. CAP. II.

quod non supplicationes. *Veteres libri*: quoniam non supplicationes misistis, sed sub schemate pre-

cum. *Ita etiam Surius, nisi quòd habet* quomodo *pro* quoniam.

demonstraveritis. *Surius*, demonstrastis. *Veteres libri*, demonstrantes.

ordinem. *Iidem libri*, ordinans.

neque à rectè. *Iidem libri*, neque rectè.

patimini. *Iidem libri*, putemini, & semetipsis stultè persuadetis quia cunctos oporteat ad perfectæ fidei scientiam.

& à sanctæ memoriæ. *Surius & libri veteres*, & sanctæ memoriæ.

patribus. *Deest in libris calamo exaratis.*

Et quasi minus quàm. *Surius & vetera exemplaria*, & quasi priorum minora delinquere vos putastis.

velletis. *Veteres libri & editio Suriana*, volentes.

docuistis. *Iidem libri & Surius*, diceretis.

Pag. 857.

tentata *Corb. & Surius*, testata. *Bellovac.* gestata.

Æliensium. *Veteres libri & Sur.* Eliorum.

& quod illius. *Iidem libri & Sur.* & quia illius.

Severianum. *Corb. & Sur.* Severinum.

quàm promptè. *Veteres libri:* quàm promptè ad delinquendum decesseritis, non Dei fidem vindicare vel fovere volentes, sed vestras petulantias & sacerdotia defendentes, quorum vos ostendistis. *Sic etiam ferè Surius.*

quidem anathematizatis. *Veteres libri & Surius:* equidem anathematizatis, bene tamen facientes, Theodosio verò, qui pejor est omnium, vos ipsos contradidistis.

qui Valentini. *Iidem libri & Sur.* qui circa Valentini.

æmulatus insaniam. *Iidem libri & Sur.* habens zeli vesaniam.

subversionis & import. *Iidem libri & Sur.* subversionis import. &c.

vobis etiam factus. *Iidem libri & Surius:* sed etiam vobis factus est nef. & iniq. causarum princeps.

ac delictorum. *Iidem libri & Sur.* delictorumque.

quorum excitastis originem. *Iidem libri & Sur.* adversùs quem rei excitantes originem.

divina potestas. *Iidem libri & Sur.* sacra potestas.

pertransire. *Veteres libri*, finire, *Surius*, finire.

Nostra verò. *Veteres libri & Surius:* Nostra quidem.

Æliensium. *Veteres libri*, Eliorum. *Sic etiam Surius.*

quies ab omnibus. *Veteres libri & Sur.* quies ejus ab omnibus.

mandatis. *Veteres libri*, mandatorum. *Ita etiam Surius, qui in margine admonuit reponendum esse* mandatis. *Lectionem marginalem in textum transtulere editores Romani.*

ita ut mota. *Veteres libri & Surius:* Unde mota quidem majestas nostra ut indignaretur rerum talium commissoribus inserta clementia superata est, ut quatenus cædis & incendiorum repertos auctores solus pœnas solvere jubemini. *Sed codex Bellovacensis non habet vocem* solus. *Surii verò editio mutila est in extrema parte hujus loci.*

Pag. 860.

progrederetur. *Veteres libri & editiones:* proveniret, relinquentes quidem monasteria, quibus vos semper observare mandata præcipiunt, præsumentes autem & illa quæ ultimo supplicio digna consistant. Quia verò etiam docere.

nec servus super dominum suum. *Hæc addita sunt ab editoribus Romanis, quia consequenter post superiora ponuntur in capite decimo evangelii secundum Matthæum & in textu Græco. Verùm in hac Marciani epistola non agitur de auctoritate domini supra servum, sed de obedientia discipuli. Itaque rectè in veteribus libris & editionibus desideratur hoc additamentum.*

Apostolorum & patrum. *Conjunctio non habetur in antiquis exemplaribus.*

Non enim proprias. *Veteres libri & editiones:* Non enim licet proprias.

dicere audebitis. *Iidem libri & editiones:* dicere præsumitis quia per cædes aliaque delicta quæ vos egistis sanctorum eruditio procedebat. Proinde duas.

scitote. *Iidem libri & edit.* Quapropter scitote.

qui subtilitatem. *Corb. & Surius*, dum subtilitatem.

nequitis. *Veteres libri*, nequeatis.

Hoc enim est quod sapimus. *Vox* est *deest in antiquis codicibus & editionibus.*

naturam ipsam. *Veteres libri & edit.* veram naturam intelligens.

nescientes Deum. *Hanc postremam vocem, quæ neque apud Surium habetur neque in vetustis codicibus, addidere Romani.*

servistis. *Veteres libri*, servi estis.

Deum, qui verè. *Veteres libri & edit.* Deum, eis qui verè.

veritas est. Sed dicitis, quia. *Veteres libri habent:* veritas est sanctissimus. Etenim quia de. *Fortassis legendum:* veritas est. Scimus etenim quia de.

Neque enim ulla. *Veteres libri & editiones:* Non enim quædam ob hoc tunc quæstio mota erat.

firmata est traditio. *Iidem libri & edit.* firmata præcepta sunt. Vos ergo qui dicitis.

hoc ipsum facere compertum est. *Iidem libri & edit.* vos hoc facere comperimini.

Verbum enim caro. *Veteres libri:* Et in subsequentibus. Et verbum caro.

Videte igitur. *Veteres libri & editiones:* Videte siquidem quomodo naturæ ubique memoriam facitis. *Codex Corbeiensis habet* facietis. *Sic etiam Bellovacensis, sed illic litera* e *expuncta est.*

etiam in eo peccantes. *Iidem libri & edit.* etiam in hac parte peccantes, quia mentientes adseritis eò quòd definitum sit dici.

aut dixerunt. *Istud quidem habetur apud Surium, sed deest in antiquis codicibus.*

& jam pridem secuta est. *Veteres libri & edit.* tempore jam præcedente secuta est, & in futuro credo Dominum nostrum salvatorem.

natum. *Iidem libri & edit.* natum atque profiteor.

Pag. 861.

symbolum. *Veteres libri & edit.* symbolumque.

Ephesinoque. *Iidem libri & edit.* Ephesioque.

Ac nostra. *Iidem libri & edit.* Igitur nostra.

præcepit imponi. *Veteres libri:* præcipit imponi quatinus aut subscribat aut consentiat, si noluerit. *Ita etiam Surius.*

Vos autem è contrario. *Veteres libri & editiones:* Diverso autem vos super ea quæ dudum præsumpsistis, gladiis aliisque crudelitatibus, insuper & injuriis & tormentis in mulieribus honestis & nobilibus perpetratis (*Veteres libri*, perpetrastis), etiam necessitatem plurimis non dubitastis inferre ut consentirent quidem perversis doctrinis & cum clamore.

& alios sanctissimos. *Vox* alios *deest in antiquis libris & editionibus.*

Deo omnium domino. *Veteres libri & edit.* omnium Deo & domino.

ANNO CHRISTI 418. CODEX ENCYCLIUS.

jure. *Deest in antiquis codicibus & editionibus.*

hæreticis effecti quibus. *Veteres libri & edit.* hæreticis justissimè constituti quibus.

redditi. *Iidem libri & edit.* effecti.

cædes & alia. *Veteres libri*, cædes pariter & alia. *Malè apud Surium*, cædis partem & alia.

perpetrarint. *Veteres libri & edit.* fuerint meditati.

directa. *Legendum*, direpta. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

cùm horum criminum ultio. *Veteres libri & edit.* nihil ●e vobis in eorum defensionem commune sit, quos oporret.

sed fœdere potiùs. *Iidem libri & edit.* sed observate potiùs monasteriis (*Corb.* in monasteriis) & ad provectum meliorem orationibus vacare & consona paternis mandatis semper efficere nullamque turbam omnino celebrate, sed neque his qui ad perditionem.

neque propter eorum impios cœtus. *Hæc desiderantur in antiquis codicibus & editionibus.*

separantes. *Veteres libri & edit.* separetis.

Nos autem etedentes. *Iidem libri & editiones:* Nos autem priorum vos pœnitentiâm habere etedentes, clementiam.

urente. *Veteres libri*, utentes.

quod à militibus. *Veteres libri & edit.* quia à militibus custodiri (*Sur.* custodire) jussis.

Æliensium. *Veteres libri*, Æliorum. *Surius*, Heliorum.

& equorum multitudine. *Eleganter ita repofuere Romani. Nam antea legebatur*, multitudine caballorum. *Quo etiam modo habent vetera exemplaria. Caballos tamen dicebant antiqui, ut patet multis exemplis.*

Pag. 864.

ab hac vos molestia. *Veteres libri & edit.* ab hac ea molestia.

CAP. III. Ælia Pulcheria sacratissima & piissima perpetua Augusta Archimandritis & reliquis monachis in Ælia & circa eam habitantibus. Preces equidem quas ad nostram direxistis pietatem &c. *ut in eodem tomo IV. pag.* 873.

nobis insitam. *Surius*, insitam nobis. *Veteres libri*, insertam nobis.

quæ sunt instituto. *Veteres libri & edit.* quæ videntur præceptionibus monachorum valde contraria.

Pag. 876.

universo tempore. *Veteres libri & edit.* tempore universo conservat, sicut etiam tradiderunt.

credens. *Ita etiam Surius. Sed veteres libri*, credentibus.

expulsam. *Veteres libri & edit.* expulsa.

Ephesino. *Veteres libri*, Ephesio.

ac necessariè odio. *Veteres libri & edit.* & Eotychis resultationem contra rectam doctrinam, & qui Valentini & Apollinaris adversùs fidem orthodoxam dogmatibus eruditus, religionem vestram studuit conturbare, odio necessariè simul habet.

credit. *Veteres libri*, credidit.

natura. *Iidem libri*, qui natura.

intelligere. *Veteres libri & edit.* dicere.

crediderit. *Veteres libri*, credidit ut duos filios.

dixerunt aut scripserunt. *Iidem libri:* scripserunt aut dixerunt aut dicere forte præsumunt.

vel mutatum. *Hæc non extant in antiquis libris & editionibus.*

conjugis. *Veteres libri & edit.* jugalis.

in Deum. *Et hæc quoque desunt in antiquis libris & editionibus.*

eos qui sic peccare. *Codex Corb.* eos qui sic sive peccare. *Bellovac.* eos qui sic sive peccare. *Forte legendum* sævè, *id est, impiè.*

ultione castigare distulit. *Surius:* castigari ultione præcipiet, in futuro. *Veteres libri:* castigari ultione præcipit, & in futuro.

ab animis. *Veteres libri & edit.* ab animabus.

agentes. *Iidem libri & edit.* adeuntes.

veritate. *Iidem libri & edit.* unitate, *quod melius est.*

adscribatur. *Veteres libri*, scribatur.

Scitote etiam. *Veteres libri & editiones:* Scitote siquidem.

Dorotheum Comitem. *Surius edidit*, Dorotheum vestrum Comitem. *Editores Romani sustulerunt vocem vestrum, quam videbant non congruere huic loco. Textus autem Græcus poterat eos admonere quid reponendum esset. Error Surii ortus ex eo quòd veteret nostri non intellexit. Nam veteres libri habent*, Dorotheum vs Comitem, *id est*, virum spectabilem.

Pag. 877.

dicuntur. *Veteres libri & edit.* dicitur.

ea sanctissimis. *Sur.* à sanctissimis. *Veteres libri*, & sanctissimis.

ea perdiderunt. *Veteres libri & edit.* eas perdiderunt. *Sic etiam in editione Romana.*

utque. *Veteres libri*, atque.

ab. *Deest in veteribus libris & editionibus.*

præcepit. *Veteres libri & edit.* præcipit.

Rescriptum synodicarum litterarum Iuvenalis sanctissimi Episcopi Hierosolymorum ad reverentissimos Presbyteros & Archimandritas & reliquos monachos Palæstinæ provinciæ sub ejus diœcese constitutos.

Cum summus & primus Apostolorum Petrus dixisset &c. *ut in eodem tomo IV. pag.* 889. CAP. IV.

hanc Ecclesiâ. *Veteres libri*, hanc Ecclesiam.

quoque. *Deest in codicibus antiquis.*

præcipit. *Veteres libri*, præcipitur.

adversari. *Ita quidem editio Romana. Ceterùm Surius & veteres libri legunt* aversari. *Viderunt curatores editionis regiæ sic emendandum esse. Conjecturam autem suam agnovissent esse certam, si editiones consuluissent Romana antiquiores.*

David propheta. *Veteres libri*, David & propheta.

cum eo. *Iidem libri*, cum eis.

& ab Apostolis. *Ita etiam scriptum à Romanis. Nam veteres libri & editiones habent*, & Apostolis.

Quomodo. *Veteres libri*, Quoniam.

Et consequenter trium. *Iidem libri:* Et consequenter alii trium.

Quæ hactenus commemorata sunt, non pertinent propriè ad codicem encyclium, quamvis sub eo titulo comprehendatur in antiquis codicibus. Sequebantur itaque postea in antiquis editionibus titulus epistolarum encycliarum & præfatio Epiphanii scholastici in eundem codicem. Editores Romani ista omnia sustulerunt; tum quia mutarunt ordinem istarum epistolarum, adeoque neque titulo ille egnerunt neque præfatione; tum quia existimantes horum auctorem esse Surium, censuerunt omitti posse absque ullo literarum istarum detrimento. Nos autem, qui certò scimus hæc non esse Surii, cùm habeantur in antiquis codicibus, ista censuimus esse repetenda suis locis.

ANNO CHRISTI 458.

CODEX ENCYCLIVS.

*Incipiunt epistolæ divæ memoriæ Leonis Imperatoris ad universos metropolitanos Episcopos totius orientis & occidentis de statutis Chalcedonensis Concilii & de Timothei parricidæ nefandissima præsumptione, simul & rescriptum subscriptorum omnium sanctissimorum Episcoporum ad eundem Principem; quod memoratus Augustus postmodum * incicli̇a voluit nominari.*

* Male Sur in Sigilia. Leg. encyclia

Aristoteles Episcopus Echinei subscripsi.
Photius Episcopus Babylonis subscripsi.
Augustinus Episcopus novæ Marcianæ subscripsi.
Ioannes Episcopus Nicopoleos Armeniæ subscripsi.
Iulianus Episcopus Coensis subscripsi.
Sabbatius Episcopus Anchiali subscripsi.
Stratocles Episcopus Proconnesi subscripsi.
Ioannes Episcopus Tranipoleos subscripsi.
Maximus Episcopus Libyæ subscripsi.
Theodosius Episcopus Trajanopoleos subscripsi.
Marinus Episcopus Epiphaniæ subscripsi.
Basilius Episcopus Alexandriæ subscripsi.
Ioannes Episcopus Germaniciæ subscripsi.
Indimus Episcopus Irenopoleos subscripsi.
Timotheus Episcopus Doliches subscripsi.
Fonteianus Episcopus Sagalassi subscripsi.
Docimasius Episcopus Maroniæ subscripsi.
Iobinus Episcopus Debelti subscripsi.

CONCILIVM TARRACONENSE
Habitum anno CCCCLXV.

Congregatum est istud Concilium adversùs Silvanum Episcopum Calagurritanum illicitas ordinationes usurpantem in provincia Tarraconensi, & ut ordinaretur sedes Barcinonensis, quæ vacabat per mortem Episcopi Nundinarii. De utroque ergo negotio ad Hilarum Papam scripserunt Ascanius provinciæ metropolitanus & cæteri Episcopi qui aderant in synodo. Extant eorum litteræ in tomis Conciliorum, itemque responsoria Hilari.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno CCCCXCII.

Victor Episcopus Turonensis tradit Euphemium Episcopum Constantinopolitanum congregasse synodum sub consulatu Anastasii & Rufi, in eaque confirmata fuisse decreta synodi Chalcedonensis. Auctor verò synodici addit eum postea acta synodi transmisisse ad Papam, qui tum erat Gelasius, istum verò & occidentales Archiepiscopos Euphemium quidem recepisse ut orthodoxum virum, non tamen ut Episcopum, propterea quòd Acacii à Felice III. anathematizati nomen in sacris diptychis non sustulisset.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno CCCCXCVI.

Istius quoque conventus memoriam debemus iisdem Victori & auctori libelli synodici. Aiunt ergo Anastasium, cùm factus esset Imperator, hereticorum synodum congregasse apud Constantinopolim, in eaque confirmatum fuisse henoticum Zenonis, & Euphemium Episcopum Constantinopolitanum Chalcedonensis Concilii defensorem depositum, & Macedonium in ea sede restitutum. Addunt autem eundem Euphemium ab Imperatore Euchaida ultra Armeniam in exilium missum fuisse.

FRAGMENTA EPISTOLÆ ANASTASII
Papæ Romani ad Vrsicinum.

Nunc primùm edita ex duobus antiquis codicibus manu scriptis, una Ecclesiæ Bellovacensis, altero monasterii Corbeiensis.

Nam principiom Deus verbum has nostræ naturæ primitias per moltam sibi bonitatem uniri dignatus est, quia non permixtus, sed in utrisque substantiis unus & ipse visus, secundùm quod scriptum est: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Solvitur enim Christus Iesus secundùm meam substantiam quam suscepit, & solutum suscitat proprium templum.

Iterum Anastasii Papæ ad Vrsicinum.

Confitemur ergo Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, ante omnia quidem secula sine principio ex patre natum secundùm deitatem, novissimis autem diebus de sancta virgine Maria eundem incarnatum & perfectum hominem ex anima rationali & corporis susceptione, omousion patri secundùm deitatem, & omousion nobis secundùm humanitatem. Duarum enim naturarum perfectarum unitas facta est ineffabiliter. Propter quod unum Christum eundem filium Dei & hominis unigenitum à patre & primogenitum ex mortuis confitemur, scientes quòd quidem coæterno suo patri secundùm divinitatem, secundùm quam opifex est omnium, & dignatus est post consensionem sanctæ virginis, cùm dixit ad angelum, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*, ineffabiliter sibi ex ipsa ædificavit templum & ut sibi univit quod non coæternum de sua substantia è cœlo detulit corpus, sed ex massa nostræ substantiæ, hoc est ex virgine, hoc accipiens & sibi uniens, non Deus verbum in carne versus est, neque ut phantasmata apparens, sed inconvertibiliter incommutabiliter suam conservavit essentiam, primitias nostræ naturæ suscipiens sibi univit.

Iterum ejusdem Papæ ad eundem Vrsicinum.

Nunquam autem per resurrectionem unitionis nostræ discessit à proprio templo, nec discedere potest propter ineffabilem suam benignitatem.

NOTÆ.

Hanc epistolam ab Anastasio Papa scriptam esse sub initia pontificatus ipsius hinc colligitur quòd scripta est ad Vrsicinum, eum nimitum qui à Gelasio missus fuerat ad Dardanos ut illis explicaret doctrinam apostolicæ sedis in causa hæresum quæ orientis Ecclesias turbabant. Vide epistolam tertiam ejusdem Gelasii.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno CCCCXCVII.

Macedonius in cathedra Constantinopolitana repositus favore Anastasii Imperatoris, synodum fecit in qua condemnavit eos qui Chalcedonensis Concilii decreta suscipiebant, & eos qui Nestorii & Eutychetis dogmata defendebant. Ita quidem Victor Tunnonensis. Contrà auctor synodici ait illum decreta quidem Chalcedonensia scripto confirmasse, henoticum verò Zenonis metu Anastasii silentio preteriisse.

Anno Christi 499.

Codex Encyclius.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno CCCCXCIX.

H*Vjus Concilii notitiam debemus Victori Tunonensi, cujus hac sunt verba.* Gibbo V. C. Cos. Anastasius Imperator Flaviano Antiocheno & Philoxeno Hierapolitano præsulibus Constantinopolim synodum congregar, & conrra Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium, * Quirum, & Ioannem Episcopos, ceterosque alios qui in Christo duas prædicabant naturas duasqoe formas, & qui non confiterentur unum de trinitate crucifixum unà cum Leone Episcopo Romano & ejus tomo atque Chalcedonensi syodo, inferre anathema persuasit.

* Cyrum

CONCILIVM ROMANVM
Habitum anno CCCCXCIX.

A*Cta istius Concilii extant apud Dionysium Exiguum & in vulgatis editionibus Conciliorum. Perperam autem his inserta est sententia synodi in postrema Parisiensi. Quod enim additum est ex codice Iustelli, est tantùm breviarium eorum qua paulò pòst recitantur ab Æmiliano Notario, seu potiùs titulus sequentis capitis, ut patet ex vetustissimis & optimis codicibus* 449. *&* 5572. *bibliotheca Colbertina, ubi eadem verba leguntur pro titulo. Itaque aut delenda sunt, aut tituli in fronte singulorum capitum ponendi, ut in eodem codice Colbertino.*

Multùm autem diversum est initium actorum istius synodi ab editionibus vulgatis in codice 1863. *bibliotheca Colbertina vetustissimo, in quo ita scriptum est. Emendavimus tamen nonnulla errata veteris librarii.*

Incipiunt canones Symmachi Papæ temparibus Teudorici Regis, Paulino v. c. sub die Kalendarum Martiarum, in basilica beati Petri Apostoli.

RÉsidente venerabile Papa Symmacho unà cum Rustico Meturnensi, Bonifacio Veliterno, [Innocentio] Forosempronienſi, Miseno Cumano, Colonico Foroclodiensi, Rufino Canosino, [Vitaliano] Rosellano, Epiphanio [Beneventano,] Crisconio Tudertino, Adeodato Cerrensi, Basilio Tollentinati, Stephano Nursino, Decio Trium Tabernarum, Dulcitio Sabiniensi, Innocentio Mevaniæ, Fortonato Anagnino, Valentino Amiternino, Paschasio Vulturnensi, Basso Ferentiniensi, Santolo Signino, Valerio Calenio, Felicissimo, Cautino, Innocentio, Vitali Fanestri, Vitaliano Venentano, Maximo Nomentano, Constantino Nepesino, Benigno Nolano, Fortunato Putcolano, Palladio Avellenate, Vindimio Fermati, Constantio Sorrentino, Iohanne Reatino, Germano Neapolitano, residentibus etiam Laurentio, Ianuario, Marciano, Gordiano, Maxentio, Petro, Iustino, Vrbico, Redimito, Paulino, Projectitio, Valente, Iuvino, Sorano, Petro, Bono, Paschasio, Fulgentius Archidiaconus dixit. Beatitudo vestra directis &c.

In fine synodi extant subscriptiones Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum ordine alphabetico, prorsus contra veterem morem. Rectè ergo in margine annotavit Labbeus hunc alphabeticum ordinem non servare codicem canonum Ecclesia Romana aliosque manuscriptos, rectiùs facturus si veterem ordinem revocasset. Sic ergo habent subscriptiones apud Dionysium Exiguum & in codicibus 449. 962. 5572. *&* 1863. *bibliotheca Colbertina, pracipuè verò in* 1863.

Cælius Symmachus Episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ his constitutis synodalibus à me probatis atque firmatis consentiens subscripsi.

Cælius Rusticus Episcopus civitatis Meturnensis subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Cælius Bonifacius Episcopus Ecclesiæ Veliternensis subscripsi & consensi synodalibus coostitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Cælius Misenus Episcopus civitatis Cumanæ subscripsi & consensi syuodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Rufinus Episcopus Ecclesiæ Canusinæ subscripsi.

Crisconius Episcopus Ecclesiæ Tudertinensis subscripsi.

Clarus Episcopus Ecclesiæ Allifanæ subscripsi.

Basilius Episcopus Ecclesiæ Tollenatis subscripsi.

Vitalis Episcopus Ecclesiæ Fundanæ subscripsi.

Decius Episcopus Ecclesiæ Trium Tabernarum subscripsi.

Innocentius Episcopus Ecclesiæ Mibanatis (*Cod.* 962. Minatitas) subscripsi.

Valentinus Episcopus Ecclesiæ Amiternensis subscripsi.

Bassus Episcopus Ecclesiæ Ferentinæ subscripsi.

Vitalis Episcopus Ecclesiæ Fanestris subscripsi.

Vitalianus Episcopus Ecclesiæ Rosellanæ subscripsi.

Maximus Episcopus Ecclesiæ Bleranæ subscripsi.

Constantinus Episcopus Ecclesiæ Capuanæ subscripsi.

Benignus Episcopus Ecclesiæ Aquævivensis subscripsi.

Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Soessanæ subscripsi.

Palladius Episcopus Ecclesiæ Sulmonitanæ subscripsi.

Vindemius Episcopus Ecclesiæ Antiatinæ subscripsi.

Constantius Episcopus Ecclesiæ Otticulanæ subscripsi.

Iohannes Episcopus Ecclesiæ Ariminensis subscripsi.

Germanus Episcopus Ecclesiæ Pisaurensis subscripsi.

Martinos (*Codd.* 449. 962. & 5572. Martyrius) Episcopus Ecclesiæ Terracinensis subscripsi.

Candidus Episcopus Ecclesiæ Tiburtinæ subscripsi.

Laurentius Episcopus Ecclesiæ Trebensis subscripsi.

Vitalianus Episcopus Ecclesiæ Narniensis subscripsi.
Serenus Episcopus Ecclesiæ Numentanæ subscripsi.
Iustus Episcopus Ecclesiæ Acheruntinæ subscripsi.
Adeodatus Episcopus Ecclesiæ Centensis subscripsi.
Stephanus Episcopus Ecclesiæ Nursiensis subscripsi.
Dulcitius Episcopus Ecclesiæ Sabinensis subscripsi.
Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Anagninæ subscripsi.
Paschasius Episcopus Ecclesiæ Vulturnensis subscripsi.
Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Anagninæ pro Sanctulo Episcopo civitatis Signinæ, quia subscribere non potuit, pro eodem subscripsi.
Innocentius Episcopus Ecclesiæ Forosensis subscripsi.
Valerius Episcopus Ecclesiæ Calenotanæ subscripsi.
Felicissimus Episcopus Ecclesiæ Caudinensis subscripsi.
Innocentius Episcopus Ecclesiæ Forosempronienis subscripsi.
Valentinus Episcopus Ecclesiæ Amiterninæ pro Romano Episcopo Ecclesiæ Picinansium (*Cod.* 962. Pinatiatium, 449. Birinahatium, 1572. Bitananatium) subscripsi.
Colonius Episcopus Ecclesiæ Forodlodiensis (*Cod.* 1863. Foroclaudianensis) subscripsi.
Epiphanius Episcopus Ecclesiæ Beneventanæ subscripsi.
Iohannes Episcopus Ecclesiæ Spoletanæ subscripsi.
Constantinus Episcopus Ecclesiæ Venafranæ subscripsi.
Maximus (*Codd.* 449. 962. & 1572. Maximianus) Episcopus Ecclesiæ Perusinæ subscripsi.
Salustius Episcopus Ecclesiæ Amerinæ subscripsi.
Licinianus (*Codd.* 449. 962. & 1572. Lucianus) Episcopus Ecclesiæ Tarquiniensis subscripsi.
Molensis Episcopus Ecclesiæ Centumcellensis subscripsi.
Florentinus Episcopus Ecclesiæ Plestanæ subscripsi.
Maximianus Episcopus Ecclesiæ Subaugestanæ subscripsi.
Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Fulgentinæ subscripsi.
Iohannes Episcopus Ecclesiæ Vibonensis subscripsi.
Gaudentius Episcopus Ecclesiæ Tadinensis subscripsi.
Mercurius Episcopus Ecclesiæ Sutrinæ subscripsi.
Felix Episcopus Ecclesiæ Nepesinæ (*Cod.* 1863. Falicisæ) subscripsi.
Serenus Episcopus Ecclesiæ Nolanæ subscripsi.
Aucupius Episcopus Ecclesiæ Puteolanæ subscripsi.
Timotheus Episcopus Ecclesiæ Abellinatis subscripsi.
Rosarius Episcopus Ecclesiæ Surrentinæ subscripsi.
Stephanus Episcopus Neapolitanus subscripsi.
Rosarius pro fratre meo Vrso Episcopo subscripsi.
Gaudentius Episcopus Ecclesiæ Vulsinensis subscripsi.
Item Gaudentius Episcopus Vulsinensis pro Projectitio Foronovano.
Quintus Episcopus Ecclesiæ Teanensis subscripsi.
Gaudentius Episcopus Ecclesiæ Salernitanæ subscripsi.
Bellator Episcopus Ecclesiæ Ostiensis subscripsi.
Marius Episcopus Ecclesiæ Tifernatis subscripsi.
Lampadius Episcopus Ecclesiæ urbis Albensis subscripsi.
Adeodatus Episcopus Ecclesiæ Formiensis subscripsi.
Vrsus Episcopus Ecclesiæ Astallinæ (*Codd.* 449. 962. & 1572. Srabianus) subscripsi.
Saturninus Episcopus Ecclesiæ Herdonitanæ subscripsi.

Subscripserunt Episcopi numero LXXII.

Cælius Laurentius Archipresbyter tituli Praxidæ his subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.
Cælius Ianuarius Presbyter tituli Vestinæ his consensi & subscripsi synodalibus constitutis, atque in hac me manere profiteor sententia.
Martianus Presbyter tituli sanctæ Cæciliæ subscripsi.
Gordianus Presbyter tituli Pammachii subscripsi.
Petrus Presbyter tituli sancti Clementis subscripsi.
Paulinus Presbyter tituli Iuli subscripsi ut suprà.
Petrus Presbyter tituli Chrysogoni subscripsi.
Vrbicus Presbyter tituli sancti Clementis subscripsi.
Asterius Presbyter tituli Pudentis subscripsi.
Valens Presbyter tituli sanctæ Sabinæ subscripsi.
Felix Presbyter tituli Æquitii subscripsi.
Soranus Presbyter tituli Vestinæ subscripsi.
Projectitius Presbyter tituli Damasi subscripsi.
Iustinus Presbyter tituli Pudentis subscripsi.
Bonus Presbyter tituli Matthæi (*Codd.* 449. 962. & 1572. Crescentianæ) subscripsi.
Redemptus Presbyter tituli Chrysogoni subscripsi.
Opilio Presbyter tituli Vestinæ subscripsi.
Iohannes (*Codd.* 449. Iovinus, 1572. Iobinus, 962. Iobianus) Presbyter tituli Æmilianæ subscripsi.
Paschasius Presbyter tituli Eusebii subscripsi.
Iohannes Presbyter tituli Pammachii subscripsi.
Romanus Presbyter tituli Tigridæ subscripsi.
Marcellinus Presbyter tituli Iuli subscripsi.
Servus Dei Presbyter tituli sancti Clementis subscripsi.
Dominus Presbyter tituli Crescentianæ subscripsi.
Petrus Presbyter tituli Iuli subscripsi.
Sepicianus (*Iidem Codd.* Sebastianus) Presbyter tituli Nicomedis subscripsi.
Martinus Presbyter tituli Cyriaci subscripsi.
Epiphanius Presbyter tituli Cyriaci subscripsi.
Abundantius Presbyter tituli Sabinæ subscripsi.
Marcellus Presbyter tituli Romani subscripsi.
Asellus Presbyter tituli Vizantii subscripsi.
Sebastianus Presbyter tituli Æquitii subscripsi.
Valentinus Presbyter tituli Eusebii subscripsi.
Anastasius Presbyter tituli Anastasiæ subscripsi.
Genesius Presbyter tituli Nicomedis subscripsi.
Petrus Presbyter tituli Praxedis (*Cod.* 962. Marcelli) subscripsi.
Dionysius Presbyter tituli Æmilianæ subscripsi.
Epiphanius Presbyter tituli Apostolorum subscripsi.

ANNO CHRISTI 499.

Hilarus Presbyter tituli Laorentii *(Cod. 962. Sabinæ)* subscripsi.

Acontius Presbyter tituli Fasciolæ subscripsi.

Paulinus Presbyter tituli Apostolorum subscripsi.

Iulianus Presbyter tituli Anastasiæ subscripsi.

Agapetus Presbyter tituli Apostolorum *(Cod. 962.* Æquitii) subscripsi.

Vincemalus Presbyter tituli Crescentianæ subscripsi.

Benedictus Presbyter tituli Gaii *(Cod. 962.* Priscæ) subscripsi.

Dominicus Presbyter tituli Tigride subscripsi.

Redemptus Presbyter rituli Gaii subscripsi.

Severus Presbyter tituli Marcelli subscripsi.

Stephanus Presbyter rituli Apostolorum subscripsi.

Venantius Presbyter rituli Marcelli subscripsi.

Crescentius Presbyter rituli Apostolorum *(Cod. 962.* Anastasiæ) subscripsi

Paulinus Presbyter tituli sancti Laurentii subscripsi.

Septiminus Presbyter tituli Iuli *(Cod. 962.* Marci) subscripsi.

Iulianus Presbyter tituli Iuli subscripsi.

Paulinus Presbyter tituli Fasciolæ subscripsi.

Epiphanius Presbyter rituli Fasciolæ *(Cod. 962.* Cæciliæ) subscripsi.

Adeodatus Presbyter tituli Æquitii *(Cod. 962.* Gaii) subscripsi.

Dominicus Presbyter tituli Marcelli subscripsi.

Eutyches Presbyter tituli Æmilianæ subscripsi.

Iulianus Presbyter tituli Anastasiæ subscripsi.

Marcus Presbyter rituli Lucinæ subscripsi.

Cyprianus Presbyter tituli Marci *(Cod. 962.* Fasciolæ) subscripsi.

Abundantius Presbyter rituli Marci subscripsi.

Bonifacius Presbyter tituli Cæciliæ *(Cod. 962.* Praxidæ) subscripsi.

Stephanus Presbyter tituli Eusebii subscripsi.

Timotheus Presbyter tituli Marcelli *(Cod. 962.* Lucianæ) subscripsi.

Victorius Presbyter tituli sancti Laurentii subscripsi.

Laurentius Presbyter rituli Æmilianæ subscripsi.

Paulinus Presbyter rituli sancti Laurentii subscripsi.

Subscripserunt Presbyteri numero LXVIII.

SVBSCRIPTIO DIACONORVM.

Cyprianus Diaconus Ecclesiæ sanctæ Romanæ regionis VII. his subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Anastasius Diaconus regionis primæ subscripsi.

Cironatus Diaconus regionis quintæ subscripsi.

Iohannes Diaconus regionis secundæ subscripsi.

Terrensis Diaconus regionis primæ subscripsi.

Tertullus Diaconus regionis quartæ subscripsi.

Sequitur statim in codice 1863. libellus quem Ioannes Diaconus obtulit Papæ Symmacho, alieno loco editus à Labbeo ex hoc ipso codice, & mendosè editus. Restituendus est ergo loco suo, & exhibendus qualis extat in veteri codice. Tom. IV. Concilior. pag. 1401.

Libellus Iohannis Diaconi, quem obtulit sancto Papæ Symmacho.

CÆlius Iohannes Diaconus Ecclesiæ Romanæ. Quia me ad tempus ab Ecclesia separavi, agnoscens errorem meum, spero misericordiam beatitudinis vestræ & redintegrari me unitati, consentiens quæ veneranda synodus judicavit atque constituit, anathematizans Petrum Altinatem & Laurentium Romanæ Ecclesiæ pervasorem & schismaticum. Quòd si aliquando similia adtemptavero in ea causa de qua veniam ab apostolatu vestro merui, tunc ecclesiasticæ subjaceam ultioni. Quod manu mea scriptum obtuli sub die XIIII. Kalendarum Octobrium, Messala viro clarissimo Consule. An. 506.

CONCILIVM ROMANVM
Habitum anno DI.

POst epistolas Theodorici Regis Italiæ ad Episcopos istius synodi & relationem Episcoporum ad Regem, & post præceptionem & commonitorium ejusdem Regis, quæ omnia in vulgatis editionibus Conciliorum ponuntur post subscriptiones Episcoporum, sequitur in codice Nicolai Fabri, ex quo epistola illa edita sunt: Incipit contentio Episcoporum. *Et mox describuntur acta synodi, quæ acta dicitur* sub die Kalendarum Novembrium. *Quo etiam modo habuisse constat Hieronymum Rubeum in suo codice. Sed omnes alii codices habent* sub die x. Kalendarum Novembrium, *ut in vulgatis editionibus. Multum autem diversæ sunt subscriptiones ab editis in antiquis exemplaribus, & diverso ordine posita sunt in codice canonum Ecclesiæ Romanæ. Referemus autem varias lectiones ex eodem codice & ex vetustis bibliotheca Colbertina signatis* 449. 962. 1572. 1863.

Æmilianus Vercellensis. *Omnes libri veteres (præter 1863. qui* Amelius Suranensis *habet) & codex Ecclesiæ Romanæ:* Æmilianus Suranus. *Editio Moguntina*, Soranos. *Sed infrà nominatur Sebastianus Episcopus Soranus, qui Suranus vocatur in antiquis codicibus.*

Bonifacius. *Codex* 1863. Benignus.

Fidenas. *Codex Ecclesiæ Rom.* Fundensis, 449. & 962. Ficuclensis, 1572. Ficulnensis, 1863. Ficolnensis.

Venusinus. *Codex* 1863. Vinosensis.

Bojanensis. *Codices* 449. & 1572. Boensis, 1863. Bonensis, 962. Businus.

Hilarius. *Veteres libri*, Hilarus. *Quamquam* 1863. *habet* Clarus. *quod eodem recidit.*

Maximianus. *Omnes libri veteres & editiones habent* Maximilianus.

Ferentinas. *Cod.* 1863. Festinagensis.

Pratensis. *Ita quidem editiones. Sed omnes libri veteres* Portuensis. *In* 1863. *tamen scriptum est per errorem librarii* Ortuensis. *Codicem quoque Vaticanum habere* Portuensis *monet Holstenius.*

Ostiensis. *Codices* 449. 962. 1572. Ostensis, 1863. Hortinsis.

Martyrius Terracinensis. *Cod.* 1863. Marcianus Episcopus Ecclesiæ Teranecensis. *mendosè, ut opinor.*

Mevanas. *Tres priores libri Colbertini & editiones Dionysii Exigui*, Mivanatis. *Cod.* 1863. Maunarinensis. *Holstenius ait Mevaniensem Ecclesiam eam esse quam sanctus Gregorius lib. 1. epist. 78. & lib. 7. epist. 75. vocat Vlvaniensem.*

Messanensis. *Codex Rom. Ecclesiæ & tres priores Colbertini*, Meresape; *quartus*, Meresapaninsis.

ANNO CHRISTI 507.

Egnatinus. *Codex* 1863. Eunatinensis. *Reliqui &* *Dionysius*, Agnatinus.

Æsinus. *Cod.* 1863. Eoaunensis, 449. & 1572. & *Dionys.* Acanus, 962. Æcanus. *Holstenius legit* Æcanensis, *Æcas sive Æcanam urbem aiens esse inter Samnium & Apuliam in ipso Apennino, qua postea Troja dicta est.*

Eutychius. *Veteres libri*, Eutícius.

Aquinas. *Tres priores codices*, Agninus; *quartus*, Agnuensis.

Vulturnensis. *Veteres libri*, Vulturnensis.

Cupersanensis. *Veteres libri*, Tempsanensis; *pro quo malè in editionibus*, Tempranensis. *Istius Episcopi & superioris subscriptio deest in codice* 1865.

Trifernínus. *Codices* 449. 962. 1572. & *Dionys.* Derentium Tiberinorum, 1863. Defenanciūsensis. *Holstenius legit* Tifernatium Tiberinorum.

Soranus. *Ita etiam editio Moguntina. Sed alia & codices tres Colbertini priores habent* Suranus, *quartus* Suraninsis.

Atellanus. *Codex* 1863. Vitellininsis.

Buxentinus. *Idem codex*, Bosentinensis.

Trebiensis. *Ita editio Moguntina. Codices* 449. & 1572. Tribensis, 962. Triviensis, 1863. Triventinnsis.

Signanus. *Veteres libri & editiones Iustelli*, Signatinus.

Taurinas. *Cod.* 1863. Taurininsis, *alii & Iustell.* Tauringanus.

Viticanus. *Cod.* 1863. Vatiganus.

Calliensis. *Veteres libri & Iustel.* Celeniensis.

Lateranensis. *Codices* 449. & 962. Lateranensis, 1572. Laterinensis, 1863. Latininsis. *Holstenius legebat* Literensis.

Canusinus. *Cod.* 1863. Confininsis.

Callonicus. *Veteres libri*, Colonicus. *Sic etiam in optimo codice MS. se legisse testatur Holstenius.*

Foroclodiensis. *Cod.* 1863. Foroclodionensis.

Volaterranus. *Tres priores Colbertini*, Voloternanus, *quartus*, Voloterninsis.

Thuricanus. *Veteres libri & editio Moguntina*, Turritanus. *Codex* 1863. Tarentaninsis.

Venerus. *Veteres libri & edit.* Venerius.

Polensis. *Editiones Dionysii & codices* 449. & 1572. Pallensis, 962. Pellensi, 1863. Pelleninsium; *Vaticanus ab Holstenio citatus*, Spellensis. *Holstenius Hispellum esse ait in Umbria.*

Veronensis. *Editio Mogunt.* Verenensis; *veteres libri*, Fetenensis. *Sic etiam editiones Iustelli.*

Cametinus. *Editio Mogunt.* Carmeganensis; *Iustell. & veteres libri*, Catmeianensis.

Anthimi. *Codices* 449. & 962. Antimi, 1572. Antini. *quo modo habet etiam editio Moguntina in margine. Codex* 1863. Antininsis.

ANNO CHRISTI 515.

CONCILIUM TOLOSANUM
Habitum anno DVII.

Auctores postrema Conciliorum editionis aiunt fatis ex epistola Cæsarii Episcopi Arelatensis ad Ruricium Lemovicensem scripta constare celebratum esse Tolosæ Concilium anno proximè secuto post Agathense, altissimum tamen esse silentium de rebus in eo gestis. Sumpserunt autem ista ex supplementis Conciliorum antiquorum Galliæ; quorum auctor à me admonitus falso censuisti Tolosanam illam synodum, maluis falsa proferre quàm synodi illius non facere mentionem. Sed si viri edendarum novarum synodorum ardore flagrantes examinassent verba Cæsarii & Rustici, & tempestates considerassent qua in regno Gothico exorta sunt post habitum synodum Agathensem, facilè intellexissent locum non fuisse congregandis apud Tolosam Episcopis, adeoque synodum illic habitam non fuisse anno proximè secuto post Agathensē. Scripserat ergo Cæsarius ad Ruricium: Indico pietati vestræ quia filius vester Eudomius, si potuerit hoc elaborare, desiderat ut supervenientē anno Tolosæ synodum Christo propitio habeamus; ubi etiam, si potuerit, Hispanos vult Episcopos convenire. *Ad quæ rescripsit Ruricius:* Et si nos ad tempus aliud quod intimatis, si Deus vitam cesserit, venire vultis, nobis per hominem vestrum maturiùs indicetis. *Nihil hic certi. Et faciè non potuisse congregari hanc synodum hinc manifestè colligitur quòd anno quingentesimo septimo cùm gravissimum bellum exarsisset inter Clodoveum Regem Francorum & Alaricum Gothorum, in quo iste occisus est à Clodoveo, congregandorum sacerdotum regni Gothici facultas esse non poterat.*

CONCILIUM SIDONIUM.
Habitum anno DXII.

Præter ea qua de rebus in hac synodo gestis narrantur in tomis Conciliorum, Cyrillus Scythopolitanus in vita sancti Sabæ cap. LXXIII. docet conventus illius duces seu præsides fuisse Sotherium Episcopum Cæsareæ Cappadociæ & Philoxenum, qui apud Evagrium & Theodorum lectorem nomine gentilitio Persico vocatur Xenaias, Episcopum Hierapolis Euphratesiæ: qui Chalcedonensem synodum abnegantes, Eutychis & Dioscori dogmata confirmare studebant.

CONCILIUM ILLYRICIANUM
Habitum anno DXV.

Cum ex Theophanis chronico constet hanc synodum eo anno habitam fuisse quo mortua est Ariadna Augusta, illam verò Marcellinus Comes & Victor Tunnunensis testentur vita decessisse sub consulatu Anthemii & Florentii, Indictione autem octava, dubium non est quin synodus referenda sit ad annum Christi quingentesimum quintumdecimum. De rebus porrò in ea gestis sic scribit Anastasius bibliothecarius in historia ecclesiastica, qui ex Theophane accepit. Sanè Thessalonicensi Episcopo communicante ob metum Im-

peratoris Timotheo Constaotinopolitano Episcopo, quadraginta Episcopi Illyrici & Græciæ convenientes in unom, per professionem in scriptis factam, ut à proprio Metropolitano, discesserunt ab eo; & Romam mittentes, Romano communicare in scriptis professi sunt. *Vide Innocentium III. lib. XVI. epist. 139.*

CONCILIVM LVGDVNENSE
Habitum circa annum DXVI.

Constat ex epistola XXVIII. Aviti Episcopi Viennensis celebratum sub Gundobade Burgundiomm Rege fuisse Concilium in urbe Lugdunensi, cui & Avitus ipse & Chartenius interta sedis Episcopus interfuerunt. Hæc tantùm.

CONCILIVM LARISSENVM
Habitum circa annum DXXXI.

Hanc synodum fuisse celebratam pro ordinatione Stephani Episcopi Larisseni ipse docet in libello transmisse ad Bonifacium II. Pontificem Romanum, qui lectus est in synodo Romana. Illic enim ita loquitur idem Stephanus : Et quia ordinationem secundùm priscam consuetudinem non alibi sed in eadem civitate fieri oportebat, coovenit sancta provinciæ synodus & totius civitatis possessores omneque corpus Ecclesiæ, & communi omnium testimonio nihil consuetudini detrahente, in Ecclesia sum ordinatus Episcopus. *Verùm quia istud fuerat factum præter auctoritatem Episcopi Constantinopolitani, qui ordinationes Episcoperum orientalium sui juris esse contendebat, & multis exemplis adjuvabatur, Stephanum paulè pòst deposuit synodus Constantinopolitana de qua mox sumus acturi.*

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum circa annum DXXXI.

Post Concilium primum Constantinopolitanum, in quo jacta sunt fundamenta patriarchatus Constantinopolitani, urbis illius Episcopum in se traxisse ordinationes Episcoporum orientalium, præcipuè verò metropolitanorum, multa exempla ostendunt data ante tempora Concilii Chalcedonensis. Iste verò anno aut circiter. cùm Proclus Episcopus Larissenus Thessaliæ metropolita excessisset è vivis, ordinatusque in ejus loco secundùm priscam consuetudinem fuisset Stephanus ab Episcopis provinciæ, regiæ urbis Archiepiscopus, ab æmulis ejus sollicitatus, eum evocavit Constantinopolim, & conventum faciens Episcoporum qui ibidem commorabantur, *ut ait idem Stephanus in altero libello,* unum studium habuit ut in sanctis Thessaliæ provinciæ Ecclesiis dominus atque judex esse videretur. *Itaque insuperhabita appellatione Stephani ad sedem apostolicam, cùm nihil de eo approbatum fuisset, id est, cùm nulla testimonia eum convincerent de criminibus quæ ei ingerebantur, (hæc enim erat occasio urendi hominem)* nec ulla culpa esset canonicæ ultionis digna inventa, *sententiam in eum protulerunt, & à sacerdotali eum efficio suspenderunt. Post quæ, Stephanus iterum sedem apostolicam appellavit. Hæc continentur in synodo quæ habita est Romæ sub Bonifacio II. Papa.*

Epistola Vigilii Papæ ad Profuturum Episcopum Bracarensem scripta anno DXXXVIII.

a Dilecto fratri [a] Profuturo Episcopo Vigilius. Directas ad nos tuæ caritatis epistolas plenas catholicæ inquisitionis sollicitudine gratanter accepimus, benedicentes Domini nostri clementiam, qoi tales in extremis quoque mundi partibus dignatus est suis ovibus prævidere pastores per quos & pascuis valeant salutaribos abundare & ab iniqua rapacitate servaræ insidias nequeant subreptionis ejus incurrere. Vnde certum est quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando à vobis cælestium perfectio doctrinarum tam laudabili sciscitatione perquiritur. Scriptum est enim : *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.* Hoc igitur, frater carissime, propositum tuæ * consolationis tota mente tractantes, de te quoque pervenite confidimus qoi regulam catholicæ fidei iisdem studes tenere vestigiis quibus eam in apostolica sede cognoscis esse fundatam. Et quam- * consultationis.

[a] Hæc epistula hactenus inscripta fuit Eutherio sive Eleutherio Episcopo, ut olim monuimus in Notis ad Gratianum. Certum est autem inscribi debere Profuturo, qui fuit Episcopus Bracarensis. Quod non solùm probat auctoritas vetustissimi codicis Ecclesiæ Lugdunensis, sed etiam Colbertini duo optimi & vetustissimi signati num. 408 & 3970 in quibus varia istius epistolæ capita referuntur ex epistola Papæ Vigilii ad Profuturum Episcopum. Præterea extat integra cum hac eadem inscriptione in optimo item & antiquissimo codice 449. ejusdem bibliothecæ Colbertinæ, ex quo putavimus describendam esse integram; in quo tamen deest caput de primatu Romanæ Ecclesiæ, à nobis propterea omissum. Et sanè cùm cetera capita referantur integra in codice 408. Colbertino & in Lugdunensi, iidem tamen non habent quæ de primatu Romanæ Ecclesiæ adduntur in collectione quæ præfert nomen Isidori. Porrò diserta epistolæ ad Profuturum mentio est in gestis Concilii primi Bracarensis, ubi dicitur scripta ad interrogationem ejus, & propter prolixitatem gestis minimè est inserta. De die autem & anno quo data est inutile reor esse si disputem, cùm ex codice Colbertino constet scriptam esse eo anno quo Ioannes Consul fuit post Belisarium, id est, anno DXXXVIII.

ANNO CHRISTI 538.

vis sonus eorum toto orbe diffusus, & usque ad fines orbis terræ eorum verba distensa dilectionis tuæ corda Christo præbuerint esse fidelia, tamen si quid ex his in Ecclesia quæ tuæ gubernationi Deo auxiliante commissa est necdum plena luce claruerit, ad eundem fontem de quo illuc salutaris manaverat lympha recurritis. Hinc est quòd debita caritate sumus amplexi: quia fiducialiter de his unde apud vos observantiam esse dixisti ambiguam, nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes, de singulis quid juxta catholicam disciplinam teneat apostolicæ sedis auctoritas, subjectis aliquibus etiam sanctarum capitibus regulatum, te credimus instruendum.

CAP. I. Ac primùm de his quos Priscillianæ hæresis indicasti vitiis inquinari, sanctè & convenienter religioni catholicæ eos detestatione judicas arguendos qui ita se sub abstinentiæ simulatæ prætextu ab escis videntur carnium submovere ut hoc execrationis potiùs animo quàm devotionis probentur efficere. In qua re quia nefandissimis Manichæis esse consimiles adprobantur, justè patrum venerabilium constitutis ab hac superstitione sunt sub anathematis interminatione prohibiti ne quando aliquid ciborum contagione carnium crederent esse pollutum; quia in his omnibus quæ ad humanum victum misericordia divina concessit, nihil catholicis esse judicatur immundum. Sic enim Titum doctor gentium Paulus monet Apostolus dicens: *Omnia munda mundis; coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum, sed polluta sunt eorum mens & conscientia. Deum se nosse confitentur, factis autem negant, abominabiles & increduli & ad omne opus bonum reprobi.* Similiter & alio loco ad Timotheum de hujusmodi cavendis erroribus prædicavit dicens: *In novissimis autem temporibus discedent quidam à fide, accedentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentes suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinentes à cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognoverunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Hæc igitur exequentia patrum venerabilium constituta specialiter eos censuerunt esse damnandos qui cùm carnibus abstinerent, ea quoque credebant esse vitanda quæ carnibus fuisse videbantur admixta. Nam ipse Dominus noster Iesus Christus ita præmonuit dicens: *Non quæ intrant in os coinquinant hominem; sed quæ procedunt ex ore, hæc sunt quæ coinquinant hominem.* Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui exsecrantur Domini creaturam in nostram societatem recipimus.

CAP. II. De baptismo quoque renascentium trina mersione solemniter adimplendo similiter quid apostolica vel sanxerit vel observet auctoritas in subjectis tua caritas evidenter agnoscet. Illud autem novelli esse judicamus erroris quòd cum in fine psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur, *Gloria patri & filio & spiritui sancto*, aliqui, sicut indicas, subducta una syllaba conjunctiva perfectum conentur minuere vocabulum trinitatis dicendo: *Gloria patri filio spiritui sancto.* Quamvis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat quia una subducta syllaba, personam patris & filii & spiritus sancti unam quodam modo esse designant, tamen ad errorem talium convincendum sufficit vox Domini nostri Iesu Christi; qui designans in invocatione trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti.* Ergo cùm non dixerit, *in nomine patris filii spiritus sancti*, sed æqualibus distinctionibus patrem & filium & spiritum sanctum jusserit nominari, constat illos omnino à doctrina dominica deviare qui aliquid huic voluerint confessioni subtrahere. Hos itaque tua caritas modis omnibus ad confessionis rectæ studeat tramitem revocare. Qui si fortè, quod absit, in errore permanserint, socii nobis esse non possunt.

CAP. III. De his etiam qui baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arrianos iterum baptizati, profundæ voraginis suot morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorum nostrorum decreta censuerint, quia multiplici sunt ratione digesta, ex nostro scrinio relevata capitula his subjuncta direximus; in quibus tamen illud specialiùs caritatem tuam convenit observare, ut quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas illa subrepsit, in æstimatione fraternitatis tuæ aliorumque Pontificum per suas dioeceses relinquatur; ut si qualitas & compunctio pœnitentis devotior fuerit adprobata, indulgentiæ quoque remedio sit vicina: quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus quæ per invocationem sancti spiritus operatur, sed per illam qua pœnitentiæ fructus adquiritur & sanctæ communionis restitutio perficitur.

CAP. IV. De fabrica verò cujuslibet Ecclesiæ quæ diruta fuerit instauranda, & si in eo loco consecrationis solemnitas debeat iterari in quo sanctuaria non fuerunt, nihil judicamus officere si per eam minimè aqua exorcizata jactetur; quia consecrationem cujuslibet in Ecclesiæ in qua sanctuaria non ponuntur, celebritatem tantùm scimus esse Missarum. Et ideo si qua sanctorum basilica à fundamentis etiam fuerit innovata, sine aliqua dubitatione, cùm in ea Missarum fuerit celebrata solemnitas, totius sanctificatio consecrationis implebitur. Si verò sanctuaria quæ habebat ablata sunt, rursus earum depositione in Missarum solemnitate reverentiam sanctificationis accipiet.

CAP. V. Pascha verò futuram nos, si Deus voluerit, octavo Kalendarum Maiarum die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque precum in celebritate Missarum nullo nos tempore, nulla festivitate significamus habere diversum, sed semper eodem tenore oblata Deo munera consecrare. Quotiens verò Paschæ aut Ascensionis Domini vel Pentecosten & Epiphania sanctorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitula diebus apta subjungimus, quibus commemorationem sanctæ solemnitatis vel eorum facimus quorum natalitia celebramus; cetera verò ordine consueto prosequimur. Quapropter & ipsius canonicæ precis textum direximus subter adjectum, quem Deo propitio ex apostolica traditione suscepimus. Et ut caritas tua cognoscat quibus locis aliqua festivitatibus apta connectimus, paschalis diei preces simul adjecimus.

His igitur fraternitatis tuæ inquisitioni responsis, Deum nostrum quantum possimus exoramus ut in omnibus catholicæ religionis Ecclesiis circa universos quos sibi fideles efficit gratiæ suæ dona multiplicet, & ab omnibus insidiis spiritalis hostis atque carnis cunctos populos suos reddere dignetur immunes. Significamus etiam beatorum Apostolorum vel martyrum, sicut sperastis, sancto nos affectui tuo destinasse reliquias, præsumentes fidem vestram eorum deinceps pleniùs esse meritis adjuvandam. *Subscriptio.* Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data Romæ III. Kal. Iul. Flavio Iohanne viro clarissimo Consule.

ANNO CHRISTI 548.

TESTIMONIA ANTIQVORVM CANONVM PRO TRINA IMMERSIONE.

Ex Concilio Apostolorum, *titulo* XLIX.

Quòd in nomine trinitatis debeat baptizari.

SI quis Episcopus aut Presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine patris & filii & spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abiciatur.

Ex eodem, titulo L.

Quòd non debeat una mersio in baptismate quasi in morte Domini provenire.

Si quis Episcopus aut Presbyter non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit Dominus, *In morte mea baptizate*, sed: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti.* AMEN.

ANNO CHRISTI 549.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM
Habitum anno DXLVIII.

H*Æc synodus ad annum* DXLVI. *revocatur in vulgatis editionibus Conciliorum. Sed nos sequi maluimus opinionem viri doctissimi Iacobi Sirmondi, qui eam anno* DXLVIII. *assignat. Occasio autem illius cogenda fuit discordia quæ de tribus capitulis mota erat inter Episcopos, ut disertè docet Facundus Episcopus Hermianensis. Tres habuit actiones, in quarum ultima hæc à se dicta esse testatur idem Facundus in libro contra Mocianum:* Peto de justitia vestra utrum suscepta sit à synodo Chalcedonensi epistola Ibæ, quæ, velut Nestoriana, damnata est iniquitatis; & dum constiterit non obesse synodo quod pars adversa de Theodori persona proponit, sic ea quæ proferre volunt relegi permittatis, ne fortè quæ aguntur ad retractationem videantur memoratæ synodi pertinere. Ego enim fateor simpliciter beatitudini vestræ non pro Theodori Mopsuesteni damnatione me à * contradicentium communione subtraxisse. Hoc enim vel si approbandum non sit, ferendum tamen existimo; nec tantam esse causam judico pro qua deberemus à communione multitudinis segregari; sed quia ex persona Theodori epistolam Ibæ Nestorianam probare conati sunt, & ex epistola Ibæ synodum à qua suscepta est improbare. *Et mox:* Hoc ergo primùm me demonstrare præcipite, ut doceam falsè negari quòd à sancta synodo Chalcedonensi recepta fuerit, & omnia contradicentium figmenta redarguam, quibus eam in destructionem synodi Calchedonensis velut impiam damnaverunt. *Addit deinde Vigilium, quia occulta pollicitatione tenebatur, in qua se spopondit tria capitula damnaturum, sibi non permisisse facere probationem quam offerebat, quamque ipse instanter exigere debuit, sed gestis de medio sublatis, quibus causa cœperat aperiri, & interrupto suo judicio, à considentibus Episcopis flagitasse ut quid eis de causa videretur prolata quisque in scriptis responsione signaret. quod & factum est. Porrò Episcopos istius Concilii fuisse circiter septuaginta docet in eodem loco Facundus. Inter hos verò, præter Facundum, fuisse etiam Zoilum Alexandrinum colligi potest ex his quæ idem Facundus ait lib.* IV. *cap.* IV.

* id est, Severianorum. Vide collationem.

ADDITIO
Ad Concilium Aurelianense habitum anno DXLIX.

E*X vita sancti Domitiani Episcopi Trajectensis ad Mosam edita ab Henschenio & Papebrochio viris clarissimis.* In diebus illis, cum hæresis Arriana maximè in Aurelianorum provincia prævaluisset, ac super hoc diversarum urbium & terrarum magnates & Episcopi Aurelianis ad Concilium generale convenissent, atque hæretici pomposo eloquentiæ fastu tumentes contra fidem arguerent, orantibus catholicis & revelatione divina insinuante beatus Domitianus omnium eloquentissimus, scientia quoque & argumentatione perfectissimus, à coëpiscopis universis ad resistendum hæreticis primus & solus electus, divinitusque à Christo admonitus, omnem illam hæreticorum multitudinem sacræ scripturæ testimoniis convicit & confudit, ita ut non esset adversarius qui ipsum torvo vultu respiceret vel verbis ejus resisteret, sed plures ex eis pœnitentia ducti ante pedes ejus provoluti veniam postularent. Ceteros verò hæreticos in sua malitia perdurantes à consortio & conventu fidelium expellens, fecit à principibus exilio relegari.

CONCILIVM ILLYRICIANVM
Habitum anno DL.

H*Vjus Concilii memoriam debemus Victori Tunonensi, cujus hæc sunt verba:* Post consulatum Basilii V. C. anno IX. Illyriciana synodus in defensione trium capitum Iustiniano Aug. scribit, & Benenatum primæ Iustinianæ civitatis Episcopum obtrectatorem eorundem trium capitum condemnat.



CONCILIVM AFRICANVM
Habitum anno DLI.

V*Ictor Tunonensis:* Post consulatum Basilii V. C. anno x. Africani antistites Vigilium Romanum Episcopum damnatorem trium capitulorum synodaliter à sacra communione, reservato ei pœnitentiæ loco, recludunt, & pro defensione memoratorum trium capitulorum litteras satis idoneas Iustiniano principi per Olympium magistrianum mittunt.



ACTA

ACTA CONCILII QVINTI.

PRÆFATIO.

I. ANTEQVAM dicere aggrediar de gestis Concilii V. operæ pretium esse arbitror admonere priscis recentibusque temporibus eum morem invaluisse in Ecclesia Dei ut una quidem tantùm extaret editio regularum quæ in synodis decernebantur, actorum verò sive gestorum synodalium non semper paria essent exemplaria, sed aliqua plus haberent, alia minus. quod de Chalcedonensi synodo suprà ostensum abundè est. Exemplo quoque in primis esse potest Concilium Ephesinum habitum adversùs Nestorium Episcopum Constantinopolitanum; cujus cùm varia extent exemplaria Græca & Latina, ea tamen sic composita sunt ut quædam in quibusdam codicibus habeantur quæ in aliis desiderantur. Omnium antiquissimus est Colbertinus; ex quo descriptum fuisse puto eum quem Turonensem vocavi, qui est & ipse valde vetus. In his autem codicibus & in editione Contiana synodi Ephesinæ multa desunt quæ Bellovacensis exhibet, nimirum epistolæ Nestorii ad Cælestinum editæ suprà in gestis ejusdem Concilii cap. XI. & XII. & epistola Cælestini ad Imperatorem Theodosium edita cap. XXXVIII. Contrà in Bellovacensi desiderantur acclamationes quas codices Colbertinus & Turonensis & editio Contiana exhibent in calce capitis XXXVII. in quarum locum successit commonitorium datum Legatis euntibus in orientem, quod non habetur in aliis exemplaribus neque in editione Contiana. Rursum subscriptiones Episcoporum quæ editæ à nobis sunt in calce capitis XLIV. non habentur in Latinis exemplaribus, neque in omnibus Græcis. Sed & cap. XXIV. pag. 470. adnotatum est in quibusdam codicibus antiquis testimonia Attici & Amphilochii, quæ illic habentur, non inveniri in vetustioribus exemplaribus. quod & ipsum colligi quoque potest ex Vincentio Lirinensi, ut illic monuimus. Præterea in codice Bellovacensi descriptæ sunt quatuor epistolæ Cælestini post caput LXIV. quæ in aliis non habentur, neque in editione Contiana. Denique desunt in Latinis codicibus retractationes eorum qui decepti fuerant à Quartodecimanis; quas tamen integras insertas esse gestis synodi Ephesinæ patet ex Græcis exemplaribus, ex Mario Mercatore, & ex prima actione Concilii Chalcedonensis. Sed ne exempla è longinquo tantùm petamus, ipsius Constantiensis Concilii duplex est editio; una amplissima, cuncta ferme continens; alia multò contractior & brevior. Et ista quidem usi hactenus fuerant studiosi nostrarum literarum, donec alterius quoque multa fragmenta edidit vir clarissimus Philippus Labbeus ex codice scripto biblio-

ANNO CHRISTI 553. CONCILIUM QUINTUM.

thecæ Capranicensis, cui similem nos habemus præ manibus.

II. His ita constitutis, veniendum nunc est ad gesta Concilii quinti. Illius ergo duæ antiquitus fuere editiones Latinæ, una emissa à Laurentio Surio, altera nondum visa hominibus eruditis. Vir clarissimus & istarum aliarumque literarum peritissimus Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis existimabat antiquam versionem Latinam istius Concilii confectam esse statim atque octava illius collatio finem accepit, nimirum ut gesta tradi possent Papæ Vigilio apud se deliberaturo de damnatione trium capitulorum. Sanè versionem illam esse admodum vetustam & illorum omnino temporum colligi certò potest ex epistola tertia Pelagii II. ad Episcopos Istriæ, in qua referuntur varia fragmenta Theodori Episcopi Mopsuesteni ex interpretatione quæ extat in collatione quarta & eodem prorsùs ordine; & ex quinta descripti habentur in eadem epistola libelli ab Armeniis porrecti Proclo Episcopo Constantinopolitano adversùs eundem Theodorum, fragmentum ex tomo Procli ad Armenios, Cyrilli Alexandrini epistola ad clericos & Lamponem, & alia quædam, ne singula commemorem. Eadem gesta Latina sequenti seculo ex occidente in orientem retulit Philippus magister militum imperialis obsequii, ut discimus ex actione XIV. Concilii sexti; in qua etiam legimus eorundem gestorum exemplar Latinum inventum fuisse Constantinopoli in bibliotheca patriarchii. Ceterùm diversa admodum interpretatio prolata est in Concilio Lateranensi Martini Papæ, in quo refertur prolixum fragmentum ex collatione tertia quintæ synodi.

To VI. Concil pagin 981. 984.

Ibid. pag 271.

III. Quoniam verò editio illa quam paulò antè dicebamus ignotam hactenus fuisse hominibus eruditis magnas habet difficultates, quia nonnulla continet de quibus actum est ingentibus animis in Concilio sexto, ubi accusata sunt falsitatis, res ipsa postulat ut totum illud negotium accuratè explicemus, ita ut & rebus ipsis, quantum fieri poterit, sua constet auctoritas & patres sextæ synodi extra culpam constituantur. Debemus enim hanc reverentiam antiquis, præcipuè verò Episcopis in nomine Christi congregatis, ut non eos errasse dicamus, etiam in rebus historicis, si alia ratione consulere possumus historicæ veritati.

IV. Præter varia fragmenta quæ multùm illustrant historiam Papæ Vigilii, relata in variis sessionibus istius Concilii, extant in septima epistolæ duæ ejusdem Vigilii ad Iustinianum Imperatorem & Theodoram Augustam ejus uxorem, in quibus damnavit tria capitula, & epistola Iustiniani ad synodum de damnatione eorundem capitulorum & ut nomen Vigilii non scriberetur in diptychis ecclesiasticis. In actione autem tertia sextæ synodi, dum relegeretur septima sessio quintæ, ubi ventum est ad epistolas illas Vigilii ad Iustinianum & Theodoram, Legati apostolicæ sedis antiquæ Romæ exclamaverunt eas non esse Vigilii & falsatum esse hunc librum gestorum quinti Concilii. quod etiam confirmatur ex iis quæ referuntur in actione duodecima & in quartadecima. Quare cùm examinarentur codices quintæ synodi in quibus epistolæ illæ Vigilii extabant, constitit illas olim desideratas fuisse in antiquis additosque non ita multò antè fuisse tres quaterniones novos in initio synodi, in septima verò actione, in qua continentur duæ illæ Vigilii epistolæ, mutatum fuisse quintumdecimum quaternionem adjectumque esse quadrifolium non superscriptum ante decimumsextum quaternionem, in quo feruntur duo libelli seu epistolæ Vigilii. Itaque propterea patres decreverunt chartaceum volumen, quod falsatum erat, cassari in locis in quibus

 adjectiones erant factæ, & anathema dixerunt libellis qui dicuntur facti fuisse à Vigilio ad Iustinianum & Theodoram.

 V. Sunt ista gravia, & omnem auctoritatem abjudicare videntur epistolis illis Vigilii, si quis eorum sensum talem esse putet qualis primo statim intuitu occurrit. Verùm si quis ea penitiùs introspicere velit, is animadvertet, ut ego quidem arbitror, non falsas dici epistolas illas, sed falsatas & corruptas ab iis qui testimoniis illarum abuti volebant ad confirmandam opinionem suam de una in Christo voluntate & operatione. Primùm enim ex verbis Georgii monachi relatis in actione XIV. apparet paria libellorum seu epistolarum accepta fuisse de patriarchio, illos postea in quaternionibus fuisse scriptos & Imperatori Constantino Pogonato oblatos, Latinè versos à Constantino grammatico, postremò adjectum fuisse quadrifolium, id est, quaternionem, ante decimum sextum quaternionem quinti Concilii, & in hoc quadrifolio scriptos fuisse duos illos libros Vigilii ad Iustinianum & Theodoram. Mirum autem non est ignotos fuisse Legatis apostolicæ sedis, cùm constet illos defuisse in codice quem ex occidente adductum fuisse diximus à Philippo magistro militum. Hinc enim colligi potest habuisse tum occidentem exemplaria quinti Concilii in quibus epistolæ illæ Vigilii non extabant, & aut eorum quopiam usos esse Legatos, aut non satis explicatam recordationem habuisse earum rerum quas legerant in his gestis.

VI. Deerant sanè libelli illi in codice Latino bibliothecæ patriarchalis Constantinopolitanæ usque ad tempora Pauli Patriarchæ, cujus initia constituuntur in anno sexcentesimo quadragesimo secundo. Verùm tametsi descripti non essent in illo codice, extabant tamen in Græco authentico, ut annotabitur infrà; & ex eo rursum accepti videntur tempore Theodori Patriarchæ, qui depositus est paulò antè quàm sexta synodus haberetur. Colligi istud potest ex his verbis Georgii monachi: *Quando ergo facta est quæstio inter Theodorum, qui fuerat Patriarcha à Deo conservandæ hujus regiæ urbis, & præfatum Macarium de fide, tulerunt paria libellorum qui dicuntur Vigilii de patriarchio, sicut dixerunt Macarius & Stephanus, & scripsimus in quaterniones, & oblati sunt ab eis piissimo nostro principi.* Accepti ergo fuerunt ex archivo publico, ex sacro scrinio Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ubi eos extitisse dubium esse non potest post tam luculentum testimonium. Rectè autem & secundùm morem Ecclesiarum fecerunt illi, cùm constet Episcopos & synodos semper consuesse consulere archiva publica quandocunque gravium controversiarum occasiones emergebant. Veri ergo fuisse videntur libelli seu epistolæ Vigilii ad Iustinianum & Theodoram, neque certò dici potest illos fuisse supposititios ac falsos. Quod evincitur etiam auctoritate literarum ad synodum quintam scriptarum ab Imperatore Iustiniano, in quibus ita legitur: *Quando verò religiosissimus Papa antiquioris Romæ ad istam magnam civitatem pervenit, omnia ista manifestata sunt. Et cùm hæc examinasset, & condemnavit, & satisfactionem in scriptis exposuit tam nobis quàm piæ recordationis tunc conjugi nostræ.* To. VI. Concil. pag. 981.

VII. Sed si epistolæ illæ Vigilii veræ sunt ac genuinæ, quomodo fieri potest ut patres sextam synodum agitantes illas damnaverint falsitatis ad suggestionem Legatorum sedis apostolicæ? In hoc loco utendum est distinctione; quæ facilis, ut mihi quidem videtur, & expedita est. Antè tamen quam illam explicem, annotandum est verè ab Hincmaro Archiepiscopo Remensi observatum eos qui unam voluntatem & operationem adstruebant Hincmar. opusc. LV. Capitul. cap. 19.

in sexta synodo convictos esse *falsasse patrum catholicorum dicta perplurima.* Itaque epistolæ illæ falsæ non sunt; sed ideo accusatæ sunt falsitatis quòd ea pars in qua agebatur de una operatione Christi addita erat à Monothelitis ut suam de una Christi voluntate opinionem fulcirent etiam testimonio Papæ Vigilii. Agnovit istud ante me illustrissimus Cardinalis Baronius, cujus hæc sunt verba; *Cùm verò ventum esset ad septimam actionem, ubi contigit percurri scripta Vigilii in anathematismo adversùs Theodorum Mopsuestenum, quòd non confiteretur unam in Christo personam, lectum fuit ex additamento Monothelitarum, Et unam operationem.*

Baron. ad ān. 680.

VIII. Sanè Legati Papæ non dixerunt has epistolas esse falsas quum cœptæ sunt recitari, sed quum ad eam partem ventum est in qua Vigilius statuitur docens unam in Christo operationem. Tum enim illi exclamaverunt dicentes: *Non faciat Deus, Domine. Non dixit Vigilius unam operationem. Non sunt libelli Vigilii. Falsatus est hic liber.* Et ut manifestè pateret eorum querelam ferri tantùm ad eam partem in qua mentio unius operationis, statim addunt: *Nam, Domine, si unam operationem docuit Vigilius, & susceptus est à synodo, utique & in definitione ejusdem sanctæ quintæ synodi de una operatione vox habuit comprehendi. Dum relecta ergo fuerit, pussime Domine, ipsa definitio, inveniet Dominus omnem veritatem.* Post quæ compositor gestorum ait: *Consequenter itaque & secundùm ordinem relecto eodem libro usque ad definitionem, ipsaque definitione usque ad finem relecta, nullo modo aliquid de una operatione in eadem definitione inventum est contineri.* Vnde in acclamationibus actionis XIV. post anathema dictum libellis illis Vigilii ad Iustinianum & Theodoram & iis simul omnibus qui falsaverunt acta quinti Concilii, Episcopi addunt: *Anathema qui docuerunt & exposuerunt docentibusque vel postea docturis unam voluntatem & unam operationem in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi.*

Tom. VI Concil. pag. 623.

Ibid. pag 984.

IX. Ex his quæ dicta hactenus sunt collegisse mihi videor actionem falsi non fuisse institutam adversùs integras epistolas Vigilii, sed tantùm adversùs eam partem in qua mentio erat unius operationis in Christo. Confirmant hanc observationem Episcopi in eadem actione XIV. ubi aiunt Monothelitas hujus fraudis esse auctores, *ex illorum vocabulis malitiosè adversùs recta dogmata hæc interjicientes;* ob eamque caussam paulò post jubent *libros etiam eos obelis obduci in locis in quibus depravati sunt.* Illarum præterea veritatem adstruere videntur priores literæ Iustiniani ad synodum: quæ cùm sint extra controversiam, ostendunt retinendas esse epistolas illas itemque Iudicatum ad Mennam missum, adversùs quod disputatum etiam est vehementer in Concilio sexto. *Et Vigilio enim religiosissimo Papæ antiquioris Romæ*, inquit Iustinianus, *cùm pervenisset ad hanc regiam civitatem, de tribus capitulis subtiliter omnia manifestavimus, & interrogavimus eum quid sapit de hoc; & ipse non semel nec bis, sed etiam sæpiùs in scriptis & sine scriptis anathematizavit impia tria capitula.* Hæc epistola data est anno DLIII. III. Nonas Maias. Falsa autem erunt quæ isthic scribit Iustinianus, si fides & auctoritas Iudicato detrahatur & his libellis Vigilii, cùm ad eam usque diem nihil aliud pro damnatione trium capitulorum statuisse legatur Vigilius.

Ibid. pag. 980.

Tom. V. Concilior. pag. 422.

X. Ex epistola quoque ejus ad Iustinianum missa per Dominicum Exconsulem & patricium, tametsi data sit diù antè quàm Vigilius adveniret Constantinopolim, conciliari potest auctoritas istis duabus illius epistolis, cùm & isthic & illic se mirificè sollicitum ostendat de retinendis &

conservandis privilegiis apostolicæ sedis. In epistola enim illa sic scribit ad Iustinianum: *suppliciter sperantes ut nullius subrepentis insidiis privilegia sedis beati Petri Apostoli Christianissimis temporibus vestris in aliquo permittatis imminui: quæ si turbentur, quod non credimus, aut minuantur in aliquo, violatæ fidei instar ostendant.* Et in ea quæ relecta est in Concilio sexto: *Iura verò quæ à Deo donata sunt sedi meæ exigo.* Et in ea quæ est ad Theodoram: *Iura verò quæ à Deo donata sunt nostræ sedi neque concessi neque concedo; sed quandiu vivo, quæ justa sunt jura sedis meæ exigo.* Item in charta quæ continet jusjurandum quod idem Vigilius juravit coram Theodoro Cappadoce & patricio Cethego: *ita ut propter locum meum personam meam non prodas, & me ista custodiente [erga] pietatem vestram, honorem meum in omnibus servare promisisti, sed & personam meam opinionemque custodire & cum Dei adjutorio defendere, sed & privilegia Ecclesiæ meæ servare.* Idem animus, idem spiritus utrobique. Tom V. Concil. pag. 317.

XI. Addit Vigilius in hac postrema chartula: *sed & chartulæ istæ nulli ostendantur nihilominus promisistis.* Meminit istius rei Facundus Episcopus Hermianensis in libro contra Mocianum scholasticum his verbis: *Occulta ejus ante judicium pollicitatio tenebatur, in qua se spopondit eadem capitula damnaturum.* Iudicium illud à Facundo commemoratum intelligendum est de conventu septuaginta Episcoporum apud Constantinopolim, cui præfuit Vigilius, interfuit Facundus. Verùm illum fuisse habitum anno DXLVIII. scribit Sirmondus, alii anno superiore; & ex epistola secunda Iustiniani ad synodum, quam nos daturi sumus in fine gestorum, elici potest ista contigisse paulò pòst quàm Vigilius advenerat Constantinopolim. *Sed & sacramenta terribilia*, inquit, *in scriptis juravit ut in eadem permaneret voluntate in condemnatione & anathemate prædictorum trium capitulorum, & nullo modo vel tempore conaretur aliquid ad refutationem condemnationis prædictorum impiorum trium capitulorum.* Et paulò pòst: *Et hæc agens permansit septem annis.* Contigerunt ergo ista anno DXLVII. paulò post adventum Vigilii. Et tamen in calce ejusdem jurisjurandi adnotatum est illud fuisse datum anno quingentesimo quinquagesimo. Sic enim illic legitur: *Datum est hoc juramentum quintodecimo die mensis Augusti, Indictione* XIII. *imperii domni Iustiniani anno* XXIIII. *novies post consulatum Basilii viri clarissimi.* Rursum eam Vigilii occultam pollicitationem de damnandis tribus capitulis factam esse priùs quàm ordinaretur docet Victor Tunnonensis illorum temporum scriptor his verbis: *Sylverius Romanus Episcopus exilio mittitur, & pro eo Vigilius ordinatur: à quo Theodora memorata Aug. priùs quàm ordinaretur occulto chirographo elicuit ut Papa effectus in proscriptione synodi Chalcedonensis tria capitula condemnaret.* Victori similia scribit Liberatus cap. XXII. *Augusta verò vocans Vigilium Agapeti Diaconum, profiteri sibi secretò ab eo flagitavit ut si Papa fieret, tolleret synodum & scriberet Theodosio, Anthimo, & Severo.* Vt ista conciliari possint, dicendum est Vigilium primò quidem ante ordinationem promisisse se damnaturum tria capitula, si Papa fieret, deinde eam pollicitationem renovasse ac implesse quum advenisset Constantinopolim, & ista quoque stipulatum ut occulta esset, demum anno DL. eam rursum fecisse cum eadem stipulatione. Facundus in libro contra Mocianum: *Ob hoc etiam de ipsius Episcopi Romani chirographis, vel priùs ambitionis impulsu, cùm fieri arderet Episcopus, vel postea venalitate parti alteri factis, necessarium duximus non tacere.* Agebat enim cum pervicacissimis trium capitulorum oppugnatoribus Iustiniano & Theodora, qui propterea toties ab eo sacramenta exigebant de eorundem capitulorum damnatione.

ANNO CHRISTI 553

CONCILIUM QUINTUM.

T. VI. Concilior. pag. 981.

XII. Deerant, ut dixi, epistolæ illæ Vigilii in exemplari Latino bibliothecæ patriarchalis usque ad tempora Pauli Patriarchæ, qui sedem Constantinopolitanam tenuit ab anno Christi DCXLII. per decennium aut circiter. Docent istud verba Constantini grammatici ad gloriosissimos judices & sanctam synodum in actione XIV. sextæ synodi. *Scio, Domni, temporibus Pauli quondam Patriarchæ venisse Fortunium, qui fuit Episcopus Carthaginensis; & cùm Missas acturus esset in sancta magna Dei Ecclesia, quæsitum est quomodo sedere debuisset, utrumne ante Metropolitanos qui hic morantur, an post eos. Et requirente eodem Paulo quondam Patriarcha in bibliotheca patriarchii librum quinti Concilii, ut cognosceret quomodo sedere debuisset, contigit ut inveniretur & Latinus liber ejusdem Concilii. Et exinde instructus idem Paulus fecit eum ordinabiliter sedere. Protulit verò eundem Latinum librum de bibliotheca, & dixit mihi: Aspice illum, si secundùm chartacium authenticum volumen septimæ actionis sancti Concilii completum est. Et inveni eundem Latinum librum in septima actione minus habentem ad illud volumen chartacium. Et dixit mihi idem Paulus Patriarcha: Quia assume tecum Sergium Diaconum, qui dicitur Antipisidius, quia bonus scriptor est, & ostende ei quomodo debeat litteras Latinas scribere, & adde quæ minus sunt. Sunt autem quæ addidimus in eodem Latino libro in septima actione libelli qui dicuntur Vigilii Papæ Romani, quos interpretatus sum Latinè ex ipso volumine, &, ut dictum est, scripsit Sergius Diaconus. Quæ verò scripta sunt ab eodem Sergio Diacono, qui dicitur Antipisidius, interposuit in eodem libro Latino Theodorus librarius, qui habuit stationem ad sanctum Ioannem Phocam.* Magni momenti est hic locus. Ostendit enim libellos Vigilii extitisse in codice Græco authentico quintæ synodi bibliothecæ patriarchalis & hinc in Latinum translatos esse tempore Pauli Patriarchæ. Ostendit præterea illos Græcè scriptos fuisse in eodem codice authentico, translatos nimirum ad Græcam linguam ut eos Episcopi Græci faciliùs intelligerent, quemadmodum de aliis ejusdem Vigilii epistolis ait Diodorus Archidiaconus in eadem actione septima quinti Concilii, Latinè postea versos à Constantino grammatico, Latinè scriptos à Sergio Diacono, ac demum auctoritate publica interpositos in codice Latino. At si codex ille Græcus fuit authenticus, nemo jam dubitare potest quin hi libelli repositi sint in gestis quintæ synodi eo tempore quo illa fuit celebrata; adeoque difficilis est eorum accusatio.

Tom. V. Concilior. pag. 549.

XIII. Paulus ergo, quia in codice Latino bibliothecæ patriarchii minus habebatur quàm in authentico, in illo addi curavit ea quæ deerant, eodem modo quo Rusticus in sexta actione Concilii Chalcedonensis addidit allocutionem Latinam Marciani Imperatoris, quam vetus interpres omiserat, in septima actionem de Domno Episcopo Antiocheno, quam plerique codices non habebant, & conventionem Iuvenalis Hierosolymitani & Maximi Antiocheni, quæ deerat in Acœmetensi. Sic codices Græci veteres non habebant quæ de Photio Episcopo Tyri & de Caroso Presbytero in quarta actione Chalcedonensi vulgarunt editores Romani. Infinitum esset omnia persequi. Sicut ergo non propterea in dubium vocanda sunt vetera illa acta quia non extabant olim in quibusdam exemplaribus, sic epistolæ Vigilii ad Iustinianum & Theodoram non rejiciendæ sunt ut spuriæ quia Concilium sextum testatur eas defuisse in aliquot antiquis codicibus; præsertim cùm ejusdem testificatione constet illas repertas fuisse in codice Græco authentico bibliothecæ patriarchalis.

XIV. Nam quaterniones adjectos postea in codice ejusdem biblio-

thecæ non fuisse additos per imposturam, sed quia descripti erant ex integriori exemplari, hinc quoque sumi potest argumentum quòd cùm pleraque alia legantur in ampliori illa collectione quintæ synodi quæ in vulgata desunt, accusata tamen non sunt falsitatis, nimirum quia nihil continebant quod faveret hæresi Monothelitarum. Heic enim observandum est, accusationem falsi semper proficisci à Legatis sedis apostolicæ, & illos bis tantùm eam intendere, primo quidem ubi relectus est in actione tertia sermo Mennæ ad Vigilium, deinde quum paulò pòst releguntur epistolæ Vigilii ad Iustinianum & Theodoram. Itaque quum Antiochus Notarius legisset, *Sermo sanctæ memoriæ Mennæ Archiepiscopi Constantinopoleos ad Vigilium beatissimum Papam Romanum de eo quòd una sit Christi voluntas*, Legati Romani videntes quantum hinc periculum immineret veræ doctrinæ si sermo iste crederetur esse verus, exurgentes exclamaverunt: *Piissime Domine, falsatus est præsens liber quintæ synodi.* Et paulò pòst, quum relegerentur libelli Vigilii ad Iustinianum & Theodotam, in quibus opinio de una Christi operatione adstruitur, iidem Legati, cetera taciti, statim atque voces de una operatione prolatæ sunt, exclamaverunt dicentes: *Non faciat Deus, Domine. Non dixit Vigilius unam operationem. Non sunt libelli Vigilii. Falsatus est & hic liber, sicut & exordia primi libri præsentis quintæ synodi.* Itaque si nulla illic unius operationis mentio fuisset, eodem silentio sermonem & libellos transissent Legati quod tenuerunt dum reliqua legerentur quæ in vulgatis editionibus desiderantur. Non extat hodie sermo ille Mennæ, quia tres illi quaterniones perierunt in quibus continebantur exordia primi libri quintæ synodi, id est, ut conjicere licet, epistolæ scriptæ antè quàm Concilium conveniret, quæ in codice illo præmissæ erant ante gesta, eodem modo quo ante gesta synodi Chalcedonensis ponuntur epistolæ in causa Eutychetis scriptæ antè quàm ea synodus haberetur, quæ librum primum ejusdem synodi constituere dicuntur in actione secunda Concilii sexti. Ac sicut primus ille liber Concilii Chalcedonensis non reperitur hodie in veteribus exemplaribus antiquæ versionis Latinæ, sed in editione Rustici Diaconi, sic initium libri primi Concilii quinti, in quo continebantur sermo Mennæ & multa alia, non extabat in codicibus patriarchii, sed extabat in aliis. Et sicut tum nemo jure falsi accusare potuisset epistolas quæ in primo libro Concilii Chalcedonensis positæ sunt quia non reperiebantur in codicibus antiquæ versionis, sic nemini tum in mentem venire justè potuit sermonem Mennæ & cetera quæ in libro primo continebantur falsa esse propter eam solam rationem quòd deerant in quibusdam codicibus.

To. VI. Concilior. pag. 611.

XV. Acta Concilii V. primus vulgavit Surius anno MDLXVII. ex vetusto exemplari manuscripto descripta, ut ipse ait. Editores Romani fatentur se editionem Surii sequi coactos esse, quia nullum ejusdem Concilii vetus exemplar reperire potuerunt; uti nondum repertum est ullum Romæ, ut ad me scripsit vir eruditissimus Hieronymus Casanata Cardinalis eminentissimus. Tandem vir clarissimus Philippus Labbeus aggressus novam Conciliorum editionem, ad emendanda gesta istius Concilii usus est veteri codice viri doctissimi & optimi Claudii Iolii Cantoris Ecclesiæ Parisiensis, quo nos quoque utimur, & ex eo se variantes lectiones diligenti collatione haurisse testatus est. Ita quidem ille haud dubiè existimabat, non putans plura in eo libro contineri quàm in vulgatis editionibus, & discrimen, si quod erat, versari tantùm in variis lectionibus, quarum nonnullas adnotasse pu-

Tom. V. Concilior. pag. 416.

tabat sufficere. Et tamen in pagina 431. ipse posuit in margine initium prolixi fragmenti multùm diversi ab editionibus vulgatis, quod illum admonere poterat non semper convenire editiones cum veteri codice. Quòd si illum accuratè, uti nos fecimus, contulisset cum editionibus, primò multas varias lectiones deprehendisset quarum nullam mentionem fecit in sua, & præterea varia fragmenta quæ sunt magni momenti, præcipuè verò insigne fragmentum ex Iudicato Vigilii, ejusdem Vigilii epistolas duas ad Iustinianum & Theodoram, testimonium Theodori Cappadocis & Cethegi patricii de jurejurando quod idem Vigilius juravit, & literas Iustiniani adversùs Vigilium. Inutile autem esset de his isthic agere pluribus, cùm suis infrà locis omnia edita sint prout habentur in veteri libro.

XVI. Præter codicem illum, quem ego voco Parisiensem, habui alium vetustissimum ex bibliotheca insignis Ecclesiæ Bellovacensis, mecum communicatum beneficio viri doctissimi Godefridi Hermant ejusdem Ecclesiæ Canonici. Similis est hic codex ei quo Surius utebatur, neque plus neque minus habens. Itaque in illo repetuntur in singulis consessibus nomina Episcoporum, ut in antiquis editionibus, cùm in regia & Labbeana aliquot tantùm ex prioribus describantur in consessibus qui sequuntur post primum. Rursum in subscriptionibus in ultimo consessu positis multùm discrepant iidem codices. Nam Bellovacensis omnes exhibet, Parisiensis verò novem priores tantùm, ut illic monemus.

XVII. Editionem Surianam imitati sunt curatores Romanæ, sic tamen ut in locis admodum multis conjecturas suas posuerint pro verbis veteris interpretis, & quidem aliquando nimis audacter. Exemplo sit hic locus ex consessu sexto: *Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.* Certum est hæc verba non haberi in antiquis libris & editionibus. Illa ergo addidere Romani absque ulla auctoritate, tantùm quia apud Lucam & in editionibus epistolarum sancti Leonis conjuncta habentur cum iis quæ sequuntur. Animadvertere autem debuerant viri doctissimi ista peti ex gestis synodi Chalcedonensis & in Græco istius epistolæ textu ea non haberi quæ heic desunt in vetustis exemplaribus manu scriptis & in antiquis editionibus Concilii quinti. Sed audaciores iidem fuerunt in consessu quinto; ubi epistolam synodi Mopsuestenæ ad Iustinianum, quæ prima ponitur in antiquis codicibus & editionibus, in ultimo loco reposuerunt, secuti ordinem temporum. Quòd si rectè considerassent usum veterum quorundam, facilè agnovissent epistolam ad Iustinianum primam poni quia in authentico ex quo ista descripta sunt præcedebat gesta; sicut in Concilio Arelatensi epistola ad Silvestrum primo loco ponitur ante canones, quamvis constet datam esse post conditos canones. Sic Concilii primi Aurelianensis canonibus præponitur epistola synodi ad Clodoveum, quam tamen certum est nonnisi post constitutos canones scriptam fuisse. Possunt & alia exempla inveniri, si quis requirat.

Tom. V. Concilior. pag. 538.

XVIII. Gestis quintæ synodi adjunxi constitutum Vigilii Romani Pontificis de damnatione trium capitulorum, diù quæsitum, nunc tandem inventum in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Sciebamus quidem Evagrium aliosque post eum docuisse Vigilium, tametsi noluerit interesse Concilio quinto, ei per literas consensisse & communem patrum fidem libello, ut Photius ait in libro de synodis, confirmasse ac Iustiniano Imperatori consonuisse, ut ait sexta synodus in prosphonetico ad Constantinum Pogonatum. Librum autem illum Imperatori datum fuisse à Vigilio docet locus ex vetustissima

Evagr. lib. 4. cap. 38. To. VI Concilior. pag. 1051.

ANNO CHRISTI 553. CONCILIUM QUINTUM.

vetustissima collectione canonum Arabica prolatus à Marca in dissertatione de epistola Vigilii. Et ipse quidem existimavit libellum illum non esse diversum ab epistola Vigilii ad Eutychium à se reperta in bibliotheca regia. Henricus verò Valesius intelligi debere ait aut de eadem epistola aut de constituto quod editum est à Baronio. Quoad constitutum, cùm datum sit ante solutam synodum & sit adversum definitioni ejus, ut etiam agnovit Baronius, manifestum est diversum esse ab eo quo veteres illi scriptores aiunt Vigilium consensisse synodo. Quoad epistolam verò, major est difficultas; & si mihi licet meam in hoc proferre sententiam, puto quidem eam esse veram ac genuinam, sed non esse scriptum seu libellum à veteribus illis commemoratum. Vidit Baronius Vigilium mutasse sententiam anno DLIV. & ab ea recedentem, quam constituto edito declaraverat, assensum fuisse Imperatori & quintam synodum comprobasse. Divinationem conjecturamque Baronii confirmat constitutum Vigilii à nobis repertum in bibliotheca Colbertina, in quo irrita esse jubet ea quæ à se scripta erant pro defensione trium capitulorum. *Quæcunque verò*, inquit, *sive meo nomine sive quorumlibet pro defensione memoratorum trium capitulorum prolata fuerint vel ubicunque reperta, præsentis nostri plenissimi constituti auctoritate vacuamus.* Missum esse ad omnes Episcopos patet ex initio capitis primi. Eundem Iustiniano quoque oblatum fuisse dictum est paulò antè. Porrò nullum titulum habet in veteri libro, neque in eo adnotatum est esse Vigilii. Dubitari tamen non potest quin sit illius.

ANNO CHRISTI 553. CONCILIUM QUINTUM. Valesf. ad Evagr. lib. 4. cap. 38.

Vigilii constit. II. cap. 27.

ACTA CONCILII QUINTI.

INCIPIT SYNODUS QUINTA CONSTANTINOPOLITANA Iustiniani piissimi Augusti temporibus acta.

IMperii Domini Iustiniani perpetui augusti anno XXVII. post consulatum Basilii viri clarissimi anno XII. die III. Nonas Maias. *Ita codex Bellovacensis. In Parisiensi verò sic legitur.* Imperante Domino nostro Iustiniano perpetuo augusto anno XXVII. post consulatum Basili vito clarissimo anno XII. die III. Nonas Maias.

venerabilibus Episcopis. *Legendum esse* venerabilis episcopii *ostendunt vetera exemplaria. Porrò in emendandis his gestis utimur editione Labbeana, quæ omnium postrema est. In his autem gestis contrà accidit quàm in gestis Concilii Chalcedonensis; quippe cùm illic reponendæ sint conjunctiones in recitatione nominum episcopalium, quæ prætermissæ sunt in editione Romana, isthic delendæ sunt, cùm non extent in antiquis codicibus & editionibus.*

Sozusæ. *Surius*, Sozysæ. *Codex Bellovac.* Sozise.

Heracleæ. *Veteres libri*, Herachæ.

Eliæ. *Iidem libri*, Heliæ.

Tuniensi. *Paris.* Tunciensi; *pro quo malè Labbeus in margine*, Tunetensi. *Bellovac.* Tiniensi. *Bona est lectio libri Parisiensis. Vide collat.* 1. *Carthagin. cap.* 128. *pag.* 102.

Carthaginis. *Paris.* Kartaginensis.

Ioanne religiosissimo. *Idem codex*, reverentissimo.

Tyri. *Bellovac.* Cyri.

Post Ioannem Episcopum Nicomediæ reponenda est mentio Stephani Episcopi Nicææ, omissa à Labbeo, quamvis extet in omnibus antiquis libris & editionibus. Sic igitur reponendum, Stephano religiosissimo Episcopo Nicææ.

Cucusorum. *Hanc lectionem debemus editioni Romanæ. Antiquiores enim habent* Cycissorum. *Quo etiam modo scriptum est in libro Bellovacensi. Parisiensis habet* Cicutorum.

Melitenæ. *Veteres libri*, Militenæ.

Euphrantæ. *Bellovac.* Euphrante.

Bosphorio. *Idem codex*, Bosporio. *Cæterùm istius Episcopi mentio nulla fit in codice Parisiensi.*

Neocæsareæ. *Bellovac.* Neocæsyriæ.

Theodoro. *Idem codex*, Theodoro.

Pag. 417.

Tipason. *Paris.* Tipasensi. *Ecclesia Tipasensis erat una ex Numidicis.*

Anno Christi 553.

Concilium Quintum

Stalienſi. *Idem codex*, Iſtalienſi.
Trajanopolitano. *Bellovac.* Tranopolitano. *Sic etiam in ſecunda collationi.*
Pacatianæ. *Idem codex*, Caparianæ. *Sic etiam frequenter in antiquis codicibus, non ſolùm iſtius Concilii, ſed aliorum.*
Creſconio. *Hanc lectionem prima prætulit editio regia, cùm Romana & Biniana præferrent* Creſco, *antiquiores* Criſco. *quam ultimam confirmat codex Bellovacenſis. Fatendum tamen eſt* Creſconio *ſcriptum eſſe in Pariſienſi.*
Dometio. *Pariſ.* Domeitio.
Ohbæ. *in Mauritania Cæſarienſi. Vide collat.* 1. *Carthag. cap.* 193. *pag.* 139.
Dionyſio reverendiſſimo. *Pariſ.* religioſiſſimo.
Syriæ. *Idem codex addit* Iſauriæ.
Dryziparorum. *Veteres libri*, Dryziparon.
Pompejopolitano, *Iidem libri*, Pompoiopolitano Paphlagoniæ. *Poſtea in codice Pariſienſi ſcriptum eſt:* Romano religioſiſſimo Epiſcopo Gabalongos. *quod migraſſe huc videtur ex ſequentibus.*
Cypſeltanorum. *Veteres libri*, Cypſalon. *Veteres edit.* Cypſelon.
Gabalorum. *Bellovac.* Gabalon, *Pariſ.* Gazalon.
Gregorio. *Pariſ.* Grcorgio. *Infrà in collatione ſecunda Bellovacenſis habet* Georgio.
Iuſtinianopolitano. *Idem codex*, Iuſtinianopolitano Cypſelon Armeniæ Garzalon, *mendosè tamen.*
Nyſſæ. *Idem codex*, Myſiæ.
Camulianorum. *Pariſ.* Cummulianorum.
Zatarenſi. *Pariſ.* Zattarenſi. *Bellovac.* Zactarenſi.
Arcæ. *Veteres libri*, Archæ.
Myrinæ. *Pariſ.* Myrrenæ.
Beriſſæ. *Idem codex*, Veriſſæ.
Thalelæo. *Bellovac.* Thallelæo.
Adrianopolis. *Veteres libri*, Adrianopolitano. *Sic etiam veteres editiones.*
Erythrorum. *Veteres libri & edit.* Erythron.
Midcon. *Bellovac.* Myleon. *Pariſ.* Milevitano.
Magedenſi. *Pariſ.* Magidenſi.
Pruſæ. *Bellovac.* Pryſæ.
Ptolemaidis. *Veteres libri*, Prolomaidis.
Antandri. *Pariſ.* Agandri.
Elia. *Veteres libri*, Helia.
Cyſſon. *Iidem libri*, Cyſon.
Lymirorum. *Veteres libri & edit.* Lymiron.
Zenopolitano. *Iidem libri*, Zenonopolitano.
Mallu. *Legendum*, Malli.
Eraſmo. *Pariſ.* Heraſimo. *Bellovac.* Aeraſino.
Dauſarorum. *Pariſ.* Dauſarnorum.
Midaii. *Idem codex*, Mydalæ.
Prymneſiæ. *Bellovac.* Prymneſſi, *Pariſ.* Primnenſi.
Myrenorum. *Veteres libri & edit.* Myri.
Thalelæo. *Iidem libri & edit.* Thallelæo.
Azanorum. *Iidem libri & edit.* Azanon.
Alionorum. *Bellovac. & veteres edit.* Alion. *Pariſ.* Alioni.
Antenon. *Bellovac.* Anteno, *Pariſ.* de Anteno.
Phronymo. *Bellovac.* Phronimo, *Pariſ.* Ephronimo.
Sinnaii. *Pariſ.* Synaili, *Bellovac.* Synati.
Fedicio. *Pariſ.* Eedico, *Bellovac.* Eodicio.
inſulæ. *Deeſt in antiquis libris & editionibus. Sic etiam in aliis collationibus.*
Fulogio. *Iſtius nulla mentio in codice Pariſienſi.*
Danaborum. *Bellovac.* Danoborum.
Coradenſium. *Veteres libri & edit.* Caradeon.
Elpidophoro. *Iidem libri*, Helpidophoro.
Lila. *Legendum*, Sila. *Error eſt typographicus editionis Labbeanæ.*

Ingelon. *Veteres libri*, Ingilon.

Pag. 419.

Caſatanorum. *Veteres libri & edit.* Caſarorum.
Porrhmi. *Pariſ.* Phortimni.
Carpathii. *Bellovac.* Carpathi, *Pariſ.* Carpati.
ſecretum. *Pariſ.* ſecretarium.
miſſus. *Bellovac.* miſſus eſt à piiſſimo.
Alemanicus. *Legendum*, Alamanicus.
Ario. *Veteres libri*, Arrio. *Sic & r ne Latini.*
diœceſibus. *Iidem libri*, diœceſibus. *Sic etiam ferme Latini.*
adjuviſſet. *Iidem libri*, adjuvaſſet.

Pag. 420.

receipiſſe verbum. *Reponendum*, recepiſſe Deum verbum. *Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.*
incarnara. *Legendum*, incarnati. *Et hoc quoque mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.*
& alium Chriſtum. *Pariſ.* & filium alium Chriſtum.
natura filium Dei. *Vocem* filium *codex Pariſienſis non habet in hoc loco.*
propter eum procedere. *Idem codex*, propter eum contra eum procedere.
de fide. *Hæc deſunt in eodem libro Pariſienſi.*
His ita ſubſecutis. *Idem codex*: Et his ita ſubſecutis.
fuerant judicata. *Idem codex*, fuerunt.
in Concilium pervenit. *Veteres libri*, in Concilio pervenit.
quoniam tunc. *Iidem libri*, quoniam & tunc.

Pag. 421.

divæ recordationis. *Pariſ.* divinæ.
civitate in aliam. *Veteres libri*, civitate ad aliam.
in Eccleſiam. *Iidem libri*, in Eccleſia.
uſque occidentem. *Pariſ.* uſque in occidentem.
ab Eutychis &c. *uſque* ſanctam ſynodum. *Iſta exciderunt librario qui ſcripſit exemplar Pariſienſe.*
aliis ſanctis. *Pariſ.* ſanctis aliis.
expoſita. *Bellovac.* & compoſita. *& mox*, conſonent.
expulimus ſic à ſanctis. *Vocem* ſic *veteres libri non agnoſcunt, neque veteres editiones.*
ſanctis Dei Eccleſiis. *Legendum*, in ſanctis Dei Eccleſiis. *Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.*
alium Chriſtum. *Veteres libri*, & alium Chriſtum.
inſuper ſceleratam. *Bellovac.* inſuper per ſceleratam.
judicat. *Veteres libri*, vindicat.
condemnationem liberare. *Bellovac.* condemnatione. *Pariſ.* à condemnatione eos liberare.
eveneret. *Legendum*, eveniret.
glorioſa virgo. *Legendum*, glorioſa ſemper virgo. *Iſta exciderunt in editione Labbeana.*

Pag. 422.

blaſphemat. *Pariſ.* blaſphemabat.
prædicari. *Veteres libri*, prædicare.
interrogavimus de prædictis. *Pariſ.* interrog. & de prædictis.
Et Vigilio. *Conjunctio deeſt in eodem libro Pariſienſi.*
Romæ cum perveniſſet. *Pariſ.* Romæ ſenioris cum ad regiam perveniſſet, de prædictis tribus impiis capitulis ſubtiliter omnibus manifeſtatis, & interrogavimus eum quid de hac cauſa ſapit; & ipſe non ſemel tantùm neque bis, ſed & ſæpius in ſcriptis quàm ſine ſcriptis anathematizavit impia ſua capitula.

in scriptis. *Bellovac. & edit.* in scriptis & sine scriptis.

antiquioris Romæ. *Postea codex Parisiensis addit:* cujus etiam chirographa apud nos conservantur. Et post hæc fecit quod dicitur Iudicatum, quod omnibus sacerdotibus ab ipso editum manifestum factum est; & pariter in eo prædicata impia capitula anathematizavit his verbis.

Dicta Vigilii Papæ. *Et quoniam his quæ nobis de nomine Theodori Mopsuestini scripta porrecta sunt, multa contraria rectæ fidei releguntur, nos moniti Pauli sequentes Apostoli dicentis*, Omnia probate, quod bonum est retinete, *ideoque anathematizamus Theodorum qui fuit Mopsuestiæ Episcopus cum omnibus suis impiis scriptis & qui vindicant eum. Anathematizamus & impiam epistolam quæ ad Marin Persam scripta esse ab Iba dicitur, tamquam contrariam rectæ Christianorum fidei, & omnes qui eam vindicant vel rectam esse dicunt. Anathematizamus & scripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem & duodecim capitula sancti Cyrilli scripta sunt.*

Et hæc quidem in ea quæ dicitur Iudicatum inserta sunt. Putamus autem quòd nec hoc vestram latuit religiositatem, quòd Rusticum & Sebastianum suos Diaconos & alios Clericos, qui primò quidem susceperunt quod fecit Iudicatum, in quo, sicut dictum est, anathematizavit eadem impia capitula, postea verò vindicarunt & defenderunt eadem impia capitula, deposuit. Et non solùm hoc, sed etiam ad Valentinianum Episcopum Scythiæ & Aurelianum Episcopum Atelati, quæ est prima Galliæ Ecclesiarum, scribens manifestavit condemnationem eorundem capitulorum, præcipiens eis nihil suscipere à condemnatis scriptum contra prædictum Iudicatum, & compendiosè dicere semper in eadem voluntate perseveravit. Et hæc omnia jussimus vobis insinuari. Quoniam verò cùm postea venistis ad regiam civitatem scripta facta sunt inter vestram sanctitatem & Vigilium religiosissimum Papam senioris Romæ ut vos omnes conveniatis,& propter eos qui vel ex ignorantia vel scientia impietatem capitulorum vindicant, convenientem his quæ à sanctis quatuor Conciliis de fide definita sunt sententiam dare, & nunc idem religiosissimus Vigilius contrariè factus est suæ voluntatis, nolens unà cum omnibus secundùm quod placuit convenire, sed solos tres Patriarchas & alium unum Episcopum & per contradictionem causa moveretur, dicens tres tantùm Episcopos habere, cùm multi Episcopi ab occidente cum ipso sint, nos hoc audientes sæpius mandavimus ei & per nostros judices & per aliquantos ex vobis ut cum omnibus conveniret, & sententia detur rectæ fidei conveniens, vel unusquisque Patriarcha unà cum quinque aut tribus Episcopis convenirent cum ipso & Episcopis ejus, aut si hoc non elegerit, sed per contradictionem voluerit causam exercitari, ut judices dentur secundùm consuetudinem synodorum, & sicut antecessores nostri fecerunt, qui debent hæc quæ ab unaquaque parte moventur disceptare, eò quòd non est possibile eosdem & contradicere & judicare. Cùm autem ad nullam propositionem voluisset convenire, mandavimus ei quod & vestram sanctitatem & alios Patriarchas in scriptis de hoc interrogavimus, ut tamquam impia ista capitula ab omnibus condemnentur, vel si quis putaverit recta ea esse, evidenter suam voluntatem manifestet. Alienum enim Christianis est cum recta fide impietatem suscipere & non discernere recta à malis. Scire etenim vos volumus quòd nos ea quæ à sanctis quatuor Conciliis &c.

Quomodo verò. *Veteres libri:* Quoniam verò.

Ephesino primo. *Vox* primo *desideratur in codice Parisiensi.*

Pag. 423.

Nyssenum. *Parif. mendosè*, Numusemum.

Quando verò. *Veteres libri:* Quoniam verò.

Iudaico symbolo. *id est, symbolo Theodori, quod extat infrà in collatione quarta.*

superioribus temporibus. *Veteres libri*, à super. temp.

autem etiam. *Parif.* autem vos etiam.

anathematizari. *Veteres libri*, anathematizare.

& sequi in hoc. *Iidem libri*, & sequi & in hac doctrina.

Sic enim vestra. *Legendum* : Scit enim vestra. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*

quod non tantùm. *Legendum*, quòd hoc non tantùm. *Et hic quoque error est editionis Labbeanæ.*

Pag. 424.

Calchedonensi sancto. *Veteres libri*, sancto Chalcedonensi.

in impia epistola. *Parif. tantùm*, impiæ epistolæ.

evangelizavimus vobis. *Bellovac. & heic & paulò post*, vos.

Datum. *Bellovac. & veteres edit.* Datur.

IV. Nonas. *Veteres libri*, III. Nonas. *Sic etiam veteres editiones.*

religiosissimum. *Veteres libri*, reverentissimum.

cùm satisfecerit. *Parif.* qui cum satisfecit.

sint respicientia. *Legendum*, sunt ad præsentem causam respicientia. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

Pag. 425.

qui similia ei. *Bellovac.* qui insimilia ei.

prædictis tribus synodis. *Parif.* prædictis sanctis tribus synodis.

Ecclesiis Dei. *Veteres libri*, Dei Ecclesiis.

quatuor synodis. *Vox* quatuor *non habetur in libro Bellovacensi.*

sedis apostolicæ. *Parif.* sedis & apostolicæ.

& in his nobis ipsis. *Bellovac.* & ipsis nobis his.

conservari. *Parif.* consiteri. *Bellovac. & editiones omnes ante Labbeanam*, conferri.

placitum. *Parif.* placitam.

Pag. 427.

Item reverendissimus. *Bellovac.* Idem.

sub te. *Idem codex*, sobter.

lingua nostra. *Idem codex*, linguæ nostræ.

dictum. *Veteres libri*, scriptum.

ita sese. *Parif.* ita se habet.

profiteremur. *Legendum*, profitemur. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

propositis. *Bellovac.* præpositis.

iis quæ à memoratis. *Veteres libri*, his.

judicavimus. *Iidem libri*, judicamus.

vere. *Iidem libri*, vera.

& paternis. *Iidem libri*, & in paternis.

Pag. 429.

convenite nobiscum. *Bellovac.* convenire nos ad ipsius sanctitatem & præter eum convenire nobiscum.

Megethius. *Parif.* Megetius, *Bellovac.* Meiechius.

In codice Parisiensi sic scriptum est in fine istius primæ collationis. Explicit consessus primus. Incipit secundus.

venerabilibus Episcopis. *Meliùs libri veteres*, venerabilis episcopii. *Vide initium primæ collationis.*

Pag. 430.

Editores Romani secuti sunt veteres editiones in recitandis nominibus Episcoporum istius collationis. Collector regius, studio brevitatis, priores tantùm quinque nominavit, ceteros omisit. In codice Bellovacensi omnes recensentur, in Parisiensi decem priores tantùm. Puto autem gratum fore lectoribus, si omnes reducantur. Itaque sic eos do ex fide veterum librorum cum quibus quilibet apud se facilè comparabit editiones vulgatas.

Eurychio sanctissimo Patriarcha regiæ Constantinopolis novæ Romæ, Apollinario (*Parif.* Apollonario) sanctissimo Archiepiscopo Alexandrinæ magnæ civitatis, Domnino sanctissimo Patriarcha Theopolitanæ magnæ civitatis, Stephano religiosissimo Episcopo Raphiæ, Georgio religiosissimo (*Bellovac.* reverentissimo) Episcopo Tiberiadis, Damiano religiosissimo Episcopo Sozusæ vicem agente (*Malè in Bellovac.* agentibus) Eustochii sanctissimi Episcopi Hierosolymitani, Benigno religiosissimo Episcopo Heracliæ Pelagoniæ vicem agente Heliæ beatissimi, Episcopi Thessalonicensis, Theodoro religiosissimo Episcopo Cæsareæ primæ Cappadociæ provinciæ, Andrea religiosissimo Episcopo Ephesi, Sextiliano religiosissimo Episcopo Tuneiensi (*Bellovac.* Tuniensi) vicem agente Primosi religiosissimi Episcopi Carthaginis, Megethio religiosissimo Episcopo Heracliæ Thraciæ, Anastasio religiosissimo Episcopo Tabiæ vicem agente Dorothei religiosissimi Episcopi Ancyræ, Iohanne reverentissimo Episcopo Iliensi vicem agente Euprepii religiosissimi Episcopi Cyzicenæ civitatis, Eusebio religiosissimo Episcopo Tyri, Iohanne religiosissimo Episcopo Nicomediæ, Stephano religiosissimo Episcopo Nicææ, Constantino religiosissimo Episcopo Chalcedonensi, Petro religiosissimo Episcopo Tarsi, Iohanne reverentissimo Episcopo Cucusorom vicem agente Palladii religiosissimi Episcopi Melitenæ, Iohanne religiosissimo Episcopo Cæsareæ Palæstinæ, Pompeiano religiosissimo Episcopo Byzacii, Amazonio religiosissimo Episcopo Edessæ, Alexandro religiosissimo Episcopo Gangrorum, Thoma religiosissimo Episcopo Apamiæ Syriæ, Euphranta religiosissimo Episcopo Tyanorum, Theodoro religiosissimo Episcopo Hierapolis Syriæ, Bosporio religiosissimo Episcopo Neocæsareæ, Iohanne religiosissimo Episcopo Bostræ, Philippo religiosissimo Episcopo Myrorum, Theodoto religiosissimo Episcopo Seleuciæ Isauriæ, Iuliano reverentissimo Episcopo Sardiensi, Theodoro religiosissimo Episcopo Gortynæ, Eustathio religiosissimo Episcopo Damasci, Theodosio religiosissimo Episcopo Rhodi, Firmo religiosissimo Episcopo Tipason Africanæ provinciæ, Theodoro religiosissimo Episcopo Antiochiæ Pisidiæ, Phoca religiosissimo Episcopo Staliensi, Eulogio religiosissimo Episcopo Pergæ, Severiano religiosissimo Episcopo Aphrodisiadis, Cyriaco reverentissimo Episcopo Amidæ, Severo religiosissimo Episcopo Synnadorum, Petro religiosissimo Episcopo Sidæ, Abrahamio religiosissimo Episcopo Sergiopolitano, Asignio reverentissimo Episcopo * Tranopolitano vicem agente Iohannis religiosissimi Episcopi Laodociæ Phrygiæ Pacatianæ, Iohanne reverentissimo Episcopo Adrianopolitano Thraciæ, Cresco religiosissimo Episcopo Cuiculi, Theodosio religiosissimo Episcopo Iustinianopolitano secundæ Cappadociæ, Stephano religiosissimo Episcopo Laodociæ sive Theodoriadis, Auxanone religiosissimo Episcopo Hierapolis Phrygiæ, Eustathio religiosissimo Episcopo Maximianopolitano, Æthereo religiosissimo Episcopo Anazarbi, Domitio religiosissimo Episcopo Chalcidis, Valeriano religiosissimo Episcopo Obbæ Africanæ provinciæ, Dionysio religiosissimo Episcopo Seleuciæ Syriæ, Theodoro religiosissimo Episcopo Dryziparon, Severo religiosissimo Episcopo Pompeiopolitano Paphlagoniæ, Georgio religiosissimo Episcopo Iustinianæ Cypselon, Romano reverentissimo Episcopo Gabalon, Georgio reverentissimo Episcopo Iustinianopoleos Armeniæ, Iohanne reverentissimo Episcopo Nyssæ, Basilio reverentissimo Episcopo Iustinianopolitano Camulianorum, Iohanne reverentissimo Episcopo Barcusorum, Cresconio reverentissimo Episcopo Zattarensi provinciæ Numidiæ, Sergio reverentissimo Episcopo Cynon secundæ Ægypti, Christophoro reverentissimo Episcopo Arcadiopolitano Asiæ, Theodosio reverentissimo Episcopo Bybli, Leontio reverentissimo Episcopo Archæ, Iohanne reverentissimo Episcopo Myrinæ, Alexandro reverentissimo Episcopo Amphipolitano, Stephano reverentissimo Episcopo Clysmatis, Thoma reverentissimo Episcopo Berissæ, Aristodemo reverentissimo Episcopo Philomelii, Thallelæo reverentissimo Episcopo Adrianopolis Pisidiæ, Theoctisto reverentissimo Episcopo Erythron, Diogeniano reverentissimo Episcopo Sozopolitano, Basso reverentissimo Episcopo Thamiarensi, Anatholio reverentissimo Episcopo Cymæ, Diogene reverentissimo Episcopo Crariæ, Restituto reverentissimo Episcopo Mileon Africanæ provinciæ, Theodoro reverentissimo Episcopo Leontopolitano Ægypti, Æmiliano reverentissimo Episcopo Antipyrgi, Conone reverentissimo Episcopo Magœdensi, Theoctisto reverentissimo Episcopo Prusæ, Georgio reverentissimo Episcopo Ptolomaidis, Sothero reverentissimo Episcopo Aulonis, Zosimo reverentissimo Episcopo Antandri, Cypriano reverentissimo Episcopo Coryci, Helia reverentissimo Episcopo Diocletianopolitano, Theona reverentissimo Episcopo Cusson, Theodoro reverentissimo Episcopo Lymiron, Gennadio reverentissimo Episcopo Zenopolitano, Asyncretio reverentissimo Episcopo Aradi, Stephano reverentissimo Episcopo Botryon, Philippo reverentissimo Episcopo Phelli, Mena reverentissimo Episcopo de Myriangelis, Genethlio reverentissimo Episcopo Dorylæi, Thoma reverentissimo Episcopo Constantinæ, Theodoro reverentissimo Episcopo Leontopolitano, Severo reverentissimo Episcopo Taborum, Theoctisto reverentissimo Episcopo Halicarnassi, Cosma reverentissimo Episcopo Malli, Dionysio reverentissimo Episcopo Megarensi, Callinico reverentissimo Episcopo Opuntis, Paschasio reverentissimo Episcopo Ægii, Erasino reverentissimo Episcopo Cibyræ, Iohanne reverentissimo Episcopo Neocœsareæ Euphratensis, Nonno reverentissimo Episcopo Dansarorum, Stephano reverentissimo Episcopo Balaneon, Thoma reverentissimo Episcopo Circisii, Anatholio reverentissimo Episcopo Sebastæ, Constantino reverentissimo Episcopo Midalii, Machario reverentissimo Episcopo Prymnensi, Megalo reverentissimo Episcopo Myri, Thallelæo reverentissimo Episcopo Isindorum, Niceta reverentissimo Episcopo Epiphaniæ, Alexandro reverentissimo Episcopo Dionysi, Pelagio re-

* *Bellovac. in 3. collat.* Trajanopolitano.

verentissimo Episcopo Azanon, Hierone reverentissimo Episcopo Anastasiopolitano Phrygiæ, Glauco reverentissimo Episcopo Alion, Procopio reverentissimo Episcopo de Antino, Petro reverentissimo Episcopo Dometiopolitano, Iohanne reverentissimo Episcopo Coloniæ, Vranio reverentissimo Episcopo Tralliensi, Iohanne reverentissimo Episcopo Cerasuntis, Phronymo reverentissimo Episcopo Synai, Macedonio reverentissimo Episcopo Iustinianopolitano Bithyniæ, Ecdicio reverentissimo Episcopo Teni, Eulogio reverentissimo Episcopo Dabotum, Theodoro reverentissimo Episcopo Coradeon, Helpidiphoto reverentissimo Episcopo Anastasiopolitano Catiæ, Cyrione reverentissimo Episcopo Dadimorum, Theodoro reverentissimo Episcopo Laodiceæ, Sila reverentissimo Episcopo Tiberiopolitano, Diogene reverentissimo Episcopo Augustopolitano, Theodoro reverentissimo Episcopo Ingilon, Iuliano reverentissimo Episcopo Zeugmatis, Dorymenio reverentissimo Episcopo Adraon, Iohanne reverentissimo Episcopo Larri, Theodoro reverentissimo Episcopo Gargaron, Theodoro reverentissimo Episcopo Comanorum, Rufino reverentissimo Episcopo Sebastiæ Armeniæ, Conone reverentissimo Episcopo Semneon, Cyriaco reverentissimo Episcopo Casatorum, Sisinnio reverentissimo Episcopo Prænecti, Iuliano reverentissimo Episcopo Batnon, Anastasio reverentissimo Episcopo Rachlæ, Theodoro reverentissimo Episcopo Porthmi, Paulo reverentissimo Episcopo Stectorii, Stephano reverentissimo Episcopo Amasiæ, Paulo reverentissimo Episcopo Adrassi, Evandro reverentissimo Episcopo Cnidi, Mena reverentissimo Episcopo Carpathii, Diodorus Archidiaconus & primicerius reverentissimorum Notariorum dixit.

sacrorum. *Malè in Parisiensi*, sanctorum.

Benignus Heracleæ. *Paris.* Benignus Episcopus Heracliæ.

Eliæ. *Veteres libri*, Heliæ.

Chalcedonensis. *Iidem libri*, Chalcedonis.

Leontopoleos. *Iidem libri addunt* Alexandriæ.

Secundùm promissionem. *Codex Parisiensis.* Secundùm quod antecedenti conventu promisit beatissimus Papa antiquioris Romæ Vigilius, fuimus ad ipsum sexto die instantis mensis Maii, id est, ante duos dies istos, reducentes illum ad memoriam eorum quæ inter nos scriptis convenerunt, & hortantes eum, secundùm quod transacto die promisit, manifestam suam facere voluntatem quam habet pro conventu quem nobiscum debet facere, ut tractaret & disceptaret pro tribus capitulis de quibus piissimus Imperator tam nos quàm ipsius beatitudinem scriptis interrogavit. Qui respondit non convenire nobiscum, dicens multos quidem hic esse orientales Episcopos, paucos autem cum eo; propter hoc etenim & petiisti piissimum Imperatorem ut ducantur alii Episcopi de Italia. Nos autem respondimus ad ipsum quòd nec promisimus aliquando occidentalium Episcoporum præsentiam expectare, sed etiam cognovimus de piissimo Imperatore quòd nihil tale promisit. Scit autem vestra beatitudo quod in pactis inter nos scriptis habitis promisistis unà cum unitis & communicantibus nobis Episcopis convenire & quærere de tribus capitulis. Nos autem & communicamus & uniti vobiscum sumus, & non oportet protrahi conventum per occasionem præsentiæ aliorum Episcoporum, aut dividi occidentales Episcopos ab orientalibus, qui uniti sibi invicem sunt & eadem sapiunt. Nec enim in sanctis quatuor synodis multitudo occidentalium Episcoporum inventa est aliquando, sed duo vel tres Episcopi & certi clerici. Nunc autem multi quidem ab Italia Episcopi præsentes sunt. Præsto est autem & vestra beatitudo. Sunt autem & Africani & Illyriciani. Et nihil prohibet convenire vobiscum secundùm quod in scriptis inter nos placuit. Ille iterum nobis dixit: Cum multis quidem convenire non possum, sed æquo numero conveniamus. Et ego quidem adhibeo mecum tres Episcopos qui debent convenire. Conveniant autem & tres Patriarchæ cum uno Episcopo, ut inveniamur quattuor & quattuor, quatenus inter nos in scriptis conferatur de tribus capitulis. Nos autem diximus ad eum: Maximè quidem multi occidentales Episcopi præsto sunt unà cum vestra beatitudine, sicut antè diximus. Tamen nec decet tres Patriarchas convenientes unum tantùm Episcopum habere. Sed si omni modo hoc vultis fieri, oportet unumquemque Patriarcham tantos secum Episcopos habere suæ dioceseos quantos adsumit vestra beatitudo. Tanta autem Episcoporum multitudine præsente tres vel quattuor solos convenire & gesta per se componere, absentibus aliis Episcopis & despectis, nec condecens nec firmum est. Continebitur hoc in scriptis interrogabitis. Paucis etenim convenientibus, si quidem vos vel quidam ex his qui vobiscum sunt contradicunt, non est possibile eosdem & adversarios & judices esse negotii. Si autem non in partes vos separatis, necesse autem est communes quæstiones in synodo moveri, scripta quidem secretò fieri sub paucis Episcopis, & non hoc multis præsentibus, non est cautum. Meliùs autem cum caritate sacerdotibus convenientibus convenire & unam pro causæ ordinatione statuere voluntatem, & hanc manifestam facere reliquis sacerdotibus, ut tunc communis in scriptis sententia causæ imponatur. Cùm autem nulli istorum consensit, diximus ad eum quod piissimus Imperator tam ad vestram beatitudinem quàm ad nos scripsit interrogans cujus de tribus capitulis sententiæ sumus. Et si non vultis secundùm quod in scriptis inter nos placuit convenire, sciat vestra beatitudo quòd oportet nos communiter convenientes nostram manifestare voluntatem. Nec enim justum est vel tam Christianissimum Imperatorem vel fidelem scandalizari populum ex media protractione responsi. Ille autem ad hæc nobis dixit quòd petivi piissimum Imperatorem ut viginti dierum mihi daret inducias, ut respondeam ad interrogationem quam in scriptis ejus tranquillitas ad me fecit. Et vobis autem similia dico, hoc adiciens, quòd nisi intra prædictos dies manifestam meam faciam voluntatem, quicquid vos de capitulis istis ordinaveritis, sequor vos, & non separo me de vestra communione. Nos autem respondimus ad ea quòd in scriptis quidem quæ inter nos facta sunt non placuit separatim & separatim divisè nos respondere, sed communi tractatu pro istis capitulis definire. Si autem sub occasione disceptationis dilationem quærit vestra beatitudo per septem annos, jam ista causa mota, ex quo advenit vestra beatitudo in hac regia civitate, & cùm vos pro omnibus subtiliter instructi estis, & condemnastis sæpius in scriptis & sine scriptis hæc tria capitula, non est justum, cùm piissimus Imperator & nos & vestram beatitudinem interrogavit, per aliam dilationem protrahi responsum. Si autem volueritis vel cum omnibus vobis vel aliquibus tractare, quatenus sententia priùs manifestetur aliis omnibus religiosissimis Episcopis qui in hac regia civitate præsto sunt, & tunc definitione communi firmetur, & causa finem accipiat, con-

ANNO CHRISTI 553. CONCILIUM QUINTUM.

Sancta synodus dixit. Quæ jam acta sunt relegantur. Et relecta sunt. Et priusquàm aliquid apud sanctam synodum ageretur, Constantinus gloriosissimus Quæstor sacri palatii missus à piissimo Imperatore ingressus ita dixit. Certum est vestræ beatitudini quantum semper studium habuit invictissimus Imperator ut dubitatio quæ exorta est pro tribus capitulis finem accipiat, pro quibus vobis disceptatio est & calumnia ex his facta, ut Dei Ecclesia liberetur, non ignorans vestræ rectitudinem sanctitatis, & quam pro istis capitulis voluntatem habetis, sed ut etiam synodicè de tribus capitulis sententia proferatur. Ergo non intermisit & Vigilium religiosissimum orthodoxè vobiscum venire & congruum rectæ fidei tribus istis capitulis finem imponere. Ille verò multotiens quidem in scriptis secretò suam voluntatem manifestavit condemnans ista capitula, quod & sine scriptis sæpius dixit coram piissimo Imperatore, præsentibus quidem gloriosissimis judicibus, præsentibus autem plurimis ex vestro sancto Concilio; & nunquam intermisit anathematizans eos qui vindicant Theodorum Mopsuestenum & epistolam quæ dicitur Ibæ & Theodoreti conscripta contra rectam fidem & duodecim capitula sancti Cyrilli. Communiter verò convenire & hoc cum vestro sancto Concilio facere hactenus distulit. Cùm piissimus Dominus per suos judices, quorum ego ipse pars fui, adhortatus ipsum communiter convenire vobiscum & ea synodicè quærere & fini tradere competenti, sicut & factis inter vos & illum scriptis continetur, quòd si hoc non voluerit, manifestam suam facere voluntatem si trium

Anno Christi 553.

Concilium Quintum.

trium istorum capitulorum impietatem vindicat, ille verò convenire quidem hactenus distulit, sicut & vestræ sanctitati cognitum est. Hesterna autem die destinavit Servum-Dei reverentissimum Subdiaconum Romanæ Ecclesiæ; per quem ad se vocavit Vilisarium & Cethegum gloriosissimos patricios, necnon & Iustinum & Constantianum gloriosissimos Consulares, & Theodorum & Beingnum & Phocam religiosissimos Episcopos, utpote per eos aliquod responsum piissimo Imperatori missurus. qui & abierunt. Et paulò pòst reversi suggesserunt piissimo Domino quòd fuimus apud Vigilium religiosissimum Episcopum, & dixit ad nos quod propterea vos convocavimus quòd scitis ea quæ in mediis istis diebus mota sunt. Quoniam igitur feci chartam pro tribus capitulis quæ moventur scriptam ad piissimum Imperatorem, dignemini eam relegere & ad ejus serenitatem proferre. Nos autem cùm hæc audissemus, & vidissemus chartam ad vestram serenitatem scriptam, diximus ad ipsum quòd nos chartam ad piissimum Imperatorem scriptam sine jussione ipsius suscipere omnino non possumus. Habes autem Diacones responsales, per quos licet tibi eam destinare. Ille autem dixit ad nos, ut sciatis quia ego chartam feci. Nos autem Episcopi respondimus ad ipsum: Si secundùm quod scriptis placuit inter nos & vestram beatitudinem & sanctissimos Patriarchas & religiosissimos Episcopos, jubetis convenire & pro tribus capitulis disceptare & formam cum omnibus dare rectæ fidei convenientem, sicut & sancti Apostoli & sancti patres & quatuor Concilia fecerunt communi quæstione exorta, & caput & patrem & primos vos habemus. Si autem ad piissimum Imperatorem fecit chartam vestra sanctitas, habetis responsorios, sicut dictum est, & per illos eam destinate. Et cùm hæc à nobis audisset, misit Servum-Dei Subdiaconum, qui expectat vestræ serenitatis responsum. Et cùm hæc pietas ejus audisset, & mandavit per prædictos religiosissimos & gloriosissimos viros memorato Subdiacono renuntiari Vigilio religiosissimo quod nos quidem invitavimus eum convenire unà cum beatissimis Patriarchis & ceteris religiosissimis Episcopis, & communiter cum ipsis de tribus istis capitulis tam examinare quàm judicare. Cùm autem hoc recusasti, dicis verò quædam solus scripsisse per te de his tribus capitulis, siquidem condemnasti ea consonanter his quæ jam facta antè sunt, habemus multa talia scripta quæ fecisti, & altero non indigemus. Si autem aliquid contrarium his quæ jam antè facta sunt in præsenti fecisti, tu te ipsum per tua scripta condemnas à rectis desistens dogmatibus & impietatem defendens. Et quomodo à te habemus talem chartam suscipere? Et hoc dato responso à piissimo Imperatore per eundem Diaconum a se scriptam chartam jam non destinavit. Et hæc omnia certa sine scriptis facta sunt & vestræ beatitudini. Propter hoc igitur necessarium esse putavit, priusquàm finis perfectus à vobis tribus capitulis imponeretur, chartas quasdam vestro sancto manifestare Concilio, quas & ab initio scribens ad vos destinare promisit, & eas præ manibus habemus: quorum una quidem ad piissimum Imperatorem manu Vigilii religiosissimi scripta est, alia verò ad piæ recordationis Theodoram Dominam nostram facta, alteriùs quidem scripta manu, subscripta autem ab eodem religiosissimo viro; in quibus utrisque manifeste est invenire impiorum istorum capitulorum condemnationem. Est autem & depositio quam fecit in Rusticum suum cognatum & Sebastianum Diaconos Romanæ sanctæ Ecclesiæ & alios

Vide to. V. Concilior. pag. 331.

Tom. I.

quosdam, & aliæ insuper epistolæ; alia quidem ad Valentinianum religiosissimum Episcopum Scythiæ, alia autem ad Aurelianum religiosissimum Præsulem Arelatensis Ecclesiæ, quæ prima est sanctarum Ecclesiarum quæ in Gallia sunt; per quas iterum manifestum fecit idem religiosissimus Vigilius quòd in ea permanet voluntate de condemnatione capitulorum. Quoniam autem scit vestra beatitudo quòd & Iudicatum idem vir religiosissimus [ad] Menam sanctæ memoriæ hujus regiæ civitatis factum Archiepiscopum destinavit manifestè prædicta capitula condemnans, & verbis quibusdam dubiis promittebat quidem eorum emendationem facere, & mundo undique eorundem capitulorum condemnatio sit, dicebat autem non posse aliter hoc facere nisi recipiat quod fecisset cùm ad omnes Iudicatum directum fuisset Ecclesias, multis pro eo motis idem vir religiosissimus paratum se esse dicebat terribilia sacramenta subire quòd recipiens prædictum Iudicatum, puram trium capitulorum faciet condemnationem. Quod et piissimus Imperator licèt difficiliter tulit, & alienum & non conveniens esse putabat sacerdotes talia sacramenta subire, tamen ex ejus instantia victus juramenta scriptis suscipere. Misit ergo & istam chartulam ad vestrum sanctum Concilium, ut post insinuationem iterum mihi reddatur, apud quem ipsius pietas æstimaverit custodienda. Ne autem ea quæ hodie subsecuta sunt vestram latere beatitudinem possint, piissimus Imperator convocatis reverentissimis Episcopis occidentalibus necnon Clericis ejusdem religiosissimi Vigilii, insuper autem & Vincentio reverentissimo Episcopo Claudiopolitano, misit ad eos Cethegum gloriosissimum patricium & Petrum gloriosissimum patricium & magistrum officiorum & Patricium gloriosissimum patricium, & me ipsum unà cum eis. Et omnibus præsentibus cognoverunt quidem sua signacula eidem chartæ imposita Vincentius religiosissimus & Servus-Dei reverentissimus Subdiaconus. Quibus disruptis, lecta est ante omnes charta; & cognovit seriem Vincentius reverentissimus, & confessus est quòd ipse administravit negotio Subdiaconis Romanæ sanctæ Ecclesiæ tunc connumeratus. Et hoc autem jussit mihi piissimus Imperator ad vestram beatitudinem dicere, quoniam Vigilius religiosissimus & Clerici ejus frequenter ad piissimum Dominum dicebant quòd decet ejus serenitatem statum Ecclesiæ servare qui temporibus piæ recordationis patris ejus obtinebat. Volens piissimus Imperator ostendere vestræ beatitudini quam & piæ recordationis pater ejus de his qui nunc moventur voluntatem habeat, divinam epistolam ab illo scriptam ad Hypatium tunc magistrum militum orientis misit vestræ beatitudini, ut ex hac cognoscatis quod piæ recordationis patris sui voluntatem sibi traditam non tantùm hactenus custodivit, sed etiam zelum circa rectam fidem amplificavit. Cùm enim quidam orientales suggessissent Iustino piæ recordationis quòd Clerici Cyrensis venerabilis Ecclesiæ Theodoreti imaginem curru imposuerunt, & in prædictam civitatem psallentes introduxerunt, & Sergius tunc temporis Episcopus collectam celebravit Theodori & Diodori & Theodoreti & Nestorii cujusdam quasi onus de sanctis martyribus, litteras destinavit ad Hypatium magistrum militum tunc temporis orientis ut ea requirat & suggerat. Quo facto, ejectus quidem est ab episcopatu Sergius, & usque ad mortem in tali mansit infamia, sicut cognoscunt omnes quidem Theopolitani Clerici, præsertim verò Dionysius religiosissimus Episcopus Seleuciæ sanctæ Ecclesiæ & Hermisigenes re-

Anno Christi 553.

Concilium Quintum.

Vide infrà pag. 560.

Eeeee

verentissimus Presbyter sanctæ Ecclesiæ hujus regiæ orbis & Heraclius vir reverentissimus Presbyter Theopolitanæ sanctæ Ecclesiæ, quod usque ad mortem Sergius permansit sacerdotio ejectus propter condemnationem tunc temporis contra eum factam. Decet igitur vestram sanctam synodum omnia cognoscentem mirari quidem pietatem Domini, festinare autem celerem causæ finem imponere, ne per longiores scandalum simplicioribus augeretur, & permaneant hæretici diutiùs istorum capitulorum impietatem sanctæ Dei Ecclesiæ applicantes, sed audire chartas à piissimo destinatas Imperatore, ne quid vos lateret ex his quæ de isto negotio adsecuta sunt.

Sancta synodus dixit. Chartæ quorum gloriosissimus Quæstor mentionem fecit recitentur. Et cùm suscepisset Diodorus Archidiaconus & primicerius reverentissimorum Notariorum recitavit.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Vigilius Episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ scribens manu mea totam hanc chartam dico, nos semper per virtutem sanctæ trinitatis hæretici nunquam fuimus neque sumus. Iura verò quæ à Deo donata sunt sedi meæ exigo. Hoc ergo ne faciat existimare vestram pietatem quia hæreticos defendo. Ecce enim satisfaciens vestro invicto imperio, anathematizans epistolam Ibæ quæ dicitur ad Marim Persam missa, anathematizans & dogmata Theodoreti, anathematizans Theodorum qui fuit Episcopus Mopsuestiæ, sicut alienum semper illum fuisse ab Ecclesiis & sanctorum patrum adversarium, qui non confitetur incarnatum Deum verbum, id est, Christum, esse unam subsistentiam & unam personam & unam operationem, anathematizamus. Et si quis dicit alium passum & alium miracula facientem, & non confitetur unius ejusdemque miracula atque passiones quas voluntariè perpessus est carni quæ est nobis consubstantialis, quod Græcè dicitur homousion, animata anima rationabili & intellegibili, hunc anathematizat & sancta nostra Ecclesia & nos ipsi.

Item ex alia charta recitatum est.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Nos semper per virtutem sanctæ trinitatis hæretici nunquam fuimus aliquando neque sumus, absit, sed ex infantia & Christiani & orthodoxi & fuimus & sumus. Iura verò quæ à Deo donata sunt nostræ sedi neque concessi neque concedo; sed quandiu vivo, quæ justa sunt jura sedis meæ exigo. Hoc ergo ne faciat æstimare pietatem vestram quia hæreticos defendo. Ecce enim ad satisfactionem vestro invicto imperio subscripsi in hac charta, anathematizans & epistolam Ibæ quæ dicitur ad Marim Persam dictа, anathematizans verò & dogmata Theodoreti, anathematizans autem & Theodorum qui fuit Episcopus Mopsuestiæ, sicut alienum semper Ecclesiæ & sanctorum. Et eos qui non confitentur incarnatum Deum verbum id est Christum esse subsistentiam & unam personam & unam ejus operationem anathematizamus. Et si quis dicit alium passum & alium qui miracula fecit, & non confitetur unius ejusdemque miracula sive passiones quas voluntariè passus carne nostræ consubstantiali, id est homousion, animata anima rationabili & intellectuali, talem anathematizat & sancta nostra Ecclesia & nos, juvante Christo Domino nostro. Vigilius Episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ huic chartulæ à me factæ subscripsi, legens quæ suprà scripta sunt consensi, & anathematizans subscripsi.

Item ex alia charta recitatum est.

Vigilius Episcopus Rustico & Sebastiano. Diù vobis, Rusticæ & Sebastiane, canonibus & decessorum nostrorum &c. *ut pag.* 550.

Pag. 550.

cum nimia. *Paris.* cõmodica.
ut excessus. *Veteres libri*, & ut excessus.

Pag. 551.

potuisset. *Veteres libri*, potuissent.
Theodotiti. *Iidem libri*, Theodoreti.
instante. *Paris.* adstante.
diaconis. *Idem codex*, diaconibus. *Bellovac.* diaconus.
ejus. *Deest in Parisiensi.*
tam. *Deest in eodem libro.*
consentiente. *Veteres libri*, consentientibus.
Mennæ. *Veteres libri & edit.* Menæ.
Tyrannum. *Bellovac.* Tyrannium, *Paris.* Turranium.
in Ecclesiam sessum. *Veteres libri*, in Ecclesia nobiscum.
neque quod factum. *Paris.* ne quod factum. *Hinc confirmatur conjectura apposita in margine editionis Romanæ.*
sed hoc magis. *Paris.* & hoc magis.

Pag. 552.

edita teneret. *Bellovac.* editaon teneret. *Paris.* edita non teneret.
membrana. *Veteres libri*, membrano. *Sic etiam paulo post.*
scripta. *Paris.* scriptum.
qui contra. *Bellovac.* quia contra.
Paulus Diaconus. *Veteres libri & edit.* Diaconus Paulus.
ad Italiam. *Paris.* ab Italia.
Africana provincia. *Veteres libri*, Africanam provinciam.
producere. *Paris.* prodere.
notario. *Idem codex*, notariis.
diaconis Anatolio. *Veteres libri*, Diaconibus Pelagio, Anatolio, atque Stephano.

Pag. 553.

locumque diaconi. *Paris.* locumque diaconatus.
aut quanto te. *Vox te deest in codicibus manuscriptis.*
ordinatione. *Bellovac.* ordinationem, *Paris.* ordinē.
Salonitanam urbem. *Veteres libri*, Salonitana urbe.
applicaverat. *Iidem libri*, applicuerat.
vel quando. *Iidem libri*, vel quomodo.
Iterum Thessalonica. *Iidem libri*: Iterum de Thessalonica.
laudabas. *Paris.* clamabas.

Pag. 554.

quæramus ista. *Paris.* quæramus si ista.
mandatū. *Veteres libri*, mandato.
diaconi. *Paris.* diaconii.
diaconis. *Veteres libri*, diaconibus.
fustis. *Iidem libri*, fustectis.
noctis. *Paris.* nocturnis.
episcopus. *Legendum*, Episcopis. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*
in illos. *Bellovac.* in illis, *Paris.* in illius.
ibi venisse. *Veteres libri*. venisse ibi.
Lamptidiom. *Veteres libri & edit.* Lamptedium.
Si quis excommunicatus. *Vide addit.* IV. *Capitular. cap.* 54.

Item placuit universo. *Vide lib.* v. *Capitular. cap.* 30. *& lib.* VII. *cap.* 26.
beati recordationis. *Legendum*, beatæ. *Error typographicus.*
contra Iesum. *Veteres libri*, contra Christum.
diaconis. *Iidem libri*, diaconibus.

Pag. 555.

quod contra rectam. *Vox* quod *deest in codicibus antiquis.*
suscepisset. *Veteres libri*, suscepisse.
quatenus. *Paris.* quasi.
Hæc ergo. *Bellovac.* Hæc enim ergo.
per mulia temporis spatia. *Paris.* diu & per multis temporibus spatia. *Bellovac.* debet (*quod est effictum ex* diu &) per multa temporis spatia.
diaconum. *Paris.* diaconem.
detestanda. *Veteres libri*, decertanda.
simul currebas. *Paris.* concurrebas.
gehennam. *Veteres libri*, gehenna.
in vobis. *Iidem libri*, jam in vobis.
diaconi. *Iidem libri*, diaconii.

Pag. 556.

competenter. *Bellovac.* competentes, *Paris.* competens.
transitum nostrum. *Legendum*, post transitum nostrum vos contra constitutum nostrum. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ. Vox autem* vos *addita est ex antiquis exemplaribus.*
potentes. *Veteres libri*, putantes.
Syllacenum. *Bellovac.* Scillacenum, *Paris.* Squillacenum.
cui præsidemus. *Paris.* cui Deo auctore præsidemus.

Pag. 557.

Item ex alia chartula recitatum est.
Dilectissimo fratri Valentiniano Episcopo de Tomis provinciæ Scythiæ Vigilius. Fraternitatis tuæ relegens scripta &c. *ut pag.* 557.
quæ convenit Christianis. *Paris.* qua conv. Christianos. *Sic etiam in Bellovac. nisi quòd habet* quæ.
Basinianus. *Paris.* Basilianus.
Constantinopoli. *Veteres libri*, Constantinopolim.
cognoscent. *Iidem libri*, cognoscunt.
prædecessorum. *Veteres libri & edit.* præcessorum. *Labbeus mutavit.*
prædicatarum. *Veteres libri*, prædictarum.
restitisse. *Iidem libri*, restituisse.

Pag. 558.

scriptis Theodotiti. *Iidem libri*, scripta Theodoreti.
alias sanctas. *Paris.* alios sanctos.
roborate. *Bellovac.* robore. *Paris.* honore robore.
festinet. *Paris.* festinent, *& paulò pòst* cognoscant.
Datum. *Paris.* Data.
Item ex alia charta recitatum est.
Dilectissimo fratri & coëpiscopo Aureliano Arelatensi Vigilius. Fraternitatis vestræ litteras pridie Iduum Iuliarum die Anastasio deferente &c. *ut pag.* 558.

Præter duos codices quibus utimur in recensendis gestis Concilii quinti, sequentem epistolam reperimus in vetustissimo codice MS. bibliotheca regiæ & in codicibus 5034. & 5141. bibliotheca Colbertina item vetustissimis.

Dilectissimo fratri. *Paris.* Dilectissimo fratri & coepiscopo Aureliano Arelatensi Vigilius.

Idus Iulias. *Veteres libri*, Iduum Iuliarum die.
relegimus. *Parisiensis & regius*, legimus.

Pag. 559.

ascendens. *Veteres libri*, ut ascendas.
indubitabiliter. *Paris.* indubitanter.
repravant. *Regius, Parisiensis, & Colbertini*, reprobant.
quem. *Paris.* cujus, *Bellovac.* cui.
prædecessores. *Veteres libri*, præcessores.
sancta. *Deest in omnibus antiquis codicibus.*
item doctor. *Veteres libri*, idem doctor.
cor ipsius. *Paris.* cor ejus.
domino sibi subveniat. *Omnes libri veteres:* Domino sibi auxiliante subveniat. *Sic etiam habet editio Sirmondi.*
qualibet. *Paris.* aliqua.

Pag. 560.

meritum sacerdotii. *Veteres libri*, sacerdotii meritum.
conservet. *Regius & Colbertini*, incolumem custodiat.
Datum. *Paris.* data.
imperii. *Regius & Colbertini*, imperante Domino Iustiniano PP. Aug. anno XXIIII.
anno octavo. *Parisiensis, Regius, & Colbertini*, anno nono.
Item ex alia charta recitatum est.

Iuravit beatissimus Papa Vigilius Domino piissimo Imperatori in præsentia nostra, id est, mei Episcopi Cæsariæ Cappadociæ Theodori, & mei patricii Cethegi, per virtutem sanctorum clavorum ex quibus crucifixus est Dominus Deus noster Iesus Christus & per sancta quattuor evangelia, ita per istam virtutem * sancti freni, & per ista sancta quattuor evangelia, quòd cum pietate vestra uno animo, una voluntate, hoc velle, hoc conari, ita agere, quantum possumus, ut ista tria capitula, id est, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis suis, & epistolam quæ dicitur Ibæ, & conscripta Theodoreti contra orthodoxam fidem & contra duodecim capitula sancti Cyrilli dicta condemnentur & anathematizentur, & nihil pro his capitulis neque per me neque per eos quibus credere possum ex ordine clericatus aut laicis contra voluntatem pietatis vestræ aut agere aut loqui aut consilia dare secretius. Et si quis mihi aliquid contrarium dixerit aut de istis capitulis aut de fide aut contra rem publicam, istum sine mortis periculo pietati vestræ manifestabo, & quæ mihi locutus est, ita ut propter locum meum personam meam non prodas, & me ista custodiente [erga] pietatem vestram, honorem meum in omnibus servare promisisti, sed & personam opinionemque meam custodire & cum Dei adjutorio defendere, sed & privilegia Ecclesiæ meæ servare. sed & chartulæ istæ nulli ostendantur nihilominus promisistis. Promitto præterea quòd in ista causa trium capitulorum quodcunque debet fieri communiter tractamus, & quod utile nobis visum fuerit, hoc faciamus cum adjutorio Dei. Datum est hoc juramentum quintodecimo die mensis Augusti, Indictione XIII. imperii domni Iustiniani anno XXIIII. novies post consulatum Basilii viri clarissimi. Ego Theodorus misericordia Dei Episcopus Cæsareæ Cappadociæ huic chartulæ juramenti testis subscripsi. Flavius Cethegus gloriosus vir patricius huic chartulæ juramenti testis subscripsi.

* Vide Gregor Tur. lib. 1. de glo mar-tyr. c. 6.

Item ex alia chartula recitatum est.
Lecta sunt nobis gesta confecta apud Antioche-

ANNO CHRISTI 553. CONCILIUM QUINTUM.

næ civitatis defensorem &c. *ut pag. 560.*

in currum. *Bellovac.* in currui, *Paris.* currui *tantùm.*

& ostendentes. *Hæc desunt in libro Parisiensi.*

accepisset. *Paris.* accessisset.

& Theodori. *Et hæc quoque desunt in Parisiensi.*

cum degete. *Veteres libri*, cùm ibi degere.

dixerunt. *Paris.* adduxerunt.

Sancimus igitur. *Idem codex:* Sancimus autem.

Stabilisianorum. *Bellovac.* Staplisianorum. *Vide suprà pag. 775. extrema.*

Pag. 561.

Antiochiæ confectis inserta est, psallentes ad imaginis honorem. *Hæc desunt in antiquis exemplaribus. Rectè sanè. Huc enim in editione Suriana, quæ omnium prima est, translata sunt ex præcedenti periodo per incuriam typographorum, ideoque delenda sunt. Surianam editionem secuti sunt editores Romani, qui aiunt se nullum vetus exemplar istius synodi habuisse. Itaque illi extra culpam sunt. Non ita Labbeus, qui Parisiensi codice utebatur.*

crucientur. *Veteres libri*, cruciarentur.

possimus. *Paris.* poterimus, *Bellovac.* potuerimus.

Datum. *Paris.* Data.

qui omnia. *Idem codex*, quia omnia.

Constantinus gloriosissimus Quæstor dixit. Dum intersum sancto vestro Concilio propter recitationem chartarum quæ apud vos insinuatæ sunt, piissimus Imperator formam destinavit ad vestram sanctam synodum de Vigilii nomine, ne jam sacris dyptychis Ecclesiæ inferatur propter impietatem quam vindicavit, nec & recitetur vobis & conservetur tam in Ecclesiam hujus regiæ civitatis quàm in ceteras Ecclesias quæ & vobis & reliquis Episcopis creditæ sunt in re publica à Deo ei commissa. Audientes autem formam, iterum cognoscetia per eam quantum serenissimus Imperator unitatem sanctarum Ecclesiarum & puritatem sanctorum mysteriorum procurat.

Vide to. 2. Monumentor. Coteleris pag. 540. 146.

Sancta synodus dixit. Sacra forma competenter suscepta recitetur. Et cùm suscepisset Stephanus Diaconus Notarius & instrumentarius recitavit.

In nomine Domini Iesu Christi. Imperator Cæsar Flavius Iustinianus, Alamanoicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclitus, victor ac triumphator semper augustus, beatissimis Archiepiscopis & Patriarchis Eutycio Constantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domnino Theopolitano, Stephano, Georgio, & Damiano religiosissimis Episcopis vicem agentibus Eustochii beatissimi Archiepiscopi Hierosolymitani & Patriarchæ, & ceteris religiosissimis Episcopis ex diversia provinciis in hac regia civitate degentibus. Vna Christianis salus est puro corde & bona conscientia & fide non ficta accedere ad communionem sanctorum sacramentorum. Ex hac etenim unusquisqoe remissionem sperat peccatorum participatione mysteriorum dignatus à sacerdotibus rectè Deum colentibus. Hæc ideo diximus quoniam quidem Nestorii impietatem colentes, applicare eam Dei Ecclesiæ conantur per Theodotum Mopsuestenum & impia ejus conscripta, necnon per ea quæ impiè conscripsit Theodoretus & contra rectam fidem Ephesenā primā synodū & contra sanctum Cyrillum & duodecim ejus capitula & pro defensione Nestorii & Theodori impiorum, & super hæc & per impiam epistolam quæ Iba ad Marim Persam scripsisse dicit, quæ super alias insertas eis blasphemias eos qui confitentur Deum verbum hominem factum esse hæreticos vocat, & Ephesenam primam synodum reprobat, tamquam sine examinatione & quæstione ab ea Nestorio condemnato, & sanctæ memoriæ Cyrillum hæreticum vocat, & impia duodecim ejus capitula dicit, Theodotum autem & Nestorium hæreticos vindicat & laudat. Et jam quidem de hoc ex multo tempore quibusdam moris & vestra religiositas & alii plures sacerdotes istorum capitulorum impietatem alienam rectæ fidei esse vindicastis. Quando verò religiosissimus Papa antiquioris Romæ ad istam magnam civitatem pervenit, omnia ista manifestata sunt. Et cùm hæc examinasset, & condemnavit, & satisfactionem in scriptis exposuit tam nobis quàm piæ recordationis tunc conjugi nostræ. Nec enim patiebamur nec ab eo nec alio quocunque inviolatam communionem suscipere qui non istam impietatem condemnat. Sed & sacramenta terribilia in scriptis juravit ut in eadem permaneret voluntate in condemnatione & anathemate prædictorum trium capitulorum, & nullo modo vel tempore conaretur aliquid ad refutationem condemnationis prædictorum impiorum trium capitulorum. Quòd autem sine scriptis sæpius condemnavit impia tria capitula coram gloriosissimis judicibus & religiosissimis Episcopis, & plures ex vobis qui convenistis cognoscunt; & hæc agens permansit * septem annos. Postea verò & scripta inter vos & illum processerunt, in quibus invicem confessi estis convenire & synodicè prædictorum capitulorum facere condemnationem. Et postea invitatus tam à nobis quàm à vestra religiosa synodo communiter quidem convenire, recusavit. Contrariæ autem factus est suæ voluntatis, ea defendens quæ Nestorii & Theodori sequaces sapiunt. Præterea ipse semetipsum alienum catholicæ Ecclesiæ fecit, defendens prædictorum capitulorum impietatem, separans autem semetipsum à vestra communione. His igitur ab eo factis alienum Christianis judicavimus nomen ipsius sacris diptycis non recitari, ne eo modo inveniamur Nestorii & Theodori impietati communicantes. Vnde priùs quidem sine scriptis hoc manifestum vobis fecimus. Nunc verò & in scriptis certum vobis facimus per nostros * præ ejus nomen sacris diptychis non inferatur. Vnitatem verò ad apostolicam sedem & nos servamus, & certum est quòd & vos custodietis. Nec enim Vigilii nec cujuscunque alterius ad pejora transmutati & paci Ecclesiarum nocere potest. Divinitas vos salvet per multos annos, sancti ac religiosissimi patres. Data pridie Id. Iul. Calcedona imperante Domno Justiniano PP. Augusto anno XXVII. post consulatum Basilii viri clarissimi anno duodecimo.

ANNO CHRISTI 553. CONCILIUM QUINTUM.

Vide suprà pag. 1479. cap. VI.

* Vide to. V. Concil. pag. 333.

* *f.* præfectos

Sancta synodus dixit. Et quæ nunc piissimo Imperatori visa sunt, congrua sunt laboribus quos pro unitate sanctarum Ecclesiarum pertulit. Servemus itaque unitatem ad apostolicam sacrosanctæ Ecclesiæ sedem antiquioris Romæ, omnia secundùm tenorem lectarum apicum peragentes. De proposita verò quæstione quod jam promisimus procedant.

Explicit sessio septima. Incipit octava.

Imperante domno Iustiniano perpetuo Augusto anno XXVII. &c.

venerabilibus Episcopis. *Paris.* venerabilis episcopii. *Sic etiam ferme Bellovacensis.*

aliquot. *Veteres libri*, aliquantos.

Magno Deo. *Fragmenta quædam istius sententiæ habentur apud* Evagrium *lib. 4. cap. 38.*

quanto majori. *Bellovac.* quantum.

horribili. *Parif.* terribili.
moveatur. *Veteres libri*, moveatur.
festinamus. *Parif.* festinemus.
correctionem. *Idem codex*, correptione.
contingit. *Veteres libri*, contigit.
religiosissimum. *Deest in Parisiensi.*
degentem. *Idem codex*, degere & cum omnibus intereesse debere & quae de his tribus.
annotata. *Veteres libri*, mota.
scripturis. *Iidem libri*, scriptis.
in concilio. *Iidem libri*, in concilium.
fidem. *Legendum*, finem. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*

Et pro his ad memoriam. *Codex Parisiensis*: Cùm autem sæpius & à nobis omnibus invitatus & insuper à gloriosissimis judicibus missis ad ipsum à piissimo Imperatore distulit tales petitiones & admonitiones audire & convenire, ad memoriam ejus perduximus &c.

Pag. 563.

Vnde commoniter. *Bellovac.* Vnde comm. omnes. *Parif.* Itaque comm. omnes.
scribentes. *Veteres libri*: scribentes & pronuntiando dicentes, Quòd in unum nobis congregaris, visum est.
præterquam necessaria. *Iidem libri*, præter quæ necessaria sunt.
immolatis. *Parif.* immolatitiis.
Nec enim potest. *Idem codex*: Nec enim potest aliquis in fidei causa universitati Ecclesiæ præjudicium facere, cùm unusquisque proximi.
ipsorum. *Idem codex*, ipsorum: quia si ceciderit unus, eriget eum socius ejus. Et: Væ illi oni cùm ceciderit, & non est secundus qui eum erigat. Et iterum: Et si prævaluerit unus, duo resistunt ei. Et: Spartum triplex non facilè rumpitur. Sed etiam ipse Dominus.
si duo ex vobis. *Idem codex*, si duobus ex vobis convenerit.
petierint, continget illis. *Idem codex*, petieritis, continget vobis.
Cùm autem sæpius. *Idem codex*: Cùm aotem & post hujusmodi exemplorum commemorationem distulit unà nobiscum convenire, Apostoli admonitiones in corde habentes.
dictum à Deo. *Idem codex*, dictum est à Deo.
& centum. *Idem codex*, & quæ centum.
in Constantinopoli. *Idem codex*, Constantinopolim. *Ceterùm nullus veterum codicum habet præpositionem.*
codicibus insertæ. *Idem codex*, codicibus ejus insertæ.

Pag. 564.

concessimus. *Idem codex*, consensimus.
et viventem. *Idem codex*, & viventem.
ad risum. *Idem codex*, ad jussum. *Malè, ut opinor.*
Væ qoi adaquat. *Veteres libri*: O qui adaquat prox. sibi eversionem turbatam.
& nefanda illa quæ dixit. *Iidem libri*, ejus qui talia dixit.
judicatorum. *Iidem libri*, judiciorum.

Pag. 565.

in vivis sunt. *Veteres libri*, in vivis sint.
claram propterea. *Iidem libri*, claram nos propterea.
unigenitus ut homo *Iidem libri*, unigenitus Dei verbum in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

vel jam fuerunt. *Bellovac.* vel etiam fuerunt.
eadem illi. *Parif.* eadem & illi.
pia. *Bellovac.* piæ, *Parif.* impiæ.
impugnantes. *Parif.* oppugnantes.
ipsius. *Veteres libri*, illius.
ambulant. *Parif.* ambulabunt.

Pag. 566.

ut ab hujusmodi. *Parif.* ut hujusmodi. *Bellovac.* & hajusmodi.
ad hoc & Paulus. *Veteres libri*, & hoc & Paulus.
eos deduceret. *Parif.* deduceret eos.
scripsit. *Veteres libri*, scribit.
quòd si circumcidamini. *Iidem libri*, qoia si circumcidimini.
quædam vero. *Bellovac.* quædam enim vero.
quasi. *Deest in Parisiensi.*
ab eo conscripta. *Veteres libri*, ab eo conscriptis.
manifesta. *Legendum*, manifestata. *Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*

Pag. 567.

eamque per omnia. *Veteres libri*, per omnia contraria constitutam his quæ de fide à prædictis sanctis tribus synodis definita sunt, quas per omnia secutum est sanctum.
quæcùnque. *Veteres libri*, quæcunque.
in definitione. *Præpositio deest in antiquis exemplaribus.*
partes. *Legendum*, partet. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*
quòd aliter. *Legendum*, quòd ooti aliter. *Et iste quoque error est editionis Labbeanæ.*
miquitatis. *Veteres libri*, iniquitati.
cum Belial. *Iidem libri*, ad Belial.

Pag. 568.

Condemnamus aotem. *Hanc partem referunt Evagrius lib. 4. cap. 38. & Apocrisiarii Gregorii IX. in definitione edita à Gerardo Vossio pag. 49.*
vel scribant. *Parif.* vel qui scribunt.
& qui dixit. *Veteres libri*, ejus qui dixit.
Oseam. *Iidem libri*, Osee.
ambulabitis. *Parif.* ambulantes.
accenditis. *Idem codex*, accendistis. *Bellovac.* accendetis.
doctrinam rectam. *Veteres libri*, rectam doctrinam.
vindemiantes fructum. *Parif.* vindemiantes aotem fructum.

Pag. 570.

III. Deum verbum. *Bellovac.* Dei verbum.
nascente. *Idem codex*, nascenti. *Parif.* nascendi.
ipsius miracula. *Veteres libri*, ipsius & miracula.
IV. sicut Theodorus dicit. *Legendum*, sicut Theodorus insaniens dixit. *Et istud quoque mendum est typographicum editionis Labbeanæ.*
unum filium. *Legendum*, & unum filium. *Mendum est typographicum ejusdem editionis.*
Sancta Dei. *Veteres libri*: Sancta verò Dei.

Pag. 571.

V. tamquam secundum. *Veteres libri*, utpote secundum.
ex incarnato. *Iidem libri*, & incarnato.
VI. & non verè. *Iidem libri*, sed non verè.
genitricem vocat. *Parif.* genitricem eam vocat, id est, Christi genitricem. *Hæc desunt in antiquis exemplaribus.*

Pag. 574.

VII. quod est natura. *Veteres libri*, quod est secundùm naturam.

VIII. carni Deum. *Paris.* carni Dei.

duas adorationes introducunt. *Veteres libri*, duæ ador. introducuntur.

unam naturam. *Iidem libri*, vel unam naturam.

introducens. *Paris.* introducentes.

Pag. 575.

XII. & tamquam purum. *Veteres libri*, ut tamq. purum.

palpasset. *Paris.* palparet.

Pag. 578.

salvatorem Iesum. *Veteres libri*, salvatorem nostrum Iesum Christum, sed non anathematizat.

vel scribunt. *Bellovac.* vel qui scribunt. *Paris.* vel qui scripserunt.

XIII. prædictis. *Paris.* cum prædictis.

& non anathematizat. *Veteres libri*, sed non anathematizat.

usque ad mortem. *Legendum*, & usque ad mortem. *Error est typographicus editionis Labbeanæ.*

talis anathema sit. *Paris.* tales anathema sint.

XIV. quæ abnegat, *Idem codex*, qui abnegat.

Deum verbum. *Bellovac.* Dei verbum.

semper virgine. *Veteres libri*, & semper virgine.

& non anathematizat. *Iidem libri*, sed non anathematizat.

In fine canonum, & ante subscriptiones Episcoporum, codex Parisiensis ita habet: Explicit Concilius quintus.

Incipiunt subscriptiones Episcoporum. *In eo autem libro extant tantùm subscriptiones Eutychii, Apollinarii, Domnini, Stephani, Georgii, Damiani, Benigni, Theodori, & Andreæ; & statim additur:* Explicit synodus quinta. *At in Bellovacensi extant integræ, quales habentur in antiquis editionibus & in Romana. Curatores editionis regiæ multa sustulerunt, quia similia sunt superioribus. Nos ergo varias quasdam lectiones referemus ex codice Bellovacensi secundùm paginas editionis Romanæ, si priùs monuerimus illic in initio uniuscujusque subscriptionis scriptum esse* præposita *pro eo quod editiones habent* proposita.

Pag. 615. edit. Romanæ.

Sextilianus--Archiepiscopi Iustinianæ Carthaginis.

Pag. 616.

Stephanus misericordia Dei. *Vetus codex*: Stephanus gratia Christi.

Pag. 617.

Theodorus misericordia Dei. *Vetus codex:* Theodorus mis. Dei nostri Episcopus Gorgitanæ.

Pisidiæ provinciæ. *Deest in veteri libro.*

salutaris. *Vetus codex*, salutariæ.

Trajanopolitanorum. *Vetus codex*, Tranupolitanorum. *Vide suprà pag.* 1456.

eminentiorum. *Vetus codex*, emimontiorum. *Rectè. Nam Hæmus erat mons in Thracia ubi constitutus erat limes utriusque imperii. Vide lib.* 1. *de concordia sacerdotii & imperii cap.* 4.

Cappadocum. *Vetus codex*, Cappadociæ.

Crescus. *Vetus codex*, Crescens.

Armeniæ. *Vetus codex*, Armeniorum.

Armeniæ similiter. *Vetus codex*, Armeniæ primæ similiter.

Magoedensium. *Vetus codex*, Magidensium.

Pag. 618.

humilissimus. *Vetus codex*, humillimus.

Ptolemaidis. *Vetus codex*, Ptolomaidos.

Theodorus misericordia Dei. *Vetus codex*, humilis.

Philippus humilis. *Vetus codex:* Philippus misericordia Dei.

Mileon. *Vetus codex*, Miley.

Constantinæ. *Vetus codex*, Constantineorum.

Erasmus. *Vetus codex*, Erasinus.

Zatarensis. *Vetus codex*, Zatterensis.

Glaucus--Phrygiæ Pacatianæ. *Vox* Phrygiæ *deest in veteri libro.*

Antenon. *Vetus codex*, Antenoi.

Cæsarenorum, *Vetus codex*, Cerasenorum.

Dabon. *Vetus codex*, Danabon.

Pag. 619.

Silas. *Vetus codex*, Silias.

Post Ioannem Episcopum Liri vetus codex addit.

Theodorus misericordia Dei Episcopus claræ Gargarensium civitatis similiter.

Post subscriptiones vetus codex habet. Explicit. In hac synodo sederunt Episcopi CLXVI. *Apud Surium* CLXV. *Nescio autem cur hanc annotationem sustulerint editores Romani, qui nullum vetus exemplar istius Concilii habuerunt. Ceterùm veterum editionem lectionem confirmat titulus sequentium canonum.*

CANONES CONCILII V. PRIMO GRÆCE EDITI A CLARISSIMO viro Petro Lambecio ex veteri codice MS. bibliothecæ imperatoriæ, addita interpretatione Latina viri doctissimi amici mei.

SANCTORVM CLXV. PATRVM Constantinopolitanæ sanctæ synodi canones XV.

I. Si quis fabulosam animarum præexistentiam quæque ex illa consequitur monstrosam restitutionem asseruerit, anathema sit.

II. Si quis dixerit omnium rationalium productionem fuisse mentes incorporeas & immateriales, absque ullo numero ac nomine, adeo ut eorum omnium fuerit unitas identitate substantiæ, potentiæ, & virtutis, atque unione & cognitione

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΡΞΕ ΠΑΤΕΡΩΝ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας πέμπτης συνόδου κανόνες δεκαπέντε.

Κανὼν α΄. Εἴ τις τὴν μυθώδη προὔπαρξιν τῶν ψυχῶν, καὶ τὴν ταύτῃ ἑπομένην τερατώδη ἀποκατάστασιν πρεσβεύει, ἀνάθεμα ἔστω.

β΄. Εἴ τις λέγει, πάντων τῶν λογικῶν τὴν παραγωγὴν νόας ἀσωμάτους καὶ ἀΰλους γεγονέναι δίχα παντὸς ἀριθμοῦ καὶ ὀνόματος, ὡς ἑνάδα πάντων τούτων γενέσθαι τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, καὶ τῇ πρὸς

ANNO CHRISTI 551

CONCILIUM QUINTUM.

τὸν Θεὸν Λόγον ἑνώσει τε καὶ γνώσει· κόρον δὲ αὐτὸν λαβεῖν τῆς θείας θεωρίας, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τραπῆναι κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν τῆς ἐπὶ τοῦτο ῥοπῆς, καὶ εἰληφέναι σώματα λεπτομερέστερα ἢ παχύτερα, καὶ ὄνομα κληρώσασθαι, διὰ τὸ, ὡς ὀνομάτων, οὕτω καὶ σωμάτων διαφορὰς εἶναι τῶν ἄνω δυνάμεων· καὶ ἐντεῦθεν, τοὺς μὲν Χερουβὶμ, τοὺς δὲ Σεραφὶμ, τοὺς δὲ Ἀρχὰς καὶ Ἐξουσίας, ἢ Κυριότητας, ἢ Θρόνους καὶ Ἀγγέλους, καὶ ὅσα ἐστὶν οὐράνια τάγματα, γεγονέναι τε καὶ ὀνομασθῆναι· ἀνάθεμα ἔστω.

γ. Εἴ τις λέγει, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τῆς αὐτῆς τῶν λογικῶν ἑνάδος ὄντα, ἐκ παρατροπῆς τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον γεγονέναι τοῦτο, ὅπερ ἐστίν· ἀνάθεμα ἔστω.

δ. Εἴ τις λέγει, τὰ λογικὰ τὰ τῆς θείας ἀγάπης ἀποψυγέντα, σώμασι παχυτέροις τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδεθῆναι, καὶ ἀνθρώπους ὀνομασθῆναι· τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κακίας ἐληλακότα, ψυχροῖς καὶ ζοφεροῖς ἐνδεθῆναι σώμασι, καὶ δαίμονας ἢ πνευματικὰ τῆς πονηρίας εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι· ἀνάθεμα ἔστω.

ε. Εἴ τις λέγει, ἐξ Ἀγγελικῆς καταστάσεως καὶ Ἀρχαγγελικῆς ψυχικὴν κατάστασιν γίνεσθαι, ἐκ δὲ ψυχῆς δαιμονιώδη καὶ ἀνθρωπίνην, ἐκ δὲ ἀνθρωπίνης, Ἀγγέλους πάλιν καὶ δαίμονας γίνεσθαι, καὶ ἕκαστον τάγμα τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἢ ὅλον ἐκ τῶν κάτω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω συνεστηκέναι· ἀνάθεμα ἔστω.

ς. Εἴ τις λέγει, διττὸν πεφηνέναι τὸ γένος τῶν δαιμόνων, συγκροτούμενον ἔκ τε ψυχῶν ἀνθρωπίνων καὶ ἐκ κρειττόνων καταπιπτόντων εἰς τοῦτο πνευμάτων· ἕνα δὲ νοῦν ἐκ πάσης τῆς δῆθεν ἑνάδος τῶν λογικῶν ἀκίνητον μεῖναι τῆς θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας· ὃν Χριστὸν καὶ Βασιλέα γενόμενον πάντων τῶν λογικῶν παραγαγεῖν πᾶσαν τὴν σωματικὴν φύσιν, οὐρανόν τε καὶ γῆν καὶ τὰ ἐν μέσῳ· καὶ ὅτι ὁ κόσμος πρεσβύτερα τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ στοιχεῖα ἔχων ἐνυπόστατα, ξηρὸν, ὑγρὸν, θερμὸν, ψυχρὸν· καὶ τὴν ἰδέαν, πρὸς ἣν ἀπετυπώθη, οὕτως γέγονε· καὶ ὅτι οὐχ ἡ παναγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦτό ἐστι γενητὸς· ἀλλ' ὁ νοῦς, ὅν φασι δημιουργικὸν, προϋπάρχων τοῦ κόσμου, καὶ τὸ εἶναι αὐτῷ τῷ κόσμῳ παρέχων, γενητὸν ἀνέδειξεν· ἀνάθεμα ἔστω.

ζ. Εἴ τις λέγει, Χριστὸν λεγόμενον ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἑνωθέντα τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κενῶσαι ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἐλεήσαντα τὴν ὥς φασι γενομένην πολυσχιδῆ κατάπτωσιν τῶν τῆς αὐτῆς ἑνάδος, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς βουλόμενον διὰ πάντων γενέσθαι, καὶ σώματα διάφορα μετημφιάσασθαι, καὶ ὀνόματα κληρώσασθαι, πάντα πᾶσι γενόμενον, ἐν Ἀγγέλοις, Ἄγγελον, ἀλλὰ καὶ ἐν Δυνάμεσι, Δύναμιν, καὶ ἐν ἄλλοις τάγμασιν ἢ εἴδεσι τῶν λογικῶν ἁρμονίως ἑκάστοις μεταμορφωθῆναι· εἶτα παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκέναι σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ γεγονέναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄνθρωπον· καὶ μὴ ὁμολογεῖ, τὸν Θεὸν Λόγον κενωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι· ἀνάθεμα ἔστω.

η. Εἴ τις μὴ λέγει, τὸν Θεὸν Λόγον τὸν ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, κυρίως Χριστὸν, ἀλλὰ κα-

erga Deum verbum, satietatem autem cepisse divinæ contemplationis & in deterius abiisse juxta uniuscujusque proportionem inclinationis in illud, & assumpsisse corpora subtiliora vel crassiora, necnon accepisse nomen, & quòd sicut nominum, ita & corporum differentiæ sunt inter supernas virtutes, hincque factum ut alii Cherubim, alii Seraphim, alii principatus & potestates, vel dominationes, vel throni & angeli & quotquot sunt ordines cælestes, effecti fuerint ac vocati, anathema sit.

ANNO CHRISTI 553

CONCILIUM QUINTUM.

III. Si quis dixerit solem & lunam astraque, ipsa quoque cùm ex eadem rationalium unitate essent, ex deflexione in pejus, facta esse id quod sunt, anathema sit.

IV. Si quis dixerit rationalia refrigerata à divina caritate, crassis corporibus, qualia sunt nostra, illigata fuisse & homines vocata, alia verò cùm ad summum malitiæ pertigissent, frigidis tenebrosisque illigata esse corporibus, atque tum esse tum appellari dæmones sive spiritualia neqoitiæ, anathema sit.

V. Si quis dixerit ex angelico & archangelico statu animalem statum fieri, ex animali autem dæmoniacum & humanum, ex humano verò angelos iterum dæmonesque fieri, & singulos ordines cælestium virtutum, vel cunctos ex inferioribus, vel ex superioribus, vel ex superioribus & inferioribus constitisse, anathema sit.

VI. Si quis dixerit duplex extitisse dæmonum genus constans ex animabus hominum & ex præstantioribus spiritibus in hoc delapsis, unum autem animum ex omni orique rationalium unitate immotum mansisse in Dei caritate & contemplatione, qui Christus eùm fuerit & Rex omnium rationalium, universam traduxerit corpoream naturam, cælum & terram, quæque sunt intermedia, & quòd mundus antiquiora existentiæ suæ elementa babens in se subsistentia, siccitatem, humorem, calorem, frigus, & ideam, ad quam efformatus est, ita est factus, quòdque sanctissima & consubstantialis trinitas mundum non creaverit, & ideo sit genitus, verùm mens, quam aiunt creatricem, existens ante mundum, ipsique existentiam largiens, genitum exhibuerit, anathema sit.

VII. Si quis dixerit Christum in forma Dei existere dictum, & ante omnia secula Deo verbo unitum, novissimis diebus exinanivisse semetipsum ad naturam humanam, misericordia ductum ob illam quam contigisse aiunt multiplicem eorum qui in eadem erant unitate prolapsionem, cumque vellet ipsos restituere, per cuncta exstitisse, & corpora diversa induisse, nominaque sumpsisse, omnibus omnia factum, in angelis angelum, sed & in virtutibus virtutem, & in aliis ordinibus aut speciebus rationalium conformiter ad singula transformatum fuisse, postea eodem quo nos modo participem factum esse carnis & sanguinis, & extitisse etiam hominibus hominem, neque confessus fuerit Deum verbum exinanitum fuisse & hominem factum esse, anathema sit.

VIII. Si quis non dixerit Deum verbum ejusdem cum Deo & patre cumque spiritu sancto substantiæ, incarnatum & hominem factum, unum sanctæ trinitatis, propriè Christum esse, sed abu-

VIGILII PAPÆ CONSTITUTUM PRO DAMNATIONE trium capitulorum, editum anno Christi DLIV.

DIFFINITIO FIDEI SANCTI CHALCEDONENSIS CONCILII.

Ex codice 4064 bibliothecæ Colbertinæ. *Concil. Chalced. act. 5.*

AEtius Archidiaconus Constantinopolis novæ Romæ dixit. Sancta & magna & universalis synodus quæ secundùm Dei gratiam & sanctionem piissimorum Christianissimorumque Imperatorum nostrorum Valentiniani & Martiani Augustorum congregata apud Chalcedonam metropolim Bithiniæ provinciæ in martyrio sanctæ & venerabilis martyris Euphimiæ definivit subteradnexa.

Dominus noster & salvator Christus notitiam fidei confirmans discipulis suis ait, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis; ne ullus à proximo suo dissonet in doctrina pietatis, sed æqualiter prædicationem veritatis ostendat. Sed quoniam non quiescit nequissimos per sua zizania insurgens sationibus pietatis inspergere, & novi aliquid contra veritatem semper inveniens, ob hoc consuetè Dominus noster providens humano generi, pium hunc & fidelissimum principem ad zelum fidei suscitavit, & undique sacerdotii principes ad se convocavit, quatenus gratia Domini omnium nostrum, Christo operante, ab ovibus Christi omnem pestem quidem mendacii submoveret, germinibus autem veritatis pingues efficeret. Quod quidem & fecimus, communi decreto dogmata fugantes erroris, integram patrum renovantes fidem, trecentorum decem & octo symbolum in omnibus prædicantes, & tamquam domesticos, qui pietatis hujus compositionem receperunt, patres adscribentes qui postea apud magnam Constantinopolim convenerunt centum quinquaginta, qui & ipsi eamdem fidem subsignaverunt. Definimus igitur ordinem & omnes formas fidei conservantes, nos quæque apud Ephesum olim facta est sancta synodus, cujus præsides fuerunt sanctæ memoriæ Cælestinus Romanæ urbis antistes & Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ, præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expositionem trecentorum decem & octo sanctorum & beatissimorum patrum apud Nicæam sub piæ recordationis Constantino principe congregatorum, obtinere autem etiam centum quinquaginta sanctorum patrum apud Constantinopolim definita ad interemptionem quidem tunc exortarum hæreseon, confirmationem verò ejusdem catholicæ nostræ fidei.

Symbolum apud Nicæam trecentorum decem & octo. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, qui natus est ex patre ante omnia secula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & propter salutem nostram descendit & incarnatus est atque humanatus est & passus est, & resurrexit tertia diè, & ascendit in cælos, venturus judicare vivos & mortuos, & in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquandoquando non erat, & priùs quàm nasceretur non erat, & quia ex non exstantibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Item etiam centum quinquaginta sanctorum patrum qui Constantinopolim congregati sunt. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, natum ex patre ante omnia secula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & salutem nostram descendit & incarnatus est de spiritu sancto & Maria virgine, & humanatus, & crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, & sedit ad dexteram patris, iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis, & in spiritum sanctum dominum & vivificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum, qui locutus est per sanctos prophetas, & in unam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma, & remissionem peccatorum. Speramus resurrectionem mortuorum, vitam futuri seculi. Amen.

Sufficeret quidem ad plenam cognitionem pietatis & confirmationem sapiens hoc & salutare divinæ gratiæ symbolum. De patre enim & filio & sancto spiritu perfectionem docet, & Domini humanationem fideliter accipientibus repræsentat. Sed quoniam hi qui veritatis reprobare prædicationem conantur per proprias hæreses novas voces genuerunt, hi quidem mysterium quod pro nobis est Domini dispensationis corrumpere præsumentes, & Dei genitricis vocem de virgine Maria dicere renuentes, alii verò confusionem permixtionemque introducentes, & unam esse naturam carnis & deitatis stultè confingentes, & passibilem unigeniti divinam naturam per confusionem portentuosè dicentes, ob hoc illis omnem machinationem contra fidem volens claudere præsens nunc sancta & magna atque universalis synodus, prædicationem hanc ab initio inconcussam docens, definivit principaliter trecentorum decem & octo sanctorum patrum fidem manere intentabilem. Et propter illos quidem qui adversùm sanctum spiritum pugnant posteriori tempore à partibus apud Constantinopolim CL. congregatis, de substantia spiritus traditam doctrinam corroborat, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi quòd aliquid esset minus in præcedentibus inferentes, sed de spiritu sancto intellectum eorum adversùs eos qui dominationem ejus respuere tentaverunt, scripturarum testimoniis declarantes. Propter illos verò qui mysterium dispensationis corrumpere moliuntur, & purum hominem esse qui ex sancta virgine Maria natus est impudenter * delirantes, epistolas beati Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ Præsulis synodicas ad Nestorium & ad alios per orientem congruas existentes suscepit ad convincendas Nestorii vesanias, interpretationem verò eorum qui salutaris symboli pio zelo nosse desiderant, quibus etiam epistolam magnam & senioris urbis præsulis beatissimi & sanctissimi Archiepiscopi Leonis, quæ scripta est ad sanctæ memoriæ Archiepiscopum Flavianum ad

* Vide suprà pag. 962. cap. x.

petimendam Eutychis malam intelligentiam, utpote & magni illius Petri confessioni congruentem, & communem quandam columnam nobis adversùs prava dogmata existentem, ad confirmationem rectorum dogmatum utique intellectum coaptavit. His namque qui in duos filios dispensationis divinæ mysterium discerpere nituntur obsistit; & illos qui passibilem deitatem unigeniti ausi sunt dicere, à sacro cœtu expellit. Et his qui in duabus naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt resistit. Et eos qui cœlestem aut alterius alicujus esse substantiæ dicunt quam ex nobis adsumpsit servi formam, ut dementes abigit. Et qui duas quidem ante unitionem naturas Domini fabulantur, unam verò post unitionem confingunt, condemnat. Sequenter igitur sanctos patres unum eundemque confiteri filium & Dominum nostrum Jesum Christum consonantes omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum verè & hominem verè, eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialem patri secundùm deitatem, consubstantialem nobis eundem secundùm humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante secula quidem de patre genitum secundùm deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos & propter salutem nostram ex Maria virgine Dei genitrice secundùm humanitatem, unum eundemque Christum filium Dominum unigenitum, in duabus naturis, inconfusè, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, & in unam personam atque subsistentiam concurrentem, non in duas personas partitum atque divisum, sed unum & eundem filium unigenitum Deum verbum Dominum Iesum Christum, sicut antè prophetæ de eo & ipse nos Iesus Christus erudivit, & patrum nobis symbolum tradidit. His igitur cum omni undique scrupulositate & diligentia à nobis dispositis, definivit sancta & universalis synodus alteram fidem nulli licere proferre vel conscribere aut componere aut sentire aut docere aliter. Eos autem qui ausi sunt componere fidem alteram aut proferre aut docere aut tradere alterum symbolum, volentibus vel ex gentilitate ad agnitionem veritatis, vel ex Iudæis, vel ex hæresi quacunque converti, hos, si Episcopi fuerint aut Clerici, alienos esse Episcopos ab episcopatu & Clerici à Clero; si verò monachi aut laici fuerint, anathematizari.

Dilectissimo fratri Flaviano Leo. Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum episcopalium ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contra integritatem fidei exortum fuisset agnovimus, & quæ priùs videbantur occulta nunc nobis reserata patuerunt, quibus Eutyches, qui presbyterii nomen honorabilis videbatur, multùm imprudens & nimis imperitus ostenditur; ut jam de ipso dictum sit à propheta: *Noluit intelligere ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Quid autem iniquius quàm impia sapere & sapientioribus doctioribusque non cedere? Sed in hanc insipientiam cadunt qui cùm ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt; & ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. *Et cetera quæ in eadem epistola usque ad finem continentur.* Data Idus Iunias Asterio & Protogene Consulibus.

I. Postea quam beati Chalcedonensis Concilii expositionem vel beati Leonis epistolam de sancta & orthodoxa fide posuimus, quæ una eademque est trium præcedentium synodorum, id est, Nicænæ, Constantinopolitanæ, atque Ephesinæ primæ, & Deo juvante in ea nos omni sinceræ mentis devotione persistere fraternitas vestra & universalis cognoscit Ecclesia, necessarium valde credimus, pro ejus servanda per omnia reverentia, de suprascriptis trium capitulorum quæstionibus diligenter debere nos cuncta discutere & cauta promulgatione sententiæ definire. Arbitramur ergo esse conveniens primùm, sicut proposuimus, quid de epistola quæ ab Iba ad Marim Persam scripta dicitur, apertissima demonstratione declarare. Dum igitur Ibas Episcopus improbè à Samuhelo, Mara, aliisque suis clericis impetitus, & pro gravi, tamquam impugnatæ ab eo sanctæ fidei, crimine epistola ad Marim Persam ei ab eisdem accusatoribus fuisset opposita, necnon à Photio & Eustathio Episcopis fuisset absolutus, quibus tunc à Theodosio piæ recordationis principe fuerat delegata cognitio; ac postea pro iisdem à quibus fuerat purgatus criminibus, per nefaria illa gesta Ephesini secundi Concilii, absens falsorum responsis testium quàm maximè eandem ad Marim epistolam ejus esse adserentium fuisset addictus, veniens ad sanctam Chalcedonensem synodum hæc pro sua purgatione legitur adlegasse. De synodo Chalcedonensi in actione de Iba Episcopo habita post alia ita. *Ingressus Ibas reverentissimus Edessena civitatis Episcopus dixit. Injustitiam ab Eutychea & falsa figmenta perpessus, absens à quadraginta mansionibus, & condemnatus, hic adveni impetrare clementiam, & adii sacrum & immortalem verticem, & jussit vestram magnificentiam cum sancta hac & universali synodo quæ adversùm me sunt gesta perquirere. Deprecor igitur vos ut cognoscatis quia falsam accusationem pertuli & calumniam à quibusdam clericis. Iubete ergo ea quæ judicata sunt à Photio & Eustathio reverentissimis Episcopis relegi. Vranius enim Episcopus Hemeriorum pro gratia Euthychæ omnia agens præparavit quosdam clericos accusare me, & judicium sibi prædictisque transmitti. Et inventus sum innocens à blasphemiis quæ mihi inlata sunt, & judicatum datum est à præfatis reverentissimis Episcopis accusationes quidem adversùm me per calumniam factas arguens, testificans autem me esse catholicum. Iubete omnia quæ per absentiam meam in Ephesø gesta sunt evacuari & justitiam mihi servari, qui sum in nullo culpabilis, & reddi mihi episcopatum pariter & Ecclesiam. Nam & omnes clerici Edessenæ, per quos scripserant præfatis Episcopis, testantur me esse catholicum, & alienus sum à nefariis blasphemiis quæ mihi inferuntur.* & cetera. Item ex ejusdem synodi actione undecima. *Ingressus Ibas prædictus reverentissimus vir dixit. Deprecor magnificentiam vestram & hanc universalem sanctam synodum. Eutyches adversùm me pro fide quadam falsa confixit, nec me in sancta synodo introire permisit.* Et post alia. *Ob hoc etenim, sicut jam edocui, adii sacrum & immortalem verticem, & jussit vestram magnificentiam & sanctam synodum audire quæ adversùm me gesta sunt. Et cognovistis ex decreto quia in nullo culpabilis sum repertus.*

Act. 9. pag. 625.

Act. 10. pag. 633.

II. Claret igitur ab ipso initio quo Ibas Edessenæ

ſcenæ civitatis Epiſcopus ſanctam Chalcedonenſem ſynodum monſtratur ingreſſus, epiſtolam quæ ad Marim Perſam ab eo ſcripta compingitur, quia ſua fuerit denegaſſe, adeo ut aperiſſimè fateatur in ſecundi illius Epheſini Concilii nefariis geſtis injuſtitiam ſe ab Eutyche & falſa figmenta perpeſſum. Conſtat autem in eadem ſecunda Epheſina audientia adversùs abſentem prædictum Epiſcopum hoc quàm maximè flagitatum, ut reſponſis teſtium jampridem productorum accuſatores ejus niterentur oſtendere Ibam Epiſcopum eam quæ ad Marim Perſam ſcripta fuerat epiſtolam ſuam fuiſſe confeſſum. Ex qua cauſa apparet eum, ſicut ipſe queritur, injuſta ſententia fuiſſe damnatum. Quod quia Ibas Epiſcopus falſis figmentis falſaque accuſatione & per calumniam adversùm ſe in ſecundo Epheſino pravo judicio aſſerit concinnatum, evidentiſſimè declaratur à ſæpedicto Iba Epiſcopo memoratam ad Marim Perſam ſcriptam epiſtolam quia ſua fuerat denegatam. Huc accedit quòd in illius Concilii nefariis geſtis ipſa à reſponſorum teſtium ab adverſariis Epiſcopi Ibæ prælatio, quibus epiſtolam ejus fuiſſe falsò nitebantur oſtendere, nihil aliud indicat niſi quia in memoratorum Photii & Euſtathii judicio eſſe ejuſdem Ibæ Epiſcopi probari non potuit. Nam ſi probata illic eſſet, geſtis potiùs apud Photium & Euſtathium habitis in Epheſina ſecunda ſynodo accuſatores quàm teſtibus uterentur. Non enim de manifeſtis ſed de incertis rebus producendorum teſtium neceſſitas irrogatur. Vnde juſtiſſimè Ibas Epiſcopus agens apud ſanctum Chalcedonenſe Concilium, falſos eoſdem teſtes redarguens, ſe abſente in ſecunda Epheſina per figmenta potiùs quàm per veritatem accuſationem perpeſſum eſſe conqueritur; quippe qui noverat ſe in judicio præfatorum Epiſcoporum Photii & Euſtathii nulla ab eiſdem accuſatoribus objectione convictum; contráque ad demonſtrandam pleniùs innocentiam ſuam, Photii atque Euſtathii Epiſcoporum judicatum relegi poſtulavit, in quorum judicio dum ab accuſatoribus libellus fuiſſet oblatus incipiens ita: *Nos equidem optabamus omne tempus vitæ ſine litigio vivere. Quoniam autem ea quæ audacter geſta ſunt adversùs noſtram Eccleſiam & ſanctiſſimam patrum noſtrorum fidem à venerabili Epiſcopo noſtro Iba injuſtitia proxima impulerunt nos ad hanc accuſationem deſcendere.* & reliqua. Dumque ab eiſdem cognitoribus per interlocutionem decretum fuiſſet ut à generali accuſatione deſcendentes, ſingillatim ex ſcripto accuſatores quæ adversùs Ibam Epiſcopum dicerent capitula deſignarent, nihil aliud, quantum ad fidei cauſas pertinet, id eſt, quod patrum fidem, ut accuſatores dixerant, impugnare videretur, niſi hoc tantummodo ab eis accuſatio ſcriptis oblata noſcitur continere quia beatum Cyrillum appellat hæreticum, & ob hoc Neſtorianus eſſe monſtratur. Ita enim dicit: *Quia Neſtorianus eſt, & beatum Cyrillum Epiſcopum hæreticum appellat.* quod in ſe maximè quæ ad Marim Perſam ſcripta legitur certum eſt epiſtolam continere. Quòdque ſtatim judices pro gravi hæreſeos dictum pondere ſe ſuſcepiſſe ſua interlocutione teſtati ſunt dicentes ita: *Quando objurgatio capitulum ſequitur, animæ periculum ferens, ſuperfluum judicamus inquiſitionem fieri cæterorum. Quæ igitur manifeſtè indicta ſunt & canonibus & legibus, & ſunt apertè odioſa Deum timentibus, hæc eligite primitus & his inſtate. Videtur autem nobis hæc eſſe integra, primò quidem recta eſſe fidei oportere qui ſacerdotio fungitur, & ita eſſe totius luxuriæ liberum.* & cetera.

Act. 10. pag. 644.

Ibid. pag. 649.

Ibid. pag. 652.

III. Quis ergo dubitet ex eo judices capitulum ad animæ periculum pertinere dixiſſe & ex eo cenſendum non rectæ fidei ſacerdotem qui beatum Cyrillum appellavit hæreticum, cùm nihil aliud in accuſatione ante hanc interlocutionem propoſitam de cauſis ad fidem pertinentibus dictum ſit niſi quia Neſtorianus eſt & beatum Cyrillum appellavit hæreticum. Ex quo ſatis apertum eſt epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam, quæ beati Cyrilli dogmata, quibus non conſentientem Neſtorium conſtat eſſe damnatum, definiendo rectæ fidei eſſe contraria, beatum Cyrillum appellaret hæreticum, ab adverſariis Ibæ Epiſcopi, quia ejuſdem Ibæ fuerit, nullo modo comprobatam, nec eundem Ibam quia ejus fuerit fuiſſe confeſſum. Quoniam ſi apud præfatos judices ab Iba factam doceri potuiſſet epiſtolam, nunquam eorum ſententia Ibas meruiſſet abſolvi, cùm tantæ interlocutionis ſuæ pondere fidei priùs cauſam quæri magnopere voluerunt, quam in beatiſſimo Cyrillo, qui ab Iba nominatus dicebatur hæreticus, æſtimaverunt fuiſſe graviſſima. Nam & ſubſequens conſtituti textus his convenite quæ dicta ſunt per ſua loca ſubteradnexa evidenter oſtenditur. Ad petitionem namque Ibæ, Photii atque Euſtathii Epiſcoporum in memorato ſancto Chalcedonenſi Concilio relecta ſerie judicati, hæc poſt aliqua prædictos judices, dum de accuſationis adversùs Ibam Epiſcopum inſtitutæ ordine loquerentur, in ſua claret dixiſſe ſententia, quæ ita ſe habent: *His ergo dantibus capitula quædam & rogantibus ut horum fieret ſubtilis inquiſitio, incumbentes nos capitulis, & invenientes in his immiſſionem quandam adversùs Ibam reverentiſſimum Epiſcopum, quaſi non rectè ſaperet, ſed alia præter piam doctrinam doceret, neceſſariò ex hoc priùs inquiſitionem cum magna diligentia facere ſumus impulſi. Præcepimus etenim accuſatoribus dici quæ eſſent quæ ab Epiſcopo Iba dicerentur, ſicut ipſi dicebant, pii dogmatis aliena. Dixerunt eorum ipſorum quædam. Et cùm multa mota fuiſſent quæ in actis inſerta ſunt.* Et poſt pauca iidem judices ita dixerunt: *& conſiliis pietatem ubique præponentes & inquirentes præparavimus reverentiſſimum Ibam Epiſcopum quòd & ipſe ad ſatisfactionem eorum quæ levi dicta fuerant ſapuit, ex ſcripto dare quid ſenſit vel ſapit de pia noſtra fide. quod & fecit. Ex abundantia autem prædictus reverentiſſimus vir promiſit & in ſua eloqui civitatis Eccleſia & manifeſtè anathematizare malignæ impietatis principem Neſtorium & eos qui ſicut ille ſapiunt, & qui vel libris vel codicibus ejus utuntur. Confeſſus eſt autem ſic ſe credere ſicut continent litteræ quæ venerant inter reverentiſſimæ & ſanctiſſimæ memoriæ Iohannem magnæ Antiochenæ civitatis Epiſcopum & Cyrillum maximæ Alexandrinorum civitatis Epiſcopum, quibus miniſtravit beatæ memoriæ Paulus Emeſinorum civitatis Epiſcopus, ex quibus univerſalis conſenſus efficitur. Conſentire autem & in omnibus quæ nuper geſta ſunt à ſancta ſynodo quæ convenit in regia & Chriſtiana Conſtantinopolim civitate, habere autem omnia quæ placuerunt in Epheſino metropolitano Concilio quod à ſancto ſpiritu movebatur, æqua autem huic judicare qui in Nicæa ſunt conſtituta, & nullam differentiam arbitrari ejus ad aliam. Et nimis ejus ſanctitatem laudavimus quòd pronè ſapuerit curare eos qui vel ſuſpicione vel alio quoquo modo ejus læderent opinionem doctrinæ.* & cetera.

Act. 9. pag. 628.

IV. Constituti igitur quod à viris venerabilibus Photio & Eustathio prolatum est tenore perpenso, in quo dicitur *dantibus capitula accusatoribus*, quæ utique dari, sicut superiùs legitur, nisi scripto minimè potuerunt, inventam illic immissionem adversùs Ibam Episcopum factam quòd alia præter piam doctrinam faceret vel doceret, nihil aliud pronuntiasse judices clarum est, negotio, ut ipsi memorant, subtiliter inquisito, quàm per immissionis figmenta calumniosè adversùs Ibam Episcopum accusationem esse propositam, non studio veritatis. Et quid est quòd in capitulis scripto porrectis accusatores contra Episcopum Ibam de fidei causa detulerant nisi quòd Nestorianus esset, beatum Cyrillum hæreticum nominando, quem in Apollinaris incidisse hæresim & hæreticam conscripsisse epistolam, quæ ad Marim Persam scripta perhibetur, adfirmat? Vnde clarum est Ibæ Episcopi eandem epistolam non fuisse, cùm ei per immissionis falsitatem quod eadem epistola continet judices testentur objectum, quem memorati superiùs constituti locum quæstioni Episcopi Ibæ manifestum est convenire, per quam in sancto ac reverendo Chalcedonensi Concilio Vranium Episcopum queritur pro Eutychis agentem gratia quosdam Clericos qui suæ accusationi insisterent præparasse. Ex quo satis apparet ipsam immissionem sua sententia Photium & Eustathium judices tacito immittentis nomine lacerasse, quam Ibas Episcopus palam in sancta Chalcedonensi synodo expresso concinnatoria vocabulo denotavit. Non est igitur ambiguum hoc quod ad criminandum beatum Cyrillum, & pro hæresi scismate Ibæ constat objectum, idque epistolam continere, manifestum est ab accusatoribus immissionis calliditate confictum & accusati negatione & judicum definitione fuisse monstratum.

V. Adicitur quoque ejusdem pagina constituti quòd ad satisfactionem eorum quæ ab accusatoribus levi dicta fuerant sapuit Ibas Episcopus ex scripto dare quid sentit vel sapit de pia fide. Vnde apparet consequenter Ibæ Episcopi accusatores notari per omnia falsitatis, qui inconsulto simultatis calore lapsi, leviter potiùs quàm verè criminati fuisse Ibam monstrantur Episcopum, adeo ut adversùs ea quæ tenor epistolæ ad Marim Persam scriptæ in obtrectationem beati Cyrilli & duodecim capitulorum ejus adseruit, & eadem accusatorum levitate atque falsitate objecta Ibas dixisse convinci non potuit, ex scripto insuper idem Ibas quid de pia fide sentiret ostenderet, tamquam puritati suæ sufficere non judicans quòd convinci aliquid contra rectam fidem dixisse non potuit, nisi etiam ipsam fidem qualiter semper retinuisset animo sua sententia publicaret. Quod vel judicibus vel ipsi Ibæ Episcopo necessarium minimè fuerat, si supradicta epistola & ejus esse & orthodoxo sensu dictata potuisset ostendi. Quapropter diligenter adtendendum est quod dicitur ad satisfactionem eorum quæ levi dicta fuerant pronè sapuisse Ibam Episcopum ex scripto ostendere quid de pia fide sentiret. Evidenter etenim clarum est ita epistolæ ad Marim textum pium dogmati inveniri contrarium ut quamvis levitate accusantium quàm rerum veritate Ibæ Episcopo firmetur objecta, tamen ne vel hoc quod falsè ipsius dicta fuerat, ejus catholicæ fidei derogaret, pronè sapuit contra illius impietatem quid de pia fide sentiret ostenderet. Neque enim de orthodoxæ fidei sinceritate quid sapiebat necessarium esset scripto depromeret, nisi in illa epistola quæ ei objecta fuerat clareret perfidiæ macula quam vitabat. Constat igitur & ejus non esse epistolam quæ levitate accusantium objecta firmatur, & fidei rectæ adversariam; contra cujus objectionem ex scripto recta fides opponitur. Rursus consequenter & evidentiùs ad Ibæ Episcopi purgationem in eodem adstruitur judicatum quod Ibas Episcopus ex abundanti promisisse memoratur manifestè anathematizare malignæ impietatis principem Nestorium, & eos qui sicut ille sapiunt, vel qui libris aut codicibus ejus utuntur, habere autem se omnia quæ placuerant in Ephesino Concilio quod à sancto spiritu movebatur, nihilque à Nicæno differre Concilio. Porrò autem epistola quæ ad Marim Persam scripta relegitur, non solùm non habere quæ in Ephesino primo Concilio gesta sunt, sed etiam gravi exectatione respuisse & condemnasse monstratur; quippe cùm & Nestorium judicio & inquisitione non facta memoret esse damnatum, & beatum Cyrillum in Apollinaris hæresim incidisse, & ei similia scripsisse pertinacia sacrilego errore definiat, & duodecim beati Cyrilli capitula omni impietate plena & rectæ fidei contraria nuncupasset. Vnde evidentissimè declaratur quia ex professione Ibæ Episcopi, per quam ex abundanti, ut attestantur judices, universa quæ in Ephesino primo Concilio gesta sunt servare & recipere profitetur, quia ejus fuerit epistolam denegatam. Nam si ejus esse constitisset epistolam, in qua, ut dictum est, Ephesina prima synodus impugnatur, non dicerent judices Ibam Episcopum ex abundanti inter alia promisisse habere omnia quæ placuerunt in Ephesino primo Concilio, sed pro correctione potiùs declaranda dicerent necessariè coactum prædictum Episcopum illa recipere quæ ab eo quidem per epistolam fuerant improbata. Non enim ex abundanti professus Ibas diceretur Episcopus, si ipsa rerum necessitate cogente, ut appareret orthodoxus, fateretur. Cui etiam dilucidæ rationi consequenter quæ inferiùs continentur ejusdem judicati verba proficiunt quibus dicitur: *Ita enim ejus sanctitatem laudavimus quòd pronè sapuerit curare eos qui vel suspicione vel quoquo modo ejus læderent opinionem doctrinæ.* & cetera. Ex quibus verbis apertissimè claret ex abundanti hoc quoque Ibam Episcopum fuisse professum per quod non veritas, quæ de eo probata non fuerat, sed etiam suspicio, si potuisset accedere, purgaretur. Cùm autem epistola ad Marim Persam scripta non ex quæ quandam suspicionem facerent, sed apertissima & manifesta Ephesinæ primæ synodi & duodecim capitulorum beati Cyrilli legatur crimina continere, nemini venit in dubium quin Ibæ Episcopi minimè probata fuisset epistola, qui ex abundanti etiam de suspicionibus liber ostensus est. Et quomodo de veritate reprehensibilis facti argui poterit qui de suspicione quoque reddi voluit alienus?

Act. 9. pag. 619.

VI. His igitur ita se habentibus congruenter & una eademque suadente justitia, etiam Legatorum sedis apostolicæ interlocutio prolata subsequitur, qua ex decreto proprio Photii atque Eustathii venerabilium Episcoporum, tam de his quæ ex scripto accusatores dederunt, quàm de his quæ inter gesta locuti sunt, id est ab omni accusatione inculpabilem & liberum Ibam fateretur Episcopum repetiti, & id tantummodo postulat, ut utrum sententiam suam Photius atque

ANNO CHRISTI 554.

CONCILIUM QUINTUM.

Act 9 pag. 632.

Eustathius venerabiles viri cognoscerent, *sua professione signarent. Ita enim se habet. *Paschasinus & reliqui Episcopi per Presbyterum apostolicæ sedis dixerunt. Sanctissimi Episcopi qui decreto proprio & inculpabilem & omni accusatione liberum Ibam reverentissimum declararunt, si propriam sententiam recognoscunt edicant. Photius reverentissimus Episcopus Tyri dixit: Etiam nostrum est decretum. Eustathius reverentissimus Episcopus Beryti dixit: Mea est subscriptio.* & reliqua. Ex qua inquisitione cùm tantummodo de recognoscenda sententia judices monuissent, nihil de qualitate sententiæ dubitantes, immo etiam quia per eam Ibas Episcopus liber ab omni accusatione inventus sit adprobantes, dilucide apertèque monstrarunt decreto venerabilium Photii atque Eustathii Episcoporum etiam Legatorum apostolicæ sedis indubitabilem accessisse consensum, quia, sicut dictum est, ab omni accusatione liber Ibas extitisset Episcopus. Relecto itaque Photii atque Eustathii Episcoporum, quod pro se Ibas Episcopus protulit, judicato & ab eisdem judicibus, sicut suprà dictum est, repetita professione recognito, cùm in subsequentem diem de persona ejusdem Ibæ Episcopi fuisset cognitio prorelata, rursus ingressus Ibas Episcopus hæc legitur fuisse

Act. 10. pag. 633.

conquestus. *Deprecor magnificentiam vestram & hanc universalem sanctam synodum. Eutyches adversùm me pro fide quadam falsa confinxit, nec me in sancta synodo introire permisit; per quadraginta mansiones invicem per diversos ordines direxit me; viginti & ampliùs carceres mutavi, tamquam non esset carcer in Antiochia, in ordine comitianorum dicentibus mihi quia damnatus es. Si videtur ergo magnificentia vestra & sancta vestra synodo quæ sine judicio in absentia mea adversùm me gesta sunt infringere, in vestra erit potestate. Ob hoc etenim, sicut jam edocui, adii sacrum & immortalem verticem, & jussit vestram magnificentiam & sanctam synodum audire quæ adversùm me gesta sunt, & cognovistis ex decreto quia in nullo culpabilis sum repertus.*

VII. His ergo in querelam deductis claret Ibam Episcopum apertissimis deplorationibus alligare quòd in secretario superiore conquestus est ea quæ in scelleraria illius gestis Ephesinæ secundæ synodi adversùs eum de fide gesta sunt ab Eutychen fuisse confecta; ubi, sicut jam superiùs dictum est, per introducta contra absentem responsa testium, maximè epistolam ad Marim Persam ejusdem fuisse docere conati sunt. Quam epistolam in hoc loco duplici modo ab Iba Episcopo, sicut & superiùs adsertum est, denegatam evidenter apparet. Primò quòd accusatoribus ejus ipsa productio testium nisi contra negantem necessaria non fuisse convincitur. Nemo enim contra illum testium responsis indiget quem viderit quod ab eo factum arguit confiteri. Quam negationem suam Ibas Episcopus evidentiùs ex

Ibid.

formidine accusatoris ostendit dicens: *nec me in synodo introire permisit.* Ita enim contra se falsos testes eum præparasse testatur; ut cùm suam adversarii studio profligatam queratur absentiam, confirmet se præsentem non potuisse convinci. Deinde quòd in sancto ac reverendo Chalcedonensi Concilio præsens Ibas Episcopus, dum ea quæ adversùs eum in Ephesina secunda testatus aliisque modis gesta sunt ficta conqueritur epistolam quam ejus esse illic responsis testium dictum falsè fuerat *alienasse proculdubio profitetur. Vnde & competenter sequitur quia sancti illic in Chalcedona residentes judices ex decreto Photii atque

* alienam à se

Eustathii in nullo eum cognoverint culpabilem, apertissimè profitentes quòd ea quæ de fide adversùs eum accusatores tam in libello apud Photium & Eustathium Episcopos oblato, in quo dixerunt eum plurima contra fidem patrum dicere, quàm in capitulis ex scripto datis, in quibus dixerunt, *Nestorianus est, & beatum Cyrillum appellat hæreticum*, necnon & in his sunt dicentes eum publicè adlocutum, *Non invideo Christo facto Deo. in quantum enim factus est, & ego.* Quam

Ibid pag. 649.

accusationem videlicet eorum & in quibus eum Nestorianum esse & beatum Cyrillum hæreticum appellasse dixerunt, falsè adversùs se ab accusatoribus fuerint intimata, & ita quoque venerabilium Photii atque Eustathii Episcoporum quia leviter falsè dicta sint constitutum, adeo ut ex eodem decreto ab omni accusatione liber & in nullo inventus culpabilis diceretur. Quod cùm ita sit, evidenter ostenditur epistolam ad Marim Persam scriptam, quæ duodecim beati Cyrilli capitula omni impietate plena & rectæ fidei dicit esse contraria, & Nestorium judicio & inquisitione non facta damnatum, nullo modo quia Ibæ fuerit approbatum; quippe cùm ipse de se apertissimè fateatur quòd ea quæ de fide adversùs se accusatores dixerint, falsè dixissent; cùm si aut ipse suam esse epistolam fateretur, aut ab accusatoribus aliqua fuisset probatione convictus, non utique Photii atque Eustathii Episcoporum judicio, in quorum examine hæc fuerunt *flagitate, absolutissimè censeretur. Quod leviter ac falsè ac per immissionem quandam ab accusatoribus suis Ibas Episcopus fuerit impetitus necessitate, & Nestorium anathematizaverit, & omnia quæ in Ephesino primo placuerunt Concilio se habere tamquam ea quæ in Nicæa acta sunt voluntaria professione testatus sit. quæ utique ab epistola quæ ad Marim Persam scripta dicitur excusato Nestorio constat esse rejecta. Propter quod nulli venit in dubium quòd ea quæ adversùs nos falsè dici asserimus, neque à nobis dicta, neque à nobis facta esse omnino diffiteamur, & quæ ex abundanti recepisse adstruimus, & antea tenuisse firmemur.

* agitata

Ibid. pag. 660.

VIII. Ad hujus quoque indubitabiliter ostendendæ negationis *augmentum, commodè sequentium gestorum ordo connectitur. Cùm enim quidam jam in sancta Chalcedonensi synodo absolutioni Ibæ Episcopi vocem curassent contradictionis opponere, & ingredi ejus accusatores judices præcepissent, ingressus Theophilus Diaconus cum aliis, dum interrogaretur utrum accusaturus Ibam venisset Episcopum, ita respondit: *Accusatores manifesti sunt, & hic non sunt. Ego Diaconus sum, & scio violentiam civitatis. Et si accuso, testes non adsunt, & denegat.* Quæ accusatoris responsio manifestat quòd ita ea quæ apud Photium & Eustathium Episcopos objecta sunt denegaverit Ibas Episcopus ut in Chalcedonensi synodo, cùm ipsa idem à se obicienda nosset, ab Iba Episcopo deneganda confirmet. Vnde quorundam valde est stupenda contentio, qui epistolam ad Marim Persam scriptam, ab accusatoribus pro magno crimine objectam, & in Chalcedonensi synodo ex gestis apud Photium atque Eustathium Episcopos habitis rursus ad convincendum, ut putabant, Ibam Episcopum proferendam, eundem Ibam Episcopum quia sua fuerit mentiuntur esse confessum; cùm, [ut] suprà dictum est, accusatores ipsius præcedentes negationes ejus experti ea, quæ à se ex memoratis gestis obicienda noverant, certissimè nega-

* argumentum

Act. 10. pag. 636.

ANNO CHRISTI 554. CONCILIUM QUINTUM.

tutum esse testentur. In tantum enim in illo Photii atque Eustathii Episcoporum judicio Ibam Episcopum conscientiæ suæ veritate subnexum sciebant ea quæ ab accusatoribus proposita fuerant denegasse ut in sancto Chalcedonensi Concilio etiam ipsis Photio atque Eustathio præsentibus, quorum pridem judicio res fuerat agitata, confirment denuo negatorum. Nunquam enim accusator iisdem rursus in cognitione sedentibus Ibam Episcopum diceret negatutum, si apud eos in priore judicio sciret jam fuisse confessum. Post hæc cùm interlocutio judicum in Chalcedona residentium quæreret ab accusatoribus Ibæ Episcopi utrum scriptas probationes præbere de re aliqua potuissent, Theophilus Diaconus dixit: *Habeo monumenta quæ super hæc gesta sunt in Beryto, & quæ in Epheso.* & cetera.

Act. 10. pag. 636.

IX. Animadvertendum est igitur quòd nihil aliud contra Ibam Episcopum adversarii ejus quod in Chalcedonensi proferrent synodo se habere dixerunt nisi ea quæ apud Photium & Eustathium Episcopos & postea in Ephesina secunda de eo sunt habita monumenta. Ex quo apparet non sibi eos judicasse sufficere, immo contra se futurum potiùs æstimasse, si ea tantummodo quæ apud memoratos Photium & Eustathium Episcopos adversùs Ibam Episcopum gesta sunt legerentur, in quibus neque testibus neque sua monstrabatur confessione convictus, nisi & ea proferre quæ nefariè in secunda Ephesina synodo acta sunt poposcissent, in quibus illis falsitatibus utebantur qui Ibam Episcopum epistolam quæ ad Marim Persam scripta est mendaciter suam esse dixerunt confessum. Certum est igitur nullum adversùs Ibam probationis, ut putabant, habuisse ejus adversarios documentum, nisi hoc solummodo quòd in illa non dicenda synodo adversùm se Ibas Episcopus per sui absentiam adstruit fuisse confictum, quòd in sancta Chalcedonensi synodo residentes judices rei veritate permoti sunt, interlocutionis justitia submoverunt, interrogantes Thalassium atque Eusebium Episcopos, qui tunc in secunda Ephesina cum aliis adfuerunt, utrum eorum audientiam præsens Ibas fuisset expertus. Qui dixerunt: *Non aderat.*

Act. 10. pag. 636.

Qua responsione cognita, Orientales & Pontici Episcopi in Chalcedonensi Concilio clamaverunt: *Absentem nullus addicit.* Quorum interlocutio ita prolata ea quæ adversùs Ibam Episcopum in secunda Ephesina gesta sunt evidenter evacuat, ad illorum, id est, Photii & Eustathii, consequenter omne remittens acta negotium, quorum jam sententia Ibam Episcopum noverant absolutum. Quod in sequentibus evidentiore judicum interlocutione signatur, qui gesta nefaria secundæ Ephesinæ synodi contra Ibam Episcopum pro execratione atque mendacio sui habita relegi vetuerunt. Nam ut apertiùs manifestetur intelligi Ibam Episcopum universa quæ ab adversariis in judicio Photii atque Eustathii Episcoporum objecta fuerant, & nunc in sancto Chalcedonensi Concilio ex gestis quæ Theophilus proferebat objicienda erant, indubitabiliter denegasse, interrogatio judicum in Chalcedona residentium vel responsio Photii Episcopi sine cujusquam ambiguitatis patefecit obstaculo; quæ ita se habent: *Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt.*

Ibid.

Ibas igitur reverentissimus à suis accusatoribus est convictus? Photius reverentissimus Episcopus dixit: Non. & cetera. Quid hac probatione clarius, quid evidentius dici potest quàm ut ea quæ accusator propositurus negatorum Ibam confirmavit Episcopum? Hæc quoque ipse Photius judex, apud quem pridem gestum fuerat confitens quia non convictus esset Ibas Episcopus, eum proculdubio quæ objecta sunt negasse testetur? Quam negationem maximè ad epistolam quæ ad Marim Persam scripta legitur pertinere sequentium declarat ordo gestorum. Nam cùm ad documentum eorum quæ in judicio Photii & Eustathii ex scripto dederant, id est, quia Nestorianus esset, & beatum Cyrillum appellasset hæreticum, blasphemias illas protulissent quas se putabant testibus probaturos, id est, *Non invideo Christo Deo facto*, & reprobatis testibus nihil ex his ostendere potuissent, ad illa quæ pridem ex scripto dederant redeuntes, hoc quod epistola ad Marim Persam scripta continet objecerunt, id est, quia beatæ memoriæ Cyrillum & duodecim ejus capitula appellasset hæretica. Cui parti Photius atque Eustathius judices, sicut superiùs ipsi professi sunt, diligentiùs incumbentes, modò ab eodem Iba Episcopo perscrutantes, modò probationes ab accusatoribus exigentes, utrum aliquid post unitatem Ecclesiarum factam in obtrectatione beati Cyrilli à sæpedicto Iba Episcopo dictum sit, vehementer & sagacissimè quæsiverunt. Adversùm quæ Ibas respondens Episcopus omnibus exceptionibus suis eam quæ ad Marim Persam scripta legitur impugnavit epistolam, asserendo quia post unitatem & pacem inter beatum Cyrillum & orientales factam in nullo beato Cyrillo derogasset.

Act. 10. pag. 652.

X. Porrò autem sæpedicta ad Marim Persam scripta epistola jam post unitatem pacemque Ecclesiis restitutam & beatum Cyrillum incidisse in Apollinaris hæresem eique similia conscripsisse confirmat, & duodecim ejus capitula asserit rectæ fidei esse contraria, Nestorium autem * judicium & inquisitione non facta damnatum. Quod scriptor epistolæ non per suum aut alicujus alterius intelligentiæ evenisse dicit errorem ut beatus Cyrillus conscripsisse hæretica dogmata putaretur; sed ita in ea pravitate idem confictor epistolæ permanens, illa orthodoxa beati Cyrilli dogmata hæretica videretur adstruere, ut ab eis potiùs beatum Cyrillum veluti abnegantem quæ pravè conscripserat asserat recessisse. Quæ omnia Ibæ Episcopi professioni quare ab adversariorum objectione tuetur esse contraria quicunque pio ac recto corde legit intellegit. Neque enim ipsi judices si quod vel levi derogatione post unitatem dictum sit, exquirentes Ibam Episcopum, si ejus esse tam apertè blasphemantem epistolam comprobassent, paterentur sine ultione transire aut dicerent non esse convictum. Quæ autem beati Cyrilli major injuria potest vel exquiri vel fieri quàm dogmata ejus, quæ in Ephesina prima exposuit, hæretica definire, per quorum orthodoxam prædicationem vivus ac mortuus omnibus venerabilis & reverendus existit; quæ dogmata beati Cyrilli dum per epistolam ad Marim Persam scriptam posteaquam adunati sunt beatæ memoriæ Cyrillus & Iohannes Antiochenæ civitatis Episcopi, constet profana voce omnimodis impugnare, quis sana mente possit advertere Ibam negatorem quia post unitatem aliquid adversùm beatum Cyrillum dixerit epistolam non negasse, quæ post illam unitionem ejus dogmata definit esse hæretica. Nisi fortè aliquis ita ab humani sensus ratione discedat ut credat Ibam nihil de beato Cyrillo dixisse contrarium, si eum hæretica conscripsisse testetur, & circa ejus per-

* sine judicio

ANNO CHRISTI 554.

CONCILIUM QUINTUM.

sonam arbitrerur eundem Ibam servasse reverentiam; si sanctam doctrinam, qua reverendus est omnibus, accusavit. Atque ideo si singularis beati Cyrilli injuria est ejus damnasse doctrinam, & hæreseos aperta videtur professio prædicationi derogare catholicæ, si Ibæ probaretur epistola, in qua utraque manifestum est contineri, nunquam Ibas Episcopus, utrumque negando, ex utroque meruisset absolvi. Huc accedit quòd luce clariùs demonstratur nullum etiam tempus inveniri posse, neque ante adunationem, neque post unitionem beati Cyrilli cum orientalibus factam, quo eadem epistola ab Iba Episcopo scripta doceatur. Nam ipsius tenor epistolæ evidenter ostendit quia post unitatem pacemque Ecclesiis reformatam in derogatione beati Cyrilli ejusque dogmatum facta sit, Ibas verò post adunationem beati Cyrilli cum orientalibus factam nihil se tale aliquid dixisse testetur. Constat neque ante adunationem, quia hoc in ejusdem epistolæ tenore non legitur, neque post adunationem, quia hoc Ibas sua professione denegat, ab eodem Iba memoratam epistolam fuisse conscriptam.

XI. Et ut nulli prorsùs habeatur ambiguum in eadem negatione qua cœperat Ibam Episcopum perstitisse, & hoc ex præsentis Ibæ verbis judices ita sensisse, & accusatores eum tamquam negantem voluisse nec prævaluisse convincere, ipsius necesse est interlocutionis judicum & prosecutionis accusatorum, quæ in sancta Chalcedonensi synodo ex gestis Photii & Eustathii releguntur, verba pensemus, quæ ita se habent. *Reverentissimi Episcopi*, id est, Photius & Eustathius, *dixerunt: Si post mortem beati Cyrilli reverentissimus Ibas Episcopus eum visus est hæreticum nominasse, & hæreticum habuisse, monstrate. Maras dixit: Probamus.* Quod proculdubio neque judices adhuc probari quærerent, neque accusatores repromitterent probaturos, si hoc Ibas Episcopus non negasset. Licèt ea quæ superiùs in gestis apud Photium & Eustathium habitis eorumque judicato ad negationem Ibæ Episcopi demonstrandam multimodè ex interlocutionibus judicum & accusatorum prosecutionibus ipsiusque Ibæ exceptionibus claruerunt abundè sufficerent, tamenetsi minus aliquid in Photii atque Eustathii Episcoporum judicio legeretur expressum, ea quæ in Chalcedonensi synodo continetur Ibæ Episcopi negantis epistolam satisfaceret sola professio. Lecta enim ex gestis apud Photium & Eustathium habitis epistolam ad Marim Persam scriptam, confestim Ibas vocem negantis opposuit dicens: *Iubeat vestra clementia relegi litteras Clericorum Edessenorum, ut cognoscatis quia & ab his quæ mihi ιnlata sunt alienus existo, & violentiam sum perpessus.* Vbi primùm diligenter est attendendum quòd post lectum ad Marim Persam scriptæ epistolæ textum, eandem epistolam judices in Chalcedona residentes suo probantur omisisse silentio, quippe quam noverant totiens jam accusati negationibus refutatam. Nam si vidissent in ea esse aliquid quod Ibæ Episcopi absolutioni proficeret, mox ejus lectione permoti decernerent frustra accusatores ex gestis Photii & Eustathii Episcoporum pro crimine hæreseos illa producere quibus è contrario Ibas Episcopus ostendebatur orthodoxus, postremò nec juberent suis interlocutionibus Edessenorum epistolam recenseri, quam contra eam quæ ad Marim Persam scripta dicitur Ibas Episcopus pro se relegi postulavit, si per eam quam accusator protulerat laudabile potiùs & non magis vituperabile accusati meritum monstrabatur. Quid quòd ipse Ibas Episcopus, relecta eadem ad Marim Persam epistola, non ejus adsumpsit defendere qualitatem, nec suæ fidei rectitudinem ex ejusdem epistolæ professione monstrare. Continuò etenim, si suam esse aut recta non esse dogmata contineret, contra suos accusatores insurgeret dicens: Cæco corde me impetunt, ut ea mihi pro hæreseos crimine obiciant unde possum orthodoxus comprobari. Immo se ostenderunt hæreticos, qui epistolam cujus dictatio catholicam fidem adstruit, hæreticam criminantur. Verùm Ibas Episcopus sciens nec suam esse epistolam & per omnia piis dogmatibus inimicam, adversùs eam magis illam Edessenorum epistolam, quæ eum nihil aliquando contra catholicam fidem dixisse adtestabatur, opposuit, illud secutus quod suprà ingressus sanctum Chalcedonense Concilium allegavit dicens: *Nam & omnes Edesseni Clerici, per quos memoratus Episcopus scripserunt, testantur me esse catholicum.* (Act. 9. pag. 628.) In tantum jam tunc in Photii & Eustathii judicio & postea in sancta Chalcedonensi synodo objectam sibi ad Marim Persam epistolam negans suam, orthodoxæ fidei scit esse contrariam ut propriæ fidei documentum non de istius textu, sed de Edessenorum Clericorum attestatione requireret.

XII. Si igitur judices non solùm nihil ex ea æstimantes accusati Ibæ Episcopi juvari negotium, immo videntes absolutè contrariam aliam quam pro sui purgatione accusatus * est petiit, (* expetiit) statuerunt suis interlocutionibus relegendam, & ipse accusatus Ibas Episcopus, non illam ad Marim Persam defendendo, immo potiùs ejus refutandæ causa illam Edessenorum relegi postulavit, constat eam quæ ad Marim Persam scripta est interlocutione judicum & professione Ibæ Episcopi quia ejus fuerit abnegatam, & quia scelesta dogmata contineat adprobatum. Ergo Ibas Episcopus innocentis animi sui fervore permotus, evidentioris negationis etiam in Chalcedonensi synodo festinans adicere documentum, relegendas Edessenorum litteras ex gestis * idem apud (* ibidem) Photium & Eustathium habitis, quæ adversarius ejus protulerat, postulavit: quorum gestorum hanc partem, sicut in consequentibus demonstratur, ex industria accusator omiserat, qua Ibam evidentiùs noverat adjuvari. Deinde quid ipsa verba Ibæ lucidè adstruant intuendum. Prosequitur enim, ut suprà meminimus, ita. *Iubeat vestra clementia relegi litteras Clericorum Edessenorum, ut cognoscatis quia & ab his quæ mihi inlata sunt alienus existo & violentiam sum perpessus.* (Act. 10. pag. 665.) Quibus verbis apertissimè declaratur quòd quia è vestigio post lectam epistolam ad Marim Persam adstruit Ibas Episcopus alienum se & ab his quæ sibi inferontur existere & violentiam se perpessum, atque ob hoc Edessenorum debere relegi litteras Clericorum, evidenter, tamquam manu ipsam epistolæ ad Marim Persam ostenderet lectionem, à cujus se purgari crimine festinaret, dixit, *& ab* (Ibid.) *his quæ mihi inferuntur alienus existo*, ostendens & ab aliis quæ præcedenti loco ei objecta sunt & ab epistola ad Marim Persam scriptæ, quæ statim relecta fuerat, alienum se per omnia demonstrari. Vbi illud quoque quod suprà ingressus Ibas Episcopus sanctam Chalcedonensem synodum gravissimè legitur fuisse conquestus à falsis se in secunda Ephesina accusationibus impetitum, in Concilium ingredi non fuisse permissum, viginti

Marginal notes: Act. 10. pag. 661.

Anno Christi 554.

Concilium Quintum.

autem plus carceres permutasse, nunc post lectionem epistolæ non omisit adjungere; ut appareat illud quod, sicut dictum est, ingressus sanctam Chalcedonensem synodum, de injustitia in secunda Ephesina sibi inlata conqueritur, ad hujus causam epistolæ pertinere; post cujus lectionem adstruens alienum se ab his quæ sibi inseruntur existere, violentiam quam ab Eutychen est perpessus adjunxit. Lecta itaque, ut Ibas petiit, ex gestis Photii atque Eustathii judicum, ad quos utique directa fuerat Edessenorum epistola clericorum, qui eam ut Photius & Eustathius in gestis innecterent petiverunt, quæ gesta ab adversariis Ibæ Episcopi in Chalcedonensi synodo sunt prolata, ob quam causam ejusdem epistolæ desiderata sit lectio, ipsius verbis agnoscitur, quæ ita se habent. *A multis atque diversis de Phynicia ad nos venientibus cognovimus ea qua ab his qui insurrexerunt in sanctissimum & reverentissimum Episcopum nostrum Ibam gesta sunt, perterriti in eo quod dictum est, (Transcendunt enim & illos qui sine Deo sunt, & infideles & haretici & Iudai & pagani qua dicta sunt nobis, quia nobis prasentibus dixisset idem reverentissimus Episcopus: Non invideo Christo Deo facto, quoniam & ego, si volo, possum fieri secundum illum) omnes nos, quos dicunt audisse ea quæ dicunt, manifestum facimus vestræ reverantia coram Dei clementia quia neque ab eo neque ab ullo alio tale dictum aliquando audivimus, neque in aures nostras ingressum est tale aliquid aliquando, anathematizantes nos ipsos & terribili gehenna nosmetipsos obnoxios facientes si novimus aliquid tale dictum ab eo* aut aliquid aliud contrarium catholica fides. Si enim aliquo tali dicto passi fuissemus communicare ei qui dixit aut Missas cum eo tenere, ultimo supplicio fuissemus obnoxii, tamquam communicantes tali errori.* & cetera.

Act. 10. pag. 668.

XIII. Quibus ita se habentibus evidenter ostenditur omnia in quibus ab accusatoribus tam ex scripto libellis oblatis quàm deinceps inter gesta loquentibus Ibas dixisse arguebatur Episcopus, quia Ibas Episcopus non dixerit, Edessenos Clericos fuisse testatos. Nam cùm dicant se non nosse quod vel tale dictum, id est, *Non invideo Christo facto Deo*, vel huic simile, hoc est, quod ex quacunque parte Nestorii videatur dogmatibus convenire, vel aliud aliquid rectæ fidei contrarium dixerit Ibas Episcopus, apertissimè clarum est quòd & ab his quæ epistola ad Marim Persam scripta continet Ibam Episcopum sua attestatione purgaverint. Cùm enim sæpedicta epistola, dicendo beatum Cyrillum in Apollinaris hæresim incidisse & ei similia conscripsisse, ejusque duodecim capitula omni impietate plena & & rectæ fidei contraria, Nestoriumque judicio & inquisitione non facta damnatum, non solùm videatur aliquid contra rectam fidem dicere, verùm etiam ipsam rectam fidem impugnando respuere, Edesseni verò Clerici nihil Ibam Episcopum suum rectæ fidei contrarium dixisse testentur, constat ex attestatione Edesseni cleri memoratam quæ ad Marim Persam scripta legitur fuisse epistolam confutatam. Quid è vestigio Theophilus accusator fuerit prosecutus, diligentiùs oportet attendi: qui non hanc Edessenorum velut superfluam aut ad epistolæ ad Marim Persam scriptæ subversiones nihil judicans profuturam, credidit omittendam, sed magnopere tota mentis intentione asserere nisus est has Edessenorum litteras Clericorum esse falsatas, ex eo scilicet valde permotus quòd nihil contrarium catholicæ fidei Ibam dixisse testati sunt. Quo dicto videns continuò illam epistolam ad Marim Persam scriptam, quæ contra rectam fidem apertissimè loquitur, impugnatam, istam Edessenorum epistolam voluit arguere falsitatis, per quam videbat omnes objectiones suas fuisse convictas. Cui rei adstruendæ proficit subsequens ordo gestorum. Dum enim Theophilus adversarius Ibæ, sicut jam suprà, ita & in hoc loco quæri ex gestis in Ephesina secunda habitis quæ nitebatur astruere poposcisset ab omni Episcoporum Concilio in Chalcedona residentium, gesta in secunda Ephesina habita sunt prohibita recenseri. Ex qua prohibitione constat adsertionem Ibæ Episcopi comprobatam, qua se per calumniam & falsis figmentis ab Eutychen perhibuit impetitum; ubi mendacibus productis testibus quia epistolam ad Marim Persam scriptam suam esse Ibas * esse dixerit constat esse confictum. In his autem patrum interlocutionibus quæ de evacuanda Ephesina secunda synodo sunt prolatæ nihil aliud præter Domni depositionem & ordinationem Maximi certum est esse firmatum. Domnum verò pro nullo alio crimine nisi quòd beati Cyrilli duodecim capitula prohibuerat prædicari clarum est fuisse damnatum. Unde * manifestatione & evidenti veritate constat, si epistolam ad Marim Persam, quæ duodecim capitula beati Cyrilli esse definit hæretica, ipsumque beatum Cyrillum Apollinari similia conscripsisse, sancti patres in Chalcedona residentes Ibæ Episcopi eundem fuisse quoquo modo reperissent, eum nullatenus in graviori ejusdem causæ crimine absolvendum esse decernerent, qui Domni Antiocheni Episcopi damnationem de sola tantummodo eorundem duodecim capitulorum prædicatione prohibita facta convelli non passi sunt, & ordinationem Maximi firmaverunt. Quomodo enim ipsi iidem judices in uno eodemque negotio Ibam & Domnum ab Ephesina secunda synodo condemnatos sua interlocutione Ibam absolvi decernerent, Domnum paterentur manere damnatum, nisi eum quem absolvi decreverunt approbassent in eodem crimine non teneri? Nam cùm apud sanctam Chalcedonensem synodum tam execrabilis obtrectatio beati Cyrilli & duodecim capitulorum ejus fuerit ut pro eis etiam in seproba Ephesina secunda synodo addictum Domnum paterentur manere damnatum, quanta apud memoratam sanctam Chalcedonensem synodum innocentia Ibæ Episcopi claruit ut eum in ejusdem Ephesinæ secundæ nefario examine pro eodem adjudicatum crimine definiret absolvi. In qua causa nunquam innocens claruisset, si illa ad Marim Persam scelesta epistola ejusdem Ibæ Episcopi potuisset ostendi.

*Episcopus

*manifesta ratione

XIV. Tractatis igitur omnibus & dilucida ratione dissertis per quæ tam ex gestis apud Photium & Eustathium Episcopos habitis quàm ex eorum judicato aliisque pluribus modis evidenter apparuit quòd epistolam ad Marim Persam scriptam suam per omnia negaverit Ibas Episcopus, nunquamque potuerit ex ejusdem objectione convinci, restat ut veritate simili declaremus quemadmodum à sensu vel definitione sive professionibus venerabilium patrum in Chalcedona residentium sæpedicta epistola ad Marim Persam scripta aliena videatur existere & eorum sententiis obviare. Quod ut omnium reddatur sensibus manifestum, primitus inspicere nos oportet quid patres nostri in Chalcedonensi synodo residentes

ANNO CHRISTI 554.

CONCILIUM QUINTUM.

in prædicatione receptioneque beatæ recordationis prædecessoris nostri Papæ Leonis epistolæ vel in explanatione sanctæ fidei sint professi, & pia tenendum doctrina tradiderit; ut his inspectis, quantum ab eorum definitione traditioneque epistola ad Marim Persam scripta dissonet ex his atque constraria demonstretur, & ob hoc appareat eam patrum nostrorum sententiis nullo modo comprobatam. In actione quarta synodi Chalcedonensis, dum post lectam beatæ recordationis Papæ Leonis epistolam patres nostri de confirmatione ejusdem epistolæ loquerentur, ita dixerunt. *Anatolius reverentissimus Episcopus regiæ Constantinopolis dixit. Epistola sanctissimi & apostolici Archiepiscopi Leonis consonat symbolo trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui apud Nicæam & centum quinquaginta qui apud Constantinopolim postea sunt collecti, qui eandem fidem confirmaverunt, sed & his quæ in Ephesino sub beatissimo & sanctissimo Cyrillo gesta sunt ab universali & sancto Concilio quando maledictum Nestorium damnavit. Quapropter consensi, & eidem epistolæ libenter subscripsi. Paschasinus & Lucensius viri reverentissimi Episcopi & Bonifacius Presbyter vicarii sedis apostolicæ per Paschasinum dixerunt. Manifestum est nec poterit dubitari unam fidem beatissimi Papæ sedis apostolicæ rectoris cum trecentorum decem & octo apud Nicæam patrum concordare atque servari, sed & centum quinquaginta apud Constantinopolim congregatorum sacerdotum, qui eandem fidem firmaverunt, sed & Cyrilli sanctæ recordationis viri apud Ephesinum, quando Nestorius pro suo errore damnatus est, statuto in nullo penitùs discordare; ideoque etiam beatissimi Papæ epistola, quæ illam fidem exposuisse pro erroris Eutyches causa dinoscitur, uno sensu unoque spiritu videtur illi fidei esse conjuncta. Maximus reverentissimus Episcopus Antiochiæ Syriæ dixit. Concordat epistola sanctissimi Archiepiscopi regiæ Romæ Leonis expositionibus trecentorum decem & octo apud Nicæam sanctorum patrum & centum quinquaginta apud Constantinopolim novam Romam & in Epheso à sanctissimo Cyrillo Episcopo expositæ fidei; & subscripsi.* Et post reliquos similia interloquentes Episcopi Illyriciani triginta duo ex charta dictaverunt notis per Sozontem Episcopum Philippon ita: *Sanctorum patrum trecentorum decem & octo fidem, quæ est salus nostra, & servamus, & cum ipsa vitam nostram complere oramus; & centum quinquaginta antedictæ fidei consonant, & servantes perexequimur & omnia quæ acta sunt & decreta in prima Ephesina synodo, cujus præsides fuerunt beatissimus Cælestinus apostolicæ sedis princeps & beatissimus Cyrillus magnæ civitatis Alexandriæ, & orthodoxorum esse sanctum patrem nostrum Archiepiscopum Leonem cognovimus.* Sed & reliqui Episcopi similia sunt professi.

Act. 4. pag. 471.

Act. 4. pag. 491.

XV. His ergo se ita habentibus, nulli venit in dubium quin patres nostri ita à se venerabiliter crederent suscipi beati Leonis epistolam, si eam cum Nicænæ Constinopolitanæ synodorum, tum etiam beati Cyrilli in Ephesina prima expositis assererent convenire doctrinis. Et si illa tanti Pontificis & tanta orthodoxæ fidei luce præfulgens epistola his exigit comparationibus approbari, quomodo illam ad Marim Persam epistolam, quæ specialiter Ephesinam primam synodum respuit & beati Cyrilli exposita dogmata definivit hæretica, ab iisdem patribus credatur orthodoxa nominari, cùm illa condemnet quorum conlatione tanti Pontificis, ut dictum est, meruit doctrina laudari? Nam & universalis synodi Chalcedonensis adclamatio una fuisse utriusque, id est, beati Leonis & beati Cyrilli, fidem atque doctrinam evidentissimè comprobavit ita dicens: *Piè & verè Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Cyrilli æterna memoria. Leo & Cyrillus similiter docuerunt. Anathema qui sic non credit.* Vnde fit ut illa epistola ad Marim Persam non solùm non suscepta, verùm etiam anathematizata monstretur, dum dogmata Cyrilli in Ephesina prima exposita appellat hæretica; quæ qui non sequitur, anathematis ex sententia sanctæ Chalcedonensis synodi pœna damnatur. Huc accedit ejusdem venerandæ Chalcedonensis synodi etiam fidei exclamatione sententia, quæ ad locum ita se habet. *Definimus igitur ordinem & omnes formas fidei conservantes usque quæ apud Ephesum facta est sancta synodus, cujus præsides fuerunt sanctæ memoriæ Cælestinus Romanæ urbis antistes & Cyrillus Alexandriæ Ecclesiæ, præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expositionem trecentorum decem & octo sanctorum & beatissimorum patrum apud Nicæam sub piæ recordationis Constantino principe congregatorum, obtinere autem etiam centum quinquaginta sanctorum patrum apud Constantinopolim definita, ad interruptionem quidem exortarum hæreseon, confirmationem verò ejusdem catholicæ nostræ fidei. Symbolum apud Nicæam trecentorum decem & octo.* Et post alia. *Propter illos verò qui mysterium dispensationis corrumpere moliuntur, & purum hominem esse qui ex sancta virgine Maria natus est impudenter delirantes, beati Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ præsulis synodicas ad Nestorium & ad alios per orientem congruas existentes suscipit ad convincendas Nestorii vesanias.* & reliqua.

ANNO CHRISTI 554.

CONCILIUM QUINTUM.

Act. 2. pag. 368.

Act. 5. pag. 561.

Act. 5. pag. 565.

XVI. Ecce omnium fidelium sensibus patet quòd sancti patres nostri in Chalcedona residentes, cùm jam de catholicæ fidei explanatione censerent, ordinem & omnes formas fidei quæ in Ephesina prima, cui beatæ memoriæ Cælestinus & beatus Cyrillus Alexandrinus Episcopus præsederunt, habitæ sunt, sicut Nicæni atque Constantinopolitani communi circumspectionem se servare professi sunt, illorum definita suam proculdubio fidem esse testantes. Per quod apparet omne quicquid ab ordine vel formis in Ephesino primo Concilio habitis discrepat, eisdemque monstratur esse contrarium, beatorum Chalcedonensium quoque patrum impugnare sententiis. Porrò autem epistola ad Marim Persam scripta, dicendo beatum Cyrillum hæreticum ejusque duodecim capitula impia & fidei rectæ contraria Nestoriumque judicio & inquisitione non facta damnatum, omni ordini atque omnibus formis in Ephesina prima synodo habitis manifestatur esse contraria. Vnde fit ut valde demonstretur absurdum eorum decretis illam putari epistolam esse susceptam quæ apertissimè ipsorum impugnat de fide judicium, ut per hoc non solùm præcedentes patres, sed semetipsos, quod vel dici nefas est, aliqua videantur contrarietate destruere. Nam hujusmodi omnia quæ in derogatione Ephesini primi Concilii dicta sunt vel dicenda erant, etiam in hac quam de fide sancti patres Chalcedonensis synodi protulerunt explanatione fuisse damnata ex his quæ subsequuntur evidentissimæ veritatis luce conspicitur, quæ ita se habent. *His igitur cum omni undique scrupulositate & diligentia à nobis dispositis, definit sancta & universalis synodus alteram fidem nul-*

Ibid pag 568

Anno Christi 554.

Concilium Quintum.

is licere proferre vel conscribere aut componere aut sentire aut docere aliter. Eos autem qui ausi sunt componere fidem alteram aut proferre aut docere aut tradere alterum symbolum volentibus vel ex gentilitate ad agnitionem veritatis vel ex Iudais vel ex haresi quacunque converti, hos, si Episcopi fuerint aut clerici, alienos esse Episcopos ab episcopatu & clericos à clero; si verò laici aut monachi fuerint, anathematizari. Cùm ergo dixerint patres nostri ordinem & omnes formas fidei Ephesini primi Concilii se servare, & nulli licere alteram fidem proferre, conscribere, vel sentire seu tradere aut aliter docere, omnesque qui præsumunt talia esse damnatos, epistolam vero ad Marim Persam scriptam impugnantem per omnia beati Cyrilli expositam in Ephesina prima doctrinam non solùm aliter sed & contrariè non dubitemus adstruere, constat synodali judicio ejusdem damnationis sententiam comprehensam, ac propterea ab eis à quibus epistola ad Marim Persam apertissimè prædamnata legitur, multò magis clarum est non fuisse susceptam.

XVII. Nec quemquam debet permovere fidelium quòd quidam subripiendo nituntur adstruere quædam in hac epistola ad Marim ita dicta, & quasi his quæ bene dicuntur possint convenientia demonstrari; cùm hæreticorum consuetudo sit venena sua fucatis celare sermonibus & verba præmittere quæ quasi orthodoxis videantur professionibus consonare, & reservare indulgentia malignos aditus per quos eorum pestilentia intromittatur erroris, sicut de eis propheta testatur: *Mollierunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt jacula.* & iterum: *Quoniam in multis erant mecum.* De quibus etiam & doctor gentium dicit apostolus: *Habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.* Neque enim Nestorio prodest duas naturas & unum filium confiteri, quamvis & orthodoxis sit communis ista professio, cùm idem Nestorius duarum naturarum unam subsistentiam, quod est proprium orthodoxorum, dicere recusans, fraudulenter se duas naturas & unum filium dixisse evidenter aperiat. Vnde quia antedicta epistola ad Marim Persam per hoc tam manifestum malum quod de beato Cyrillo & de patribus qui primo in Epheseno convenerunt asseruit, non dubitatur quid ejus scriptor defendendo Nestorio aut prava ejus recipienda doctrina senserit, qui de ejusdem Nestorii damnatoribus vel sanctis eorum dogmatibus tam impia & nefanda conscripsit, aperta veritate sit cognitum eandem ad Marim Persam epistolam Nestoriani sensus fraude atque perversitate conscriptam. Et ideo quamvis hoc solum ad reverentiam sanctæ Chalcedonensis synodi conservandam & ad hæreticorum excludendas insidias, qui ad Marim Persam epistolam à nostris adprobatam patribus mentiuntur, videatur satis superque sufficere quòd de eadem suscipienda patres nostros nullo modo judicare potuisse multipliciter superiùs disserta testantur, quibus ab ipso initio quo Ibas Episcopus sanctam Chalcedonensem synodum videtur ingressus, violentiam & falsas criminationes in secunda Ephesina queritur fuisse perpessus, ex gestis Photii & Eustathii eorumque judicato Ibæ claruit epistolam non fuisse. Quod post lectum ex gestis Photii & Eustathii ejusdem epistolæ in Chalcedonensi Concilio textum manifestissimè ostendit negantis quoque Ibæ professio ad excludendam illam ad Marim aliam Edessenorum pro se relegi postulantis. Quod Theophili inimici Ibæ Episcopi deserti suffragio veritatis demostrat nihilominus evidenti ratione suffragium, qui non illam ad Marim Persam quam objecerat præsumpsit adstruere, sed illam potiùs quam pro se Ibas Episcopus relegi poposcerat, & se incompetenter tamen nisus est arguere falsitatis. quod ipsorum patrum nostrorum in Chalcedona residentium Domnum in eodem accusatum negotio permittentes manere damnatum Ibamque absolvendum patefecit absque ambiguitate sententia. quod idem ejusdem venerandi Chalcedonensia synodi evidentiùs multipliciter decretis ostenditur, dicentea suam fidem esse quam illa ad Marim impugnat epistola, & hoc eam eorum damnatam fuisse judicio quorum fingitur interlocutione susceptam.

XVIII. Quamvis igitur & ex suprascripta luce veritatis indubitanter appareat nulla nos necessitate constringi quærere ex cujus epistolæ textu aliqui patrum Chalcedona residentium suis interlocutionibus Ibam Episcopum pronuntiaverint apparuisse catholicum, quòd nobis valde sufficiat evidentissimè demonstratum quòd de epistola ad Marim Persam scripta nullum tale potuerint proferre judicium. Hoc enim nobis sufficienter contra hæreticorum machinas suffragatur, qui volunt hanc ad Marim Persam epistolam à sancto Chalcedonensi synodo videri susceptam, quòd non solùm docuimus non videri susceptam, verùm etiam à patribus nostris omni modo refutatam fuisse monstravimus, quippe qui eam inter hostes suæ rectæ fidei evidentissimè prolata sententia damnaverunt. Ergo quia, ut diximus, contra adversarios sanctæ Chalcedonensis synodi, utrum suscepta annon suscepta verè possit ostendi, videtur nobis fuisse negotium, & illis susceptam supervacuè suspicantibus, nos ex ipsis etiam patrum vocibus potiùs declaravimus improbatam, non est necessarium nos cogi dicere de qua epistola patres nostri in illis suis interlocutionibus senserint, cùm nobis abundè sufficiat quòd de ista unde vertatur causa non senserint, tamen inspectis singulorum patrum interlocutionibus & superiori quam disseruimus rectitudini coaptatis, hoc quoque de qua epistola locuti sunt facilè piam sectantibus intelligentiam poterit apparere. Vbi primum omnium nobis est diligenter atque sagaciter intuendum quòd patrum nostrorum uno sensu unaque mente de absolutione Ibæ Episcopi consonæ fuerint prolatæ sententiæ dicentium quòd idem Ibas Episcopus ab omnibus quæ ei ab accusatoribus objecta sunt sit* obnoxius adprobatus. Legatorum enim sedis apostolicæ interlocutio in prima sui parte ita se habet. *Relectis chartis agnovimus ex sententia reverentissimorum Episcoporum Ibam reverentissimum innoxium adprobari.* quam evidenter ab Anatolio Constantinopolitano Episcopo interlocutio prolata subsequitur exprimens quòd ab his quæ in eum accusatores intulerunt innocens fuisset inventus. Sic enim dicit. *Reverentissimorum Episcoporum & judicum fides ac lectio omnium quæ sunt subsecuta demonstrant innoxium Ibam reverentissimum ab his quæ in eum accusatores intulerant.* Cui planiùs adhuc superiorum sensum adstruens Maximi Antiocheni sententia consequenter adjungitur ita se habens. *Ex his quæ modò relecta sunt manifestum est quia ab omnibus ei illatis reverentissimus Ibas innocens est repertus.*

* innoxius.

Act. 10. pag. 676.

Ibid. pag. 677.

XIX. Oportet igitur intueri quemadmodum interlocutionum trium istorum primum locum tenentium

ANNO CHRISTI 553.

CONCILIUM QUINTUM.

* ad abjiciendam

tenentium judicum * adiciendam & reprobandam ad Marim Persam epistolam sententia, etsi diverso prolata ore, uno tamen spiritu dictata conveniat. Quid est enim quod dicitur per Photii & Eustathii constitutum & ex relectis chartis Ibam innoxium ab omnibus quæ ei accusatores intulerunt adprobari nisi quia epistola illa in obtrectationem doctrinæ beati Cyrilli & in defensionem Nestorii, ipsius, ut ita dicam, otrhodoxæ fidei nitens fundamenta subvertere, ab adversariis, sicut revera est, pro magno crimine Ibæ objecta Episcopo, ab eodem aliena reperta suprascriptorum, ut dictum est, trium patrum decretis evidentissimè reprobatur. Neque enim ab omnibus quæ ab accusatoribus ei inlata sunt justè pronuntiari innocens videbitur si epistolam ad Marim Persam, quæ maxima pars est criminum, immo in qua omnia ei objecta crimina continentur, his interlocutionibus non probetur exclusa. Et ideo quoniam certum est, si ejus doceretur epistola, quòd innocens pronuntiari non possit, constat, quia innocens pronuntiatus est, ejus epistolam non fuisse. His igitur interlocutionibus quia maximè ad excludendam atque refutandam ad Marim Persam epistolam convenienti sensu atque studio pro absolutione Ibæ Episcopi sint prolatæ apertissimè demonstratis, consequens est ut ceterorum patrum idem sentientum definitiones pari veritate debeamus inspicere, tacitis paulisper reverentissimorum Iuvenalis atque Eunomii Episcoporum interlocutionibus; quas licèt ex alia parte, ipsi tamen sensui convenire suo loco monstravimus. Itaque Thalassius Cæsareæ Cappadociæ Episcopus sic dixit. *Reverentissimis Episcopis Photio & Eustathio comprobantibus Ibæ negotium, & non adjudicantibus eum, horum opinione suasus & ego volo haberi eum in sacerdotio, sicut & sanctissimis præsulibus visum est, quia maximè gestis suscepit ut anathematizaret illa quæ ejus accusatores adversùs eum deposuerant ex scripto.* Cui fidelium & perspicuæ veritatis amatori non clareat omnem quam de abnegata vel refutata ad Marim Persam epistola superiùs reddidimus rationem & præcedentium patrum interlocutionibus convenire monstravimus, hae quoque reverentissimi Thalassii prolata sententia plenè ac breviter explicari. Cùm enim dicit Photii & Eustarii comprobantium Ibæ negotium & non adjudicantium eum sequi sententiam, & consequenter adjungit quòd ipse Ibas Episcopus ad innocentiæ suæ cumulum quæ ei sunt ab accusatoribus ex scripto objecta damnaverit, indubitanter ostendit ita & in Chalcedonensis synodi examine & in illo Photii & Eustathii judicio ab illius epistolæ ad Marim Persam crimine alienam Ibæ dictationem atque conscientiam fuisse repertam, ut illic omnia, non solùm adversariis non probantibus, aut Iba Episcopo denegante, verùm etiam damnante, fuerint improbata. Vnde constat epistolam ad Marim Persam illa quæ accusatores objecerant crimina continentem non solùm patrum in Chalcedona residentum judicio, sed ipsius Ibæ sententia, sicut Photii atque Eustathii constituto edocti memorati patres affirmant, fuisse damnatam. Eusebii quoque Ancyræ, Stephani Ephesi, Diogenis Cyzici, & Romani Myrorum Lyciæ, quamvis diversis locis, uno tamen sensu prolatæ sententiæ superiorum judicum decreta confirmant. Nam alii Photii & Eustathii faciendo judicati memoriam, alii ex damnatione Nestorii ejusque hæresis Ibæ Episcopi innocentiam comprobantes, epistolam ad Marim Persam, quæ excusat Nestorium & beatum Cyrillum appellat hæreticum, ad Ibam Episcopum non

Act. 10. pag. 677.

solùm non adtenuisse, verùm etiam ab eo damnatam esse testantur. Iohannes Episcopus Sebastiæ, Seleucus Episcopus Amasiæ, Constantinus Episcopus Melitinæ, Patricius Episcopus Tyanorum, Petrus Episcopus Gangrorum, & Artanius Episcopus Trapezontis similiter consenserunt ita dicentes. *Definitio reverentissimorum Episcoporum Photii & Eustathii demonstrat innoxium reverentissimum Ibam. Similiter autem & ejus abnegatio facit nos in eo quod receperit proniores.* Qua interlocutione memoratorum sacerdotum evidenter apparet per hæc duo Ibam Episcopum de bis quibus accusatus est innoxium esse repertum, id est, ex definitione Photii atque Eustathii Episcoporum & ex sua abnegatione. Porrò definitione Photii & Eustathii declaratur quia licèt falsè ab accusatoribus fuerit impetitus, tamen ad satisfactionem vel falsè objectorum pronè sapuerit ex scripto quid de recta fide senserit profiteri, & ex abundanti anathematizaverit Nestorium, & habere se dixerit omnia quæ in Ephesino primo Concilio placuerunt. Deinde quia ejus quoque abnegatio, per quam se etiam in Chalcedonensi Concilio post lectionem ad Marim Persam epistolæ, quæ ejusdem Ibæ Episcopi apertissimæ & piæ confessioni contraria est, ab his quæ sibi inlata sunt existere perhibuit alienum, proniores efficeret animos judicantum ut crederent quia spretis & refutatis quæ ab eo negata sunt, illa tantùm & antea habuerit quæ se habuisse & recepisse professus est. Quibus ita monstratis, clarum est epistolam ad Marim Persam omnibus quæ se recepisse Ibas dixit contrariam existentem, & illa potiùs quæ anathematizavit Ibas Episcopus defendentem, nullatenus ab Iba Episcopo fuisse dictatam.

ANNO CHRISTI 553.

CONCILIUM QUINTUM.

Act. 10. pag. 680.

XX. Nam ut omnibus fieret manifestum quòd Ibas negando ea quæ ab accusatoribus inlata sunt, illa quæ de pia fide confessus est reddiderit certiora, ita interlocutio dicit. *Et abnegatio ejus fecit nos in eo quòd receperit proniores.* ac si diceret. Ex eo credibiliùs quæ de pia est fide professus accipimus quòd illa quæ ei objecta fuerant abnegavit, ut non velut objectorum veritate convictus, tamquam ex necessitate corrigens, quid de pia fide sentiret ostenderet, sed objectorum magis negatione purgatus, ita & antea sensisse quemadmodum sentire professus est crederetur. Sicut enim facti confessio nocentem vel in præteritum facere potuit, ita non convicta negatio reddidit etiam de præteritis innocentem. Cui negationi, per quam Ibas Episcopus epistolam ad Marim Persam ostenditur refutasse, Eunomii atque Iuvenalis Episcoporum interlocutio competenter aptatur. Quas interlocutiones primitus consonare Deo juvante monstrandum est, deinde docendum quemadmodum epistolam ab Iba negatam esse confirment, quæ ita se habent: *Iuvenalis reverentissimus Episcopus Hierosolymitanus dixit: Qui convertuntur, hos scripta divina suscipi jubent. Quapropter & ab hæreticis revertentes suscipimus. Vnde & prævideo reverentissimum Ibam mereri clementiam, quia & senex est, & ut habeat episcopatus gradum, esse catholicum. Eunomius Episcopus Nicomediæ dixit: Iam quidem ex his quæ relecta sunt innoxius adprobatus est venerabilis Ibas. In quibus etenim dicendo malè culpare visus est beatissimum Cyrillum, in postremis rectè confessus, illa quæ culpaverat refutavit. Vnde & ego anathematizantem eum Nestorium & Eutychen & impia eorum dogmata, & consentientem his quæ à sanctissimo Archiepiscopo Leone scripta sunt & ab hac universali synodo, dignum esse episcopatu decerno.* Antea ergo nobis inspicien-

Act. 10. pag. 677.

Ibid. pag. 680.

Anno Christi 554.

Concilium Quintum.

da est Eunomii interlocutio, quæ planiùs Ibæ Episcopi intellectum adscrens, quid ex ea re etiam Episcopus Iuvenalis sensit exponit. Dicens enim ex his quæ relecta sunt Ibam innoxium comprobatum, Photii & Eustathii sicut & superiores patres comprobat sine ambiguitate judicium, ut his verbis etiam negationem Ibæ Episcopi & pro eodem Iba attestationem Edessenorum epistolæ clericorum comprehendere videatur. Pro qua re gestorum apud Photium & Eustathium habitorum ordinem competenter attendens, ne quis in aliquorum animis adversùs Ibam Episcopum ex hoc scrupulus remaneret quòd aliquando ante unitionem aliter intelligens beati Cyrilli doctrinæ fuerat oblocutus, necessariè purgat quòd correcta Ibas intelligentia sua, beati Cyrilli orthodoxa dogmata suscipiens, & ea recta esse confessus, prioris intelligentiæ, quam ante unitionem Ecclesiarum habuit, refutavit errorem, ostendens evidentissimè ab Iba Episcopo quòd ejus fuerit quæ ad Marim Persam legitur epistola denegatum. Cùm enim adprobet ab his quæ ante unitionem Ecclesiarum Ibas de beato Cyrillo dixerat recedentem, post unitatem quia se rectè habeant fuisse confessum, epistola autem ad Marim Persam post unitatem scripta beati Cyrilli dicta esse hæretica mentiatur, ipsumque in Apollinaris hæresim incidisse confingat, certum est hanc ab Iba etiam præsentis interlocutionis testimonio denegatam. Cui sensui Iuvenalis Episcopi convenit sine ambiguitate sententia; quæ cùm adstruit Ibam orthodoxum extitisse, ostendit ab eo epistolam quæ ad Marim Persam scripta est denegatam, quippe tamquam rectis dogmatibus inimicam, & Photii atque Eustathii ceterorum de ceteris conveniens adprobat judicatum. Cùm verò conversum dicit debere suscipi, Eunomii interlocutioni congruens, de beati Cyrilli dogmatibus, de quibus ante unionem aliter senserat, eum jam pòst rectè sicut oportuit sentientem ad congruæ intelligentiæ sensum adprobat esse conversum. Per quod, sicut multipliciter jam ostensum est, constat illam epistolam quæ post unitionem contraria loquitur Ibæ Episcopi non fuisse.

XXI. Quamvis igitur idoneè sufficienterque tam ex suprà memoratis omnibus adsertionibus quàm ex interlocutionibus patrum in Chalcedona residentum de Ibæ Episcopi absolutione sibi per omnia consonantibus fuerit demonstratum quia epistola ad Marim Persam rectis inimica dogmatibus & ejusdem Ibæ professioni contraria, ab eodem fuerit abnegata, & patrum multimodè refutata judicio, & per hoc clareat à nullo ex eodem patrum numero potuisse suscipi, quam & ipse cui objecta est negando à se repulit, & ubique eorundem patrum de pia fide sententia prolata damnavit, tamen ex abundanti intellegere adjacet de qua epistola Legatorum sedis apostolicæ vel Maximi Antiocheni sensisse interlocutio videatur, & ut illud quod fidelium decet sensibus inhærere, nihil in patrùm decretis inveniri contrarium demonstremus. Apertissimè creditur de epistola Edessenorum clericorum, quam Ibas Episcopus pro se relegi postulavit, patres nostros in suis fecisse interlocutionibus mentionem. Quam utique Edessenorum clericorum epistolam ex illa parte gestorum apud Photium & Eustathium habitorum, quam callidè ac fraudulenter adversarius ejus omiserat, relegi festinavit, ut illam ad Marim, quæ ex ipsis * idem gestis contra eum relecta fuerat, confutaret, per quam supradictam ad Marim Persam epistolam quia Ibas Episcopus rectam fidem impugnaverit, & beati Cyrilli

* item.

dogmata in Ephesina prima synodo tradita omni impietate plena & rectæ fidei dixerit esse contraria, adversarii ostendere nitebantur. Vnde necesse fuit illam quæ dirigentibus Edessenis clericis Photio & Eustathio Episcopis jam pridem tradita fuerat, & in eorum recensita judicio, ipsisque gestis inserta, ad sui purgationem Ibas in Chalcedonensi quoque synodo relegi precaretur, quæ inter cetera ita dicit. *Anathematizantes nos ipsos, & terribili gehennæ nosmetipsos obnoxios facientes, si novimus aliquid tale dictum ab eo aut aliquid aliud contrarium catholicæ fidei. Si enim aliquo tali dicto passi fuissemus communicare ei qui dixit aut Missas cum eo tenere, ultimo supplicio fuissemus obnoxii, tamquam communicantes tali errori.* & cetera. Vt per hoc quod asserunt Edesseni clerici nihil eum tale vel aliquid aliud orthodoxæ fidei dixisse contrarium, illa omnia quæ rectæ fidei contraria ad Marim Persam epistola continebat, & ab adversariis ad impugnationem Ibæ Episcopi quia ab eo dicta fuerint fingebantur excludere, & negationem suam idem Ibas Episcopus in qua paulò antè dixerat *quia & ab his quæ mihi inlata sunt alienus existo*, apertissimè confirmaret.

Act. 10. pag. 668.

XXII. Hanc ergo Edessenorum clericorum Legati apostolicæ sedis ante oculos habentes epistolam, dum priùs ex lectione chartarum & ex judicato Photii & Eustathii Episcoporum dixissent Ibam innoxium comprobatum, secuti sunt dicentes: *Relecta enim ejus epistola agnovimus eum esse catholicum.* ut primùm ex ipso rerum apud [Photium & Eustathium] gestarum ordine de ea, id est, Edessenorum, quæ apud eos postremo loco relecta monstratur epistola, suis credantur interlocutionibus censuisse. Quòd autem ejus, id est, Ibæ Episcopi, eam significasse videntur epistolam signanter magis hanc ipsius appellando quam pro se relegi petiit, illam potiùs ad Marim Persam, quæ contra eum prolata est, ostendunt ipsius non fuisse, illo loquendi modo quo indubitanter omnes homines & de aliis & de se uti solent, ut eorum documenta, chartæ, epistolæ dicantur qui eis pro se utuntur, & quorum ostenduntur prodesse negotiis. Quam enim illi sanctissimi cognitores potiùs Ibæ, quem absolvebant, esse epistolam judicarent, illam ad Marim Persam, quam pro magnis criminibus quæ in ea epistola continentur ad Ibam impugnandum objecerant adversarii ejus, an illam Edessenorum, quæ eum ab omnibus purgat objectis; illam ad Marim epistolam, quam objectam sibi ipse Ibas, sicut multipliciter ostensum est, abnegavit, an illam Edessenorum, quam ad illius epistolæ ad Marim impugnationem & pro suæ orthodoxæ fidei adprobatione relegeretur exegit; illam ad Marim Persam, quæ eum, si ipsius probaretur, rectam fidem impugnasse adstruit, an illam Edessenorum, quæ eum contra catholicam fidem nihil dixisse testatur; illam ad Marim Persam, post cujus lectionem statim Ibas Episcopus intulit quia & ab his quæ sibi inlata essent alienus existeret, an illam Edessenorum, per quam Theophilus adversarius ejus cognoscens se fuisse convictum, eum falsitatis crimine nitebatur infringere. Ergo illa ad Marim Persam accusatoris potiùs, qui eam protulit nec probavit, quàm Ibæ, qui eam negavit, esse justissimè ab omnibus vel æstimata est vel æstimari debet epistola. Nunc illud nihilominùs est sagaciùs intuendum, per quam potissimùm orthodoxus Ibas Episcopus à vicariis sedis apostolicæ fuerit judicatus, per illam ad Marim Persam, quæ cùm apertissimè Ephesinæ primæ & beati Cyrilli

Act. 12. pag. 676.

ANNO CHRISTI 514. CONCILIUM QUINTUM.

fidei ibi expositæ, quam Chalcedonense Concilium firmat ac sequitur, contradicit, scriptorem suum ostendit hæreticum, an per illam Edessenorum, quæ nihil Ibam Episcopum catholicæ fidei contrarium nunquam dixisse sub terribilis jurisjurandi & anathematis interpositione confirmans, ab adversariorum objectione purgatum pronuntiari fecit orthodoxum; per illam ad Marim Persam, quam inter eos qui non credunt sicut in Ephesina prima synodo Cyrillus exposuit, sancta Chalcedonensis synodus anathematis pœna percussit, an per illam Edessenorum, quæ eorundem patrum judicio consonans, eis magis qui aliquid contra fidem catholicam dicentibus communicant infligit anathema. Quæ omnia etiam interlocutioni Maximi Antiocheni Episcopi convenire eadem quæ disserta est veritate perspicitur; qui rescriptum epistolæ nominando, non de illa ad Marim Persam, sed de Edessenorum clericorum epistola sensisse monstratur. Quomodo enim de epistola ad Marim Persam, à qua primam Ephesinam synodum & beati Cyrilli illic prædicatam certum est impugnari doctrinam, aliquid memoratus Maximus orthodoxum dixisse putandus est, qui, sicut suprà plenè jam diximus, dum de recipienda beatæ recordationis Papæ Leonis epistola censeretur, eam ob hoc recipiendam statuit quia beati Cyrilli in Epheso expositæ fidei

Act. 4. pag. 474.

conveniret, dicendo ita: *Concordat epistola sanctissimi Archiepiscopi regiæ Romæ Leonis expositionibus trecentorum decem & octo apud Nicæam sanctorum patrum & centum quinquaginta apud Constantinopolim novam Romam & in Epheso à sanctissimo Cyrillo Episcopo exposita fidei, & subscripsi.* Quis igitur sic à totius humanitatis ratione sepositus invenitur ut credat hunc sacerdotem in causa vel definitione fidei ita sibi extitisse contrarium ut qui tam præclari Pontificis atque doctoris, id est, beati Leonis, epistolam apertè pia dogmata continentem beati Cyrilli quæ in Epheso est exposita comparando doctrinæ judicavit orthodoxam, illius è contrario epistolæ orthodoxum diceret esse scriptum, quod hæretica voce ipsa beati Cyrilli dogmata molitur evertere? Cùm ergo impossibile sit videri unum eundemque judicem in definitione fidei aut respuisse quod sibi placuit aut idem sibi dicere placuisse quod respuit, necesse est ut omnibus clareat non eum de illa epistola ad Marim Persam, sed de ista potiùs Edessenorum, quæ posteriùs lecta est, quia sit ejus orthodoxa declarata dictatio censuisse.

* aliquem

XXIII. Nec * aliquid moveat illud quod in eadem interlocutione memoratur rescriptum epistolæ quod prolatum est ab eo qui ejus adversarius extitit, ut ex his verbis, sicut inimici orthodoxæ fidei ad impugnandam primam Ephesinam synodum adstrui cupiunt, quasi de illa quæ ad Marim Persam legitur epistola, quam contra Ibam Episcopum in Photii & Eustathii judicio ejus adversarii protulerunt, intelligatur ita Maximum Antiochenum Episcopum judicasse. Quod longè ab ejusdem Maximi esse sensibus alienum superiùs idonea & multiplici ratione, probavimus. Nam illud quod ab adversario ejus scriptum prolatum nomina de ista Edessenorum clericorum dictum esse non dubium est. Cùm enim nihil aliud Theophilus adversarius Ibæ Episcopi contra eum in Chalcedonensi synodo nisi gesta apud Photium & Eustathium habita protulisset, & eam partem gestorum, ut evidenter apparet, in qua continebatur Edessenorum epistola clericorum malivolè supprimeret, illam tantùm per quam gravati putabat Ibam Episcopum * fuisse recitari, tunc Ibas

* fecisset

Episcopus, ut eum evidentiùs constaret ex ipsis quæ ab eodem adversario prolatæ fuerant chartis, illam partem ab eo fraudulenter omissam relegi petiit per quam illa epistola quæ adversùs eum lecta fuerat probatur exclusa, ut per hoc quod ipse adversarius Theophilus protulerat convinci efficaciùs monstraretur. Unde & Maximus Episcopus vim idoneæ probationis exprimens, post relectam Edessenorum epistolam clericorum ex his chartis quas adversarius protulerat ostensum Ibam pronuntiavit orthodoxum. Ut autem pleniùs contentiosi hæreticorum animi superentur, diversis modis ostenditur hanc Edessenorum epistolam non velut novam in Chalcedonensi Concilio ab Iba prolatam, sed olim Photio & Eustathio Episcopis contraditam & eorum gestis insertam. Primò enim ex eo quòd tempore judicii ad eos data legitur, eis ad quos directa est tradita nullo modo dubitatur; quippe cùm in eorum judicio per eam Ibas ad purgationem eorum quæ objecta fuerant indiguerit adjuvari. Deinde quòd in eadem epistola petiisse à memoratis Photio & Eustathio impensiùs Edesseni clerici releguntur ut suis eam curarent gestis inserere, quod fieri nihilominus & ipse judicii ordo poscebat. Quæ ita gesta non solùm veritas præsentis ratiocinationis ostendit, sed & ipsius Ibæ testatur superiùs & in Chalcedonensi synodo & in Photii atque Eustathii examine deprompta professio. Siquidem sanctum Chalcedonense Concilium Episcopus Ibas ingressus, dum se asserit absolutum Photii & Eustathii constituto, ita dicit. *Nam & omnes clerici Edesseni, per quos scripserunt præfatis Episcopis, testantur me esse catholicum.* ostendens utique ad eos scriptum & in illorum jam judicio Edessenorum clericorum rescripto se ab objectis omnibus absolutum & catholicum declaratum. Deinde dum in illa parte gestorum apud Photium & Eustathium habitorum, quam, ut dictum est, contra eum adversarii relegi petiverunt, tres testes quos in Photii & Eustathii judicio adversùs eum adversarii producere nitebantur, memoratus Episcopus reprobaret, ita dixit. *Est clerus noster * plurimus nominum ducentorum aut plurimum. Neque enim retineo numerum. Omnes clerici testati sunt sive orthodoxus sim sive hæreticus, & per confessiones scriptas, quæ & directa sunt sanctissimo Episcopo Domno, & ad vestram reverentiam scripserunt. Si consonat tantorum testimonium clericorum tribus, sicut dicit ipse, testibus qui cum ipsis venerunt ad accusandum in Constantinopolim, & nunc cum ipsis existunt, vestrum est judicare.* Ex quo evidenter apparet ita eum in ipso Photii & Eustathii judicio ad confutandos testes ab adversario producendos clericorum Edessenorum epistolæ fecisse memoriam ut & eam judicibus jam traditam demonstraret, & ex cognito iisdem judicibus totius Edesseni cleri rescripto, paucorum clericorum exigeret non debere testificationes admitti. Unde minimè dubitatur per illam partem gestorum fuisse ab adversariis ex studio prætermissam in qua Edessenorum clericorum pro Iba litteræ tenebantur insertæ, & Ibam necessariè hanc ipsam Edessenorum epistolam ex ea parte quæ suppressa fuerat relegi postulasse, ac propterea Episcopum Maximum pronuntiasse ex relecto rescripto de gestis ab adversario prolatis ipsius rescripti epistolæ, id est, Edessenorum, dictationem orthodoxam declaratam. Omissam vero ab adversariis illam gestorum partem qua Ibas Episcopus ab objectis evidentiùs purgabatur, & aliis modis ostenditur. Nam in eadem Photii atque Eustathii sententia, qua referunt universa quæ ab Iba Episcopo in suo fuerint acta judicio, continetur quod

ANNO CHRISTI 553. CONCILIUM QUINTUM.

Act. 10. pag. 677.

Act. 9. pag. 678.

* plus minus

Act. 10. pag. 653.

ANNO CHRISTI 554.

CONCILIUM QUINTUM.

pionè sapuerit Ibas Episcopus ex scripto dare quid de pia fide sentiret, & ex abundanti anathematizaverit Nestorium, & ea se in suæ promiserit eloqui civitatis Ecclesia, & alia quæ ejusdem judicati tenore monstrantur. Quæ omnia pars illa gestorum pro adversariorum Ibæ Episcopi voto in Chalcedonensi synodo relecta non continet. Gesta tamen in Photii atque Eustathii judicio esse eorum sententia declaratur. Per quod constat sine dubio eas partes ab adversariis malitiosè suppressas quas sciebant Ibæ Episcopo ampliùs profuturas. Nam ut hæc apud Photium & Eustathium Episcopos actis inserta fuisse minimè dubitetur, Thalassii Episcopi Cæsariæ Cappadociæ in Chalcedona residentis manifestat absque ambiguitate sententia, quæ post alia ita dicit. *Quia maximè gestis suscepit ut anathematizaret illa quæ ejus accusatores adversùs eum deposuerant ex scripto.* Quod utique quia in parte illa gestorum quæ adversariis Ibæ desiderantibus recensita est non legitur, manifestum est ex his quæ Photius & Eustathius in suo judicio gesta referunt, quæ actis inserta fuerint, memoratum Episcopum Thalassium cognovisse. Et ideo omni veritatis luce probatum est ita & illam partem gestorum in qua Edessenorum clericorum continebatur epistola, ab adversariis fuisse suppressam, sicut & hæc pars, ne relegeretur, omissa est: quæ non ex illa parte quam adversarii relegi voluerunt, sed ex Photii atque Eustathii Episcoporum, quæ apud eos acta sint, sententia declaratur.

Act. 10. pag. 677.

XXIV. Igitur indubitanter apparet ex illis gestis quæ ab adversariis prolata quidem sunt, sed studiosè pro parte suppressa, Edessenorum epistolam Ibam Episcopum pro se relegi poposcisse, & de ejus epistolæ rescripto, quòd ab adversario prolatum sit, Maximum Antiochenum Episcopum sua interlocutione dixisse. Cujus autem epistolæ orthodoxa potuit pronuntiari dictatio valde est superiùs adprobatum, & ex hoc manifestiùs apparebit quia in præcedenti prosecutione sua Ibas ex Edessenorum rescripto se adseruit orthodoxum comprobari. Unde consequenter orthodoxa dictatio ejusdem Edessenorum epistolæ dicta est, per quam & ipse se orthodoxum petiit à judicibus æstimari, & eorum sententia est declaratus orthodoxus. Cedat itaque impudentia perversorum tam Eutychianæ hæreseos quàm Nestorianæ sequacium, qui hæretica fraude nituntur suadere quòd quilibet in Chalcedonensi synodo residens de illa ad Marim Persam epistola totius impietatis plena aliquid orthodoxum dicere vel sentire potuerit. Cùm enim Ibas Episcopus in principio quo sanctæ Chalcedonensis synodi examen ingressus est, ita fuerit prosecutus, dicendo se per clericorum Edessenorum adtestationem æstimatum fuisse vel æstimari debere catholicum, idem apud Photium & Eustathium Episcopos ad purgationem suam adstruit oportere sufficere quòd adtestati sint Edesseni clerici per confessiones suas, quas ad eosdem Episcopos scripserunt, se esse catholicum. Rursus in eadem defensione permanens, post illius ad Marim Persam epistolæ lectione, * Edessenorum clericorum pro se relegi, cujus sæpe mentionem fecerat, epistolam postulasset, quis tam lucidæ veritatis impugnator existat qui non ex istius Edessenorum epistolæ textu, per quam ipse accusatus Ibas æstimari poposcit orthodoxum, à patribus orthodoxam dictationem, & eundem Ibam catholicum pronuntiatum fuisse cognoscat, sed illius epistolæ ad Marim Persam dictationem putet orthodoxam judicatam, quæ ei & pro crimine hæreseos objecta est, & si ejus probata fuisset, hæreticus potuit judicari?

* cùm

XXV. Itaque anathematizamus atque damnamus suprascriptam epistolam quam ad Marim Persam hæreticum scripsisse Ibas confingitur, quæ Deum de sancta Dei genetrice & semper virgine Maria incarnatum & hominem factum esse abnegat, sed purum hominem ex ipsa natum esse dicit, quem templum appellat, ut ex hoc alius Deus verbum & alius Christus intellegatur, & sanctum Cyrillum, qui rectæ fidei doctor & prædicator extitit, ut hæreticum & similia Apollinari scribentem criminatur, & culpat primam Ephesinam synodum tamquam sine examinatione & inquisitione Nestorium condemnàverit, & duodecim capitula sancti Cyrilli impia & contraria rectæ fidei vocat eadem epistola, defendit autem Theodorum & Nestorium & impia eorum dogmata & conscripta. Prædictam igitur epistolam ad Marim Persam anathematizamus atque damnamus, in qua nefandæ superiùs designatæ blasphemiæ continentur. Et quicunque ea quoquo tempore crediderit accipienda vel defendenda, aut conatus fuerit aliquando præsentem damnationem resolvere, pari anathemate condemnamus. Eos autem qui memoratam epistolam ad Marim Persam designatas superiùs blasphemias continentem à sancta Chalcedonensi synodo à præsenti tempore, innotescente sibi nostri serie constituti, contenderent esse susceptam, vel à quocunque eorundem patrum in Chalcedona residentum orthodoxam pronuntiatam nituntur adstruere, pari anathematis pœna percellimus; quoniam non solùm sancto ac reverendo Chalcedonensi Concilio irrogare moliuntur injuriam, verùm etiam incentores ac renovatores se sopiti scandali profitentur, per quod universalis rursus concuti possit Ecclesia; ut doctoris gentium Apostoli justè videantur ferire sententia, quæ dicit; *Utinam & abscidantur qui vos conturbant.*

XXVI. Expletis quæ de sopienda primi capituli quæstione, id est, de epistola ad Marim Persam, differenda vel definienda erant, necesse nobis est quid de Theodoro Mopsuesteno ejusque dictis ecclesiasticæ unitatis ratio vel fidei à sanctis patribus traditæ cautela fieri exigit expedire. Perpendimus itaque quod hujus quoque quæstionis exordium ex hæreticorum cœnoso fonte manaverit. Cùm enim Nestoriani ante plures annos non valerent impia ejus dogmata sub ipsius damnati Nestorii nomine quorundam sensibus decipiendis inserere, hinc * proferenti erroris sui opportunitatem exquisitis fraudibus invenerunt ut ex Theodori Mopsuesteni libris, quem jactant in pace Ecclesiæ defecisse, impia rursus Nestorii dogmata blasphemiis immanioribus innovata introducere niterentur. Quorum venena diuturnis temporibus occultè serpentia, nunc aperta professione manantia, nostros & Christianissimi principis omniumque orthodoxorum animos permoverunt attendentium non esse ulteriùs differenda remedia ubi, per patientiam dissimulatione nutrita, tam magni mali videtur crevisse pernicies. Hoc enim memoratos Nestorianos publicè & incessanter adstruere nulli venit in dubium, dicentes: Nos patrem non tam Nestorium quàm Mopsuestenum Theodorum veneramur, ejusque libros tota nostræ devotione mentis amplectimur; nec erit quisquam qui nobis obsistere *, cùm dogma nostrum sic antiqui doctoris Theodori ubique vulgatis codicibus adstruatur. Quorum Nestorianorum vocibus nonnullus interdum vulgi numerus cotidianis diebus prava seductione decipitur. Cùm ergo constet ampliùs per defuncti Theodori nomen atque conscripta Nestorianæ hæresis errorem po-

* proferendi

* valeat

ANNO CHRISTI 554. CONCILIUM QUINTUM.

pulis intromitti quàm vivus potuit inferre Nestorius, non tam negligentiæ quam conhibentiæ discrimen nos credidimus incursuros; si tamen necessariæ correctionis, quam perelitantis Ecclesiæ dispensatio flagitat, differri ulteriùs remedia pateremur. Neque enim, ut quidam ioaniter diffamabant, Theodori ejusque dictorum poterit excusationi proficere quod in epistola ad Marim Persam nomen Theodori vel scripta ejus videntur copiosè laudari, cùm & præcedenti adsertione multipliciter fuerit demonstratum eandem epistolam, sicut à nobis, ita & à sanctis patribus in Chalcedona residentibus juste damnatam, & hoc potiùs ad malorum Theodori demonstrationem abundè sufficiat quòd illic nomen scriptaque ejus laudata sunt ubi beatus Cyrillus & Ephesina prima synodus impugnatur. Quæ cùm ita sint, non tamen destitimus per fideliores interpretes scripta ejusdem Theodori perscrutari, quamvis nobis & antè utcunque fuerint publicata. Ex quo nunc perclaruit lucidissima veritate prædicti Theodori Mompsuesteni libros contraria rectæ fidei & sanctorum patrum continere doctrinis. Unde & sancti patres contra eum scribentes, suos libros ad instructionem sanctæ Ecclesiæ reliquerunt. Nam inter alias blasphemias evidenter eum dixisse comperimus alium esse Deum verbum & alium Christum à passionibus animæ & desideriis carnis molestias patientem, & à deterioribus paulatim recedentem, ad meliora profectu operum pervenisse, & conversatione immaculatum factum, & tanquam purum hominem baptizatum esse in nomine patris & filii & spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti spiritus accepisse, & adfiliationem meruisse, & ad imperialis imaginis similitudinem in persona Dei verbi Christum adorari, & post resurrectionem immutabilem cogitationibus & omnino impeccabilem factum. Dixit etiam talem factam esse unitionem Dei verbi ad Christum qualem Apostolus dixit de viro & muliere, *Erunt duo in carne una*, & quòd post resurrectionem, cùm insufflasset Dominus in discipulis & dixisset, *Accipite Spiritum sanctum*, non dedit eis spiritum sanctum. Hoc quoque ausus est dicere, quia confessionem quam fecit Thomas cùm palpasset manus & latus Domini post resurrectionem, dicens, *Dominus meus & Deus meus*, non esse dictam à Thoma de Christo, (Nec enim dicit Theodorus Deum esse Christum) sed ad miraculum resurrectionis stupefactum Thomam glorificasse Deum & ista dixisse. Et quod pejus est, etiam in interpretatione quam in actibus Apostolorum scripsit idem Theodorus, similem fecit Christum Platoni & Manichæo & Epicuro & Marcioni, dicens quòd sicut illorum unusquisque ex dogmate quod invenit suos discipulos fecit vocari Platonicos & Manichæos & Epicureos & Marcionistas, simili modo & cùm Christus dogma invenisset, ex ipso Christianos vocari. Quarum blasphemiarum ex libris Theodori Mompsuesteni perversitate repetta evidenter apparet falsissimè quosdam foventes dicta Theodori opinari quòd memoratus Theodorus non fuerit in sua vita damnatus, cùm perspectis prædecessoris nostri beatæ recordationis Damasi synodalibus constitutis, quæ post Nicænum Concilium de spiritu sancto tractantibus & convenientibus in urbe Roma catholicis Episcopis & beatæ recordationis Ambrosio Mediolanensis civitatis antistite sunt edita longè antè quàm Theodorus * Mompsuestinę officium episcopatus adsumeret, inveniremus plenissimè definitum eos qui duos filios adfirmant, unum ante secula, & alterum post adsumptionem carnis

* Mompsuestiæ

ex virgine, sicut superiùs Theodorum adseruisse monstratum est, anathematis pœna percussos. Ubi non solùm illi qui eodem tempore ipsius erant hæresis sectatores, verùm etiam illi qui succedentibus temporibus eundem sequerentur errorem, ejusdem anathematis vinculis reperiuntur adstricti. Cui damnationi Theodorum quoque Mompsuestiæ necesse est fuisse subjectum, qui prædamnatæ hæresis sectator & prædicator effectus est. Neque enim aliter eos quos nunc in Arrianam vel in aliam quamlibet hæresem reperimus implicatos, jam anathematis pœna damnatos accipimus nisi quia in prædamnatis quos sectantur erroribus inveniuntur ipsi quoque damnari. Nec illud omittendum esse perspicimus, quòd hi qui in suis libris ac disputationibus duos filios credi docent, negent tamen se duos filios profiteri, cùm eis nihil prosit hoc vacuis negare sermonibus quod dolosè per sua dogmata, libris etiam convincuntur adstruere. Sic etenim Nestorius, ut superiùs jam diximus, duas naturas, unum filium se simulans confiteri, & alterum esse qui ex Deo patre natus est, alterum qui ex virgine matre progenitus, in suis disputationibus omni fraudis intentione suadere persistens, non potuit debitæ pœnam damnationis effugere; nec eum liberare valuit illa unius filii dolosa professio, cujus aliud convincebatur continere doctrina: quia perversitatis hujusmodi sectatores se ipsis puniuntur auctoribus; qui quod erubescunt profiteri, docere non desinunt, & quæ loquenda negant, legenda non scribunt.

XXVII. Pro his igitur omnibus Ecclesia universalis agnoscat cujus utilitati, ne Christi Dei nostri plebs ampliùs seducatur, nostra servit intentio. Quam utilitatem per Theodori nomen atque scripta lædi suprà meminimus, justè nos & sine aliqua reprehensione ad ea quæ præsenti auctoritate statuimus descendisse. Et ideo condemnamus & anathematizamus similiter ut alios omnes hæreticos quos condemnatos & anathematizatos constat à sanctis quatuor Conciliis & à catholica Ecclesia, & Theodorum, qui quondam Mompsuestiæ Episcopus fuit, & ejus impia conscripta nihilominus, & quæ Theodoritus conscripsit contra rectam fidem & contra duodecim sancti Cyrilli capitula & contra primam synodum Ephesinam, & quæ ad defensionem Theodori & Nestorii ab eo scripta sunt: quia pro ecclesiasticæ utilitatis causa poposcit etiam memorata Theodoriti scripta damnari, eò quòd sæpedicti Nestoriani sub ejus Episcopi nomine, qui a beatæ recordationis Leone Papa & à sancta Chalcedonensi synodo legitur fuisse susceptus, eadem scripta ad adstruendi sui erroris videntur adbibere suffragium, non aspicientes quòd non solùm sancti patres in Chalcedona congregati, damnato Nestorio cum suis dogmatibus, & ista damnaverint, sed etiam ipse Episcopus Theodoritus omnia dicta quæ beati Cyrilli in Ephesina prima expositis videbantur contraire dogmatibus, in sancta Chalcedonensi synodo aperta professione respuerit, & susceperit definitionem sancti Chalcedonensis Concilii, in qua beati Cyrilli in Ephesina prima expositam manifestum est prædicari doctrinam. Et ita, sicut omne concilium sanctæ Chalcedonensis synodi interlocutum est, ab eadem synodo constat fuisse susceptum. Propter quod clarum est nihil * nobis nos per hanc damnationem statuere, sed ea anathematizasse quæ & sancta Chalcedonensis synodus respuit, & ipse quoque Theodoritus Episcopus illic sua professione damnavit.

* novi

XXVIII. Prædicta igitur tria impia capitula anathematizamus atque damnamus, id est, episto-

Anno Christi 554

Concilium Quintum.

lam quæ dicitur Ibæ ad Marim Persam, in qua nefandæ superiùs designatæ blasphemiæ continentur, & impium Theodorum Mompsuestenum cum nefandis ejus conscriptis, & quæ impiè Theodoritus conscripsit. Et quicunque ea quoquo tempore crediderit accipienda vel deferenda, aut conatus fuerit aliquando præsentem damnationem resolvere, pari anathemate condemnamus. Eos autem qui conservantes rectam fidem prædictis quatuor synodis prædicatam, memorata tria capitula damnaverunt vel damnant, fratres & consacerdotes habemus. Quæcunque verò sive meo nomine sive quorumlibet pro defensione memoratorum trium capitulorum prolata fuerint vel ubicumque reperta, præsentis nostri plenissimi constituti auctoritate vacuamus. Quas omnes designatas blasphemias absit ab universali Ecclesia ut quisquam prædictas quatuor synodos vel unam ex eis adserat suscepisse vel eos qui talia sapuerunt atque secuti sunt, cùm constet à sanctis memoratis patribus, & maximè à sancto Chalcedonensi Concilio, nullum de quo fuit suspicio fuisse susceptum nisi qui superiùs designatas blasphemias vel his similia aut hæresim de qua suspectus fuit respuit, aut blasphemias de quibus de eo dubitatum est abnegavit atque damnavit. Et ideo eos qui memoratam epistolam ad Marim Persam designatas superiùs blasphemias continentem à sancta Chalcedonensi synodo à præsenti tempore, innotescente sibi hujus nostri serie constituti, adserere voluerint esse susceptam, vel à quocunque eorundem patrum in Chalcedona residentum orthodoxam pronuntiatam nituntur adstruere, pari anathematis pœna percellimus; quoniam non solùm sancto ac reverendo Chalcedonensi Concilio inrogare moliuntur injuriam, verùm etiam incentores se ac renovatores sopiti scandali profitentur, per quod universalis rursus concuti possit Ecclesia; ut doctoris Apostoli justè videantur feriri sententia, qua dicit: *Utinam & abscidantur qui vos conturbant.* Et post suscriptiones.

Data VII. Kalendarum Martiarum, imperante Domino Justiniano perpetuo Augusto anno XXVII. & post consulatum Basilii V. C. anno XIII. Constantinopolim.

FINIS TOMI PRIMI.

Addenda ad paginam 1397. ante Concilium Narbonense.

Post absolutam ferè editionem hujus primi tomi vir optimus & doctissimus meique amantissimus Hieronymus Cardinalis Casanata ad me misit quædam excerpta ex vetustissimo illo codice Vaticano synodi Chalcedonensis toties suprà laudato, primò quidem gesta actionis quintæ, in qua, post recitationem symboli Nicæni, inferuntur anathematismi Papæ Damasi missi ad Paulinum Episcopum Antiochenum, deinde vetus interpretatio expositionis fidei conditæ in Concilio Chalcedonensi edita suprà pag. 1394. ex tribus antiquis codicibus bibliothecæ Colbertinæ, breviarium actionis in qua damnatus est Dioscorus, & actionem in qua resedit Imperator Marcianus. Tum verò describuntur quæ acta sunt pro confirmanda conventione Iuvenalis Episcopi Hierosolymitani & Maximi Antiocheni, & postea actio de Domno Antiocheno, cum confirmatione vicariorum sedis apostolicæ. In interlocutione autem Maximi qua testatur convenisse inter se & Iuvenalem de divisione provinciarum locus est magni momenti, prætermissus in editione Græca & in antiqua versione Latina, nimirum ita inter eos convenisse si id placuerit Papæ Leoni, qui cupit sanctorum patrum canones infringibiles permanere. Quo loco intelligi Nicænos dubium non est, & docet etiam ejusdem Leonis epistola ad Maximum scripta post habitam synodum Chalcedonensem. Sequuntur ergo quæ ex codice illo Vaticano ad me misit eminentissimus Cardinalis, mendosa quidem illa, à nobis verò emendata ubi id fieri potuit absque ullo periculo. Sunt autem in iis passim nonnulla quæ hodie non leguntur in gestis.

Vide suprà pag. 969.

Incipit quæ his præsentibus Episcopis acta sunt in Chalcedonensi Concilio.

Venerabilis totius mundi conventus, qui ex gratia Dei nostri & decreto clementissimorum & religiosorum Imperatorum Valentiniani & Marciani Augustorum adunatus est in Calcedonensem metropolitanam Bithyniæ in martyrio sanctæ victricis Eufemiæ, decrevit quæ subter comprehensa sunt. Dominus & Salvator noster Iesus Christus fidei intellectum discipulis confirmare præcepit: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; ut nulla dissensio inter suos ex religiositate venerabili oriatur, sed ex ea quoque veritatis ostendatur præconium. Quoniam non desinit per articulum quædam malignus insidiare pietatis seminibus, sed semper novi quiddam adversùs veritatem indagat, ob hoc Dominus noster habens providentiam humani generis, hunc clementissimum ac fidelem adversus æmulum nobis concessit Principem, qui undique sacerdotes vocavit, ut gratia

Anno Christi 554. Concilium Quintum

Domini nostri Iesu Christi cooperante tota falsitatis noxa abiciatur, & veritatis eam corroborare germinibus. quod & fecimus, communi decreto vel judicio erroris persequentes sectas, sed & perfectissimorum patrum fidem innotescamus, trecentorum decem & octo symbolum omnibus prædicantes, & quod sincera agnitione animo concepisse cognoscimur sacerdotes attitulantes notavimus; & post hæc convenerunt in urbe Constantinopolitana numero centum quinquaginta etiam ii hanc confirmantes fidem. Nos verò hunc ordinem & omnes fidei formulas custodientes, decernimus secundùm Ephesinorum Concilium, cujus auctores venerabiles sanctæ memoriæ Cœlestinus urbis Romæ Episcopus & Cyrillus Alexandrinæ urbis Episcopus, unanimiter sentientes, justè præcellere inculpabilis fidei expositionem trecentorum decem & octo venerabilium beatissimorum patrum qui in Nicæa temporibus divæ memoriæ Constantini Imperatoris convenerunt, etiam obtinere verò & centum quinquaginta venerabilium Episcoporum apud Constantinopolim .. quæ decreta sunt adversùm interemptionem sectarum pullulantium & crescentium manifestationem hujus catholicæ & apostolicæ nostræ fidei.

Symbolum trecentorum decem & octo & centum quinquaginta.

CREDIMUS in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unicum, de patre natum ante omnia secula, Deum verum de Deo vero, natum non factum, ejusdem substantiæ qua pater est, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, natus est de spiritu sancto & ex Maria virgine homo factus, crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, sepultus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, unde venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni finis non erit; & in spiritum sanctum Dominum & vivificatorem, à patre procedentem, & qui cum patre & filio adoratur & glorificatur, qui locutus est per prophetas; in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum, speramus resurrectionem mortuorum, vitam futuri seculi. Amen. Eos autem qui dicunt *Erat tempus quando non erat, & priusquam nasceretur non erat*, & quia ex nullis extantibus factus est vel ex alia essentia, dicentes mutabilem & convertibilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Vide to. 3. Concilior. pag. 900. Post hoc Concilium Nicænum, quod in urbe Roma Concilium congregatum est à catholicis Episcopis addiderunt de spiritu sancto. Et quia postea hic error inolevit ut quidam ore sacrilego auderent dicere spiritum sanctum factum esse per filium, anathematizamus eos qui non tota libertate proclamant eundem cum patre & filio unius potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos qui Sabellii sequuntur errorem, eundem dicentes patrem esse quem & filium. Anathematizamus Arrium atque Eunomium, qui pari impietate, licèt sermone dissimili, filium & spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrii stirpe venientes, non perfidiam mutavere, sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæresim instaurans, Dominum Iesum Christum tantùm ex Maria confitetur. Anathematizamus eos qui duos filios asserunt, unum ante secula, & alterum post assumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationabili & intelligibili dicunt Dei verbum humana in carne versatum, cùm ipse filius sit verbum Dei, & non pro anima rationabili & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationabilem & intelligibilem sine peccato animam susceperit atque salvaverit. Anathematizamus eos qui verbum filium Dei extensione aut collectione & à patre separatum in substantivum & finem habiturum esse contendunt. Eos quoque qui de Ecclesiis ad Ecclesias migraverunt tamdiu à communione nostra habemus alienos quamdiù ad eas redirent civitates in qua primùm sunt constituti. Quòd ex illius transmigrante in loco viventis ordinatus est, tamdiu vacet à sacerdotii dignitate qui suam deseruit civitatem quamdiu successor ejus quiescat in Domino. Si quis non dixerit semper patrem, semper filium, semper spiritum sanctum esse, anathematizamus. Si quis non dixerit filium natum de patre, id est, de substantia ipsius divina, anathema sit. Si quis non dixerit verbum Deum filium Dei, sicut verbum Deum Patrem & omnia posse & omnia nosse & patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit quòd in carne constitutus filius Dei, cùm esset in terra, in cœlis cum patre non erat, [anathema sit.]

Anno Christi 554. Concilium Quintum

SUfficeret quidem ad plenariam pietatis agnitionem sanctum hoc & salutare &c. *ut suprà pag.* 1394.

Explicit expositio fidei Calcedonensis.

Incipit actus synodi Calcedonensis quæ congregata est III. *Idus Octobris.*

REsidentibus Episcopis suprascriptis, legitur libellus Eusebii Episcopi contra Dioscorum oblatus synodo. Requisitus Dioscorus non observat. Convenitur Dioscorus. Dicit se venire non posse, quòd custodiretur à magistraneis & scholaribus. Secunda ammonitione conventus respondit se ægrotare & non, nisi senatus adfuerit, ad synodum venire. Dioscorus conventus requirit à directis Iuvenalem, Thalassium, Eusebium, Basilium, & Eustacium. Ingreditur Athanasius Presbyter Alexandrinus. Legitur Theodori libellus, quo dicit se deputatum fuisse sanctæ memoriæ Cyrilli (erat enim magistrianus) sed pro remuneratione synodi Ephesenæ Clericum factum, & post quindecim annos à Dioscoro se deflet exclusum, & non solùm se, sed & generationem Cyrilli fugasse de civitate odio fidei quam ille prædicaverat; & dicit illum * tam Origenis fuisse, blasphemum, homicidam; sed & turpis vitæ fuisse illum semper se promittit docere. Petit eos quos secum Dioscorus sollicitatos adduxerat in custodiam redigi, & ab his requiri, id est, Agorastum, Dorotheum, Eusebium, Iohannem Notarium. Leguntur Scyrionis libelli dicentes Dioscorum agros vastasse, multorum dejecisse domos, alios exilium misisse, alios mutasse, alios urbe propulsos, avarum, & pauperibus negasse quæ provinciis propter ariditatem à judicibus indulta sunt, à provincialibus vili emere & carò distrahere, ita ut oblationes Ecclesiis desint, pecuniam quam Perysteria nobilis Ecclesiæ reliquerat monachis, synodochiis, & pauperibus erogandam, themelicis & theatralibus expendisse personis, & mulieribus domum ipsius &

* sectatorem

Anno Christi 554. Concilium quintum.

balneas frequentari, quarum una erat famosa Panfopbia cognomine Montana; de qua etiam à populo acclamatum est; agros, messes, monachis, excissis omnibus, & habitationibus dissipatis, emendicare. Petrum istum tunc Diaconum dicit cum aliis ad sapiendum se fuisse directum, quem memorat perfidiæ ipsius in Ephesο ministrum fuisse, ex tota tam sibi clauso professionem in civitate non manendi. Petit iterum Agorastum, Dorotheum, Eusebium, Didonem, Arpocrationem, Petrum, Gaianum, & Merastrinum balnei Episcopi, ut per ipsos & alios doceat quod intendit. Legitur & Athanasii. Dicit sibi avunculum fuisse Cyrillum Episcopum, & commendatum fuisse Dioscoro successori suo; sed iste contra fidem veniens oppressisse non veritus affli.. propinquum se Crysaphio & Nomo, ut cogeretur omnia sua perdere, & insuper pecuniam mutuari; fratrem suum Paulum ipsis suppliciis & injuriis interiisse demum & quicquid habere potuit occupasse, & se post omnia ab officio remotum, interdictum sibi misericordiam, panem, balneas. Legitur Sofronii libellus. Accusatur Dioscorus adulterii, blasphemii. Petitur Thimoteus minister ejus, ut discutiatur. Mandatur trina conventio. Respondit singulis qui directi fuerant iisdem verbis dicens: Quod dixi, semel dixi; quod addam non habeo. Dantur interlocutiones de contumacia judicandum; & consentientibus singulis dicta sententia est quòd Eutychen receperit & Flavianum deposuerit nec permiserit apostolicæ sedis scripta in synodo recitari, ut hæreses nutrirentur, quòd criminaliter appetatur, quòd contra canones ab aliis depositum ipse susceperit. Anathematis * refrenandam Dioscori damnationem dicit apostolicæ sedi. Dicunt omnes sententiam.

* referendam

Item Calcedonenses octavo Kl. Novembris gesta hoc continent.

Resider Imperator cum Episcopis & potestatibus ac senatu. Loquitur Imperator Latinè & Græcè in principio imperii sui contra hæreticos causam fidei se velle tractare. Acclamatur. Sequitur interlocutio quæ fecit locum symbolo Nicæno trecentorum decem & octo & symbolo centum quinquaginta ita.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium & invisibilium, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, qui natus est ex patre ante omnia secula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines & salutem nostram descendit, & incarnatus, & inhumanatus est, & passus, & resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, venturus est judicare vivos & mortuos; & in spiritu sancto. Eos autem qui dicunt *Fuit aliquando quando non erat, & priusquam nasceretur non erat*, & quòd ex nullo fuerit, aut ex alia substantia vel essentia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Item etiam centum quinquaginta sanctorum patrum qui Constantinopolim congregati sunt.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, [natum] ex patre ante omnia secula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta; qui propter nos homines & salutem nostram descendit, & incarnatus est de spiritu sancto & Maria virgine, & inhumanatus & crucifixus est pro nobis sub Poncio Pilato, & sepultus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni finis non est; & in spiritum sanctum Deum & vivificantem, ex patre procedentem; qui cum patre & filio adoratur & glorificatur, qui locutus est per sanctos Prophetas; in unam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissione peccatorum; & expectamus resurrectionem mortuorum, vitam futuri seculi, Amen.

Sequitur interlocutio contra eos qui negant theotocon, id est, quæ Deum peperit sancta Maria, vel eos qui confusionem & permixtionem introducunt, & unam nativitatem dicunt deitatis. Fit in eadem interlocutione mentio epistolæ ad sanctæ memoriæ Flavianum de catholica; de cujus rei & plurimis disputatur, & interlocutionis istiua conclusionem aliter credentibus pœna præponitur, cui suscribunt omnes Episcopi. Post subscriptionem omnium Episcoporum, interloquitur Imperator dicens ut proferrentur omnes Episcopi si proprio consensu definitio quæ est lecta prodiderit. Omnes & universi acclamaverunt: Sic credimus, una fides, una scientia, omnes hoc sentimus, omnes consensimus & subscripsimus, omnes orthodoxi sumus. Hæc est fides patrum, hæc est fides Apostolorum & catholicorum, hæc fides salvabit universum orbem. Marciano novo Constantino, novo Paulo, novo [David.] Annos David Imperatori Domine, vitam da novo Constantino, novo Marciano. Voa pax totius orbis. & alia multa acclamata sunt. Interlocutio Imperatoris ad synodum: Gratias agentes Deo quòd plurimi erroris circa fidem adempti, & omnes in una fide fuerint reversi atque concordia. Iterum acclamatum est. Adloquitur Imperator: Pia & catholica fide à sancta & universali synodo secundùm patrum expositionem manifestata justum simul & utile pervidet nostra tranquillitas omnem deinceps contentionis occasionem super pura religione penitùs amputandam. Si quis igitur privatus, aut militaris.. etiam Clericus alloqui publicè de fide, multitudinem congregari, ut & per disputationes fecerit turbas, noverit se de regnatrice urbe esse pellendum; qui autem militat, de militia sua, Clericus de gradu proprio periclitabuntur, aliisque subdendos esse suppliciis. Iterum acclamatum est. Adloquitur Imperator & dicit. Sunt quidem capitula quæ ad honorem vestræ reverenciæ reservavimus, existimantes decere aput voa ista canonicè secundùm synodum ordinari aut nostris legibus sanciri. Et recitavit jussu Principis Veronicianus à secreris sancti consistorii ita. De monachicis etiam, ne quis sine conscientia Episcopi in monachorum monasterium in qualibet civitate vel in agro audeat fabricare, & eos Episcopis subditos esse debere, & quietos otationi vacare atque jejunió, neque ecclesiasticis aut publicis causis molestus existat, nisi fortè in causa necessaria ab Episcopo jussus, nec potestatem habeat suscipere servos aut originarios præter dominorum conscientiam. Nec clerici aut monachi conductores aut procuratores fiant; quod modis omnibus prohibetur, nisi fortè ecclesiasticæ rei ab Episcopo suo conductor aut procurator fuerit institutus. qui-

bus

Anno Christi 451. * Chalcedonensi

ANNO CHRISTI 451.

bus interponit pœnam. Clericos etiam ad alteras Ecclesias transire non licere, interponens suscep- tori pœnam atque suscepto donec ad propriam revertatur Ecclesiam. Quæ lecta, eadem sceda Constantinopolitano Episcopo traditur. Acclamatum est. Iterum Imperator loquitur pro * Nicæa civitate solo nomine honoranda, quòd illic synodus fuerit congregata, salva dignitate metropolitani Nicomediensis. Acclamatum est. Et in fine interloquitur Imperator ad synodum & dicit: Laborastis tanti intervalli & vexationem sustinentes. Expectate autem adhuc tres dies aut quatuor, & præsentibus judicibus magnificis nostris, singula quæ volueritis exerite, adjutoriis competentibus promeritura. Nullus autem vestrum antequam perfecta de omnibus forma prodeat è sancta synodo discedat. e.. dit Veronicianus & Constantinus viri devoti agentes in rebus, secretarii sacri Consistorii.

* Chalcedona

Exemplar gestorum de Græco in Latino translatum.

CONsulatu Domni nostri perpetui Augusti vij. Kl. Nov. Calcedone secundùm præceptum divinissimi clementissimi Domini Marciani perpetui, convenientibus in sancta Ecclesia sanctæ martyris Eufemiæ vvcc. & magistri militum Consule ordinario & patricio Anatholio & viro clarissimo & illustri præfecto Palladio & v.e. & illustri magistro officiorum Vineomalo, convenientibus etiam & Pascasio & Lucullensio reverentissimis Episcopis, & Bonifacio viro religioso Presbytero Vicario Archiepiscopi senioris Romæ Leonis, & Anatholio venerabili Archiepiscopo splendidi nominis Constantinopolitanæ, & Maximo venerabili Episcopo Antiochiæ Syriæ, & Iuvenale venerabili Episcopo Hierosolymitano, & cetera sancta & œcumenica synodo hodie quæ secundùm sancta divalia divinissimi & clementissimi Domini in Calcedonense civitate congregata est, omnibus residentibus ante cancellos sancti altaris, magnificentissimi & inlustres judices dixerunt. Divus & clementissimus noster Dominus rogitus à Maximo & Iuvenale sanctis Episcopis, præcepit nos inter eos audire de his quibus vertuntur capitulis; & convenientes memorati venerabiles viri certa ad invicem, nulla interveniente scriptura, statuerunt quæ nobis manifesta constituerunt [; & videntur ex] consensu justè esse statuta. Hæc itaque necessariò arbitrari sumus & in conspectu sanctæ synodo singula instruere; ut & de vestro decreto & ex nostra sententia quæ placuerint roborentur.

Maximus reverentissimus Episcopus Antiochiæ Syriæ dixit: Placuit mihi & reverentissimo Episcopo Iuvenali, quos post multam altercationem ad concordiam & sedem Antiochiæ urbis, quæ est sancti Petri, habere duas Phœnices & Arabiam, sedem verò Hierosolymitanam habere tres Palæstinas; si tamen id venerabili patri nostro Archiepiscopo Romæ majoris Leoni placuerit, qui cupit uti sanctorum patrum canones infringibiles permanere; & rogamus ex sententia vestræ magnificentiæ & sanctæ [synodi] per scripturam hæc roborari.

Iuvenalis venerabilis Episcopus Hierosolymitanus dixit: Eadem mihi placuit ut sanctam quidem Christi Anastasim tres Palæstinas habere, sedem verò Antiochiæ duas Phœnices & Arabiam. Rogo & ego ex sententia vestræ magnificentiæ & sanctæ synodi hæc roborari.

Paschasinus & Lucullensis venerabiles Episcopi & Bonefacius Presbyter Vicarii sedis apostolicæ per Paschasinum venerabilem Episcopum dixerunt: Ea quæ concordantibus fratribus nostris Maximo V.R. Antiochenæ Ecclesiæ Episcopo & sancto & venerabili Iuvenali Hierosolymitano bono pacis placuisse noscuntur, id est, ut Antiochena Ecclesia duas Phœnices & Arabiam babeat, Hierosolymitana verò tres Palæstinas habeat, etiam nostræ humilitatis interlocutione firmentur, ut nulla in posterum super hoc negotio supradictis Ecclesiis controversia relinquatur.

ANNO CHRISTI 451.

Qua interlocutione Græcè interpretata per Veronicianum virum devotum agentem in rebus & secretarium sacri consistorii, Anatholius venerabilis Archiepiscopus gloriosissimæ Constantinopolitanæ dixit: Quæ complacita sunt inter beatissimum Episcopum Maximum Antiochiæ & venerabilem Episcopum Hierosolymitanum Iuvenalem, & ex mea interlocutione firma manebunt. Et sancta quidem Ecclesia Antiochenæ urbis duas Phœnices & Arabiam babeat, sancta verò Ecclesia Hierosolymitanorum tres Palæstinas habeat, ut deinceps unaquæque Ecclesia adversùs alteram propter hanc rem nullam habeat altercationis querelam.

Omnes universi venerabiles Episcopi vociferati sunt quorum nomina infrascripta sunt. Et nos hæc ipsa dicimus, consentimus eis quæ à patribus dicta sunt.

Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Opus & hic factum & sanctæ Trinitatis & divini clementissimi nostri Imperatoris præpositionis, ut ea quæ jurgantur ab eis quæ altercari poterant uniconsilio deciderent voluntati quæ ad concordiam. Igitur Maximi sancti Episcopi Antiochensium & Iuvenalis sancti Episcopi Hierosolymitani factus consensus, sicuti singulorum expositio firma ex nostra sententia stet, [ex] decreto sanctæ synodus in perpetuo tempore permanebit; id est, ut Maximus quidem sanctus Episcopus sive sancta Antiochensium civitas duas Phœnices & Arabiam sub potestate sua habeant; Iuvenalis verò sanctus Episcopus Hierosolymitanus sive sancta Ecclesia quæ sub ipso est tres Palæstinas sub potestate sua habebit; sopitis secundùm præceptum divi & clementissimi nostri Domini universis pragmaticis, aliisve promeritis partibus litteris divinis, & multæ in eis adscripiæ, hæc scilicet.. causa secularia. *Et alia manu.* Edantur.

Exemplum ex Græco in Latino.

COnsulatu Domni Marciani perpetui Augusti & qui nuntiatus fuerit, v i. Kal. Novembris, Calcedonæ, secundùm præceptum divi clementissimi Domini nostri Marciani perpetui Augusti, convenientibus in sancta Ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum Exconsule & patricio Anatholio, & magnificentissimo gloriosissimo Præfecto sacri * consistorii Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo, convenientibus etiam & Pascasino & Lucentio viris reverentissimis Episcopis, & Bonifacio viro reverentissimo Presbytero Vicario sancti Archiepiscopi senioris Romæ Leonis, & Anatholio viro reverentissimo Archiepo magnissimi nominis Constantinopolitani, & Maximo viro reverentissimo Episcopo Antiochiæ Syriæ, & Iuvenali viro reverentissimo Episcopo Hierosolymitano, & cetera sancta synodo quæ ex sanccione divi & clementis-

* prætorii

Anno Christi 451.

simi Domini nostri in Calcedonensi civitate congregata, quotum nomina suprascripta, residentibus universis ante cancellos sancti altaris, Maximus vir reverentissimus Episcopus Antiochiæ dixit: Deprecor magnificentissimos & gloriosissimos judices & sanctam hanc universalem synodum humanitatem exercere in Domnum, qui fuit Antiochiæ Episcopus, & statuere ei certos sumptus de Ecclesia quæ sub me est.

Pascasinus & Lucensins viri reverentissimi Episcopi & Bonifacius Presbyter Vicarii sedis apostolicæ per Pascasinum virum reverentissimum Episcopum dixerunt: Sanctus ac beatissimus Papa, qui episcopatum sancti ac venerabilis Maximi Episcopi Antiochenæ Ecclesiæ confirmavit, justo satis judicio ejus meritum adprobasse videtur; siquidem memoratus vir reverentissimus Episcopus Maximus suo arbitrio Domno voluit esse consultum, ut sumptus ei de sua Ecclesia miserationis intuitu prout æstimaverit largiatur, ut contentus alimoniis, quiescat in posterum.

Qua confessione Græcè per Veronicianum virum devotum secretarium sacri consistorii translata, Anatholius vir reverentissimus Episcopus Constantinopolitanus dixit: Laudo & ego compassionem beatissimi Episcopi Antiochiæ Maximi, in quibus spontanea voluntate ipse tales preces obtulit ut sumptus præstaret Domno, qui fuit Episcopus Ecclesiæ sanctæ quæ sub eo est, præter hoc prædicto nihil requirente.

Invenalis Episcopus Hierosolymitanus dixit: Amplector & ego consilium sancti Episcopi Antiochiæ Maximi. Vniversa sancta synodus vociferata est quorum nomina his. Decibiles meritò benivolentiæ Archiepiscopi. Omnes cogitarum ejus laudamus. Hæc decet ejus æstimationem. Humanus cogitatus Pontificis. Magnificentissimi judices dixerunt: Amplectente sancta synodo arbitrium Maximi viri religiosi Episcopi Antiochensium, quod de Domno probavit, & nos [idem] consentimus, quæ sunt ejus arbitrii derelinquentes de Domni honorificentia. *Et alia manu.* Edantur.

Consulatu piissimi & amatoris Christi Flavii Marciani perpetui Augusti & qui nuntiatus fuerit, die Kal. Novembris, Calcedone metropoli Bithyniæ provinciæ, sancta major & œcumenica synodus quæ Dei gratia & sanctione piissimorum Imperatorum virorum religiosorum congregata est, statuit ea quæ ejus sunt. Quidam quidem de instancia beatissimorum Episcoporum operata est ut Maximo Antiochensium majoris civitatis, & Iuvenali Hierosolymensium gratia redderetur, justum etenim est ut memoria. ..acitorum pax obtinear. Plurimis itaque ab utrisque dictis ..conspectu jus sanctæ majoris synodi magnificentissimorum & gloriosissimorum judicum sub præsentia convenit utrinsque, & ut duas quidem Phœnices & Arabiam supra alias orientalis provinciæ sub sede Antiochensiom Ecclesiæ agere & sufficere eorum regentiæ, & nihil aliquando amplius quærere, tres verò Palæstinas sub sede esse Hierosolymæ Ecclesiæ & sufficere earum regentiæ & nihil in posterum quærere. Convenit etiam & omnia quæ hic acta sunt & pragmatica gesta & multa vel si quid aliud sive per Episcopos sive per Imperatores aut judices facta sunt utriusque partibus vacua esse omnino. Hæc præfati beatissimi Episcopi non ex decreto judiciario, sed ex communi consensu complexi sunt, & consenserunt accipiunt. Igitur tulimus eodem beatissimum Episcopum Maximum petentem humanitatem de Domno qui fuit Episcopus Antiochiæ, ut ei communicationem ut plebeo præstari tantummodo, ut sumptus ex eadem, quæ sub eo est sancta Ecclesia, in eo statu durante in quo est, & nihil ampliùs requirente, pariter & nos decernimus, & decreto communi firmamus hæc quæ suprascripta, & immoventia & firma sancimus.

Pascasinus & Lucensis & Iulianus Episcopi sancti & Bonifacius Presbyter Vicarii beatissimi Papæ Leonis dixerunt: Beatissimus Papa caput universalis Ecclesiæ, apostolicæ dignitatis honore conspicuus, Leo, privilegia Antiochenæ Ecclesiæ reformari secundùm veterum patrum statuta constituit. Ideoque & nos Phœnicem primam vel secundam simulque Arabiam, quas nuper amiserat, revocari ad jus pristinum, sancta synodo consentiente, decrevimus, quia hoc præstantibus inlustrissimis præcelsisque judicibus pacis studiis utrisque Episcopis placuit conventiu, provinciarum divisio quiete mitigaret. Vnde Hierosolymorum prædictus antistes tres Palæstinas, quas olim tenuit, inconcussè possideat; Antiochenus verò memoratas justitia exigente reciperet; quatenus dissensione depulsa, sacerdotali concordia inviolata serventur. Laudantes namque votum reverentissimi Antiochiæ urbis Maximi, quòd circa Domnum ejusdem quondam civitatis antistitem spontanea voluntate dignanter ostendit, ut humanitatis solatia ab Ecclesia consequatur, nostra interlocutione firmamus, ita ut c c l. solidos annis singulis consequatur, nihilque amplius requirere audeat, sed in eo statu communione tantùm fruatur & requie.

Pascasinus Episcopus statui & suscripsi.

Lucensis Episcopus statui & suscripsi.

Et ceteri Episcopi infrascripti ita suscripserunt qui supra scripti sunt.

Explicit quæ acta sunt antequam aliqua in Calcedonensi Concilio statuerentur.

Sequitur in codice allocutio Marciani ad synodum, eadem prorsùs cum ea qua extat in tomo quarto Conciliorum pag. 575.

Adjungitur constitutio Marciani ad synodum Calcedonensem, qua incipit, Tandem aliquando, *ut in eodem tomo pag. 840. In fine dicitur data v s. Kal. Februarii Constantinopoli, Sporatio Consule.*

Item alia constitutio Marciani ad Palladium, edita ibid. pag. 841.

Item epistola Papæ Leonis ad synodum Calcedonensem, relata ibid. pag. 881.



Addenda & emendanda.

PAg. 30. in fine Concilii Melitinensis adde. *Depositum in synodo Melitinensi fuisse eundem Eustathium testatur sanctus Basilius epist.* LXXIV.

Pag. 32. in fine Concilii Mediolanensis hæc adde. *Describenda autem heic videntur quæ de rebus in ea synodo Mediolanensi gestis scribit Hilarius Episcopus Pictaviensis in libro ad Constantium Augustum.* Eusebius Vercellensis Episcopus, *inquit*, vir est omni vita Deo serviens. Hic post Arelatensem synodum, cùm Paulinus Episcopus tantis istorum sceleribus contraisset, venire Mediolanum præcipitur, collecta jam illic malignantium synagoga. Decem diebus ad Ecclesiam est vetitus accedere, dum adversùs tam sanctum virum malitia se perversa consumit. Soporatis deinde consiliis omnibus, ubi libitum est advocatur. Adest unà cum Romanis clericis & Lucifero Sardiniæ Episcopo. Conventus ut in Athanasium subscriberet, ait de sacerdorali fide priùs oportere constare, compertos sibi quosdam ex his qui adessent hæretica labe pollutos. Expositam fidem apud Nicæam posuit in medio, spondens omnia se quæ postularent esse facturum si pro fidei professione scripsissent. Dionysius Mediolanensis Episcopus chartam primus accepit. Vbi profiteri scribendo cœpit, Valens calamum & chartam è manibus ejus violentèr extorsit, clamans non posse fieri ut aliquid inde gereretur. Res post clamorem multum deducta in conscientiam plebis est; gravis omnium dolor ortus est, impugnata est à sacerdotibus fides. Verentes igitur illi populi judicium, è dominico ad palatium transeunt. Cujusmodi sententiam in Eusebium longè antè quàm Ecclesiam ingrederetur scripserint, de se loquitur ipsa sententia.

Pag. 165. in Notis lin. 11. adde. Vide infrà in Concilio Chalcedonensi pag. 825.

Pag. 205. in Notis lin. 34. ita repone.

VOZITAN.] in provincia proconsulari, ut patet ex eadem notitia. Paulinus in vita S. Ambrosii cap. ult. meminit Mutani Episcopi Bolitani. Volos Mauritaniæ Tingitanæ populos commemorat Ptolemæus lib. 4. cap. 13. Vide infrà pag. 253.

Pag. 223. in Notis lin. 1. ita repone.

MIDIT.] in provincia Byzacena, ut docet notitia; in qua inter Episcopos Byzacenos recensetur Eubodius sive Euvodius Episcopus Miditanus. Midilensis episcopatus fuit in Numidia, ut annotatur infrà pag. 239.

Pag. 410. in Notis post lineam 20. adde sequentia.

DISPVTATIONIS] Quamvis ita habeant omnia exemplaria Concilii Ephesini, legendum tamen esse *dispensationis* & sensus ita ostendit ut mirer mihi excidisse & probat etiam versio antiqua quæ extat infrà in capite CCI. synodici pag. 902.

Pag. 416. in Notis post lineam primam adde.

HABITARE DICITVR] Legendum isthic esse *habere* certum est. Et sic editum est infrà pag. 646. in interpretatione Marii Mercatoris, & in synodico pag. 681.

Pag. 496. in Notis lin. 13. rescribe.

IRENÆO] præcipuo Nestorii defensore, qui & in gratiam ejus scripsit opus quod vocavit Tragœdiam.

Pag. 497. in Notis lin. 1. rescribe.

INTIMARS] Addidimus hanc vocem ex libro Bellovacensi.

Pag. 521. Dele annotationem de literis Acacii.

Pag. 600. in Notis lin. 13. adde. Liberatus cap. 8. hunc locum describens legit, *nisi priùs iretur & præferretur unius fidei vinculum.*

Pag. 689. in Notis lin. 10. adde. Vide infrà pag. 1325.

Pag. 713. in Notis lin. 12. adde. Vide infrà in gestis synodi Chalcedonensis pag. 1344.

Pag. 787. in Notis lin. 1. ita repone.

ADDISEO] Sunt verba Cyrilli, sed sumpta ex oppositionibus hæreticorum. Vide infrà pag. 926.

Pag. 926. ea quæ in initio scripta sunt charactere quem vocamus Italicum, quamvis in iis contineatur opinio de Christo quam Cyrillus postea refutat, ideoque videantur non esse verba Cyrilli, scribi debent eodem charactere quo reliqua. Sunt enim reveta verba Cyrilli, quamvis sumpta sint ex oppositionibus hæreticorum. Vide supra pag. 787.

Pag. 935. in Notis lin. 4. scribe.

VT ASSER. EVT. SCRIPTA] Legendum; *ut asseruit Eutyches, scripta &c.*

DIONYSIVM] Meminit istius epistolæ, ceu veræ, Gennadius in catalogo virorum illustrium. Eam verò quidam veteres falsam ac supposititiam esse censuerunt & ab Apollinare hæretico scriptam. Vide Sirmondum in Notis ad Facundum lib. 1. cap. 5. pag. 40.

Pag. 967. lin. 7. post verbum continebantur *adde.* nisi si synodum sextam sic interpreteremur ut dicamus eam intellexisse gesta Concilii Chalcedonensis, quia valde prolixa erant, variis libris comprehensa fuisse, ut ait Photius in bibliotheca, ita ut, exempli gratia, primus liber contineret tres priores actiones, ceteri reliquas. Neque enim reponi potest &c.

Pag. 977. lin. 4. post vocem putant *adde.* Porrò Rusticum, cùm pertinaciter insisteret defensioni trium capitulorum, Thebaida in exilium cum Felice Abbate Gillitano missum esse anno DLIV. testatur Victor Tunonensis.

Pag. 994. cap. XLI. lin. 24. adde. Adeo autem verum est actionem de Photio & Eustathio positam olim fuisse in fine gestorum ut etiamnum eundem locum obtineat in codicibus Græcis bibliothecæ Vaticanæ. Testis est mihi hujusce rei omni exceptione major Hieronymus Casanata Cardinalis eminentissimus in epistola ad me data die XXIX. Iunii. *Consuli etiam feci*, inquit, *codices Græcos bibliothecæ Vaticanæ, ut te certiorem facere possem de loco quem in iis obtinet actio Photii Episcopi Tyri: ac in duobus quidem codicibus, scilicet 831. & 1178. illius bibliothecæ, qui soli hactenus reperti sunt, actio illa cum alia Carosi & Dorothei reponitur in fine Concilii ante ejusdem synodi allocutionem ad Imperatorem. Quare necesse est ut Baronius alio codice usus fuerit nobis ignoto, in quo sub actione quarta gesta illa recenserentur; ac Baronii fidem forsan sequuti sunt editores Romani, qui ea itidem sub actione quarta collocarunt.* Si quis divinationi locus, oportet viros doctissimos eam ob causam in illum locum transtulisse actiones illas quia in fine quartæ actionis synodi Chalcedonensis agitur de Caroso & Dorotheo, ac consequenter quidem posuisse eam quam invenerant in codicibus Græcis, postea verò illam in qua actitata est causa Photii & Eustathii, quia utraque data dicitur eodem die, nimirum XIII. Kal. Novembris.

Pag. 1107. lin. 46. adde post vocem Dioscori: *ubi fortè legendum est*, testatur ad vota sequacium Dioscori.

Pag. 1153. in annotationibus ad paginam 302. lin. 12. adde. *Is Frontinianus non videtur fuisse diversus ab eo qui tempore Concilii V. tenuit cathedram Salonitanam, & qui primò Antinoam in prima Thebaide missus est in exilium propter defensionem trium capitulorum, postea verò de exilio illo Antinoensi transmutatus est Ancyram Galatiæ urbem, ut ait Victor Tunonensis.*

E R R A T A.

P*Ag.* 36. *cap.* IX. *lin.* 8. *leg.* timens
Pag. 59. *in gestis Concilii Seleuciensis lin.* 27. *leg.* civitas
Pag. 60. *extrema leg.* Acacianos
Pag. 66. *lin.* 47. *leg.* Imperatore
Pag. 73. *lin.* 7. *leg.* mercatori
Pag. 78. *in epistola synodica lin.* 20. *leg.* dilectionem
Pag. 82. *lin.* 26. *leg.* judico quod vobis à Dom.
Pag. 83. *lin.* 7. *leg.* nostram
Pag. 125. *lin.* 7. *leg.* Communicandum.
———— 41. *leg.* contra illum
———— 43. *leg.* loquaris
Pag. 126. *lin.* 38. *leg.* & utique
Pag. 135. *lin.* 6. *leg.* pateret
———— 25. *leg.* quòd non sit
Pag. 157. *lin.* 39. quem
Pag. 171. *lin.* 60. *leg.* condemnarant
Pag. 294. *lin.* 9. *leg.* meam
Ibid. in fine leg. prædestinatianæ
Pag. 295. *lin.* 39 *leg.* præsumeres
Pag. 342. *lin.* 23. *leg.* Aprucensis.
Pag. 356. *lin.* 20. *leg* moriaris, quare
———— 25. *leg.* morbo.
Pag. 378. *in commonitorio lin.* 37. *pro* surrexisse pro mortuis *perperam in aliquot exemplaribus excusum est* surrexisse pro nobis. *quod emendandum est.*
Pag. 386. *lin.* 23 *leg.* quodam
Pag. 394. *in Notis lin.* 6. *leg.* inania &c. (sanctæ &c. spiritus) ergo quantum ad. Et hæc quidem lectio
Pag. 401. *lin.* 2. *leg.* quomodo
Pag. 402. *lin.* 2. *leg.* commonere
———— 14. *leg.* Ecclesia
Pag. 409. *lin.* 1. *leg.* ipsas
———— 3. *leg.* liberabo.
Pag. 410. *in Notis lin.* 18. *leg.* Ita omnia
Pag. 414. *cap.* X *lin.* 26. *leg.* nuntiorum
Pag. 425. *lin.* 40. *leg* pudori
Pag. 434. *lin.* 27. *leg.* otium
Pag. 435. *lin.* 24. *dele.* hic
Ibid. lin. 48. *leg.* titubabat.
Pag. 436. cap. XIV. in titulo lin. 3. leg. *obtineret ejus locum*
Pag. 437. *lin.* 30. *leg.* professus
Pag. 447. *lin.* 35 *leg.* horum
Pag. 459. *in Notis lin.* 8. *leg.* fidei
Pag. 463. *sub finem leg.* Theodorus. *Sic etiam in initio pag.* 464.
Pag. 487. *lin.* 6. *leg.* eam
Pag. 488. *lin.* 16. *leg.* aliquem
Pag. 491. *lin.* 12. *leg.* Ephesiis
Pag. 494. *cap* XLI. *lin.* 10. *leg.* ex omni
Pag. 503. *lin.* 28. *leg.* manifestatur.
Pag. 504. *lin.* 23. *leg.* vanis
Pag. 506 *lin.* 31. *leg.* rationem
Pag. 512. *lin.* 9 *leg.* πάλιν
Pag. 525. *cap.* L. *lin.* 51. *leg.* quam neque legaliter
Ibid. in Notis lin. 2. *leg* quum
Pag. 528. *cap.* LII *lin.* 21. *leg.* Hellanico
Pag 583. *cap.* LXXIII. *lin.* 3. *leg.* qua
Ibid. in Notis lin. 14. *leg* At in codice Nicolai
Pag. 614. *in loco Cypriani lin.* 5. *leg.* reparare nos posses
Pag. 625. in Notis lin 6. leg. *Pithœa.*
Pag. 667. *in Notis lin* 4. *leg.* Nestorii fautores
Pag. 698. *in Notis lin* 6 *leg.* Rabbulas
———— 28. *leg.* Eustasius
Pag. 725. *in subscriptionibus lin.* 15. *leg.* Amidæ.
———— 16. *leg.* Pausianus
Pag. 747. *cap* XLII. *lin.* 7. *leg.* adulterinum
Pag. 796. *in Notis lin.* 4. *leg.* adducitur
Pag. 797. *in Notis lin.* 1. *leg* interpolavit
Pag. 806. *cap.* XCIX. *lin.* 6. *leg.* complacuit
Pag. 838. *lin.* 29 *adde in margine: forte* mansionem
Pag. 842. *lin* 18. *leg* confligentes
Pag. 882. *cap.* CLXXXV. *in titulo leg* secundæ
Pag. 888. *lin.* 29. *leg.* in hoc quoque seculo
Pag. 891. *in Notis lin.* 5. *leg* tamquam si
Pag. 899. *lin. ult. leg.* occultiis hereditatem
Pag. 937. *lin.* 25. *leg.* noscitur, siquidem
Pag. 964. *lin.* 36. *leg.* certò
Pag. 967. *lin.* 21. *leg.* sexennio
Pag. 1013. *cap.* V. *lin.* 23. *leg.* evomuerint
Pag. 1234. *lin.* 12. *leg.* esi
Pag. 1339. *lin.* 60. *leg.* Pompeianus
Pag. 1407. *cap.* XII. *lin.* 2. *leg.* MDLXVII;
Pag. 1416. *cap.* IV. *lin.* 20. *leg.* comprehendantur
Pag. 1481. *cap.* IX. *lin.* 3. *leg.* etas unius
Pag. 1557. *cap.* V. *lin.* 27. *leg.* pio dogmati
Pag. 1561. *cap.* IX. *lin* 8. *leg.* si ea
Pag. 1563 *cap.* XI. *lin.* 28. *leg.* epistola ad Marim Persam scripta
Pag. 1566. *lin.* 37. *leg.* factam



INDEX
TOMI PRIMI.

A

Index.

Index.

Index.

Apparitores.

Index.

Index.

B

Index.

Index.

Callicatrea

Index.

Index.

Index.

Index.

Condescensio

Index.

Index.

s

Index.

Diffidentiam

Index.

Index.

Index.

E

Index.

G

Gemellinus

I

Index.

Inintelligibilite.

Index.

Index.

Index.

Lybiæ

Index.

Index.

Index

Multitudo

Index.

N

Index.

Index.

Paschasius

Index.

Index.

Index

Primates

Index.

Index.

Sathali

Index.

Tom. I.

VVuuu

Index.

Index.

Syra

Index.

Index.

V

Index.

Index.

Index.

FINIS.

Extrait du Privilege du Roy.

LE ROY par ses Letres patentes données à saint Germain en Laye le 29. Avril 1679. signées LOUIS, & plus bas, *Par le Roy*, COLBERT, & seellées du grand seau de cire jaune, a permis à ESTIENNE BALUZE Prieur de Beauvais de faire imprimer un ouvrage intitulé NOVA COLLECTIO CONCILIORUM par tel Imprimeur & Libraire, en tels volumes & characteres, & tout autant de fois que bon luy semblera, durant le temps de trente années à compter du jour & date que chacun desdits volumes aura esté achevé d'imprimer pour la premiere fois, avec defenses à tous autres qu'à celuy ou ceux qui auront esté choisis par ledit Baluze de les imprimer ou faire imprimer, vendre ny debiter pendant ledit temps, sous quelque cause & pretexte que ce puisse estre, sur peine de dix mille livres d'amende, confiscation des exemplaires contrefaits, & de tous despens, dommages & interests, comme il est plus à plein porté par lesdites Letres.

Registré sur le livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris le 19. May 1679. Signé, COUTEROT *Syndic.*

Et ledit Sieur Baluze a cedé ledit Privilege pour raison du premier tome de *Nova collectio Conciliorum* à François Muguet Imprimeur & Libraire ordinaire du Roy, pour en joüir selon sa forme & teneur.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 15. Octobre 1683.

